








LUCANI
PHARSALIAE.
LUGDUNI BATAVORUM
Apud SAMUELEM LUCHTMANS 1728

M. ANNAEI LUCANI
CORDUBENSIS
PHARSALIA.
SIVE
BELLI CIVILIS
LIBRI DECEM.

Cum SCHOLIASTE, hucusque inedito,

ET

NOTIS INTEGRIS

HENRICI GLAREANI, JACOBI MICYLLI, JOACHIMI CAMERARII, HUGONIS GROTII &c.

Et Excerptis

OMNIBONI VICENTINI, JOANNIS SULPITII VERULANI, JODOCI BADII ASCENSII, LAMBERTI HORTENSII, GREGORII BERSMANNI, THEODORI PULMANNI, ALIORUMQUE.

NEC NON

THOMAE MAJI supplementis, & Apologia JACOBI PALMERII Grentemesnilii, MOSANTII BRIOSII, ac GR. BERSMANNI, & ineditis FRANCISCI GUJETI, aliorumque observationibus.

CURANTE

FRANCISCO OUDENDORPIO;

Qui suas etiam adnotationes, & copiosos indices adjecit.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud SAMUELEM LUCHTMANS, 1728.



VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS

D. WILHELMO LAKEMAN.

D. WYNANDO VANDER MAAS D'AVENRODE
J. U. D. KENNEMARIAE ET WESTFRISIAE SUMMO QUAESTORI AC CONSILIARIO.

D. CORNELIO VAN VALKENBURG,
J. U. D. ACADEMIAE BATAVAE, QUAE EST LEIDAE, CURATORI, RHENOLANDICAE AGGERUM, AQUARUM, ET VIARUM PRAEFECTURAE ADSESSORI.

D. MATTHAEO GEERAARTS,
J. U. D. ECCLESIASTICORUM, QUAE SUNT HARLEMI, BONORUM QUAESTORI.

HARLEMENSIS CIVITATIS CONSULIBUS.

NEC NON

NOBILISSIMIS, SPECTATISSIMIS

VIRIS

D. ADOLPHO VISSCHERO,

J. U. D. EJUSDEM URBIS SYNDICO.

D. DAMMASO GULDEWAGEN,

J. U. D. AMPLISSIMIS CONSULIBUS AB ACTIS.

S. P. D.

FRANCISCUS OUDENDORPIUS.

Quum ante aliquot annos animum ad Lucanum illustrandum, & in publicam emittendum lucem adpellerem, nihil minus cogitare potui, quam eas qualescumque curas, orbis litterati judicio permis-

missas, splendidissimis vestris nominibus insignitum iri. Quippe eo ipso tempore, quo proelum exercere coepisset Lucanus, è patria urbe Neomagum ad capessendum publicarum Scholarum regimen, Deo ita volente, invitatus, & habitatione fortunisque meis eo translatis, praeter officium me facturum putabam, nisi illum Illustrissimo ejus civitatis Senatui, benignissime me habenti, aliquando inscriberem. Sed hoc non siverunt fata. Interim enim Vobis, Viri Amplissimi, è Gelria me revocare, & juventutis, Harlemensi in Gymnasio liberalibus studiis operam dare volentis, disciplinam & institutionem mihi committere, eaque de caussa me, & mea in vestrum recipere patrocinium placuit. Quocirca aequissimum est, ut, quod illius oppidi magistratibus pro benevolo, quo mea studia & qualemcumque diligentiam prosequebantur, judicio debere videbar, Vobis, qui nunc eorum instar mihi estis, praestem, meumque hoc ingenuo grati & devincti Vobis animi testimonio obsequium volens lubensque declarem. Debita itaque cum reverentia Vobis offero M. ANNAEI LUCANI PHARSA-

LIAM, ſive vorſa oratione deſcriptam civilis belli à ſummis Romanorum Imperatoribus, Cn. Pompejo Magno, Magnique victore C. Julio Caeſare geſti hiſtoriam, à librariorum mendis per ſagaciſſimos, & varia doctrina praeditos viros ſaepius expurgatam, & nunc mea cura & induſtria novo, quo in hominum ora exit, cultu adornatam, & expolitam. Illud autem eo libentius facio, quod hanc meae obſervantiae teſtificationem, & ſincerum Vos demerendi ſtudium, Vobis non omnino ingratum, nec injucundum fore auguror, nihil metuens, ne, dum eam in rem hac occaſione, non arrepta, ſed ultro oblata utor, in arrogantiae vel temeritatis ſuſpicionem incidam; quaſi leves, nec titulis, neque gravitati Veſtrae convenientes, quae hoc in opere continentur, res Veſtris oculis ſubjicere, aut tenuem meum laborem, tamquam magnum aliquod & Vobis dignum donum venditare, in ſinu Veſtro deponere, Veſtraeque tutelae ac patrocinio commendare ſuſtineam. Ad alteram enim quod adtinet criminationem, pro me loquatur ipſe, nec tam meam, quam ſuam agat cauſſam Lucanus. Quip-

pe qui non aniles hic nobis fabulas enarret ; sed stylo Heroïco, gravissimisque verbis ac sententiis decantet, vivisque coloribus depingat horribile & detestandum bellum, quo ille, gentium ac totius terrarum orbis victor, populus in sua ipse saeviit viscera; quodque per omnes regiones rapidissimi instar incendii divagatum, nec prius multo cruore exstinctum est, quam ipsi Romani avitam se libertatem perdidisse, sibique invisum & grave tyrannidis jugum impositum esse senserint. Id quod sive Neronis, *crudelissimi tyranni, cujus etiam impias non evasit manus, odio, sive sincero libertatis amore multis lacrymis, nec sine acerbissima Romanorum exprobratione deflet* Lucanus, *vel solo hoc nomine à Vobis, olim tot tantaque pro libertate passis, cunctisque* Batavis, *libertatem vero aestimantibus pretio, legi dignissimus: ut merito censebat clarissimum illud patriae nostrae sidus, Delphicumque oraculum,* Hugo Grotius; *quapropter eum, Rotterodamensis quum esset Syndicus, & iterum, in Gallia exsilium agens, suis animadversionibus illustrare, operae pretium exi-*

ſtimavit. Satis ergo ſuperque propria ſe dote Vobis commendat, nec aliunde petitis verborum lenociniis, aut meo, laudes ipſius deterente verius, quam augente, praeconio indiget Cordubenſis noſter. Mihi potius ipſi ut Veſtrum favorem gratiamque conciliem, elaborandum eſt; ne, ſi temeritatis crimine jam abſolvar, arrogantiae inſimulari poſſim. Sciatis igitur, Viri Illuſtriſſimi, nequaquam eruditionis oſtentandae gratia hoc laboris noſtri ſpecimen à me Vobis exhiberi; ſed ea de cauſſa ad Vos adlegari, ut probabile ſubſecivi & vacui à Scholaſticis, quae mihi prima & unice demandata eſſe probe ſcio, negotiis temporis, non inutiliter transacti documentum habeatis, atque otii mei apud Vos praeſertim, egregii bonarum artium cultores, fautores, ac litteratorum hominum Maecenates benigniſſimi, ratio conſtet, gratuſque Vobis adpareat animus, qui non modo Veſtris ſuffragiis reliquos inter Senatores lectiſſimos Veſtri Gymnaſii Rectorem me creaſtis, verum etiam pro Scholarum cura, quae Vobis optime eſt commiſſa, & bona, quam de me ſuſceperatis, opinione

aucto-

auctores illis exstitistis, ut meo regimini juventutis suae disciplinam & tyrocinia concrederent. Hanc Vestram opinionem, ac spem sicut ego omni labore & vigilantia inplere, vel etiam superare conabor, ita Vos, Amplissimi Viri, oro atque obsecro, ut hanc ingenui, quem Vestris nominibus debeo, cultus significationem in optimam partem accipere, librumque, quem Vobis dedico, serena fronte respicere, mihique Vestrum favorem ac benignos animos conservare & praestare porro velitis. Sic enim efficietis, ut meorum votorum videar consecutus summam, & acerrimum mihi subdetis calcar, quo de Vobis, Vestris Scholis, & humaniorum litterarum amatoribus plus in posterum mereri enitar. Valete, Nobilissimi, Gravissimi Viri, Vobisque persuadete, me Deum Ter Optimum Maximum supplicibus votis precari, ut Vos Vestrarum familiarum, quarum grande decus estis & ornamentum, dignitati, hujus urbis, cui dignissime praesidetis, cujusque nunc rursus fausto cum omnium civium adplausu optimisque auspiciis consulatum iniistis, splendori, Reique publicae, quam

adeo prudenter & feliciter administratis, saluti, nec non litterariae, quam benigne fovetis & alitis, bono diu salvos servet, atque incolumes. Dabam Harlemi A. D. III. *Idus Septembris.*

MDCCXXVII.

BE-

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

FR. OUDENDORPIUS.

M. Annaei Lucani Cordubensis Pharsaliam, sive belli Civilis à Caesare, & Pompejo gesti historiam, heroïcis versibus, & plus quam poëtico spiritu conscriptam, in lucem publicam emissurus, paucis te adloquor, Erudite, & Aeque Lector; ut quae, & quanta hic tibi legenda tradantur, quaeque tum doctissimorum virorum industria, tum mea cura, & amicorum subsidiis ad hunc auctorem congesta sint, facile cognoscas. Non hic morabor te, describendo, quis, & unde fuerit, aut quo tempore vixerit, quaeve opera plura composuerit Lucanus. Haec, ceteraque huc pertinentia in ipsius vitae, à Suetonio, aliisque viris eruditis conscriptae delineationibus, huic Editioni adnexis, & per observationes quasdam illustratis videri possunt. Quia tamen illis adcenseri nolim, qui veterem quemvis auctorem edentes, omnis generis laudibus cum cumulant, & ipsius ingenium ac scripta quovis modo in coelum usque extollunt, non possum non te admonere, Lector, longe diversae me esse sententiae, qui auctorem nostrum in multis plus culpem, quam inmeritis eum laudibus onerem. Notissimae sunt criminationes, quibus Lucanum adgressi sunt Petronius, Quinctilianus, Scaligeri, aliique. His quidem respondere, eaque crimina diluere, acta pro Lucano publice caussa, conati sunt Palmerius, Mosantius, Bersmannus, & nonnulli alii, quorum apologiam huic Editioni adjunximus: Sed vel sic evincere non potuerunt, aut Viris Doctis, poëtis, & poëtarum judicibus (ut patet ex elogiis à me huc congestis) persuadere, quo magis illum absolvant, vel plurimorum saltem errorum liberum existiment. Nam Martialis, & Statii adulatoriam laudem, qua ipsum Virgilio, (cui, ut etiam Homero, parem sese Lucanus jactabat V. ejus vitam & Lib. IX, 984.) si non praeferre, certe comparare inepte ausi sunt, nihil curo. Etenim negari nequit, ab ipso electum esse argumentum, Epico carmine indignum, in quo, licet omnia debeant esse ficta, unde Poëtae est nomen, & Heroïco Spiritu animata, nihil tamen debet inveniri, quod ostendi possit plane esse falsum, & veritati non modo, sed etiam verisimilitudini contrarium. Id vero in sua

 Phar-

Pharsalia saepius commisit Lucanus. Praeterea tumorem, & arrogantem dictionis fastum, inanes, & Philosopho docente, non poëta, Heroïs gesta narrante, dignas sententias merito in Lucani opere reprehendunt Viri Poëticae artis gnarissimi. Adde, quod in non necessariis prodigiorum, tempestatum, procliorum, artium magicarum, ac similium rerum descriptionibus copiosior sit, & ne minima quidem momenta studiose omittat: unde crebro ad monstrosa, & rerum naturam excedentia miracula enarranda abripitur, vel ad stultas saepissime ineptias, & pueriles nugas delabitur. Talia sunt, quae leguntur libro I, 523. & seqq. II, 77 &c. III, 550 &c. IV, 50, 59. &c. V, 540. & seqq. L. VI. toto, de Caesaris operibus, Scaevae virtute, magicis artibus &c. VII, 400. & aliis multis locis. (V. Indicem notarum) Ex quibus satis adparet, Lucanum effreno equo similem, effusis habenis magno cum inpetu vagari, & ingenio, non judicio, indulgentem, ubique vehementiam, & oris grande sonantis loquentiam adfectare.

Verum enim vero illi viri docti nimio in Lucanum odio abrepti esse videntur, qui ipsum ad infima scriptorum subsellia deprimere voluerunt; ac vix lectu dignum esse censuerunt. Cum Virgilio, aut Valerio Flacco licet comparari nequeat, suas tamen, quae aequo lectori satis placere possint, habet dotes. Nam eum, ut fide dignum historiarum scriptorem, & maximum libertatis amatorem, sub tyranno quamvis viventem, atque (ut Barthii verbis utar) integrum Latinitatis, acutum, ingeniosum, doctum, gravem, utilissimum, & Philosophum, Politicumque non postremis adcensendum, eloquentem praeterea, & sententiis penetrantem merito quisque venerari debet. Adde, quod ab eo factae urbium, & locorum descriptiones, similitudines, & comparationes, illustrium hominum Characteres sint tam elegantes, tam efficaces, & veram rerum hominumque imaginem vivis adeo coloribus exprimentes, ut hoc in genere facile cum optimo scriptore mereatur conferri. Nimis gravi etiam culpae verti auctori nostro non debet, quod in vocabulorum electione sit negligentior: quo factum, ut saepe eamdem vocem ingrate iteret; immo aliquot ejusdem sententiae versus nonnumquam bis exprimat. Alterum quidem incuriae, alterum ingenii subiti, ac fertilis, nec maturitate subacti est vitium; sed utrumque sine dubio ab auctore, vel ipsius conjuge Polla, si illis per Neronem licuisset, & ultimam admovere potuissent manum, fuisset emendatum, ut in tribus prioribus libris factum videmus. Multos quoque id generis errores non Lu-

Lucano, ſed vetuſtis ejus lectoribus, aut librariis inputandos eſſe, facile perſuaderi mihi patior. Si enim omnis auctor, quo plus legatur, & cujusvis manibus teratur, eo magis interpolationi eſt obnoxius, Lucanus certe id ſubire debuit. Quippe nullus, credo, veterum Latinorum poëtarum (Virgilium niſi forte velis excipere) tam unanimi ſtudio paſſim ab cujuſcumque ſortis hominibus, doctis, indoctiſque verſatus, & lotis inlotisque tractatus eſt manibus, quam Lucanus. At cur dubitemus de hac re? Vetuſtiſſimi, & integerrimi, manu exarati, Codices, ab interpolatoribus non tacti, vel etiam recentiore manu conſpurcati, elegantiores ſaepiſſime nobis non modo exhibent lectiones; ſed & luce clarius docent, multos in noſtro auctore ſpurios, & inſititios eſſe totos verſus, quos ſuis locis notabimus, & expungendos eſſe monebimus.

Nunc autem, quae tibi, Benevole Lector, praeter ipſum Lucani contextum ad fidem Mſtorum, quos inferius recenſebo, & Editionem Grotianam expreſſum, hic legenda obſerantur, paucis accipe. Primo itaque videbis vetuſti Scholiaſtae, ignoti quidem hominis, ſed doctiſſimi, & judicioſi, commentarium, hucuſque non editum, quem magno licet cum labore, & taedio ex duobus antiquiſſimis Iſ. Voſſii Codicibus deſcripſi: Ex his tamen illa tibi excerpta ſolum legenda do, quae veteri, & eadem ut plurimum manu, aut aequali ſtylo, eiſdemque fere verbis in utroque Codice erant exarata. Nam omnia, quae illic ad margines recentiore manu ex Servio, Iſidoro, aliiſque Grammaticis, vel etiam ab indoctis, & nugacibus interpolatoribus adſuta, aut denique ſynonyma tantum voce erant expoſita, tibi obtrudere nolui. Id lectoris otio foret abuti: quamvis ne ſic quidem praeſtare tibi velim, hunc unius modo viri integrum, nec è multis conſarcinatum eſſe commentarium. Aliter ſeſe rem habere, variae hic illic ineptiae, nec non Mſti Codd. quos ante me multi viri doctiſſiſſimi, ſaepe Lucani Scholiaſten ſine nomine laudantes, aliaque verba, quam quae ego inveni, ex illo producentes inſpexerunt, evidentiſſime oſtendunt. Cujus vero, vel quorum Grammaticorum hic commentarius ſit, cum inveſtigare non potuerim, vanis conjecturis te diutius detinere, Lector, nolo. M. quidem Arnulphi Aurelianenſis Mſtum commentarium memorat Rottendorfius in Epiſt. ad N. Heinſium CCXXXI, à Celeb. P. Burmanno, Viro omni laude majore, & multis mihi nominibus colendo, in corporis Epiſtol. Tomo quinto edita; ſed cujus ille ae-

latis, vel pretii sit, non addit. Ad nostrum etiam non pertinere puto commentaria in Lucanum à Gloro de Aretio scripta A. MCCLXVI, quae in Msto olim possedit Nobiliss. Toparcha de Leur, vander Marck, utpote recentiora, qualia supersunt multa. Quapropter scias modo, nostri Scholiastae commentarium optimis lectionibus, atque explicationibus esse plenissimum, cumque nonnulla veterum auctorum fragmenta, quae frustra alibi quaeras, nobis conservasse, ac denique Servio, Donato, Lutatio, similibusque Grammaticis facile parem esse. Post Scholiasten aliquando Omniboni Vicentini notulas, per J. Taberium ex plenioribus, sed depravatis ejus commentariis, Venet. A. MCDLXXV. sine perpetuo contextu editis, decurtatas, & Brixiae A. MCDLXXXVI. in lucem missas; uti & J. Sulpitii Verulani adnotationes ex commentario, Venetiis primum A MCDXCIII. vulgato, & dein saepius recuso, excerptas subjunxi: Scilicet eas tantum, in quibus vel varia proponitur lectio, vel quas refutant Glareanus, Micyllus, & alii; ne quis illorum animadversiones in Omnibonum, & Sulpitium legens, horum Editiones aut sibi comparare, aut saltem inspicere, & ingrato labore tempus perdere cogeretur. Ceteris Omniboni, & Sulpitii notis, utpote levioris momenti, Lucanum onerare, & hujus Editionis molem augere nolui. Eamdem rationem inii eligendo Badii Ascensii notas ex ipsius Editione, Parisiis A. MDVI. procurata, nec non Beroaldi, & G. Versellani ex Edit. Parisina A. MDXIV, quae saepius quoque repetita est. Plura autem excerpsi, & hic inprimi jussi ex doctissimo, & copioso L. Hortensii, Montfortii, (de quo vide omnino Bataviam sacram Heusseni sub Montforto) commentario, Basileae A. MDLXXVIII. edito. Dedi tamen non alia, quam quae auctoris contextui corrigendo, vel aliquando verum sensum, ubi intricatior est, indagando servire posse mihi videbantur. Denique potiora Th. Pulmanni Antverpiae A. MDLXIV, & G. Bersmanni Lipsiae A. MDLXXXIX. inpressa Scholia, variis lectionibus, & brevissimis illustrationibus constantia addidi, ac legenda tibi cum reliquis procuravi.

Habes itaque hic solum, amice Lector, earum notarum seriem, quas è Doctorum Virorum, qui Lucani textum post renatas litteras illustrarunt, & in lucem ediderunt, commentariis excerpsi. Nam ceterorum, ut Sabellici, Jacobi Bononiensis, Pii, Canterorum, Modii, Mosantii Briosii, Heinsii, Gronovii, Brouk-

hu-

husii, Burmanni, aliorumque observationes in suis ad alios libros adnotationibus, vel Criticis exercitationibus sparsas aut ineditas nunc non recenseo, quippe quas notis meis insertas, ac commemoratas passim deprehendes. Sequatur nunc illorum recensus, quorum integros, quantum scimus, commentarios nostrae Editioni adtexuimus. Horum primus ordine est H. Glareanus, cujus doctissimas notas edidi omnes, quae ab Hortensio suis observationibus inmixtae fuerunt. Plures num scripserit in Lucanum Glareanus, plane nescio. Nam mihi nondum tam felici esse contigit, ut ipsam Glareani Editionem oculis perlustrare potuerim, licet in eam ubivis locorum per amicos inquisiverim, mihique omni opera comparare fuerim conatus. Ea tamen in Clar. J. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina traditur fuisse in lucem emissa Basileae A. MDLI. apud Henricum Petri in 8vo, una cum Sulpitii notis. Absque hoc doctissimo indice esset, omnino cum Celeb. Barthio censerem, hos Commentarios nusquam alibi, quam inter Hortensianos lucem vidisse. Sic enim ille ad Statii Lib. IV. Theb. vs. 181. scribit. *L. Hortensius Commentario in eum poëtam laudans adstipulantem Glareanum, virum doctiss. deque litteris suo aevo optime meritum. Cujus ego tamen in Lucanum editum nihil vidi, nisi quae recenset saepius Lambertus Hortensius.* Glareanum excipit Jac. Micyllus, cujus adnotationes, omnium, quae antecesserunt, optimae, & eruditissimae, primum prodierunt Francofurti A. MDLI; unde eas totas in hanc editionem transtulimus. Huc accedunt quoque Joachimi Camerarii integrae in primum Librum commentationes, à G. Bersmanno olim editae: quas tamen, ne quis aliquid deesse calumniaretur, quam quod repetita inpressione dignae nobis videbantur, addi necesse fuit. Antiquorum denique Commentatorum, quorum notas sub ipso textu exhibui, agmen claudit illud Bataviae nostrae decus, & lumen Hugo Grotius, maximus Lucani ob liberum ipsius ingenium, & tyrannorum odium admirator. Ejus editio prae reliquis adcuratissima, & emendatissima, quam tamen inmodicis laudibus extollit Illustris Rutgersius Lib. I. Var. LL. c. 12. & L. III. c. 7. prodiit Lugduni in Batavis A. MDCXIV, paucis notis instructa, quas auxit exsul Lutetiae degens A. MDCXXV. & Lugdunensi Editioni cum novo titulo A. MDCXXVI. & MDCXXVII. adjecerunt Bibliopolae, & tertio A. MDCXXXIX. Ex tribus autem his curis conflatas unas exhibent Editiones Elzevirianae; sed cum valde dubitem, an id acciderit, volente Grotio, eas rursus separavi, adposita *Ed.*

sec. vel *tert.* nota. Quod eo magis faciendum esse putavi; quia vix credere possum, tertias illas curas, primis longe viliores, & fere nihil, nisi similia aliorum auctorum loca continentes, à Grotio ad fratrem esse missas, ut inprimerentur, quasi notae Grotio dignae. Tres autem ipsius ad D. Heinsium, & fratrem Gulielmum epistolas, praefationum loco inter ceterorum Commentatorum dedicationes ac praefationes suo ordine, ne quid desideraretur, insertas tibi etiam exhibemus.

Post hunc autem virum, adeoque post totum elapsum seculum à nemine, majorum gentium Critico (Farnabium enim, Schrevelium, Maittaire, & id generis editores omitto) Lucanum emaculatum, doctisve observationibus illustratum, ac publici juris factum esse debemus mirari. Nam, quamvis hoc opus adgressi sint multi viri summi, in quibus suum nomen saepius professi sunt Barthius, Rutgersius, Ez. Spanhemius, N. Heinsius, aliique, nullus tamen eorum datam fidem praestitit; sed vel ultro laborem hunc rejecerunt, vel inmatura abrepti morte illius rei desiderium nobis reliquerunt. Interim ego post absolutam fere inpressionem Divione Doctiss., & Humanissimi Scoto Britanni Georgii Waddeli opera, & liberali benevolentia reverendi patris Oudini nactus sum marginales conjecturas, ac notulas audacissimi Critici Fr. Gujeti, quas bona fide excerptas, non tamen à me ubique probatas, post Lucani supplementa à Th. Majo (quem describit Vlitius in Epist. ad Heinf. T. III. p. 752.) composita, & hic denuo recusa, addere, operae pretium mihi visum fuit. Codex vero, ad quem Gujetus has notas adleverat, est unus ex libris, quos domui professae Parisiensi Soc. Jesu testamento A. MDCXCII. reliquit Vir Clariss. D. Aegidius Menagius. Sed etiam spem nobis fecit Doct. Cortius, Heinsianas, & Spanhemianas curas (de quibus vide illorum virorum mutuas litteras in Epist. Corpore T. III. à Celeb. Burmanno, penes quem sunt etiam Heinsianae curae, ab ipso cum suis notis, ut promisit, sed adhucdum ob rationes in praefatione ad Phaedrum redditas distulit, aliquando edendae, vulgatas) ex Hamburgensi Cl. Fabricii, & Berolinensi Regia bibliotheca brevi à se in lucem proditum iri. Quod ut fiat, serio optamus. Immo Lipsiae emisit jam ille vir Doctiss. minorem Lucani editionem, emendationibus, & conjecturis tam suis, quam aliorum refertam. Verum, quoniam illa Editio demum in manus meas venerit, operis jam ad finem properantibus, meisque notis plane absolutis, & praeterea in praefatione pollicetur ipse edi-

editor, omnia, quae mutavit, vel mutanda conjecit, à se *ita confirmatum iri rationibus manifestis, ut, quae nunc infirmiora Lectori forte videntur, eadem pro certissimis habeat*, illius Editionis mentionem antea facere nequivi; neque etiam nunc faciam, ut liberrimum de opera ab utroque nostrum Lucano inpensa judicium aequis, & peritis harum elegantiarum, & poëticae praesertim venustatis judicibus relinquatur.

Hactenus commemoravi, quaecumque Viri docti in Lucanum sunt commentati, quaeque ego huic Editioni inmiscui, non ut ea refellerem, aut ubicumque erravissent Scholiastes, Glareanus, Micyllus, ceterique, monerem (hoc enim, quoties ad ipsum auctoris contextum, & sensum haud pertinebat, mei instituti non erat) sed ut sub uno, ut ita dicam, oculi intuitu haberes omnia, quae lectu digna ad hunc auctorem olim meditati erant, atque enarraverant Editores antiqui. Superest nunc, ut quid ego hac nova editione praestiterim, quibusque copiis, tam amicorum opera, quam meo aere comparatis instructus Lucanum emendare, atque illustrare adgressus fuerim, breviter exponam. Primo itaque ad meam editionem exornandam adhibui, & accurata, qua potui, lectione cum vulgatis libris contuli sex membranaceos Codices, quos olim possedit Celebr. Is. Vossius, & nunc adservat instructissima Academiae Lugduno Batavae Bibliotheca publica. En tibi illorum Indicem!

Vossianus primus in Bibliothecae Catalogo p. 381. N. 51. Codex est sane optimus, & veterrimus, magna forma in quarto, & magnis litteris exaratus, cum perpetuo Scholiaste. Scriptus videtur seculo nono. Hoc codice, quem saepe jam laudavit ipse Vossius (V. ad Melam L. 1, 8, 6.) praestantior creditur esse nullus. Audiamus, Lector, quid illustrissimi Viri, hujus rei gnarissimi, Heinsius, & Spanhemius de eo ad se invicem scripserint. Heinsius quidem Epist. x. ad Spanhem. T. III. p. 821. *Lucanum in ipso itinere trivi non incuriosa manu, jamque cum* xx., *& pluribus scriptis Codicibus contuli; sed quorum omnium instar sit unus Vossianus. Adeo nullum praestantis notae praeter hunc unum offendi.* Eadem fere scribit ad J. F. Gronovium Ep. 371. T. III. p. 358. V. etiam p. 466. *Vossianus, qui aut raro, aut numquam inponit.* & saepe alibi. Spanhemius autem respondet p. 822. *Lucani quidem codices varios Vaticana, Farnesiana, & novissime Augustae Christianae Bibliothe-*

theca suppeditarunt, paucos tamen bonae frugis, & Vossiano Codice aetate, ac bonitate inferiores.

Vossianus secundus in Catal. p. 372. N. 63. optimus item, & vetustissimus Codex, quem saepius quoque prae aliis laudat Heinsius. Exaratus est in Folio à varia manu, & passim interpolatus. Hic quoque perpetuus adest Scholiastes, & quidem plenior, atque emendatior, quam in primo. Scriptus videtur seculo decimo. In hoc Msto post librum septimum capitalibus, ut vocant, litteris exarata sunt haec. *Paulus Constantinopolitanus emendavi manu mea solus. M. Annei Lucani Liber* VII. *Explicit. Incipit Liber* VIII. *feliciter. Legenti vita, & profectura, scriptori vita, & fortuna. Lege feliciter.* & in fine Codicis. *Paulus Constantinopolitanus emendavi manu mea solus. M. Annei Lucani civilis belli Liber* X. *explicit.*

Voss. tertius p. 379. N. 16. Ejusdem pretii, aetatis, & scripturae est Codex, à varia itidem manu scriptus, & interpolatus, ac vetustate litteris saepe excisis. Est forma majori quarta. Incipit a vs. 296.

Voss. quartus. p. 383. N. 81. Bonae quoque notae Codex, manu eleganti, & litteris rotundis exaratus.

Voss. quintus p. 387. N. 3. Itidem Codex bonus, sed recentior, & aberrante saepe manu exaratus.

Voss. sextus. p. 386. N. 17. Recens, & corruptissimus. Praeter hos usus sum Amplissimi Senatoris, & Scabini Amstelaedamensis, eximii Musarum, atque elegantiorum litterarum cultoris, ac patroni Joannis de Witt membranaceo codice. Cujus viri, qui & Broukhusii ineditas notulas nobis dedit, benevolentiam, quam etiam aliis in negotiis expertus sum, & gratus agnosco, mihi conciliaverat Doctiss. Vir, & egregius vates D. Hoogstratanus. Hic autem Wittianus Codex aetate, bonitate, ac rotundo charactere non cedit Vossiano secundo; immo integrior est, & minus interpolatus: Scholiastae etiam quaedam continet. Ejus possessor olim fuit Sixtinus, dein Sixius. Scriptus est in folio. Hunc librum crebro quoque laudat Heinsius, & inprimis in Epist. CCXIX. ad Gronov. T. III. p. 267.

Non minoris pretii, & ejusdem aetatis est etiam alius in folio manu exaratus liber membranaceus, cujus excerpta ad me Divione mitti passus est Illustrissimus, nec non doctrina, & humanitate conspicuus vir Bouhierius, Senatus Burgundici praeses. In

In hujus codicis fine itidem, ut in Vossiano secundo, scriptum est. *Paulus Constantinopolitanus emendavi manu mea solus*. Haec vero excerpta partim fecit, partim fieri curavit, cum bis in Galliis studiorum gratia degeret eruditissimus Vir, meique amantissimus Jac. Phil. D'Orville, quem meritis laudibus prosequi me vetant ejus pudor, & mutuus intimae amicitiae usus. Plurimum tamen ipsi in exornanda hac nostra editione deberi, idque gratissimo animo me agnoscere, hic tacendum non fuit. Nam ipsius quoque cura accepi luculentissima excerpta optimarum membranarum ex Regia Galliarum bibliotheca N. 5073, uti & alterius, quem Regium secundum adpello, recentioris quidem, antiqui tamen, & bonae notae codicis N. 5636. Integerrimus vero est primus ille Parisiensis Codex, & ejusdem aetatis, qua Vossianus primus; immo bonitate, & antiquitatis fide cum eo certat.

Idem in Anglia tum versans ad me misit varias lectiones duorum MSS. Oxoniensium in membranis, quorum primus sexcentorum circiter annorum aetatem habens, & cum aliis quibusdam Codd. *Belli civilis*, non *Pharsaliae* titulum gerens, Ed. Bernardi fuit, ac servatur in Bibliotheca Bodlejana, diciturque à V. Cl. Georgio à Turre Medicinae professore Patavii Regiae Parisiensi bibliothecae A. MDCLIII. esse donatus. Hunc ipse mihi contulit laudatus Orvillius. Oxoniensis secundus, priore recentior in eadem est bibliotheca ex Conlectione Ashmolaea.

Eidem amico debeo quaedam excerpta à Doctissimo J. Wasse ipsi ex MSS. Cantabrigensibus cum nonnullis conjecturis tradita; nec non collationem Codicis spectatissimi Hulstii, Hagensis Consulis, & copiosissimae Bibliothecae possessoris. Membranaceus etiam est hic Mstus liber, sed recens. Adhaec idem in Italiam, qua nunc doctos transigit dies, properans Taurini è Regia bibliotheca humanissimi, & reverendi patris *Romae* opera nactus est membranaceum 500 annorum, & optimae notae Codicem, ejusque excerpta ab ipso facta ad me misit, sed sero: quare solum in Addendis illius Msti mentio à me fieri potuit.

Mecum quoque Marpurgensis bonae notae Codicis, in membranis, forma oblonga in 8vo, à Doct. Schminke conlati variantes lectiones amice communicavit Celeberrimus, ac meritissimus in Ultrajectina Academia humaniorum litterarum Professor Arn. Drakenborchius: quo nomine ipsi plurimas etiam ago gratias.

Amstelaedamensem non magni momenti (V. Gronov., & Heinsii Epistolas T. III.

p. 457, 458.) Mstum recentem, quem aliquando ad partes voco, cum vulgatis contulit, mihique excerpta dedit sodalis meus Petrus D'Orville, Jacobi frater, qui raro exemplo Musas simul, & Mercurium feliciſſime colit. Tandem addidi quoque variantes lectiones mei Codicis membranacei, recentis quidem, sed elegantiſſima manu exarati, & ad vetustum exemplar expreſſi, atque unius, ut suspicor, ex illis, quos recenset Celeb. Montfaucon in Diar. Ital. p. 313.

Humaniſſime etiam mihi dederat Doctiſſ. Vir Sig. Havercampus, in Academia Lugd. Batava litterarum Professor utendam collationem duorum Codd. quam fecerat olim Fr. Junius; sed simulac Vossianos Codd. mihi perlustrare datum est, facile deprehendi, hos MSS. esse Vossianos, adeoque usui mihi cedere non potuit ista collatio. At vero praeter nominatorum Codd. varias lectiones reperies hic quoque Stephani, Hortensii, Pulmanni, Bersmanni, & Grotii laudatos Mstos, quorum variantes LL. ex illorum virorum editionibus excerpsi, suisque notis distinxi.

Manu exaratos libros nunc excipiant vetustae, quas adhibui, editiones, & multis Lucani Mstis, quibus ubique fere abundant bibliothecae, saepe meliores. In his prima, & correctiſſima est Ed. Romana A. MCDLXIX. in Biblioth. Lugd. Batava. Hanc cum multis viris doctis omnium primam esse puto; licet videam, Ill. Spanhemium, qui fortasse Romanam non conspexerat, existimare, aliam quamdam Editionem sine anno, & loco, qualem Hagae aliquando obiter inspexi, & Venetiis in pergameno vidit meus Orvillius, cunctarum principem esse. Ita enim Heinsio scribit Epist. IV. p. 811. T. III. *Editiones nactus sum, quas omnium principes auguror; unam sine anno, & loco, sed tum ex mendis, tum ex characteribus meo judicio primam, alterum ex eadem* (forsan Veneta) *expressam Venetiis* MCDLXXVII. Harum posteriorem ipse poſſideo, ejusque discrepantes LL. insigniores enotavi. Praeterea aere meo comparavi satis bonam editionem Parmensem A. MCDLXXIII, & Brixianam A. MCDLXXVI. cum Omniboni notis, quae saepe à contextu diſſentiunt. Ad hanc expressa est, quae etiam penes me jacet, Mediolanensis Editio A. MCDXCI. Harum autem Editionum variantes lectiones, quae scitu dignae erant, etiam adposui. Post has adhibui quoque veterem Sulpitii Ed. Argentoratensem A. MDIX; nam ejus primas, Venetiis emiſſas A. MCDXCIII. & MCDXCVIII. videre mihi non licuit; dein

Al-

Aldinas, quae Venetiis sunt inpressae A. MDII. & MDXV; ac, quantum conjicere possum, maxima ex parte Sulpitii referunt mutationes: unde illae deinceps translatae sunt in Colineorum, Gryphiorum, & seqq. Editiones. Nam ab his differunt, & quasi alteram sectam faciunt Badii Paris. A. MDVI, Versellani, Micylli, & Hortensii Editiones. Nullam earum ubique secutus est R. Stephanus Paris. MDXLV; unde & aliquando in ejus nitidissima Edit. reperiuntur singulares lectiones. Hic illic inspexi quoque, quam habeo, Parisiensem A. MDXII. Editionem cum Paraphrasi P. de Ponte, singulari plane charactere, & nullis fere distinctionibus insignitam, eamque non raro etiam ad partes vocavi, nec non Londinensem Maittairii Edit. A. MDCCXIX.

In tanto autem Mstorum, & Edd. numero ne turbetur lector, summam diligentiam adhibui, & eorum diversas lectiones variatis notis, quarum adposui hic catalogum, in observationibus, & variarum Lectionum congerie distinxi. Quam congeriem ex talibus LL. quae usui meo inservire non posse videbantur, constantem inter contextum, & notas adjeci: quia Lector inde fortasse quid eliceret, quod ego non subodoratus sum. In contextu emendate edendo secutus sum Grotianam Editionem, quam secuti quoque sunt ceteri post Grotium Editores (Maittaire, qui depravatam Gryphianorum heredum Ed. expressit, excepto) unde eas omnes *vulgares* voco. Ubicumque vero optimorum Mstorum auctoritas, vel ipsa res, & auctoris sensus meliorem flagitabat locutionem, eam amplexus sum, & vulgari lectione ejecta, in textum admisi. Id tamen à me non actum est, nisi caute, & parcissime; cum timiditatis accusari, quam temeraria, ad singulas blandientis unius, aut alterius Msti lectiones, vel novam, ingeniosam licet, & probabilem cujuscumque viri docti, meamve conjecturam, omnia novandi prurigine convinci malim: idque meum institutum prudentissimis viris, quidquid clamitent superbi, & audaciores Critici, non displiciturum esse, satis confido. Cujusvis mutationis rationem reddo, aut argumentis confirmo eas lectiones, quas primus Grotius, non admonito lectore, in contextum intulit. Rectene, an secus id fecerim, tui erit judicii. Orthographiam secutus sum, quam in optimis MSS. frequentissimam esse deprehendi: unde saepe Graecas terminationes, ejectis Latinis, non tamen nisi Mstorum auctoritate praetuli. In compositorum praepositionibus hic illic vacillarunt operae, & *col*, ac *cor*, *il*, & *suf*, ac similia pro *con*, *in*,

 sub

sub &c. me nolente, retinuerunt. In Accusativo plurali nominum in Genitivo habentium *ium*, modum quidem scribendi pes *es* vulgarem retinui: quia vera Romanorum elocutione deperdita illa veterum orthographia hos Accusat. per *is* efferendi sensum Lectori saepe reddit obscuriorem.

Crebro tamen Lectorem in ipso opere verbulo admoneo, Regium primum, & Vossianos veterrimos exhibere *is*, & non *es*: nam *eis*, quod vulgo erat in Editionibus, nihili est. Sed haec leviora sunt. Hisce denique omnibus addidi rerum, locutionum, & notarum Indices locupletissimos, magno labore, nec minore taedio à me confectos. Quartam tamen prioris Indicis partem conposuit, mihique in ordinem redigendam donavit supra laudatus Vir humanissimus A. Drakenborchius: quo nomine debitas ei ago gratias. Pauca librariorum errata, quorum Indicem dedi, & quasdam illorum culpa male positas distinctiones, quae me absente, licet summam in corrigendis typothetarum vitiis diligentiam adhibuerint mei, quibus magnas debeo gratias, amici, irrepserunt, boni ut consulas, meumque elegantiores litteras colendi studium tuo favore, ac benevolo animo prosequaris, Aeque Lector, enixe rogo, atque obtestor. Vale. Harlemi. A. MDCCXXVII.

Notarum in Variantes Lectiones

C A T A L O G U S.

Arabici numeri Mstorum quantitatem designant; *o* omnes.

Manuscripti

VV. LL. Steph. Variae lectiones Stephani.
P. Pulm. Pulmanni.
B. Bersm. Bersmanni.
Hort. m. Hortensii margo.
V. Voss. Vossiani.
R. Reg. Regii.
O. Ox. Oxonienses.
Bob. Buh. Bouhierii.
W. Witt. Wittii.
Marp. Marpurgensis.
A. Amst. Amstelaedamensis.
H. Hulst. Hulstii.
M. Meus.
Cant. Cantabrigienses.

Editiones.

Vett. qdd. Edd. Veteres quaedam Editiones.
R. Rom. Romana.
V. Ven. Veneta.
P. Parm. Parmensis.
Br. Brix. vel *Omn.* Brixiana, vel Omniboni.
M. Med. Mediolanensis.
A. Aldi.
C. Col. Colinei.
Gr. Gryphii.
St. Stephani.
Par. Parisiensis.

OMIS-

OMISSA ET CORRIGENDA
IN NOTIS.

Prior numerus paginas, secundus regulas, literae *a*, *b*, paginarum Sectionem denotant.

Pag. 2. 50 a. Leg. *Poëta*.

- - 1 b. pro *avunculo*, ut hic in Scholiastis MSS. scribitur, & p. 22, 7. b. legendum est *patruo*, quod monere fui oblitus. Lucius enim Annaeus Seneca, Marci filius, frater fuit Annaei Melae, qui nostri Lucani erat pater.

3. b. *Jus datum sceleri.* Adde Cel. Burm. ad Pedon. Albin. 54.

- - - injustum jus sibi ubique facit.

6. 6 a. l. *μυριάσοντες*. 11. b. l. *Euri.* in fine. *Scythico frigore* non male ut L. VI, 325.

Extremum Scythici transcendam frigoris orbem.

8. 1. a. l. *figura.*

9. 2. Adulationi Ironicae Lucani adde Lib. III, 384. &c. dein *Scelera ipsa, nefasque &c.* pro suis venditavit Arat. in Act. Apost. L. I.

- - - - Scelera ipsa, nefasque
Hac potius mercede placent.

Idem paullo ante ex eodem hoc loco dedit *suo servire Tonanti.*

10. 37 b. l. *flammiferos.*

14. 18 a. l. *antiquum.*

16. 1. post *orbem.* adde L. V, 94.

Aëra libratum vacuo quae sustinet orbem.

& qui haec imitatus est Dracontius in Hexaem. vs. 291.

Dumque fretum terra, & dum coelum sublevat aër.

ubi male quidam volunt *terras dum.* Vide etiam L. VIII, 798. & omnino Briosium. paullo post de *regni*, an *regnis sociis* consule quoque Cl. Burm. ad Ovid. Amor. L. I, 9, 6.

23. 25 a. l. *cadit.*

28. 21 a. l. *ἀγωνομοποιΐα.*

29. 20 a. l. *mediisque.*

30. 7 b. l. *&.*

33. a in Med. l. *Βαλιαρίδες, βαλιαρεῖς.* Paullo post ad *invadis Ariminum; & ignes* &c. refero Phaedr. L. V, 7.

Erat facturus ludos quidam nobiles;
Et incipiebat princeps ingredi.

i. e. eo tempore, cum ecce &c. Vide illic Celeb. Bentlej. & Burm.

37. a. *Cimbrumque tonantem vidimus.* Adde Doct. Cortium ad Sallust. Bell. Catil. c. 40. *Videt queri.*

42. 25 b. l. *esse.*

51. 15 a. l. *Taranis.* ibid. 16 b. l. *populi.*

53. a post *πολλὴν τῆς γῆς.* adde Lib. V, 47. *minimum terrae.*

ibid. l. *Lipsium.*

56. 12 a. l. *Ligeris.*

58. in fine. dele *inquit.*

64. 35 b. l. *altique.*

65. 35 b. l. *repetistis.*

66. a. *Deos, & coeli lumina.* Adde L. I, 185.

Stellarum coelique plagis superisque vacavi.

72. b. *Conjuxque* pro *conjuxve* habet quoque MS. Taurin. sed perinde est. nam *ve* pro *vel non* poni, aeque ac *que* pro *& non* docet Cel. Burm. ad Phaedr. L. 4. F. 4.

89. 2 b. l. *Nemeeum.*

94. a. in fine l. *nostro.*

95. b. *Deserta* etiam est in MS. regiae Taurinensis bibliothecae, & pluribus exemplis hanc lectionem confirmat Cel. Burmann. ad dictum Phaedri locum.

98. 6, a. Dele *Cod.*

99. 2, b. l. *imitatione.*

100. a. *Feriunt aures.* Adde L. VII, 25.

- - - nullas tuba verberet aures.

ubi etiam nonnulli Codd. *auras.*

105. b. Adde L. VI, 627.

- - fugere lupi, fugere revulsis &c.

Dein seq. pagina in fine scribendum jussi *haec haec contingere non est.* male illic exsulat semel *haec.* In Codice Taurinensi scribitur quoque *fas haec c. non est.*

114. 28 b. l. *facturam.*

117. a. *Victima tristis inferias pendit.* Non damnem tamen omnino *tristes.* Virgil. L. III. Aeneid. 301.

Sollemnis cum forte dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromache, Manisque vocabat.

Ovidio plus semel *tristia sacra.*

120. b. in med. post *sequi* pone comma, & post *lectione τέλειαν στιγμήν.*

124. a. *Inmixtum.* Non temere damno. Accusativum pro dativo potuit adhibuisse Lucanus, ut Phaedr. L. 3. F. 7.

Quanto est facilius mihi sub tecto vivere,
Et otiosum largo satiari cibo.

Ubi vide Cel. Burm. & quae adtulimus ad L. III 32. Ab eodem ad L. V. Phaedr. in fine adducta plena manu exempla confirmant MSS. lectionem vs. 232. *contentus, quod Sulla fuit.*

128. 19 b. l. *nolle.*

132. a. post *tabernas*. Adde, quae congessimus ad L. I, 642. & post *vincat sibi*, adde L. VI, 302.

- - - - - *vicisset in illo*

Si tibi Sulla loco.

143. b. *Adjicit* etiam Taurinensis Cod. notatis à me adde congesta à Cel. Burmanno ad Phaedrum L. II. Fab. 5.

149. 5 b. l. *delerentur*.

ibid. 26 l. *Gabinio*.

150. 20 b. l. *utrumque*, *item exire*.

156. b. in fine l. *perducere*.

161. 4 b. l. *pleraeque*. *In*.

162. 30 b. l. *mutandum*.

168. 13 a. l. *scripsi*.

170. b. *Tacitas*. *Taciti* tamen retinere posses ex Virgilio Lib. III. Aen. in fine.

- - - *tacitique incidere funem.*

174. b. Adde L. VI, 413. *damnata fatis tellure*.

186. 11 b. l. *insigne*.

189. 28 a. l. *Persica*.

191. 23 b. l. *capiunt de*.

210. a. *Plurima regna* usque ad *vim* ponenda post MICYLL. Dein *Maeotidas* est etiam in Taurin. Cod.

215. 5 b. l. *flatu*.

224. *Virum inponere mundo*. Adde Doctiss. Cort. ad Sallust. B. Catil. c. 51. *Atheniensibus triginta rectores inposuere*. ibid. *diris altaribus*. Sic etiam Taurin. Cod. & consule Ampliss. Cuperum, & Heinsium in Epistolarum corpore, à Cel. Burmanno edito T. 2. p. 716. & seqq. Paullo post pro *praebentibus* Cel. Burmanno placebat *agitantibus* ad Ovid. Ep. Her. XIV, 39.

228. *Subvertere silvam*. Rectius è MSS. quibusdam legit idem *submittere* ad Ovid. Fast. Lib. VI, 645. *operum submittere moles*.

230. *Satis caesi nemoris*. Adde eumdem ad Phaedr. IV, 25. *Verberis ictu* etiam Taurin. MS. & idem ad Ovid. Met. X, 179.

234. a. *Maris* adhuc placet. Justin. L. V, 6. *Iterum tamen fortunam maris experiendam decernunt*.

245. a. Adde. *Nisu* quoque in Taur. Cod. Confer congesta ad L. IX, 484. *Nisu jacuit* & N. Heins. ad Ovid. Epist. IV. Her. 126. *in medio nisu*.

246. 25 b. l. *Vallensis*.

248. 9 b. l. *duo vetust*.

249. 1 a. l. *Oxoniensi uno*, & *meo*. *remos* habet Taurinensis MS. Dein *artius* unice praefero cum Cel. Burm. ad Ovid. L. II. Am. 2, 39.

255. 10 a. l. SCHOL.

261. 31 b. l. *scil.* 33 l. *tibi*.

275. b. in fine l. *Bouherii*, vel *Bouhierii* & semper.

277. 10, 14 a. l. *ferant*. *dent bellum* scribitur quoque in Cod. Taurinensi.

278. 12 b. l. *copiae*.

285. *Adduxere*. Ita quoque MS. Taurin. ut legendum jam monuit Inl. Heins. ad Ovid. Epist. Her. XI. 27.

288. 8 a. l. *Aquilium*;

302. b. *Metus hinc abst*. Cod. Taurin. etiam *omnis abit*. Quod forsan retineri posset; hoc sensu: decernite letum, & non amplius metuetis. Ovid. L. I. Am. 7, 2. *Dum furor omnis abit*. ubi vide Cel. Burm.

312. 12 b. l. *Ceo*.

314. 1 a. l. *est*. Adde. in Taurinensi Codd. etiam *Libyco*.

327. 25 a. l. *obliquus*. & sic etiam Taurinens., ac paullo supra *incauto*.

339. b. in fine l. *Phocensibus Europae*.

341 8 a. l. *Trascipolin*. MS. Taurin. *Roycipolin*.

351. 16 a. l. *intimctam* meus.

368. 7 a. l. *Pactolos*.

371. *Fastos*. Hic quoque *fastus* habent MSS. quidam, teste Cel. Burm. ad Ovid. L. I. Fast. II. Suet. Tib. c. 5. *In fastos, actaque relatum est*. MS. Salm., & Harlem. *fastis*. Quidni *fastus*? Vide ad L. X. *vincetur fastibus annus*.

377. 22 b. l. *quo juv*.

383. 24 b. l. *propinque*.

384. *Et fata*. Idem Burm. recte legit *quid f.* ad Ovid. ex Ponto L. III, I, 119.

387. 15 a. l. *ait ad e*.

395. *Frexerat undas* MS. Thuan. & Rottend. *iras*. rectius. Vide Indicem, & Cel. Burm. ad Ovid. Epist. Her. XVIII, 2.

- - - - *si cadat ira maris*.

398. 18 b. l. *nox*.

404. *Jam luce*. Idem mavult *cum luce* ex uno MS. ad Ovid. Amor. L. III, 14, 7.

407. b. Vulgatum *tensas* servat etiam Taurin. MS. bene. Stat. L. IV. Silv. 3, 38.

Non tensae volucrum per astra pennae.

416. *Tectas urente*. Omnino scribi debet, ut feci, *tectas urente*. Confirmat *tectas* etiam Taurinens. Cod., & Seneca in Hippol. vs. 282.

Sed vorat tectas penitus medullas.

Inl. Heinsio placuit *tacitas* in curis secundis ad Ovidium L. I. Am. El. 2, 6. ubi vide.

421. 11 a. l. *optimae*.

423. 22 b. l. *exponunt*. flexum *est*.

424. 3 b. l. *nam G*.

431. 21 a. l. *Minuci ut*. Taurin. *Minici*. *inpulsu valli* vs. 123. unice verum est; & agnoscit quoque Taurinensis, ut & vs. 137. *vomit* pro *gemit* vulgato. L. IV, 751. Sed in alia re. *saxa quatit pulsu*.

438. 1 b. l. *aequa altitudine*.

448. 18 a. l. *media*.

450. a. *Libera legum*. *Regum* placet quoque ex 5. MSS. Celeberrimo Burmanno ad Ovid. Epist. I. Her. 80. eique nunc plane accedo.

454. 24 a. l. *unum*. *unum* exhibet etiam Taurin. Cod. Stat. L. VIII. Theb. 463.

- - - *ecce una receptas*

Confundit jam vallis aquas.

461. a. in fine l. *Montis*,

465. 7 a. l. *quil.*
466. a. *Incurrens.* Adde L. VIII, 422.
467. 25 b. *Quid etiam est movere aras* ponendum post *adhibuit. noverat* recte etiam Taurinensis, & paullo supra *aere Jovis.*
469. *Populis & gentibus.* Nihil hic est mutandum. Locis adductis adde nostrum L. x, 35.

Percuteret pariter populos, & sidus iniquum
Gentibus.

Vide etiam Justin. L. VII, 1. VIII, 6.
492. *Janitor & sedis laxae* i. Mercurius, ut dixi. Huc referendus Statii versus, & de Mercurio capiendus, Lib. II. Silv. c. I. in fine.

Nec dirae comes ille ferae.

Nisi Orthrum mavis intelligere cum Heinsio ad Silium L. XIII, 845. & T. III. Epist. p. 514. Violenter Barthius mutare vult sine necessitate in *trinae canis ille ferae.*
495. 10 b. l. *rimas.* 23 l. *tument.* 25 l. *fit.*
502. *Chalybum nodis.* Adde Statium L. 4. Theb. 174.

- - *innumero chalybum subtegmine.*

504. 5 b. *Doctiss. &c.* Usque ad *sidere mundi* ponenda post GROT. *Ed. tert.*
506. b. Haec nota pertinet ad vs. 14.
508. 14 a. l. *omina.*
511. a. *Mortis horam admovere.* Statius dixit *Fatalem horam admovere* Lib. VIII. Theb. 375.
511. b in fine post *properamus* adde. SCHOL.
517. a. *Puppis onus.* Pro ipsa nave nunc malim sumere. Sic *classis onus* L. IX, 320. Dein *mors in ore est* confirmatur etiam Ovidii loco L. II. Trist. 526.

Inque oculis facinus barbara mater habet.

522. a. *Mersere caput.* Adde Stat. L. II. Silv. c. I.

- - *tollis mersum luctu caput.*

526. a. Adde ad vs. 299. etiam in Taurin. Cod. esse *numen.* Inducor fere, ut credam, hic quaedam esse insititia. Certe versus ille *solis in obscuro* &c. mihi non satisfacit.
557. b. in fine. *Manum, qua sibi fata minentur.* Lucani hunc esse versum, non obscure conjicias ex Statii imitatione Lib. I. Silv. 6. 65.

Et mortem sibi qua manu minentur.

570 *Arcem juris, & h. c.* Malim cum amico meo, & alio viro docto, si MSS. bonae notae addicerent, ita distinguere *arcem, juris & humani culmen.* ut *arx* sumatur pro tyrannide. quod est frequens. Sed MSS. retinent *humanum: columen* etiam Taurin. MS.
577. *Vovitque.* Inl. Heinsius legebat *fovitque.* Vide T. III. Epistol. ad Gron. p. 522.
585. b. *Quidquid Tagus expulit auri.* Hanc emendationem confirmat Statius L. III. Silv. 3, 89.

Quidquid ab auriferis ejectat Hiberia fossis.

Eleganter quoque in Taurinensi Cod. nunc video legi *exspuit*, quod fere praeferam.
592. 14 a. l. *regii.*
607. 11 a. l. *relinquendo.*
617. *Auditu.* Sic & Taurin. MS. Sueton. in Aug. c. 21. *Auditu modo cognitos.*
631. b. *Sors levior.* Male quoque *melior* est in Taurin. MS. Vide Cl. Burm. ad Ovid. Trist. Lib. IV, 1, 61. *levior fortuna malorum.*
632. Pro *horret* in Taurin. Cod. etiam legas *audet*, & pro *ullos*, *ullis*. *Audet* nunc unice praefero. Ovid. Ep. XIV. Heroid. vs. 6. *Laudarer, si scelus ausa forem.* Saepius *audere nefanda. audere extrema* &c. apud Virgil.
634. b. *Susa.* In singulari numero *Susam* dixit Justinus, si quidem sana est lectio L. XI. 14. *In urbe Susa.*
637. *Transverso & gratum montem* est etiam in Taurinensi Cod. Quia tamen nunc dubito, an *Pharus* quidem dici possit *mons*, licet sciam, metaphorice *montem* dici quamvis altitudinem, ut *montes aquarum, frumenti, equum instar montis,* mallem cum aliis viris doctis, si per Mstos liceret, *gratam molem.* nam insula erat plana, in qua tantum erecta erat Pharos turris. Vide L. X, 510. & vs. 534. *Molis in exiguae spatio.* Opera magna frequenter dici *molem* nemo nescit, & hanc vocem cum *monte* confundi in MSS. monet cum aliis Heinsius T. II. Epist. p. 746.
641. 20 b. l. *genuinum.*
652. *Culpa libera.* Cel. Burmann. mavult *culpae* ad Ovid. Epist. Her. 1, 80.
672. *Innocuus vitae.* Alibi tamen hoc non damnem. *vitaeque nocens* in MSS. apud Stat. L. III. Theb. 369. ubi V. Gronov.
681. b. *Hospitiis superis.* Adde Stat. Lib. III. Theb. 699.

Huic olim generis pudor obvia prima
Hospitia.

688. *Tarchondimotus.* Rescribe in textu *Tarcondimotus* sine adspiratione. Ita enim hoc nomen excusum est in nummis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΑΡΚΟΝΔΙΜΟΤΟΥ. qualem vidit amicus meus.
688. 2 a. l. *utroque.*
691. 2 a. l. *secutis.*
693. 1 a. l. *Phrygii.*
698. 18 b. l. *enim.*
699. 6 b. l. *cum.*
715. a. *Hunc esse pelum.* Vera omnino est lectio; quam non recepisse in textum me piget. Vide omnino Palmerium in Apolog. p. 931. & Indic.
725. a. *Solutae* malim nunc ad *comam* referre, quam ad *colubras.*
728. 19 b. l. *ordo non est.*
732. 10 a. l. *FUMANTE.*
736. a. *Non tenuere, quin.* Adde Vorst. ad Justin. L. VI, 7, 10. *teneri non potuit, quin* &c.
738. b. *Quantus* jam praefero.
742. 18 a. l. *poculis.*
747. b. *Solatia fatis.* Adde Statium L. IX. Theb. 664.

OMISSA ET CORRIGENDA IN NOTIS.

- - - *Solatia morti*
Quaerere.

749. 2. *Illa cum morte.* Confirmat hanc lectionem noster quoque auctor vs. 762.

- - - - - *tristior illâ*
Mors erat ante oculos.

Virgil. L. II. Aeneid.

- - - - *patet isti janua leto.*

753. *Non culta.* Inl. Heinsius ad Ovid. Amor. L. I, 14, 46. malebat *nunc secta. nunc visa* mihi adhuc verisimillimum videtur.

754. *Amore natatum aequor.* Emendationem meam confirmat unice Statius L. I. Silv. III, 37.

Sestiacos nunc fama sinus pelagusque natatum
Jactet.

759. *Belli pelagique.* Et hanc lectionem veram esse, probat idem Statius Lib. I. Silv. I.

- - - *Hos bella, hos aequora poscunt.*

L. III. Silv. ult. vs. 7.

Quattuor emeritis per bella per aequora lustris
Errarem.

Justin. L. v. c. 4. *classi, belloque.*

762. *Angeris.* Ita quoque rescribi jubet ex MSS. Cel. Burm. ad Ovid. L. III. Art. Am. 541.

773. *Thalamos* si quis malit, en exemplum similis locutionis apud Stat. Lib. II. Theb. 211.

Hospitia & thalamos & foedera regni.

777. 2. *Quorum pars maxima fuco.* Conjecturam meam firmat etiam Taurin. MS. *cujus* & *fuco.* Dein de *rutilis comis* consule Heinf. ad Ovid. Metam. L. v, 446. dein vs. 151. *Duces primos* ex MSS. mavult Cel. Burm. ad Ovid. L. I. Fast. vs. 7.

778. 15 a. l. *pectine.*

780. 9 b. l. *Persius.*

787. 22 b. l. *viderit.*

799. *Ingentis fati.* Huc forsan referendus Statii locus Lib. III. Theb. 99.

Tu tamen egregius fati mentisque.

In veteri enim codice illic inveni *egregii.* seq. pagina *Superos tibi tribuent vota* confirmatur quoque Ovidii loco L. 2. Trist. vs. 174.

Auspicium cui das grande, Deosque tuos.

JOANNES BRITANNICUS

Brixianus Hieronymo Advocato, Ambrosii Juris Consulti Fratri Salutem.

Non possum nostris temporibus, Hieronyme Advocate, mirum in modum non gratulari: prisca enim illa videor videre saecula; quibus eo in culmine cum Graecarum, tum Latinarum litterarum studia fuere; ut ad utriusque orationis facultatem desiderari haud quicquam posset. perspicuum enim nobis est, haec nostra studia, quae penitus jam trecentis, aut plus eo (ut arbitror) annis, sive temporum iniquitate, sive hominum incuria & negligentia extincta erant, jam aetate nostra ita reluxisse, ut nostri homines priscis illis adaequari fere possint. Scimus enim illos in scribendo inmortalem quidem gloriam sibi peperisse & laudem. Divinum enim quoddam potius, quam humanum ingenium scriptis suis ostenderunt. Nostra vero aetate ea proferuntur hominum ingenia, quae tantum ipsa laudis intelligendo, quantum illi scribendo promeruisse valuerunt. Minorem enim ego virtutem censendam non puto; cum poëtarum, qui divino quodam ore & pectore carmina effundunt, mentem & sensum intelligas, idque tibi liceat aperire; quod ipsi plerumque ad ingenii sui magnitudinem ostendendam obscurum esse voluerunt; & vix cuiquam praeter (ut ajunt) Musas & Apollinem intelligibile. Quapropter qui in interpretandis poëtis ad communem omnium utilitatem, cum ex iis omne genus scientiae (ut nosti) colligatur, versati sunt; de republica litteraria bene meriti sine controversia sunt censendi; eorumque industriam & laborem qui non laudet, admiretur & magnifaciat, invidiae suspicione haud quaquam carere debet. Quid enim turpius, quam universis bene consulentem detractione & calumniis insectari? & illius famam velle extinguere, quam multis vigiliis & laboribus aliis potius, quam sibi prodesse studet? In quo quidem genere si quisquam merito laudandus est; Joannem Taberium conterraneum nostrum, qui (ut scis) in hac nostra urbe florentissima cum Graecis, tum Latinis litteris ornatissimus & habetur, & praedicatur, extollendum judico. Is enim cum eos commentarios in Pharsaliam Lucani, qui falso Omniboni Vicentini titulo inscripti circumferebantur, tam manifestis ineptiis & mendis refertos animadverteret; ut unicuique haud arduum esset dignoscere à gravissimo illo & litteratissimo viro conscriptos non fuisse; operis, cum ut amicis & litteratis juvenibus, tum ut inpressoribus, qui id quam emendatissimum summopere habere studuerunt, satisfaceret, correctionem tanto studio suscepit, industria, labore & fide, ut plus certe quam mille locis opus emendaverit. Tantumque ex suo ingenio, quo plurimum valet, & addiderit, & ademerit, ut jam Lucanus pueris etiam rudibus intellectu facilis sit. Nihil enim quod ad historiam, ad fabulas, ad Geographiam, ad Astrologiam, ad artem denique ipsam pertinet, in eo desiderandum invenias. Nec mihi quidem dubium est, quin his vigiliis suis Joannes Taberius si minus apud praesentes, qui plerumque vitio malignitatis humanae viventium scripta, etsi lectionis cibus sapiat, veluti fastidio quodam senili degustant & legunt, apud posteros inmortalem sibi & gratiam & nomen sit consecuturus. Haec autem ut ad te scriberem, Hieronyme Advocate, duo quidem illa impulere potissimum: alterum, quod sciebam pro ea benivolentia, quam in Joannem Taberium (ut es à natura optimus.

mus & benignus) semper contulisti, ejus scripta & labores tibi jucundos & gratos fore. Es enim tu is, qui inter ceteros excellentis ingenii viros, quorum haud parvus in urbe nostra est proventus, virtutem colis, magnificis & amplecteris. Nihil enim tibi dulcius est, nihil suavius, nihil denique jucundius, quam in his nostris studiis versari: quorum (quod mihi aliorum pace dixisse liceat) jam primam arcem possidere mihi videris Jam omnes, qui cum litteris commertium habent, ingentes gratias tibi agant, necesse est. Fecisti enim tua industria, studio & labore, ut Victruvius de Architectura, qui jam tot saeculis in lucem caput suum proferre non audebat, quod ex omni parte mancum, lacerum, mutilatum se sentiebat, nunc politus, purus, integer huc & illuc gestiat meare; omnibus carus occurrat, omnibus gratus excipiatur. Alterum quod tanta te observantia prosequor; ut omnes meos labores, industriam & me ipsum statuerim tibi dicatum esse debere. Nam inter caetera & corporis & fortunae bona, quae illustria & amplissima habes, unum illud est; quod me tibi incredibili quodam amore conjungit, quod ea te animi excellentia esse cognosco, & magnitudine, ut nihil fere unquam nisi de virtute aut loquaris, aut cogites. Idque tibi statutum sit, virtutem more Stoico solum bonum dicendum esse. Ex quo fit, ut qui te noverit, plurimum te diligat, plurimum te observet. Sed haec hactenus. Illud à te duntaxat petimus, ut Britannicum tui studiosissimum diligas, ames & complectaris. Vale.

JOANNES TABERIUS

Brixianus Francisco Barbaro posteriori patricio Veneto integerrimo Salutem.

Commentaria, quae in Annei Lucani Pharsaliam ab Omnibono Leoniceno edita putabantur, viro, si quisquam fuit, aetate nostra eruditissimo, sicut mihi mandaveras, Francisce Barbare, succisiva & tumultuaria quadam cognitione recensui. Rem, quae & altioris ingenii virum, & plusculum temporis ad poëmatis magnificentiam deposcebat. Tanta enim in illis fuit errorum series, ut mihi viderer aliquando (quod ajunt) sine filo Labyrinthum ingressus. Nam praeter odiosam prolixitatem, multa inepte nimium, multa contra civilis historiae fidem; atque etiam nihil ad poëtae expositionem conferentes nugas, ut immensum opus excresceret, quisquis fuerit, inculcavit. Neque enim Omnibonum ipsum istaec unquam scripsisse crediderim; sed ab eo dictata verosimilius fit quempiam ex discipulis in volumen collegisse; qui inscriptione ipsa praeceptori suo non tam benigne, quam imprudenter acceptum rettulit. Ego vero etsi intelligebam, nullam me pro laboribus gratiam suscepturum, quod eo deliciarum omnes hac tempestate pervenimus, ut nihil sit detrahentium morsibus inviolatum, tuis tamen in me beneficiis astrictus, opus ipsum, quod alioquin verborum ambagibus fastidiendum videbatur, pro ingenii tenuitate, sed temperata castigatione correxi, ne forte litteratorum vulgus crispatis naribus insurgens, alienae messi nos avaram nimis falcem subjecisse contenderet. Tametsi quis jure succenseat? Addidimus, quae Graece Latineque fuerant opportuna,

na, quae autem non poterant fine publico eminentiſſimi vatis diſpendio legi, reciſa ſunt. Depravata loca fideliter emendavimus, eaque (opinor) ſolertia, ut ſi quis errorum cauſas & rationes emendationum, collato priore exemplari, ſepoſitoque livore diligenter excuſſerit, pauca admodum ſint, quae ad plenam poëtae intelligentiam deſiderentur. Te igitur mihi aſſertorem, Vir humaniſſime, praeſtabis; cujus auſpicio, quicquid eſt hoc lucubrationis, egreditur. Tu enim excellenti virtute ſummoque ingenio unus inprimis litterarum ſubtilis aeſtimator & cenſor, intelligis, qua verborum ſententiarumque majeſtate poëta concitatus aſſurgat, intermiſſiſque nonnumquam gravioribus ſtudiis poëticas interpretationes inſpicis & exploras. Stilus autem ſi quid te inpolitior offendat, cogitabis trimeſtri celeritate, & pauciſſimis quidem diei horis cuncta mutari non potuiſſe, urgente atque indies expoſtulante inpreſſorum turba. Cujus anguſtiae teſtes mihi Hieronymum Advocatum, Joannemque Britannicum rarae ſinceritatis viros & plane in ἐγκυκλοπαιδείᾳ diſertiſſimos appello. Quod ſi acutiſſimo judicio tuo Pharſalica haec enarratio fuerit comprobata, nihil erit amplius, quod à doctorum etiam bibliothecis ullam repulſam vereatur. Ama nos & vale. Brixiae pridie Kalendas Majas. MCCCCLXXXVI.

Ad AMPLISSIMUM ac OPTIMUM PATREM & DOMINUM,

D. ANTONIOTUM GENTILEM

Palavicinum Sanctae Romanae Eccleſiae, Tituli Sanctae Anaſtaſiae, Presbyterum, Cardinalem digniſſimum, Joannis Sulpitii Verulani in Interpretationem Lucani Praefatio.

Etſi multo ante, Pater Ampliſſime, quam tuae te virtutes ad cardineam purpuram evexiſſent, mearum aliquid lucubrationum tibi, ut de me optime merito, dicare ſtatueram: tamen ut felix ille dies illuxit, quo patribus non ſolum approbantibus, ſed & exoptantibus à ſummo Pontifice in eum ordinem es aſcitus: cogitare mecum intentiſſime coepi, quodnam munus eo tempore tibi tam fortunato deditiſſimus ego poſſem afferre. Volebam enim omnino cum munere, veluti Parthorum regem ſalutaturus accedere. Sed cum neque gemmas, nec aurum, nec aulea, nec purpuram, nec mulas, aut deſultores, nec fabrefacta vaſa, quibus omnibus te abundare ſciebam, me habere conſpicerem, ſciremque potius ingenii te vocalibus monumentis, quae nominis claritatem ad poſteros prorogant, quam mutis divitiis delectari: ad diverſos meorum laborum faſciculos mentem converti. Cumque hinc Epigrammatum, hinc poëmatum aliorum volumina, hinc ſoluti pedis epiſtolae, & orationes, hinc in poëtas complures, & in Ciceronem commentarii plurimi ſe mihi offerrent, nihil eorum viſum eſt vel praeſtantius, vel oportunius his, quos tunc in Lucanum elaborabam. Sed cum imperfectas non deceret afferre, veni ut ſcis, tuae illas dignationi pollicens, rerum omnium vacuus; ſed multum gaudio, fide, obſervantiaque onuſtus. Quo me vultu, qua humanitate, quibus verbis & tunc & alias

alias semper exceperis atque dimiseris, quid opus est dicam? Post illud equidem non conquievi, donec librum ad calcem perducerem: perduxi, cumque sincera fide perfectum, ut cernis, nunc affero. Ut quicquid lucubrationis in facundissimi poëtae sensibus enodandis, aperienda historia, fabulis explicandis, orationum artificio demonstrando, omnigena doctrina, qua totus refertus est, ostendenda, & totius Operis, singulorumque librorum argumentis scribendis impendi: id totum in lucem, ad tui decus nominis, meaeque gratitudinis testimonium prodeat. Nec solum Hieronymo & Philippo fratris tui filiis tradas, sed etiam ad omnium illius Poëtae studiosorum commoditatem, & inprimis Hispanorum, quorum habes innumeras clientelas, in vulgus impressum emittas. Erit enim non parum populare, si tanquam per tuas manus Cordubensis poëtae fidam Hispania Interpretationem acceperit. Valebitque non modo ad gratiam, sed ad omnium ex vetusta & illustri Gentilium Palavicinorum familia claritatem. Quod equidem cum iis de causis, tum maxime ut prosis quamplurimis, perlibenter te facturum existimo. Eo enim ingenio, iisque moribus te praeditum novi, ut cum sis innocentia clarus, quae solerti juncta prudentiae & modestiae singulari semper te Divo Innocentio charissimum reddidit, multum operae, curae, vigilantiae, consiliorum & facultatum, ad cujusque nationis homines juvandos impendas. A quibus & si meritas laudes consequeris: nemo est enim, qui religione, pietate, fide, gratia, benignitate, & humanitate praestantissimum te esse non praedicet: clementia, continentia, & humanitate quibuslibet egregiis aequet: Animi celsitudine atque constantia tam egregium, ut laudatissimos antecellas: Tamen quum hoc sit futurum tam in Hispanos, quam literatos omnes, muneris vi multo quidem pulchrius erit & fructuosius. Omnis enim beneficentia quo in plures effunditur, eo praeclarior esse solet, & gratior. Sed illustrant majori quodam lumine de se benemeritos literati: Efficiturque in horum ore cujuscunque gloria nescio quomodo amplior. Ad quam nimirum consequendam, quamvis omnes alicujus ingenii se solent erigere, tamen quo sunt praestantioris, eo magis illius studiosi ac avidi esse debent. Illos autem gloriam flagrantissime & vere expetere cernimus, qui res, à quibus haec emanat, efficiunt. Emanat autem à benefactis: quibus licet ipsa virtute & conscientia nostra contenti acquiescere valeamus, tamen dulcis est celebritas nominis. Quod ut dilacerari & contaminari pati non possumus, sic ut perstet & vigeat, est adnitendum. Generosa enim virtus etsi seipsam sui praemium putat, nec humana munera respicit, quia sperat divina: tamen si illa etiam velut per ocium consequatur, nitidior certe erit, & sua rem solertia fecisse dignam videtur. Sed de his hactenus. Nunc ad Vatem, quem enarravimus, me convertam: qualisque sit, & in quo à Virgilio, poëta summo, differat, explicabo. Lucanus non minus Oratoribus, quam Poëtis, Fabii judicio, imitandus, quum puram historiae fidem sequatur, etiam Historici sustinere personam videtur. Singulorum enim pariter officio fungitur. Quippe ardens, concitatus, sententiisque clarissimus, modesta figmenta, & concinnas habet evagationes. Estque in concionibus artificiosus, abundans, virilis, & cultus: In caeteris vero gravis, copiosus, amplus, tersus, mirâ eruditione, & rerum varietate perfusus. Tantaque carminis majestate consilia, rationes, gestaque explicat, ut haec ipsa non legere, sed cernere videaris. Bella vero & conflictus non narrari, sed geri: Urbes trepidare, acies concurrere, & militum ardorem, terroremque te putes aspicere. Cumque sit in descri-

scriptionibus frequens & locuples, in rerum perscrutanda natura, exprimendisque affectibus perspicax, in moribus judicandis argutus, atque in omni ostentanda doctrina versatilis, quem Cosmographum, quem Astrologum, aut Mathematicum, aut Philosophum, dum eum legimus, desideramus? Quis enim de rebus, in quas incidit, aut affectat, subtilius & accuratius disserit? Magnus profecto est Maro, magnus Lucanus: Adeoque prope par, ut qui sit major, possis ambigere. Summis enim uterque est laudibus eloquentiae cumulatus. Dives est & magnificus Maro: hic sumptuosus & splendidus. Ille maturus, sublimis, abundans: hic vehemens, canorus, effusus. Ille venerabilis pontificio modo quadam cum relligione videtur incedere: hic cum terrore concitatius inperatorio. Ille cura & diligentia cultus: hic natura & studio perpolitus. Ille suavitate & dulcedine animos rapit: hic ardore & spiritu complet. Virgilius nitidus, beatus, compositus: Lucanus varius, floridus, aptus. Ille fortioribus telis pugnare videtur: hic pluribus. Ille plus roboris habere: hic plus terroris & acrimoniae. Illum grandi tuba uti, & horrisona dixeris: hunc fere pari, sed clariori. Tanta denique est huic cum illo affinitas, & in diversitate praestantia, ut cum ad illam Maronis divinitatem accesserit nemo, tamen nisi ille priorem locum apud nos occupasset, hic possideret. Vale jam, Reverentia dignissime Domine, & mancipiolum tuum solito patrocinio & amore prosequi ne gravere.

ALDUS ROMANUS

MARCO ANTONIO MAUROCENO

Veneto & Equiti Clariss. S. P. D.

Omneis libros, qui industria nostra excusi exeunt in manus hominum, aliqua epistola, quae sit tanquam eorum argumentum, amicis, iisque doctiss., nuncupare statuimus. Quare Anneum Lucanum hisce characteribus nostris in tuo nomine publicamus, Eques Inclyte. Tum quia tuum mihi Lucanum & antiquum & correctum, ut eo exemplari uterer, & benigne & humaniter commodasti; tum etiam quod cum Lucanus bella terra marique à Romanis inter se gesta sic scripserit, ut Oratoribus magis, quam poëtis adnumerandus videatur; & tu exercitibus, S. V. una cum Imperatoribus summa laude olim praefueris, oratorque doctrina & eloquentia singulari à Senatu tuo sapientissimo ad summos Christianorum missus fueris, haec tibi maxime convenire existimavimus. Adde, quod Lucanum propter ejus orationes sublimes, & concitatas, esse tibi scimus valde familiarem. Munusculum vero hoc nostrum gratum tibi fore putamus, & quia tu es humanus, & quia ipse liber dignus, cum propter plurima, tum etiam quia commodius in manibus sua parvitate haberi poterit. Vale.

JODOCUS BADIUS

Ascensius Augustino Serapto Presbytero venerando: viroque literatissimo: & musis cultioribus ornatissimo. S. D.

Ecquae, Augustine suavissime, hominem variis negotiis distractum premunt subinde vel sermonis inopiae: Ecce qui literas aliorum infantiae interdum vendito, cogor nunc, cum aliud non occurrat, te virum lepidissimum & mortalium urbanissimum rusticano illius comici affari alloquio. Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est: tamen vel virtus tua me, vel vicinitas (quod ego in propinqua parte amicitiae puto) facit, ut te audacter compellem: precerque familiariter, uti hos novitios in M. Annei Lucani Pharsaliam: non dico commentarios plenos: sed puerileis fere constructus ac ordines; sub illustrissimi Salutiarum principis liberorum, qui tibi consultissime crediti sunt, felicissimis auspiciis in publicum prodire finas. Quod si lubentius proprio ac illorum numine occurris, non est quod istinc diffitear, quum vel nominis tui auspicatissima dexteritas mihi summi fuerit instar praesidii. Quidem vel Augustino augustius: vel Serapto magis seraphicum ac ultra mundanum in terris suspiciam: Suscipe igitur multis, sed in aliud (quando nunc serum est) tempus cruciandas obeliscorum lituris tenellas in Pharsaliam explanatiunculas: easque tua Harpe & speculari clypeo ab invidorum saxificis aspectibus vindica. Quibus sicubi dormitasse videbor, bonis tamen vel in tanta brevitate Demosthenicis usus lampadibus censebor. Quod non arroganter: sed fidutialiter dictum existimes: ne penitus censorino illo Catonis sale defricandus judicer: quo Aulum illum nugatorem, qui culpam deprecari quam ea vacare maluit, apud A. Gellium perfricuit. Nam si quaerant, quis me coegerit tam informeis ursos, dico tam succinctas commentationes edere: Respondeas is, qui in simplicium eruditionem jam pridem nos impellit, amor. At si quis prohibuerit prolixiores comminisci: Dicas quod & rei utilitas: ne aut doctis inventorum messem submetam, aut festinabundos ad altiorem lectionem prolixitate deterream: praesertim cum in historiarum narratione, & vocabulorum declaratione tam diligens tamque doctus praemittatur Sulpitius, & immensa quae me fere obruunt negotia, ita ut in nullum accuratius exerceant mortales Pythagoricum illud, sive praeceptum sive adagium voces. *Oneratis superimponendum onus, deponentibus non committendum.* Utcunque est, boni consules, Augustine optime, & vestro utriusque nomini nuncupatas lucubratiunculas defensabis. Vale. Ex chalcographia nostra ad decimum kalendas Januarias Anni salutis nostrae Millesimo quingentesimo sexto.

PE-

DEDICATIONES.

PETRUS DE PONTE

Caecusbrugensis perspicaci Viro Domino

ROGERIO BALMO

Invictissimi Regis Francorum causidico, in Jesu, qui via, vita & veritas est. S. P. D.

Plusculos ab hinc dies, aequissime rerum moderator, ubi Cordubeae Scaturiginis ejuscemodi profluvio demersus, vix tandem nec nisi multo cum cortice nando ebulissem, ac tutum echinulos gremio gestans per orbitarum Salebras errabundus discurri, animo crebrius volvens, cuinam potissimum nostra haec sagenatiuncula, velut in hujus palmigeri paschatis xeniolo, conferri posset: demum viaticis opidoque anhelantem tui vivarii meliorum piscium copia habundantis recordatio subiit. Nec mora. Tuis finibus erinaceos, ut una cum tuis sinonibus, quos Delphinas appellant, educentur, cassicula nostra profudit. Aenigmatistem ago, quod mihi plus quam Oedipodes sagire enotescis. Licet autem, cum ad te haec frivola, Siculis gerris, ut ajunt, inaniora mittam, argutis oloribus anser obstrepere, Melsigenem Codrus affari, & Apollinis in aurem sus grunire merito censear; temeritatis tamen vicio veniam impartitum iri, quo forsan impudentior sum, expostulare ausim. Quamquam enim tuae claritudinis fulgorem Chimeriis obvolutus tenebris intueri usurpo; ipse tamen (ita mihi Dii prospere faxint) nec Marsiae insolentem audaciam, nec Narcisi arrogantiusculos fastus comminiscor; quandoquidem cornicum lumina praefigi, sexagenariosque de pontibus abjici, nepharium est; tu vero nostras prope missellaneas lucubrationes creta & carbone nonnihil momo perspicacius notare potes; utpote qui Gordii nodos quotidie revincis, laberintho inextricatas ambages reliquis caecutientibus reseras; nec secus tua atque Delphici patris orsa, omnium auribus vulgo preciose hauriuntur. Sed quid de Carthagine Cylicus? Lycurgi indagines, Socratis Olympii scita, Platonis Phrases, Demosthenis facundiae, Catonis censa, denique & Tullii, & omnium, qui Pallados ubera medulitus lactuerunt, acrimoniae, in te uno pariter recondita creduntur. Quicquid ergo pensi hoc nostro labore exantlatum est, tui nominis admirandae sublimitati totum dedicatur, hilarata manu suscipias, vigilante oculo perlegas, & amico pectore adamussim examines, obsecro. Nostra haec commentariola non tibi, sed neotericis Minervae tyronibus duntaxat accommoda, susque deque ferre potes, (ingenue fateor) ut qui Minoe Criticior, Argo vigilantior, & Solone moderatior nusquam non habearis, sed quod rerum preciositati detrahitur, fido animi desiderio compensari, aequum est. Non enim lucubratiunculam hanc tantum, sed & ipsum cordis penetral, & eo, si quid amabilius est, totum tibi dedo. Ad Mecenatis gloriam proximius, si in me nasturcium ederis, accedes, veliti parmam, & arcui nervum adipisci tua commendationis opera facile possis. Vale in cruce domini nostri Jesu Christi, in qua nos gloriari oportet. Ex nostra pergula litteraria, Anno Domini Millesimo, quingentesimo undecimo, quarto Kalendas Apriles.

PHI-

PHILIPPI BEROALDI

Bononienſis Parrhiſiis bonas literas profitentis in Pharſaliam Lucani Commentarii ad primarium Senatus Parrhiſienſis principalis Praeſidem.

Facturus in Lucani poëtae Pharſaliam Commentarios, contextum rerum ſummatim & argumentum operis ſtrictim referre conſtitui, ne illotis (ut ajunt) manibus interpretationem videar inchoare. Julius itaque Caeſar cum Bibulo conſul factus ſocietatem cum Craſſo & Pompejo iniit, ne quid ageretur in republica quod diſplicuiſſet ulli è tribus, ſuamque filiam Juliam Pompejo deſponſavit. Mox ex omni provinciarum copia Gallias potiſſimum elegit, quas novem annis perdomuit. Interim cum Julia uxor Pompeji deceſſiſſet, ſimultatis ſuſpitiones inter Caeſarem & Pompejum oriri ceperunt, & M. Marcellus retulit ad ſenatum, ut Caeſari adhuc Gallias obtinenti ſuccederetur ante tempus, & ne abſentis ratio in petitione conſulatus haberetur, quod jam Caeſar per plebiſcitum impetraverat. Commotus itaque hac re Caeſar defenſores ſibi tribunos & in primis Curionem ingenti mercede paravit, quos cum urbe ejectos intellexiſſet, omniaque ad ſuam dignitatem opprimendam agi videret, tranſivit in Italiam, & primo impetu cepit Ariminum & Picenum. Umbriam atque Hetruriam regiones Italiae occupavit, pulſoque ex Italia Pompejo Romam iter convertit: mox profectus in Hiſpaniam Afranium, Petrejum, ac Varonem Pompeji legatos devicit. Maſſiliam ſubegit. Hinc urbe repetita Pompejum in Macedoniam transgreſſus apud Dyrrhachium obſedit, ad extremum Pharſalico proelio fudit, & fugientem in Aegyptum perſecutus, ut occiſum deprehendit, cum Ptolemaeo rege ſibi quoque inſidiante bellum geſſit, quo victor Caeſar regnum Aegypti Cleopatre permiſit. Deinde omnibus reliquiis Pompejanarum partium ſubactis imperium occupavit, dictatoremque perpetuum ſe fecit. Titulus operis eſt Pharſalia. in Pharſalicis Theſſaliae campis victus eſt Pompejus. Authores ſunt Sueton. Plutarchus & Appianus, & ipſe Caeſar in Commentariis Bellorum Civilium.

PRAEFATIUNCULA,

Ex Editione

G. VERSELLANI.

Juſſus ego in hanc Lucani Pharſaliam adnotationes ſcribere, ſum ex induſtria diu reluctatus, quum intelligerem his edendis operam, eamque impenſiſſimam dediſſe viros clariſſimos, eruditiſſimos, & in hoc genere quem ego longe ſcio & expeditiores, & magis exercitos, quibus ob ingenium, ſtudium atque doctrinam, hoc jure tribuerim, ut his addi nihil diminui aut immutari poſſe recte reputem. Si quid tamen fuero conatus, ut interpres magis quam adnotator culpam (ut dicitur) in hac parte

parte deprecor omnem. Cum id neque arrogantia ulla, cujus etiam suspitio moribus meis abesse possit. Sed aut necessitate (cui etiam dii cedunt) suadente aut quovis alio argumento, ut esset in quo elaborarem otiosus alioqui nimis id quomodo libet aggressus, ea tamen fretus fiducia, ut peritiorum judicio (quibus vigilias has nostras qualescunque gratas fore confidimus) si non laudem, lectionem tamen utcunque (modeste loqui lubet) mererentur. hoc igitur quicquid est (quoniam & nos manum ferulae subduximus) aequi bonique consulant percelebres viri ingenuique adolescentes in primis optem. Sed rem ipsam aggredi expedit.

Ex Editione Simonis Colinaei, Parrif.

DE

MARTINO BESARDO,

Lucani correctore, H. Sussannaeus.

Complexa bellum carmina civicum
Si nosse gestis, in populos data
Autore Lucano revolve,
Quem capit una manus, libellum.
Mendo scatebant innumerabili,
Seu cusa quondam Parisiis forent,
Sive illa Lugduni, sagaci
Sive Italo, populove Rheni,
Besardus omnem sedulus eluit
Labem, notato scilicet ambitu,
Aut orbe verborum venusto,
Riteque commatibus locatis.

THEODORUS PULMANNUS

NICOLAO ROCOCCIO,

Consuli Antverpiano, viro clarissimo, S. D.

Exitiale & execrabile malum Reipublicae civile bellum esse, vir Clarissime, omnes omnium saeculorum historiae palam testantur. Est enim mare, Ilias, & Lerna malorum. Nota est Marii & Sullae detestanda tyrannis. Hic nobilitata crudelitate Remp. Romanam oppressit, ut nemo, illo invito, nec bona nec patriam, nec vitam retinere potuerit; ille ferocitate. Quantam Caesaris, & Pompeji bellum toti fere orbi calamitatem attulerit, nemo est, qui ignorat, si modo primoribus, ut ajunt, labiis veterum scriptorum libros degustarit. Quid nostrae aetatis recentem Monasteriensium factionem & motum commemorem, qui fame coacti, horrendorum filiorum carne vescebantur? quid multorum aliorum funestam cladem & cruentam stragem? Quid enim? num florentissimum Galliae regnum, intestinis odiis, & mutua civium caede flagrare tuti, securique spectavimus? Haec nefanda

mala, ut à nostris cervicibus Deus Opt. Max. depelleret, pacis amantissimos, Reip. Antverpianae gubernatores dedit, & te intra paucos annos quinctum Consulem constituit; qui omni cogitatione, curaque in eam incumbis; qui totius onus magna ex parte sustines; cujus dictis atque jussis optimates, totusque populus pronis animis benigne paret, in quem omnium civium oculi intenti; quod comitatem gravitate, justitiam aequitate, & magnanimitatem singulari quadam modestia ita mitiges, ut malevoli, & invidi, velint, nolint, veris te laudibus ornent, & efferant. Merito igitur, qui in hac praeclara Rep. ab optimis & ornatissimis viris hactenus prudentia, maturoque consilio administrata, plurimos annos tranquille & placide vixerim, hanc meam opellam, quam subjectivis horis ab opera manuaria vacuus in restituendo Lucano impendi, qui varium & incertum belli eventum eleganti hypotyposi descripsit, tibi, Vir Clarissime, dedico, ut tenui hoc munusculo meam erga te observantiam testificarer; quod si tibi non displicuisse, sed grato animo de me, tui observantissimo, suscepisse cognovero, votis meis abunde satisfactum arbitrabor. Vale Kalend. Jan. Anno CIↃIↃ. LXIIII. Antverpiae.

AD

L E C T O R E M.

Librorum, quibus usi sumus, notae.

C. Corsendoncensis collegii liber.
V. Vetus meus.
P. Christophori Plantini, quem mihi dono dabat Kalend. Januariis, an. CIↃ. IↃ. LXIIII.
L. Collegii S. Jacobi apud Leodienses miurus.
O. Cornelii Gualteri.
G. Ejusdem oblongus, in quo versus ↃCC. XCI. libri noni, & reliqui omnes desiderabantur.
F. Ejusdem fragmentum, liber parvus, acephalus, & miurus.
H. Hadriani notae ex veteri libro.
R. Roberti Stephani editio an. M. IↃ. XLV.
M Christiani Egenolphi editio an. M. IↃ. LI. cum scholiis Joan. Sulpicii & Annotationibus Jacobi Micylli.
A. Liber bibliothecae illustrissimi principis Friderici Comitis Palatini Rheni, ex quo varias lectiones ad me misit Gerartus Falkenburgius accurate descriptas.

T. P.

OR-

DEDICATIONES.

ORNATISSIMO, AC DOCTISSIMO VIRO

D. JOANNI HOECHLANDO,

V. I. Doctori, Decano Ecclesiae Imp. D. Virginis Ultrajecti, & Consiliario Roman. M.

LAMBERTUS HORTENSIUS,

S. P. D.

Cum annis hinc quatuordecim, Vir Ornatissime, nostri Commentarii in Aeneida Vergilian foelicibus avibus in hominum manus exirent, videbam quanto plausu tam ab eruditis, quam à semiliteratis excipiebantur: cum ob alia, tum propter utilitatem qualemcunque, quam ex iis percipiebant. Et quanquam universa ad studiosos pervenit, & nihil emolumenti ad autorem dimanavit, gaudebam tamen ex animo, quod littus non arassem, nec semen in mare jecissem. Ut enim bonus agricola, non perinde sibi, atque posteris suis saepe, & alteri seculo, serit, plantat, ponit arbores, & inserit; ita mihi quoque eos Commentarios studiosis, & posteritati scripsisse visus fui. Enimvero nobis non nascimur tantum, sed amicis etiam, imo omnibus mortalibus, si modo proverbium illud vetus verum sit, *homini hominem Deum esse.* An non est id, homini hominem Deum esse, qui singulari beneficio juvat alios in consociatione humana? haud aliter, quam ut Dei proprium est, juvare beneficiis res mortalium? ad cujus exemplum imitandum omnes nascimur. Hinc accidit, cur veteres, iis, qui mortales aliquo invento juvissent, divinos honores detulerunt. Hinc vini, frugum, legum, aliarumque rerum autores, quod aliquam commoditatem, & usum mortalibus attulissent, pro Diis colere coepit rudis antiquitas. Quin & beluas quasdam ob eandem commoditatem coluêre: quemadmodum Aegyptii ciconiam, quod serpentes arceret, & conficeret statis anni temporibus. Sic Romani, ob servatum Capitolium, anserem venerati sunt. Hinc Solem, & Lunam propter beneficia sua, quaedam gentes pro Diis habuêre. Sed quoniam plurima beneficia, ut ait Cicero, homini ab hominibus solent oriri, & Dei proprium est, vel servare, vel benefacere: idcirco, qui in gravi periculo succurrit, quive ingenti quopiam beneficio afficit, quoniam Dei quasi beneficio fungitur, ei, cui prodest, Deus dicitur extitisse. Itaque, quantum illis Commentariis nos omnibus in universum studiosis beneficii contulerimus, ipsi judicent. Cum autem ad istum modum in hominum manus exissent, fuerunt, qui vocis suae classico ad similem operam Lucano ponendam me animarunt. Detrectabam aliquandiu laborem, cum ob alias caussas, tum quod nonnullos in eo diligenter desudasse viderem: sed haud scio, an satis. Itaque tandem eorum improbitate victus, quasi restitans ad opus aggrediendum attractus fui. Et quamvis quotidianis curis plusquam satis obrutus eram, eo tamen libentius laborem suscepi, quo magis animum meum ab

ab Iconomachorum furore tantisper avocarem, (coeperat enim is omnibus his regionibus jam tam passim grassari, quamvis apud nos id temporis nihil novatum fuit) ne audirem, neu distringerer iis, quae mentem à sede sua submoverent, & cruciatum inveherent. Cum autem jam ad umbilicum perventum esset, in altero tumultu, multo priori tempestate saeviori, pene cum domino suo in tragica illa calamitate oppidi Nerdae, & ruina lucubrationes istae periissent, Deus ex improviso apparuit, & nos servavit. Porro cum apud me reputarem, cuinam, Opere tandem consummato, nostros labores dedicarem potissimum, tu in primis Vir Ornatissime, occurrebas, dignus unus, in cujus nomine exirent. Etenim, eccujus merita in me tanta extant, quanta tua? Tu me ante aliquot annos ad communem mensam honorifice invitasti, tu me extorrem, & omnibus bonis exutum à barbaris militibus, hospitio, domo, & mensa excepisti, & summa cum humanitate fovisti. Possem hic in tuas tum virtutum, tum dotium laudes expatiari, nisi vererer, ne immodica earum acroamata assentationem magis, quam purum animi candorem spirare viderentur. Quid te ad apicem collegii Imp. religionis provexit? eruditio: quid te in Senatum R. M. allegit? eruditio, & summa prudentia: quid te ad fastigium V. I. evexit? eruditio. Non hic enumero alias animi tui dotes, magnificentiam, liberalitatem, pietatem erga tenues, & eruditos viros. Praeterea incredibile studium, & multarum rerum lectionem, in primis, historiarum, quarum inexplebilis est aviditas. De poëtae laudibus amplificandis hic supersedeo, quae adeo magnae sunt, ut nostra praedicatione illustriores reddi nequeant. Itaque ad nostras Lucubrationes exornandas, Vir Ornatissime, non modice faciet nominis tui ornamentum. multoque commendatiores in hominum manus sunt exiturae. Vale religionis, & studiorum decus, & splendor, ex Ultrajecto, anno M.D.LXXIIII.

IN

M. ANNAEI LUCANI

RECENSIONEM AD GENEROSUM ET ILLUSTREM

DN. CAROLUM,

Baronem à Zerotin, Dn. in Namest, Rossitz &c.
Dominum suum clementem,

GREGORII BERSMANNI

PROOEMIUM.

Cum omnem humanae sapientiae consummationem philosophiae professione contineri constet; tum illud minime obscurum esse arbitror vel mediocriter in bonarum literarum studio versatis, quae in philosophia extant, ea in poëtarum scriptis abdita

abdita reperiri universa: tametsi illa quidem in aliis minus appareant, in aliis magis sint conspicua, pro rerum scilicet, quas ipsi tractandas susceperunt, conditione non unâ & eâdem. Itaque sicut poëtas aliqui aetatibus distinxerunt, ita eorundem à materia (sive ὑπόθεσιν illam quidem cum Graecis, sive cum scholis subjectum, sive denique cum iis, qui accuratius locuti fuêre, argumentum malis appellare) certa fecerunt genera. Ac primum quidem illorum, qui res sacras ac mysteria tractarunt, quae communi θεολογίας appellatione continentur: in quorum ordine primas ferunt Orpheus & Amphion, cum tanta operum divinorum admiratione, ut eos carminum suorum suavitate sylvas & saxa attraxisse, brutisque mentem indidisse, non temere proditum sit. Hanc poëtarum theologorum familiam secuta est alia philosophica eorum, qui partim naturae obscuritatem & causarum cognitionem versibus illustrarunt; quod apud Graecos fecerunt Empedocles, Nicander, Aratus: apud Latinos Lucretius, Macer, &c. Serenus Sammonicus, & alii complures: partim vitae & morum doctrinam exposuerunt, traditis praeceptis vel de reipub. administratione, quo nomine celebres sunt Solon & Tyrtaeus: vel de rei familiaris custodia, de qua inter alios Hesiodus praeclare scripsit, hujusque exemplo Maro noster Georgica conscripsit: vel de vitae denique communis ratione, cujusmodi praeceptionum auctores laudantur Phocylides, Theognis, Pythagoras. Ad has duas poëtarum tribus accessit tertia res gestas canentium, cum heroum, quas principes poëtarum Homerus, & Virgilius ad coelum laudibus extulerunt: tum suas, quarum narrationem inter elegiographos coryphaei Tibullus, Propertius, Ovidius prosecuti fuêre. Visum enim nunc fuit, ex qualibet poëtarum gente nominare aliquos, cum recensere singulos hujus neque loci sit, neque temporis. Haec igitur de poëtarum familiis hactenus commemorata cum ita se habeant, de summorum quoque virorum atque utriusque literaturae parentum consentiente judicio & sententia: venit mihi in mentem mirari, quid vulgus Grammaticorum moverit, ut Lucanum è poëtarum numero excluderent: quorum sane κρίσιν ἄκριτον, in poëtae ipsius persona more suo cavillatus Martialis fecit:

Sunt quidam, qui me dicunt non esse poëtam,
Sed, qui me vendit, bibliopola putat.

Verum age videamus, quae res illos in hanc adduxerit persuasionem. Quia, inquiunt, historiam conscripsit. Mirum vero si ignorant hanc ipsam epicis poëtis esse pro argumento, quam cum aut adumbratam, aut novis illustratam coloribus alia facie ostendunt, ex historia certe conficiunt poëma: quod existimavit vir acerrimo judicio Julius Scaliger: neque aliud puto Quintilianum voluisse eo, quod historiam proximam esse poëtis, & quodammodo carmen solutum, pronunciavit. Sed objicient mihi grammaticorum istorum scholae auctoritatem contrariam ejus, cujus nomen praefert commentarius περὶ ποιητικῆς. Negat enim auctor ille poëtae munus esse, ea quae facta sunt exponere, rerumque gestarum veritatem attendere, ἀλλ' οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατά, κατὰ τὸ εἰκός, ἢ τὸ ἀναγκαῖον, h. e. cujusmodi ea geri debuerunt aut potuerunt, ita ea facta dicere, proposito ante oculos verisimili, aut necessario; ut nimirum ea gesta esse perhibeant, quae geri verisimile fuerit, aut quae positis superioribus necessitate quadam consecutionis geri debuerint. Itaque

hiſtoricum à poëta, quicunque ſane fuerit auctor ille, ſejungit, non oratione, vel certa numerorum moderatione aſtricta, vel ſoluta, vacuaque à vinculis pedum (neque enim ſi quis Herodoti ſcripta in verſus certasque menſuras redigat, idcirco illa hiſtoriae nomen arbitratur amiſſura) ſed eo, quod alter res geſtas narrat, ut geſtae ſunt, cum fideque ſe gerit: alter ut fieri debuêre exponit, variando eventum illarum, omniaque ad id quod oportuit redigendo. Haec ille. Ego primum quid auctoritati ſine certo auctore tribuam, non invenio: deinde cum Scaligero reſpondeo, ut Lucani opus meram faciamus hiſtoriam, omnino illud à Livio differre oportere: at qua re differet? certe verſu. Sed opponimus praeterea diſſentaneum à teſtimonio iſto ἀνωνύμου illius poëtae factum, qui Platoni maxime divinus; Ariſtoteli, quem nonnulli commentarii iſtius auctorem ſuſpicantur, non modo ſummus videtur, ſed qui ſolus poëta optimus debeat appellari. De hoc igitur ut quod res eſt, videamus, quodnam obſecro Homericae Iliados, quod Odyſſeae argumentum eſt, nonne hiſtoricum? Atque ut de illa prius aliquid verborum faciam, quantum quidem ad hujus diſputationis rationem videbitur neceſſarium, non modo deſcriptio ipſa belli Trojani, enarratio quaedam eſt hiſtorica, id eſt, rerum geſtarum expoſitio: ſed & hiſtoriae leges in ea non prorſus neglectas eſſe animadvertas. Quarum prima ſecundum Ciceronem cum ſit, ne quid falſi dicere audeat: quaero ex vobis, apud quem ſcriptorum vel de bello ipſo, vel de iis, quae id anteceſſerunt, aut veriora aut vetuſtiora reperiantur plura? Etſi enim bello Trojano antiquior eſt expeditio Argonautarum, de qua verſibus relata nonnulla circumferuntur auctore Orpheo, qui expeditioni illi interfuit: tamen quam mutila illa quidem ſint, quam ob fabularum admixtionem obſcura atque incerta, res ipſa loquitur. Nec vero iis multo certiora ſunt Apollonii Argonautica, quippe quae aſperſione fabularum, & narrationum nimium à veri ſimilitudine abhorrentium, veritatem hiſtoricam paene obruunt. Verum in hanc partem major in Homero apparet prudentiae ac judicii circumſpectio, qui, ſecundum Horatii praeceptum,

- - - *Ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet,*

ut haud difficile ſit lectori non prorſus hebeti ambo ſecernere. Ita enim profecto eſt, ut Strabo de eo ſcripſit, quod fabulas ad morum formationem referens, veritatis magna ex parte rationem habuit, adhibito tamen interdum etiam mendacio: atque illam quidem amplexus, hujus inſertione, ducis inſtar, demulcet ac gubernat multitudinem. *

- - ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ.

ſic ille veris eventis fabulas admiſcuit, ad condiendam quaſi atque ornandam elocutionem, non neglecto interim fine, qui rerum geſtarum explicatori eſt propoſitus. Ad hunc igitur modum Iliacum ille bellum, rem nimirum geſtam aſſumſit, idque fabularum commentis exornavit, nec diſſimili tractatione Ulyſſis errores expedivit. Non enim Homericum eſt nova fabularum portenta, quae à nullo vero dependeant, proferre. Nihil derogo nunc Dareti Phrygio, nihil hiſtorico Cretenſi, nihil ceteris belli illius ſcriptoribus. ſed hoc dico, quod mihi perſuaſum eſt, non extare

de

de illo ipso ejusque causis narrationem verisimiliorem Iliade Homeri. Quod ante me sensisse similiter, ac censuisse deprehendo antiquitatem, quae poëma illud non pro figmento poëtico, sed pro narratione habuit historica. Itaque more receptum apud antiquos cognovimus, ut non modo in festivitate panathenaica versus Homerici alternis canerentur à cantoribus, qui ῥαψῳδοὶ dicti fuêre: sed etiam epulis atque conviviis, tam sacris, quam prophanis, ex iisdem recitationes rerum, à priscis heroibus gestarum, adhiberentur. Jam quod ad descriptiones attinet regionum, quae & ipsa inter historiae leges est, nullam invenies exactiorem, nullam antiquiorem Geographiam, quam Homericam. Hoc ita se habere testantur scientiae illius artifices, quorum plerique Homeri institerunt vestigiis, magna cum auctoris sui commendatione, quippe qui non solum Graeciam suis distinctam populis, urbibus, & regionibus, designavit: sed & finitimae Asiae provincias plerasque omnes, tum Europae magnam partem descripsit, nec non remotiores Aegypti, atque Africae fines attigit. In temporum ordine fortasse requiras aliquid: sed quae fuerunt, quaeso, vel poëtae seculo, vel quod illud antecessit, belli Trojani tempore, chronologica? aut quid Graecorum historiae produnt vetustius expeditione Argonautica, & excidio Ilii? Unde igitur ille rationem iniret temporum, cum nondum essent Olympiades, per quas illa supputare deinceps coeperunt? Sed non est, si modo Horatii artem sequendam ducimus, quod accurationem illam in poëta desideremus, qui, ut ipsius versus huc adscribamus:

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo,
Semper ad eventum festinat, & in medias res,
Non secus, ac notas, auditorem rapit: & quae
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.

Quis vero personas singulas, quis familias, quis gentes, quis nationes, quae Trojanis iverunt suppetias, ut patria, ita & lingua, & moribus, & habitu inter se discrepantes atque diversae, hoc poëta expressit accuratius? Mitto nunc in rebus magnis memoriaque dignis expositiones causarum, consiliorum, actorum, eventuum, quae omnia historicae esse considerationis, quis negaverit? mitto plurima ad pietatem ac religionem ethnicam, ad rationem civilem, ad gubernationem domesticam, ad vitae denique communitatem pertinentia, ab Oceano illo sapientiae, à quo & philosophorum disciplinae, & omnis generis artes dimanarunt atque deductae sunt, relata: non enim nostri propositi est poëtae hujus laudes persequi, quas ad tempus magis oportunum reservamus. Quod autem praesentis instituti ratio postulavit, quodque hactenus sedulo operam dedimus, demonstrando non modo argumentum Iliados esse historicum, sed etiam in ejusdem tractatione leges historiae à poëta non oscitanter praeteritas esse: idem de Odyssea planum facere nobis in promtu esset, nisi epistolae modus prohiberet. Etsi enim in errorum Ulyssis explicatione aliquanto plus fabularum inseruit, quam in Iliade, cum propter Ulyssem, cujus casus mirabiles, & pericula paene fide majora, illo opere commemorantur; tum propter iter ipsum, per quod terra marique deducitur, ad quod omnino θεῶ ἀπὸ μηχανῆς, quasi poëtico quodam praesidio, opus ei erat: tamen nec fabulae illae prorsus

ſus hiſtoriae expertes ſunt, & propter crebras μυθολογίας doctrinae inſerviunt. Quid? quod neque primi illi hiſtorici, ac naturae rerum deſcriptores, à fabulis abſtinuerunt, quod & Strabonis teſtimonio, & Graecorum commentariis comprobatur? In quibus non modo hiſtoriae verae, ſed etiam rerum natura involucris fabularum ad eum modum obſcurata eſt, ut utraque paene in fabulas abierint. Atque de his quoque in praeſentia ſatis. Quamobrem cum hiſtoria, id quod poëmatum Homericorum exemplis hactenus demonſtratum eſt, argumentum poëtis ſuppeditet, non video, qua ratione Lucanus, cujus patrocinium hac qualicunque praefatione ſuſcipiendum duximus, è poëtarum ſegregetur numero. Sed rurſus inſtet aliquis, magnam eſſe in utroque poëta, ſi tractationem ſpectes, diſſimilitudinem, quando nimirum alter veris narrationibus fabulas admiſcuit, alter puram putam detexuit hiſtoriam, neglecta fabula, quae tamen poëmatis velut anima quaedam eſſe perhibetur. Difficile eſt, quod objicitur infitias eundo refellere, ſed tamen certum eſt, quid reſpondeam: & quidem ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. Non me fugit ab auctore commentarii paulo ante memorati ἀρχὴν καὶ οἷον ψυχὴν appellari τὸν μῦθον τῆς Τραγῳδίας. Hoc igitur ut haud invitus grammaticis dederim, ita viciſſim, quod ſpero, non gravatim mihi largientur, nimirum, quae ut vera narrantur, niſi cognita prius perſpectaque fuerint, defuturam omnino fabularum materiam, quarum origo omnis ex hiſtoria extitiſſe creditur. Quid? quod Lucanus bellum canendo civile, non modo vera narrat, quod hiſtorici proprium eſſe cenſetur, ſed & ficta interſerit nonnulla, ac fabuloſa. Neque enim, quae ab illo paſſim afferuntur conciones, ita habitae ſunt ab iis, quibus attribuuntur: ac figmentum eſſe poëticum imaginem patriae, quae ad Rubiconis amnem in ſomnis ſeſe offert Caeſari, nemo dubitat: & commentitia profecto ſunt, quae de Antaeo Terrae filio, deque excita ab inferis anima memorantur, & id genus alia complura. Verumenimvero, quicquid illi contradicant, poëtam (quod & Ariſtoteles indicat, qui hanc cenſuram majore & cum ingenii acumine, & judicii dexteritate exercuit, quam literatores iſti illiterati) non tam ficta facit materia, quam elaborationis & quaſi perpolitionis cura atque induſtria, multa undique accurate accerſens, & ad ornatum carminis ingenioſe comminiſcens. Hoc ita eſſe liquet de eo, quod Empedoclis, quem nihil finxiſſe ſcimus, verſus ipſe recitans, ὡς ἐποίησεν inquit ἐμπεδοκλῆς, poëtae videlicet appellatione ſummovens ipſum à verſificatoribus. Quamobrem, ut finis tandem ſit hujus diſceptationis, quae mea opinione proceſſit longius, cum ea, quae vere poëtam faciunt, elaborationis, inquam, verſuum, & perpolitionis diligentia, in hoc Pharſaliae opere, non modo appareant, ſed cum excellentia quadam emineant, non video, quo jure auctori illius nomen poëtae adimi poſſit. Quem cum hoc tempore, poſt multa editioni huic, non tam mea, quam eorum culpa, quibus curationis iſtius munus incubuit, allata hactenus impedimenta, tandem in publicum emiſſurus eſſem, viſum fuit, illum cum hoc quaſi emblemate diſputationis hujus, Carole Zerotine, ad generoſam nobilitatem tuam mittere; non ut munus meum, quod conſuetudine receptum eſt, ornarem verbis, ſed ut opinionem minuerem, quae ex grammaticorum perverſo praejudicio in hunc uſque diem multorum animis eſt inſita. Etſi enim commenta delere dies exiſtimatur: tamen haec de Lucano, à multis retro ſeculis ducta perſuaſio, tam firmas apud pleroſque non contemnendae auctoritatis viros, radices egit, ut vix evelli iis poſſe videatur. De qua re mihi cogitanti

tanti im mentem veniebat dictum Galeni, quod de ambitionis nonnullorum pertinacia, in tenenda mordicus opinione semel concepta, his edidit verbis, οὕτως ἄρα δυσαπότρεπτόν τι κακόν ἐστι, ἡ περὶ τὰς αἱρέσεις φιλοτιμία, καὶ δυσέκνιπτον ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ψώρας ἁπάσης δυσιατώτερον. Sed istos nunc missos faciamus, quorum vecordiam deplorare facilius est, magisque in promtu, quam quiritando corrigere. Et est enim suum cuique pulcrum, secundum proverbii sermonem. Quod ad studium & operam meam attinet, in emendando & scholiis illustrando poëta hoc, de eo judicium esto penes illos, qui cognoscenda sibi ista putaverint; in primis vero penes generosam nobilitatem tuam, cujus inclyto nomini hoc qualecunque opusculum dedicare volui. Te enim studia humanitatis, & doctrinae eruditae, nimirum poëtices, quae omnis humanitatis, & sapientiae magistra est, eximie colere, atque huic deditos singulari favoris benevolentia complecti, cognovi de narratione ephori quondam tui & praeceptoris Laurentii Circleri, viri bonarum artium cognitione, ac fidei, & virtutis laude praestantis, mihique propter vitae sanctitatem, & doctrinae orthodoxae consensionem ac professionem constantem, morumque suavitatem, & integritatem, & in convictu domestico per aliquod tempus carissimi. Atque hujus meae de generosa, & illustri nobilitate tua praedicationis testem locupletem, atque omni exceptione majorem, nominare possum virum & oratorem optimum, quem ante semestre irreparabili cum reipublicae literariae jactura amisimus, Joannem Sturmium; qui in Academia Argentinensi in primis adolescentiae tuae annis operam bonis literis navanti, ac primum Aeneidos librum, post etiam orationem Manilianam de consuetudine exercitiorum scholae illius publice recitanti, praeclarum diligentiae ac virtutis testimonium perhibuit programmatum suorum elogio honestissimo. Nolo enim nunc aliorum de insigni eruditione tua, praeclara virtute, & in aetatis adolescentia prudentia senili, proferre judicia honorifica, quae & Galli & Germani operum suorum nuncupatione ad omnem posteritatem testata fecêre: cum, quod Cicero de Catone dixit, unicus mihi Sturmius esse possit pro centum millibus. Quod si quis meo quoque testimonio inter viros tam praeclaros locus esse potest, superiori anno non obscuris indiciis ipsemet animadverti, quae de illustrium virtutum tuarum laudibus aliorum consentiente praedicatione cognoveram: cum in aulam venisses illustrissimi, atque ad omnia summa nati principis, ac domini nostri clementissimi, quem honoris causa nomino, Joannis Georgii principis Anhaldini. Animadverti ego tum, postquam ex commendatione ephori tui paulo ante nominati ad generosae nobilitatis tuae colloquium admissus essem, non modo mirificam erga omnem sapientiam literatam amoris, & benevolentiae affectionem, sed etiam cum in doctrina erudita atque linguarum plurimarum cognitione usum non vulgarem: ut ceterarum virtutum tuarum nullam nunc faciam mentionem, quarum celebrationis ut minime me praeconem esse idoneum agnosco, ita eam, quae tua est modestia, oneri tibi magis, quam voluptati futuram scio. Fuit autem mihi in comitatu tuo honestissimo Juvenum Italicae, & Gallicae linguae peritissimorum, in primis venerabilis, & admiranda canicies D. Andreae Leuvenklavii aulae tuae magistri, viri nobilitate literata, comi gravitate, virtute pia spectabilis, ac Graecarum literarum cognitione clarissimi: cujus erga me studii, & benevolentiae significationem vix dici potest, quam gratam habuerim. Confirmavit omnino hujus viri in illo comitatu tuo praesentia, meam de virtute tua existimationem praeclaram, ac singularem, quod talem

*** te

te virorum consuetudine, & familiaritate delectari perspicerem. Sed ut ad opellam meam redeam, quam & propria animi inductione, deque ephori tui cohortatione ad generosam nobilitatem tuam peculiari cum significatione literarum mittendam duxi, minime dubito, quin lectio eorum, quae his decem Pharsaliae libris continentur, plurimum tibi voluptatis sit allatura, neque nihil cogitationum jucundarum, & utilium subjectura de iis populis & regionibus, quas perlustrando Germaniam, Belgium, Italiam, Galliam, Angliam, ut ceteras sileam, indefesso peregrinationis literatae itinere,

Per varios casus, per tot discrimina rerum,

ac terra marique exantlatos labores plurimos, peragrasti. Accipies igitur à me, Carole Zerotine, munusculum hoc, leve illud quidem, si à vulgi opinione aestimes, non leve, si vel à labore meo, vel à judiciis eruditorum: atque ita accipies, ut & humanitate, & benignitate tua plurimis perspecta dignum est, & non impar persuasioni de generosae nobilitatis, & clementiae tuae erga me favoris propensione. Quod si hanc operam studii mei à clementia tua in bonam partem acceptam esse cognovero, calcar, mihi crede, admovebitur ad similem elaborationis curam, & diligentiam in Horatio, & Papinio, quorum utriusque manu exarati codices penes me sunt. Quod reliquum est, precor aeternum Deum δωτῆρα ἐάων, ut illustrem nobilitatem tuam, felicitate, opibus, auctoritate, rebusque omnibus florentem, diutissime salvam, & incolumem esse jubeat, ad gloriam sanctissimi nominis sui, & incrementa ecclesiae, ac commoda reipublicae literariae, & subditorum suorum utilitatem, Amen. Ex veterum Soraborum metropoli, cui Servestae nomen est, A. D. XVII. Calend. VI Ieis Julianas, Anno Christi M. D. XIC.

AD

L E C T O R E M.

Quia animi ingenui proprium esse munus duximus, quod Cicero existimavit, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, propterea non potui silentio praeterire nomina eorum, qui ad emendationem poëtae hujus de codicibus mihi accommodarunt suis. Cum autem quatuor praecipue in illo corrigendo libris manu exaratis mihi uti contigerit, primum ex patris sui bibliotheca mihi donavit Ludovicus Camerar. Magni illius Joachimi F. cujus apud me memoria & acerba semper, & honorata est. Secundum accepi ex bibliotheca laudatissimae communitatis liberalium artium inclytae Academiae Lipsiensis. Tertium, à viro literatissimo, & ornatissimo Joanne Weidnero sibi commodatum, ad me misit doctrinae eruditae copia, facultateque eximia praeditus, humanitatisque ac virtutis laude clarissimus, D. Johannes Posthius. Quartum, ex bibliotheca Fabriciana mihi obtulit vir doctissimus, & historiae, & poëtices cognitione praestans M. Petrus Albinus Nivemontius. Ex illis igitur codicibus varias lectiones asteriscis indicatas ad marginem annotavimus. Quarum vero (sunt enim asterisci plures) exempla istic non offenderis, eas in Pulmanni V. L. libello ad finem adjecto inquires. Hoc volebam, benevole lector, nescius ne esses. Tu vale. & his fruere.

IN

DEDICATIONES.

IN

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAM
JOACH. CAMERARII

Προλεγόμενα διδασκαλικά.

Eadem, quae de aliorum autorum sapientiae, & literarum monumentis demonstrari solent ab explicatoribus, & nos de hoc libro videamus. Ac primum constat, omnem sapientiam, & virtutem humanam consummari iis studiis, quae continet professio Philosophiae. Hoc enim propitii Dei donum est ad humanitatis cultum, & honestatem atque speciem hujus vitae collatum. Quo omnes gratis animis uti debent, quisque suo loco, & pro parte sua, ad gloriam, & honorem Dei. Si enim hoc non fit, quo praeclarior, & melior res est Philosophia, eo abusus est nocentior, & pejor. Ideoque & Paulus Colossaënses monet, ut caveant, ne per Philosophiam ab ullo fraudulente circumveniantur. Non enim certe utile, & salutare donum Dei ille damnat, sed perversam usurpationem perniciosam esse ostendit. Cum autem secundum Ciceronem tripartita sit Philosophiae professio: Nam & caussarum cognitionem, & morum doctrinam, & judicii atque sermonis rationem, atque copiam illa complectitur, omnia haec in Poëtarum scriptis insunt, atque comprehenduntur. Itaque hoc genus non immerito divinum semper habitum fuit. Nam est admirabilis haec carminum vis ac potestas, qua multa neque cogitata splendide explicantur, & omnia, quae oratione enunciari solent, ita illustrantur, ut nihil speciosius fieri possit. De quo quidem plura in praesentia dicere non libet. Eruditi autem hoc & intelligunt, & mirantur, in parvis, & magnis, gravibus, & levibus argumentis tantam esse hujus facultatis, quae Poëtice dicitur, excellentiam, ut quae excoluerit, ea jam humanarum effectionum modum excessisse videantur. Quod ipsi carminum autores, quos Poëtas vocamus, sentientes, non sibi sua opera, neque ingenio, aut industriae suae, sed Musis, & Apollini, & Libero adscripserunt, Diis illis quidem commentitiis, sed hac significatione indicantes impetum mentis quendam, quasi non jam humanae affectioni, sed majori cuidam commotioni servientis. Ideoque & vates, & Musarum ὑποφῆται illi appellati fuerunt. Atque de hac vi, & isto instinctu si verba facienda esse viderentur, prolixa disputatione opus esset, quam hoc tempore non putavimus instituendam esse. Cum autem omnia ea, ut diximus, quae Philosophia continentur, in scriptis Poëtarum inclusa reperiantur, in aliis tamen alia magis eminent, pro argumenti suscepti natura. Nam in quocunque genere rerum explicando Poëta versetur, decerpit tamen ille & ab aliis quasi flosculos de amoenissimis Philosophiae pratis, & in operis sui veluti coronam implectit.

Sed praecipua venuſtas, & maximus decor eſt judicii, & elocutionis. Quamvis enim ficta à Poëtis narrentur, ita tamen & componi cogitatione, & exponi oratione illa oportet, ut ſecundum argumentum, id eſt, quam Graeci ὑπόθεσιν vocant, omnia ubique congruant, atque conſentiant, & nihil uſpiam diſcrepet. In quibus eam vim atque facultatem elucere, neceſſe eſt, quam Graeci διαλεκτικὴν & ῥητορικὴν nominaverunt, ut & quid ex quo conſequatur, atque perficiatur colligendo, videatur, & copia atque ubertas, & elegantia in verborum electione, & compoſitione praeſtetur. Sed plerique moralem quaſi materiam informandam carminibus ſuis ſuſceperunt. Pauci quidam naturam rerum ſcrutari, & de illa vaticinari auſi fuerunt. Id quod vetuſtiſſimos Poëtas occulte, & δι' αἰνιγμάτων portentis quibuſdam fabularum excogitatis feciſſe conſtat. Nimirum ut abhorrentia iſta legentes, & audientes, aliud quaerere, atque elicere de illis cogeret. Quo loco quaeri poſſit, utrum Poëtae mendaces eſſe videantur? Ac condemnat illos quidem hoc crimine vulgi opinio, ſecundum quam factum eſt hemiſtichium, quod ab Ariſtotele recitatur, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. Sed revera non ſunt. Non enim ſtatim, qui fabulam comminiſcitur, ac recitat, is etiam mentiri dicendus. Neque eſt mendax nutrix, ſi vel blandiens alumno mel eſſe memoret cibum, quem ille averſatur, vel coercens improbulum minis, lupum adeſſe perhibeat. Non mentitur Aeſopus fabulas illas ſuas texens. Suntne igitur illa vera? Non ſunt. Sed quod à veritate abducitur, non ſtatim mendacium eſt: fictum, fabuloſum, ſimulatum, joculare eſt. Nam mendacium proprie falſitate continetur fraudulenta, & ad alterius damnum, aut malum deſtinatur. Quod cum à Poëtis non fit, quorum figmenta proſunt, etiam tantum abeſt, ut noceant, nullo modo mendaces hi vocandi ſunt. Et eſt memorabile, quod de Tragoedia Gorgiam dixiſſe ferunt: Imponi quidem ſcriptis illis vulgo hiſtoriarum falſitate, ſed ita, ut decipi utile ipſis ſit magis, quam non decipi. Quapropter à mendaciorum infamia defendamus Poëtas, qui nunquam ſapientiae nomen tueri poſſent, ſi vere mendaces perhiberentur. Sed de his in praeſentia ſatis. Atque his generaliter praemiſſis, veniamus ad mentionem noſtri autoris, ordientes de conſilio in hoc opere elaborando ipſius diſſerere. Inde enim facile apparebit, ad quam partem philoſophiae haec Poëſis pertineat. Apparet igitur Poëtam, in magno dolore mutati ſtatus civitatis Romanae, deſcribere voluiſſe hiſtoriam everſae reipublicae, ſimul ut indulgeret indignationi ſuae, quae in excelſis animis ob publicas clades vehemens exiſtere conſuevit, ſimul ut perſpecto maximarum rerum, & converſionis eventu, in eo populo, qui virtute, & vi bellica orbis terrarum dominationem ſibi peperiſſet, intelligeretur, quid & labefacere, & convellere magna & firma imperia poſſit, ac ſoleat. Itaque plane eſt hiſtoricus quidam finis hujus poëſeos, quippe cum inſtruat, & doceat, quae res communitates bene fundatas, & ſtabilitas impellendo concutiant, & diſſipando ſubvertant. Quae cognitio prudentiam hominum augere, & cautionem in poſterum, vel ſaltem in miſeriis fatalibus tolerandis non nihil conſolationis afferre poteſt. Cum & illa mutationum exempla conſiderantur, & praeſentia negotia ad narrationes, & memoriam vetuſtatis aeſtimantur, atque comparantur. Non enim Deus ſemper manifeſta vi regna urbesque, ac populos impetit, ut cum fulmine, terrae motu, inundationibus aliqua loca vaſtantur, ſed haec ad rerum extremam perniciem aliquando, & rarius quidem, divinitus commoventur. Non autem nunquam eadem veluti perſtringentia vitam in terris ſigna quae-

quaedam sunt inter homines quasi praegnantis & turgentis eventus cujusdam inopinati, & novi, atque mirifici. Ad quem conspirare hominum studia, & conatus jam incipiant, quibus veluti frena laxans Deus, ruere eos saepe permittit, & provocare magis atque magis iram suam, quae aliquantisper quasi minabunda in parte aliqua se ostendens, tandem in universum corpus regni, aut civitatis grassari pergit: Quod ipsum pietatem quoque non parum instruere potest. Non hinc quidem caussas aerumnarum, & calamitatum, atque etiam sublevationis percipientem, sed admonitam manifestis casibus, ut illas studeat invenire, & animadvertentem divinae irae cursum, & sese in tutum conantem recipere. Sicut Christus jubet, & de ficu, & de flavescente segete discipulos conjecturam facere de futuris, & animis esse attentis. Nam in humana sapientia, neque vera origo miseriarum, neque firma consolatio reperitur. Itaque omnes sibi innitentes, & freti sapientia humana, semper horribiliter corruerunt. Et per opinionem virtutis turpiter occubuerunt, in desperatione, & ira, & perturbatione mentis, ii, qui fortissimi videri voluerunt, sibi ipsis violentas manus inferentes. Sed ut redeamus ad propositum. Sumsit hic Poëta quasi materiam belli civilis, gesti inter Pompejum, & Caesarem, conjunctos & cupiditatibus potentiae, & rebus laudabiliter gestis, & propinquitate quoque. Nam socer Pompeji fuit Caesar. Quo bello res Romana saepe ante tentata, & varie impetita, tandem funditus deleta, & in unius potestatem redacta, neque Resp. amplius, sed regnum deinde fuit. Hoc argumentum, de quo operi Pharsaliae nomen inditum, quod in campis Pharsalicis juxta Philippos, proelio commisso, victus, & fugatus Pompejus fuerit, hoc igitur decem libris, narratione luculenta, & magis historico, quam Poëtico filo pertexuit. Ut quidam etiam putarint, non posse eum vere Poëtam appellari, quod neque ficta ac fabulosa descripserit, & explicatione quadam oratoria usus esse videatur. Sed Poëtam non tam ficta materia facit, quam elaborationis, & perpolitionis industria, multa undique alliciens ingenio Poëtae, & ad ornatum operis comminiscens. Quibus hoc opus ad insignem modum excellere constat, ut Poëtae eximium nomen autori adimendum non sit. Non autem vel ipse perfecit, vel perfectum ad nos pervenit. Nam in fine narratio deficit, & mutila est. Atque haec informata, & composita sunt oratione numerosa, quae carminum, & versuum nomen habet. Cum autem expositionum aliae in genere actionis versentur, quod δραματικὸν vocatur, aliae in genere narrationis, quod διηγηματικὸν, haec nostri operis est mista de utroque, Platoni δι' ἀμφοτέρων, ut Ilias, & Aeneis. Usus autem est numeris dactylicis hexametris, qui versus heroici appellantur, à Graecis proprie ἔπη: forma idonea ad rerum magnarum, & heroicorum negotiorum explicationem, hic autor, & effector horum, cujus in tali opere peculiare est nomen Poëtae, excellentiae quidem illud, nam cum multae sint variarum artium effectiones, & opera, nullum est neque luculentius, neque melius his, quae versibus, sive carminibus exprimuntur, de mente, majore & praestantiore vi, quam humana esse videatur, incitata. Proprium autem est nomen M. Annaei Lucani. Quem accepimus gente Annaeum fuisse, cujus & Senecas, & stirpe Lucanum, ab Aquilio Lucano oratore. Romae autem operam bonis artibus dedit, praecipua familiaritate utens A. Persii, cujus satyrae ut valde accuratae, & eruditae à doctis laudem magnam invenerunt. Usus consuetudine ipsius & Nero fertur, qui se Poëtices studiosum perhiberi cuperet, ac contentione aemulationis offensus ignominia eum affecisse.

cisse. Ita hunc odio inflammatum socium fuisse conjurationis in Neronem, conflatae à Pisone. Qua detecta perquam molliter se gessisse, & impetrato arbitrio mortis, in aquis calidis, cum venas incidi jussisset, ita finiit vitam suam. Vir ut ex his apparet, ingenio, & natura acri, impotenti animo, & levi. Qui neque, antequam inchoaret periculum, & difficultates prospicere, neque postea constantiam, & firmitatem consilii praestare posset. Impatiens irae, sed & adversationum, cupidus laudis, sed & vitae. Temerarius, sed & effoeminatus. Quales fere sunt in juvenili aetate ii, qui literis operam dant, & ad Philosophiam quidem tendunt, sed nondum pervenerunt. Praesertim ἀνηθοποίητοι, ut vocant Graeci, id est, disciplina morum, & vitae non satis exculti, vel indulgentius etiam educati. Sed & de hoc satis. Nunc dicendum est aliquid de hujus orationis quasi nota, qui Graecis χαρακτὴρ est.

Ac primum quae oratio temporum illorum communis fuit, eam & hic necessario usurpavit. Coepit autem tum immodico studio frequentari & expeti sententiosa & concisa, ac fracta oratio, graecissans plane compositione sua. Qualem Senecae esse videmus. Qui etiam fatetur alicubi, desiisse suam aetatem Latine loqui; inquit enim, *olim cum Latine loqueremur*. Haec igitur est commatica, & enthymematica, & videri se incitatam ac vehementem vult, quasi crebra tela sententiarum intorquentem. Id quod in Poëtis fortasse ferri potuit. Etsi hi quoque Latinitati hac parte offecerunt. In oratoribus vero, & Fabius admodum ut vitiosum hoc genus reprehendit. Exempla de Senecae scriptis, & inprimis è libro controversiarum suppetent requirentibus. Sed & nos de Senecae Tragoediis aliqua referamus.

Cogi qui potest, nescit mori.

Id enim tale est: Quae vehementissima est coactio, ea maximam vim complectitur. Nulla est major vis morte, quae fert omnes cruciatus. Ergo mortis est vehementissima coactio. Sed qui mortem contemnit, cum eam vim contemnat, quae maxima afferri hominibus potest, omnem coactionem contemnat, necesse est. Sequitur, ut si mortem forti animo pati aliquis nequeat, facile ille ut cogi posse videatur.

Qui non vetat peccare cum possit, jubet.

Facere improbo & permittere ut fiat, si prohibere possis, pariter injustum est. Nam quid refert, per te aliquis laedatur, an te patiente per alium, ut tuus servus, te vidente, si hominem in praeterfluentem deturbet, nonne tua illa culpa sit. Aut, si filius tuus cives pulset, te praestare oporteat. Quid igitur aliud facere existimaberis, quam & servum ad demersionem subornasse, & filium ad petulantiam illam impellere? Cernit diripi urbem non concessam militum praedae Imperator, neque prohibet, hoc jam est militibus pro signo dato ad direptionem. Quid igitur interest inter violentas manus, & permissionem alienam? Hoc nimirum, quod qui, cum avertere possit, malum grassari sinit, is & superbius illudit miseris, & simulatione sua infestior est, quam alii aperta vi: & odium meretur majus insidiosa, & fraudulenta aggressio, quam manifesta, & contraria violentia. In his explicandis ideo verbosior fui, ut quale illud breve, & contortum genus sententiarum sit, melius perspiceretur. Quod non tam sauciat, ut ita dicam, quam leniter ferit. Saepe etiam vix perstringens, aut quasi strepitu movens animos, & ita praetervolans.

Male

Male imperatur, cum regit vulgus duces.

Vulgi bonitati principum gravitas praefici ſolet, & hoc eſt utile, ac bonum imperium. Jam ſi vulgus non regatur à principe, ſed illum regat, converſa re, imperium hoc utile, & bonum eſſe non poterit.

Ducunt volentem, fata nolentem trahunt.

Fatorum vis eſt inevitabilis, cui qui libenter paret, ac obſequitur, moleſtiam ſentit minorem, aequo animo ferens id, quod mutari nequit. Qui refragatur, is quaſi equus indomitus, ad laborem neceſſarium, etiam defatigationem renitendi adjungit, & gravius affligitur.

Quemcunque miſerum videris, hominem ſcias.
Omnes miſeriis obnoxii ſunt mortales.
Hercules eſt miſeriis obnoxius.
Ergo Hercules eſt mortalis.
Econtrario:
Quemcunque fortem videris, miſerum neges.
Virtus facit immortales.
Hercules excellit virtute.
Ergo eſt immortalis.

Haec brevius explicui, ut & in hac parte exemplum haberent volentes exercere ſtudia ſua. In hoc genere ſunt illa, quae Graeci nominarunt παρακεκινδυνευμένα, id eſt, non ſine periculo audacter facta. Quorum crebritas vitio carere non poteſt. Nam, ut in aliis, ita in his quoque ſucceſſus praeclarus rarus eſt. Seneca convertit tritum ſermone proverbium, *Diem adimere*, ſeu ut Euripid. χρόνον μαλάσσειν aegritudinem, nam cum ſervus dixiſſet,

Jam tempus illi fecit aerumnas leves,

Atreus reſpondet,

Erras, malorum ſenſus accreſcit die,
Leve miſeris eſt ferre, perferre eſt grave.

Quae confirmatione profecto indigent ad perſuadendum, praeſertim omnibus fere & ſentientibus, & experientibus contrarium. Item hoc:

Honeſta quaedam ſcelera ſucceſſus facit.

Item hoc:

Regna cuſtodit metus.

Cum malus ſit diuturnitatis cuſtos, metus. Et:

Quodcunque libuit facere, victori licet. &,
Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.

Jam illa intorta:

Si patruum vocant, pater eſt! &,
Agnoſco fratrem. &,
Qui nihil poteſt ſperare, deſperet nihil. &,
Cui prodeſt ſcelus, is fecit.

Subtilitatem tantam habent, ut nimia videri haec poſſit, praeſertim in affectatione. Sententioſa autem, & rotunde enunciata, & argute illata, ita aetas illa frequentavit, ut nimis κατακόρως uſurpaverit. Exempla Senecae Tragoedi ſunt:

Ab

Ab inquieto saepe laudatur quies. &,
Quanti casus humana rotant
Minor in parvis fortuna, &c.

Et ubique obvia. Item haec,

Quascunque aperui tibi vias, clausi mihi. &,
Exuli exilium imperas.

Item:

Medea amorem objicis.

Respondet illa:

Et caedem, & dolos. &,
Alta extimesco sceptra.

Infert illa:

Ne cupias, vide.

Sed & hoc genus notasse hactenus satis sit. Lucani autem exempla suis locis sumus indicaturi. Qui ipse tamen ita hanc sui seculi novitatem amplexus fuit, ut sive studio, seu natura admodum temperarit. Ideoque est oratio ad oratorum modum plerunque periodica, quam & ob caussam potissimum, nisi fallor, hujus lectionem utilem futuro oratori censuit Fabius. Operam tamen & in illa vibrata, atque intenta, & concisa impendit, ut indicabitur. Quod autem ad versuum concinnitatem, & sonum carminis addit, nihil ad hunc, quod de Poëtis Cordubensibus scriptum Cicero reliquit, pingue illos quiddam sonare, & peregrinum. Nam & Romam admodum infans deportatus, & ibi ita opt. artibus excultus fertur, ut si quid vitii haberet provinciae origo, facile emendari, atque corrigi potuerit Et haud scio, an omnes sui temporis Poëtas elegantia orationis facile superaverit. Qui tamen cum Marone audent hunc conferre, ii mihi non videntur neque Latini sermonis puritatem, neque veram laudem, atque praestantiam Poëtae, neque, ut dicitur, quid distent aera lupinis, intelligere. Sed de iis omnibus, quae in mentem nunc venerunt, ut dicerentur satis multa praefati, ita tandem ad autoris hujus Poëseos enarrationem accedamus.

*HUGO GROTIUS

DANIELI HEINSIO S.

Liber, qui te Rotterodami exspectaverat, Lugdunum ad te venit. Poëta φιλελεύθερος, ἀριστοκρατικὸς, μισοτύραννος, in summa dignus, quem mei Batavi legant, ut, quo magis amant vatem Hispanum, eo Hispanum regem implacabilius oderint. Multum haec editio Raphelengii diligentiae, mihi aut nihil, aut minimum debet, itaque & nomen me inscio adscriptum est. Videtur enim mihi plane μικρο-

* Cum primae Grotianae in Lucanum curae careant praefatione, quia tanti non putavit hanc opellam summus Vir, necesse mihi visum est, hanc epistolam ex corporis Epistolarum à Cel. Burmanno nuper editarum Tomo secundo p. 437. adtexere, ut illius editionis caussa, & notarum scopus Lectori apparere possit.

μικροφιλότιμον, labore tam exiguo, tam obvio, gloriolam quaerere. Textus, puto, tibi non displicebit, concinnatus, nisi fallor, ex lectissimis lectionibus. Notas, non ut ita ederentur, scripseram, sed ut emendarem aberrantes quasdam Bermanni interpretationes; alioqui aut plura adnotanda fuerant, aut nec ista. Sint haec sane, ut sunt, haud magni pretii. tamen nemo ante me Syndicus Rotterodamensis haec praestitit. Vides me ridere, hominem tanto Theologorum odio laborantem; quod non vulgaris est fortitudinis. Nam & apud Lucanum Caesar Achoreum satis placide alloquitur; ut videas, ne tum quidem tutum fuisse in Isiacos incurrere. Miror, quod nullum adhuc ex Frisia fulmen. Magnum oportet malum sit, quod tamdiu cuditur. Vale, mi Heinsi, & me vel illis invitis ama. xx. Aprilis. CIↃ IↃC XIV.

FRATRI OPTIMO

WILHELMO GROTIO

HUGO GROTIUS.

Ita de me mereris, frater optime, nec aliis minus nominibus amande, quam quod frater es, ut, quod tibi placeat, idem ego debeam velle. Ea fide ac diligentia mea negotia curas, ut desideriis tuis omnia mea negotia debeam praevertere. Quare, quamquam aliud agere inceperam, tamen, monente te, Lucanum iterum in manus sumsi, & quaedam olim à me omissa annotavi, quaedam notata olim novis argumentis confirmavi. Quo autem gratior tibi sit opera, scies eam constare ex contributione eorum, quos hic nostri amicissimos habemus. Nam primum ex bibliotheca regia vir in tanta librorum copia vivere dignissimus Nicolaus Rigaltius utendos nobis dedit Manuscriptos duos, antiquiorem alterum, alterum manu recentiore. Sed & nobilissimus juvenis Franciscus Thuanus, qui juris & fori exactissimam cognitionem, id est, avitas laudes, ad tot paternas feliciter adjungit, ex sua illa locupletissima penu librum nobis commodavit item manu exaratum: alium quoque non minus veterem nunquam satis laudati fratres Puteani. Itaque cum haec nostra leges, crede te tot doctissimorum virorum beneficiis frui. Lutetiae Kal. Augusti CIↃ IↃ CXXV.

FRATRI CARISSIMO

WILHELMO GROTIO

Juriſconſulto & Advocato

H. GROTIUS S.

Redit ad te, mi frater, libellus ad Lucanum noſter, pridem tibi dictus, aliquanto nunc auctior. Aequum enim fuit, cum tua in me creverint benefacta, fraterna pro rebus meis, pro liberis autem meis paterna ſollicitudine, creſcere etiam hoc qualecunque grati adverſum te animi teſtimonium. Conferent plura in magni ſpiritus lateque patentis doctrinae poëtam, quibus plus erit otii. Nobis ſatis fuit negotia lectione, etiam Politicis non inutili, diſtinguere. Deus optimos parentes noſtros, te ac ſuaviſſimam conjugem liberoſque veſtros, & omnes qui nos ſanguine, affinitate, amicitia, aut etiam horum ſtudiorum communione contingunt, incolumes diu ſervet. Lutetiae, Calendis Novembribus anni CIↃ IↃ CXXXIX.

VITAE

VITAE LUCANI
DESCRIPTIONES;
ITEM
TESTIMONIA
DE LUCANO.

TACITUS Lib x. Ann. c. 49.

Et Lucanus Annaeus, Plautiusque Lateranus Consul designatus, vivida odia intulere [conjurationi in Neronem.] *Lucanum propriae caussae accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus adsimulatione.* C. 56. *Lucanus, Quinctianusque & Senecio diu abnuere. Post promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Atillam matrem suam, Quinctianus Glicium Gallum, Senecio Annium Pollionem, amicorum praecipuos, nominavere.* C. 57. *Non enim omittebant Lucanus quoque & Senecio passim conscios edere.* C. 70. *Exin M. Annaei Lucani caedem imperat* [Nero] *Is profluente sanguine, ubi frigescere pedes manusque, & paulatim ab extremis cedere spiritum, fervido adhuc & compote mentis pectore intelligit, recordatus carmen à se compositum, quo vulneratum militem per ejusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, versus ipsos retulit; eaque illi suprema vox fuit.*

PAPINIUS STATIUS

Praefatione ad Librum secundum Silvarum.

Excludit volumen Genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria carissima uxorum, cum hunc diem forte consecraremus, imputari sibi voluit. Ego non potui majorem tanti autoris habere reverentiam, quam quod laudes ejus dicturus Hexametris meis timui.

Ejusdem Genethliacon Lucani: Carm. 7.

Lucani proprium diem frequentet,
Quisquis collibus Isthmiae Diones
Docto pectora concitatus oestro,
Pendentis bibit ungulae liquorem.
Ipsi, quos penes est honor canendi,
Vocalis citharae repertor Arcas,

Et tu Bassaridum rotator Euan,
Et Paean, & Hyantiae sorores,
Laetae purpureas novate vittas.
Crinem comite; candidamque vestem
Perfundant ederae recentiores.
Docti largius evagentur amnes,
Et plus Aoniae virete silvae,
Et si qua patet, aut diem recepit,
Sertis mollibus expleatur umbra.
Centum Thespiacis odora lucis
Stent altaria, victimaeque centum,
Quas Dirce lavat, aut alit Cithaeron.
Lucanum canimus. favete linguis.
Vestra est ista dies, favete Musae,
Dum qui vos geminas tulit per artes
Et junctae pede vocis, & solutae,
Romani colitur chori Sacerdos.
Felix heu nimis & beata tellus,
Quae pronos Hyperionis meatus
Summis Oceani vides in undis,
Stridoremque rotae cadentis audis,
Quae Tritonide fertiles Athenas
Unctis Baetica provocas trapetis.
Lucanum potes imputare terris.
Hoc plus quam Senecam dedisse mundo,
Aut dulcem generasse Gallionem.
Attollat refluos in astra fontes
Grajo nobilior Melete Baetis.
Baetin Mantua provocare noli.
Natum protinus, atque humum per ipsam
Primo murmure dulce vagientem
Blando Calliope sinu recepit.
Tum primum posito remissa luctu
Longos Orpheos exuit dolores:
Et dixit, puer ô dicate Musis,
Longaevos cito transiture vates,
Non tu flumina, nec greges ferarum,
Nec plectro Geticas movebis ornos:
Sed septem juga, Martiumque Tybrim,
Et doctos equites, & eloquente
Cantu, purpureum trahes Senatum.
Nocturnas alii Phrygum ruinas,
Et tardi-reducis vias Ulixi,
Et puppem temerariam Minervae
(Trita vatibus orbita) sequantur.
Tu carus Latio, memorque gentis
Carmen fortior exeris togatum.
Ac primum, teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Thessalosque currus.
Et supplex Priami potentis aurum.
Et sedes reserabis Inferorum.
Ingratus Nero dulcibus theatris,
Et noster tibi praeferetur Orpheus.
Dices culminibus Remi vagantis,
Infandos domini nocentis ignes.
Tu castae titulum, decusque Pollae
Jucunda dabis allocutione.
Mox coepta generosior juventa
Albos ossibus Italis Philippos,
Et Pharsalica bella detonabis.
Et fulmen ducis inter arma divi,
Libertate gravem pia Catonem,
Et gratum popularitate Magnum.
Tu Pelusiaci scelus Canopi
Deflebis pius, & Pharo cruenta
Pompejo dabis altius sepulcrum.
Haec primo juvenis canes sub aevo
Ante annos Culicis Maroniani:
Cedet Musa rudis ferocis Enni.
Et docti furor arduus Lucreti,
Et qui per freta duxit Argonautas,
Et qui corpora prima transfigurat.
Quin majus loquor, ipsa te Latinis
Aeneis venerabitur canentem.
Nec solum dabo carminis nitorem,
Sed taedis genialibus dicabo
Doctam, atque ingenio tuo decoram:
Qualem blanda Venus, daretque Juno;
Forma, simplicitate, comitate,
Censu, sanguine, gratia, decore.
Et vestros Hymenaeon ante postes
Festis cantibus ipsa personabo.
O saevae nimium, gravesque Parcae,
O nunquam data festa longa! summis
Cur plus ardua casibus petatis?
Cur saeva vice magna non senescunt?
Sic natum Nasamonii Tonantis
Post ortus, obitusque fulminatos,
Angusto Babylon premit sepulcro:
Sic fixum Paridis manu trementis

Pelidem

Peliden Thetis horruit cadentem.
Sic ripis ego murmurantis Hebri
Non mutum caput Orpheos sequebar.
Sic & tu rabidi (nefas) Tyranni
Jussus praecipitem subire Lethen,
Dum pugnas canis, arduaque voce
Das solatia grandibus sepulchris.
O dirum scelus! ó scelus! tacebis.
Sic fata est, leviterque decidentes
Abrasit lacrymas nitente plectro.
At tu, seu rapidum poli per axem
Famae curribus arduis levatus,
Qua surgunt animae potentiores,
Terras despicis, & sepulcra rides:
Seu pacis meritum nemus reclusae
Felix Elysiis tenes in oris,
Quo Pharsalica turba congregatur,
Et te nobile carmen insonantem
Pompeji comitantur, & Catones:
Tu magna sacer & superbus umbra
Nescis Tartaron, & procul nocentum
Audis verbera, pallidumque visa
Matris lampade respicis Neronem,
Adsis lucidus, & vocante Polla
Unum quaeso diem, Deos silentum
Exores. solet hoc patére limen
Ad nuptas redeuntibus maritis.
Haec te non thiasis procax dolosis
Falsi numinis induit figura;
Ipsum sed colit, & frequentat ipsum
Imis altius insitum medullis.
Ac solatia vana subministrat
Vultus, qui simili notatus auro
Stratis praenitet, incubatque somno.
Securae procul hinc abite mortes:
Haec vitae genialis est origo.
Cedat luctus atrox, genisque manent
Jam dulces lacrymae, dolorque fessus
Quidquid fleverat ante, nunc adoret.

* CORDUBA ME GENUIT, RAPUIT NERO. PROELIA DIXI
QUAE GESSERE PARES, HINC SOCER, INDE GENER.
CONTINUO NUMQUAM DIREXI CARMINA DUCTU,
QUAE TRACTIM SERPANT, PLUS MIHI COMMA PLACET.
FULMINIS IN MOREM, QUAE SUNT MIRANDA, CITENTUR.
HAEC VERE SAPIET DICTIO, QUAE FERIET.

M. ANNAEI LUCANI
VITAE FRAGMENTUM;

Ex C. Suetonii Tranquilli (ut videtur) libro de Claris Poëtis.

[a] M. Annaeus Lucanus Cordubensis prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine. Dein Civile bellum, quod cum Pom-

* Hi versus, ab incerto auctore compositi praeponuntur Mstis plurimis, & Edd. antiquis. In multis autem tantum quatuor primi; sed & duos ultimos inveni in praestantissimis membranis, quos primus Aldus produxit; sed male pro *vere*, ut est in MSS., dedit *vero*.

a Hanc vitam, ita ut erat descripta è veteri Codice, ad me misit Theodorus Canterus vir clarissimus, cujus etiam pleraeque notae sunt, quas subjeci. CASAUB. ad Sueton. Hinc descripsit Grotius, & suae editioni praefixit. In antiquis quoque Editionibus Omniboni, Sulpitii &c. reperitur; sed hic illic decurtata, ut videbimus. Ego quoque inveni in praestantissimis Codd. Buheriano, & Wittiano. Nomen autem deest in Edd. VV. & MS. Witt.

Pompejo [b] à Caesare gestum est, recitavit. [c] Qui tantae levitatis & immoderatae linguae fuit, ut [d] in praefatione quadam aetatem & initia sua cum Virgilio comparans, ausus sit dicere, *Et quantum mihi restat ad Culicem?* Hic initio adolescentiae, cum ob infestum matrimonium patrem suum [e] ruri agere longissime cognovisset, revocatus Athenis à Nerone, cohortique amicorum additus, atque etiam [f] quaesturâ honoratus. Non tamen permansit in gratiâ. Siquidem aegre ferens [g] recitante se, subito, ac nullâ nisi refrigerandi sui [h] caussâ, indicto Senatu, Neronem recessisse; neque verbis adversus Principem, neque factis [i] extantibus posthaec temperavit. Adeo ut quondam in latrinis publicis, [l] clariore cum strepitu ventris emisso, hemistichium Neronis, magna [m] consessorum fugâ, pronuntiârit: *Sub terris tonuisse putes.* Sed & famoso carmine cum ipsum, tum [n] potentissimos amicorum, gravissime proscidit. Ad extremum pene signifer Pisonianae conjurationis extitit, [o] multus in gloria tyrannicidarum palam praedicanda; ac plenus minarum; usque eo intemperans, ut Caesaris caput proximo cuique jactaret. Verum detectâ conjuratione, nequaquam [p] parem animi constantiam praestitit. Facile enim confessus, & ad humillimas devolutus preces, matrem quoque innoxiam inter socios nominavit, sperans impietatem sibi apud [q] parricidam Principem profuturam. Impetrato autem mortis libero arbitrio, codicillos ad patrem [r] corrigendos quibusdam versibus suis exaravit; epulatusque largiter, [s] brachia ad secandas venas [t] medico praebuit. Poëmata ejus etiam praelegi memini: [v] confici vero ac venalia proponi, non tantum operose ac diligenter, sed inepte quoque.

EJUS-

b A Caes] *Et Caes.* Witt. Edd. VV.

c Qui] Haec usque ad *fuit* non leguntur in MSS. Buher. Witt. nec Edd. VV.

d In praefatione] Deest *in* a MSS. & Edd. VV.

e Ruri agere] Non comparent hae voces in Cod. Witt. *Agere* tantum habent Edd. dein *longissime* est in MSS. & Edd. VV. Casaubonus, & Grotius ediderunt *longe.*

f Quaesturae] Deest *honore*, vel scribe *quaestura.* CASAUB. *Quaestura* MSS. & Edd.

g Recitante se] *Se* non habet Buher. Cod. *Recitantes sub.* Witt. & Edd. Vett. *nisi* abest quoque ab Editis antiquis.

h Caussa] Edd. primae *causa indicta senatu cum recessit*, vel *recessisset*, MSS. *Neronem* non habent, & legunt *recessisset.* Forsan scrib. *Quod recitante se ac nulla n. r. s. c., indicto senatu recessisset.*

i Exstantibus] Hoc est, manifestis. GUJET. MS. Witt. *extantis temperaret.*

l Clariore cum strepitu ventris emisso] Dele *cum* aut scribe *clariore sono str.* Deinde scrib: *magna consessorum fuga*, non *cum sess.* CASAUB. Lege *clariore str. emisso:* & mox *consessorum fuga*, qui simul sedebant in latrina. GRAEV. VV. Edd. *clamore* &c. MSS. Witt. & Buh. *emissi.* pro *strepitu* Buh. *trepitu.* Non displicet, quod Gujetus in postumis conjecit *clariore cum strepitu, crepitu* &c.

m Consessorum fuga] Sic MSS. & Grot. male Edd. Vett. *confessorum facta.*

n Potentissimos] Witt. Cod. *potentissimum.* dein *gravidissime.*

o Multis in gloriam tyrannicidarum palam indicenda] Scribe: *Multus in gloriam tyrannicidarum palam in dicendo, ac plenus minarum.* Hoc adeo verum est, ut ne in scribendo quidem, nedum in dicendo, temperare sibi potuerit, à certis indiciis animi veteris libertatis revocandae cupidissimi, & imperantibus infesti. Lector attentus passim deprehendet in libris decem de Bello Civili. CASAUB. Scribendum. *Multus in gloria t. praedicanda fuit.* Nam Latinis frequentissimum dicendi genus, *multum in aliqua re esse.* GRAEV. Recte scripti & Edd. VV. habent, ut edidit Grotius; *praedicenda* Buher.

p Nequaquam animi constantiam] Lege *neq. parem a. const.* SALMAS. Addidi vocem *parem* ex MS. Buher.

q Parricidam] Male haec vox deest in Edd. Vett.

r Corrigendos] Leg. *de corrigendis.* SALM. Sic Casaubon. edidit. Cur non *corrigendis* sine *de*? ut est in Buher. Cod. i. e. ad corrigendos. *Suis* non comparet in Edd. Vett. mox *praebuit medico* MSS. & Edd. Vett.

s Brachia &c.] Videtur hinc mutuatus Hieronymus, cum scriberet numero MMLXXX. in anno

x.

L U C A N I.

E J U S D E M

V I T A.

Ex Commentario antiquissimo.

M. Annaeus Lucanus patrem habuit M. Annaeum Melam ex provincià [a] Baeticà Hispaniae interioris Cordubensem Equitem Rom. illustrem inter suos, notum Romae & propter Senecam fratrem, clarum per omnes virtutes virum, & propter studium vitae quietioris; quod sequens magis à turba recedebat, minus latebat. Matrem habuit & [b] regionis ejusdem, & urbis, Aciliam nomine, Acilii Lucani filiam, [c] oratoris operae apud proconsules frequentis, & apud clarissimos viros non nullius ingenii; adeo non improbandus, ut in scriptis aliquibus [d] hodie quoque duret ejus memoria: cujus cognomen huic inditum appâret. Natus est III. Non. Novemb. C. Caesare Augusto Germanico II. L. Caesiano I. Coss. Sed in patria sua non valuit educari: fatorum, credo, decretis, ut id ingenium, quod Orbem fama sui impleturum cresceret, [e] in domina mundi aleretur urbe. Octavum enim mensem agens Romam translatus est. ac ne dispar eventus in eo narraretur ejus qui in Hesiodo refertur, cum opinio [f] tunc non dissimilis maneret, cunas infantis, quibus ferebatur, apes circumvolârunt, osque insidere complures, aut dulcem jam tum spiritum ejus inhaurientes, aut foecundum, & qualem nunc existimamus, futurum significantes. Praeceptoribus tunc eminentissimis est eruditus, eosque intra breve temporis spatium ingenio adaequavit: una vero studentes superavit profectibus. Declamavit & Graece & Latine cum magna admiratione [g] audientiae. Ob quod puerili mutato in Senatorium cultum, & in notitiam Caesaris Neronis facile pervenit, & honore vix dum [h] aetati debito dignus judicatus est. Gessit autem Quaesturam: in qua cum collegis, more tunc usitato, munus gladiatorium edidit, secundo populi favore. Sacerdotium etiam accepit auguratus. Equidem hactenus tempora habuit secunda. Quae [i] autem sequuntur, mu-

x. Neronis. *M. Annaeus Lucanus Cordubensis poëta in Pisoniana conjuratione deprehensus, brachium ad secandas venas medico praebuit.* CASAUBON.

t Poemata] Haec usque ad finem desunt in Edd. antiquis. *ejus etiam* scripsi ex MSS. & Ed. Casaub.

v Confici vero et venalia proponi] Haec verba aut delenda sunt; quid enim est *confici poemata?* & quid est *venalia proponi operose?* aut transposita sic restituenda: *Poemata ejus venalia proponi, praelegi etiam memini, non tantum operose & diligenter, sed inepte quoque.* GRAEV. *Proponi venalia* MSS. Buh. & Witt. *opere & d.* Witt. Idem *sed & v.* an leg. *comi!* ut *comtus liber.* Vide Ovid. Trist. I, I. De hoc additamento vide etiam Barth. Lib. III. Adversar. c. 6.

a De hac, ut & praecedente vita vide Barthium Lib. XIIII. Advers. c. 3. Legit autem ibidem *Baeticae*, ac *& notum R. propter.* melius.

b Regionis] Perperam Edd. Vett. *religionis.*

c Oratoris] Ibidem Barthius *orator is*, majorem distinctionem ponens post *viros.*

d Hodie quoque] *Hodieque* VV. Edd. & *bino poëtae* Ed. Ven.

e In dominam] Glossam hisce inesse censet Barthius.

f Tunc] *Cum* Barthius.

g Audientiae] *Audientium* Edd. Vett. at vide Barth.

h Aetati] Sic malui cum Edd. VV. vulgo *aetate.*

i Autem] Delet Barthius.

l Ine

mutata invidia & odio Neronis, ipſi exitium, domeſticis luctum miſerabilem attulerunt. [l] Inter amicos enim Caeſaris, quod tam conſpicuus fieret profectus in poëtica frequenter offendebatur. Quippe & certamine pentaëterico acto, in Pompeji theatro laureis, recitante Nerone, fuerat coronatus, & ex tempore Orphea ſcriptum in experimentum [m] ingenii ediderat; & tres libros, quales videmus. Quare inimicum ſibi fecit Imperatorem, [n] quo ambitioſe imitante, non hominum tantum, ſed & artium ſibi principatum vindicante, interdictum eſt ei poëtica, interdictum [o] eſt etiam cauſarum actionibus. Hoc factum Caeſaris juvenili aeſtimans animi calore, ſperansque ultionem, à conjuratis in caedem Neronis ſocius aſſumtus eſt; ſed parum fauſte. Deceptus eſt enim [p] à Piſone & conſularibus, aliiſque praetura perfunctis illuſtribus viris. Dum vindictam expetit, in mortem irruit. Nam ſua ſponte coactus vita excedere, venas ſibi praecidit, periitque prid. Kal. Maias Attico Veſtino & Nerva Syllano Coſſ. XXVII aetatis annum agens: non ſine jactura utilitatis; cum patriae, [q] quae tantam immature amiſit indolem; tum ſtudiorum quoque. reliqui enim VII. Belli Civilis libri locum calumniantibus, tanquam mendoſi, non darent. qui tametſi [r] ſub vero crimine non egent patrocinio, [s] de iiſdem dici, quod in Ovidii libris praeſcribitur, poteſt: *Emendaturus, ſi licuiſſet, erat.* Exſtant ejus & alii complures; ut, [t] Iliacon, Saturnalia, [v] Cataſcomon, Silvarum

l INTER AMICOS &c.] Barth. ibidem legit. *Caeſar enim, quod tam conſpicuus fieret inter amicos profectus in poëtica* &c. Ad Statii vero Lib. II. S. 7, 58. ita haec digerit. *Caeſar enim inter amicos frequenter offendebatur, quod tam conſpicuus fieret profectu &c. quod* in Ed. Ven. non comparet, & ſcribitur *oſtendebatur.*

m INGENII] Ed. Ven. *ac verum: complures.*

n QUO] *Pro* Barth. ad Stat. & dein *vindicantem*, vel *quo ambitione intimante nec* in Adverſar. vel gloſſam putat. *ambitioſa* Ed. Ven.

o EST] Rectius delet ibid. Barth.

p A PISONE] *Cum Piſone* Barth. in Adverſ. & *dum vind.* uſque ad *irruit* Gloſſam exiſtimat.

q QUAE T. I. A. INDOLEM] Barthius ibid. haec delet, tanquam è Gloſſa nata.

r SUB VERO] Idem legit *ſub vano.* vel *ſub irrito*, vel *ſubverum* una voce.

s DE IISDEM] *In eiſdem* Edd. Vett.

t ILIACON] *In hoc Indiculo Operum Lucani pleraque ſunt aut corrupta, aut obſcura. Forte lucis aliquid attulerit Crinitus, cujus haec verba:* Enumerantur à Grammaticis noſtris, praeter opus de bello Caeſaris & Pompeji, complura alia ab eodem Lucano compoſita. Scripſit enim Saturnalia, Silvarum Lib. X. Tragoediam Medeam, quam non abſolvit: de Incendio Urbis: de Incendio Trojae, cum Priami calamitate: Orpheum: Fabulas complures, & Epiſtolas. *Libri qui Iliacon inſcribitur, (ita enim hic emendat* V. C. P. S. *cum ante male ſcriptum eſſet*, ut illa: Conſaturnalia) *meminit Luctatius vel Lactantius vetus Interpres Statii Papinii, qui haec ex eo citat ad verſum* DCXLI. *libri* III. *Thebaid.*

Atque Helenae timuiſſe Deos. - -

Item ad verſum CCCXXII. lib. VI. haec:

Haud aliter raptum transverſo limite coeli,
Flammati Phaëthonta poli videre, Deique.
Tum vice mutata totis in montibus ardens
Terra dedit coelo naturaque verſa.

Idem interpres ad verſum CCCCXXIV. libri IX. ex Lucani Catagonio citat haec:

Thebais Alcmene, qua dum frueretur Olympi
Rector, Luciferum ter juſſerat Heſperon eſſe.

GROT. Optime ſane Scriverius conrexit *Iliacon*; de quibus & ceteris libris vide etiam Barthium L. XXIII. Adverſar. c. 3. ad Stat. L. II. S. 7, 60. Theb. VI, 322. Voſſium de Hiſtoricis Latinis L. I. c. 26. quem deſcriptum poſt Lucani vitas hic adtexuimus. In ipſis Lucani verſibus Barthius corrigit *cum montibus*, & *coelo lucem* cum Lindenbr. vel *crebro coelum.* An legendum eſt *terra dedit coelo ſolem?*

v CATASCOMON] Scaliger *Iliacum catacauſmon* ſcribebat, unum & idem opus intelligens. Barthius legebat κατοσκόπιον vel κατασόμιον. Sed recte Voſſius conrexit *Iliacon*, *Saturnalia*, *Catacauſmon*, ut *Iliacon* liber ſit de incendio Trojae, & ultimus de incendio urbis carmine conſcriptus. Ex hoc κατακαύσμῳ (non *Catagonio*, ut vulgo apud Lutatium eſt, nec *Catalogo* Heroidum ſcilicet, ut volebat Scaliger) ſunt verſus, quos hic adducit quoque Grotius, in quibus Scaliger in Catal. p. 280. ſcribit, *quam cum*, & pro *eſſe ire.* Alii Ca-

rum x, Tragoedia Medea imperfecta, Salticae Fabulae xiv, & Hippamata prosa oratione in Octavium Sagittam; x & pro eo, de incendio Urbis. Epistolarum ex Campania. Non fastidiendi quidem omnes: tales tamen, ut belli Civilis videantur accessio.

POMPONII INFORTUNATI,

M. ANNEI LUCANI

V I T A. *

M. Anneus Seneca è Corduba Bethycae Romam venit, statimque eques factus est: cujus declamationes etsi celebratae, negligentia temporum ad nepotes non pervenere. Suscepit in patria ex Elbia uxore liberos tris, L. Anneum Senecam, J. Anneum Gallionem, & Anneum Melam, quem ut minorem domi reliquit. Seneca, & Gallio Romae profecere sub Marullo Grammatico, & Cesteo Smyrneo, atque Asinio pollione Rhetoribus Mela cum adolevisset, jubente patre, rem domesticam gubernavit; donatus, ut ceteri fratres, amicitia Caesaris, equestri ordine C. Aciliam duxit uxorem, Acilii Lucani oratoris filiam, cujus tunc non mediocre nomen apud provinciae proconsules erat. Ex ea Melas iv. Nonas Novembris, C. Caesare iterum, & L. Caesiano Consulibus M. Anneum Lucanum, imposito soceri nomine, genuit Fastiditus inde familiari cura cum octimestri infante

Catagonium putant scribendum; quasi ille liber complexus fuerit certamina Herculis à *κατανωνίζεσθαι*. Sed haec incertissima sunt, ut & de Silvarum libris, fabulis salticis &c. De quibus locis citatis consule Barthium, & Vossium.

x ET PRO EO] Barthius conjecit scribendum *&* *Orpheus*, titulus libri: quod placet, sed de incendio urbis malim delere, natum ex glossa vocis *Catacausmon*. Dein *videantur* cum eo reposui, non *videatur*. Versus autem ex Orpheo quosdam servavit nobis Servius Lib. iv. Georg. 493. quos adduxit jam Vossius.

- - - gaudent à luce relictam
Eurydicen, iterum sperantes Orphea manes.

Lucani ex Epigrammatibus versum servavit quoque Martialis Lib. x. Epigr. c. 64.

Si nec paedicor, Cotta, quid hic facio.

Adducuntur etiam à Lutatio ad Statium, & Servio ad Virgilium multorum versuum frusta, quae hodie non leguntur in Pharsalia. Sed adparet facile, memoriam iis inposuisse; & alia quaedam verba citasse, quam ut suis locis legebantur. Sic *Asopos aquas*, quod extat in Lutat. ad Lib. vii. 317. & putat esse Barthius ex deperditis libris, debebat esse *Accipit Asopos cursus* ex Lib. vi. Pharf. 374. quod adducit ad Lib. viii. Theb. 125. est ex L. i, 206. Idem contigit Servio ad L. v. Aen. 734. ubi innuit locum Lib. iii, 423, Ex Lucano citat ad Aen. ii, 268. totum versum, qui tamen est Statii L. i. Theb. 342. licet male Ciofanus Lucano eum quoque adscribat ad Ovid. Lib. ii. Metam. 110. Et ita nobis inponunt illi saepius. Quod vero adtinet ad carmen incerti auctoris ad Pisonem, nequaquam ego putem cum Scaligero. H. Junio, & G. J. Vossio, Lucano nostro adscribendum esse: quare etiam hic inprimi non jussi ob rationes, quas validas satis adduxerunt Barthius ad Claudian. L. i. de Laud. Stil. vs. 28. Stat. Theb. i. p. 254. & 456. Advers. L. xxvii, 13 xlix, 7. Dempster. ad Rosin. p. 44. Fabricius in Biblioth. Lat. p. 227. T. i. Stylus etiam ejus carminis languidus, & repens à genio Lucani nostri adeo alienus est, ut dubitare vix queam: quin hoc carmen alium quemvis, quam Lucanum habeat auctorem, forsan Statium.

* Ex Edit. Romana A. 1469.

* * * * *

fante Romam venit quietiori vitae apud fratres vacaturus; ſperansque per procurationes adquirendae pecuniae brevius ſibi iter fore, quo aequari conſulibus credebat. * Lucanus ſtuduit Romae ſub Rhemmio Palaemone, & Cornuto. Ex condiſcipulis Salejum Baſſum, & A. Perſium praecipue dilexit. Neroni, cujus aetas patruo Senecae commiſſa erat, diu gratus: quaeſtor ante aetatem gladiatorium munus edidit; ſequenti anno populi favore in auguratus ſacerdotium aſcitus: Ut Papinius Statius refert.

Romani colitur chori Sacerdos.

Uxorem duxit Pollam Argentariam, Polli Argentarii filiam, de qua Calliope Papinii canit.

Nec ſolum dabo carminum nitorem,
Sed taedis genialibus dicabo,
Doctam atque ingenio tuo decoram;
Qualem blanda Venus daretque Juno,
Forma, ſimplicitate, comitate,
Cenſu, ſanguine, gratia, decore.

Nero cum per Clinium Ruffum Niobem ſe pronunciaturum polliceretur, pronunciavit in theatro Pompeji, Lucanus ex tempore Orpheum recitavit. Judices, quorum cenſuram verebatur princeps, coronam Lucano dedere. Non tulit id Caeſar, cujus natura fuit, odio proſequi praecellentes, & contumeliis ac maledictis laceſſere. Interdixit igitur poëtae foro, theatro, & carmina oſtentare prohibuit, de quo Papinius.

Ingratus Nero dulcibus theatris,
Et noſter tibi praeferetur Orpheus.

Lucanus cum ſe premi odio animadverteret, Piſonianae conjurationi haeſit: quae tunc ad extinguendam tyrannidem inſurgebat, quam & ipſe fateri videtur, cum ait.

Conſilio juſſuque deûm tranſibis in urbem
Magne, tuam; ſummuſque feret tua buſta ſacerdos.

Corpus enim Pompeji, niſi extincto Juliorum genere Romam transferri non poterat. Accuſatus diu ſilentium tenuit; ſed promiſſa impunitate matrem nominavit, acceptoque mortis arbitrio venas ſolvit. Cum frigeſcere pedes, manuſque, & ſpiritum cedere intellexit, pronunciavit verſus, quos per hujusmodi imaginem de milite fecerat.

† *Sanguis erant lacbrymae; quaecumque foramina novit*
Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulae nares; ſudor rubet; omnia plenis
Membra fluunt venis; totum eſt pro vulnere corpus.

De-

* V. Tacit. L. XVI. Ann. c. 17. & ibidem de morte patris.

† L. IX, 814. Alii, & inprimis Lipſius ad Taciti Ann. L. XV. c. 70. cenſent, hos eſſe ex L. III, 638.

Scinditur avulſus; nec, ſicut vulnere, ſanguis
Emicuit lentus: ruptis cadit undique venis,
Diſcurſusque animae diverſa in membra meantis
Interceptus aquis: nullius vita peremti
Eſt tanta dimiſſa via.

Decessit pridie Cal. Maji, Silio Nerva, Attico Vestino Consulibus. Quin consul designatus cum Plautio Laterano erat, anno nondum septimo & vigesimo finito. Sepultus est in hortis suis; ubi forte tale potuit inscribi epigramma.

Bethys habet natale solum; est Annea propago:
De genitore Mela dat mater Acilia terris:
Vix luna octonos coelo confecerat orbes,
Cum me Roma sui resperfit Tybridis unda.
Servatumque foro traxit, Phoeboque dicavit.
Hinc Sylvae, geminaeque faces; reus inde Sagitta,
Orpheus, ingrati stimulus, livorque tyranni.
Dum civile nefas aperit Pharsalia nostrae,
Invidit famae Nero, proh! Musaeque canentis
Interrupit opus gladio, venisque resectis.
Assertore sacros maculavit sanguine vultus.

Scripsit Saturnalia, Sylvarum libros x, Medeam, Orpheum, incendium urbis, incendium Trojanum cum Priami calamitate. Oratione sua Octavium Sagittam, qui Pontiam confoderat, damnavit. Pharsaliam non finivit, cujus primos tris libros cum uxore correxit, quos inscitia depravatos cum reliquis septem Jo. Andreas Antistes Aleriensis diligentissime nostro tempore emendavit, rogantibus Conrado, & Arnoldo, qui, ne lingua Romana pereat, libros laudabili inventione inprimunt. Varius, copiosus, sublimis, concitatus, ut Quintilianus ait, *Oratoribus magis, quam poëtis numerandus*; quamvis aliter Martialis (Lib XIV.)

Sunt quidam, qui me dicunt non esse poëtam;
Sed qui me vendit bibliopola putat.

Mela pater, caeso filio, dum rem familiarem diligentius quaerit, accusatur à Fabio Romano ex intimis Lucani amicis, simulatasque filii ad patrem litteras rettulit: ubi Nero inspexit inhians opibus, ejus caedem imperat. Mela venas secuit scriptis codicillis, quibus in Tigilinum, & Cossucianum Tigilini generum grandem pecuniam erogavit, ut caetera manerent: adjecit & querelas, mori se scilicet nullis supplicii causis.

Apud Cornelium Tacitum (L. XV.) legitur. *Consulibus Silio Nerva, & Attico Vestino conjurationem in Neronem coeptam, & inprimis Lucanum Anneum conjurasse, quod famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque ostentari vanus assimulatione: tum detecta conjuratione Lucanus Aciliam Matrem suam inter conscios nominavit, promissa inpunitate. Sed Nero post mortem multorum Lucani caedem inperavit. Is profluente sanguine, ubi frigescere pedes, manusque & paulatim ab extremis discedere spiritum fervidus adhuc & compos mentis intelligit, recordatus à se carmen conpositum, quo vulneratum militem per ejusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, versus ipsos retulit, atque illi suprema vox fuit.*

V I T A

E A D E M, E X

P E T R I C R I N I T I

De Poëtis Latinis, *Libro* III.

M. Anneus Lucanus, natione Hispanus, patria Cordubensis fuit. Patrem habuit L. Anneum Melam, qui habitus est Senecae, & Gallionis frater, ut observatum est in Annalibus Eusebii. Natalis ejus traditur, C. Caesare Germanico iterum, & L. Caesiano Coss. Delatus ad urbem, cum in prima adhuc infantia esset, quo facilius pro aetate in bonis disciplinis cultum ingenii caperet. Adolescens factus inlustres habuit praeceptores. In litteris Rhemnium Palaemonem, qui principem locum inter omnes Grammaticos tenuit. In rhetoricis, Flavium Virginium, rhetorem illis temporibus nobilissimum. Tantumque diligentia sua, ac facilitate ingenii profecit, ut Graece, ac Latine declamaret, non sine summa admiratione audientium. Inter caeteros condiscipulos, Salejum Bassum, & C. Persium, qui Satyras scripsit, singulari benevolentia dilexit, mutuisque officiis prosecutus est. Apud Caesarem Neronem permultum gratia, & benevolentia in prima aetate potuit, adeo illi efficax fuit ingenium, ad promerendos, conciliandosque sibi animos hominum. Itaque non modo ad Quaesturae dignitatem provectus est, sed in Augurum quoque collegium ascitus, compositis versibus de laudibus Neronis. Non tamen permansit in gratia apud eum principem, qui alienas laudes molestissimo animo ferret, quique in repellendis, opprimendisque virtutibus acerrimus, ac saevissimus fuit. Uxorem habuit nomine Pollam argentariam, de cujus ingenio, atque doctrina multa referuntur à Sidonio Apollinare, & Papinio, qui maxima quadam reverentia, inquit, ad Natalem Lucani celebrandum se accedere: & esse hoc imputandum Pollae Argentariae, cujus eruditio, atque nobilitas summa fuit. Valerius quoque Martialis multis carminibus Natalem Lucani describit, quale est illud contra Neronis iniquitatem.

Haec est illa dies, quae magni conscia partus,
Lucanum populis, & tibi Polla dedit.
Heu Nero crudelis, nullaque invisior umbra!
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

Enumerantur à Grammaticis nostris, praeter opus de bello Caesaris, & Pompeji, complura alia ab eodem Lucano conposita, quibus maximam laudem adeptus est ingenii, & doctrinae Scripsit enim Saturnalia, Sylvarum Lib. x. Tragoediam Medeam, quam non absolvit: de incendio urbis, de incendio Trojae, cum Priami calamitate, Orpheum, fabulas complures, & epistolas. Ex libris Pharsaliae tres primos emendavit, cum uxore Argentaria, reliquos inperfectos, atque inemandatos reliquit, propter intempestivum interitum. Fabius Quintil. autor est, Lucanum ipsum magis adnumerandum esse Oratoribus, quam poëtis. *Est*, inquit, *ar-*

ardens, & concitatus, sententiis clarissimis excellens. In concionibus admirandus, atque excultus, adeo, ut videatur satis exprimere singularem illam elegantiam, & majestatem Virgilii. Sunt, qui scribant, eum periisse florenti adhuc aetate, cum nondum XXX annum adtigisset. Sed referendum id est verbis Cornelii Taciti, qui de hoc agit in gestis Neronis. *Attico Vestino, & Silio Nerva Coss. facta est conspiratio contra Neronem Imp. principe tam praeclari facinoris C. Pisone. Lucanum propriae caussae ad hoc adcendebant, quod famam carminum ejus deprimebat, prohibueratque ostentare vanus assimulatione. Patefacta autem conjuratione, Lucani caedem inperavit Nero. Is brachium dedit medico ad secandas venas: & ubi profluente sanguine, pedes frigescere, manusque, & paulatim ab extremis caedere spiritum, fervido adhuc, & compote mentis pectore intelligit, recordatus à se carmen conpositum, quo vulneratum militem per ejusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, versus ipsos retulit, eaque illi suprema vox fuit.* Visitur adhuc Romae in marmoreis monumentis id elogium de Lucano priscis literis.

M. ANNAEO. LUCANO.
CORDUBENSI. POETAE.
BENEFICIO. NERONIS.
FAMA. SERVATA.

E A D E M E X

G. J. V O S S I O

De Historicis Latinis, Lib. I. c. 26.

Inter historicos etiam locum damus M. Annaeo Lucano Cordubensi. Quippe qui poëma suum de bello civili Caesaris, & Pompeji fide historica scripserit. Quo nomine à Petronio Arbitro in Satyrico reprehenditur his verbis. *Ecce belli civilis ingens opus quisquis adtigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. Non enim res gestae versibus conprehendendae sunt, quod longe melius historici faciunt: sed per ambages, deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum praecipitandus est liber spiritus; ut potius furentis animi vaticinatio adpareat, quam religiosae orationis sub testibus fides.* Sane non ab omnibus Lucanum poëtam habitum esse, ostendit & illud Martialis de eo, Libro XIV. c. 192.

Sunt quidam, qui me dicunt, non esse poëtam;
Sed, qui me vendit, bibliopola putat.

Ac apud Servium legas in illud Aen. I, 386.

Matre dea monstrante viam.

Hoc loco per transitum tangit historiam, quam per legem artis poëticae aperte non potest ponere. Lucanus namque ideo in numero poëtarum esse non meruit, quia videtur histo-

historiam conposuisse, non poëma. Quae omnia mentem Martialis satis aperiunt. Ut audiendus non sit doctissimus Barthius Adverf. Lib. IX. ubi censet, poëtam hoc velle, cum facile libri Lucani distrahantur, non vilem aliquem, sed bonum vatem haberi.[a] Videtur autem hoc poëma post mortem demum in lucem prodiisse[b]; nec enim Nero vel tam clemens erat, ut ferret multa adeo pro libertate dicentem: vel adeo stultus, ut non intelligeret Schemata, quibus, dum laudari videtur, omnino vituperaretur. Exempla aliquot subpeditabit summus vir, vereque Musarum, & Charitum μέγ' ἄγαλμα, Daniel Heinsius, in laudatione Asini, scripto, ut genii, ita penitiorum literarum, ac civilis prudentiae plenissimo. Lucani quoque est panegyricus ad Calpurnium Pisonem[c], cujus initium.

Unde prius coepti surgat mihi carminis ordo?

Sane in veteri Scheda Msta reperit Scaliger ejusmodi inscriptionem, *Lucani catalecton de laude Pisonis.* Piso vero hic est is, qui adversus Neronem conspiravit, ac conjurationis socium adlegit inter alios Lucanum, satis ante infestum Caesari, quem gloriae suae sciret invidere. Vulgo Ovidio id carmen tribuitur; etiam à Carolo Sigonio in tertio de judicüs cap. 27. ubi, ut Ovidianos, citat hos versus.

Seu trepidos ad jura decem citat hasta virorum,
Et firmare jubet centeno judice caussam.

Lucano nulla omnino ratione adscribi ait Barthius Adversar. Lib. XLIX. cap. 7. Sed eum refellunt, quae diximus.

At longe plurima, quae scripsit Lucanus, deperierunt. Primum *Hectoris Lytra.* De qua sic apud Statium Papinium in Genethliaca Lucani Calliope poëtam nascentem compellat.

Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Thessalosque currus,
Et supplex Priami potentis aurum.

Adhaec *Orpheum* fecit, quo pertinet versus proximus.

Et sedes resecabis Inferorum.

Ex

a Idem censet Palmerius in Apologia pro Lucano; & recte. Nimis enim saepe Martialis celebrat Lucanum, quam ut credi fas sit, eum his verbis quodammodo culpare voluisse. Martialis loca pro Lucano sunt Lib. VII, 21.

Haec est illa dies, quae magni conscia partus
Lucanum populis & tibi Polla, dedit.
Heu Nero crudelis, nullaque invisior umbra
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

Ep. 22.

Vatis Apollinei magno memorabilis ortu
Lux redit: Aonidum turba favete sacris.
Haec meruit, cum te terris, Lucane, dedisset,
Mixtus Castaliae Baetis ut esset aquae.

Ep. 23

Phoebe veni, sed quantus eras, cum bella tonanti
Ipse dares Latiae plectra secunda lyrae.
Quid tanta pro luce precer? tu, Polla, maritum
Saepe colas, & se sentiat ipse coli.

Idem alibi.

- - - unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Sensus ergo Martialis est; dari quosdam homines, qualis erat Petronius, Quinctilianus L. x. Inst. Orat.

Ex eo poëmate Grammatici citant.

- - - gaudent à luce relictam
Eurydicen, iterum sperantes Orphea manes.

Paullo post sequitur apud Papinium.

Dices culminibus Remi vagantis
Infandos domini nocentis ignes.

Remi culmina vocat Romam; *domini ignes*, incendium urbis procuratum à Nerone, qui & illud è *turri* (Sueton. in Ner.) *Maecenatiana prospectans, laetusque flammae, ut ajebat, pulcritudine, ἅλωσιν Ilii in illo suo Scenico habitu decantavit.* Poëma hoc Lucani dicebatur *catacausmus:* pro quo corrupte *catascomos* legas in vita Lucani, quam ex antiquissimo commentario Britannicus primus edidit. Diversum ab eo opus *Iliacon.* Ex quo Placidus Lutatius in tertio Thebaidos citat.

Atque Helenae timuisse Deos.

Idem Lutatius in VI. Theb. sic scribit. *Lucanus de Phaëtonte in libro, qui inscribitur Iliacon, ita.*

Haud aliter raptum transverso limite coeli
Flammati Phaëtonta poli videre, Deique;
Cum vice mutata totis in montibus ardens
Terra dedit coelo, naturaque versa.

Apud Scaligerum versu primo, secundoque legas.

- - - - - Anheli
Flammatum Phaëtonta poli.

Sed vera sine dubio lectio est, quam ex Lutatio expressimus. Idem Scaliger unum poëma facit *catacausmon*, & *Iliacon:* unde vocat *Catacausmon Iliacum.* Sed vitae scriptor, quem dixi, disertim: *Exstant ejus & alii complures; ut Iliacon, Saturna-*

rat. c. I. & alii, quos Pareus & Almelov. laudant eo loco, & Viri Docti ad Petron. c. 118. qui eum dicebant historicum, non poëtam; sed multo plures esse, qui eum pro vero poëta habebant, quod satis intelligebat bibliopola, qui ideo tot exemplaria venderet: Mihi tamen etiam magis historicus videtur, quam poëta.

b Hoc potius verum esse credam, quam Grotii sententiam, qui putabat, ut patet ex ejus notis L. VI. 187, 208, 554 & aliis locis, bis editam fuisse Pharsaliam ob discrepantes saepe unius versus idem significantes lectiones. Sed, ut suis locis diximus, inde hae videntur esse ortae, quod Lucanus more poëtarum fertilium, scripserit quosdam versus ejusdem sententiae, ex quibus opus suum, si licuisset, emendaturus optimos eligeret, vel eligendos alii daret, antequam in publicum exiret. Tres priores certe ita conrexit Polla. Sub adulatione autem Neronis, quae est L. I., latere ludibrium ejus, & maximam vituperationem, ego quoque cum plerisque viris doctissimis opinor; aliter haec non conveniunt cum sequentibus in Caesares invectionibus: nisi quis credat Grotio. Lucanum inter ipsum operis progressum mutavisse sententiam, & ob crescens in eum Neronis odium acerbiorem in Caesares factum.

c Vide supra ad vitam secundam.

turnalia, *catascomon*, ubi *catacausmum* diximus rescribendum. Quare nec recedo à Crinito, qui distincta opera facit *de incendio urbis*, *& de incendio Trojae cum Priami calamitate.* Imo in antiquo illo vitae scriptore, etiam *orationem de incendio urbis pro Octavio Sagitta* fecisse, legimus. Item Lutatius in IX. Theb. citat è Lucani *Cathegonio* (ita est in Msto Cod.) hos versus.

Thebais Alcmene, qua dum frueretur Olympi
Rector, Luciferum ter jusserat Hesperon esse.

Ubi pro *Cathegonio* Scaliger legit *catalogo.* Censet enim Heroidum catalogum reliquisse instar Hesiodi, qui ηοιας scripsit, & καταλογον. Verum, puto, si Lucanus hujus nominis opus reliquisset, meminisset illius vitae ejus vetus scriptor.

Atqui apud eum de Lucani scriptis, praeter poëma de bello civili non alia legas, quam ista. *Exstant ejus & alii complures, ut illa, Consaturnalia* (recte clarissimus & κριτικώτατος Scriverius emendabat, *ut Iliacon, Saturnalia*) *Catascomon* (diximus legendum *Catacausmon*) *Silvarum* x, *Tragoedia Medea inperfecta*, *Salticae Fabulae* XIV, *& Hippamata prosa oratione in Octavium Sagittam*, *& pro eo de incendio urbis*, *Epistolarum ex Campania. Non fastidiendi quidem omnes; tales tamen ut Belli Civilis videantur accessio.* Quare ejus sententiae sum, ut *cathegonio* corruptum putem ex *catacausmo.* Sane non longius ab illo abit, quam *catalogo:* quod Scaligero placebat. Et de κατακαυσμῷ, sive incendio urbis, Lucanum scripsisse, satis ex allatis Statii versibus constat: de catalogo vero Heroidum ne γρῦ quidem reperias apud veterum quemquam. Sed quid sunt *Salticae fabulae* (ita non modo est in Lucani vita, quam ex vetustissimo Cod. edidit Jo. Britannicus, sed etiam apud Pomponium Fortunatum in ejusdem Lucani vita) quae ab Lucano scriptae dicuntur? Crinitus, cum id non intelligeret, contentus fuit dicere, scriptas ab eo fuisse fabulas complures. Puto à *Saltus* formatum esse *Salticus*, ut dicimus *coelicus*, *astricus*, *civicus*, *hosticus*, *genticus*, quod apud Tacitum est. Ita *fabulae Salticae* sint, quae res narrant ad Saltus pertinentes; ut de amoribus Satyrorum, & Nympharum, quae Apollonio Rhodio ἀλσηΐδες νύμφαι: & similia his alia.

De morte Poëtae sic Hieronymus in Chronico Euseb. ad annum x. Neronis: *M. Annaeus Lucanus, Cordubensis poeta, in Pisoniana conjuratione deprehensus brachium ad secandas venas medico praebuit.* Sed plenius de eo Tacitus in XV. Annal. & Tranquillus in fragmento, quod è vita Lucani superest. Romae in templo B. Petri inscriptio in marmore istiusmodi est.

M. AN-

a Ejus verba sunt. *Exigitur enim jam ab Oratore poeticus decor, non Attii, aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani sacrario prolatus.*

b Statii, Quinctiliani, & Martialis testimonia supra jam leguntur. Sidonii Apollinaris, en! haec tria. Lib. II. Ep. x. *Reminiscere, quod saepe versum Corinna cum suo Nasone conplevit, Argentaria cum Lucano* &c. Carm. IX, 230.

Non quod Corduba praepotens alumnis
Facundum ciet, hic putes legendum.
Quorum unus &c.
Pugnam tertius ille Gallicanis
Dixit Caesaris, ut gener socerque
Cognata inpulerint in arma Romam:
Tantum dans lacrymas suis Philippis,
Ut credat Cremerae levem ruinam;
Infra & censeat Alliam dolendam,
Ac Brenni in trutina Jovem redemtum;
Postponat Trebiam &c.

Carm.

L U C A N I.

M. ANNAEO. LUCANO.
CORDUBENSI. POETAE.
BENEFICIO. NERONIS.
FAMA. SERVATA.

Citat & Sulpitius Verulanus in vita Lucani. Eo autem pertinet inſcriptio, quod Nero non tulerit edictum, quo Poëmata Lucani ex omnibus bibliothecis eximerentur. Huc etiam reſpexit Juvenalis, cum ait.

Contentus fama jaceat Lucanus in hortis.

Notatum eſt, quam praeclare de eo ſcripſerit [a] Auctor Dialogi de cauſſis corruptae eloquentiae: Item [b] Statius, Fabius, Martialis, Sidonius. Etiam *optimus Poëta* dicitur Oroſio prooemio Lib. VI. ubi hemiſtichium adducit ex libro primo. Nicolao Clomange Epiſt. V. dicitur *egregius bellorum civilium deſcriptor, aſtrorum quoque, & philoſophiae doctiſſimus*. Laudat & [c] Gulielmus Brito initio Philippeidos.

Non his ſufficeret famae Lucanus amator.

Sed omnes, qui ejus cum laude meminere, praeſertim illos poſterioris aevi, longiſſimum eſſet referre.

L. GREG. GYRALDUS

De Poëtis Dial. IV.

His à me ſummatim de Lucani vita dictis, Piſo excepit, *Quamvis*, inquit, *ſe ipſe ſuo carmine Lucanus prodat, & de ſe idem quadam praefatione aetatem, & initia ſua cum Virgilio comparans dixerit.*

Et quantum mihi reſtat
Ad culicem?

Nihilominus cum adeo & à Statio, & à Martiale laudetur, ut etiam Vergilius ipſi,

ſi

Carm. XXIII. 165.
Quid quod duplicibus jugata taedis
Argentaria Polla das poëtas.

Tacitus Lib. XVI. Annal. c. 17. *Mela Annaeum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis.*

c Vide potius L. IX. Philipp. 731.
O nunc Lucani ruat in me, ſive Maronis
Spiritus.

Plura veterum teſtimonia, quae omnia enotare operoſius foret, vide apud Barth. L. LIII. Adverſ. c. 6. Rutgerſ. Lib. VI. Var. L. c. 9. & Palmer. in Apologia. Quibus addemus nunc pauca quaedam recentiorum ingeniorum judicia. Ceterum lectorem plurium tam vituperantium, quam laudantium auctorem, ejuſque vitam deſcribentium, teſtimonia ſcire cupientem remittimus ad Moſantii Brioſii Epiſtolam, Baillet. Jugemens de Savans T. III. Baillium in Dictionar. & J. A. Fabricium in Biblioth. Latina. Inluſt. Spanhem. in corpore Epiſtolarum à Cel. Burmanno editarum T. III. p. 815. Aliter finis nec modus eſſet teſtimoniorum.

●● ●● ●●

si Dis placet, & Homero conferatur, facere non possum, quin ejus lectionis ipse sim maxime studiosus. Quem excipiens Picus puer, *Et ego*, inquit, *videor medius inter furentes milites versari, cum illius carmen lego.* Quibus ego; de Lucano, inquam, sic statuatis, velim, ut eum non modo cum Virgilio non conferatis, ut Statius fecit, & Martialis, sed eum neque secundum, neque tertium dicatis. Vel si dixeritis.

Longo proximus intervallo.

Cum neque in quadrigis eum secundum numeremus, aut tertium, qui vix è carceribus exierit, cum palmam jam primus acceperit, ita nec in poëtis, qui tantum absit à primo, vix ut in eodem curriculo esse videatur. Sunt tamen quaedam in Lucano, quae, qui sine Virgilii comparatione spectavit, satis magna dicat, quae si cum judicio, atque delectu legantur, non indigna sint imitatione; id tamen caute & diligenter, ne vitia specie virtutis irrepant. Si quid vero, Pice, & tu Piso, mihi tribuistis, vos non modo non nimium studiosos ejus lectionis velim, sed vos etiam ita gloriari cupio, id quod amicum meum, virum doctissimum, aliquando gloriantem audivi, qui Musis coelestibus gratias agebat, quod numquam totum Lucani carmen semel perlegisset. Nisi enim temerarium sit, quod nihil tamen mihi vobiscum praecipue esse potest, illud ausim de Lucano adfirmare, quod M. Tullius (pro Archia c. 10.) de Cordubensibus suorum temporum poëtis, qui eos, nescio quid, pingue, & peregrinum sonare putabat. Quare Lucanum quidam sane ingeniosum, indomito similem equo esse dicebat, qui in medio prato, aut campi spatio cursitet, & acriter quidem, & animose saliat, sed inconcinne, & incomposite. Alii illum expedito quidem militi similem dicunt, qui amentatas quasdam velitum hastas jaciat, potenti, ac valido interdum brachio, sed parum plerumque considerate ac prudenter Nam tametsi ipsum ardentem, concitatumque, ac sententiis clarissimum scribat Fabius, oratoribus tamen, quam poëtis magis adscribit, quod & Martialis, & Servius sentiunt.

J. C. SCALIGER IN HYPERCRITICO

Cap. 6.

Lucanum igitur, si Diis placet, etiam Maroni parem facere ausi sunt, qui non tam illius magnitudinem, quam suam insolentiam iis ineptiis prodidere. Fatemur in illo ingenium magnum, equidem etiam plus, quam poëticum condonabo. Effrenis mens, sui inops, serva inpetus, atque idcirco inmodica, raptaque calore simul, & calorem ipsum rapiens, hostem maximum ejus temperamenti, quod in uno omnino Marone, & admirabile est, & divinum proinde, ut nimis fortasse libere dicam, interdum mihi latrare, non canere videtur.

LIP-

LIPSIUS AD VELLEJUM

L. II, 55.

Poëta, quem sensuum & honesti acuminis caussa amo.

FRANC. MODIUS

Epist. XCV.

Ita omnino est, clarissime Didyme, quantum illi errant, qui Lucanum suum Virgilio, si Diis placet, conferre non erubescunt, tantum prope peccant in aliam partem & hi, qui eum non tam suo, quam gentis suae vitio in multis inmodicum, & tumidum, in poëtarum duntaxat bonorum classe censendum non arbitrantur. cur enim non iidem, qui in culpas ejus tam diligenter inquirimus, virtutes quoque viri consideremus? plane in hoc multorum judicia judiciis dissimilia videri possunt, quod aut placitum scriptorem, semel supraque hominesque, Deosque statim collocant, aut non facientem ad sapientiam suam, ita deprimant, ut indignum esse lectione credi sibi ilico postulent. Modestius sane Plinius, quem ex Nepote ita dictitare solitum accepimus, nullum esse omnino auctorem, ex quo non aliquid adtentus lector in usum suum excerpere posset. Si ex quovis scriptore, quanto magis ex Lucano aliquid discere, aliquid doceri possumus, in quo versus multi tam castigati, sententiae tam aptae insitae, doctrinae tam rarae sparsa semina, ut haud sciam, an non culpas auctoris sui facile praestare queant; judicem modo habeant, non dico suum, sed certe non nimis iniquum, & omnino talem, qualem tu dare poteris.

C. BARTHIUS

Lib. LIII. *Adversar. c. 6.*

Lucanus Poëta magni ingenii, neque vulgaris doctrinae, spiritus vero prorsus Heroici, jam inde ex eo tempore, quo floruit, maxima semper fuit auctoritate, praecipue apud Philosophos, propter grave, nervosum, & acutum, vibransque, & penetrabile sententiarum pondus, quibus universa ejus oratio mirifice floret, adeo ut in eo genere parem numquam ullum habuerit: bona enim fine Declamatoris genium servat, interim Catonis, & ejus Scitorum perpetuus ostentator, offensus Monarchiae, seu tyrannidi; plane Senecae ut cognatus sanguine, sic par genere dicendi futurus, si prosa ingenium tam ardens oratio cepisset: Quae res eum admirabilem suo aevo fecit, cum vetus illa, & genuina Eloquentia jam vulgo displiceret, & acumina sententiarum, & tortiles illae clausulae pro summa haberentur omnium doctri-

narum, & feliciſſimae Eloquentiae. Pervidit autem omnino ingenium hominis Quintilianus, qui Oratoribus magis adnumerabilem, quam Poëtis ſcripſit. Si enim ſolos numeros demas, nihil in eo non Oratorium videbis, nihil vero praeter hos in eo Poëticum. Nullae fictiones, nulla numinum Scena, nulla fabularum perſona; plane ut quidvis aliud, quam Poëma Pharſaliam hanc dixeris, ſi ſoli numeri abeſſent. Quare neque injuria eum reprehendit Petronius, homo perſpicax, & eruditiſſimus, qui non recte feciſſe ait, quod carmine hiſtoriam belli civilis narraverit, ut id geſtum eſt: Longe enim hoc melius facere hiſtoricos; ſed fuiſſe liberum illum ſpiritum praecipitandum per tormenta ſententiarum, ut quaſi vaticinantis oratio apparuerit; quod ille quidem feliciter praeſtitit in Specimine Belli Civilis, ſub perſona Eumolpi promulgato. Qui autem judicio hoc ſuo eum Poëtis exemit Quintilianus, non dubito, quin alia nota inuſturus fuiſſet, ſi in campo eum oratorio offendiſſet. Nec enim non plurima etiam vitioſa habet, ſi ad horum regulas exigatur. Miror vero judicium Papinii, qui cum tantum Virgilio tribuat, ut ſuam Thebaiden toto duodecennio elaboratam abs ſe longe ejus Aeneiden ſequi jubeat, & veſtigia eminus adorare, potuit tamen eidem conferre, quin & aliquando praeferre Lucani Pharſaliam. Quod hominis poëtico ingenio judicium obſtupefactus ſum, cum primum legi, poſtea vero prorſus omittendum arbitratus ſum, ut quod ex futili, & vix ſemiſana adulatione prolatum ſit. Cum tantum horum operum ſit diſcrimen, ut pudeat me collationem inſtituere. In altero naturalia omnia, & artificialia decora, ingenium, judicium, nervi, eloquentia, candor, ſublimitas, genius, denique ubique divinus, quem nulla mortalitas audeat velle adſequi. In altero nihil niſi vehementia, eruditio mediocris, Eloquentia (verum dico) corrupta, natura immodica, judicium ambiguum, nervi audaciores, quam firmiores; Candor vix agnoſcendus, ſublimitas adfectata, genius temerarius potius, quam prudens, aut circumſpectus. Quas tamen non niſi comparatione Virgilii prolata volo: ſcio enim, quam pauci ſint alii, qui Lucani etiam vitia ſuis virtutibus ſint adſecuti. Papinius autem ipſe tanto Lucano prior eſt, quanto inferior Virgilio: Virgilio vero nullo modo comparabilis; nec ullus umquam poëta carmen ſcripſit, quod illi ulla ratione potuerit conferri, &c. De Martiali ſilere melius puto, qui cum de Lucano patria cum Papinio judicavit, morem ſuum ſecutus eſt, adulandi, & convitiis petendi pro lubitu quem libet &c. Is, Martialem dico, cum non ſine naſo judicium ſuum ſerio de Lucano proponere vellet, hoc diſtichon de Poëmatis ejus eſt commentus. Loquitur Lucanus.

Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe Poëtam,
Sed qui me vendit, Bibliopola putat.

Cujus aculeus utique non in alia, quam in ea ſententia eſt, quod vulgaria eſſe ingenia, & minime rem bono judicio perpendentia dicat, quae poſſint loco Poëtae eum habere, qui nihil vatis praeter metrum habeat: Sic enim cenſere Bibliopolam, qui judicium populi ſequatur propter id ſolum, quod multi ejus poëmata emant. Certe homo cordatus nolit ſe contra ceteros commendari bibliopolae judicio, qui aliud nihil didicit; quam ea corradere, & ſcribenda dare, quae ſciat, plurimos emturos. Non ideo autem, immo ideo non placet doctis, quod vulgo quis placeat;

alio-

alioquin alia, aliis judicibus, grassandum sit ad Eruditionis palmam via. Certe haec, neque alia omnino, sententia est horum Martialis versuum, quam paucos tamen video, qui assecuti sint. De meritis ejus satis dictum sit hoc loco. De gratia, & auctoritate, quam habuerit Lucanus semper, ipsius aetate testes sunt Papinius, & Martialis modo producti: Paullo illis superior Auctor Dialogi de corrupta Eloquentia cum primis, & solum illum cum Horatio, & Virgilio ponit: ubi ait *Exigitur* &c. *decor ex Horatii, & Virgilii, & Lucani sacrario prolatus.* Quae verba &c. legens, pariter ut ad Papinii illud judicium fassus sum, obstupui etiam saepius. Quae enim illum Oratorem intemperiae agitarunt, Horatio, & Virgilio ut Lucanum componeret? Quae inter hos aut stili, aut Eloquentiae, aut Poeseos, aut Genii, aut temporum etiam similitudo est? Vide, quam fatui sint capitis in judicandis, & aestimandis Poëtarum scriptis forenses illi Caussidici; praecipue cum jam aliquo tempore abstinuerint accessu Heliconis. Sane fateor, Oratori non pauca conferre Lucanum posse; at quae illius idcirco cum Horatio, & Virgilio collatio? Ubi sunt Severi, Rabinii, Caesii, Pedones, Ovidii, & infiniti alii, qui se praeteritos Lucano substituto, jure optimo indoleant? sed omittamus jam ista, & auctorum censum legamus, quibus probetur, auctoritatem Lucano semper suam cum Principibus fuisse poëtarum. Citat &c. &c. &c. Grammaticorum testimoniis quantus scriptor sit, facile ex eo adparet, quod post Virgilium, Plautum, Terentium, Horatium, nullius crebrius auctoritate utantur. Uti videre potes apud Servium, Lutatium, Acronem, Donatum, Scholiasten Juvenalis, Carisium, Priscianum &c. Nos, quatenus in comparationem cum Virgilio non venit, optimum Scriptorem, integrum Latinitatis, acutum, ingeniosum, doctum, gravem, utilissimum, & Philosophum, Politicumque non postremis accensendum, eloquentem praeterea, & sententiis penetrantem merito veneramur; illud unum tamen post praeclaros nostrae aetatis viros monentes, Mathesin ejus examen rigidum non sustinere. Quod quamlibet arrogans dictu videatur, nos tamen probaturi nobis nullo negotio videmur; non odio scriptoris, ex quo infinita bona didicimus, nec ut eo nomine nobis aliquam opinionem vindicemus; sed amore equidem veritatis, quam non Lucano, aut cuivis tali alteri, sed Platoni etiam, & Socrati praeferendam sanxit regula Sapientiae.

IDEM AD STATIUM

Lib. VI. *Theb.* 89.

Pulchre Lucanus, magnaque subiti ingenii felicitate.

TESTIMONIA

IS. VOSSIUS AD POMPON. MELAM

L. 1. *c.* 8, 2.

Mirus est Geographus Lucanus.

Adde L. 11. *c.* 3. & *L.* 1. *c.* 8, 7.

Ignoscendum hoc Aeschylo, qui non major inter Graecos fuit Geographus, quam fuerunt apud Romanos, vel Seneca, vel Lucanus.

CHRIST. CELLARIUS

Prolegom. ad Curas posteriores.

M. Annaeus Lucanus poëta ardens, & concitatus, & sententiis clarissimus, &, ut dicam, quod Fabius x. cap. 1. sentit, magis oratoribus, quam poëtis adnumerandus. Nihil enim fabulis involvit, ut fere poëtae solent; sed civile bellum ad fidem historiae perscribit, ut tamen suavitatem poëticam, & heroicam majestatem aequaliter servet.

J. BROUKHUSIUS

Ad Tibull. L. 1, 2, 48.

In hoc negotio Lucani opera libenter utimur, de rebus incredibilibus multo etiam incredibiliora narrantis cum spiritu fere plusquam Hispanico.

Idem ad vs. 62.

Adde Lucanum, nisi te terret Iberica ferocitas, & ipsa carminis truculentia.

P. BUR-

P. BURMANNUS
PRAEFATIONE
Ad primam Editionem
VALERII FLACCI.
A. 1701.

Valerius Flaccus abfuit quidem longius à felicibus Augusti temporibus, quam Lucanus; sed tanto intervallo declamatorem illum post se reliquit, ut operam ludere videri posset, qui eos inter se componere velit. Nihil enim Lucanus praestitit, quod ipsi poëtae nomen conciliare posset: Neque argumentum Epico carmine dignum elegit, neque fingere ea, quae Heroicum Spiritum decerent, valuit. Perpetuus declamator, & sine ullo judicio inanes quasdam sententias, ut Scholasticus, infarciens tumore, & fastu solo conspicuus est; denique in toto Poëmate, nihil Poëtici argumenti, aut spiritus adparet. Nam non moramur perversum illorum hominum judicium, qui omnis disciplinae Poëticae ignarissimi, statim scriptorem venerantur, & laudibus in coelum vehunt, ubi graves quasdam de moribus sententias, & longas de vitiis, aut virtutibus disputationes, versibus comprehensas offendunt. Nihil enim stultius, & ineptius fingi, aut dici potest, quam Poëtam Historiam quandam conscribere, & illam acutis Scholasticorum sententiis illustrare. Epici enim poëtae partes sunt, praeclarum aliquod Heroïs factum ob oculos ponere; quod ita fabulis, & ministeriis Deorum inplicari debet, ut omnia potius à poëta ficta, quam religiose narrata esse videantur &c.

J. A.

J. A. FABRICIUS IN BIBLIOTHECA LATINA.

T. II.

Clarissimo Burmanno judice, ut eloquentiae corruptela Senecae Philosopho recte adscribitur, ita sanctissimam, & divinam artem poësin primus contaminare, & Heroicum carmen ad declamatoria acumina demittere aggressus est fratris ejus, M. Annaei Melae filius, Lucanus. Ineptiuntque maxime, qui cum Virgilio comparare adnituntur, in quo omnia castigata, limata, & naturalia: cum Lucanus, ut effrenis equus, impetu semper maximo fertur, neque habenas audit; sed indulgens ingenio, neque modum, neque rationem servat, carminis judicio non recte usus, cum ubique ostentare vim suam, & vehementiam, etiam ubi convenit minime, conatur. Potest tamen cum fructu legi, cum ejus dictio sit satis Latina, puraque, & descriptiones, quas inmiscet operi, haud inelegantes. Characteres ejus quoque egregii, in qua arte proximus est Vellejo Paterculo, & rerum Civilium minime rudis.

M. AN-


COLCHIS.
IBERI
A.
UXINIUS.
CAPPADOCIA
Nicopolis
Mazaca
CILICIA
Antiochia
SY
RIA
Sidon
Tyrus
Caesarea
Damascus
Ioppe
Ierusalem
Ascalon
DELTA
XPRVS
TVS

* M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS
† PHARSALIAE.
LIBER PRIMUS.

‡ *Proponit primus liber, invebit, invocat, atque*
Caussas exponit cursus properantis ad urbem
Caesaris, & nimios binc narrat in urbe timores.

Bella per Emathios plus quam civilia campos,
Jusque datum sceleri canimus, populumque potentem
In sua victrici conversum viscera dextra;

Co-

* M. Annaei Luc. &c.] Titulum hunc omittunt plerique veteres Codices. In meo ita concipitur. LUCANI CORDUBENSIS LIBER PRIMUS FELICITER INCIPIT. MS. Bibliothecae Amstelaedamensis sic habet. LUCII ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS CIVILIS BELLI SIVE PHARSALIAE &c. Mirifice Codex Viri Amplissimi J. Witti. LUCANI VETERANI LIBER PRIMUS INCIPIT. Vir Doctissimus B. Montfaucon in Diar. Ital. p. 375. citat ex Bibliotheca Florentina Codicem, cujus est titulus *Lucanus Cordubensis de Bellis Romanorum. Belli civilis* est quoque in Voss. tertio post finem Lib. primi. Verum autem hujus libri titulum *Pharsaliam* esse patet ex ipsius Lucani libro IX. 985.

Pharsalia nostra
Vivet, & à nullo tenebris damnabitur aevo.

Scilicet à potiore operis parte: quia ad Pharsalum de summa rei pugnatum est. Videtur autem Lucanus ita inscripsisse opus suum ad imitationem Homeri, qui *Iliada* vocaverat, ut patet ex loco citato vs. 984. quod secutus est in *Thebaide* Statius, aliique in aliis. Sed hi meliore jure; cum omnia illa circa Ilium vel Thebas gesta fingantur: hic tantum unum ad Pharsalum proelium. Quare merito titulus iste displicet J. C. Scaligero, nimis tamen in nostrum exacerbato in Hypercritico cap. 6.

† Pharsaliae] Pharsalus Thessaliae oppidum fuit, a Pharsalo, Acrisii filio, ut Stephanus autor est, appellatum. In hujus agro sive campo suprema pugna inter Caesarem & Pompejum commissa fuit, cujus eventum totius belli fortuna secuta est. Unde & praesens opus poëtae *Pharsalia* inscribitur, sumpta appellatione à loco, circa quem potissima pars totius Argumenti gesta est. Continet enim hoc poëma descriptionem atque historiam Belli civilis, quod inter Caesarem & Pompejum gestum est. Cujus causa publica quidem fuit, quòd Caesar legibus solvi volebat, absensque Consul creari, neque exercitum à se dimittere, quem hactenus in Gallia habuerat. Ob quam rem, urgente hoc Pompeio, & caeteris, qui Caesari adversabantur, à Senatu hostis judicatus fuerat: privatim autem, aemulatio utriusque viri, quòd alter parem, alter superiorem, ut ipse poëta quoque ait, ferre non posset. Unde & ad arma ventum est. Ac Caesar quidem Pompejum & socios Italia statim expulit: Duces adversarum partium in Hispania repressit. Ipsum autem Pompejum in Graeciam transgressum, primò quidem circa Dyrrhachium, difficiliore tamen pugna, mox in campis Pharsalicis inter Macedoniam & Thessaliam, cum toto exercitu fudit, fugavitque. Unde Pompejus profugiens, Mitylenas primùm, inde in Aegyptum venit, ubi à satellitibus Ptolomaei, regis Alexandriae, obtruncatus est. Quam eandem historiam Graecè quidem Plutarchus & Appianus, apud Latinos autem Florus & A. Hircius persecuti sunt. Constat autem hoc opus versibus Heroicis, imitatione Virgilii, & similium, quos Epicos Graeci vocant, compositum. Nisi quòd historicum ordinem hic poëta magis, quàm poëticam dispositionem secutus est. Et in concionibus vehementior & concitatior aliquanto est, unde

Cognataſque acies; & rupto foedere regni

Cer-

unde & Oratoribus annumerandum magis, quàm Poëtis, Fabius putat. Cujus verba ſunt haec, libro decimo: *Lucanus*, inquit, *ardens & concitatus, & ſententiis clariſſ. &, ut dicam, quod ſentio, magis Oratoribus quàm Poëtis annumerandus.* Caeterùm dividitur idem hoc opus decem partibus, ſive libris, quorum primus quidem ingreſſum Caeſaris in Italiam, catalogum exercitus ejus, & trepidationem, quae Romae tum fuit, praecipuè continet. Proximus, terrorem Italiae, Corfinii captivitatem, & Pompejanorum apparatum ac fugam. III. Deinde, abitum ex Italia in Graeciam Pompeji: catalogum exercitus ejuſdem: & quae ex altera parte circa Caeſarem & Maſſiliam acta. IV. Res Hiſpanicas circa Petrejum & Afranium, & quae eodem tempore circa Illyricum, & in Africa geſta. V. Quae in Epiro acta, item reditum Caeſaris ex Hiſpania, & ejusdem periculum in mari. VI. Praelium ad Dyrrhachium, & incantationes Erichthûs. VII. Pugnam Pharſalicam, Caeſariſque victoriam. VIII Fugam Pompeji, & ejuſdem caedem in Aegypto. IX. Quae poſt mortem Pompeji acta, & de bello per Catonem, & caeteros in Africam tranſlato. X. Caeſaris in Aegypto acta, & ultionem ſatellitum Ptolomaei, à quibus Pompejus interfectus fuerat. Atque horum omnium priores quidem tres ab ipſo autore, ut traditur, emendati fuerunt, reliqui, quo minus emendarentur, ipſius morte praeventi ſunt. MICYLLUS.

‡ Proponit] Nova hic damus ſingulorum librorum argumenta; quae Doctiſſimus Vir Caſp. Barthius ex ſexcentorum annorum aetatem praeferente Codice primus in lucem protraxit, & in Adverſariorum Lib. xxxvii. cap. 8. edidit. Ego quoque illa inveni in meo & Amſtel. MSS. recentioribus quidem, ſed in quibus emendatiora haec argumenta leguntur, quam in Barthiano. Parvi, immo nullius fere pretii, fateor hos eſſe verſus, cum Barthio: verum facile eos loco argumentorum, quae concinnavit J. Sulpitius, quaeque vulgo textui nunc proponuntur, legi poſſe arbitror. Notandum autem verbum *narras* in Barthiano Cod. non haberi, & pro *timores* in Amſtel. *furores*.

1 Bella &c.] Prooemium eſt complectens ſecundum conſuetudinem Poëtarum Latinorum propoſitionem & invocationem. Sed hoc χετλιαστικὴν παρέκβασιν habet, id eſt, ad indignationem & querelas graves egreſſionem. In qua porta deteſtatur calamitatem belli. Invocatio autem eſt plane ψυχρία, id eſt, manifeſta affectatio, & poene putida, & vix diſſimulans εἰρωνείαν. JOACH. CAMERARIUS. Hos ſeptem priores verſus à L. Annaeo Seneca Lucani avunculo additos fuiſſe, & à Lucano abruptè *quis furor* &c. fuiſſe inchoatum hoc opus, ajunt hic Gloſſatores inediti in MSS. multis. Vide Iſaac. Voſſium ad Catull. p. 284.

1 Emathios] Macedoniam aliquando ἠμαθίαν dictam fuiſſe, Theſſaliam autem αἱμονίαν etiam Gellius annotavit Lib. xiv. c. 6. MICYLLUS. Eam in rem ſcilicet Sulpitius citaverat Plinium.

1 Plus quam civilia] Florus (Lib. iv. c. 2.) non recte tantum civile hoc bellum dici poſſe ſcripſit, ſed nec ſociale, nec externum, ſed commune quoddam & plus quam bellum. Civile bellum tanto deterius bello, quod cum externo hoſte geritur, quanto bellum pace, ſecundum Herodotum. Sed hoc etiam calamitoſius fuit reliquis bellis civilibus. Ergo plus quam civile. CAMERARIUS. Non tantum dicit Lucanus *plus quam civilia*, quia hoc bellum gravius & dirius fuit reliquis bellis, aut quia ad cives non modo, ſed etiam ad cunctas nationes pertinuit: verum; quia hic non modo cives inter ſe, ſed cognati contra cognatos, fratres contra fratres, filii contra patres arma geſſerunt, atque adeo atrocius & inhumanius fuit civili: ut multis docuit Vir Summus J. F. Gronovius Lib. iv. Obſerv. c. 5. Monuerant id quoque hic loci Omnibonus & Aſcenſius, ſuam ſcilicet expoſitionem, (ut paſſim agunt, Omnibonus praecipue) haurientes ex Veteri Scholiaſte inedito, quem antiquiſſimis Codd. aetate ſcripturae parem totum deſcripſi; cum ſaepius à Viris Doctis citari hunc Scholiaſten, de quo plura in praefatione ago, ſcirem. Neque mei me laboris piget, tam ob doctiſſimas ſaepe expoſitiones, lectionumque varietates, quam ob ſervata quaedam veterum ſcriptorum fragmenta; ut lectori patebit ex excerptis, quorum optima quaeque ad exemplum Barthii in Statio notis meis deinceps inſeram. Ad hunc itaque locum haec habet. *Inter civile & plusquam civile bellum hoc diſtat. Civile bellum eſt inter cives orta ſeditio & concitatio tumultuoſa, ſicut inter Syllam & Marium, qui bellum civile inſimul in una gente geſſerunt. Plusquam civile vero, ubi non ſolum cives dimicant, ſed & cognati, quale factum eſt inter Caeſarem & Pompejum, quando gener & ſocer invicem dimicaverint: ſiquidem in hac pugna frater cum fratre dimicavit, & pater adverſus filium arma portavit*; Eadem fere additis ex ipſo Lucano exemplis ſcribit Iſidorus Lib. xviii. Origin. c. 1. cum quo paſſim in reddenda vocum origine longiore conſentit Scholiaſtes Voſſiani primi; eadem verba, quae ille, adhibens: adeo ut clare appareat, alterum ex altero deſcripſiſſe; qua

pro-

Certatum totis concussi viribus orbis,

In

propter talia, si ad Lucani sensum intelligendum non faciant, plerumque omisi. cum satis sit, eas nugas apud illum legi posse. nonnumquam etiam ex Servio quaedam transscripta sunt.

2 Jus datum sceleri] Id est, bonum & aequum violatum, & justitiam subjectam injuriae: nam, ut paulò pòst ait, *mensuraque juris vis erat*. Fuerunt enim humana divinaque jura à Caesare oppressa promiscue. SULPITIUS. Hoc est, jus praetextum & obtentum sceleri, sive causae sceleratae. Hoc enim per scelus sive scelerate à Caesare factum intelligit, quod is, cum Senatui sese opponeret, & populi libertatem in dominationem verteret, jure hoc facere videri volebat. MICYLL. ἐνθυμηματικῶς de nefario bello, in quo non modo jus & fas confundi, sed scelus legitima usurpatione concedi videretur. Audacia igitur tum & vis & cupiditas & omnis improbitas humana hoc sibi jus constituit, ut liceret quicquid libuisset. CAMERAR. Licentiam factam sceleribus. Uno enim belli civilis nomine infinitae teguntur injuriae, Ita infra: *semel omnia victor jusserat*. Seneca: *Ex Senatus consultis plebisque scitis saeva exercentur, & publicè jubentur vetita privatim*. Cyprianus: *Homicidium cùm admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur, cùm publicè geritur*. GROTIUS Edit. primae. Jus hic figurate pro licentia, quomodo saepe jus belli apud bonos scriptores. Apertum illud Senecae epistola XVIII. *jus luxuriae publicae datum*. ipse Lucanus fine lib. III.

Jus licet in nostros jugulos sibi fecerit ense
Sylla potens Mariusque ferox.

Papinius III. Thebaidos: *dares armis jura*. Sensus ferme idem, qui infra, ubi belli civilis licentia describitur:

- - - - - *semel omnia victor*
Jusserat.

De bello quidem civili praecipue, sed & de aliis bellis non male dictum Senecae, hujus poëtae patruo: *Ex Senatus consultis plebisque scitis saeva exercentur, & publice jubentur vetita privatim*. Quod Christiane dictum probat Christianus martyr Cyprianus: *Homicidium cum admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur, cum publice geritur*. IDEM Edit. tert. Hortensius minus bene intelligit facultatem & potestatem scelerato Caesari datam. Neque rectius quoque Farnabius aliique. Optime exponit Grotius. Jus enim datum sceleri idem est, ac scelestis hominibus licentiam esse factam omnia quasi jure legitimo ad lubitum agendi per bellum, in quo milites gladiis jus facere sunt soliti. Nam *ferri potestas jus omne confundit*, ut loquitur noster vs. 667. adde vs. 175, 274. aliosque; & inprimis ea, quae colligit C. Barthius Advers. L. XL. c. 10. XLVII, 11. ad Statii Thebaid. L. III, 444.

Incertusque animi dares armis jura.

& Celeb. Arn. Drakenborchius ad Silium Lib. XI, 183.

Ductoremque feram, cui nunc pro foedere, proque
Justitia est ensis.

Libri sui margini adscripserat quoque Doctiss. Vir J. Broukhusius locum Sallustii B. Jug. c. 3. *illi, quibus per fraudem jus fuit*. Ad vocem *dextra* idem margini alleverat seqq. *ferro* Vossius Lib. II. de Analogia c. 12. p. 301. lapsu, opinor, memoriae; neque enim ullum codicem laudat. expressit haec Justinus Lib. XIII., 6, 17. sunt autem Virgilii VI. Aen. 833.

4 Cognatasque acies;] Hinc dixit Sidonius Apollin. Carm. XV. vs. 28. *Cognatam portans aciem.*

4 Rupto foedere regni] Occisione scilicet Crassi & morte Juliae, quam Pompejus in uxorem accepit, qua vivente pax praevaluit inter eos. SCHOLIAST.

5 Et rupto foedere regni, certat. tot. concuss. virib. orb. in com. nef.] Ordo est. Canimus nefas, quod est, bellum nefarium, certatum in commune, sive communiter ab utraque parte. Vel potius: Canimus certatum s. esse, sive id bellum, quod certatum est, in commune nefas utriusque partis, totiusque Reipub. MICYLLUS. *Certatum*, ut neglectum, despectum, velatum, pro certamine dixit, nam verbo *Canimus* communi utitur. aut est, *Certatum esse*, ἀγῶνα γεγενῆσθαι. CAMERAR.

6 In commune nefas;] Quia commune erat omnibus gentibus, & totus mundus pene fuit in bello. Ordo est. *Certatum in commune nefas canimus*. SCHOL.

7 Signa pares aquilas &c.] Mendose apud Isidorum Lib. XVIII. Origin. c. 7. editur *paresque*: sed recte *pares* cap. 3. Citat haec etiam Servius ad Virgilii Georg. Lib. I. vs. 489.

Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi.

Expressit hunc locum Valerius Flaccus Lib. VI. 402.

Romanas veluti saevissima cum legiones
Tisiphone regesque movet; quorum agmina pilis,
Quorum aquilis utrimque micant, eademque parentis
Rura colunt. quibus postremis verbis putem significari fratres, qui ejusdem parentis agros colere consueverant.

 8 Li-

In commune nefas; infestisque obvia signis
Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.
Quis furor, ô cives? quae tanta licentia ferri,
Gentibus invisis Latium praebere cruorem?
Cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis
Ausoniis, umbraque erraret Crassus inulta;
Bella geri [a] placuit nullos habitura triumphos?

Heu,

VARIAE LECTIONES.

a *Licuit* B.

8 LICENTIA FERRI,] I. e. an ferro tantum est permissum, tanta data potestas, ut fundat sanguinem civium Romanorum in delectationem externarum gentium. Eodem modo Cicero Lib. IV. ad Famil. Ep. 9. *magna gladiorum est licentia*. & Lib. X. ad Fam. Ep. 2. *Impunitas gladiorum*. Vellej. L. II. c. 3. *Hoc initium in urbe Roma civilis sanguinis gladiorumque impunitatis fuit.* adde c. 125. *potestas ferri* dicit noster vs. 66. Silius Italicus L. 2, 20.

notum, quid coede calentibus armis,
Quantum iras liceat, motusque quid audeat ensis.

Verum attentius Lucani mentem ex sequentibus consideranti apparebit, poëtam non voluisse hic debacchari in nefariam bellantium Romanorum licentiam: sed potius in eorum dementiam in se invicem manus vertentium, & in sua viscera furentium, cum tot hostes superessent debellandi, in quos ferrum libere exercere possent. His rite perpensis, vide lector, an non malis legere *insania ferri* ex Ms. Anglicano, tam hic, quam apud Priscianum col. 1072. Ed. Puts. indicante id Doctissimo J. Wasse in Indice Sallustii *V. Licentia*. Videtur Lucanus sua adumbrasse verba ex Virgilii Lib. II. Aeneid. 42.

O miseri, quae tanta insania, cives!

vel potius Lib. VII, 461.

Saevit amor ferri, & scelerata insania belli.

Seneca Lib. I. de Beneficiis c. 10. *Nunc in crudelitatem privatam ac publicam ibitur, bellorumque civilium insaniam.* Statius Lib. VII. Theb. 22.

- - - *rabies ferrique insana voluptas.*

Hinc *ensem* vocat *insanum* Silius Ital. L. IX, 314. & L. IV, 100.

Ad pugnas Martemque insania concors.

Neque aliter hunc Lucani locum videtur legisse N. Heinsius: nam ad Vellejum Lib. II. c. 33. scribit. *Ferri insaniam & furorem bellum civile* Lucanus dixit initio Pharsaliae suae: si vero alicui ob nimiam differentiam litterarum in *licentia* & *insania*, ultimum displiceat, posset quoque conjici, an non scripserit Lucanus *amentia*.

9 GENTIBUS INVISIS] Vel propter auxilia barbarorum, hinc occidentis, illinc orientis: Vel hoc dicit: mutuis caedibus belli civilis sanguinem donatum fuisse barbaris Romanorum, à quibus facile illi vinci potuissent. CAMERAR.

10 SUPERBA BABYLON] Et recenti victoria & regum potentia, atque opibus, & praestantia Imperii & magnitudine atque spatio urbis. Cum enim quadrata esset, ut Herodotus scripsit, singulorum laterum latitudo fuit XV. M. pass. seu stadiorum CXX. parasangarum quatuor, ea sunt miliaria ferme totidem Germanica, id quod visum nobis fuit diagrammate demonstrare. Non solum propter jucundum & liberale studium cognitionis, sed etiam ad divinae irae considerationem. Illa enim tanta urbs jam in ruinis tota jacet, & nulla est. Nemo igitur in excellentia & firmitate, & mole rerum humanarum glorietur. Nam subito casu, quae valuere, ruunt. CAMERAR.

10 TROPHAEIS] Pro spoliis dixit, & gloria victoriae. Nam proprie Trophaeum monumentum erat partae & concessae ab hostibus victoriae, quod statuebant eo loco, ubi vicerant. Neque si non poni prohibitum esset, postea evertere fas erat. Descriptio est elegans Aeneid. XI. CAMERAR.

11 CRASSUS] Historiam Crassi habes apud Appianum in Parthico, & Florum libro tertio. Meminit & Strabo libr. XVI. qui Sinnaca locum, sive civitatem nominat, *ἐν ᾗ Κράσσος διεφθάρη δόλῳ ληφθεὶς ὑπὸ Σουρήνα τοῦ τῶν Παρθυαίων στρατηγοῦ*, ut idem inquit. Caeterùm Crassi filii defuncti uxorem Corneliam, Metelli Scipionis filiam, Pompejus uxorem duxerat post mortem Juliae, ut Plutarchus tradit, quare etiam eò respexisse poëta nonnihil videtur, cùm dixit:

- - - *Umbraque erraret Crassus inulta.*

Quasi

Heu, quantum terrae potuit, pelagique parari
Hoc, quem civiles [a] hauserunt, sanguine, dextrae!
Unde venit Titan, & nox ubi sidera condit,
Quaque dies medius flagrantibus aestuat horis,
Et qua bruma rigens, ac nescia vere remitti,
Adstringit Scythicum glaciali frigore pontum:
Sub juga jam [b] Seres, jam barbarus isset Araxes,

Et

VARIAE LECTIONES.

a *Fuderunt* P. 1. b *Nunc Seres* B. 1.

Quasi tacitè moneret, Crassi, utpote affinis sui, caedem ulciscendam potius fuisse &c. MICYLL.

11 UMBRAQUE ERRARET CRASSUS INULTA;] Parthicum Imperium Persicum est. Nam hoc, inter Macedonum discordiam & bella, occupavit gens illa Scythica, ut perhibetur, neque ortu, neque progressu absimilis Turcicae. Babylon autem regni sedes fuit, nomine magis quam re ipsa ea urbs, de qua & dictum est, & quae Chaldaici regni caput fuerat. Crassus autem & potentiae cupiditate impulsus, & avaritia instigatus contra foedus bellum Parthis intulit, profectus ex urbe inauspicato, & multis signis cladis futurae ipsi oblatis. Interfectus fuit una cum altero filio. Fuit autem per ludibrium insepultum corpus illius abjectum, & caput detruncatum. Quod quibus accidit, eorum, secundum superstitionem veterem, umbrae non admittuntur in consortium aliarum animarum, rite sepultorum corporum, secundum Homerum & Maronem.

Centum annos errant, volitantque haec littora circum.

Etsi traditur à quaestore recollectum corpus Crassi sepultum fuisse, sed Lucanus ad inferias etiam vindictam mortis pertinere censet. CAMERAR. Notat hic etiam Scholiastes. *Quod Crassus errabat quasi insepultus secundum opiniones philosophorum. Dicebant enim, quod illi centum annis errarent, nec possent transire Stygiam paludem. Unde* Virgilius *centum errant annis, volitantque haec litora circum.* Locus est Lib. VI. Aen. 329. ubi multa de animarum insepultarum errore congessit La Cerda: nihilque notius est.

12 NULLOS HABITURA TRIUMPHOS?] Itaque Caesar, sine controversia causa superior ubique victis adversariis quatuor egit Triumphos, sed civilis victoriae nulla mentio, aut expressio. *Pharsalia, Thapsus, Munda nusquam*, ut Florus ait. CAMERAR. Scilicet Lib. IV. cap. 2. ubi Vide Comm. dd. VV. *Triumphus autem de bellis civilibus non refertur*, monente hic quoque Scholiaste. sed & hoc notissimum.

13 HEU QUANTUM POTUIT TERRAE PELAGIQUE PARARI HOC, QUEM CIV. HAUSER. SANGUINE DEXTRAE?] Sumtum ex Agesilaï dicto, quod apud Xenophontem & Plutar. legas: φεῦ τῆς Ἑλλάδος τοσούτους ἄνδρας ἀπολωλεκυίας ὑφ' αὑτῆς, ὅσοι ζῶντες ἐδύναντο νικᾶν ὁμοῦ σύμπαντας τοὺς βαρβάρους μαχόμενοι. De eodem Agesilao sic Latinus vitarum scriptor: *Tantum abfuit ab insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi à se victi vitio adversariorum concidissent. Namque illa multitudine, si sana mens esset, Graeciae supplicium Persas dare potuisse.* GROT. ex Edit. tert.

13 TERRAE POTUIT,] In Vetustis exemplaribus in membranis scriptis. *Heu quantum potuit terrae.* L. HORTENSIUS. *Quantum potuit.* Plerique libri & unum M. Sc. *quantum terrae potuit pelag.* reliqua M. Sc. *quantum potuit pelagi terraeque parari.* BERSMANNUS. Etiam plerique Codd. quos ego adhibui, & Edd. Veteres, *terrae potuit.* quod mutari non erat opus, quamvis minimum interest.

15 UNDE VENIT TITAN,] Hoc est, Oriens, unde Sol oritur. Titanem autem pro Sole apud poëtas usurpari, jam inde ab Orpheo receptum est, apud quem, Hymno solis, ita legitur:

Κλῦθι μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα,
Τιτὰν χρυσαυγὴς ὑπερίων, οὐράνιον φῶς &c.

Tametsi aliàs Titanum nomen generale eorum est, qui ex Terra Coeloque patre nati feruntur, quos pater ipse hoc nomine appellavit, postquam à Saturno, qui minimus natu inter fratres erat, injuria affectus fuit. Ita enim Hesiodus inquit:

Τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκε,
Παῖδας νεικείων μέγας Οὐρανὸς οὓς τέκεν αὐτός.
Φάσκε δὲ τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
Ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι.

Quo loco interpres Titanes, ἀπὸ τοῦ μέλλειν αὐτοὺς τα-

Et gens si qua [a] jacet nascenti conscia Nilo.
[b] Tunc, si tantus amor belli tibi, Roma, nefandi,
Totum sub Latias leges cum miseris orbem,
In te verte manus: nondum tibi defuit hostis.
[c] At nunc semirutis [d] pendent quod [e] moenia [f] tectis
Urbibus Italiae, lapsisque ingentia [g] muris

Saxa

VARIAE LECTIONES.

a *manet* W. b *Tum* Voss. 3. H. W. pro var. l. B. Edd. quaed. *Hinc* Voss. rec. c *Et* W. d *quod pend.* H. e *Inania* Ed. Hort. vitiose. f *muris* Amst. g *tectis* Amst. non male.

τιμωρίαν τίσειν ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων ὕβρεως, appellatos ait. Vel, *ἀπὸ τοῦ τιταίνειν τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν, ὅ ἐστι βλάπτειν, μέλλοντας τιμωρεῖσθαι ὑπὸ Διὸς διὰ τὴν αὐτῶν ἀδικίαν, ᾗ ἐπανέστησαν. τιτῆνες γὰρ οἱ ἄδικοι καὶ βλαβεροί. ὅθεν καὶ τιτῆνες ὀνομάζονται οἱ μεγάλοι.* Lactantius autem unum quendam Titanem propriè nominatum, facere videtur, qui illum Coeli Vestaeque filium vocat, Saturni fratrem. Lib. I. cap. 14. de fals. relig. MICYLL.
A vibratione luminis, solem Titana dixere. Maro:

- - - *Ubi primos crastinus ortus*
Extulerit Titan.

Aliqui tamen hunc avum solis, aliqui, ut Pausanias, fratrem. Atque hoc melius. Nam radiorum lux longe lateque eminens, cognata est cum sole. Est autem haec *περίφρασις* quatuor plagarum Coeli. CAMERAR.

15 ET NOX UBI SIDERA CONDIT,] Id est, Occidens, ubi sidera occidunt ex coeli revolutione, hoc est cosmicè, & etiam chronicè, nam noctu videntur sidera, quae illic occidunt. SULPITIUS. Nocte videntur occidere stellae. Nam interdiu nullae apparent, solis lumine illas obscurante. CAMERAR.

16 DIES MEDIUS] Ita passim noster & alii meridiem vocant. Lib VI, 57.

Titan medium quo tempore ducit
Sub nostra tellure diem. IX, 606. *A medio fecere die.*

Ovidius Lib. III. Art. Am. 723.

Jamque dies medius tenues contraxerat umbras

Lib. X. Metam. 126. *Aestus erat mediusque dies.* Alibi idem *medius Phoebus*, *Titan.* Statius Lib. V. Theb. 85. *Sol operum medius.* Noster *medii ignes.* Aelianus Lib. XII. Var. Hist. c. I. *μεσοῦντας ἡμέρας.* Plura vide in notis Doct. Gudii & Burmanni ad Phaedri Lib. III, 19. *Medio sole.* Tam multa congessi, ut vindicarem versum Ovidii Lib. III. Metam. 144. ab Ill. N. Heinsii immutatione.

Jamque dies medius rerum contraxerat umbras.

ubi ex uno Cod. Pal. substituit *medias.*

16 FLAGRANTIBUS HORIS,] Mira locutio *dies medius aestuat horis fl.* omnino abundant *horae illae flagrantes:* Forte scripserit Lucanus *auris.* Sane in 3. Codd. inveni *oris*, neque aliter editur hic locus citatus à Lutatio ad Statium Lib. I. Theb. 159. ubi *terras*] dicit *tepentes igne Noti*, Meridionalem describens plagam. Passim scriptores aestum adscribunt ventis. Ovidius Lib. VII. Metam. 532.

Letiferis calidi spirarunt aestibus auri.

Plinius Lib. II. c. 47. *Aestuosus Auster.* Et saepe alibi *tepidi noti*, *venti*, *aurae*: V. Heins. ad Claud. Cons. Prob. & Olyb. Silius L. I, 193. *candens Austris Libya.* *venti perusti* Claud. in Ruf. 304. Quid multa? noster ipse dicit Lib. X, 50.

- - - - - - *terrasque premamus*
Flagrantis post terga Noti.

Jam nihil frequentius esse apud librarios, quam commutationem vocum *ora*, *hora*, *aura*, norunt docti. Verum, cum sciam, Lucanum saepe idem bis dicere aliis verbis, ut infra clarius patebit, nihil temere mutatum velim. monuisse me satis habeo.

17 ET QUA BRUMA RIGENS,] Qua parte. Septentrionalia autem loca, propter obliquitatem radiorum, frigida sunt. Pleraque etiam ignota Romanis fuere, quae nobis notissima sunt. CAMERAR.

18. SCYTHICUM GLACIALI] Ita quoque de Ponto Euxino Valerius Flaccus L. V, 721.

- - - *hinc Boreae cedens glacialibus auris*
Pontus, & exorta facilis concrescere bruma.

Ubi Carrion hunc Lucani locum exponens memoriae vitio pro *rigens* citavit *ingens.* In Voss. Sec. a m. pr. erat *Scythico glacialem.*

19 SERES,] Ridiculum errorem hic errarunt veteres Grammatici, Servius & Valerius probus, putantes *Seres* à Lucano unitatis numero efferri, cum sit pluralis à singulari *Ser.* Probus quidem

Col.

Saxa jacent; nulloque domus custode tenetur,
Rarus & antiquis habitator in urbibus errat:
Horrida quod dumis, [a] multosque inarata per annos
Hesperia est, desuntque manus poscentibus arvis;
Non tu, Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor
Poenus erit: nulli penitus [b] descendere ferro

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *multos* B. b Vulgo *discindere*.

Col. 1471. Ed. Putsch. Servius vero ad Virgil. Georg. Lib. II, 121.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Ansam errori praebuit verbum *isset* in singulari numero. At quis nescit illud Virgilii *hic illius arma, hic currus fuit.* Pluribus de hac constructione agam ad vs. 422. & alibi. Rectius igitur Scholiastes. *Seres populi Indiae, adhuc Romanis non subjecti, apud quos sericum nascitur.*

20 NASCENTI NILO] Ignoravit Vetustas fontes Nili, quos tamen Solinus ex Plinio Lib. v. c. 9. scripsit, indicio Jubae esse in monte Mauritaniae, Oceano prox. Recentes picturae Aegypti & Aethiopiae educunt hunc fluvium ex montibus cognomento Lunae, primum duplici ortu in lacus duos, deinde amne coeunte, & alia flumina recipiente, & petente Aegyptum. Disputatio de hoc est copiosa libro x. CAMERAR.

20 NASCENTI CONS. NILO] Amplissimi Wittii Cod. *nascentis conscia Nili.* Non quidem male; & videri posset Ausonius ex hoc loco sua adumbrasse Eidyll. 7.

Bissula trans gelidum stirpe & lare prosata Rhenum,
Conscia nascentis Bissula Danubii,

Alibi quoque amat noster *conscius* jungere cum Genitivo, ut Lib. v, 90. *mundi futuri conscius* &c. Verum cum ceteri MSS. omnes *nascenti Nilo* retineant, nihil est mutandum. Solent enim iidem auctores casus T *conscius* variare: quod olim jam notaverunt viri docti in Cicerone. Tibull. Lib. I. El. X, 41.

O quoties, verbis ne quisquam conscius esset.

Ovidius Lib. VI. Metan. 588. *Non conscia sacris* ubi plura addit exempla Ill. N. Heinsius. Epist. XV. Her. 138. *Conscia deliciis illa fuere meis.* Sen. Med. 6. *Sacris conscium jubar.* Propius ad rem Avien. Descr. Orb. 381.

At qua surgenti terrae pars conscia Phoebo est.

quem locum adducit Cl. Drakenb. ad Silium L. III, 399.

Armat Tartessos, stabulanti conscia Phoebo.

23 IN TE VERTE MANUS:] Concessio odiosa. Ut:

I, sequere Italiam ventis.

Correctio tamen est & in hoc, *In te verte manus.* Quod insaniae est & belli nefandi. CAMERAR.

23 NONDUM TIBI DEFUIT HOSTIS.] Nam Parthi adhuc Romanis infesti imminebant, elati caede Crassi, & strage tot legionum. CAMERAR.

24 SEMIRUTIS] Hyperbaton longum est. Nam ordo est, *quod semirutis tectis pendent moenia, quod lapsis muris jacent ingentia saxa, quod domus nullo custode tenetur, quod rarus in antiquis urbibus errat habitator, quod horrida dumis est Hesperia, nec per multos annos arata, quod poscentibus terris manus desunt*; horum auctor non Pyrrhus vel Hannibal, sed civile bellum. SCHOLIAST.

24 AT NUNC] Increpat, quòd eo maximè tempore secum dissederit, quo Italia erat semidiruta, afflicta cladibus, & semideserta, tum propter bella Punica, tum propter superiora bella civilia, Syllae & Marii, adeò ut penè fit interiturum nomen Romanum. SULPITIUS. Rectius hoc loco Omnibonus, ut videtur; qui, Sed nunc, inquit, si quis quaesierit, quam ob rem multa Italiae oppida eversa sunt, aut deserta, non inveniet id ab externis hostibus evenisse, neque hanc cladem aliunde accessisse, sed Romanos ipsos bellorum civilium caussam extitisse &c. videlicet ut de iis ruinis & cladibus hic locus accipiatur, quae bello civili praesenti, hoc est, Pompeji & Caesaris, & mox Augusti sunt acceptae. Ex sua enim persona, & de suorum temporum statu ac specie poëta loquitur. Idque etiam ex sequentibus colligitur. MICYL. Ἐπιτίμησις χλευαστικὴ in exquirenda causa tantarum cladium. Non hostes, Roma, externi te afflixerunt, sed tu ipsa. Et est implicita ἔμφασις seu ὑποτύπωσις vastatae Italiae. CAMERAR.

26 NULLOQUE DOMUS CUSTODE TENETUR,] Quod idem mox aliter, *rarus habitator*, est conversa figura

Contigit: alta sedent civilis vulnera dextrae.
Quod si non aliam venturo fata Neroni
Invenêre viam, [a] magnoque aeterna parantur
Regna [b] deis, coelumque suo servire Tonanti
Non nisi saevorum potuit post bella Gigantum;
Jam nihil, ô Superi, querimur: scelera ipsa, nefasque
Hac mercede placent: diros Pharsalia campos
Impleat; & Poeni saturentur sanguine manes:
Ultima funesta concurrant proelia [c] Munda.
His, Caesar, Perusina fames, Mutinaeque labores
Accedant fatis; &, quas premit aspera, classes,

Leu-

VARIAE LECTIONES.

a *magnisque* Vos. quart. a m. 2. b *diis* Voss. 3. R. W. A. B. c *Monda* Voss. quint. M.

gur elocutionis. Multae domus sunt inanes, & rari sunt habitatores. Multi sunt improbi, pauci sunt probi. CAMERAR.

26 TENETUR] Vetus exemplar *tenentur* habet. HORTENS. *Tenetur* M. Sc. duo. BERSMANN. Octo quoque ex nostris habent *tenetur* cum plerisque Edd. priscis. Romana tamen princeps & Parmensis cum tribus Pulm. aliisque *tenentur* sed *tenetur* etiam Scholiastes. Ceterum sequentem versum duobus locis expressit Statius, perpetuus Lucani imitator, Lib. IV. Theb. 15.

- - - *rarus vacuis habitator in arvis.*

& XII. Theb. 5. *raris penatibus errant.*

29 ARVIS] Vetus exemplar, *agris*. HORTENS.

30 NON TU PYRRHE FEROX] Ex Horatio adumbratum:

Quos neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenae manus,

Et quae sequuntur. GROT. Ex Ed. tert. In simili re hos duces jungit Florus Lib. III, 18. *Nec Hannibalis, nec Pyrrhi tanta fuit vastatio.* & c. 21. *Samnitum duces atrocius Pyrrho & Hannibale Campaniam Etruriamque populantur.* Monendum quoque, me in vetusto Cod. Leid. Flori L. I. c. 18. invenisse glossam, in qua citatum erat ex Lucano *non tantis*.

31 ERIT] Invenietur ratione deducta. Hujusmodi expositione utimur in his futuris, in quibus praeteritum latet. Sed Priscianus *erit*, pro dicetur, vel cognoscetur, exponit. Pomponius Jureconsultus, *erit*, pro praeterito poni in hujusmodi sermone docet: *Cum codicilli confirmati testamento fuerint, quod in codicillis scriptum erit.* &c. SULPITIUS. Disputant Grammatici de verbo *erit*, an ponatur pro *fuit*. Non enim videtur de futuro, sed de praeterito loqui. Verum ego recte positum accipio. Nam poëta per quandam fantasiam ac fictionem poëticam videtur loqui, antequam bellum civile commissum sit: Dehortatur enim ab eo, & dicit Romano non licere, ut in se vertat manus, donec hostis non desuerit. Sed contra eventurum dicit, quia nunc ita desolata est Italia, *non erit* i. e. non dicetur, aut non censebitur ab iis, qui recte judicabunt, Pyrrhus aut Annibal, aut quivis alius peregrinus author; sed ipse Romanus: quia penitus nulli &c. ASCENSIUS. Σύλληψις & ἐναλλαγὴ peculiaris linguae Latinae in verbo *erit*, pro *fuerit*. Adelphis. *Ante aedes non fecisse erit melius hic convicium.* Livius. *Proinde quies erit melius.* Idem. *Non erit melius, nisi de quo consulimus vocem misisse.* Et de quo Jurisc. *si scriptum erit, si natus erit.* CAMERAR. ERAT. Ita reposuimus ex M. Sc. in aliis omnibus legebatur *erit*. BERSM. POENUS ERIT. Ita rectius, quam, *erat*. Loquitur enim tanquam in re praesente. GROTIUS. *Erat* exhibet Voss. pr. sed male. Optime hunc locum exposuit Ascensius per *dicetur*, *censebitur*, seu *cognoscetur*, ut cum Prisciano col. 1150. Ed. Putsch. exponunt Glossae Cod. Witt. Adde Faernum ad Terentii Eunuch. Ac. 4. Sc. 5. 6. Malim quoque apud Ovidium, si adstipulentur Codd., scribere Lib. II. Art. Am. 700.

Scilicet Hermionen Helenae praeponere posses,
Et melior Gorge, quam sua mater erit?

Vulgo *erat*.

31 DISCINDERE] Sic quidem omnes, quibus usus

Leucas; & ardenti [a] servilia bella sub Aetna.
Multum Roma tamen debet civilibus armis,
Quod tibi res acta est. Te, cùm statione peracta
Astra petes serus, praelati regia coeli
Excipiet gaudente polo: seu sceptra tenere,
Seu te flammigeros Phoebi conscendere currus,
Telluremque nihil mutato sole timentem
Igne vago lustrare juvat: tibi numine ab omni
Cedetur: jurisque tui natura relinquet,
Quis deus esse velis; ubi regnum ponere mundi.
Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe:

Nec

VARIAE LECTIONES.

a *Civilia* M.

usus sum, MSS. & Edd. nisi quod unus Bersmanni & Edd. quaedam habent *descindere.* scribendum scilicet *descendere*, ut patet ex Scholiaste, qui exponit, *numquam ad imum pervenire*, quod non convenit τῷ *discindere*, sed *descendere:* uti etiam ex verbo *sedens*, quod sequitur. *Discindere* sine adjecto nomine, quid *disciderit*, nimis abruptum. Immo *descendere* in quibusdam Codd. invenit, atque etiam ita hoc loco emendavit N.c. Heinsius, cui plurimas correctiones debet Lucanus, in curis posterioribus ad Ovidium Lib. III. Metam. 68.

Et jaculum toto descendit in ilia ferro.

& Barthius, quem vide ad Claud. L. IV. Stilic. 60. Frequens verbi *descendere* usus est apud auctores de vulnere, ut ibi videre poterit lector. Livius L. I c. 41. *Ferrum haud alte in corpus descendisse.* Seneca Cons. ad Helviam c. 3. *Gravissimum est ex omnibus, quae umquam in corpus tuum descenderunt, recens vulnus.* Silius Ital. L. XVI, 543.

Pari nisu per pectora adactus
Intima descendit mucro.

Joseph. Iscan. Lib. VI, 645.

- - - Sed raptis oblique vulnere tristis
In clypeum descendit ebur.

Noster ipse infra L. 6, 217.

- - - - - - - - Gortynis arundo
In caput atque oculi laevum descendit in orbem.

Nec aliter Graeci. ut Lib. I. Samuel. c. 17. Comm. 49. *ἔδυ ὁ λίθος εἰς τὸ μέτωπον αὐτοῦ.*

33 QUOD SI NON ALIAM VENTURO FATA NER.] Haec est illa *θωπεία*, id est, assentatio, insectans Regnum & Tyrannidem Neronis, plane putida, & nimis manifesta, ut Ironia obscura non sit. CAMERAR. Subtilis adulationis hoc, cum nondum acres illos spiritus Lucano processus aetatis atque opus adblandiens, forte & privatae offensae, indidissent. Nec piguit Plinium hoc imitari Panegyrico ad optimum Principem: *Magnum quidem illud seculo dedecus, magnum reipublicae vulnus impressum est, Imperator & parens humani generis obsessus, captus, inclusus: ablata mitissimo seni servandorum hominum potestas, ereptumque principi illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur. Si tamen haec sola erat ratio, quae te publicae salutis gubernaculis admoveret, prope est, ut exclamem, tanti fuisse.* Adde, quae ibi sequuntur huic loco lucem ferentia. GROTIUS Ex ed. tert. Vide hoc loco etiam Ascensium. Ironice vero adulari Neroni Lucanum cum viris doctissimis, de quibus mox fiet mentio, omnino putem. Tyrannidem enim & Apotheosin Caesarum aperte deridet Lucanus Lib. VII, 454.

- - - - - cladis tamen hujus habemus
Vindictam, quantam terris dare numina fas est.
Bella pares superis facient civilia divos,
Inque Deûm templis jurabit Roma per umbras.

Nec credibile est, Lucanum in principio operis Neroni adulatum fuisse; sed dein orta inimicitia inter eos illum deridere incepisse. Semper ejus carminibus iniquior fuit Nero aemulatione vanus: ut patet ex Tacito, Suetonio & Dione Nicaeo. V. Palmer. Apolog. pro Lucano p. 12.

37 IPSA. *Ipsa* M. Sc. quatuor. reliqui libri *ista.* BERSM. Non omnes. Nam Omnibonus, Sulpicius, Ascensius & Micyllus ediderunt *ipsa. ista* est in 3. Voss. Hulst. & Regio uno recentioribus.

39 POENI MANES] Hoc est, umbrae Carthaginensium, qui bellis Punicis interiere à Romanis

 oc-

Nec polus ᵃ aversi calidus quà vergitur Austri;
Unde tuam videas obliquo sidere Romam.
Aetheris inmensi partem si presseris ᵇ unam,

Sen-

Variae Lectiones.

a *adversi* vulgo. b *imam.* Marp. M. A. & Hort. margo. male.

occisi, ut rectè hoc loco Omnibonus. Neque enim de praesenti bello, aut ejus temporis Carthaginensibus, qui dum propè nulli erant, sed de praeteritis intelligit poëta, quorum alii in Italia, alii in ipsa Africa à Romanis occisi fuerant. Quasi dicat: Ulciscantur se de nobis hoc pacto Carthaginenses, à majoribus nostris continuis fere bellis tribus occisi. MICYLL. Notat hoc Micyllus, quia Sulpitius haec male intellexerat de proeliis Vari & Curionis; Caesaris & Scipionis &c.

40 Munda] In hac pugna & alter filius Pompeji, Cneus, periit, dum crure saucio avia petit, à Cenonio milite, ut apud Florum nominatur, juxta Lauronem oppidum interfectus. Alter autem, Sextus, fuga elapsus & servatus, in Siciliam tandem venit, ibique piraticam exercuit. Postremò autem & contra Augustum arma movens, concitatis ad hoc & armatis etiam Ergastulis, ut Florus & Appianus tradunt, ab eodem classe superatus, in Asiam profugit, ubi à Titio praefecto classis, Mileti occisus est. MICYLL.

41 Perusina &c.] Libet hic rursus proferre verissima Scholiastae verba, ut sunt in 3 vetustissimis Codd. Ὑστερόπρωτον. *Primo enim Mutinae labores fuerunt, deinde fames Perusina. In Mutina enim obsessus est Brutus ab M. Antonio, priusquam Caesar Augustus collectis militibus Antonium* (Lucium scilicet) *Perusiae obsedit, & fame compulit ad deditionem.*

43 Leucas] Intelligit bellum Actiacum, & nota, Lucanum hanc vocem posuisse feminino genere, Virgilium masculino, *ut totumque videres fervere Leucaten.* SCHOLIAST. Recte uterque. Virgilius enim à Nomin. *Leucates Leucatas* &c. formavit, hic *Leucas Leucados* &c. quomodo etiam Ovidius Lib. xv, 289.

Leucadà continuam veteres habuere coloni.

43 Servilia bella] Quae Augustus gessit in Sicilia adversus Sextum Pompejum Gnei Pompeji filium, qui ergastulis solutis ibi piraticam exercuit. SCHOLIAST. Optime. nullo judicio Omnibonus explicabat haec de Euno Syro. quod monuerunt jam alii, & maxime Laurentius Abstemius T. 1. Thes. Critici p. 891, 892, 893.

44 Roma debet] Non, ut ante, *debes.* Est enim ad Neronem, non ad Romam apostrophe. GROT. ex Ed. pr. Pergit ad Neronem loqui eique blandiri. Quare nihil vident, qui hic putant, *debes* legi posse, quasi ad Romam sermo sit. IDEM Ex Ed. tert. Recte Grotium restituisse *debet* res ipsa loquitur. eamque lectionem confirmant Pulm. & septem veteriores ex nostris Codd. in tribus tamen eorum à sec. manu erat mutatum in *debes.* in Voss. sec. à sec. manu *debes.* quomodo etiam circumfertur in Ed. Rom. principe. Mediol. & Ascensii, Versell. Micylli, Colinaei aliisque Edd.

46 Praelati] Quod tu, inquit Sulp. praetulisti terris, quod illic maluisti, quam in terris regnare. Haec ille. Sed quid vetat, *praelati*, pro ampli, & spatiosi coeli interpretari, ut *praecelsum*, & *praeclarum* dicimus. HORTENS. Scholiastes quoque exponit per *satis lati*, vel *valde elati & excelsi:* sed quaero exemplum hujus significationis. & alter sensus optime constat.

48 Conscendere] Duo vetusti codices legunt, *conscendere.* Alter etiam *tu* habet, non *te* HORT. Flammigeros conscendere. Ita mutavimus ex tribus M. Sc. in vulgatis erat *flammiferos transcendere.* BERSM. Non in omnibus. Omnibonus enim, Sulpitius, Ascensius & Micyllus aliique jam ediderunt *flammigeros conscendere*, immo ita quoque in Ed. Veneta A. 1477. Consentiunt mei MSS. omnes: quod mirum; cum nihil frequentius sit commutatione illa desinentium in *ger* & *fer*; ut *armifer* & *armiger*, *ensifer* & *ensiger.* &c. quae infra etiam variata in MSS. videbimus. Utrumque etiam probum. sic *flammiferi currus* apud Sen. Herc. Fur. 593. in Catalectis de Ortu Solis §. 10. item. §. 6, 8. Silio Ital. L. 1, 210. v, 55. *Flammiferi Radii* Silio Ital. Lib. 1. vs. 257. *Flammifer Olympus.* Valerio Max. *Ignifer Titanis orbis* inf. L. 3, 4. & similia passim. Contra *flammigerae habenae* Claudiano vs. 1. *Flammiger Sol* Valerio Flacco Lib. v, 582. nostro vs. 145. *Flammiger Titan.* Praeterea Lutatius citat *flammigeros consc.* ad Statii Theb. Lib. 1. vs. 27. quem locum adscribere vacat, quia ex Lucano totus desumptus est

Quem nova maturi subeuntem exorsa parentis
Aeternum sibi Roma cupit; licet artior omnes
Limes agat stellas, & te plaga lucida coeli
Sollicitet; licet ignipedum frenator equorum
Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
Inprimat, aut magni cedat tibi Juppiter aequa
Parte poli.

Adde Senec. Herc. Oet. 1565. &c. & Claudian. L. 1. in Rufin. 365. &c. 111. Cons. Hon. 172. &c.

Sentiet axis onus. librati pondera coeli
Orbe tene ᵃ medio: pars aetheris illa sereni
Tota vacet, nullaeque obstent à Caesare nubes.

VARIAE LECTIONES.

a *in med.* 2. Voss. & in W. supra sc.

49 TIMENTEM] Propter Phetonten dictum est, qui currum patris male rexit. SCHOL. Notat etiam recte Ascensius, Neronem hic irrideri à Lucano propter nimium ejus aurigandi studium. nam Apollinem cantu, solem aurigando aequiparare videri volebat, monente Suetonio c. 53.

50 JUVAT] Ita 9. MSS. Ed. Rom. Parm. Ald. Col. Steph. Gryph. nec aliter citatur à Prisciano c. 766. Ed. Putsc. in aliis *juvet*.

51 JURISQUE] Uterque vetustus codex *jurisque tui* legit. HORTENS. JURI TUO. Arbitrio tuo. Quanquam Prisc. in 18. (p. 1198. Ed. Putsch.) legit, *Jurisque tui*, quod placet, ut sit, *natura juris tui*, id est, quae tibi parebit, relinquet tibi, quis deus esse velis, hoc est, quam potestatem velis habere. Nam certum est te Jovi & Phoebo nil detracturum. SULPIT. JURISQUE TUI. Arbitrio tuo permittet. Imitatur invocationem Maronis 1. Georg. in plerisque erat *jurique tuo*. BERSM. Sex etiam vetustiores ex nostris & Reg. rec. in marg. ac quinque Pulm. *jurisque tui* cum Ed. Veneta & Brix. quod recte restituerunt Viri docti. Quamquam Sulpitius male construit *natura juris tui*. jungenda sunt enim *relinquit juris tui*. sic *juris habere sui* Lib. VII, 55. alibi *facere juris sui* & similia.

54 AVERSI] Vulgo legunt *adversi* i. e. oppositi arctico polo. nec male. Vide tamen an non magis placeat, *aversi* i. remoti à nostro orbe, obversi. Quomodo est in 2. Voss. & Witt. & uno Bersm. Ed. Ven. Brix. & Mediol. citatque Priscianus Lib. VIII. c. 798. Id etiam praetulit J. F. Gronovius ad Senecae Medeam vs. 10.

- - - - - noctis aeternae Chaos
Aversa superis regna, Manesque impios.

Sic Lib. 8, 337. in MSS.

Aversosque polos alienaque sidera quaerit.

ubi plura vide, ut & ad Senecam.

54 VERGITUR] I. e. deprimitur: declinat. Virg. *premitur Libyae devexus in Austros.* Alii legunt *vertitur*. BERSM. MERGITUR.] Ita maluimus, quam *vergitur*. Nam & Germanicus in Arateis *pars mersa sub undas Oceani*, de Polo Antarctico & ipse loquens. Et Avienus, *subit altera mersa sub undas Pars Erebum.* GROT. ex Ed. pr. Praetuleram *mergitur*. quia finitor circulus poetis est Oceanus, ac proinde quod inconspicuum est, mergi dicitur. Et sic locutus Germanicus Caesar Arateis: *pars mersa sub undas Oceani*, de polo Antarctico & ipse loquens: ut & de eodem Avienus: *Subit altera mersa sub undas Pars Erebum.* Sed video eundem sensum esse posse in recepta lectione. Nam *vergi* passiva terminatione sic dixere Lucretius, multoque posterior Papinius. Priscianus denique hunc ipsum Lucani locum adducit, ut ostendat Latine sic dici. Graviter autem hic in Sphaeram delinquit Lucanus, cum polum Austrinum calidum dicit. Est quidem Auster calidus Arcticum polum spectantibus. At polus Austrinus non minus frigidus Arctico. Addatur hoc caeteris, quae à Lucano pompatice magis quam ex vero dicta. GROT. ex Ed. tert. Recte Grotius priorem mutavit sententiam. Nihil verius quam *vergitur*, ut est in XI. MSS. & Edd. fere omnibus, multisque exemplis adstruit Gronovius Lib. II. Observ. c. 7. & Priscianus à Grotio laudatus Lib. VIII. c. 798. Infra Lib. IV, 525.

Nec segnis vergere ponto Tunc erat astra polus.

Sic MSS. non *mergere*. Claudian. L. I. in Rufin. 366.

Qua vergit in Austrum Signifer.

In meo *versitur*.

55 UNDE TUAM VIDEAS] *Sulpitius*, obliqua stella tua, *inquit*, & non recto intuitu aspiciente. Nam si ad occidentem conversum os habuere, ut sidera penè omnia, Romam obliquè respiciet. Sic etiam, si ad Arcticum aut Antarcticum. *Omnibonus* existimat haec allegoricè dicta, tanquam ostendat corporis ejus deformitatem. Fuit Nero oculis caesiis, & hebetioribus, cervice obesa, & ideo poëtam dixisse sidere obliquo. Et ut crassum corpore, quum inquit. *Pars aetheris illa sereni Tota vacet.* Deinde ironicè, & amphibologicè dictum putat.

Tunc genus humanum positis sibi consulat armis.

Glareanus, ego obliquo intuitu, *inquit*, intelligo, qui est à Polo Antarctico Romam versus impedito sanè terrae tumore. Neque enim Romae videtur Polus Antarcticus. Haec *Glareanus* melius. Obliquum ego sidus, eum obliquum horizontem vocare puto, quem in omnibus cardinibus habent, praeter eos, qui sub aequinoctiali degunt. HORTENS.

[a] Tunc genus humanum positis sibi consulat armis,
Inque vicem gens omnis amet: pax missa per orbem
Ferrea belligeri compescat limina Jani.
Sed mihi jam numen: nec, si te pectore vates
Accipiam, [b] Cirrhaea velim secreta moventem
Sollicitare Deum, Bacchumque avertere [c] Nysa.
Tu satis ad dandas Romana in carmina vires.
Fert animus caussas tantarum [d] expromere rerum:
Inmensumque aperitur opus, quid in arma furentem

In-

VARIAE LECTIONES.

a *Tum* Pulm. 3. Voss. 2. & Edd. quaed. b *Chyrrea* Voss. sec. *Cyrrea* Reg. rec. & Voss. 2. *Cirea* M.
c *Nisa* Voss. pr. sec. W. *Nissa* M. d *exponere* Voss. 2. *exprimere* Marp.

55 SIDERE] Alter vetus cod. legit *lumine*, non *sidere*. HORTENS. Notari putatur Nero Strabus. BERSM. Nempe ab Omnibono, qui haec ut pleraque mutuatus est à Scholiaste dicente *Allusit. Strabus enim Nero fuit. ideo obliquo sidere dicit.* Suetonius c. 52. ait eum *oculis fuisse caesiis & hebetioribus.* Nec obstat, quod sine allusione haec possint exponi, ut Glareanus & Hortensius malunt, qui tamen cum ceteris in seqq. ironiam agnoscere coguntur. Nimis sane evidentia sunt, quam ut negemus. Vide etiam Barthium Advers. Lib. 11. c. 18. & Ill. Spanhem. de usu numism. p. 203. Ed. in 4to.

56 AETHERIS IMMENSI PARTEM SI] Una, inquit Sulpitius, sive orientalem, sive occidentalem. mihi magis placet Badius, qui ait, Arcticam, aut Antarcticam, idque propter praedicamentum. Quanquam, ut dicam, quod sentio, sive astrologicā, sive Physicā eam rem consideraverimus, videtur re vera nugamentum, quo Neronem ridere magis, quàm commendare voluit. Nam quae erunt *librati pondera coeli, Orbe medio*, scire velim. Fieri etiam potest, ut Virgilium in Georgicis imitari voluerit, aut videri eum imitari, quum nihil minus faceret. *Librati* enim *coeli pondera medio orbe*, terra est, in cujus medio inferi perhibentur, qui locus immanissimi tyranni meritis jure debetur. GLAREAN.

57 SENTIET AXIS ONUS] Hic quoque allusit. fuit Nero corporis crassi & obesus. SCHOLIAST.

59 TOTA VACET. Idem Omnibonus, qui & veluti Strabum interim putat, per hoc quod dicitur: *Unde tuam videas obliquo sidere Romam.* Et ut crassum corpore, quum inquit: *Pars aetheris illa sereni Tota vacet.* Deinde ironice, amphiboliceque dictum accipit: *Tunc genus humanum positis sibi consulat armis.* Quasi tum demum pacem & tranquillitatem orbi redituram esse, cùm ille regnare desiisset. MICYLL. VACET. Ut fit capiendo Neroni, quem Sueton. c. 52. cervice obesa & ventre projecto fuisse scribit. Videtur enim tota haec invocatio ironica, & ut ita dicam ἰσυμφοντεῖζων. BERSM.

60 TUNC] Orbi pacem ominatur postquam regnare desierit Nero. BERSM. Vide etiam Ascensium.

62 JANI] Ut Virgilius.

Centum aerei claudunt vectes, aeternaque ferri
Robora: nec custos absistit limine Janus.

SCHOLIAST.

63 JAM NUMEN] I. e. tu mihi jam, dum in vivis es, deus es, *à me jam deus haberis*, ut Scholiastes, & recte Servius explicat ad Virgil. Ecl. 1,7. *Namque erit ille mihi semper Deus.* Nec audiendi sunt Passeratius, Gebhardus ad Tibull. 1, 3, 29. & post eos Doct. Haverkamp. ad Tertullian. Apolog. p. 79. qui hic & L. IX, 158. *Jam numen gentibus Isim* unica quasi voce haec legi volunt. Numquam vel saltem rarissime ita locuti sunt veteres. V. Tennul. ad Frontin. L. 1. c. 3, 17. *ante signa nostra aciem recepit.* De Imperatoribus vero, qui ante mortem Dei nomen acceperunt, vide La Cerdam ad d. l. Virgilii. Sub specie autem adulationis rursus perstringit & vehementer deridet Lucanus Neronem, qui Apollinem cantu aequiparare volebat existimari.

63 VATES] Cod. Thuaneus *toto*; quod placet Cel. Burmanno, ut *vates* venerit à Glossatore, ad Valer. Flaccum L. VI, 673.

Sed facibus, sed mole Dei, quem pectore toto
Jam tenet.

Sic noster L. V. 169.

- - - *hominem toto sibi cedere jussit*
Pectore.

L. IX,

Inpulerit populum, quid pacem excusserit orbi.
Invida fatorum series, summisque negatum
Stare diu, nimioque graves sub pondere lapsus,
[a] Nec se Roma ferens. sic, cùm compage soluta
Secula tot mundi suprema coëgerit [b] hora,
Antiquum repetent iterum chaos omnia; mixtis
Sidera sideribus concurrent: ignea pontum
Astra petent: [c] tellus extendere litora [d] nolet,
Excutietque fretum: fratri contraria Phoebe
Ibit,

VARIAE LECTIONES.

a *non* B. 1. b *ora* H. c *tellusque* Voss. 1. d *nolit* V. 1. *nollet* V. 2. B. 1. O.

L. II, 70.

- - - - - *non toto pectore portas*
Impia Pompejum?

64 ACCIPIAM] Priscianus legit *accipio*, ut fit. quia accipio: sed placet legatur *accipiam*, ut sit accipere possim numen tuum. ASCENSIUS. Vetus cod. *accipio*. HORTENS. *Accipio* est in Veterrimo Voss. primo cum 2. aliis. & Pulm. 1. in Voss. sec. *accipio* suprascriptum erat; atque ita edidit Sulpitius. Idem esset sensus; *accipio* an *accipiam* legas. si vero *toto* praeferamus, *accipiam* est scribendum.

64 CIRRHAEA] A monte Cirrha Apollinem intellige. sensus est, si tu Caesar pectus meum repleveris, non est necesse, ut invocem Apollinem aut Liberum, quia tu sufficis. SCHOLIAST.

65 NYSA] Mons ubi Liber colitur: ut Virgilius.

Liber agens Nysae celso de vertice tigres.

SCHOLIAST. Nysa, ut autor est Strabo, vicus est Heliconis in Phocide, & urbs in felici Arabia: & alia in India, Baccho sacrae. Qui dicunt, Nysam verticem alterum esse Parnasi, in quo Bacchus colatur, & Citheron etiam appellatur: & per Cyrrham alterum verticem, ipsum Helicona accipiunt, ridiculi sunt. Nam hi duo montes divisi sunt, & à Parnaso bicipiti longè distant. Poëta ergo urbem Arabicam vel Indicam intellexit. Nam quamvis Helicon Phoebo, & Citheron Baccho sit sacer, Nysam, quae vicus est in Helicone, non designavit. SULPIT. *Νῦσαι*, inquit Stephanus, *πόλεις πολλαί. πρώτη ἐν ἑλικῶνι. δευτέρα ἐν θρᾴκῃ. τρίτη ἐν καρίᾳ. τετάρτη ἐν ἀραβίᾳ. πέμπτη ἐν αἰγύπτῳ. ἕκτη ἐν νάξῳ. ἑβδόμη ἐν ἰνδοῖς. ὀγδόη ἐπὶ τοῦ καυκάσου ὄρους. ἐνάτη ἐν λιβύῃ. δεκάτη ἐν εὐβοίᾳ. ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν, καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι.* Quoniam igitur his locis omnibus ferè Bacchus coli solitus fuit, non interest de Indica, an de Heliconia, an de quacunque tandem Nysa hoc loco intelligas. MICYLL. Hanc Indiae urbem, omnes authores, & maximè poëtarum expositores in ore habent, sed pauci locum ejus ostendunt. Ptolemaeus libro septimo Geographiae, cis Gangen Indiae, *νάγαρα*, inquit, *ἡ καὶ διονυσόπολις*. Goryaea est natio Paropamisadis, cujus haec est urbs, quam ego etiam Nysam dictam puto, ex itineribus in Indiam, Herculis, Bacchi, & Alexandri. Christianè Badius ridens hunc locum, quasi verò Deus, inquit, non ubique sit, nec possit Romae conferre opem, nisi reliquerit prius Nysam. At qui de Baccho, & gentium diis, hoc est, daemonibus, utique verum est, eos non esse ubique: ut ergo dii sunt, ita sunt ubique. Certè etiam alii poëtae, de eis identidem ita loquuntur. GLAREAN.

66 DANDAS VIRES] Sic ante Grotium ediderunt quoque Sulpitius, Asc. Mic. & Hort. cum Bersm. Ceteri cum meis Codd. omnibus & uno Bersm. & Prisciano c. 1015, 1020. *vires dandas*.

71 STARE DIU] Locum hunc expressit Claudianus Epigr. 41.

Pulcris stare diu Parcarum lege negatur.
Magna repente ruunt: summa cadunt subito.

74 REPETENT ITERUM CHAOS OMNIA] Verissima haec est correctio politissimi viri J. Rutgersii L. 1. Var. LL. c. 12. neque aliter Omnibonus olim legisse videtur explicans. *Sicut dicunt olim inter se dissolutis elementis omnia ad antiquum chaos reditura esse.* Confirmatur etiam haec lectio antiquo Barthii Cod. & ab ipso Barthio Lib. XI. Adverf. c. 10. ut & MS. Regio rec. quare etiam in textum recepi. Vulgo *Antiquum repetens iterum Chaos; omnia m.* Hic vero, quod semel dictum sat erit, quis non indignetur negligentiam & stuporem Schrevelii scribentis ad haec verba. *Ita legit Janus Rutgersius, cum vulgati habeant, ac repetens i. e. omnia m.!* plane vero contrarium. Super

Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi: totaque discors
Machina divulsi turbabit foedera [a] mundi.
In se magna ruunt. [b] laetis hunc numina rebus
Crescendi posuêre modum. nec gentibus ullis
Commodat in populum, terrae, pelagique potentem,
Invidiam Fortuna suam. tu caussa malorum,

VARIAE LECTIONES.

a *regni* Voss. 2. b *laetisque* B. 1.

versu praecedente consule ibid. Barthium & de tota hac re, ac *soluta compage* vide Comment. dd. VV. ad Valerium Flacc. Lib. 1, 829.

- - - - - - - - Non illa ruenti
Accessura polo, victam si solvere molem
Juppiter, & primas velit omnia reddere massas &c.

Claudianus L. 1. de Rapt. Pros. 115.

Obducam tenebris lucem: compage soluta
Fulgidus umbroso miscebitur axis Averno.

Silius Ital. L. XVII, 607.

- - - - Coelum licet omne soluta
In caput hoc compage ruat, terraeque dehiscant.

Resoluto mundo Seneca Epist. IX.

76 TELLUS EXTEND. LIT. NO.] Hoc est, ut exponit *Glareanus*, Tellus conetur excutere, quamvis non possit, & conetur ab se abjicere, nihil tamen efficiet, fatis repugnantibus, quae omnino volunt omnes res, soluta compage, in antiquam reverti Chaos. Verba ipsius *Glareani* de caeco judicio interpretum, hoc loco subscribam. Hic est insignis obscuritas, inquit, & verè (ut ita dicam) in ipso Chao, Chaos. Priora enim omnium rerum confusionem innuunt. Omnia sidera, inquit poëta, mixtis sideribus concurrent: ignea astra petent Pontum. Hic verò tellus nolens extendere littora, excutiet fretum. Quod *Sulpitius* exponit, Tellus repugnabit, ne mare littora dilatet, & se magis extendat, & excutiet, id est, rejiciet. Badius autem, Tellus nolet extendere littora, id est, esse arida, & à mari separata, inquit. Et excutiet, id est, effundet, & in terram emittet fretum, id est mare. Ubi nescias, exponatne affirmativè, an negativè, esse arida, ut repetat verbum *nolet*, videlicet esse arida, an totam orationem sic. Tellus nolet extendere littora, id est, malit esse arida. Sed quid idem *Badius* subnectat, audi: Tellus, inquit, effundet, & in terram emittet fretum. Nisi enim Tellus pro Dea intellexerit, quod hic non admodum aptum videtur, sensus erit ex *Badii* verbis, Terra effundet fretum in terram. Hic vides, opinor, quàm facile perrumpimus difficiles authorum locos, quoties pudet nos fateri, nos non intelligere. *Sulpitii* expositio sonat, quasi tellus repugnet freto, id est, mari, & excutiet, quasi nimis diu tergo tulerit. Verùm quomodo tum omnium rerum confusio, & commixtio, quam Poëta suprema mundi hora futuram dicit, procedet? Hactenus *Glareanus*. Deinde attexit suam interpretationem. HORTENS.

78 OBLIQUUM] Bene dicit de Luna: per totam enim latitudinem Zodiaci vagatur, vel *obliquum orbem* ipsum Zodiacum dicit. SCHOL.

78 BIGAS] Luna idcirco bigis dicitur vehi; quia die & nocte videtur. Currum ducit equorum. SCHOL. Equos Lunae tribuunt Ovidius Rem. Amor. 258. & Propert. 1, 10, 8. aliique. Plurimi tamen boves ejus currui aptant, etiam in nummis. V. Ill. Heinsium ad Ovid. Epist. Her. XX, 194. Notas Virorum dd. ad Ep. v. Ausonii

Tertia fissipedes renovavit Luna juvencas.

Schol. German. p. m. 199. Munker. ad Fulgent. c. 24.

Pullatum bijugis conscenderat aethera tauris.

hinc Hydaspes jugum boum Lunae sacrificat apud Heliodor. L. x. p. m. 463. & Junonis sacra bubus vehebantur. Virgil. L. III. Georg. 527.

81 IN SE MAGNA RUUNT] Seneca. *ut nihil extra lacessat aut quatiat, in se ipsa Fortuna ruit.* GROT. ex Ed. tert. Optime Scholiastes. Sensus hic est. *Semper magna in se concidunt. Nam nec fortuna aliquas gentes concitavit in populum terrae & pelagi potentem i. Romanos, nec invidiam hostibus commodavit, ut ipsi urbem opprimerent; sed quia in se magna ruunt, ipsos contra se pugnare jussit Romanos, & à se deleri.*

86 NUMQUAM MISSI IN TURBAM] Nunquam traditi pluribus. Nam Roma antehac aut sua libertate usa erat, aut sub singulis regibus fuerat. SULPIT. Satius tamen est, ut generaliter dictum accipias, de quacunque regni societate: neque

Facta tribus dominis communis, Roma, nec umquam
In turbam missi feralia foedera regni:
O malè concordes, nimiaque cupidine caeci,
Quid miscere juvat [a] vires, orbemque tenere
In medio? dum terra fretum, terramque levabit
Aër, & longi volvent Titana labores,
Noxque diem [b] coelo totidem per signa sequetur;

Nul-

VARIAE LECTIONES

a *viresque* Voss. 1. b *in c.* W. *totid. c.* H.

que enim ulla talis diu durat, ut & Omnibonus exponit. MICYLL. Peiraredus amicus meus vir elegantis ingenii sensum meliorem facit scribendo *felicia*. GROTIUS. ex Ed. tert. Nulla contra MSS. mutatione opus est. Dicit Lucanus malorum caussam fuisse foedera feralia regni, scilicet Romani, quod numquam antehac in turbam missum erat, ut Sulpitio & Hortensio placet; sive cujuscumque, quod numquam bene in turbam mittitur, ut alii malunt. Pro priore expositione videtur etiam stare Scholiastes, ad verba *in turbam* notans. *Pompejum, Crassum & Caesarem dicit, quia numquam stare potuerunt foedera, si plures reges facti sunt. dicit autem μοναρχίαν esse debere.* Idque satis patet ex seqq. cum statim turbam illam trium dominorum alloquatur Lucanus, dicatque tum demum generaliter nullam fidem esse sociis regni. Romae autem regnum numquam fuisse ante hac in turbam missum, aut sub pluribus uno tempore regibus fuisse scimus omnes; adeo ut ne Romulus quidem & Remus se simul ferre potuerint. Est doctissimus vir, qui hic legendum conjicit, *In turba, nisi quae feralia, foedera r.* vel *in turbam missi vitalia f. r.*

88 MISCERE VIRES] Ut Appianus addit, Crassus & Pompeius ambo Coss. designati, Caesari imperium Galliae in alterum quinquennium prorogarunt. Ipsi autem inter se provincias, exercitusque partiti, Pompejus quidem Hispaniam ac Libyam per amicos administravit, Crassus autem Syria, ac Syriae vicinis locis assumptis, ad Parthicum bellum profectus est. In quo eodem mox interfecto, Julia autem Pompeji uxore defuncta, inter Caesarem & Pompejum orta dissensione, Civile bellum conflatum est. MICYLL.

89 IN MEDIO] Duo Vetustissimi, optimique Codd. Vossiani, item quart. & sext. a. m. pr. cum Ed. Rom. & Parm. *in medium*, quod Scholiastes interpretatur *in commune*, recte. Eodem scilicet modo, ac Graeci dicunt ἐς μέσον, ἐς κοινόν. sic enim tres isti Pompejus, Caesar & Crassus tenebant orbem non sibi cuique proprium, sed in commune tamquam consortium eorum trium. Vide Turneb. Adverf. L. XXII. c. 20. & La Cerdam ad Virgilii Georg. 1, 126.

In medium quaerebant.

L. IV. G. 157.

In medium quaesita reponunt.

Senec. Agam 666.

- - - - - - - *Juvat in medium*
Deflere suos.

Infr. Lib. IV, 492.

In medium mors omnis abit.

Sic *in dubium esse* Ovid. Ep. XVI, 138. Sil. Ital. XVII, 411.

Sternitur in medium turba.

In commune tenere Claudian. IV. Conf. Hon. 296.

89 TERRA FRETUM TERRAMQUE LEVABIT AER.] Terra levat aquas, id est, sublevat. est enim inferior, & hanc illae circumfluunt. Quomodo autem aër levat terram? Dupliciter intelligi hoc potest, vel sensisse Poëtam, subeuntem intra cavernas spiritum, vel per aquas transeuntem, vel agitatione harum excitatum, terram ipsam quasi vehere, neque pati desidere. Vel: quod eruditius est, undique intra & extra aquas circumfuso aëre, quod Graeci τὸ περιέχον appellant, terram in medio fixam contineri, undique à se aëris impetu illam repellente aequabiliter, & in medium cogente, ubi contineri, tanquam loco illam suo, necesse est, ut punctum in orbe, quod centrum appellant. Non enim, eductum de medio illud, magis orbis centrum esset. Aëra autem quasi περιφέρειαν orbis obire terram, ut centrum, in confesso est. Et hoc sensu accepere multi id, quod Electra canit, καὶ γῆς ἑδρίμιον ἀέρ. CAMERAR. Neutrum verum esse pronunciat J.C.Scaliger in Hypercritico cap. 6. Verum tu lector consule hoc loco Hortensium. Ego haec Philosophis discutienda relinquo. *Levabit* autem est librabit, sustinebit,

quia

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Inpatiens consortis erit. nec gentibus ullis
Credite; [a] nec longe fatorum exempla petantur:
Fraterno [b] primi maduerunt sanguine muri.
Nec pretium tanti tellus, pontusque furoris
Tunc erat. exiguum dominos commisit asylum.

Tem-

VARIAE LECTIONES.

a *ne* B. 1. b *primum* W.

quia in aëre pendet orbis: quare Lutatius locum hunc adduxit ad Statium Lib. VIII. Theb. 308. ubi ad terram loquitur,

- - - quae pontum ambisque vehisque;
Te penes &c. te velox machina coeli
Aëre pendentem vacuo, te currus uterque
Circuit.

Ovidius L. VI. Fast. 271.

Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem.

90 ET LONG. VOL. TITA. LAB] Et Sol vertet so magno labore. Volvitur enim contra motum mundi, & laborat nitens contra venientis sphaerae volubilitatem. Hinc Ovid.

Adde quòd assidua rapitur vertigine coelum,
Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet:
Nitor in adversum, nec me qui caetera vincit
Impetus, & rapido contrarius evehor orbi.

Luna quoque sic nititur, & autore Plinio, reliqui quinque planetae, qui erratici appellantur: nam cum mundo feruntur, & contra mundum, quando retrogradi sunt. SULPIT. Rectius Omnibonus, qui cum mundo ferri eos ait, quando retrogradi sunt. Tunc enim retrogradi dicuntur, quando εἰς τὰ προηγούμενα, hoc est, in antecedentia, & contra ordinem signorum feruntur. Quemadmodum rursum, quando εἰς τὰ ἑπόμενα, hoc est, secundum successionem signorum feruntur, contra mundum ferri dicuntur. MICYLL. Nunc ita dixit diurnos cursus solares, vel etiam motus annuos, quasi pensum hoc absolvente sole. CAMERAR.

91 NOXQUE DIEM COELO] Semper enim διχοτομοῦνται, ut circulus maximus Zodiacus. Dimidium igitur illius supra, & dimidium infra est, in omni conversione, id est, quomodocunque sphaera collocetur. CAMERAR.

92 REGNI SOCIIS] Ex hoc loco malebat vir summus J. F. Gronovius *regni*, quam *regnis* in Statio Lib. I. Theb. 130.

Sociisque comes discordia regnis.

Et sane *regni* legitur in uno Cod. Bihotii & Ed. Lindenbrogii. quamquam non damnabat alterum. Sic *Socium sepulcrum*, in quo duorum corporum ossa, Ovidio Epist. XI, 123. Malim certe & ego illic legere *regni*, quam hic *regnis* cum Ill. Heinsio, & Gronovii nepote Abrahamo ad Justin. L. XI. c. 12. §. 15. *Neque orbem duo regna salvo statu terrarum habere.* nam praeterquam quod *regni* constanter habeant omnes MSS. vulgatam lectionem quoque ad d. Statii locum confirmat Lutatius. pro *omnisque* vero memoriae, credo, vitio citat *quaecumque* Achilles Statius ad Tibull. L. 2. El. 5. 24.

Moenia consorti non habitanda Remo.

93 NEC GENTIBUS] Non hoc vero ita esse credatur; quia aliquae gentes passae sunt; sed quia vos ipsi Romani. SCHOL. Confirmatio per Exempla. Unum autem domesticum satis esse ait dissidii fraterni, in quo est a minore argumentatio, si de illo paupere regno tanta contentio fuit, quam esse oportuit de hoc opulentissimo totius orbis terrarum? CAMERAR.

95 PRIMI MURI] Cum in ludibrium fratris Remus novos muros transiliisset, ab irato Romulo, sive ejus celere ad murum custodiendum praefecto, est interfectus. Alii malunt, Romulum, ut solus regnaret, sub hoc praetextu ea usum impietate. Est & alia fama, quòd cùm de urbis conditae imperio, nomineque imponendo captarent auguria, & Remus prior ex Aventino sex vultures, Romulus XII. ex Palatino vidisset, & hic numero, ille tempore praestaret, & uterque à sua multitudine rex salutaretur, orto certamine ibi in turba ictus Remus ceciderit. SULPIT. Utranque opinionem recenset Livius libro primo ab urbe condita. Alteram autem & Dionysius Halicarnass. libro secundo. MICYLL. Praeclare Cicero III. de Off. c. 10. V. Merula ad Ennium p. 219. seq. Haec margini libri sui adscripserat Broukhus.

95

Temporis angusti mansit concordia discors,
Paxque fuit non sponte ducum. nam sola futuri
Crassus erat belli medius mora. Qualiter undas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat ª Isthmos,
Nec patitur conferre fretum: si terra recedat,
Ionium Aegaeo frangat mare: sic, ubi saeva

Ar-

VARIAE LECTIONES.

a *Hysmos* M. *Histmos* A.

95 SANGUINE] Remi videlicet, qui à fratre ejus Romulo occisus est. SCHOL.

96 NEC PRETIUM &c.] Valde placuit Papinio hoc ἐνθύμημα. Inde enim illud desumsit, nihilo deterius:

Et nondum crasso laquearia fulva metallo,
Montibus aut alte Grajis suffulta nitebant
Atria, congestos satis explicitura clientes.
Non impacatis regum advigilantia somnis
Pila, nec alterna ferri statione gementes
Excubias, nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis: sed nuda potestas
Armavit fratres: pugna est de paupere regno.

Vide & quae sequuntur sane egregia. GROT. ex Ed. tert.

97 EXIGUUM DOMINOS COMMISIT ASYLUM.] Romulus cum non haberet, cum quibus civitatem construeret, aedificavit asylum i. e. domum refugii, ad quod cum fugerent rei, horum auxilio civitatem construxit. unde Juvenalis.

- - - - - - - - *primusque tuorum*
Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo:

id est, criminosus. SCHOLIAST. ἄσυλον ἱερὸν, consecratus locus, unde abstrahere neminem liceret, & res ἀσυλία. σῦλαι autem vendicationes sunt, aut occupationes concessae, & vis legitima. Asylum autem lucum consecrasse Romulum notum est. CAMERAR. Ab α, privandi particula, & verbo συλῶ, quod est, violo, ac veluti per sacrilegium quoddam aufero, sive depraedor. MICYLL. Vide etiam Omnibon. & Hortens.

98 TEMPORIS ANGUSTI MANSIT CONCORDIA DISCORS.] Conclusio: Nulla est societas regni firma. Ergo & haec non potuit diu permanere. Sed omnes eventus, de quibus excitatum fuit bellum, diligenter persequitur, quae sunt quasi ὀργανικὰ αἴτια illius. CAMER: *Est quasi παράδοξον. Si discors, quo modo concors*, ait Scholiastes: Verum recte Lucanus concordiam hanc dicit fuisse discordem; cum fuerit tantum simulata; nec ullus illorum aliquid alteri praestiterit amici foederis caussa, sed sui ipsius gratia; sibi enim, non sociis studebant. Est autem elegans loquendi formula, qua etiam usi sunt alii poetae. Horatius Lib. 1. Ep. 12, 19. *Rerum concordia discors.* ubi vide. Sidonius Apollin. Carm. XV, 170.

Et dat concordem discordia jussa furorem.

Manil. L. 1. vs. 142. *discordia concors.* Simile est illud Virgilii Georg. 1, 257.

Temporibusque parem diversis quatuor annum.

99 NON SPONTE] Quamdiu Crassus vixit, non ausi sunt Pompejus & Caesar pugnare propter eum. Ideo pax non sponte fuit inter illos. SCHOL.

100 BELLI MORA] *Plutarch.* Pompejo. Κράσσος ἐν Πάρθοις ἀπολωλὼς ἠγγέλλετο. καὶ τοῦτο κώλυμα ὂν μέγα τοῦ συμπεσεῖν τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐκ ποδῶν ἐγεγόνει. GROT. ex Ed. tert. Hanc vero locutionem saepe videas apud poëtas. Ejus exempla plena manu dat Clar. Drakenburg. ad Silium Italic. L. VIII, 33.

- - - - - - *sola ille Latinos*
Sub juga mittendi mora.

101 GRACILIS ISTHMOS] Angustissima & tenuis terra in mari *Isthmos* dicitur. Hic autem separationem inter mare Ionium dicit & Aegaeum. SCHOL. Angusta terra intra duo maria, sed nunc κατ' ἐξοχὴν Corinthiacus indicatur, à quo Horatius bimarem Corinthum appellavit. Sunt enim & alibi, ut Cnidias, de quo Oraculum apud Herodotum,

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε μηδ' ὀρύσσετε·
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον εἴ κ' ἐβούλετο.

CAMERAR. *Hysmos* M. Sc. ut sit mons nescio quis. Mendose. BERSM.

102 CONFERRE FRETUM] Mare se utrumque commiscere: ut, *Tum prora avertit*, id est avertitur, vel avertit se. Sin illa interjecta terra recedat, tum *franget* mare, id est, rumpet *Ionium*

C *Aegeo*,

Arma ducum dirimens, miserando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine [a] Carras,
Parthica Romanos ſolverunt damna furores.
Plus illa vobis acie, quam creditis, actum [b] eſt,
Arſacidae: bellum victis civile dediſtis.
Dividitur ferro regnum; populique potentis,
Quae mare, quae terras, quae totum [c] poſſidet orbem,
Non cepit fortuna duos. nam pignora [d] juncti
Sanguinis, & diro ferales omine taedas
Abſtulit ad manes, Parcarum, Julia, ſaeva

In-

VARIAE LECTIONES.

a *Charras* Voſſ. 3. *Carrhas* Ed. Rom. b abeſt a B. 1. c *continet* pro var. L. Voſſ. pr. d *vincli* H.

Aegeo, hoc eſt, alterum in alterum influet. Sunt autem appellationes hae oppoſitorum locorum maritimorum. Nam *Ionium* eſt intra Italiam & Graeciam exundans in ſinum Adriaticum. *Aegeum* intra Graeciam & Aſiam. Dictum ſecundum Poëtas hoc ab Aegeo in eo demerſo, illud ab Iûs filiae Inachi trajectu. CAMERAR. Recte Scholiaſtes exponit *in unum convenire*, id eſt, confluere, ſe & ſuas undas conferre & commiſcere. Sic ſtatim *frangat*, & paſſim. Vide Sanctium & Perizon. ad eum L. IV. c. 3. §. 13. Gronov. Obſerv. L. II, 7. Acidal. ad Vellej. 1, 8. Drakenb. ad Sil. L. IX, 645. & ut hic *frangat*, non diſſimili plane modo Silius L. 1, 647.

Spumeus hic, medio qui ſurgit ab aequore, fluctus,
Si prohibere piget, veſtras effringet in urbes.

103 IONIUM] Ionium mare alii ab Iö, Inachi filia nominatum tradunt, quae ex Dodona, ut quidam fabulantur, profugiens, mare illud, antea Cronium, & Rheae ſinum, appellatum, trajeciſſe dicitur. Aeſchylus in Prometheo:

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κληθήσεται
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Alii autem, ut Theopompus, quem Apollonii interpres, & Antothepus, quem Zezes in Lycophrone citat, ab Ionio Illyricorum rege quodam, Adriae, ejus à quo Adria urbs condita fertur, filio vocatum ſcribunt. Et quia idem Adriaticum mare excipit, promiſcuè interim utroque nomine ambo maria, κατὰ μετάθεσιν τοῦ ὀνόματος, ut inquit interpres Apollonii, appellari ſolent. MICYLL.

103 AEGEO] Aegeum, autore Plinio, L. IV. c. 11. dictum eſt à ſcopulo inter Tenedum & Chium inſulas ſurgente, in effigiem caprae, quam Graeci aega vocant. SULPIT. Vel ut alii, ὅτι δίκην αἰγὸς ἁλμάτων κυματοῦνται. Vide Zezen in Lycoph. MICYLL. V. Hortenſ.

103 FRANGET] *Frangat* duo M. Sc. non male. BERSM. Ita rectius quam *franget*. GROT. Cujus notulae additur in Ed. tert. *eſt enim* δυσηχὸν, *ut loquuntur Graeci*. Adſtipulantur huic lectioni Reg. 1. Marp. Voſſ. prim. tert. & quart. & Ed. Romana.

105 CARRAS,] Carrhas Plinius Arabiae civitatem facit, lib. V. cap. 24. Et rurſum lib. XXXI. cap. 7. Ubi Carrhis, inquit, Arabiae oppido, muros domoſque maſſis ſalis faciunt, aqua ferruminantes. Stephanus autem, & Appianus, qui totam hanc Craſſi hiſtoriam deſcripſit, Meſopotamiae attribuunt. Ut & Moſes, & Joſephus. Has enim Carrhas eſſe volunt, ubi Abraham natus, & pater ejus Thara, mortuus & ſepultus eſt, quam Hebraei ſuo nomine Charan vocant. Neque vero Parthiae nomine tota Aſſyria, ſed pars ejus duntaxat dicta fuit. MICYLL. Celebris urbis locique nomen in Meſopotamia. Amnium enim illam Syriam appellarunt incluſam Euphratis & Tigridis fluminibus. Arſacidae autem Parthi ſunt, ab Arſace autore Imperii. CAMERAR.

106 PARTHICA DAMNA] quae populo Romano fecerant Parthi, quando occidentes Craſſum tulerunt ab eo ſigna Romana. Romanos autem furores Pompeji & Caeſaris dicit. SCHOL.

108 ARSACIDAE:] Arſaces primus Parthorum regnum conſtituit, Macedonum praefectis inde pulſis, ut Juſtinus lib. XLI, tradit, cujus & haec de eodem verba ſunt: *Sic Arſaces*, inquit, *quaeſito ſimul, conſtitutoque regno, non minus memorabilis Parthis, quàm Perſis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura ſenectute deceſſit. Cujus memoriae hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges ſuos Arſacis nomine*

nun-

Intercepta manu. quod si tibi fata dedissent
Majores in luce moras, tu sola furentem
Inde virum poteras; atque hinc [a] retinere parentem;
Armatasque manus excusso jungere ferro,
Ut generos [b] soceris mediae junxêre Sabinae.
Morte tua discussa fides, bellumque movere
Permissum ducibus: stimulos dedit aemula virtus.
Tu, nova ne veteres obscurent acta triumphos,
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne, times: te jam series, ususque laborum

Eri-

VARIAE LECTIONES.

a *revocare* M. b *sociis* A.

nuncupent. MICYLL. Parthos dicit à rege Arsaco sic nominatos. SCHOL.

108 BELL. VICTIS CIVILE DEDISTIS.] Exaggeratio cladis Parthicae, quam sequitur insectatio sceleratarum cupiditatum, potentiae, in duobus Principibus Populi Romani, cui jam Orbis terrarum parêret. Fortuna autem nunc benignitas est fortunae, & magnitudo atque praestantia rerum Romanarum. CAMERAR.

111 CEPIT] Hoc est, felicitas & magnitudo Romani imperii, quae tanta erat, duobus satis non fuit. Quare inquit Flor. *Sic de principatu laborant, tanquam duos tanti imperii fortuna non caperet.* Est & alius sensus: Fortuna populi Romani, quae omnia possidebat, duos sub imperio continere non potuit: nam vinculum, quo contineri valebant, sublatum è medio est. SULPIT. Prior Sulpitii expositio unice vera est; quamvis alii aliter haec exponant. Locus Flori est Lib. IV. c. 2. §. 14. qui aperte ex nostro expressus est; vide ibi Freinshem. Totidem verbis haec etiam narrat Minucius Felix c. 18. *Ob pastorum & casae regnum de geminis memoria notissima est. Generi & Soceri bella toto orbe diffusa sunt, & tam magni imperii duos Fortuna non cepit.* idque jam notaverat Barthius Adverf. L. XXVII. c. 13.

111 PIGNORA JUNCTI SANGUINIS.] Male Hortensius & Bersmannus haec exponunt per foedus & jus affinitatis Intelligit enim partum ex Pompejo & Julia, quem enixa abortu mater secum ad manes abstulit: una enim cum matre paullo post periit filius. atque ita recte commentatores primi. millies *pignora* de filiis dici quis nescit?

118 SABINAE] Raptis Sabinis Tatius adversus Romanos bella commovit. Romani eas, quas rapuerunt, cum susceptis liberis in medium produxerunt, & sic pax reddita est. SCHOL. Scholia quoque veterrimi Cod. Voss. primi ab alia manu tradunt, has mulieres ex trecentis raptis fuisse triginta, quae jam enixae fuerant. Addit Servius, ab illis triginta curias nomina sua accepisse ad Virgil. Aen. L. VIII, 638. Sed hoc si constaret, non potuit dubitare Livius Lib. I. c. 13. *aetate, an dignitatibus suis virorumve, an sorte lectae sint, quae nomina curiis darent.* Alii dixerunt, curias ab illis nomina accepisse, quae hujus legationis munere functae erant, teste Dion. Halicarn. L. II. p. m. 112. ubi idem observat, Varronem totam rem negare, cumque nomina derivare à ducibus vel regionibus: quod & facit Plutarch. in Rom. p. 30. Ed. Par.

119 MORTE TUA] Sic & Vellejus: *Cum medium jam ex invidia potentiae male cohaerentis inter Cn. Pompejum & C. Caesarem concordiae pignus, Julia uxor Magni, decessit.* Annaeus Florus multum hujus Annaei aemulator: *Crassi morte apud Parthos, & morte Juliae Caesaris filiae, quae nupta Pompejo, generi socerique concordiam matrimonii foedere tenebat, statim aemulatio erupit.* Plutarchus; ὡς τὴν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ τἆλλα νοσοῦσι τὴν πολιτείαν φυλαττούσης οἰκειότητος ἀλλήλοις. GROT. ex Ed. tert. Ad locum Velleji Lib. II. c. 47. consule Virorum doctorum notas.

120 PERMISSUM EST] *Permissum est ducibus* tria m. Sc. alii sine subst. BERSM. Delevi verbum substantivum *est*; quod primus intrusit Bersmannus. Rectius eo carent reliquae Edd. & 4 Codd. mei veterrimi, in quorum Voss. sec. & Hulst. recentiore manu erat adscriptum; uti & 3 juniores. Nec obstat, quod nunc *permissum est* legatur in Servio ad Virgil. Aen. L. VI, 831. qua fide enim à Maasvicio illic sic est editum, nescio. Tota certe haec citatio Lucani in prioribus Edd. non reperitur.

121 *Acta*] Editi plerique ante Aldum, ut & Sul-

Frigit, inpatiensque loci fortuna secundi.
Nec quemquam jam ferre potest, Caesarve priorem,
Pompejusve parem. quis [a] justius induit arma,
Scire nefas: magno se judice quisque tuetur:
Victrix caussa [b] Deis placuit, sed victa Catoni.
Nec coïêre pares: alter vergentibus annis
In senium, [c] longoque togae tranquillior usu
[d] Dedidicit jam pace ducem: famaeque petitor
Multa [e] dare in vulgus: totus popularibus auris

In-

VARIAE LECTIONES.

a *justior* H. b *Diis* Voss. pr. W. N. H. c *longeque* B. 1. d *dedidicit* Voss. 1. e *dabat* Voss. 1.

Sulpit. Ascensius, Micyll. & Hortensius exhibent *facta* cum Cod. Witt. & sex vel septem aliis recentioribus & uno Anglicano, teste Wasse Indice Sallust. V. *acta. fata* Ed. Veneta & Brix. ac Mediol. Omnibonus tamen in notis citat *acta*, & recte intelligit res à Caesare fortiter gestas. Sic Lib. VIII, 320.

Quas magis in terras nostrum felicibus actis
Nomen abit.

Ovidius Epist. Her. VIII, 43.

Ille licet patriis sine fine superbiat actis,
Et tu, quae referas acta parentis habes.

Lib. XI. Metam. 222.

- - - - - - *qui fortibus actis*
Acta patris vincat.

Quibus locis ex solemni harum vocum in MSS. commutatione ante Heinsium etiam *facta* legebatur, & passim.

124 IMPATIENSQUE LOCI FORTUNA SECUNDI.] Sumsit hinc illud Papinius:

- - - - - *Jurisque secundi*
Ambitus impatiens.

GROT. ex Ed. tert.

125 NEC QUEMQUAM JAM FERRE POTEST, CAESARVE PRIOREM, POMPEJUSVE PAREM.] Sequitur Florus: *Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem.* Aequior Pompejo Dion: Πομπήϊος μὲν οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος, Καῖσαρ δὲ καὶ πρῶτος πάντων εἶναι ἐπιθύμει. GROT. ex Ed. sec. Sallustius dixerat de Pompejo. *Nam particeps dominationis neque fuit quisquam: neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret.* Vellejus. *Neque Pompejus, ut primum ad Rempublicam aggressus est, quemquam omnino parem tulit, & in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat.* Idem de eodem. *civis in toga* (*nisi ubi vereretur, ne quem haberet parem*) *modestissimus, amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in reconciliata gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus, potentia sua nunquam aut raro ad impotentiam usus, pene omnium vitiorum expers, nisi numeraretur inter maxima, in civitate libera, dominaque gentium indignari, cum omnes cives jure haberet pares, quenquam aequalem dignitate conspicere.* Nec abit hinc Plutarchus de hoc ipso Pompejo. οὐδ' ἐβούλετο δοκεῖν ἀπιστεῖν, ἀλλ' ὑπερορᾷν μᾶλλον καὶ καταφρονεῖν. Alibi tamen is ipse Pompejo aequior, cum de Caesare primum, deinde de Pompejo sic loquitur: ἀπελείπετο τῷ μὲν ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι μέγιστον τὸν ὄντα καταλύειν, τῷ δὲ ἵνα μὴ πάθῃ τοῦτο προαναιρεῖν ὃν ἐδεδοίκει. Hinc non abit diversus Dion. Πομπήϊος μὲν οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος, Καῖσαρ δὲ καὶ πρῶτος πάντων εἶναι ἐπεθύμει. Et nota, lector, primos illos duos, unde testimonia attuli, fuisse Caesarianos: credo & Lucanum, cum haec scriberet. mutavit enim inter scribendum, ut jam monui. Nec tamen Pompejum ego culpa omni absolverim, non magis, quam M. Tullius, ubi libere ad amicos scribit, aut Cratippus, qui in Lesbo insula Pompejo de divina providentia ob casum Pharsalicum dubitanti, respondit interrogando, quem sponsorem haberent homines, Pompejum, si pro eo cecidisset alea belli, melius ea fuisse usurum? Et ille quidem cunctanter ut Peripateticus. Absolutius & Stoica firmitate Cato apud hunc ipsum Lucanum de Pompejo:

- - - - - - *nec, si fortuna favebit,*
Hunc quoque totius sibi jus promittere mundi
Non bene compertum est.

GROT. ex Ed. tert. Haec & quae proxime de Caesare sequuntur ex Vellejo Paterculo desumpta esse notat Jac. Nicolaus Loënsis Lib. IX. Epiphyll. Miscell. c. 20. quem vide, & Acidalium ad Vellejum 2, 33, 4. Ciceron. L. VIII. ad Attic. Ep. 9. p. 782. & Ep.

Inpelli, plausuque sui gaudere theatri:
Nec reparare novas vires; multumque priori
Credere fortunae. stat magni nominis umbra.
Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuvias [a] veteres populi, sacrataque gestans
Dona ducum; nec jam validis radicibus [b] haerens,
Pondere [c] fixa suo [d] est; nudosque per aëra ramos
Effundens, trunco, non [e] frondibus, efficit [f] umbram:
At quamvis primo nutet casura sub Euro,

Tot

VARIAE LECTIONES.

a *veteris* B. 1. Voss. 4. R. W. *populi veteres* Voss. 1. b *haeret* B. 1. Voss. 1. a m. 1. c *fessa* H. pro var. L. d *est* deest Ed. Sulp. Asc. Mic. e *frundibus* Ed. Ven. f *umbras* B. 1. Voss. 1.

Ep. 11. p. 785. Ita ad marginem libri sui BROUKHUSIUS.

127 QUISQUE TUETUR] Unusquisque, quia Caesar habebat judices Deos, per quos se defendebat; Pompejus vero Catonem. SCHOL.

128 PLACUIT] Cicero *melior ex caussa judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt.* IDEM.

128 VICTRIX &c.] Cicero pro Ligario c. 6. *Principum dignitas erat poene par: non par fortasse eorum, qui sequebantur: caussa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt.* Summis laudibus haec effert Chevreau Oeuvres Mel. p. 380. Valde elevat Bouhours Man. de Penser p. 5. Quidquid est, mihi Ciceronis effatum non paullo videtur sapientius. Philipp. XI. c. 13. extr. *In quo quid faciendum Dejotaro? quid omnino rectius fuerit dicere non est necesse: praesertim cum contra, ac Dejotarus sensit, victoria belli judicarit. quo in bello si fuit error, communis ei fuit cum senatu: sin recta sententia, ne victa quidem caussa vituperanda est. Catoni* hic est, quasi non inferiori ipsis Diis. Ita solebant Stoici, atque etiam non Stoici. Cicero in L. Pison. c. 9. *Alia enim caussa praestantissimi viri, Q. Metelli, fuit: quem ego civem, meo judicio, cum deorum immortalium laude conjungo.* Vid. ibi Nic. Haec ibidem BROUKHUS. Meliorem caussam attribuit noster Pompejo, ut passim, sic clarius Lib. VII, 349. X, 451. recte autem hunc locum exponit Scholiastes ad vocem *quisque tuetur*.

131 DEDIDICIT] Oblitus est, se esse ducem propter longam pacem, & est detractio Pompeji, ut in seqq. *longa dux pace solutus.* SCHOL.

131 PETITOR] Favorem populi amans Pompejus impendebat munera plebi, ut magis laudaretur. IDEM.

132 DARE] Est autem figura historica, ut sit Infinitivus pro imperfecto positus, hoc est, *dare*, pro *dabat*: quemadmodum & paulò post: *Impelli*, pro *impellebatur*. *Gaudere*, pro *gaudebat* &c. Et infra: *Ferre manum*, pro *ferebat*. *Parcere*, *urgere* &c pro *parcebat*, *urgebat*. MICYLL.

133 PLAUSUQUE SUI] Plausus genus est favoris, ut Virgil. *Ingeminant plausum Tyriique Troësque.* SUI. Ipse enim theatrum Romae fecit, quod Pompeji dicitur. SCHOL.

136 FRUGIFERO] Notandum à Lucano usurpari pro *fructifero*; in quod verbum saepe mutatum est. Vide Ill. Heinsium ad Eleg. de Nuce vs. 19. *Nos quoque frugiferae.* Seneca Cons. ad Helviam c. 9. *Frugiferarum arborum.*

136 QUERCUS] Pompejum *quercui* jam vetustae, *agro* vero Romam comparat, *silvis* duces Romanorum vel diversas gentes, quae Pompejo favebant, Julium vero comparat *fulmini*. SCHOL. Pari ferme similitudine Cicero VI. ad Attic. Ep. 6. Adde illud, *Pompejus eo robore vir, iis radicibus Q. Cassium sine sorte delegit* &c. BROUKH.

138 DONA] Est enim consecrata Jovi, ideoque plena donis. SCHOL.

141 ET QUAMVIS] *Et quamvis* M. Sc. duo. In vulgatis *sed qu.* BERSM. Ita melius quam *Et*. GROT. *At* scribitur in Vos. sec. a m. pr. 5 MSS. *sed.* cum Edd. plurimis. Ed. Ven. aliaeque *Et* cum 6 Codd. meis & 3 Pulm.

142 TOLLANT] *Tollent* Codex un. male. BERSMANN.

143 SED NON] Sensus est. Non fama, aut nominis splendore tantum nitebatur Caesar, sed re ipsa Imperator & invictus erat, ut qui nullis periculis, nullis laboribus frangeretur, ac cederet. MICYLL. *Tantum* ergo sumsit adverbialiter, ut etiam fecit Bersmannus. Mihi magis placet illo-

 tum.

Tot circum [a] silvae firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur. Sed non in Caesare tantum
Nomen erat, nec fama ducis: sed nescia virtus
Stare loco; solusque pudor non vincere bello.
Acer, & indomitus; quo spes, quoque ira [b] vocasset,
Ferre manum, & numquam temerando parcere ferro.
Successus urguere suos: instare favori
Numinis: inpellens quidquid sibi summa petenti

Variae Lectiones.

a *firmo silvae* Voss. I. b *vocaret* M.

rum expositio, qui *tantum* capiunt adjective. ut dicat, tantam rerum gestarum gloriam & famam ducis non quidem esse Caesari, quantam Pompejo; sed acriores spiritus &c. *Stare loco* ex Virgilio adumbratum est L. III. Georg. 84. *Stare loco nescit.*

145 Pudor. n. v. bello] *I. erubesceret, si sine proelio, quod cupiebat, inplesset: hoc est vel deditione vel foedere.* SCHOLIAST. Latius eadem haec de Caesare repetit Lucanus Lib. II, 440. &c.

146 Vocasset] *Tulisset* M. Sc. BERSM. Sic apud Ovidium Ep. XII, 209.

Quo feret ira, sequar.

Art. Am. II, 550.

Nec me quolibet ira ferat:

Noster vs. 491.

Quo quemque fugae tulit impetus.

Seneca Agam. 142.

Quocumque me ira, quo dolor, quo spes feret,
Huc ire pergam.

Val. Flacc. IV, 46.

- - - - queriturque tumentibus undis
Certa sequi quocunque ferant.

Sed vulgata lectio tamen non est sollicitanda. ut hic, ita apud Silium Italic. L. XII, 430.

Quo praeda vel ira vocasset.

& sic Ovidio fluctus *vocare* navem dicuntur, Rem. Am. 532.

Quoque vocant fluctus, hic tibi remus eat.

Adde L. VII, 815. Virg. Georg. II, 51. Sen. Oedip. 296. jungit utramque vocem Sabinus Ep. I, 92.

Et quocumque vocas fluctus & aura, feror.

Priore hemistichio utitur etiam Juven. Sat. 2, 77.

Acer & indomitus libertatisque magister.

147 Ferre manum] Legitur & *gradum*. SCHOL. *Voss. sec.* Pro *temerando* Omnibonus male legit & in Ed. Med. editur *temerato*. dein *urguere* non *urgere* Voss. sec. & Witt. uti in seqq. semper. recte. V. Drakenb. ad Silium Ital. L. VI, 265. Gifan. Ind. Lucret. Pier. ad Virgil. v. Aen. 502. Dausquej. in Orthogr. Cortium ad Sallust. B. Jug. c. 24. & alios. Vitiose in Marp. *vergere*. Sequentia hausit auctor ex avunculi sui Libro VI. de Benef. c. 31. *Divina atque humana impellentem, atque mutantem quidquid obstiterat*; ut monuit jam Rutgersius Lib. II. Var. Lect. c. 13.

151 Qualiter expressum ventis per nub. fulm.] Similitudo & haec ἄνευ ἀποδόσεως. Est autem In hac φυσιολογία fulminum. Nam in nubibus inclusos ignes fremere ac grassari perhibent, qui haec μετέωρα exquirunt. Incitatum autem illum, & impetu rumpentem nubes, quasi vibrari in terras, unde & haec Jovis tela à Poëtis vocantur. Translucens autem & veluti renidens in nubibus *fulgetrum* dicitur: sonitus vero *tonitru*. CAMERAR.

151 Fulmen] Tria sunt genera fulminis, sed minus afflatorium tantum; ut Virgil. *Ex quo me divûm pater, atque hominum rex Fulminis afflavit ventis*. Aliud, quod incendit. Tertium, quod transfigit. Item Virgilius. *Transfixo pectore flammas*. SCHOL. De variis fulminum generibus late egit Celeberr. P. Burmann. in Dissert. de Jove Fulgerat. c. 4. Pro *expressum ventis fulmen*, dixit Silius L. I, 254. *excussos ventorum flatibus ignes*. ubi vide.

153 Rupitque diem] *Per aërem transiit & variavit suo fulgore.* SCHOLIAST. Id est, perrupit, vel protulit lucem, cum hominum terrore, oculis offundens lumen, quod oblique constat intorqueri. CAMERAR. Lucem hic locus accipere potest è Lucretio L. VI. vs. 282.

Inde ubi percaluit vis venti, vel gravis ignis
Impetus incessit; maturum tum quasi fulmen
Perscindit subito nubem, ferturque coruscis

Omnia

Obstaret: gaudensque viam fecisse ruina.
Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Aetheris [a] inpulsi sonitu, mundique [b] fragore
Emicuit, rupitque [c] diem, populosque [d] paventes
Terruit, obliqua praestringens lumina flamma:
In sua templa furit; [e] nullaque exire vetante
Materia, magnamque cadens, magnamque revertens
Dat stragem late, sparsosque recolligit ignes.

Hae

VARIAE LECTIONES.

a *inpulsu* O. 1. A. b *pavore* B. 1. c *die* Ed. Ven. caret Amst. *rupitque diem pop. p. Terruit.* d *pavore* Voss. sec. W. e *nulla* A.

Omnia luminibus lustrans loca percitus ardor,
Quem gravis insequitur sonitus, displosa repente
Opprimere ut coeli videantur templa superne.
Inde tremor terras graviter pertentat.

& quae sequuntur.

154 TERRUIT] Notandum, hic à Lucano ita describi naturam fulminis, ut ea cum Caesaris indole, & gestis quadret: Quare dicit, fulmen tantum populos terrere, & simul eorum oculos leviter praestringere suo lumine, sed furere in sua templa, & ibi stragem late dare. Quod fecit Caesar, qui terrore afflavit quidem multas gentes, & levi damno belli affecit; sed praecipue illam fulmine suo percussit urbem, in quam destinaverat iram suam, Romam scilicet. Optime ad nostri mentem Seneca Lib. 1. de Clem. cap. 8. *Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius, quam nocent.* Quia vero simplicem populis fuisse terrorem à Caesare dicere non poterat, addit optime, *obliqua praestringens lumina flamma:* quod minime debet mutari in *culmina plaga.* Esset enim plane contra Lucani mentem, nec quidquam variant Codd. *Obliquam flammam* dat fulmini, quia oblique cadunt: hinc Seneca Consf. ad Marc. c. 18. *Miraberis obliqua fulmina & coeli fragorem.* Tragicus in Thyeste 358.

Quem non concutiet cadens
Obliqui via fulminis.

V. etiam N. Heins. ad Ovid. Ep. VI, 89. hinc vs. 527.

coeloque volantes Obliquas per inane faces.

154 PRAESTRINGENS] *Praestinguens* lego ex V. non *perstringens. praestringens* A. THEOD. PULMANN. *Praestinguens* h. e. obtenebrans. in Editis plerisque est *perstringens.* Msc. *praestingens.* Lucretius *Et omnes Praestinxit stellas exortus uti aetherius Sol.* BERSM. *Praestinguens* edidit quoque Grotius. 8. Codd. *perstringens,* unus *praestingens.* Sed duo veterrimi Voss. ut & quart. cum Ed. Veneta *praestringens.* Quod unice verum est. Passim autem haec vox in *perstringere, praestingere, praestinguere* est depravata. Vide Dempster. ad Rosinum p. 767. aliosque: unum instar omnium lege Doctiss. Drakenburg. ad Silium Lib. 1, 358. *praestringit lumina crine.* Ad Vellej. Lib. II. c. 118. *Omnemque animi ejus aciem praestrinxerat,* male quoque Acidalius vult *praestinxerat.* In Lucretii loco L. III, 1058. meliores Edd. *praestrinxit.* Eadem varietas apud Ciceronem de Senect. c. 12. *Mentis praestringit oculos.* recte apud Senec. Consol. ad Polyb. c. 31. *Fulgor ejus oculos praestringet.* item de Benef. L. VII. c. 9. unde patet ita etiam scribendum esse in c. 8. Consol. ad Helviam. *Stellas quasdam subito erumpentes, quasdam igne suo praestringentes aciem* &c. Vulgo *perstring.* Vegetius de Re Mil. L. I. c. 9. *Adversarii perstringit oculos.* Sed Leid. Cod. quem contuli, & MSS. quibus usus est Scriverius, ut patet ex ineditis ejus apud me commentariis, exhibent *praestr.* in Lutatii etiam Scholiis haec verba citantis vulgo legitur *perstringens* ad Statii Theb. 676.

Ac juvenem multo perstringunt lumine.

Verum notant Viri Docti illic quoque in MSS. inveniri *praestringunt.* Eadem variatio in MSS. Senecae Agam. vs. 534. Plura congerere possem. sed jam nimius sum. Quare desino, simul pronuncians, me non omnino ubique damnare *perstringere,* ubi nulla Msstorum reperitur varietas. De quibus forsan alio loco. Quod hic *praestringere oculos* dicit, effert Lib. VII, 154. hoc modo,

Inque oculos hominum fregerunt fulmina nubes.

155 IN SUA TEMPLA FURIT] In Coeli convexa. Haec enim sunt *templa Coeli,* &, cum nihil illi obstare possit, pergit & retorquetur, & dissipatam flammam conglobat. Quae omnia ita experimur atque videmus fieri. CAMERAR. In coeli templa seu aërem. Vide Varr. Lib. VI. de

Hae ducibus [a] caussae suberant: sed publica belli
Semina, quae populos semper [b] mersêre potentes.
Namque ut opes nimias mundo fortuna subacto
Intulit, & [c] rebus mores cessêre secundis,
[d] Praedaque & hostiles luxum [e] suasêre rapinae;
Non auro, [f] tectisve modus: mensasque priores
Aspernata fames: cultus gestare decoros

Variae Lectiones.

a *Suberant caussae* margo Bersm. *caussae, suberant* sed. ita distinguit Voss pr. b *misere* A. c *mores rebus* M. d hic versus deest in Ed. Rom. & Parm. e *suadere* A. f *tectisque* V. 1. a m. 1. O. 1. M. Ed. Br. aliaeque. V. ad L. II, 374.

de Ling. Lat. BERSM. Dubitant alii, an templa Jovis, an aërem intelligat. Scholiastes vero exponit *in aërem, inter nubes*; *ita Caesar in suam urbem furit.* Recte, ut patet ex loco paullo ante ex Lucretio adducto. De *templis coeli* vide Not. ad Lucret. L. I, 321, 1065. *in coeli templa volare.* Clarum id quoque ex illis, quae sequuntur: Si enim intelligeret aedificia manu structa, non potuit dicere *nullaque exire vetante Materia Dat stragem late.* Debuisset *multaque.* magis enim in terra faevit fulmen, ubi occurrit materiae, quae illi resistere & vetare conatur, quo minus exeat. Sed, ut dixi, intelligit de aere, ubi nulla ipsum impedit materia, quo minus decidat, & exiens & reverens stragem late det. Similem loquendi modum adhibet Lib. IX, 321.

Densis fremuit niger imbribus Auster
In sua regna furens.

Praeterea autem cave, lector, ne *terruis* mutes in *terres &*, quia aliter videtur deficere copulativa conjunctio. Passim ita sine copula solet noster. V. vs. 141. Lib. IV, 458. VII, 373. VIII, 665. IX, 25, 56, & saepissime.

156 Revertens] Redire dicitur fulmen, unde descenderat, ignem quoque resumens; quia dum iterum nubes coëunt, quae prius fulmine disruptae erant, quasi fulmen redire videtur. SCHOL.

158 Caussae] Quia alter alterum dignitate praevenire cupiebant. SCHOL.

158 Hae ducibus caussae suberant] Post expositas causas aliquot singulares hujus belli, nempe dissidii inter Duces, & quae adjunxit, nunc generalem quandam omnium malorum causam recenset, quae est, quasi materiae praeparatae ad illos tam vehementes motus, & quae non solum idonea esset ad mutationem, sed hanc etiam arcesseret atque expeteret. Haec est una omnibus temporibus, & ubique, morum corruptio, & dissolutio disciplinae. Neque aliud unquam factum fuit, neque fiet. Quamvis cursus rerum varientur, id est, aliter atque aliter haec accidant. Nam labefactatis quasi fundamentis rerum communium, quae stabiliuntur virtute & fide, necessario illae ruunt, & evertuntur. Quomodo vero? Vitiis & levitate hominum. Inter quae fieri nequit, quin existant dissensiones & seditiones, & studia partium, invalescentibus cupiditatibus malis, & repellente studio rerum privatarum curam reip. quorum omnium & fons unus est, & progressiones eaedem, luxus & avaritia, id est, vita voluptatibus dedita, & harum materiam undique conquirens. In hac enim & communis generis, & civilis societatis, & sanguinis etiam, ac aliarum necessitudinum vincula dissolvuntur. Atque haec secundum Thucydidem, & fiunt, & futura quidem sunt semper, donec haec conditio & natura hominum manserit. Vehementius autem & remissius & diversis modis accident, pro eo atque eventuum mutationes extiterint. CAMERAR.

163 Auro tectisve] Quidam haec exponunt per ἓν διὰ δυοῖν pro *auratis tectis.* Sed rectius alii capiunt *auro* de auro facto sive vasis aureis, Horat. L. IV. O. XI. *Ridet argento domus*, & Cicero in Catilin. 2. In Digestis saepe fit mentio de *auro, argento legato.* Clare infra L. X, 18, 156. Quae explicatio si cui non satisfaciat, probabit certe ingeniosam familiaris mihi juvenis P. Orvilii, Mercurio simul & Musis felicissime operantis, conjecturam. *Non hortis tectisve m.* Nemo nescit, quantopere Romani hoc tempore insaniverint in exstruendis villis & hortis. Vitium esset natum ex scribendi more. *Ortus* enim, non *hortus*, exaratur in membranis vetustissimis.

163 Mensas] Phil. Beroaldus Syll. 2. p. 215. T. I. Thes. Crit. putat à Lucano hic designari *mensas Citreas*, de quibus Lucanus agit Lib. IX. non vero loqui eum de cibis. Qua in re me dissentientem habet; quo enim aliter pertinent verba *aspernata fames*: nisi ad cibos. jam vero *men-sa*

Vix nuribus, rapuêre mares: fecunda virorum
Paupertas fugitur; totoque arcessitur orbe,
Quo gens quaeque perit. tunc longos jungere [a] fines
Agrorum, & [b] quondam duro [c] sulcata Camilli
Vomere, & [d] antiquos Curiorum passa ligones,
[e] Longa sub ignotis extendere rura colonis.
Non erat is populus, quem pax tranquilla juvaret,

Quem

VARIAE LECTIONES.

a *funes* B. 1. b *condam* Ed. Rom. c *calcata* B. margo. d *antiquas* H. e *longaque* A.

sa pro cibis in mensa passim. unde *prima* & *secunda mensa*, apud Ciceron. Nepot. & alios.

165 NURIBUS] Bene *nuribus*, *quia istae ambitiores vestes habent*, *propter aetatem*. SCHOL. Notantur scilicet hac voce juvenes feminae. Ovid. 11. Metam. 366.

- - - *nuribus mittis gestanda Latinis.*

& saepe. V. Servium de hoc loco ad Aen. 11, 501.

165 FECUNDA VIRORUM PAUPERTAS] Id est, ferax seu fertilis in hoc genere producendi viros fortes. Encomium paupertatis etiam extat in Pluto Aristoph. CAMERAR. Palladas:

[illegible] πενίην μητέρα σωφροσύνης.

GROT. ex Ed. Tert.

166 ARCESSITUR] *Arcessitur* Msc. duo & aliquot Editi. h. e. abigitur. Alii *accersitur* h. e. advocatur, importatis luxuriae instrumentis. BERSM. Ubique vero jam viri docti monuerunt ex vocis analogia & Mstorum auctoritate semper scribendum esse *arcessere* pro advocare, non *accersere*. quare hic nihil amplius addam, nisi quod hoc loco *arcessitur*, ut jam restituimus, legatur in omnibus Edd. Sulpitio prioribus. MSS. hic & in seqq. variant.

167 QUO GENS QUAEQUE PERIT] Divitiae, quae sunt fomenta cupiditatum non necessariarum. Irritamenta malorum opes Ovidius appellat. Phocyl. autem *χρυσὸν διαφθόρον*. Et in Scholio Timocreon execratur *τὸν πλοῦτον*, & addit *διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά*. Eaedem indicantur ferme caussae malorum à Salustio in Jugurth. Mos, inquit, partium popularium, & senatus factionum, ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis Romae ortus est, otio atque abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populus & Sen. Rom. placide modesteque inter se rempublicam tractabant, neque gloriae neque dominationis certamen inter cives erat, metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat, sed ubi illa formido mentibus discessit, scilicet ea, quae secundae res amant, lascivia atque superbia incesserunt. CAMERAR.

167 TUNC] *Tunc* MSS. tria. in Editis est *tum long.* BERSM. *Cum* Ed. Ven. Br. Med. *tum* 2. ex nostris.

169 CURIORUM PASSA LIGONES] Et virtute, & rebus gestis, & parsimonia in victu & cultu celeberr. Furius Camillus & Manius Curius, quorum alter à Gallis patriam recepit, alter Samnites & Sabinos devicit. CAMERAR. *Curionum* Msc. tria male. BERSM. Ex nostris etiam 6, & Ed. Parm. Ald. & Hortens. *Curionum* vitiose.

170 LONGA SUB IGNOTIS EXTENDERE RURA COLON.] Non jam paucis, ut septem, jugeribus contenti, sed extendentes eo usque agrorum terminos, ut ad ignotos sibi colonos pertingerent. Vel vere immensas cupiditates notans, hoc Poëta dixit, vel *ὑπερβολικῶς* infamans. CAMERARIUS. Glareanus ipse quoque, ut alii interpretes, hoc in versu mirè se torquet. *Obscurus hic est sermo*, inquit, *si diligenter consideres. Neque enim longa rura erant, dum Camillus araret, aut Curius. Sed id dicere vult, quae brevia olim erant arva, jam longa fiebant, adjectione identidem plurium aliorum agrorum. Sed & illud sub ignotis colonis.* Sulpitius exponit per accusativum. *Dilatabant*, inquit, *usque ad distantes, & ignotos agricolas eos agellos, in quibus Camillus araverat, & Curius foderat, qui illis contenti fuerant, censentes perniciosum esse, cui septem jugera non satis essent.* Badius. *Extendebant*, inquit, *sub colonis ignotis, quia barbaris dederant colendos, recipientes ab eis fructum, aut usque ad ignotos colonos.* Quibus verbis posterioribus, declinat ad Sulpitii expositionem. Quae si vera esset, haud dubiè poëta *sub ignotos colonos* in accusandi casu & ipse dixisset, latinitate, & carmine salvis. Itaque Badii prior expositio verbis poëtae aptior, Sulpitii autem sensui, quem poëta prioribus subjicere destinabat,

Quem sua libertas inmotis pasceret armis.
Inde irae faciles, &, quod suasisset egestas,
Vile nefas: magnumque decus, ferroque petendum,
Plus patria potuisse sua: mensuraque juris
Vis erat: hinc leges, & plebis scita coactae;
[a] Et cum Consulibus turbantes jura Tribuni:
Hinc rapti [b] pretio fasces, sectorque favoris

Ipse

Variae Lectiones.

a *Hinc* B. 1. b *fasc. pr.* H. O. 2. Z.

nabat, magis accommoda. Lectori sit integrum, quod sequatur: nam ego planè haereo. Haec Henricus Glareanus, cujus judicium, omnium antepono censuris, & virgulis. Nunc, ut liceat cum omnium interpretum venia, citra reprehensionem cujusquam, candidè id, quod ego sentiam, adjicere, ita sincerus lector accipiat, ut à me nihil aliorum, vel infirmetur, vel à me affirmetur, sed in medio judicium ponatur emunctae naris lectori. *Longos jungere fines*, agros agris, villas villis jungebant, ut vicinum non paterentur, ut vicinos colonos cogerent sua praedia ipsis oportuna divendere. Porrò autem *longa rura* Camilli, & Curii extendere, dixit, pro eo quod est, modica illa, & tenuia septena jugera, quibus erant contenti, *longè* extendebant, ut nomen positum sit, pro adverbio. Per Curios, & Camillos intelligit, continentes, & frugales omnes veteres Romanos, duorum illorum similes. Crescentibus opibus, ac luxu, totam ferè Italiam suae ditionis fecerant locupletes illi Crassi, & Croesi. Sub ignotis colonis, extendebant modica rura Camilli, & Curii. Praeter superiorem, haec expositio fortassis nonnihil quadret: ut intelligantur, praeter angusta in Italia praedia, etiam primae nobilitatis homines, in provinciis sub ignotis colonis, extenderint, sive locupletarint. Lucullus, non tantum intra urbis moenia sumptuosissimos hortos habebat, verumetiam in agro Thusculano, circa Neapolim, totaque ora Campaniae adeo superbè in suis agris aedificarat, ac sumptuosè, ut à Tuberone, quae Stoicae disciplinae sectator erat, Xerxes togatus facetè fuerit appellatus. Atqui ita alii aliis in locis toto orbe agros sub ignotis colonis possidebant. Sed haec expositio fuerit fortasse coactior. HORTENS. Per *ignotos colonos* intelligit ergastularios servos, alienigenas plerumque & à longinquo coelo, ut optime Lipsius Lib. 11. Elect. c. 15. Quod vidit etiam quodammodo Scholiastes dicens, *prae multitudine colonorum ait ignotis colonis, vel ignotis & captivitate abductis.*

172 Armis] Male Hortensius edidit *arvis*, explicuitque *neglectis agris*. Dicit Lucanus, populum Romanum non potuisse libertate sua tranquillo otio & in pace frui sine armorum cupiditate.

173 Egestas] Illis videbatur vile nefas, si debuissent exspectare, donec egestas cogeret, sed ante capiebant. Et hinc est illud, quod suadere deberet egestas, & non avaritia; id est, furtum, quod saepe paupertate cogente admittitur: unde dixit *Vile.* quod non creditur periculosum, quia à vilibus committitur. SCHOLIAST. *Sulpitius* inquit, egestas, id est, concupiscentia, quae animos facit egenos. *Badius* autem illud, vile nefas, quod egestas suasisset, id est, quod aliquis propter egestatem attentasset. neutrius expositio mihi placet. Sed puto eum hoc velle dicere, id quod egestas, sive paupertas, probis viris suadet videlicet sobrietatem, continentiam, parsimoniam, nec plus velle insumere, quàm vectigal ferre posset, id, inquam, vile nefas illis visum est. Contrà verò, potuisse plus patria (hic verò mire tangit Caesarem, quod & *Sulpitio* hoc loco placuit) hoc demum visum ingens decus: & (si nequeas aliter) vel ferro petendum. *Badius* neutrum intellexisse videtur. GLAREAN. Aut etiam revera egestas, ut ad aes alienum respiciatur, quo multi illis tùm temporibus oppressi, ad res novas subinde respiciebant, neque ab ullo scelerum genere abstinebant, Catilina, Cethegus, & similes. MICYLL. Quicquid, inquit, animo cupido atque egenti collibuisset, hoc aggredi tum audebant, & leve atque facile judicabant. Vel potius κατ' ἀντίθεσιν, ea peccata, quae a tenuioribus atque egenis designarentur, futilia & nihili esse censebant, & despiciebant; aggrediebantur autem memorabilia & ingentia, & quorum essent precia grandia. CAMERAR. Rectius *Beroaldus*; ad evitandam paupertem nullum scelus recusassent; Ita Horatius; *pau-*

pe-

Ipse sui populus; letalisque ambitus [a] urbi,
Annua venali referens certamina campo:
Hinc usura vorax, avidumque in [b] tempora foenus,
Et concussa fides; & multis utile bellum.
Jam gelidas [c] Caesar cursu superaverat Alpes;
Ingentesque animo motus, bellumque futurum
Ceperat. Ut ventum est parvi Rubiconis ad [d] undas,

In-

VARIAE LECTIONES.

a *urbis* H. b *tempore* vulgo. c *cursu Caesar* margo Bersm. d *undam* V. 1.

periet jubet quodvis facere & pati, Dicit ergo Lucanus illis non habitum fuisse scelus, vel saltem vile neque puniendum, quod admittebant ex egestate vel inopia.

175 MENSURAQUE JURIS] Ut Sallustius in Historia; *Et relatus inconditae olim vitae mos, ut omne jus in viribus esset.* SCHOL.

PLEBISCITA] *Lex* Senatus decreto fit & populi voluntate. *Senatus consultum* per Senatores fit, *Plebiscitum* à populo. SCHOL. Leges tamen propriè erant, quae a Coss. & Senatu ferebantur, Plebiscita, quae à Tribunis. MICYLL. Duabus vocibus haec exhibent Voss. & Reg. primi veterrimi *plebis scita.* Voss. sec. *plebi scita. plebis scita* proponebat legi posse Celeb. Salmasius p. 892. Exerc. Plin. & ab ea lectione non alienus fuisse videtur J. G. Vossius de Constr. c. 4. ut *coactae* referatur, non ad *leges* & *scita*, sed ad *plebis*. Verum, praeterquam quod Priscianus L. XVII. c. 1100. vulgatum retineat & explicet, multisque exemplis hoc loquendi genus comprobaverint ipsi illi viri docti, aliique (Vide ad J. Obsequent. c. 79. *Coelum ac terra ardere visum*) ipse Lucanus nos docere potest, se *coactae* non junxisse τῷ *plebis*, sed *leges* & *scita*. Ita enim vs. 277. *bello leges siluere coactae.* Quare si malis *plebis scita* distinctis vocibus scribere, per me licet; modo *coactae* non ad *plebis*, sed ad *leges* & *scita* referas. *coacta* Edd. quaed.

178 SECTORQUE FAVORIS] I. e. venditor. unde qui proscriptorum bona vendunt vel emunt, *sectores* appellantur. SCHOL. Hoc est, auctionator ac venditor proprii favoris erat, quod tunc suffragia populi per ambitum & largitiones à potentibus redimebantur. MICYLL.

181 USURA] *Sulpitius*, differentiam inter foenus, & usuram hanc dicit esse. Usura est, inquit, primum illud lucrum, ex pecunia credita: foenus autem, si statuto die non reddatur, duplum, aut quadruplum solvas: estque usura usurae. Haec ille: Miror planè, sitne differentia haec vera, tum quo authore haec ille scripserit. Calepinus hunc citat locum, in dictione *foenus*: sed nulla commemorata differentia. Certè poeta ipse utrunque nomen in malam excipit partem, utcunque de eo distinguant Juris periti. GLAREAN.

181 IN TEMPORE] Voss. pr. sec. quart. & quint. a m. 1. item unus Pulm. *in tempora.* quod melior sensus exigere videtur. Quo enim diutius foenus manet, eo magis homines foenori pecuniam habentes, exeduntur; *quia de die in diem augetur usura*, ut notant Scholia. Non dissimile est illud ex Lib. v, 621.

- - - - *lassatum in secula fulmen.*

Ovid. Art. Am. 1, 445. *Spes tenet in tempus. Avidum foenus* dixit quoque Arnobius L. II. p. 72.

182 ET MULTIS UTILE BELLUM] Per has cupiditates, & talia studia devenitur tandem ad bellum. Cum enim improbi in pace se dignitatem suam tueri, aut omnino stare non posse vident, turbant atque miscent omnia, atque ita tandem falsa opinione utilitatis ad arma devenitur. CAMERAR.

183 JAM GELIDAS CAESAR CURSU SUPERAVERAT ALPES] Post quaedam quasi prolegomena, quibus causas, clades, immanitatem, quandam etiam veluti informati tamen belli civilis materiam, & naturas, ingenia, conditionem ducum exposuit; pergit institutam narrationem prosequi, Hinc igitur jam Caesar irritatus adversatione Pompeji, & partium, & metuens, ne adversariae factionis potentia opprimeretur, facere aliquid audacter, quam indignè pati, maluit. Improbè quidem & periculosè, & in eventu & praeclarè & memorabiliter. Nam ut Salustius inquit, *bono quidem vinci melius est, quam malo more injuriam vincere.* Et magnae tamen naturae, quales divinitus excitantur temporibus fatalium mutationum, ruunt in omnia, neque defensionem faciendorum,

D 2

Ingens visa duci patriae trepidantis imago,
Clara per obscuram vultu ª moestissima noctem,
Turrigero canos effundens vertice crines,
Caesarie lacera, nudisque adstare lacertis,
Et gemitu permixta loqui: Quo tenditis ultra?
Quo fertis mea signa viri? si jure venitis,
Si cives; hucusque licet. ᵇ Tunc ᶜ perculit horror
Membra ducis, riguêre comae, ᵈ gressumque coërcens
ᵉ Languor in extrema tenuit vestigia ripa.
Mox ait: O magnae qui moenia prospicis urbis

Tar-

VARIAE LECTIONES.

a *&* *m.* W. b *tum* MSS. 7. c *protulit* Ed. Ven. *permulit* H. d *gressusque* V. 1. e *Langor* MSS. 5. & Edd. VV.

dorum, sed factorum quaerunt. Caesarem etiam, Cicero scribit, Euripidis versus de Phoenissis semper habuisse in ore, quibus se, quasi leo, flagello caudae se extimularet, ad illud regni appetendi facinus. Cum autem in hoc viro & prudentia summa, & maxima humanitas fuerit, aliter fieri non potest, quin ejus facinoris, quod moliretur, & magnitudo & species turpitudinis obversaretur animo, & ad quandam illum dubitationem impelleret. Cum qua maxime fertur ad Rubiconem fluvium vicinum Arimino conflictatus, quod sciret, si legiones armatas transduxisset, sibi, ut hosti, deinceps pergendum esse. Sed vicit animus cupidus atque audax; itaque, ut coeperat, copias trajecit, cum quidem diceret, se eventum permittere fortunae, & jactam esse aleam. Monstra etiam quidam tum observata fuisse retulerunt, ut speciem cujusdam humana statura augustioris, qui tubicini tubam ademerit, & inflaverit τὸ διαβατήριον. Sed dubitationem Caesaris Lucanus Poëtica προσωποποιΐᾳ, Patriae expressit, sublevans factum Caesaris utcunque, quod significare vellet, ipsum hoc Caesarem studuisse perficere, ut justa ad arma & necessitate ad bellum adactus videretur, ut demonstrare ipse in commentariis ubique conatur. CAMERAR.

183 CURSU] *Cursum* posuit ad ἔμφασιν, cum vix in Alpibus ambuletur. Sic Virgilius de Hercule, *Aërii cursu petit ardua montis.* *Alpes* Lingua Gallorum alti montes dicuntur. Sunt montes, quibus Gallia ab Italia separatur occupati semper ventis & nivibus, ideo *Gelidi.* SCHOLIAST. Sequenti versui geminus plane locus est Ovidii L. I. Metam. 166.

Ingentes animo & dignas jove concipit iras.

185 CEPERAT] Sunt tamen, qui tradant bellum civile multo ipsum antea concepisse, ex quo quaestor in Hispania, visa ad Gades Magni Alexandri imagine, ingemuerat, quòd ipse ea jam aetate, qua Alexander orbem terrarum subegisset, memorabile nihil egisset, & cum nocte proxima visus esset per quietem matri stuprum intulisse, conjectores arbitrium terrarum orbis sibi portendi responderant: quando mater sibi subjecta, nil aliud esset, quàm parens omnium terra. SULPIT. Hoc somnium Plutarchus visum esse Caesari dicit, proxima nocte, antè quàm Rubiconem transiret. MICYLL.

185 RUBICONIS] Rubico fluvius est limes Galliae & Italiae, sed Galliae togatae. Fluvius à lapidibus rubris dictus. SCHOLIAST. V. Briosii Epist. p. 135.

186 TREPIDANTIS IMAGO] Ideo simulacrum Romae se Caesari obtulit, antequam Rubiconem transiret, quia mos Romanis erat, ut, cum victores ab aliis revertebantur gentibus, ibi milites in domibus suis cum signis absolverentur. Illi vero soli absque bandis Romam intrabant. Quod Caesar facere noluit, nisi cum bandis. unde & *trepidantem* patriam dicit. SCHOLIAST. Nota hic *banda* pro signis militaribus. de quibus v. Vossium de Vit. Serm. & Du Cange in Glossario Latin. Med.

188 CANOS] Propter nobilitatem. ut Virgil. *Cana fides.* SCHOL. Melius Servius ad Virg. Aen. VIII, 33. explicat hinc locum Lucani dictum *ad reverentiam.*

190 ULTRA] Male edidit Hortensius *inquit*, quod unde habeat, nescio.

192 HUCUSQUE] Ut veniatis armati. SCHOL. Praeterea ne transiret Caesar, cautum erat per

Se-

Tarpeia de rupe, Tonans, [a] Phrygiique penates
Gentis Iüleae, & [b] rapti secreta Quirini,
Et residens celsa Latialis Juppiter [c] Alba,
Vestalesque foci, [d] summique ô numinis instar
Roma, fave coeptis: non te furialibus armis
[e] Persequor: en! adsum victor terraque, marique
Caesar, ubique tuus, (liceat modo) nunc quoque miles.
Ille erit, ille nocens, qui me tibi fecerit hostem.
Inde moras solvit belli, tumidumque per amnem
Signa tulit propere. sic cum squalentibus arvis

Aesti-

VARIAE LECTIONES.

a *frigii* MSS. 6. & Ed. Ven. b *raptis* R. 1. c *Aula* Voss. pr. d *summi quoque* Edd. Br. Med. *o* deest in A. & Ed. Ven. *summi qui n.* B. 1. e *prosequor* M.

Senatus consultum, columnae inscriptum ad Amnem Rubiconem. quod vide in notis Hortensii.

193 MEMBRA DUCIS] Celeberrimus Burmannus mavult hic scribere *duci*, & Lib. VII, 318.

- - - - - - - - *caedere quisquam*
Hosti terga velit, non *hostis*.

Sane sic noster ipse Lib. VII, 7.

At non felicis Magno pars ultima vitae.

ubi Edd. quaed. & MSS. *magni*, aliisque locis apud nostrum haec conturbantur, ut tum monebimus. De hac autem constructione late ipsum disputantem consule ad Ovidium Lib. VI. Metam. 659.

- - - - *caput Philomela cruentum*
Misit in ora patri.

196 TARPEIA DE RUPE TONANS] Περίφρασις Jovis Capitolini. CAMERAR.

166 PHRYGIIQUE PENATES] ἀπενδοχὴ Virgiliana ex III.

Effigies sacrae divûm Phrygiique Penates,
Quos mecum à Troja mediasque ex ignibus urbis
Abstuleram. CAMERAR.

197 IÜLEAE] Bene ait Iüleae, quia & ipsorum genus ab Aenea descendit, & Venere. unde Virgilius. *Julius à magno demissum nomen Iülo.* SCHOLIAST.

197 SECRETA QUIRINI] Romulum dicit, qui raptus à Palude Capreae Deus factus est. Bene *Secreta* dixit, quia subito nusquam comparuit. SCHOLIAST. Addunt amplius Scholia in Cod. Ampl. Wittii haec. *Asserit vero* Solinus in Collectaneis (V. praefat. Solini) *quod apud Capreae paludem nonis Quintilibus comparere desiit.* Sunt ipsa verba Solini c. 1. Salmasius autem edidit *apparere.*

198 ET RESIDENS CELSA LATIALIS JUPITER ALBA] Latialis Jupiter, cui feriae Latinae institutae, & visceratio celebrabatur. CAMERAR. Quia praeest Latio, ut Tullius pro Milone. *Et tu de monte tuo edito Latialis Sancte Juppiter.* SCHOLIAST. Ciceronis locus est c. 31. ubi Gruterus aliique ediderunt *Latiari*, alii *Latiaris.* Vide ad illum locum. Hic etiam à prima manu in Witt. Cod. videtur fuisse *Latiaris.* Saepius scilicet haec commutantur. Sic in Sidonio Apoll. Lib. IV. Ep. 3. Sirmondus edidit *Latialiter.* Carm. XXIII, 235. vero *Latiariter.* plura vide in Epist. 4. J. F. Gronovii ad N. Heinsium à Cl. Burm. edita. *Latiale caput* vs. 535. sed & illic in Illustr. Viri Bouhurii membranis *Latiare.*

202 MILES] Post *miles*, distinguendum, ut per epanalepsim sequens versus incipiat, quod & *Sulpitio* placuit, & *Badio.* Sed & vero *miles*, & verò *liceat modo*, ego simpliciter intelligo. Tametsi *Sulpitius*, Miles (*inquit*) hoc est, si liceat ex Imperatore, miles evadam, quasi non etiam, militare Imperator dicatur. Et Badius verò *modo liceat*, per Pompejum: quum potius, per te, ô Roma, exponi possit. GLAREAN.

202 NUNC QUOQUE MILES] Vult enim deponere potestatem; sed Pompejus prohibet, quia eum non sinit triumphare, & esse privatum. SCHOLIAST.

203 ILLE ERIT, ILLE NOCENS] Repetitio est affectus, ut:

Me me, adsum qui feci, in me convertite ferrum.

Et in Tragoed. frequentissima, & à Comico exagitata. CAMERAR. V. Glar.

203 HOSTEM] Hostis esse nollem, sed cogor ab alio, à quo mihi meriti honores negantur. SCHOL.

Aestiferae Libyes viso Leo comminus hoste
Subsedit dubius, totam dum colligit iram;
Mox ubi se laevae stimulavit verbere caudae,
Erexitque jubam, & vasto grave murmur hiatu
Infremuit: [a] tum [b] torta levis si lancea Mauri
[c] Haereat, aut latum subeant venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit.

Fonte

VARIAE LECTIONES.

a *tunc* Voss. pr. Reg. pr. H. *dum* Ed. Rom. Parm. & Ald. b *tota* H. c *Haeserit* M.

205 SIGNA TULIT] Grotius edidit *movet*; at nihil monuit, quare id fecerit. Habent autem ita R. Steph. variantes LL. at omnes Vossiani, Regii, aliique cum Edd. *tulit*. quod majorem rei peractae celeritatem notat. Utraque locutio frequens est apud nostrum. vs. 191. *Quo fertis mea signa viri.* vs. 395. *Motis signis.* 422. *Signa movet.* Vide tamen Serv. ad Virg. Aen. XII, 6.

205 SICUT SQUALENTIBUS ARVIS AESTIFERAE LIBYES VISO LEO] Exprimere voluit similitudinem Homericam λ, ε. quam admirati fuere omnes eruditi.

Ὥςτε λέων ὡς εἶπεν. &c.

CAMERAR. *Sic cum squalentibus* M. Sc. & alterum *sic in.* plerique impressi *sicut*. BERSM. Omnes editi ante Bersm. *sicut* cum Voss. pr. Witt. & 4 aliis. *sic cum* Regius uterque, Marp. & Voss. sec. à m. 1. a m. sec. *Sic in* cum Voss. quint. non male. *Sicut* possumus etiam retinere: modo dividatur in *sic ut*.

206 AESTIFERAE] Quidam *Pestiferae*. Nihil mutandum. *Aestiferae* legit quoque Valer. Probus c. 1446. Ed. Putsch. Frequenter etiam hoc epitheton & naturaliter adhaesit huic regioni. Vide Cl. Drakenborg. ad Silium Ital. L. I, 194.

Aestifero Libye torretur subdita cancro.

ubi eadem est varietas. inf. L. IX. *Ardens Africa.* Rutil. L. I, 60. *Flammiferae Libyes arenae.* Claudian. II. Cons. Stilic. 332. *Libyae flagrantibus oris.*

207 STIMULAVIT] Bene *stimulavit*. Aculeum enim in cauda habere dicitur. SCHOL.

209 EREXITQUE JUBAM &c.] Ita ex duobus manuscr. correximus: in aliis erat, *Erexitque jubas, vasto & grave.* Virgil. XII. Aen.

Poenorum qualis in arvis Saucius ille gr. &c.

BERSM. ut correxisse se ait Bersmannus, jam legitur in Edd. Ven. Br. Med. Ascens. Sulpit. & Micylli, habentque octo ex nostris & 3 Pulm. Vitiose Ed. Rom. *E. jubas & v. grave m. h.* At in duobus vetustissimis Voss. & Ill. Bohurii Cod. scribitur *Erexitque jubas, & vasto murmur hiatu.* Exhibetur in Voss. quart., cui tamen vox *grave* erat suprascriptum, & in Marp. *E. jubam & vasto murmur hiatu.* neglecta forsan bene ellipsi, de qua infra dicemus. Nihil temere muto. In Oxoniensi sec. deest *est*.

210 LEVIS] Volunt hic *ταπείνωσιν* factam, quia *levis* dixit. Sed epitheton est Maurorum, qui leviter armati, veloces & celeres habentur. SCHOL.

212 SECURUS VULNERIS EXIT] Imitati sunt nostrum & Senecam Agam. 673. *Secura metus Troia pubes*, Valerius Flacc. Lib. III, 479. *tantae molis securus.* L. III, 429. IV, 201. *It tanti secura metus.* Statius Lib. VIII. Theb. 268. *tantique maris secura juventus.* Silius X, 300. *securus caedis. Exire per ferrum* Lucanus habet à Seneca L. III. de Ira c. 3 *Gaudent feriri, & instare ferro, & tela corpore urgere, & per suum vulnus exire.* quod notavit etiam Doct. Drakenb. ad Silium L. X, 2.

Ceu fera, quae telis circumcingentibus ultro
Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.

Adducitque hunc locum Servius ad expositionem Virgil. L. XII. Aen. 6.

Tum demum movet arma leo, gaudetque comantis
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento.

214 PUNICEUS] *Puniceum* autem vocare videtur à colore, quem à terra, per quam labitur, contrahit. Unde & nomen *Rubiconis* idem accepit. MICYLL. Alludit ad *ἔτυμον Rubicon.* quod à rubro ductum videtur colore, quem amnis contrahit à terra illius regionis. Msc. *Pumiceus*. BERSM. *Pumiceus* etiam unus Voss. sed male. Certissimum puto hoc epitheto auctorem lusisse ad etymon vocis Rubiconis, de quo v. ad vs. 185. Id clarissime patet ex frequenti Lucani consuetudine in propriis describendis nominibus. De pluribus exemplis en tibi, lector, pauca. Lib. III, 281. *Hinc fortis Araxes.* ita enim scribendum esse suo loco docebi-

Fonte cadit modico, [a] parvisque inpellitur undis
Puniceus Rubicon, cum fervida canduit aestas:
Perque imas serpit valles, & Gallica certus
Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.
Tunc vires praebebat hiems, atque auxerat undas
Tertia jam gravido [b] pluvialis Cynthia cornu,
Et madidis Euri resolutae flatibus Alpes.

VARIAE LECTIONES.

a *parvis* A. b *pluviali* B. 1.

cebimus. L. vi, 307. *Nec tenues ventos suspirat Anauros.* Ibid. vs. 674. *Non puppim retinens &c. In mediis Echeneis aquis.* Saepius Lib. ix. Sic vs. 726.

In vacua regnat Basiliscus arena.

Adde S. Bochart. iv. Phaleg. c. 33. L. 1. Chan. c. 34. Ceterum pro *Rubicon* monet Cl. Drakenburg. in quibusdam MSS. à N. Heinsio collatis scribi *Rubico* ad Silium L. xvi, 335. ubi vide, quos super hac re laudat; iisque adde If. Vossium ad Melam p. 132. Gebhard. ad Nepot. Alcibiad. c. 10. ubi MS. Leid. etiam *Laco.* sic in duobus Voss. Cod. *Agamemno* apud Quinctil. L. iii. Inst. Or. c. 11. & passim.

216 LIMES] Naturalis scilicet & vetus. nam postea Cisalpina Gallia Italiae annexa est. quod recte adducto hoc loco observat Servius ad Virgil. Aen. L. i. vs. 5. Hinc Vibius sequester. *Rubicon Galliae juxta Ariminum olim dividens Galliam ab Italia*, & passim auctores. V. Cluver. Ital. Ant. p. 296. Barth. ad Claudian. Epist. v. ad Gennad. 1. & ad nostrum vs. 404.

Finis & Hesperiae promoto limite Varus.

217 TUNC] *Tunc* Msc. alii *tum*. BERSM. *Tunc* ediderunt jam Veneti & Taberius in Ed. Br. & Med. scripti tres *tum*.

217 AUXERAT] Haec duo carmina, sunt declarativa praecedentis carminis, videlicet tum fuisse hyemem & aucta flumina. Non autem intelligendum, Alpium nives auxisse undas Rubiconis, ut *Badius* exponit. Longè enim absunt Alpes, nisi enim quis poëtam Apenninum per Alpes intellexisse contendat, quod ego non credo. GLAREAN. *Hauserat* M. Sc. Recte. quia sequitur *gravido cornu* h. e. pleno aquis. in aliis omnibus est *auxerat*. BERSM. *Auxerat*. sic omnino legendum, non *hauserat*, quod esset, ad se traxerat. Caussas enim explicat, cur Rubico solito esset aquosior, longos imbres, & nives Alpinas. GROT. Recte vulgatam lectionem recepit Grotius, quam confirmant Codd. mei omnes. Contra pro *hauserunt* vitiose in quibusdam Codd. est *auxerunt* Lib. iii, 577. & alibi. Male autem post *undas*, distinguit Glareanus existimans, sequentes duos versus tantum esse descriptionem hyemis, & veras Alpes intelligi. Sed falsum est, Alpes hieme liquescere. quod non fit, nisi exacto vere; immo, ut multi tradunt, sub Canis ortu. Sub generali nomine *Alpium* intelligit *Alpes Appenninos*, sive Appenninum, qui ita continuus est Alpibus, ut sit quasi unus & perpetuus Mons. Tolerabiliore *ἀκυρολογίᾳ*, quam qua alii *Pyrenaeos* montes vocarunt *Alpes* (Vide ad Obseq. c. 103.) Adeat Lector Cluverium in Italia & Geographos, qui de Alpibus, Pado Fl. & Appennino scripserunt.

218 TERTIA JAM GRAVIDO PLUVIAL.] *Χρονογραφία*, & descriptio trajectionis. Et confirmatae audaciae, ac consilii destinati de occupanda urbe indicatio. CAMERAR.

218 TERTIA] Ut hoc loco Sulpitius tertiam Cynthiam, pro tertio die ab interlunio exponit, quòd, ut ipse ait, eo die majores plerunque imbres esse solent: Ita rursum Omnibonus tertiam Cynthiam, de tertio mense dictum accipit, quasi poëta tribus jam mensibus pluviam jugem fuisse significet. Sed quid si intelligas jam tribus diebus continuis pluisse? ut tertia non de ordine tantùm, sed & de numero accipiatur: & gravido cornu, exponas pleno. Tunc enim cornua lunae potissimùm implentur, cùm ad plenilunium ipsa accedit. MICYLL. Luna tertia. Hujus est secundum Astrologos significatio. Maro quartam Indicat. Quidam maluerunt, tertium mensem hybernum. Is esset Februarius, sed serior fuit irruptio Caesariana. CAMERAR. Cum Sulpitio faciunt Bersmann. & Hortensius, qui ita putat hunc locum accipiendum, tertia cum luna pluere incepisse, & aliquot diebus durasse, donec aquarum incremento Caesar superveniret. Eodem modo Scholiastes haec habens. *Bene tertia Cynthia dixit quia*

Primus in [a] obliquum sonipes opponitur amnem
Excepturus aquas. molli [b] tum cetera rumpit
Turba vado faciles fracti jam fluminis undas.
Caesar ut adversam superato gurgite ripam
Attigit, [c] Hesperiae vetitis & constitit arvis,
[d] Hîc, ait, hîc [e] pacem, temerataque jura relinquo;

Te,

VARIAE LECTIONES.

a *oblicum* V. 1. b *tunc* B. 1. R. sec. *dum* M. c *Hesperies* B. 1. d *Sic* H. Ed. Ven. e *hic pacem linquo temerataque jura* B. 1.

quia Aratus *dicit tertia lucia (f. luna) signa pluvias cognosci*. Virgilius. *Cynthia quarta. Et inde in tribus mensibus luna pluvialis cum mutilato cornu videretur, quando tertia fuisset.* Verum quis ita loquitur, *Luna tertia auxit undas* i. e. pluviae quae ortae sunt tertia Luna & aliquot diebus durarunt, auxerunt undas? Sed etiam male illi, qui tres menses durasse pluviam putant; nam mense Februario, ut constat ex Appiano & ipsius Caesaris commentariis, non serius, ut etiam non recte Camerarius putat, trajecit flumen; ergo in tribus prioribus mensibus media hieme pluisse & Eurus spirasse debuit. Non credibile. Immo ex Petronio cap. 123. patet tunc modo coepisse terram & flumina dissolvi ac nives liquefieri. Simplex Lucani sensus est; tres noctes *jam*, quae particula hic bene notanda, pluisse, & Eurum madidis flatibus spirasse, unde Appenninus resolutus est, & nives cum multa pluvia auxisse Rubiconem. *gravido cornu pluvialis Cynthia* est nihil aliud nisi luna aquis plenam se ostendens & gravidam. Sic *graves imbre Noti* barba & alae Ovidio Lib. I. Met. 266. IV, 728. *Tertia* ergo *Cynthia* est tertia nox: ut passim loquuntur auctores. V. not. ad J. Obseq. c. CXI.

221 EXCEPTURUS] Ut transire posset exercitus. *Fracti* i. e. illisi in equos. *Vetitis* scilicet ab imagine patriae; ut supra, *si jure venitis* &c. SCHOLIAST.

222 FRACTI FACILES JAM] Ita correximus ex M. Sc. in aliis erat *faciles jam fracti fl.* BERSM. At mihi longe concinnius videtur vulgatum ante Bersmann. quod tuentur etiam Codd. mei; unum Voss. tert. si excipias. Recte autem Scholiastes exponit *fracti* i. e. *illisi in equos*. Eo pacto enim vis fluminis erat fracta. De qua significatione vide Cel. Burmann. ad Petron. c. 123. *fracto gurgite Pontus.* inf. 371.

Fregit & Arctoo spumantem vertice Rhenum.
Sen. Herc. Aet. 506.

Frangebat ipsas fluminis tumidi minas.
Adde Drakenb. ad Silium III, 437.

Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.

226 TE FORTU. SEQUOR] Videtur hoc loco poëta alludere ad dictum illud, quo Caesar usus dicitur, cùm Rubiconem trajecisset. Eamus, inquiens, quò deorum ostenta, & inimicorum iniquitas vocat. Jacta est alea. Quod ultimum verbum idem significat, quod hoc, quod poëta planius dixit: *Te fortuna sequor*. MICYLL.

227 BELLO JUDICE] Non amplius Senatu, qui malè judicat de causa mea. Legitur & *vindice*, sed minus probatur. SULPIT. MS. meus *vindice*: atque ita legit Omnibonus, quia hoc bellum injurias ulcisceretur. Sed perperam: *judex bellum* est, quia illud discerneret, quis justius induerit arma. Sic Petronius c. 122. in hac ipsa re,

Judice Fortuna cadat alea, sumite bellum.

Valer. Max. L. III. c. 7. §. 6. *Marte judice*; ubi alii *Indice*. *famam judicem* dixit Seneca Cons. ad Marc. c. 4. *contum judicem* Joseph. Iscan. L. I, 170. Plura, si cupias, vide in notis ad Silium Ital. Lib. II, 456.

Quas, belli judex, poenas mihi curia pendes.

Non dissimilis Caesaris verbis est responsio Alexandri apud Curtium Lib. IV. c. XI. *praemia esse belli. Hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximae lucis adsignatura fortuna est.* ubi male Heumann. Parerg. Crit. Hebdom. 5. reponere conatur *urgente* contra Msstos, & elegantissimam Curtii allusionem ad jus Romanum de finibus regundis. Exempla verbi *urgere*, quae adfert, nihil huc faciunt.

229 IMPIGER ET] *It terto* M. Sc. duo BERSM. *Inpiger*; *it* restituimus, cum vulgo legeretur *Impiger*, *&*. Quod jam monui ex Bersmanni Codd. & exemplis probavi ad J. Obseq. c. 92. Quibus nunc adde auctoritatem duorum vetustissimorum Vossii Msstorum, in quorum sec. supra scriptum est *&*. Virgil. L. XII. Aen. 283.

It toto turbida caelo Tempestas telorum.

Currere de sagittis etiam Statius L. V. Theb. 37, & *ire* XI. Theb. 38.

- - - - *quo plus eat hasta lacerto.*

Et

Te, Fortuna, ſequor: procul hinc jam foedera ſunto.
Credidimus fatis; utendum eſt judice bello.
Sic fatus, [a] noctis tenebris rapit agmina ductor
Inpiger: [b] it torto Balearis verbere fundae
Ocior, & [c] miſſa Parthi poſt terga ſagitta:
Vicinumque minax invadit Ariminum; & ignes

Solis

VARIAE LECTIONES.

a *tenebris noctis* B. 1. b *&* vulgo. c *Parthi miſſa* M.

Et forſan ex hoc loco adumbravit Valer. Flaccus ſua verba Lib. 11, 60.

It tacitis ratis ocior horis.

vel potius Silius, qui valde appoſite L. x, vſ. 10. ait de Paullo:

- - - - - - - - - velocius inde
Haemonio Borea pennaque citatior ibat,
Quae redit in pugnas fugientis harundine Parthi.

229 BALEARES] Baleares, inſulae Hiſpaniae duae ſunt Afroſiades, & Gennaſidae (in Voſ. ſec. *Gemnaſidae.* f. *Gymneſiae*) major & minor: unde & vulgus eas Majoricam & Minoricam nuncupant. In his primum inſulis inventa eſt funda, qua lapides emittuntur. Unde & *Baleares* dictae. Βάλλειν enim Graece emittere dicitur, unde & *Baliſta*, quaſi miſſa & Fundibulum. Virgilius. *Balearis verbera fundae.* SCHOLIAST. Baleares duae inſulae ſunt in mari Hiſpanico, contra littora Taraconenſia, apud quas uſus fundae inventus eſt, & adeo celebratus, ut matres parvos filios alias aves eſſe non ſinerent, niſi quas funda adepti fuiſſent. Florus tamen ait: *Cibum puer à matre non accipit, niſi quod ipſa monſtrante percuſſerit.* SULPIT. Atque hinc etiam nomen Inſulis ipſis factum alii volunt, à verbo βάλλειν videlicet, quod Graecis jacere atque ferire ſignificat. Nam alias Gymnaſiae quoque eaedem vocantur. Stephanus: Γυμνησίαι δύο νῆσοι περὶ τὴν Τυρσηνίδα, οὐχ ὡς τινες μία. ἐκλήθη δὲ τὸ ἔθνος ὅτι τοῦ θέρους γυμνοὶ μένουσιν. Ἐκλήθησαν δὲ καὶ Βαλεαρίδες. ἀφ᾽ ὧν Βαλεαρεῖς τὸ ἐθνικὸν, ὅ ἐστι σφενδονῆται. MICYLL. Conſtanter autem Codd. omnes hic & Lib. III, 710. ſcribunt *Balearis*, non *Baliaris*, ut viri doctiſſimi quidam exarandam ſemper hanc vocem putant. V. ad Silium Lib. III, 365.

Funda bella ferens Baliaris & alite plumbo.

230 POST TERGA] Sic enim ſagittas eſt mos illorum jacere. Sic enim melius jaculantur. SCHOL.

231 UT IGNES] Ita pro *&* repoſuimus, quo rectius cohaereret ſententia, quae turpiter hiabat. Primo diluculo captum Ariminum. caetera geſta otto jam die. Appianus: ἀρίμινον παρῆν περὶ ἕω. GROT. ex Ed. pr. Ita olim conjecimus. Nunc id durius videtur, & ſcriptum potius à Lucano:

Vicinumque minax invadit Ariminon: ignes
Solis lucifero fugiebant aſtra relicto.

Nam ſic & in ſecundo pro *Auximum* Graeca terminatione *Auximon* poſuit, quia verſus aliter eam vocem non recipiebat. Interjecerunt copulam, quibus inuſitata haec deſinentia diſplicebat. IDEM. ex Ed. ſec. Pro *&* poſuimus *ut*, connectendae concinnius ſententiae. Neque tamen refrager, ſi quis & hanc voculam ejiciat, ſcribatque Graeca terminatione *Ariminon.* ut infra *Auximon*, & *Rhegion* apud Ovidium. IDEM ex Ed. tert. Quantopere fluctuatus ſit Grotius in emendatione hujus loci, ex ejus notis patet. juvat priorem ejus emendationem *ut* Mſtorum nullus. Omnes tam mei, quam Stephani, Pulmanni & Berſmanni Codd. retinent *&*. Quod non temere mutem, paullo majorem diſtinctionem ponens cum aliis poſt *Ariminum.* Haec autem vocula videtur ipſum temporis punctum denotare, quo Ariminum intravit. Quaſi dicat, *invadit Ariminum, cum ecce crepuſculum fiebat.* Sic L. VI, 246.

- - - - Simul haec effatur; & altus
Caeſareas pulvis teſtatur adeſſe cohortes.

Statius VII. Theb. 300.

Nec longum, & pulcher Alathreus
Editus. XII, 773. *ſic fatus*, (vel *fatur*) *& auras Diſſipat haſta tremens.* priorem locum adducit Cel. Burmann. ad probandam conjecturam in Val. Flacco Lib. VI, 320. *Nec longa dies, & capta videres Vellera:* ubi vulgo *ut.* Non diſſimilis eſt locus Caeſaris L. I. B. G. 37. *Haec eodem tempore Caeſari mandata referebantur: & legati ab Aeduis veniebant.* aut Ovidii Ep. XIV, 79.

Mane erat: & Danaus generos ex caede jacentes
Dinumerat.

Nihil tamen certi ſtatuo. Apud Graecos vero hoc ſenſu voculam καὶ uſurpari docet Elſnerus

E Obſ.

Solis lucifero fugiebant astra relicto.
Jamque dies [a] primos belli visura tumultus
Exoritur: seu sponte deûm, seu turbidus Auster
[b] Inpulerat, moestam tenuerunt nubila lucem.
Constitit ut [c] capto jussus deponere miles
Signa foro, [d] stridor lituûm, clangorque tubarum
Non pia [e] concinuit cum rauco classica cornu.
Rupta quies populi, [f] stratisque [g] excîta juventus
Deripiunt sacris [h] adfixa penatibus arma,
Quae pax longa dabat: nuda jam crate fluentes

In-

VARIAE LECTIONES.

a *belli primos* Reg. pr. b *Inpulerit* M. Ed. Ven. Br. Med. c *jussus capto* M. d *lituum stridor* R. 1. A, e *concinnunt* B. 1. f *stratis* B. 1. g *exscita* V. 1. h *defixa* R. pr.

Obs. Sacr. ad Lucam p. 218. Neque elisio durior est illâ, quam adhibet Virgil. L. III. Aen. 109. *Ilium, & arces.*

231 IGNES] *Ignem* Msc. BERSM. *Ignem* etiam exhibet Ed. Romana. non male hoc loco: facit enim sensum paullo clariorem. Utrumque, ut & alii poetae, usurpavit noster. L. VII, 228.

Phoebi surgentis ab igne.

at Lib. II, 415.

Pares Phoebeis ignibus undas.

234 SEU SPONTE DEUM] Sive hoc signum tempestatis belli, Dis ipsis edentibus, seu forte commotis nubibus. Assumsit autem de historia occasionem detestandi bellum civile, quam detestationem subito oppressis Ariminensibus attribuit. Qua ipsa & tristitia imminentis servitutis significatur. In qua etiam eriperetur voci libertas. CAMERAR.

237 STRIDOR] Bene differentiam fecit inter sonitus lituum & tubarum; nam sonitus litui acutus est, tubae vero gravis. SCHOLIAST.

238 CLASSICA] Est autem Enallage numeri, cum alias *Classicum canere*, singulari numero, usitate dicamus. MICYLL.

239 POPULI] *Populi* Msc. duo. in aliis est *populis*. BERSM. *Populis* Voss. duo recentiores & Marp. cum Aldo, Col. Steph. Gryph. Pulm. V. ad vs. 193.

240 DERIPIUNT] *Diripuit* Msc. BERSM. *Diripiunt*, ex nostris meus habet solus. plerique cum plurimis Editionibus *diripuit*. *dirupuit* Amst. *deripuit* Voss. pr. Regius uterque, & Witt. Scribendum scilicet *Deripiunt*, ut hic in margine correxerat Broukhusius, & N. Heinsius ad Ovid. Lib. III. Metam. 52. *tegimen derepta leoni Pellis erat.* ubi docet saepissime in hac praepositione peccatum esse. Adde G. Cuper. Observ. L. IV. c. 5. & quos laudat Doctiss. Drakenburg. ad Sil. Italic. L. X, 318, 600.

- - - - - - - *Ite, ocius, arma*
Deripite, o pubes, templis,

ubi itidem vides in plurali, ut hic *deripiunt*, quae constructio etiam pueris nota est. *Deripiunt* & *deripis* pro *dir.* quod erat in vulgatis, recte edidit quoque J. F. Gronovius in Statii Theb. III, 412, 567.

240 ADFIXA] Ut Virgilius *Armaque fixit Troia*. Et ut ostendat hoc fieri in pace, addidit, *nunc placida compostus pace quiescit*. SCHOL. In templis enim suspendi solebant arma ab iis, qui vel vicissent, vel bello atque armis perfuncti essent. MICYLL.

241 NUDA] Corio vetustate consumpto. SCHOLIAST.

241 CRATE] Contextura viminea, aut lignea. Virgil.

- - - - - - *Flectuntque salictas*
Umbonum crates.

SULPIT. Solitos autem veteres pro clypeis, cratibus viminibusque salignis inter se contextis uti, Theocritus testatur, apud quem in Gratiis ita legitur:

Ἤδη βαστάζουσι Συρακόσιοι μέσα δοῦρα,
Ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονα ἰτείνοισι.

Et Thucydides, *ναύτας ἐξοπλίσας*, inquiens, *ἀσπίσι φαύλαις καὶ οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς*. MICYLL. V. N. Heins. ad Val. Flacc. III, 199.

241 FLUENTES] Vos. sec. Reg. pr. Witt. *fluentis*. quod semel monitum oportuit. Optimi enim Codd. passim per *is* exhibent in Lucano, non tamen

Invadunt clipeos, curvataque cuſpide [a] pila,
Et ſcabros nigrae morſu rubiginis enſes.
Ut [b] notae fulſere aquilae, Romanaque ſigna,
[c] Et celſus medio conſpectus in agmine Caeſar,
Diriguêre metu, gelidus pavor adligat artus,
Et tacito mutos volvunt in pectore queſtus:
O male vicinis haec [d] moenia condita Gallis!
O triſti damnata loco! pax [e] alta per omnes,
Et tranquilla quies populos: nos praeda furentum,
Primaque caſtra ſumus. melius, Fortuna, dediſſes

VARIAE LECTIONES.

a *tela* M. Ed. Br. Med. b *nocte* A. c *Ut* V. 1. d *condita moenia* V. pr. e *miſſa* B. 1.

men conſtanter, accuſat. pluralem nominum in Genit plur. habentium *ium*. Quod autem poſtea dicit Lucanus, *Ut notae fulſere aquilae*, poetice dictum accipias. Unam enim modo ſecum habebat legionem, adeoque unam aquilam. Vide Lipſium L. IV. de Mil. Rom. Dial. 5.

246 DIRIGUERE] Regius prim. & Wittianus *deriguere*. uti edidit Heinſius in Virgil. Lib. III, Aen. 259.

At ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis
Deriguit.

& Lib. VII, 446.

At juveni oranti ſubitos tremor occupat artus;
Deriguere oculi.

ubi etiam conſule Pierium. Sic Lib. II, 78. *in ictu diriguit*. MSS. quinque ex optimis *deriguit*. in III, 613. *Diriguitque tenens ſtrictis immortua nervis* etiam variatur.

246 GELIDOS PAVOR ADLIGAT ARTUS] Ita legitur in noſtro Mſc. & aliquot aliis. Sed plerique libri & Codices habent *gelidus pavor occupat artus:* nonnulli etiam *gelidos*, quod nos retinuimus. BERSM. Decem ex noſtris retinent *occupat*, cum Aldo, Col. Steph. Gryph. Pulm. aliiſque, ut apud Virgilium l. cit. & L. IV. Georg 190.

- - - - *feſſoſque ſopor ſuus occupat artus.*

Ovid. Lib. V. Met. 632.

Occupat obſeſſus ſudor mihi frigidus artus.

Juſtin. Lib. II. c. 8. *Nervos ejus occupavit rigor.* at vero, cum in utroque Regio, Wittiano & Marp. ac 2 Pulm. & Edd. antiquis ſcribatur *adligat*, putem ego quoque, hanc veram Lucani eſſe manum. Placuit etiam Modio Novant. LL. Ep. 80. & N. Heinſio ad Ovidii Metam. L. I, 548. *torpor gravis adligat artus;* ubi quidam libri quoque *occupat*. Noſter Lib. IV, 290.

- - - - - - - *Tum frigidus artus*
Adligat, atque animum ſubducto robore torpor.

Corde gelato Lib. VII, 339. Seneca de Tranquill. animi c. 3. *Adligati metu torpebimus*. Sidon. Apoll. Car. 5, 520.

- - - - - - - - *torpor inerti*
Membra rigore ligat.

Plura exempla adduxerunt laudati viri, & paſſim *contrahere*, *adſtringere* membra dicitur metus & cum frigore comparatur: ut notum eſt. Pro *gelidos* vero repoſui *gelidus*, (uti ediderant Rom & Parm. Aldus, Aſcenſ. Micyll. Hort. Col. Steph. Gryph. & Pulm.,) auctoritate trium optimorum Voſſian. utriuſque Regii, & Witt. Sic *gelida formido* Ovid. L. II. Met. 200. *Gelidus horror* Ep. XVI, 67. alibi *Gelidus terror*. *Gelidus tremor* Virgil. II. Aen. 120. Senec. Herc. Fur. 414. & alii ſexcenties.

247 TACITO MUTOS] Sulpitius & Omnibonus καθ' ὑπαλλαγὴν dictum putant. Sed verior lectio habet: *Et tacitos muto volvunt ſub pectore queſtus*, ut *tacitos queſtus* intelligas occultos: & *mutum pectus*, de ſilentibus, & vocem prementibus accipias. MICYLL. Mſc. *tacito multos volvunt in pect.* & alterum *tacito mutos volv. in pectore:* quod rectius videtur. BERSM. Bene judicat Berſmannus, habentque *tacito mutos* noſtri fere omnes, tribus vel quatuor exceptis; & ante Micyllum Edd. Ven. Br. Med. Sulpit. & Aſcenſ. & probat quoque ex ſuis membranis Modius Ep. 80. Novant. LL. Witt. *tacitos muti. tacitos multo* edidit Pulm. Deinde pro *ſub pectore*, quod eſt in Grotii & Berſmann. Edd. ac Marg. Hortenſ., repoſui *in*. Nam quamvis *ſub* minime damnem, gnarus paſſim ita ſumi hanc praepoſitionem, ut apud noſtrum l. V, 148.

Orbe sub Eoo sedem, gelidaque sub Arcto,
[a] Errantesque domos, Latii quam [b] claustra tueri.
Nos primi Senonum motus, Cimbrumque ruentem
Vidimus, & Martem Libyes, cursumque furoris
Teutonici. [c] quoties Romam fortuna lacessit,
Hac iter est [d] bellis. gemitu sic quisque latenti,
Non ausus timuisse palam: vox nulla dolori
Credita: sed quantum, volucres cum bruma [e] coërcet,

VARIAE LECTIONES.

a *errantis* R. pr. Voss. pr. W. b *clautra* V. 1. c *quotiens* MSS. & Edd. priores, & sic semper. d *belli* V. tert. a m. 2. W. A. e *cohercet* plerique MSS. & semper.

sub pectore ficta quieto Verba refert. Virgil. I. Aen. 40. Stat. X. Theb. 411. Ovid. Met. XI, 225. & alibi. Ad quem, uti & ad Valer. Flacc. Lib. VI, 603. multis de hac particula agit Cl. Burmannus; tamen hoc loco non ausim cum illo viro *τὸ sub* praeferre *τῷ in* ob consensum omnium Mstorum & Editorum; nisi alios Cod. viderint Grotius & Heinsius, in quibus scribatur *sub*. noster Lib. VII, 621. ut habent omnes scripti & Edd. etiam Grotii.

Seque probat moriens atque haec in pectore volvit.

Sil. IV, 92. *similesque in pectore curas.*

248 GALLIS] Galli quidem intestina discordia & assiduis dissensionibus finibus suis remoti, sedes novas quaerentes, Italiam profecti sunt, ibique Tuscis expulsis (haec 3. verba desunt in Vos. pr.) Mediolanum, Ariminum atque alias urbes condiderunt: unde ait poëta. *O male vicinis.* Dicitur à quibusdam, quod Ariminum Romani condidissent. SCHOL.

252 GELIDAQUE SUB ARCTO] Pro, *vel sub gelida arcto.* Est autem peculiare huic poëtae, ut in commatibus ac membris disjunctive ponendis, copulativis conjunctionibus utatur. Sic &: *Errantesque domos*, pro, *Errantesve* dixit, & alia multa passim infra. MICYLL.

253 ERRANTES] Errantes domos Numidas dicit, ut ait Sallustius, *quia saepe tentantes alia & alia loca petierunt, semet Numidas i. e. vagantes appellaverunt.* SCHOL. *Errantes domos* dixit, pro, vagas & incertas sedes, quales sunt vel Scytharum, quos ab eo Hamaxobitas vocant, quia pro sedibus plaustra habent, ut inquit Pomponius: Vel Numidarum, quos eadem de causa Nomadas Graeci dicunt, à pascuis videlicet, quae illi sectantur. De quibus & Virgil. in Georg. meminit. *Omnia secum*, inquiens, *armentarius Afer agit, tectumque, laremque, Armaque, Amycleumque canem, crassamque pharetram.* MICYLL. Sallustii locus est in Bell. Jugurth. c. 21. ubi vide.

254 CIMBRUM] De Cimbris Florus lib. III. Livius lib. LXVIII. meminerunt. Vicerunt, & castris exuerunt, primò quidem Syllanum, mox Manlium, tertio Caepionem: ultimò tandem à Mario devicti, ex bello Jugurthino redeunte. Caeterùm dubitari potest, cur hîc divisim posuerit poëta, *Cimbrumque furentem*, & *furores Teutonicos*, cùm tamen unum idemque bellum fuerit, quo Cimbri, Teutones, & Tigurini Italiam invasere. Sciendum ergo, quod poëta ad eventum belli, & praelia, quibus quaeque gens victa fuit, respexit. Quanquam enim simul Italiam aggressi fuissent, diversis tamen pugnis, diversisque locis iidem populi superati fuere, Teutones ad Aquas Sextias, sub ipsis Alpium radicibus, Cimbri autem in Venetia, campo quem Caudium, (Rhaudium) appellavere, Tigurinis in diversa fuga dilapsis. MICYLL.

254 RUENTEM] *Furentem* Msc. duo BERSM. In undecim etiam nostris cum Steph. Var. LL. & quinque Pulm. Codd. ac Edd. Ven. Br. Med. Sulp. Ascens. Versell. Mic. Hortens. *furentem.* Verum praecessit *furentum*, & sequitur *furoris.* *Ruere* de bellatoribus passim noster & alii. V. vs. 308. Ovid. Metam. XIII, 83. *Quaque ruit.* Fast. II, 752. *Ense ruis*; ubi etiam in nonnullis *furit*, ut Statius L. IX. Theb. 303. *Et nunc ense furit.* Liv. L. III. c. 3. *Ad urbem infesto agmine ruere.* & saepe. sed Vossianus tertius, veterrimus item Codex, qui incipit cum verbis *O male vicinis*, & optimae notae, scribit *sonantem.* puto *tonantem.* quas voces crebro mutatas esse monuerunt viri docti, & latius videbimus ad vs. 578. & Lib. 5, 633. *Tonare* autem saepe dicuntur bellatores. vide N. Heinsium & Drakenburg. ad Silium Ital. L. XI, 525. ut & Heins. ad Claudian. consul. Olybr. & Prob. vs. 208. & IV. Consul. Honor. 320.

Si.

Rura silent, mediusque jacet sine murmure pontus;
Tanta quies. [a] Noctis gelidas lux solverat umbras:
Ecce, faces belli, dubiaeque in proelia menti
[b] Urguentes addunt stimulos, cunctasque pudoris
Rumpunt fata moras: justos Fortuna laborat
Esse ducis motus, & caussas invenit armis.
Expulit ancipiti discordes urbe Tribunos
Victo jure minax jactatis curia Gracchis.

Hos

VARIAE LECTIONES.

a *populis* B. 1. *gelidas noctis* V. 1. b *urgentis* W.

Si bella tonant, prius agmina duris
Exerce studiis.

Neque offendere debet, quod *tonantem* non videtur convenire τῷ *vidimus*. ita enim Cicero quoque pro Archia c. 8. *Vidi hunc dicere*. Sil. Ital. Lib. VI, 179. *Aspicimus resonare solum*. ubi v. Drakenb. & Th. Sellii Spec. Observ. c. 20. Ex quibus locis patet non tam male apud Horatium Carm. I, 14, 4. etiam scribi:

Vides, ut nudum remigio latus
Et malus celeri saucius Africo
Antennaeque gemant.

Neque etiam minus gemitus percipitur oculis, quam odor. Theocrit. tamen Id. I, 149. ait

Θᾶσαι φίλος ὡς καλὸν ὄσδει.

255 MARTEM LIBYES] Bellum Punicum. per hos enim venit Hannibal aperta via per Alpes. SCHOL. Secundum bellum Punicum, quod non magis de Annibale, quàm Hasdrubale ejus fratre intelligendum puto, ex VII. libro de secundo bello Punico apud Livium. GLAR.

256 LACESSIT] Sic scripti & Editi constanter, & Priscian. L. XVII. c. 1055. Vide tamen, num melius hic & apud illum scribatur *lacessis*, ut pergant Arimini cives alioqui Fortunam. Dixerat enim vs. 251. *Melius Fortuna dedisses.*

260 JACET SINE MURMURE] Ita primus reponi curavit R. Stephanus. ante eum lectum fuit *tacet*; quomodo habent etiam 3 Pulm. & novem MSS. ex nostris. Non male. Virgil. Ecl. IX, 57.

Et nunc omne tibi stratum silet aequor,

Lib. I. Aen. 167.

Aequora tuta silent.

Propert. Lib. IV. El. 4, 48.

- - - - - - - - *quippe tacentes*
Fallaci celat limite semper aquas.

Valer. Flacc. L. V, 522. *Unda silens.* Juvencus L. III. Histor. Euang. 462. Noster ipse Lib. VI, 47.

- - - - *vetitum sentire procellas*
Conticuit turbante Noto.

Adde N. Heinsium ad Claudian. Consul. Mall. vs. 233. & Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. III, 730. *Jacet cum fluctibus aequor*. Rectius tamen hoc loco retinendum putem *jacet* cum utroque Cod. Reg. uno Voss. & meo. nam silentium satis indicat per τὸ *sine murmure*, & quietem notat verbo *jacet*. Praeterea amat illud verbum Lucanus. Sic Lib. III, 524.

Servatum bello jacuit mare. V, 434.
Aequora lenta jacent alto torpore ligata. 443.
Saeva quies pelagi, moestoque ignava profundo
Stagna jacentis aquae. ubi nonnulli Codd. etiam *tacentis*. Adde L. IV, 119, 511. Nec aliter optimi scriptores. Statius L. VII. Theb. 87. *Pontumque jacentem.* Vide Barthium Advers. L. XXIV. c. 9. & N. Heinsium ad Silium Ital. L. V, 583.

Ducere suspenso per stagna jacentia lino.

262 ECCE FACES &c.] De improviso quandam caussam belli allatam ad Caesarem fuisse narrat. Qua quidem non permotus ad illud, sed jam suscepto bello fuit usus. Ita non liberatur hoc casu scelere. Dubiam autem mentem, non belli, sed juris & causae videtur appellare. Quemadmodum & mox ait:

Hos jam mota duces, vicinaque signa petentes.

Introducitur autem Curio prae caeteris audax, confirmans oratione sua Caesaris animum in cupiditate Regni. CAMERAR.

FACES BELLI] Ordo est. Ecce fata addunt dubiae menti faces belli, & addunt stimulos urgentes in proelia. SCHOL. Fuerunt autem M. Antonius, Q. Cassius, & Curio, qui cum à Coss. & Pompejo discedere Senatu jussi fuissent, propterea quòd pro Caesare intercederent, ad Caesarem in castra profugerunt, eundemque hactenus dubitantem, an arma patriae inferret, ultro impulerunt. Appia. lib. II. MICYLL.

Hos jam [a] mota ducis, vicinaque ſigna petentes
Audax venali comitatur Curio lingua:
Vox [b] quondam populi, libertatemque tueri
Auſus, & armatos plebi miſcere potentes.
Utque ducem varias volventem [c] pectore curas,
Conſpexit; dum voce tuae potuere juvari
Caeſar, ait, partes, quamvis nolente Senatu,
Traximus imperium [d] tunc, cum mihi Roſtra tenere
Jus erat, & dubios in te transferre Quirites.

[a] Sed

VARIAE LECTIONES.

a *fata* B. 1. b *condam* Ed. Rom. c *in pect.* V. 1. O. pr. d *tum* R. 1. Voſſ. 5. B. 1.

263 URGUENTES] Ita Voſſ. tert. V. ad vſ. 148.

264 JUSTOS] In eo enim quod expulſus eſt Curio, inventa eſt cauſſa pugnandi, & defenſio parata eſt: quia tribunos vindicabat hoc bello. SCHOLIAST.

266 EXPULIT] Lentulus enim & Marcellus (*Gellius* MSS. Voſſ.) qui tunc conſules erant, expulerunt tribunos plebis diſcordes ſcilicet & ſuperbos contra ſenatum. IDEM. Caeſ. B. civ. 1, 5.

267 VICTO JURE MINAX JACTATIS CURIA GRACCHIS] Tenue nimis hoc, *jactatis*, cum trucidati fuerint uterque, itaque Peiraredus levi mutatione ſcribit, *mactatis*. GROT. ex Ed. tert. *Jactatis Gracchis* Sulpitius, Aſcenſius, Hortenſius & Bersmann. *Objectis & commemoratis eorum ſeditionibus & caede.* Nec aliter vetus Scholiaſt. his verbis. Gracchi, quorum Cicero meminit in Invectivis & in Miloniana, quia ſeditioſe in tribunatu agebant, occiſi ſunt. Hos ergo objicit Lentulus Conſul praeſentibus Tribunis dicens. Tale decretum de nece veſtra laturus ſum, qui Caeſari favetis, quale in Gracchos eſt latum; *jactatis* ergo in exemplum propoſitis. ſic SCHOL. J. vero Fred. Gronovius per *jactatos* intelligit in Tiberim projectos: ut ſenſus ſit. ſenatus per Gracchos in Tiberim tractos & jactos victis partibus plebis & jure tribunitio ſuperior ac minax urbe tribunos expulit. Conſule eum pluribus hanc ſententiam confirmantem Lib. IV. Obſerv. c. 5. Verum ſummo viro hic accedere nequeo. Nam, quid vox *minax* hic ſignificaret? praeterea vellem exemplum videre, ubi tam ſimpliciter *jactari* poſitum ſit pro in fluvium vel mare jaci vel trahi. Dixit quidem Seneca in Troad. vſ. 655. *Dum non meus poſt fata victoris manu Jactetur Hector.* ſed ibi de diſperſione cinerum & oſſium mortui Hectoris aperte agitur. Tum ſaltem praeferrem, (ſed omnes vetant Codd.) Peiraredi conjecturam *mactatis*. Malim ergo etiam intelligere per *curiam minacem jactatis Gracchis* Senatores minantes his tribunis coedem & exilium, & ſaepius jactantes i. e. ambitioſe illis commemorantes, ut crebro uſurpatur hoc verbum, exemplum Gracchorum. Sic Silius L. II, 182. *Merſum pelago jactarat Ulixem.*

269 CURIO] Curio hic prius erat partis Pompejanae, ſemperque plebi & patribus Caeſarem inquinabat. Sed volens eum Caeſar obtinere, miſit ei aurum, ut à ſua locutione ceſſaret. Quo facto aurum accipiens, qui Caeſarem prius nocebat, illum poſt plebi & patribus commendabat. De hoc Virgilius dicitur poſuiſſe. *Vendidit hic auro patriam.* Curio iſte promptus & popularis orator Romae habebatur inſignis, qui deinceps in Africa periit pudore amiſſi exercitus. SCHOL. Operae pretium eſt adſcribere & audire Vellej. Paterc. Lib. II. c. 46. *Non alius majorem flagrantioremque, quam C. Curio Trib. pl. ſubiecit facem: vir nobilis, eloquens audax*, & ſeqq. Elogium ejus vide quoque apud noſtrum in fine Lib. IV. quod clauditur his verbis. *emere omnes, hic vendidit urbem.*

270 VOX POPULI] Tribunus plebis enim fuit, qui Caeſari pugnanti contra Gallos per x. annos prorogavit imperium: cum provinciae conſulares lege ipſius Caeſaris non plus quam biennio obtinerentur. SCHOL.

271 MISCERE] Sed tamen videndum, num aliter hoc loco verbum *miſcendi*, accipiendum ſit, videlicet pro commiſcere, & inter ſe committere, praeſertim propter Participium *Auſus*, à quo idem illud dependet. Non enim ut rem temerariam & inſolentem audere dicuntur, qui reconciliationem inſtituunt & ſuadent. Et haud ſcio, an verbum *Miſcere*, uſquam alibi pro reconciliare, legatur. MICYLL. Nempe eo ſenſu ſumſerat Sulpitius, à quo ſtat Aſcenſius. Micylli vero ex-

[a] Sed postquam [b] leges bello siluêre [c] coactae,
Pellimur [d] è patriis laribus, patimurque volentes
Exsilium: tua nos [e] faciet victoria cives.
Dum trepidant nullo firmatae robore partes,
Tolle moras: semper nocuit differre paratis.
Par labor atque metus pretio majore [f] petuntur.
Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris,
Pars quota terrarum. facili si [g] proelia pauca
Gesseris eventu, tibi Roma subegerit orbem.

Nunc

Variae Lectiones.

a *At* P. 4. B. 1. Voss. 5. O.pr. H. M. A. & Edd. Sulp, Asc. Mic. b *bello leges* P. 1. A. M. & Edd. quaed. c *solutae* Boh. d *a* V. 1. e *faciat* vulgo. f *tenentur* B. 1. g *praemia* W.

expositionem probant Hortensius & Bersmann. Tacet hic Scholiastes, nihilque dicit Omnibonus. Neutra sententia est proba: solus rem acu tetigit Farnabius exponens per *intra privatorum conditionem redigere*, i. e. similes privatis civibus & plebi facere. Hac enim significatione verbum *miscere* adhibet auctor ipse, Lib. II, 545.

- - - - - - cum fata Camillis
Te, Caesar, magnisque velint miscere Metellis.

Horat. L. I. O. I.

Me doctarum hederae praemia frontium
Dis miscent superis.

Respexit autem ad Orationem, quam habuit Curio pertendens Pompejum aeque debere dimittere exercitum, àc Caesarem, de qua vide Dionem Cassium L. XL. p. 150. Ed. Wechel. & J. Caesarem de B. Gall. VIII. c. 52. *Si quem timor armorum Caesaris laederet, & quoniam Pompeji dominatio atque arma non minimum terrorem foro inferrent, discederet uterque ab armis, exercitusque dimitteret.* Quo alludit Vellej. Paterc. L. II, 48. *Mox simulatione contra Pompejum & Caesarem, sed animo pro Caesare stetit.*

273 Tuae] *Tuae* Msc. duo. & ita omnino legendum: in aliis erat *tua* perperam. Dum eloquentia mea partes tuas apud Senatum tueri potui. BERSM. Alias Editiones debet adhibuisse Bersmann. quam ego, licet plures triginta possideam. In nulla est *tua*, ut non debet, nec in Msto.

275 Rostra] Rostra sedilia erant in foro, ubi Tribuni pleb. concionari solebant ad populum. Inde dicta, quod devictis Antiatibus bello navali à Romanis anno urbis quadringentesimo decimo sexto, suggestum illud, id est, sedile, erat ornatum rostris navium. Omnibonus. MICYLL.

278 Volentes] Ne viderentur ad Caesarem necessitate, non favore venisse. SCHOL.

279 Faciat] *Faciet* Msc. tria. BERSM. Reposui *faciet*, quomodo habent tredecim mei Codd. & Edd. priores. Sulpitii inventum est *faciat*, quem secuti sunt Ascens. Mic. Col. Steph. Gryph. aliique. *Faciet* est ἐνεργητικώτερον, & majore cum confidentia Curionis enunciatum esse videtur.

282 Par labor &c.] Hic est sensus. In hoc bello tantus impendendus est labor, & metus quantus in bellis Gallorum, sed post victoriam plus consequeris: ibi enim Gallias subegisti, hic tibi serviet Roma & totus orbis, quia orbis illius est, quae subigitur. SCHOL. Pro *petuntur* Cl. Burmannus monet vitiose in quibusdam MSS. scribi *parantur* ad Calpurn. Flacci Declam. 25. ubi vide. *pretio majore* est, majore mercede, ut alibi loquitur noster cum multis auctoribus.

283 Lustris] Non respicit poëta ad numerum annorum, quibus in Gallia Caesar fuit, (nam novem tantùm in Gallia fuit, decimo bellum civile coepit) sed ad tempus, quod illi decretum fuerat. Cùm enim per quinque annos in Gallia bellum gessisset, factione Pompeji & Crassi in Senatu obtentum est, ut & in alterum quinquennium imperium illi prorogaretur. MICYLL.

287 Laurus] Quando aliquis cum triumpho veniret, Capitolium lauro coronabatur, & ille cum gloria intrans Jovi gratias pro victoria reddebat. SCHOL. Nam in Capitolium lauro coronati triumphantes vehebantur. Omnibonus. MICYLL. Voss. sec. & quart. Witt. Amst. Hulst. cum Hortens. Marg. *lauros*. Frustra. Deflectere hanc vocem in quarta declinatione amarunt poëtae, docente Broukhusio ad Tibull. L. II. 5. 63.

Sic

Nunc neque te longi remeantem pompa triumphi
Excipit, aut facras pofcunt Capitolia laurus:
Livor edax tibi cuncta negat: gentefque fubactas
Vix inpune [a] feres: foccerum depellere regno
Decretum [b] eft genero. partiri non potes orbem:
Solus habere potes. Sic poftquam fatus, & ipfi
In bellum prono tantum tamen addidit irae,
Accenditque ducem, quantum clamore juvatur
Eleus fonipes, [c] quamvis jam carcere claufo
[d] Immineat foribus, pronufque repagula laxet:

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *feras* R. 1. b *genero eft* MSS. 9. c *jam quamvis* M. d *emineat* H.

- - - Sic ufque facras innoxia laurus
Vefcar.

Nofter ipfe L. v, 409.

Unde & Theffalicae veniunt ad Pythia laurus.

atque ita optimus Cod. Thuaneus in Ovid. L. 11. Am. El. 12.

Ite triumphales circum mea tempora laurus.

Sen. Oed. 16. *Delphicae laurus.* Eadem variatio apud Claudian. fec. Conf. Stilich. 59. neque audiendus Servius ad Virgil. Ecl. 11, 52. putans melius fonare in fecunda declinatione. Idem enim injufte fic carpfit Lucanum, quod *faftus* dixerit pro *fafti.* de quo infra. potuit tamen Servius id dixiffe tantum de illo Virgilii loco. Verum tacent hic interpretes, quid intelligant per *pofcunt Capitolia.* quod ego me non capere fateor: non potuit enim Curio dixiffe Caefari, Jovem Capitolinum non pofcere facras ejus laurus. Quid enim hoc aliud effet, quam opprobrium illi dictum? Forfan erit fenfus; non triumphas jam, o Caefar, fed Capitolia pofcunt adhuc laurus & vota, quae non foluta funt. Verum tum melius fcriberetur *&* vel *at.* Afcenfius dedit *Excipit: haud facras;* quomodo Oxonienf. & Voff. unus recentior: Quid? fi fcripfit Lucanus

Nunc neque te longi remeantem pompa triumphi
Excipit, ut facras pofcant Capitolia laurus:
Livor edax tibi cuncta negat.

i. e. Non jam triumphas Caefar, ut i. e. licet quamvis (in qua fignificatione fexcenties reperitur) optime merearis, & Jupiter Capitolinus flagitet, & pofcat facras laurus fibi pro victoriis ex voto debitas, ut in gremio Jovis laurum deponeres; Nam Livor edax. &c. Vides lector fenfum planum, & cur dicat *pofcunt c. l.* ex more licet deponendi laurum in gremio Jovis Capitolini. Seneca Confol. ad Helv. c. 10. *Laureamque in Capitolini Jovis gremio depofuerat.* Plinius in Paneg. c. 8. *Lauream imperator Nerva in gremio Jovis collocarat.* Vide Turneb. Adverf. L. XXII. c. II. XXVII. c. 2. & quos laudat Schefferus ad J. Obfequent. c. CXXII. *Cum ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.* & Drakenb. ad Silium L. XV, 119.

- - - - - laurumque fuperbam
In gremio Jovis excifis deponere Poenis.

288 LIVOR EDAX] Bene dicit *Livor edax.* Invidia enim proprium dominum confumet. SCHOL. Notat etiam Servius ad Aen. VI, 320. *edacem* dici livorem à noftro, licet Ovidius dixerit *livor iners,* fed & de invidia bene ille II. Metam. 782.

- - - - carpitque & carpitur una.

288 SUBACTAS] Vix tibi venia datur, quod fubegifti tot gentes, & Galliam vicifti. SCHOL.

290 PARTIRI] Quia Pompejus non finit te fibi parem effe. IDEM.

294 ELEUS] Eleus derivatum eft ab Elide civitate Graeciae. ubi antiquitus celebratus quinquennalis agon in honorem Olympici Jovis. Quinquennalis dicitur, quia poft 5 annos celebratur lufus quadrigarum, five ceterorum exercitiorum. ad illum ergo lufum eligebantur celerrimi equi. IDEM.

294 CARCERE] Singularem numerum pro plurali pofuit; nam *carceres* dicuntur, unde emittuntur aurigae. Eft autem fenfus. Quamvis Eleus fonipes amore currendi vix queat retineri claufis carceribus, & immineat foribus i. e. currere cupiat, tamen multum voce hortantis adjuvatur. Nam *repagula* dicuntur proprie peffuli oftiorum. Di-

cun-

Convocat armatos [a] extemplo ad signa maniplos:
Utque satis trepidum turba coëunte tumultum
[b] Composuit vultu, dextraque silentia jussit:
Bellorum [c] ô socii, qui mille pericula Martis
Mecum, ait, experti, decimo jam vincitis anno.
Hoc cruor Arctois meruit diffusus in [d] arvis,
Vulneraque, & mortes, hiemesque sub Alpibus actae?
Non secus ingenti bellorum Roma tumultu
Concutitur, quam si Poenus transcenderet Alpes
Hannibal. inplentur [e] valido tirone cohortes:

In

VARIAE LECTIONES.

a *extimplo* MSS. 6. b *composuit*, *vultu d.* MSS. plerique & Edd. quaedd. c *o* deest in M. d *oris* V. 1. *horis* Marp. e *validas* Voss. prim. & tert. ac quart. a m. 1. Boh.

cuntur etiam repagula fluminum oppositiones, ripae. SCHOL. De *carcere* & *carceribus* saepe Servius & alii Grammatici.

295 PRONUSQUE REPAGULA] Ex Ovidio adumbratum de equis Solis L. II. Met. 155.

- - - - - - - - hinnitibus auras
Flammiferis inplent, pedibusque repagula pulsant.

296 EXTEMPLO] Sermo Augurum: illi enim designatis in aëre spatiis extemplo auguria captanda dicebant (MSS. *dicenda captabant*) SCHOL.

296 MANIPLOS] Maniplus dicitur qui signa fert. Ante usum enim signorum ante exercitum manipulum foeni praeferebant. Nam tempore Romuli hoc factum est, cum Respublica adhuc esset pauper (*paupera* Voss. sec.). IDEM.

297 UTQUE SATIS TREPIDUM TURBA COEUNTE TUMULT.] Oratio Caesaris cohortatoria, & instigatoria ad bellum gerendum. Cujus praecipua capita haec sunt. 1. Deploratio injuriarum suarum, & adversariorum injustitiae. 2. Insectatio Pompeji. 3. Terror militum, quibus praemia eriperentur tam longae & praeclarae militiae. His admiscetur spes bona felicis successus, ad animos militum confirmandos. CAMERAR.

301 CRUOR, VULNERA, MORTES] Nota has voces conjunctas, & eo ordine dispositas. Sic Ovid. L. I. Trist. El. 10, 32.

Quam cruor & caedes, bellaque semper habent,

Lib. VI. Fast. 590.

Hinc cruor, hinc caedes.

Petron. in Specim. Belli Civ. c. 123.

Arma, cruor, caedes, incendia totaque bella.

Unde patet non justa satis de caussa à Broukhusio *cruor* mutatum esse in *furor* apud Tibull. L. II. El. 6, 20.

Hinc cruor, hinc caedes, mors propiorque venit.

304 TRANSCENDERET] *Conscenderet* Msc. BERSMANN. Vitiose. Magni laboris & audacis conatus significationem hoc verbum in se habet. Justinus L. XXIV. c. 4. *Gens aspera, audax & bellicosa, quae prima post Herculem Alpium invicta juga & frigore intractabilia loca transcendit.* Cicero Orat. IV. in Catil. c. 3. *Manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes.* Auctor noster ipse Lib. VI, 325.

Extremum Scythici transcendam frigoris orbem.

Translate Seneca Lib. II. de Ira c. 13.

Pertinaciae impedimentum omne transcendit.

Plura exempla dat Broukhus. ad Propert. Lib. I. El. 14, 19.

Illa neque Arabium metuit transcendere limen.

ubi eodem modo variatur. *Transcenderit* autem est in Bohur. Vossiano sec. & quinto, ut & apud Valerium Prob. Cos. 1392. Ed. Putsch. non male.

305 HANNIBAL] Optimorum MStorum scripturam secutus cum aspiratione nomina Punica imprimenda curavi, quae etiam nunc placet plurimis viris doctis. Vide Cel. Drakenburg. ad Silium Ital. L. I, 39. Et ita hoc loco habent Voss. pr. sec. tert. quart. Wittian. aliique.

306 IN CLASSEM] Ut classes scilicet fiant. *terraque marique*; ut nusquam inpune liceat consistere. SCHOL.

306 IN CLASSEM CADIT] *Ruit* Wittian. male. Imitatus hunc locum est Sidonius Apollin. c. VII, 325.

Prorumpit Francus. cecidit cito secta bipenni
Hercinia in lintres, & Rhenum texuit alno.

F male

In classem cadit omne nemus: terraque marique
Jussus [a] Caesar agi. [b] quid? si mihi signa jacerent
Marte sub [c] adverso, ruerentque in terga feroces
Gallorum populi? nunc, cum Fortuna secundis
Mecum rebus agat, Superique ad summa vocantes,
[d] Tentamur. veniat [e] longa dux pace solutus
Milite cum subito, [f] partesque in bella togatae,

Mar-

Variae Lectiones.

a *agi Caesar* M. b *quod* V. 1. c *averso* P. 1. V. 1. a m. 1. d *Temptamur* MSS. semper & Edd. pp. e *dux longa* O. 1. M. Ed. Rom. & parm. f *partes* B. 1.

male in Edit. Savar. est *cedit:* & Claudian. IV. Conf. Hon. 624. *In lintres fregere nemus. classes* Oxon. sec.

307 Jacerent] Allusit Crassum, quo duce Parthi signa Romana ceperunt: sensus autem est. Quid dicerent, si capta essent signa Romana, me duce, & si victus dedissem terga inimicis? Scilicet nihil. Sed cum victor sim, non patiar negari mihi debitos honores. SCHOL.

310 Marcellusque] Ut imbelliam hominis coarguat, loquacem eum vocat, promptiorem ad lingua, quam manu pugnandum. C. Marcellus qui fratri suo patrueli Marco Marcello, & Ser. Sulpitio successerat, cum P. Aem. consulatum gerebat nono belli Gallici anno, cum Caes. in Italiam rediret. Sequenti anno, qui decimus futurus fuisset belli Gallici: quo anno bellum Civile coepit, Consules designati fuerant, Claud. Marcellus, & P. Lentulus. Atque ex his, quae decernebantur, tum coactus fuisset Caesar exercitum dimittere, privatusque provincia excedere. *Sulpitius* Cajum Marcellum, dicit, poëtam intellexisse, qui Consul cum Lentulo erat, inquit: Imò Consul cum Paulo Aemilio, cui Caesar mille, & quingenta sestertia dono obtulerat, ex quibus is in foro (ut paulo antè dixi) nobilissimam basilicam extruxit, ut inimicis summa ope resisteret. Proinde, adhunc modum anni, & Consulatus digerendi sunt. Octavo belli Gallici anno Cos. fuerant M. Marcellus, & Servius Sulpitius. Nono, cùm Galliis pacatis, omnia Romae turbarentur, reditumque in Italiam maturaret Caesar, quod in Senatu à Coss. & ejus ordinis principibus ipsius dignitas apertè oppugnaretur, Consules erant, C. Marcellus, & Paulus Aemyl. Sequens annus belli civilis Coss. habuit Claud. Marcellum & P. Lentulum. Sed fefellit Sulpitium mendum, librariorum incuria, haud dubie admissum libro octavo de bello Gallico Caesaris commentariorum, ubi sic legitur. *Propterea quod adversarii sui gloriarentur, L. Lentulum, & C. Marcellum Coss. creatos, qui omnem honorem & dignitatem Caesaris expoliarent.* Duplex error in scriptura, in nominibus Consulum admissus est. pro *L. Lentulum*, *P. Lentulum:* & pro *C. Marcellum*, *Cl. Marcellum*; ut incuria scribarum *L.* post *C.* fuerit omissum, scriptum oportuit. *Henricus Glareanus* hunc locum diligenter expendens, duo Claudii Marcelli hoc tempore Consulares inquit fuêre, alter M. Cajus alter. C. cum L. Aemylio Paulo Coss. fuit, priori anno, quàm inciperet bellum hoc civile, continuato etiam Consulatu, sequente anno, quando coepit idem bellum. At M. tertio antè anno Cos. fuerat, cum Servio Sulpitio Rufo. Is M. non tam infensus Caesari erat, ut Cajus, quippe qui post bellum Civile gratiam invenit apud Caesarem. Sulpitius noster de Marco videtur loqui, cùm dicit, eum non tam fuisse infensum. Sed non ipse tamen cum Paulo Consul fuit. Deceptus est igitur Sulpitius, in Coss. catalogo. Haec *Glareanus*, qui dicit continuatum Consulatum fuisse C. Marcello, anno belli Civilis, quod quidem perinde est, ac si biennium continuum Consulatum gessisset, cum Suetonius tradat, C. Marcellum, M. Marcello fratri suo patrueli successisse, atque collegam etiam habuisse, & dictum est, Aemylium Paulum. Marcum vero Claudium Marcellum Coss. designatum, retulisse ad Senatum, ut Caesari ante tempus succederetur, & cùm hoc P. Lentulus consul creatus fuit. Non igitur Cajo Consulatus continuatus in annum sequentem fuit. HORTENS. Valde impediunt se ipsi interpretes. Paucis dicam, hoc anno fuisse Consules *L. Lentulum* & *C. Marcellum*, teste Caesare B. G. VIII, 50, & aliis. quod non mutandum. Priore anno *L. Paullum* & *C. Marcellum*, ibid. c. 18. non eumdem, sed M. Marcelli, qui Consul cum Sulpitio fuerat, patruelem. cum hoc anno Consul fuerat frater Marci. Hortensius, dum vult emendare Caesarem, turpiter errat, ex gentili nomine *Claudii*, faciens nomen proprium. de duobus his Ca-

jis

Marcellusque loquax, & nomina vana Catones.
Scilicet extremi Pompejum, emtique clientes
Continuo per tot satiabunt tempora regno?
Ille reget currus nondum patientibus annis?
Ille semel ᵃ raptos numquam dimittet honores?
Quid jam rura querar totum suppressa per orbem,
ᵇ Ac jussam servire famem? quis castra timenti

VARIAE LECTIONES.

a *captos* V. 1. b *Et* P. 1.

jis Marcellis consule Glandorp. in Onomast.

311 DUX PACE SOLUTUS] Detractio Pompeji, agens simul, ut fortiores sint milites Caesaris, si talis inimicus est solutus, quia olim dimicare desivit. *Subito* i. tirone videlicet. *Togatae* ideo dixit, quia haec vestimenta tantum pacis tempore apta erant. SCHOL.

313 CATONUM] Ita legendum censemus ex Msc. duobus, atque haec ἐναλλαγὴ numeri facit ad augendum ἐξουθενισμόν. In plerisque Editis erat *Catonis*. BERSM. CATONES] Ita rectius, quam *Catonis*, ut vulgati, aut *Catonum*. GROT. in Ed. pr. *Et nomina vana Catones*. Id est Cato & ei similes. Male qui aut *Catonis* aut *Catonum* scripsere. IDEM. in Ed. tert. Ita optime restituit Grotius; quod confirmatur Regio pr. & Voss. pr. tribusque aliis, in quibus à manu pr. *Catones* fuerat. ceteri *Catonum* aut *Catonis*, uti Editi omnes ante Bersm. *Catones* jam legit quoque Scholiastes, *Catones, qui sunt nomina vana*. Ovid. L. III. Am. El. 3. *sine re nomen deus est*. Art. Am. 1, 740. *Nomen inane fides*. Livius L. 36, 65. *Nomina tantum se biennio habuisse*. ubi in quibusdam Edd. male *nomine*. Noster ipse L. x, 151. *Pone duces priscos & nomina pauperis aevi Fabricios*. Sil. Ital. L. VIII, 255.

Hunc Fabios inter sacrataque nomina Marti
Scipiadas.

Plura vide in notis N. Heinsii ad Vellej. L. II. c. 30. & infra ad L. II, 303.

314 EXTREMI] Non intelligit, ut quidam volunt, viles & ex infima plebe, sed externos & remotissimarum gentium, ut bene Sulpitius. Passim illae gentes vocantur *extremae*, & vox ea cum *externis* confunditur tam aliis auctoribus, quam nostro. V. Indic. Virg. Georg. II, 113.

Aspice & extremis domitum cultoribus orbem.

314 EMTIQUE] I. e. pretio conducti. Haec cum stomacho legenda sunt. SCHOL.

315 SATIABUNT] Hoc restituimus ex Msc. duobus. Ac notatur hoc verbo inexplebilis repugnandi cupiditas à morte Syllae ad haec usque tempora. In editis exemplaribus est *Sociabunt*. BERSM. Optime ita Bersmannus, idque omnes Pulm. & nostri Codd. praeter Amst. confirmant cum Ed. Veneta & R. Stephani. Sic *satiatus decoris* Silius L. XVI, 605. *sociabunt*, quod Ascensius exponit per continuabunt vel conjungent Pompejum continuae dominationi, vix Latinum esse puto. Ita tamen in Var. Steph. LL. exhibetur.

316 REGET] Puer enim contra Sertorium dimicavit, currusque triumphales duxit. Bene autem *reget* positum est, ut prae dolore Caesar adhuc futurum esse putet, quod factum est. SCHOL.

317 HONORES] Videtur hic locus etiam ad prorogationem provinciarum referri posse, quae Pompejo in quadriennium facta fuit, dum de Caesaris successore Romae agitur. De qua re & Plutarchus meminit, in Vita ejusdem. Aut certè ad potestatem summam, quam idem post Consulatum, quem solus gesserat, deinceps retinuit. Nam & illud à quibusdam traditum, Milonem in petitione Consulatus fuisse à Pompejo propterea impeditum, quò ipse solus Romae imperium ac summam rerum teneret: Dictaturamque, ad quam re ipsa clanculum aspirabat, verbis autem abhorrere se fingebat, ex ea Reipubl. confusione consequeretur. Vide Appian. lib. II. de bell. Civil. MICYLL.

318 QUID JAM RURA] Quare autem rura suppressa fuerunt toto orbe, hoc est, ne quid exportaretur, sequenti versu redditur caussa, si legas. *ad* pro, *ac*. ut etiam videtur Glareano, & rectè. Caussa enim finalis est, cur omne frumentum, quod conquirendum esset, fuerit retentum. HORTENS.

319 AC JUSSAM SERVIRE FAMEM] Amplius erat quod dicebat Clodius, non propter famem scriptam esse legem, sed ut lex scriberetur factam famem. Vide Plutarchum Pompejo. GROT. ex Ed.

Nescit mixta foro? gladii cum triste [a] minantes
Judicium insolita trepidum cinxere corona,
Atque auso medias [b] perrumpere milite leges
Pompejana reum clauserunt [c] signa Milonem?
Nunc quoque ne [d] lassum teneat privata senectus,
Bella nefanda parat suetus civilibus armis,
Et docilis Sullam scelerum vicisse magistrum.
Utque ferae tigres numquam posuêre furorem,
Quas nemore [e] Hyrcano, matrum dum lustra [f] sequuntur,
Altus caesorum pavit cruor armentorum;
Sic & Sullanum solito tibi lambere ferrum

Du-

VARIAE LECTIONES.

a *micantes* V. sec. pro var. lect. b *prorumpere* V. 1. *irrumpere* H. c *castra* MSS. quidam. V. Cl. Burm. ad Val. Flac. 5, 608. d *lapsum* B. 1. Ed. Ven. e *Hircano*, MSS. & Edd. qq. f *secuntur* R. 1. W. H. *sequentur* V. sec.

Ed. tert. *Ad* pro *ac* etiam scribunt Ascensius & Micyllus; sed contra omnes Mstos. Neque etiam opus est. Dicit rura suppressa per orbem, ac sive adeoque famem i. e. famelicum vulgus jussum sibi servire. Saepius enim ita loquuntur poëtae, ut posterioribus copulâ conjunctis ratio seu caussa praecedentis reddatur: in meo est *hanc*, forte pro *hinc*.

319 SERVIRE] Pompejus enim omnia frumenta collegit ex agris, ut coacti fame homines sibi obtemperarent. SCHOL. Super sequentibus consulat hic Commentatores, si cui lubet.

320 TRISTE MINANTES &c.] Sensus est. Quis nesciat, Pompejum coacte timeri à civibus, dum castra ejus mixta sunt foro timenti, & gladii minantes triste judicium cinxere trepidum aliquem i. timentem insolita corona, quam videlicet faciunt milites circumstantes. Ut Tullius pro Milone. *Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat.* SCHOL. Ordinem verborum non adsecutus est Scholiast. qui est; *gladii triste minantes cinxere judicium trepidum.* Vel si mavis jungere *triste judicium*, non referri debet *trepidum* ad aliquem incertum, sed ad *Milonem*.

324 NE LASSUM &c.] I. e. ne privetur in senectute à dignitate & militia. SCHOL.

326 ET DOCILIS SULLAM SCELERUM VICISSE MAGISTRUM] A Sertorio sumtum hoc dictum, qui Pompejum appellabat Syllae discipulum. Docet Plutarchus. GROT. ex Ed. tert.

326 SULLAM] Fuit enim de partibus Sullae. hic enim Sulla civilia bella gessit. SCHOL.

330 LAMBERE] Ad maximum desiderium retulit dicendo, *lambere ferrum.* IDEM.

332 POLLUTAS] Imitatus hunc locum est Claudianus Lib. II. in Rufin. 8.

Crimina, pollutaeque negant arescere fauces.

ubi etiam in duobus scriptis est *mansuescere*, teste N. Heinsio. Consule ibi quoque Barthium.

333 QUEM TAMEN] Fortasse *tandem.* HORTENS. Male *tandem* conjicit Hortensius. *tamen* enim idem valet ac *tandem.* Ovid. L. II. Met. 336.

Repperit ossa tamen peregrino condita busto.

Consule Doctiss. Passeratium ad Propert. L. II. El. 1, 76.

Unde tamen veniant tot mala:

& Bosch. ad Petron. c. 31. Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. VI, 385. *Procubuit tamen.* Quare etiam Heumannus in Aenigm. 52. Symposii, *Vix tamen effugi*, mutare non debuerat in *vix tandem.*

335 ILLE TUUS] Cui tu junctus fuisti, sive quem imitaris, qui propter crudelitatem regno pulsus est. SCHOL.

335 DISCEDERE] M. Sc. *descendere.* BERSM. *Descendere* reposui, quia ita exhibent omnes Vossiani, Regius pr. Oxon. pr. Bohur. Wittian. Hulst. & meus. Sic Statius Lib. II. Theb. 396.

Fortunam exuere & laetum descendere regno.

Ita enim ex MSS. recte edidit Gronovius: vulgo *discedere.* Apud Livium quoque L. XXXII. c. 32. *Arcem tenebat praesidium, neque ut discederent.* Voss. Cod. habet *descenderent.* Verum amplius videndum, an non scripserit hic Lucanus *decedere*: ut allu-

Durat, Magne, sitis: nullus semel ore receptus
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.
Quem tamen inveniet tam longa potentia finem?
Quis scelerum modus est? ex hoc jam te, inprobe, regno
Ille tuus [a] saltem doceat [b] descendere Sulla.
Post [c] Cilicasne vagos, & [d] lassi [e] Pontica regis
Proelia, barbarico vix consummata veneno,
Ultima Pompejo dabitur provincia, Caesar;
Quod non, [f] victrices aquilas deponere jussus,
Paruerim? [g] mihi si merces erepta laborum est,
His saltem longi, non cum duce, praemia belli

Red-

VARIAE LECTIONES.

a *saltim* Boh. b vulgo *discedere.* c *Ciliasve* H. d *lapsi* A. M. a m. sec. e *proelia r. Pontica* M. f *victores* V. 1. g *si m.* H.

alludat ad morem praesidum Romanorum è provincia decedentium, cum successorem acceperant. Versus certe 338. hoc videtur innuere.

Ultima Pompejo dabitur provincia Caesar.

Decedere autem in hac re solemne fuisse verbum, constat, & nostrum imitatus est Statius Lib. I. Theb. 317.

Si quando humilem decedere regno
Germanum, & semet Thebis opibusque potitum
Cerneret.

Sed & illic in Mstis quibusdam *descenderet*. Restituenda etiam vox *decedere* Aurelio Victori c. 65. *Non veniente successore sua sponte discessit.* Immo cum Msto Leidensi *decessit*. De crebra autem confusione horum verborum latius agetur ad Lib. III. & alibi: Eodem modo variatum apud Silium L. XVII, 1.

Hostis ut Ausoniis discederet advena terris.

ubi vide Drakenb. quod ibi non mutem. Justin. L. XXIII. c. 3. de Pyrrho.

Turpemque ab Italia discessum adjecit.

336 CILICAS VAGOS] Hos Pompejus vicit, & dedit civitatem & agros. Bene autem *vagos* posuit, ut ostenderet non magnum proelium, in quo victi sunt errantes. SCHOL.

336 LASSI] Ut ostendat nihil fecisse Pompejum: multi enim ante vicerunt Methridatem; ideo *lassi*. IDEM.

337 VIX CONSUMMATA] Bene, sive quia diu pugnatum est; quippe a tot ducibus, sive quia Methridates frequenter antidotum accipiens digerebat venena. IDEM. Citatur autem hic versus ab Orosio Lib. VI. c. 1. m. f.

338 PROVINCIA] Multa significat. Nam aliquando providentiam significat, ut *ex provincia factum est.* i. e. ex providentia. Aliquando officium vel negotium, ut hoc loco. Potest hic etiam providentiam significare. Aliquando partem terrae significat, ut *provincias* regna dicimus. Aliquando adverbium est & significat celeriter. Ut Juvenalis. *Instruit ergo focum provincia* i. celeriter. SCHOL.

341 HIS SALTEM] Ne sibi prodesse videatur, hoc bellum facit militum caussa, quod triumphare prohibetur. IDEM.

341 NON ME DUCE] Glareanus annotavit, Aldinum codicem legere, *Non cum duce:* sed utrumque intelligitur, inquit, quasi dicat Caesar. De me non sum tam sollicitus, atque de meis militibus, quibus praemium eripitur, & maximè tum, quando duci triumphus negatur. HORTENS. Haec vera lectio prae vulgata *cum duce.* Accipiat miles praemia, vel alio Imperatore. Cui convenit quod sequitur, *sub quolibet.* GROT. ex Ed. pr. *Non me duce* ediderunt ante Grotium etiam Sulpitius, Ascensius, Versell. & Micyll. Ceterae Edd. cum scriptis, quotquot vidi, omnibus *cum duce.* Quod mihi non temere videtur mutandum. Dicit ad invidiam concitandam, mihi si non licet triumphare, illis militibus saltem reddantur belli praemia & non cum duce suo i. e. excepto solo suo duce, triumphet sub quolibet alio homine.

346 FIENT] Male ante Maasvicii Editionem legebatur *figent* in citatione Servii ad Virgil.

Georg.

Reddantur: miles sub quolibet iste triumphet.
Conferet exsanguis quo se post bella [a] senectus?
Quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur,
Quae noster veteranus aret? quae moenia fessis?
An melius fient piratae, Magne, coloni?
Tollite jampridem victricia, tollite signa:
Viribus utendum [b] est, quas fecimus. arma tenenti
Omnia dat, qui justa negat: nec numina deerunt.
Nam neque praeda meis, neque regnum quaeritur armis:
[c] Detrahimus dominos urbi servire paratae.
Dixerat: at dubium non claro murmure vulgus
Secum incerta fremit: pietas, patriique penates
[d] Quamquam caede feras mentes, animosque tumentes
Frangunt; sed [e] diro ferri revocantur amore,
Ductorisque metu. Summi [f] tunc munera pili

Lae-

VARIAE LECTIONES.

a *juventus* A. b deest in Boh. c *distrahimus* P. 1. d *quamvis* V. 1. e *duro* P. 1. V. pr. f Sic 5. MSS. ceteri cum Edd. *tum.*

Georg. L. IV, 127. Nam idem recte quoque citat *fient* ad XII. Aen. 359.

349 JUSTA] Triumphum post victoriam. *nam neque*; bonam reddit caussam, cur numina deesse non possint, quia non quaeritur regnum aut praeda meis armis. SCHOL.

349 DESUNT] Msc. *deerunt* non male BERSM. *Deerunt* habet MS. Puteanorum, quod haud dubiè rectius. Est enim sperantis. GROT. ex Ed. sec. Mutarunt quibus insolita ista synalaephe. IDEM. Ed. tert. *Deerunt* scribitur etiam in Voss. pr. sec. quart. Oxon. pr. & Reg. antiquiore ac Bohurii MSS. omnino vere; quare ita quoque reponendum curavi. Monuerunt ex suis MSS. hoc etiam Modius Novant. LL. Ep. 80. & N. Heinsius ab Claudian. R. Pros. L. II, 287. ubi plura, ut & in Epist. 262. ad Gronov. iidem Codd. ut & Voss. tert. & sext. Witt. a m. pr. *neque*, & in sequenti versu *nam nec praeda m. neque* habent duo veterrimi Vossiani quoque & Reg. pr. cum Oxon. pr. Hulst. Meus & Voss. quart & Bersm. unus. *nec praeda meis nec.* Voss. quint. Reg. sec. & Amstel. *neque praeda m. nec.* atque ita Ascensius & Micyllus ediderunt. Alterutro certe loco *nec* est scribendum, & MSS. antiquiores sequi malim. vs. 53.

Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe
Nec polus &c.

Consule sagacissimum R. Bentlej. ad Horat. L. III. O. II. 43.

Mollior nec te feriam neque intra
Claustra tenebo.

Lib. tamen II, 283. scripti constanter habent

Nunc neque Pompeji Brutum, neque Caesaris hostem,

sed quaedam Editiones uno loco *nec.* Nec dubito, quin etiam aliis in locis. perparvi sane refert.

351 DETRAHIMUS] Detrahere volumus. *paratae.* Bene quia non resistit Pompejo. SCHOL.

356 METU] Dum timent Caesarem, bellum recusare non audent. IDEM.

356 SUMMI TUM MUNERA PILI LAELIUS] Centurionis Primipili oratio, qua Caesari a se omnem operam & studium pollicetur. Accommodata est huic generi, audax, importuna, gloriosa, impia. Et infamatur obnoxia Caesari militum ad omne nefas obediencia. CAMERAR.

358 SERVATI CIVIS] His quidem, qui civem servassent, corona de querceis ramis dabatur. Hoc Tullius in Pisone tetigit dicens. *Mihique* (Voss. pr. *Quintus*) *Gellius, qui propter te sedet, civicam coronam decrevit.* SCHOL. Vitiose in Voss. pr. *qui prope residet &c.* Ciceronis cap. 3. verba sunt. *Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius, his audientibus, civicam coronam deberi à republica dixit.*

360 FAS EST V. E. VOCES] Ita correximus ex Msc. cum in aliis omnibus legeretur; *jus est veras expromere causas.* unum tamen Msc. habebat *jus est.*

Laelius, emeritique [a] gerens insignia doni,
Servati civis referentem praemia quercum;
[b] Si licet, exclamat, Romani [c] maxime [d] rector
Nominis, & fas est veras expromere voces;
[e] Quod tam lenta tuas tenuit patientia vires,
Conquerimur. deeratne tibi fiducia nostri?
Dum movet haec calidus spirantia corpora sanguis,
Et dum pila valent [f] fortes torquere lacerti,
Degenerem patiêre togam, regnumque Senatus?
Usque adeo miserum est civili vincere bello?
Duc age per Scythiae populos, per inhospita Syrtis
Litora, per calidas Libyae sitientis harenas.
Haec manus, ut victum post terga relinqueret orbem,
Oceani [g] tumidas [h] remo compescuit undas;
Fregit & Arctoo spumantem vertice Rhenum.

Jus-

VARIAE LECTIONES.

a *ferens* p. 2. b *scilicet* P. 5. B. 1. Voss. 3. Reg. 2. H. W. A. c *o maxime* M. d *ductor* B. 1. A. e *quid* H. f *validi* Marp. g *totiens* Edd. Br. Med. h *remis* Marp.

est. BERSM. Sic Lib. IX, 244. *Fas mihi nec liceat.* Statius L. VIII. Theb. 90.

Si licet, & sanctis hic ora resolvere fas est
Manibus.

Nota est formula *si fas est.* At vero in omnibus nostris, praeter unum & alterum, scribitur *jus.* in 2 vetertimis Voss. additur Glossa *& si jam fas est.* supra Reg. antiquiorem erat scriptum *fas.* *Jus* ego non temere damnem. Gellius Lib. I. c. 3. *Contra jus & contra quam licet.* Lib. V, 288. ait noster

Nec fas nec vincula juris Hoc audere vetant.

Sil. Ital. L. VIII, 40.

Haud, inquis, tua jus nobis praecepta morari.
Sit fas, sit tantum &c.

360 VOCES] *Caussas* ediderant Rom. Parm. Ald. Col. Steph. Gryph. & Pulm. Ceteri recte cum MSS. *voces.* pro *expromere* Voss. pr. *depromere.* *exprimere* Hulst. Virgil. Lib. II. Aen. 280.

- - - - - moestas expromere voces.
O lux Dardaniae spes o fidissima Teucrum,
Quae tantae tenuere morae.

Statius L. II. Theb. 101.

Has visus fatorum expromere voces.

Expromere arcana noster L. VIII, 280.

363 DUM MOVET HIC CALIDUS SPIRANTIA CORPORA SANGUIS] Ex Empedoclis sententia, quam & Virgilius sequitur:

- - - & vitam multo cum sanguine fudit.

Et alibi:

Una eademque via sanguisque animusque sequuntur.

GROT. ex Ed. tert. *Haec calidus* Pulm. & Vossiani omnes, Reg. pr. Oxon. pr. Witt. Hulst. & Meus: verissime, quare ita reposui. nec aliter jam ediderant Veneti, Taberius, Sulpit. Ascens. Venell. Mic. Stephan. & Hortens. δεικτικῶς ad reliquos milites, quorum nomine loquebatur, vel ad se ipsum. v. vs. 369. Lib. II, 357.

Fervidus haec iterum circa praecordia sanguis
Incaluit; ubi itidem in aliis, *hic.*

Virg. Aen. IV, 336.

Dum spiritus hos regat artus.

& Lib. II. Aen. 292. Ovid. Met. XII, 120. noster L. III, 720. IV, 649. VII, 305. & alii millies v. Passerat. ad Tibull. II, 6, 7.

368 LIBYAE] *Libyae* Msc. duo. alii *Libyes.* BERSMANN. *Libyes* ex meis scripti habent quatuor cum Ed. Rom. Parm. Ald. Steph. Gryph. Hortens. &c. atque ita passim Graeca terminatione inflectere hanc vocem patet ex vs. 206, 255. IV, 606. IX, 370, 624. &c. aliisque locis, ubi nunc vulgo

Jussa sequi tam posse mihi, quam velle necesse est.
Nec [a] civis meus est, in quem tua classica Caesar
Audiero. per signa decem felicia [b] castris,
Perque tuos juro quocumque ex hoste trimphos;
Pectore si fratris gladium, juguloque parentis
Condere me jubeas, plenaeque in viscera [c] partu
Conjugis, invita peragam tamen omnia dextra.

Si

Variae Lectiones.

a *meus est civis* Ed. Ven. Br. Med. b *dextris* Voss. tert. pro var. lect. c *partus* Reg. sec. H.

vulgo Latina declinatione circumfertur. Hic tamen cum plurimis Codd. malim quoque *Libyae* ob nimiam repetitionem litterae *s*. *Harenas* autem scripsi passim pro *arenas* motus auctoritate MSto-rum.

368 Sitientis] Egentis aqua: unde Libya dicitur, quasi Lipsia i. e. egens pluviae. SCHOLIAST.

371 Vertice arctoo] In Septentrione. Virgil. *Hic vertex nobis semper sublimis.* Vel legas, *vortice*, id est, aquae volubilitate, quae seipsam absorbet. SULPIT. Vortice. Ob impetuosum, violentumque ejus cursum, qui ubi maximè vorticosus est, circa originem suam, nullis navigiis navigabilis est. Germaniam praeliis vicit, at non bellis, adeò ut Romanis illa quietem sueverit divendere, id quod heroico carmine eruditè testatur Claudianus, Panegyri prima in laudes Stiliconis. Accepta enim pecunia pacem addicebant Romanis, quum inquit.

Illi terribiles, quibus otia vendere semper
Mos erat & foeda requiem mercede pacisci,
Natis obsidibus pacem tam supplice vultu
Captivoque rogant.

Sunt qui legunt, *vortice*, *vertice Arctoo*, eadem figura, & forma loquendi, qua poëta dixit.

Hic vertex nobis semper sublimis.

Sed ubi Oceanum intrat suis ostiis, parum spumat, sed lentior labitur, & parum violentus. HORTENS. Alii *vertice*, ut polus significetur Arcticus. Male. est autem Rhenus vorticosus, seu verticosus; h. e. contortam in se habet aquam ac impetu quodam ruit, praecipue ubi oritur. BERSM. Ego vero vix putem, verticem seu contorsionem aquae recte posse dici Arctoum; quia fluvius, in quo illi vertices sunt, est septentrionalis. Quare malim cum Scholiaste, qui exponit, *septentrionali climate, sub quo Gallia est constituta*, intelligere plagam septentrionalem, unde oritur & cum impetu spumosus labitur Rhenus. Nam quae hic Hortensius de Ostiis Rheni ad Oceanum dicit, nihili sunt. Passim autem, ut de omni summitate, sic de superiore juxta veterum opinionem mundi plaga sumitur *vertex*. ut in l. citato à viris doctis Virgilii L. I. Georg. 242. adde L. 2. G. 313. Aen. I, 229. Valer. Flacc. L. III, 487. Stat. Theb. III, 218. & saepe. Si Lucanus aquarum contorsionem intellexisset, scripsisset clarius & elegantius.

Fregit & Arctoum spumanti vertice Rhenum.

Sed vel ne sic quidem *vertice* in *vortice* mutari contra MStos tantum non omnes & Edd. veteres necesse esset. Nam sive summitatem, seu volubilitatem aquae, flammae, vel fumi &c. describant auctores, utrumque per *verticem* tamquam à *vertendo* declinatum expresserunt. *vorticis* prisca orthographia à recentioribus ubique est intrusa, quam ego olim quoque praeferebam ad Obseq. c. 112. Sed male. Vide Pierium Valerian. ad Virgil. Georg. L. III, 241. & quos laudat Doctiss. Drakenburg. ad Silium Ital. L. III, 475. loco valde apposito.

Corpora multa virum spumanti vertice torquens
Immersit &c.

Atque ita in MSS. & Edd. antiquis apud nostrum ubique scriptum est, quod in quibusdam locis, non in omnibus etiam mutatum à correctoribus. Sic L. I, 546. III, 631. IV, 100, 460. VIII, 374. & alibi.

372 Jussa sequi] Sensus est: *Necesse est mihi parere tibi, quia volo, & velle cogor.* Cogi autem eum melius intelligimus ab amore, quàm quòd sit hostis judicatus: quippe Caesar habuit milites amantissimos sui, & ad omnia facinora peragenda paratos, ut hunc ipsum, Scaevam & Acilium. SULPIT. Antonius Sabellicus, (Syll. II. Annot. in Plin. T. I. Fac. Crit. p. 182.) hunc locum ita legit.

Jussa sequi, tam velle mihi, quàm posse necesse est.

Nam volunt, inquit, homines, quae obire non pos-

Si ſpoliare Deos, ignemque inmittere templis,
Numina miſcebit caſtrenſis flamma Monetae:
Caſtra ſuper Tuſci [a] ſi ponere Tibridis undas,
[b] Heſperios audax veniam metator in agros.
Tu quoſcumque voles in planum effundere muros,
His aries actus [c] diſperget ſaxa lacertis:
Illa licet, [d] penitus tolli quam juſſeris urbem,

Ro-

VARIAE LECTIONES.

a *me* O. b *Heſperidos* Reg. pr. c *diſperdet* B. 1. *diſpergit* Ed. Ven. d *tolli penitus* Ed. Ven. Br. Med.

poſſunt. Sed multò plura ſunt, quae quia homines poſſint, velle debent, praeſertim ſi honeſta ſint. Badius, *τὸ tam*, connectit, tum cum neceſſe, tum cum poſſe: & ſequente loco pro tantum exponit. Sed nullus ſenſus dicitur. Unde ego lubens Sabellico ſubſcribam, donec melius quid invenero. GLAREAN. Obſcurior eſt ſenſus. Neceſſe eſt, inquit, mihi ſequi velle, pro virili parte mea, quo duxeris. Vel: neceſſe eſt, me poſſe, quod juſſeris, cum velim. Vel: tam eſt, ut poſſim, hoc eſt, ita poteſtas adeſt ſequi te, quam neceſſitas imponitur, ut velim. Neceſſitatem autem dicit vel ducis reverentiae & ſacramenti, vel obviam eundi periculis impendentibus, vel etiam addictae voluntatis Caeſari &c. CAMERAR. *Tam velle mihi, quam poſſe neceſſe.* Ita in plerisque libris legitur: nos ſecuti ſumus fidem duorum Mſc. & aliquot editorum exempl. Neceſſe, inquit, mihi eſt tibi parēre, quia utile eſſet, ſi tantum poſſem, quantum vellem, ſequi tua juſſa. BERSM. Mire vexatus hic locus eſt, ut patet ex variis interpretum expoſitionibus. Sabellici vero lectionem ſoli confirmant unus Pulm. & duo Berſm. Omnes mei priſcum retinent verborum ordinem: niſi quod in Marp. ſcribatur: *Juſſa mihi tam poſſe ſequi q. v. n. e.* quod eodem redit. Ejus tamen conjecturam praeter Glareanum receperunt quoque in textum Colinaeus, Stephanus, Gryphius, & nuper Anglus editor Mattaire, ſecutus ſcilicet in omnibus Editionem Haeredum Gryphii. Non itaque ſic legitur in plerisque libris, ut putat Berſmannus, ſed tantum in illis, quos dixi. Ego quoque nihil muto; placetque ſola Camerarii expoſitio ſecunda. *Neceſſe eſt, me poſſe, quod juſſeris, tam velim.* Quod ex tota hac oratione videtur patere. Jactat enim Laelius, nihil eſſe, quod ſibi ceteriſque Caeſaris militibus obſtare, & reſiſtere poſſit; & quod illi, quidquid modo velint, etiam efficiant, quod probat ſubjugatione Oceani & Rheni. *Sequi* igitur eſt exſequi ſimpl. pro compoſ. Neceſſe eſt mihi poſſe tam exſequi tua juſſa, quam velle, cum nihil me vincere, aut deterrere, ſed omnia mihi ſuccumbere debent. Quare ne deſit tibi, o Caeſar, fiducia noſtri, ut dixit vſ. 362.

374 SIGNA DECEM FELICIA CASTRIS] Sulpitius, Aſcenſius, Hortenſius aliique jungunt *decem ſigna* i. e. per 10 aquilas, quas totidem ſequebantur legiones. & *felicia caſtris* exponunt pro *in caſtris*, in exercitu. Verum quis ita loqueretur, & quid refert, per quot ſigna juret? Quare rectius multo Omnibonus expoſuit *bellis decem*, & Scholiaſtes; *Quia per decem annos pugnatum eſt contra Gallos.* Jurat enim Laelius per ſigna, quae per decem expeditiones annuas ſemper felicia fuerant. Neſciverunt ſcilicet interpretes, *caſtra* aliquando ſumi pro ipſis expeditionibus, *campagnes.* At tu vide Doct. Broukhuſ. ad Propertii L. II. El. 6, 15.

Quod mea ſi teneras comitarent caſtra puellae.

Adde Cicer. O. 2. Catil. c. 10. in fine

378 INVITA] Etiam nolente. Bene dixit *invita*, ut non timore Caeſaris hoc faciat, ſed affectu. SCHOL.

380 NUMINA] Pro numinum ſimulacris *caſtrenſis Monetae.* Militaris Junonis. Dicitur Moneta, eo quod monuit Romanos dormientes per anſerem de adventu Gallorum, ne Capitolium introirent. IDEM.

381 CASTRA] Alii *ſigna.* Nos ſecuti ſumus fidem duorum Mſc. & exempl. impreſſ. duorum. BERSM. Recte hanc vocem revocaverat Berſmannus, *ſigna* eſt in Ed. Rom. Parm. Pariſ. a. 1512. Ald. Col. Gryphiique & aliis. ſed ſcripti mei conſtanter *caſtra*; & huc convenit melius *τὸ metator.* quam *ſignis.* Frequenter has voces eſſe commutatas, plus ſemel videbimus deinceps. Quid autem notius hac phraſi *caſtra ponere?*

387 ELATASQUE ALTE QUAECUMQUE AD BELLA VOCARET PROMISERE MANUS] *Χειροτονία* militaris. GROT. ex Ed. Tert. Celeberrimus J. G. Graevius putat legendum eſſe neglectione, de qua

G te-

Roma sit. His [a] cunctae simul assensêre cohortes,
Elatasque [b] alte, quaecumque ad bella [c] vocaret,
Promisêre manus. it tantus [d] in aethera clamor,
Quantus, piniferae Boreas cum Thracius Ossae
Rupibus incubuit, curvato robore pressae
Fit [e] sonus, [f] aut rursus redeuntis in [g] aethera silvae.

Cae-

VARIAE LECTIONES.

a *junctae* p. 1. *Hisque simul cunctae* p. 1. *Hic* Boh. b *altas* Reg. Sec. *altae* alii. c *vocarit* Ed. Ven. d vulgo *ad*. e *sonitus* r. p. 1. f *&* M. g *aera* Marp.

tamen nihil monet, Synalephae *Elata manu* ad Ciceronis Orat. de lege Agrar. contra Servil. Rullum c. 36. &y*promittere* manus hic esse locutionem nihili existimat. Sed pace tanti viri manium dictum sit, perquam male: Nam praeterquam quod omnes Codd. habeant *Elatas manus*, eodem modo etiam locum laudat Servius ad Virgil. L. XII. Aen. 258.

Tum vero augurium Rutuli clamore salutant,
Expediuntque manus.

Immo Statius aperte hunc locum imitatus canit Lib. III. Theb. 352.

- - - dejecti trepidas sine mente sine ira
Promisere manus.

Idem ergo est ac promittere operam suam, polliceri, se manus praebituros, qua locutione utitur noster L. v, 558. V. & Claudian. in Rufin 1, 118. Deinde pro *ad aethera*, rescripsi *in aethera* auctoritate Veterrimi Cod. Vossiani, Hulst. Mei, & uniusqBersm. Ingratissima foret repetitio τ̃ *ad*, *ad bella ad aethera. it in aethera.* ut statim *redit in aethera*.

389 PINIFERAE] Editiones Bersmanni & Grotii habent *Piniferi Ossae*, an ex Mstis, tacent uterque: quod cum sit contra morem Bersmanni, putem, hoc loco vitium esse typographicum, nec à Grotio esse deprehensum, quia sanus videtur locus. Quoniam Poëtae solent Adjectivum Masculini generis jungere nominibus montium femininis, substantivum *Mons* scilicet subintelligentes. De qua re latius ad Lib. III, 177. *Herculeum Oeten*. Verum omnes ad unum Codd. habent *piniferae*, vel *nubiferae*, ut est in Vossiano primo, Wittiano, Meo, & pro var. Lect. in Voss. secundo. melius est *pmiferae*, cum nubes hic nihil ad rem faciant, sed pinus. Quomodo passim à Poëtis describuntur montes. inf. L. II, 431. Virgil. Aen. L. x, 708. Seneca Agam. 337. Statius Lib. VII. Theb. 272. Adde La Cerdam ad Virgil. Ecl. x, 14. N. Heinsium ad Epist. III. Sabini 41. pro masculino genere facit, quod in MS. Hulstii sit *nubiferi*.

389 THRACIUS] Quod illic est violentissimus, *Ossa* mons Thraciae. SCHOL.

390 ROBORE] Msc. *pondere*. arbores Boreae impulsu curvatas innuit [illegible]. BERSM.

391 REDEUNTIS] i. e. cum iterum arbores, quae pressae, & vi ventorum usque in aërem sic curvatae fuerunt, revertantur in aëra. SCHOL.

391 AETHERA] *Aethere* Msc. Mendose. ramos intelligit sursum redeuntes, remittente flatu venti. BERSM.

395 EVOCAT ET ROMAM MOTIS PET.] Sequitur catalogus evocatarum copiarum a praesidiis Gallicis. Qui locus est mentione diversorum locorum atque populorum distinctus, & exornatus.

Lemanus lacus, quem Rhodanus transit. *Genfer Zee*.

Vogesi Ripam Mosae. Vel potius *rupem* legendum, montes Lotaringiae.

Lingones vel *Lingonas* potius.

Isara Narbonensis provinciae fl. in Rhodanum erumpens. *Langers* itemque Atax, sed hic vicinior Aquitaniae, ex Pyreneis montibus defluens.

Rhutani Aquitanici populi.

Varus Alpinus fl.

Monaecus portus Liguriae, Herculi sacer. *Umb. Genua*.

Circius peculiaris Galliae ventus.

Oceanus Galliae aestuosus est.

Nemetis. Alii *Monetis*. Alii *Nanetis*, sed quaerendum de veritate vocabuli: Nam populum hunc commemorare Aquitanicum videtur de mentione sinus Tarbelici.

Santonis, ut videtur, patronymica forma Santonum terra, Ligeri vicina, Aquitanica & ipsa.

Bituriges duobus in locis Galliae memorantur in Aquitania, Vibisci, Burdegalensis, & Cubi Burges.

Axo-

Caesar ut acceptum tam prono milite bellum,
Fataque ferre videt, ne quo [a] languore moretur
Fortunam, sparsas per Gallica rura cohortes
Evocat, & Romam motis petit undique signis.
Deseruêre cavo tentoria fixa Lemanno,
Castraque, quae Vogesi curvam super ardua rupem,

Pu-

VARIAE LECTIONES.

a *langere* MSS. quatuor.

Axones, Leuci, Rhemi, Belgicae, Picardi. Alii tamen non *Axones* sed *Suessones* legunt.
Sequani, Belgae. *Burgund.*
Belgae Brabantini.
Arverni Aquitanici.
Nervii Brabantini.
Vangiones ad Rhenum, *Worms*, sicut & Batavi. *Holand.*
Cinga } Rhodanus } fluvii. Araris }
Gebenna mons.
Treviros ad Mosam.
Liger à fluvio Ligeri. Sicenum legunt. *Orliens.*
Teutates. Aesus, Taraenis, Numina Gallica, quibus humanas victimas immolarunt. CAMERAR.

396 LEMANNO] Lacus Galliae prope Liguriam civitatem. SCHOL. Scripsi *Lemanno* auctoribus Mstis plerisque & antiquis Edd. non *Lemano*, ut vulgo. cum duplici *nn* hic & ubique legendum esse, patet quoque ex Servio, qui male hunc lacum fluvium dicens *Alemannos* hinc denominatos censet ad Virgilii Georg. Lib. IV, 278. Vide & ad vs. 427. Nec aliter scribitur in emendatis aliorum Auctorum, Melae, Plinii &c. editionibus. In Msto Leidensi Vibii Sequestris *Lemannus Galliae*, non *Lemanus.*

397 CASTRAQUE VOGESI &c.] *Super ardua Vogesi* legendum est, non *super ripam.* *Vogesus* enim est mons in finibus Lingonum. Nam Caesar in commentariis dicit *Mopsa flumen de monte Vogeso prodiit.* *Curvam ripam* propter Mopsam, qui est in finibus Lingonum, quos victi Elvetii à Caesare profugerant. OMNIBONUS. Referunt omnes *ripam* ad Mopsam fluvium, qui ex Vogeso monte labitur, cum nulla interim fluminis fiat mentio. Dic, rogo, non multo melius fit, *curvam rupem* legere, ut mons declivus, & rupibus praeditus intelligatur? Jam quod loco non multum diverso legunt: *cohibebant Lingones armis:* si attentius species id verbum, sine recto casu est. Quare vide, ne *cohibentia* sit verior lectio, ut ad signa referatur. ANT. SABELLICUS Syll. 2. Ann. in Plin. T. I. Thes. Crit. p. 182. *Castraque quae Vogesi.* Deseruere castra, quae existentia ardua i. e. in altum erecta, super curvam ripam Vogesi montis, habentis prope se ripam Mosae, seu ut alii scribunt, *Mopsae*, fluvii in finibus Lingonum, cohibebant Lingones populos; aut Lingones populi illi in provincia Lugdunensi inter Celtas vicini Heduis & Sequanis pugnaces i. bellicosi cohibebant i. arcebant, ne ultra progrederentur armis pictis i. picturatis, & insignibus decoratis. Est autem dubium, an castra cohibuerint Lingonas, an Lingones castra, esset quidem ad laudem militum, si ipsi cohiberent Lingones, & ita dicit Sulpitius *Lingones populis:* verum ego putem aut *Lingonas* scribendum esse, aut sensum esse, quod Lingones ipsi cohibuerint castra Romanorum. Accusativus enim tertiae in *as* corripitur; in *es* aut *is* producitur. Sed Nominativi & Vocativi eorum, quae *as* in Accusativo habere possunt, habent *es* commune. ASCENSIUS. Haec duo carmina ostendit Antonius Sabellicus mendosè legi, legitque *Castraque Vogesi*, & in sequenti. *Cohibentia Lingonas.* Caeterum in omnibus Caesaris codicibus, quos mihi videre licuit. libro IV. c. 10. de bello Gallico legitur, *Mosegi*, non *Vogesi*, ut codices habent Lucani. Et videtur etiam verior lectio. Nam hoc montis nomen Gallicae linguae puto, & à Romanis corruptum. Moseci est enim Mosae angulus, sive montis pars, unde ejus profluunt fontes. Quod Caesar in Latinam ac molliorem formam redigens, ut in plerisque aliis Gallicis vocibus fecit, *Vosegum* vocavit. Postera inde aetas, etymon nominis ignorans *Vogesum* dixit. Itaque media producta est, lege barbarorum nominum, Latino more inclinatorum. Primùm poëta sua authoritate produxit, etiamsi posteri corripuerint primam de Mosa, quam ego malim producere. Quod verò Sulpitius dixit Lemannum lacum esse, per quem Rhodanus Ararim deferens labitur, rectè à Badio reprachensum

 est,

Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.
Hi vada liquerunt Isarae, qui gurgite ductus
Per tam multa suo, famae majoris in amnem
Lapsus, ad aequoreas nomen non pertulit undas.

Sol-

est, ut propriè dictum. Invertit enim Sulpitius Plinii verba, quae habentur libro III. capite 4. Sed ea inversio fecit falsum sensum, quod eo libentius notare placuit, ut cautius authores allegare consuescamus. Nondum enim fert Ararim Rhodanus, quum per lacum Lemannum labitur. Quod verò subnectit Sulpitius, Lemannum lacum Helvetios à Gallis dividere, secutus est vulgi opinionem, qui putant, Helvetios esse Germanicam gentem, cùm sint Gallissimi Galli: nec hodie priscae Galliae aliud est tam magnificum fastigium, atque sunt Helvetii, lingua Celtarum vetere, moribus, libertate, ac populari dominio. Alemanniam autem certum est vocabulum tum Germanicum, tum Gallicum esse, *Allerleyman*, *Allerley zamen gelesen volck*, quos Galli hodie Romana utentes lingua, Alemanos ita vocarunt, ut calendarium almanach. Porrò super haec poëtae loca commentatores multa adferunt meritò reprachendenda, sed nos ea obiter, ac modestè attingemus. Sulpitius enim Ruthenorum civitatem unam ex Allobrogibus facit, quod nemo (ut puto) memoriae prodidit, quum Ruthenorum civitas, hodie Rhodes dicta, ab Allobrogibus plus mille stadiis distet. Idem Sulpitius Varum flumen ex Alpium monte Cemeno profluere dicit, cùm Vari fontes à Cemeno monte absint, plus quatuor M. stadiorum. Ab Alpibus quidem fluit Varus non tamen ex Cemeno monte. Porrò Badius de Isara ait, qui solus nomen servat, cùm poëta dicat, eum nomen perdere, ob famae majoris amnem, nempe Rhodanum, in quem influit. GLAREAN. & ad Caes. L. IV. B. G. c. 10. *Vogesus*, sive *Mosegus* rectius, qui & *Vosecus* à nonnullis appellatur, in finibus Lingonum, unde Mosae fontes decurrunt, haud procul à fonte Macronae fluminis. *Vocetus* Tacito in Helvetiis est, ad cujus montis radicem vetus oppidum Vindonissa fuit, posteris temporibus ab Alemannis ita vastata Rhenum transgressis, ut ne vestigia quidem ejus extent, praeter nomismata antiquitatis monumenta, quae illic effodiuntur. HORTENS. *Ripam*, alii *rupem*: ad Vogesum montem referentes: sed rectius est *ripam*; ut Mosa indicetur fluvius, ex illo profluens. Pro *Lingonas* Msc. duo *Lingones*: minus recte: tertium *Ligones*. BERSM. *Rupem*, non *ripam*. Mons enim Vogesus, & in monte castra. Vide Tacitum Historiarum primo. *Rupem* autem pro monte dici frequens Poëtis. GROT. Mire, ut videmus, hic locus crucem figit interpretibus, qui tamen sanus nunc & clarus est. Et primum, nam Omnibonum nihil moror, merito offendit Sabellicum verbum *cohibebat* sine casu recto; ejus enim tempore vulgo legebatur *Castraque Vogesi*. Sed recte *quae* addiderunt jam Sulpitius & deinde reliqui, quod Glareanus male rursus delendum putat. Agnoscunt eam vocem Ed. Parmensis & omnes scripti praeter Amstel. & Meum. Male vero Glareanus & Hortensius malunt *Mosegi*. nam praeterquam quod codices hic nihil mutent, ubique appellatur *Vogesus*, vel, uti variant MSS. in Caesare, *Vosegus*. ubi rectius idem Glareanus & vid. Davisius. atque ita hic edidit R. Stephanus. Certe apud Plinium Lib. XVI. c. 39. *In Gallia Jura ac monte Vogeso*, monet Dalechampius in Chiflet. Cod. esse *Vosego*. in Silio Italico quoque Lib. IV. vs. 213. nomen militis Galli habetur ex emendatione Heinsii *Vogesus*. vel *Vesegus*. in Regio primo hic est *Vocesi*. Jam vero cum constet, *Vogesum* sive *Vosegum* esse montem, non vero fluvium, valeré non posse puto *Ripa Vogesi*. quod tamen vetustissimos quosque obsedit Codices, unde deceptus Scholiastes putavit, tam esse flumen, quam montem. Ait enim ad haec verba. *Ordo est, & castra deseruere Romani, quae ardua super curvam Vogesi ripam posita cohibent Lingonas pugnaces pictis armis. Vogesus mons ejusdem civitatis cum flumine.* Nam quod alii exponunt: *ripa Vogesi* est ripa Mosae juxta Vogesum, velim talis locutionis mihi dari exemplum. Praeterea castra non possunt dici *ardua super ripam*, sed *super rupem*. Quare vel contra plerosque scriptos cum aliis viris doctis etiam edendum curavi *rupem*. quam lectionem tamen juvant Regius recentior, & Amstel. ac Edd. Romana, Parm. Colinaei, Steph. & Gryphii; vide etiam 434, 435. Mira vero pertinacia omnes scripti *Lingones* vel *Ligones* habent, uti & editi praeter Steph. Gryph. Pulm. Bersm. & Grot. Edd. quod veteribus interpretibus dubium quoque creavit. Unde Ascensius bene scribi jussit *Lingonas*, & ita saepius in nostro & aliis peccatum esse videbimus L. IV, 593. VII, 145. IX, 659. nisi malis, accusativos tantum in *as* terminari nominum eorum, quae vere Graeca sunt: quod non putem. Denique monet Cl. Burmannus in nonnullis Mstis ab Heinsio inspectis esse *prohibebant* ad Val. Flacc. L. I, 594. *Cum jam prohibere frequentum Ora nequit.* Idque perinde esse ibidem docet. Atque ita arbitror, nihil obscuri in hoc loco reliquum esse. Dicit enim clare Lucanus. Evocati deseruere castra,

Solvuntur flavi longa statione Ruteni:
Mitis Atax [a] Latias gaudet non ferre carinas,
Finis & Hesperiae promoto limite Varus:
[b] Quaque sub Herculeo sacratus nomine portus

Ur-

VARIAE LECTIONES.

a *gaudet* L. N. b *qua super* H.

stra, quae ardua i. e. sublime posita super incurvam rupem montis Vogesi Lingonas pictis armis pugnaces cohibebant, seu ab excursionibus prohibebant.

400 PER TAM MULTA] Scilicet *spatia*, *loca*, ut recte supplet Scholiastes. pro eo noster L. VII, 420. *Multum terrae spatium* dixit. Quare cave, quid mutes, ut mihi prius videbatur. *Multa* posuit, ut Graeci τὴν πολλὴν, & τὴν πολλὴν τῆς γῆς. Herodot. L. I. c. 30. ubi V. Cel. J. Gronovium. Joseph. L. X. Ant. Jud. p. 538. Ed. Lugd. Adde H. Stephanum in Thesauro. Immo & sic Latini, *omnia*, *cuncta* dicunt pro omnibus locis. Consule Clar. Burmann. ad Valer. Flacc. L. II, 582.

- - - - *Vigili simul omnia ludo*
Festa vident.

402 RUTENI] Al. *Suevi* propter epitheton *Flavi*. HORTENS. ut L. II, 51.

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis.

Claudian. L. I. in Eutrop. 380. *flavis signabat jura Suevis.* *Flavas* vero *comas* non tantum Germanis; sed & omnibus fere septentrionalibus populis dant poëtae: de Getis Claudian. L. IV. Consul. Hon. 54. *Flava agmina* in Fescenninis vs. 113. *flavos vincere Sarmatas.* in Eutrop. II, 112. *flavos Gelonos.* noster L. III, 78. *flavis Britannis.* & passim alii Auctores. Consule Lypsium ad Tacit. de Mor. Germ. c. 4. Lindenbrog. ad Amm. Marcell. L. XV. c. 12. Qui autem illi alii sint, nescio. sed non multum curo, falsa enim est lectio. cum *Suevi* sint Germaniae populi, noster vero hic Galliae gentes adhuc describat. Recte igitur *Rutheni* Narbonensis Galliae populi, à flavis crinibus dicti, seu potius *Ruteni*, ut est in omnibus scriptis & Edd. antiquis. alii *Rhuteni*. Graecis Ῥουτανοὶ, Ῥούτηνοι & Ρυθανοί; *Ruteni* Plinio L. III, 9. IV, 19. V. Ortelium in Thes. Geogr. & Vossium ad Caesarem L. VII. B. G. c. 7. *praesidia in Ruthenis provincialibus constituit.* *Ruteni* cujusdam mentio est etiam apud Sueton. in Tiber. c. 19. sed malim ego quoque, cum ibi de Germanis agatur, *Ruterum* vel *Bructerum* scribere cum Torrentio & Vossio ad Vellej. L. II. c. 105. At corruptum est hoc nomen in Vibio Sequestri. *Atax è Pyrenaeo circa Narbonam &c.* pro *in Pyrenaeo* in Mitis, etiam Leidensi à me collato, *Phutenorum.* lege *Rhutenorum.* sic *Alachis Megarensium*, *Athesis Veronensium*, *Amasenus Privernatium*, & centies Vibius ille.

403 MITIS ATAX] *Arax* Msc. duo male. est autem Atax Narbonensis Provinciae fluvius è Pirenaeo monte digressus, cujus accolae sunt Rutheni. BERSMANN. *Arax* etiam rec. Voss. & Ed. Elzev. 1651. *Arax* Marpurg. cum quo fluvio, & Caesaris verbis L. I. B. G. c. 12. Atacem hic male confundit Omnibonus, ut jam monuit Ascensius. Ad vocem *mitis* adnotat Scholiastes haec. *Ideo mitis, quia numquam per illum navigavit classis Romana, sed suorum, nisi dimicante Caesare, aut mitis, quia lenis & mitis incedit, vel ideo mitis, quia per illum Romana classis navigavit tuta. Est fluvius Galliae.* Ex quibus rationibus mecum quisque facile videt, secundam esse solum veram; *quia lenis incedit*, & placidus nempe aestate. Quod docet Mela L. II. 5, 46. *Atax ex Pyrenaeo monte digressus, qua sui fontis aquis venit, exiguus, vadusque est, & ingentis alioquin alvei tenens, nisi ubi Narbonem attingit, nusquam navigabilis; sed cum hibernis intumuit imbribus, usque eo solitus insurgere, ut se ipsa non capiat.* Ita *mitescere freta* Ovid. Ep. VII, 179. *Mitior unda* Senecae Herc. Oet. 652. & de fluvio Ticino Silius L. IV, 85.

Vix credas labi: ripis tam mitis opacis &c.

XVII, 642. *Nec mitis Hiberus.* Claudian. III. Consf. Honor. 123.

Eridanus blandosque jubet mitescere fluctus.

404 LIMITE] Ita scribendum, non, *milite.* Promoto limite, est, prolatis Italiae finibus; quae olim angustior. GROT. Ed. pr. Lectionem hanc ex conjectura sola à nobis positam confirmat idem MS. P. qui diserte sic habet. IDEM. Ed. sec. Ita legendum, pro *milite*, quod ex conjectura monueramus, firmat is, quem dixi, manuscriptus Puteanorum. Mutatio eadem saepe occurrit in Frontini libris. Rem sic esse docet Strabo initio libri quinti. IDEM. Ed. tert. Omnes interpretes ante Grotium *promoto milite* sumebant pro *procul amoto*. Sed verissima est Grotii correctio, quam fir-

 mann

Urguet rupe cava pelagus: non [a] Corus in illum
Jus habet, aut Zephyrus: solus sua litora turbat
Circius, [b] & tuta prohibet statione [c] Monoeci.
Quaque jacet litus dubium, quod terra, fretumque
[d] Vindicat alternis vicibus, [e] cum funditur ingens
Oceanus, vel cum refugis se fluctibus aufert.
Ventus ab [f] extremo pelagus sic axe volutet,

[a] De-

VARIAE LECTIONES.

a *Chorus* MSS. plurimi, & sic semper. b *&* abest ab A. c *Menethi* B. 1. V. tert. Marp. *Meneti* B. 1. V. 1. M. *Meneci* V. pr. sec. Reg. sec. *Monethi* V. quint. *Menoeti* A. Ed. Rom. Parm. V. quart. *Menoeci* Reg. pr. Witt. Ed. Ven, proxime vero *Monechi* H. d *Vendicat* MSS. & Edd. qq. Witt. semper. e *confunditur* V. tert. a m. 1. & sext. f *externo* V. sext. a m. 1.

mant duo Regii & Vossianus primus, ubi alia manu pro varia lectione adpositum l. *milite*. In tertio recentiore manu *limite* mutatum est in *milite*. Vossiani secundi glossae itidem *limite*. Optime. Hinc Vibius Sequester, qui saepe Lucanum ante oculos habuit, *Varus nunc Galliam dividit ante Rubicon*. vide hic vs. 216. saepe hae voces sunt commutatae. sic L. IV, 740. in MSS. & Edd. quibusdam *abrupto milite* pro *limite*. Adde Meursium de Funere p. 190. Comment. virorum dd. ad Frontini Strateg. L. I, 3, 10. Drakenburg. ad Silium Ital. L. V, 1. nos ad Obsequent. c. 107. ubi Lipsius in margine libri sui pro *militum multum* legit olim; dein ita conjecit *in Circejis per pila militum*. Ego adhuc haereo.

405 SUB NOMINE] *Numine* Msc. Indicatur Herculis Monoeci portus Ligusticus. Virgilius 6. Aen.

Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monoeci

Descendens. BERSM. *Numine* habent Pulm. 4. quinque Vossiani, nisi quod in quarto suprascriptum sit *o*. & Marpurgensis, ac quatuor Pulm. Codd. cum Aldo, & Hortensio, ceterisque Edd. ante Sulpitium. ut passim hae voces commutari solent: quod videri potest ex collectione Cl. Drakenburgii ad Silium Ital. L. XVI, 655.

- - - - - - sub numine quorum
Gens Trojana sumus.

ubi videtur doctissimus vir praeferre *numine*. Aliud ego censeo; cum dimidia Mstorum pars *nomine* retineat, nec tantum portus ille sacratus sit Herculi, sed etiam *portus Herculis Monoeci* nominatus, ut clare docet Servius ad citatum à viris doctis Virgilii locum vs. 831. *Est portus Monoeci Herculis. Dictus autem μονοῖκος, vel quod pulsis omnibus ibi solus habitavit, vel quod in ejus templo numquam aliquis Deorum illic simul colitur*. & hic Scholiastes, *portus Monoeci Herculis sacrari sub nomine*, eo sensu dicitur, quo apud Ciceronem Lib. II. de Nat. Deor. c. 26. *Coelum Junonis nomine consecrarunt Bacchi sub nomine*. Ovid. L. IV. Metam. 522. *fraterno sub nomine*. L. IX. Met. 557. infra L. V, 344. *Nostro sub nomine*. Multa de vario usu τῶν *sub nomine* eruditissime disputat Cl. Burmann. ad Ovidii Trist. L. II, 551.

Idque tuo nuper scriptum sub nomine Caesar,
Et tibi sacratum sors mea rupit opus.

ubi eadem varietas. Vide eumdem quoque ad Valer. Flacc. L. III, 600. *Herculeo sub nomine pendent*. Silius Ital. L. XIII, 400.

Sic ad Cymaeam, quae tum sub nomine Phoebi
Autonoë tripodas sacros antrumque tenebat.

ubi Heinsius etiam *numine* malebat.

406 URGUET] Facit enim angustias, ut venientis in artum maris aestuet magnitudo. SCHOLIAST.

408 MONOECI] Forte *Morari*. GROT. Vide variantes, sed posset etiam conjici *manere*. Nihil muto contra Mstos. *Statio Monoeci* est portus *Monoeci*, ut praeter alios Strabo Lib. II. p. 201. Ed. Par. *ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμὴν ὅρμος ἐστὶν, οὐ μεγάλαις, οὐδὲ πολλαῖς ναυσὶν, ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλουμένου.* Bene tamen Grotius, quod ad sensum attinet, qui varie ex his verbis acceptus est, quoniam casu caret τὸ *prohibet*. Omnibonus subintelligit *pelagus*. Ascensius *ventos*; sed tum melius dixisset *servat*, pro *turbat*: Sulpitius *nautas*, ita ut quidem brevem iis det stationem, non vero perpetuum portum. Rectius Beroaldus & Hortensius sine illa restrictione capiunt. Circius prohibet quoscumque, ne illic habeant tutam stationem, ut alludat ad etymon *Monoeci*, qui solus illic habitare vult. idque aliquo modo confirmatur Strabonis loco. Sed si MSS. ju-

va-

[a] Destituatque ferens: an sidere mota secundo
[b] Tethyos [c] unda vagae lunaribus [d] aestuet [e] horis:
Flammiger an Titan, ut [f] alentes hauriat undas,
[g] Erigat Oceanum, fluctusque ad sidera [h] tollat,
Quaerite, quos agitat mundi labor: at mihi semper
Tu, quaecumque [i] moves tam crebros caussa meatus,
Ut superi voluêre, late. [k] Tunc rura Nemetis

VARIAE LECTIONES.

a *destituit* V. 1. b *Tethios* R. pr. Witt. *Thetyos* V. 1. H. *Taethidos* M. *Tethydos* Ed. Ven. *Thetyodos* Edd. Brix. Med 2. c *una* Edd. Ven. Br. *undivagas* V. 1. d *aestuat* MSS. 6. & Edd. qq. e *oris* Edd. pr. Med. f *halentis* R. pr. *alentis* W. g *Erigit* R. pr. h *tollit* R. pr. *ducat* Voss. pr. tert. Hulst. Boh. non male. i *mones* B. 1. k *Tum* Voss. 3.

varent, mallem *tuti* vel *tuta*. Vel ita posset capi, ut dicere voluisset Lucanus; Circium ventum in litus saevientem nautas prohibere à Monoeci portu, quae esset quidem tuta statio, si ingredi in illum possent. Sed audiamus Silium, qui in scribendo Lucanum ante oculos habuit L. 1, 585.

Herculei ponto coepere exsistere colles,
Et nebulosa jugis attollere saxa Monoeci.
Thracius hos Boreas scopulos in mitia regna
Solus habet, semperque rigetis nunc litora pulsat;
Nunc ipsas alis plangit stridentibus Alpes. &c.

409 LITUS] Oceanum dicit, qui cum augmentis lunae crescit & minuitur. Ideo non habet certum litus. Nunc enim in ipso litore est terra, nunc mare. SCHOL. Hunc autem & duos versus sequentes citat Servius ad Virgil. Aen. VII, 225. *refuso Oceano.* dein quinque sequentes ad Virgilii L. II. Georg. 480.

- - - - qua vi maria alta tumescant
Objicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant.

ubi male etiam, ut hic MSS. & Editi quidam habent, circumfertur vulgo *aestuat.* Ceterum de fluxu & refluxu Oceani vide hic Commentatores, & ad Melam L. III. c. 1. & La Cerdam ad d. l. Virgilii.

410 VENDICAT] M. Sc. & aliquot impressi *Vindicat.* BERSM. Recte: ut latius videbimus ad L. V, 248.

412 VENTUS AB] Notabilis hic Scholiastae locus est, qui totus ita exhibetur in Vossianis primo & secundo Codd. De aestibus Oceani scire volentibus verius (Voss. pr. *verum*) aliquid dicamus secundum Macrobium. Nam dicit, verum Oceanum esse ab exortu aequinoctiali usque ad occasum ejusdem. Supra autem Zodiacus. Unde & septem (Voss. pr. *sol & sept.*) planetae semper super id currunt, quod quatuor ex se effusiones facit. Duas quidem in Oriente, quarum altera tendit in Septentrionem, altera in Austrum, & duas in Occidente: cum ultra non potest procedere; quae similiter in Septentrionem & Austrum reflectuntur. Cum ergo hae quatuor reflexiones hinc in Austrum, hinc in Septentrione simul conveniunt (Voss. pr. *c. vero h. q. flexiones sunt h. in Austro, h. i. Septentrione, cum s. se petierunt*) ex sua collisione aestus illos faciunt; unde & numquam in Oriente vel Occidente fiunt. Haec SCHOL. Respicit autem Macrobii locum Lib. II. in somnium Scip. c. 9.

413 SIDERE SECUNDO] i. e. luna, nam ipsa est secundum sidus à sole. IDEM.

419 LATES] *Late*, aliàs, imperandi modo; quod haud scio, an rectius legatur, quando & superius eodem modo usus est, cùm dixit: *Quaerite, quos agitat mundi labor* &c. MICYLL. *Lates* ediderunt primum Sulpitius, Ascensius, Paris. a. 1512. & Pulmann. Ceteri omnes quod sciam *late*, ut habent ex nostris quinque Codd. & Bersm. unus. Alii *lates:* quomodo etiam paterna & avita imagine nobilis A. Gronovius mavult legere ad Justin. L. XIII. c. 8. *Sed res Eumeni non latuit.* Sed male. Est enim contra mentem auctoris; ut monuit jam Micyllus. Non enim tantum dicit, sibi eam caussam latere; sed se non curare, an lateat, nec ne, & vult, ut alii hoc inquirant, quos agitat mundi labor. i. philosophi, ut addit Scho'.

419 MONETHIS] Monethis, Germaniae populus, Ariovisto duce militavit in Caesarem. Legitur & *Nemetis:* est enim Nemes urbs Germaniae Rheno vicina. SULPIT. *Menetis* sc. fluvii, vel *Nemetis*, sunt enim Nemetes populi Belgicae Galliae, ut tradit Plinius. BEROALD. Ut Sulpitius, eodem ferè modo & Omnibonus, qui & ipse *Nemetis* legit, & de Germaniae populo interpretatur. Sed videtur non solùm quantitas & metri ratio

Qui tenet, & ripas [a] Aturi, qua litore curvo
Molliter admissum [b] claudit [c] Tarbellicus aequor.

Signa

VARIAE LECTIONES.

a *Satyri* vel *Satiri* MSS. & Edd. fere omnes. b *recipit* Voss. sec. pro varia lect. c *Tarvellicus* Reg. pr. *Tabellicus* R. sec. A. *Travell.* V. I.

ratio huic lectioni repugnare, sed & orationis ἀνακολουθία. Cur enim poëta ex abrupto adeò, relictis Aquitanis, ad ripam Rheni discederet, eademque vix modicè salutata, repente ac denuò ad Aquitanos rediret? praesertim cùm Nemetum, qui ad Rhenum habitarunt, mentionem rectius infra, inter Vangiones, Treviros, & Batavos facere posset. Fortasse igitur non *Nemetis*, neque etiam *Monethis*, ut quidam pro illo substituunt, sed *Nemossi*, legendum, quo nomine metropolis Avernorum olim, ut Strabo autor est, dicta fuit, in ripa Ligoris sita, qui fluvius in Oceanum Aquitanicum exit, & altera parte Aquitaniam ipsam concludit. Neque, puto, obstat, quòd Avernorum infrà seorsim quoque meminit poëta, quando hoc saepe fieri videmus, ut eodem loco & genus & species recenseantur. Meminit autem & Plinius Nemossorum, inter Aquitaniae populos, libr. IV. cap. 19. Nisi quòd ibi *Nemeosi*, pro *Nemossi*, legitur, contrà quàm Strabonis lectio habet. Is enim Ἀρούερνοι δὲ, inquit, ἵδρυνται μὲν ἐπὶ τῷ Λίγηρι: μητρόπολις δὲ αὐτῶν ἐστὶ Νέμωσσος, ἐπὶ τῷ ποταμῷ κειμένη. Caeterum numerat idem Strabo & *Manitas*, sive, ut ipsius lectio habet, Μανῖται, inter Aquitaniae populos, quod eò adjiciendum hic putavi, si quis fortè *Monethis* nomen ex eo corruptum putet. MICYLL. Micyllus erudite & vere. Nam Satyros statim, ut & Bituriges Aquitaniae populos subjungit. Carminis quantitas in *Nemetis* repugnat, id quod constat, nisi quis ectasin velit obtendere. Quod ad ἀνακολουθίαν poëta in catalogo nullum firme servat ordinem, ut modo in Gallia versetur, statim in Hispania; inde transcurrat in Germaniam. *Nemossi* tenendum ducerem; maxime cum in Aquitania nonnihil haereat, si unius exemplaris toto orbe testimonio adfirmari possit. HORTENS. *Menetis* Msc. duo pro *Metis* productione quadam vocis metri caussa, sed perperam. Micyll. *Nemossi*, melius. Turnebus, *Nanetis*. BERSM. *Nemetis*, vel *Menetis*, est in MSS. omnibus (*Nemeti* in Amstel. *Memetis* in Marp.) & Editionibus praeter Sulpitii *Monethis* & Ascensii, qui in notis habet *Monetis*. In Wittiano supra *Nemetis* pro Glossa additum *fluminis*. in Voss. pr. & sec. *Nemetis regio Galliae*. Quod falsum quidem; sed unde tamen videmus, Scholiasten hic quoque scivisse, describi debere Galliae, sive Aquitaniae populos, non Germaniae. Verum *Nemossi*, quod in textum recepit Grotius abit longius. Quare alicui melius placere posset Turnebi Conjectura Adversi. L. XVII. c. 9. *Nanetis*. Verum illi non vocantur *Nanetes*, sed *Nannetes* Plinio L. IV, 18. & Caesari L. III. B. G. c. 9. praeterea errat Turnebus, quod corrigat Ptolemaei Ναμνῖται, in Ναμνῆται. nam ita & Strabo sive Ναμνῆται L. IV. p. 190. Ed. Paris. Immo si jam *Nanetes* dicerentur, in Genitivo extulisset Lucanus *Nanetas*, non *Nanetis*. Alia ratio est in *Nemetis*; cum sit in plurali Νεμῆτες, non Νεμῆται. Quid ergo. Puto ego, scribendum esse parva mutatione *Monesi*. *Monesos* enim inter populos Aquitaniae recenset Plinius L. III. c. 19.

420 SATYRI. Aquitaniae fluminis. SULPIT. Omnibonus Satyri nomen de Germaniae fluvio interpretatur, eo, ut puto, deceptus, quòd Nemetum nomen proximè antecedit. Sed rectius Sulpitius, quando & montes quidam, Pyreneis vicini, à Strabone *Satyri* vocantur. MICYLL. *Aturi* G. *Satyri* C. P. L. O. corrupte. PULM. *Atyri* reposuimus, cum plerique omnes haberent *Satyri*. Est autem Atur vel Atyrus fluvius ex montibus Pyreneis fluens in Tarbellis, supra aquas Tarbellicas Oceano Tarbellico exceptus. Scalig. Castig. in Tibul. Vide & Turneb. Lib. XVII. Adversar. c. 9. BERSM. *Aturi* optime rescripsit Pulmann. ut praeter Scal. & Turneb. emendavit quoque Vinetus ad Florum L. I. c. 7. Consule quoque Scalig. ad Ausonii Mosell. vs. 467.

Numine adorato Tarbellicus ibit Aturrus.

Ex Mstis meis tantum juvat Wittianus *Atiri*. Nugae sunt reliquorum commentatorum hariolationes, & praecipue Beroaldi, qui hic, nescio quid, de Satyro Marsya somniat.

421 Tarbellicus] Quae hic à Sulpitio citantur, rectè an secus, apud ipsum Plinium vide, cap. 19. lib. IV. De Tarbellis autem Strabo ita meminit: Ἔχουσι δὲ Τάρβελλοι τὸν κόλπον παρ᾽ οἷς εἰσὶ τὰ χρύσεια σπουδαιότατα πάντων. Ἐν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπληθεῖς χρυσίου πλάκες, ἔσθ᾽ ὅτε μικρᾶς ἀποκαθάρσεως δεόμεναι &c. MICYLL. *Claudit Tarbellicus aequor. Ancon* emendat magnus Scaliger. GROT. Ad Ausonium scilicet dicto Lac vulgatum nullo cum sensu legi pronunciat; & praeterea pro *qua quem*. Ut sit sensus. Ancon Tarbellicus claudit littore curvo Atyrum admissum. *Ancon* certe pro curvo sinu saepissime sumitur. Sic Ovi-

Signa [a] movet; gaudetque [b] amoto [c] Santonus hoste,
Et [d] Biturix, longisque leves Suessones in armis:

Opti-

VARIAE LECTIONES.

a *movent* B. 1. b *admoto* B. 1. deest A. c *Sanctonus* V. pr. Ed. Parm. O. pr. *Santhonis* A. *Santones* Ed. Ven. d *Bitures* Voss. 3. *Bituri* Voss. 2. R. pr. H. A. M. Edd. Rom. Br. Med. *Bituris* W. R. sec.

Ovidius L. xv. Metam. *Sinuosi litoris Ancon.* Pluribus de hac voce egerunt J. Vlitius ad Gratii Cyneget. vs. 87. Cur. sec. & viri dd. ad Valerium Flacc. L. iv, 600. *Quas Iris aquas, quas torqueat Ancon.* Verum, quod pace manium summi viri dictum sit, ex illa lectione demum redditur sensus obscurus & incongruus. Quis enim umquam dixerit, *sinus claudit litore suo fluvium admissum.* Quod ego me non intelligere fateor. Sed optime id dicitur de mari, quod sinum intrans ejus quasi brachiis, seu prominentibus ab utraque parte cornibus recipitur, & in intimo recessu clauditur. Recte igitur *Admissum aequor.* Mela Lib. ii. c. 6. *Facit sinus, qui angustis faucibus grande pelagus admittit.* Lib. iii. c. 1. *Sinus ore angusto admissum mare non angusto ambitu excipiens.* Ita lege cum Cl. Gronovio, quem vide. *Admittere Oceanum* apud nostrum Lib. iii, 277. Jam vero sinus recte *claudere aequor* dicitur. Sic de portu Silius L. viii, 483.

Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates, & claudere pontum.

L. xv, 222.

Artatas ponti fauces modica insula claudit.

Noster L. ii, 615.

Hadriacas flexis claudit quae cornibus undas.

Praeterea Lucanus describit loca, ubi habuerint Romani praesidia, quare rectius legi debet *quas* sensus enim loci est. Romanus, qui tenet praesidio Atyri ripas, illic, ubi mare finitur, sinu & litore curvo admissum molliter per Tarbellos. sive Tarbellicos, adjectivo possessivo pro gentili. sic vs. 432. *Qua Cinga p. g. qua Rhodanus &c.* Bene itaque Scholiastes. *Tarbellicus. Civile dixit. Est enim Tarbelle civitas in Gallia, quae juxta ripas Aturi constituta claudit aequor admissum molliter per litus curvum.*

422 GAUDET SANTONUS HOSTE] Illustr. N. Heinsius malebat, *gaudent Santones.* Frustra vero, & contra constructionem Lucano amatam, sed aliquando non perceptam, & hinc corruptam, ut partim videmus supra vs. 19.

.. *Sub juga jam Seres, jam barbarus isset Araxes;*

& partim videbimus ad Lib. viii, 425.

- - - - - - - - *dum perfida Susa*
In tumulos prolapsa ducum, Babylonque jaceret.

Sic Lib. ii, 704.

- - - - - - - - - - *fluctuat unda;*
Totque carinarum permixtis aequora sulcis.

iv, 619.

Colla diu gravibus frustra tentata lacertis,
Immotumque caput fixa cum fronte tenetur.

v, 244.

- - - - - - - - - *classica paullum*
Intermissa sono, claususque & frigidus ensis
Expulerat belli furias.

Eod. Lib. v, 730.

Quo mundus erat Romanaque fata.

vi, 515.

Non superi, non vita vetat.

viii, 90.

- - - - *me pronuba duxit Erinnys*
Crassorumque umbrae.

L. vi, 189, 199. Et saepius. Hinc patet ex quibusdam Mstis ita quoque scribendum esse Lib. vi, 488.

Has avidae tigres, & nobilis ira leonum
Ore fovet blando, non *fovent* &. vs. 673.

- - - - - - - - - - *Nodus hyenae*
Defuit, & cervi pasti serpente medullae, non *medulla.*

Alios auctores prudens omitto. Vide modo Doctiss. Dukerum contra Begerum disputantem ad Florum Lib. ii. c. 6. *Urebat populum ablatum mare, raptae insulae.* Non possum tamen omittere Claudiani locum L. i. in Eutrop. 203.

Tot Galatae, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.

ubi rursus Ill. Heinsius malebat *eant.* Varie autem in verbis & nominibus per copulam junctis lusisse duo viri summi nos docent, Bentlej. ad Horat. Carm. i, 24. Burmann. ad Ovid. L. ii. Art. 81. Nec obstat, quod populus ille Galliae à plerisque auctoribus vocentur *Santones*; nam *Santonos* eos nominat etiam Mela Lib. iii. c. 2. *A Santonis*; ubi aliae etiam Edd. *Santonibus.* Adde D. Vossium ad Caes. L. ii. B. G. c. 3. Ascensius & MS. Amst. male *Santonis. Amotos hostes* in Oxoniensi pr. fuit a m. pr.

423 AXONES] Populi (cave legas *Saxones*) in fi-

Optimus excusso [a] Leucus Rhemusque lacerto:
Optima gens flexis in gyrum [b] Sequana frenis:
Et docilis rector monstrati Belga covinni:

At-

VARIAE LECTIONES.

a *Leucas* B. 1. W. *Leuchus* V. 1. *Lentus* Ed. Ven. b *Secana* M. H. *Sequena* V. 1.

nibus Rhemorum accolae Axonis fluvii. ASCENS. Accolae Axonis fluvii, in finibus Remorum, ut est apud Caesarem. Legitur & *Suessones armis:* nam hi inter Germanos Suevos proximi Menapiis sunt, usque ad Sequanae amnis exitum, ut Strabo tradit. Plin. Suessones in Belgica ponit. SULPIT. De Axona quidem fluvio (ita enim apud Caesarem nominatur) mentio fit libro secundo belli Gallici. De populo autem, qui Axonum nomine vocatus fuerat, ipse alibi nihil hactenus reperio. Itaque de hac lectione nihil habeo, quod vel in hanc, vel in illam partem affirmem. Quòd autem Omnibonus *Saxones* legit, & de populo Germanico interpretatur, ne id quidem probare possum, cùm Caesaris temporibus Saxonum nomen adhuc obscurum fuerit, iidemque non in Gallia, cujus populi hîc recensentur, sed in extremo Germanici Oceani littore, paludibusque inviis, ut Diaconus inquit, usque ad tempora Theodosii ferè habitarint. De quibus cùm alii multi, tum verò nostra aetate eruditissimus vir Beatus Rhenanus, lib. 1. Rerum German. annotavit. Restat igitur, ut alteram lectionem, de qua Sulpitius meminit, interea sequamur, dum certior aliqua afferatur. Ac probabilior sanè ea est, quàm si vel *Saxones*, vel *Axones* legamus, quòd & *Suessonum* gens inter Galliae populos celebris fuerit, Rhemis, de quibus mox infrà dicetur, vicina, & quadam etiam societate juncta. MICYLL. *Axones*, malo cum Sulpitio legere, pro accolis Axonis fluvii, in Rhemorum finibus, ut est apud Caesarem, quàm *Saxones*, ut codex habet Aldinus. Nihil enim hic de Germaniae populis agit. Et *Saxones* etiam media correpta est, apud Claudianum non vilem authorem. Et *σάξονες*, in Graeco Ptolemaei codice, ò parvo legitur. Caeterùm ad Axonam redeo, ubi Belgae longo praelio fatigati, numero ad V. C. M. armatorum, & amplius cùm praeda essent impediti, capto consilio, sine praelio inde discesserunt, & quidem trepidi cum magna suorum clade. Nam Numidarum, & Cretensium sagittariorum vi penè obruti fuerunt. Sunt, qui legunt, pro *Axones Suessones.* Haud scio, an Suessones, sive Suessiones ad hunc locum pertinent. Sunt tamen fratres & consanguinei Rhemorum, 12. oppidorum populus. Eo tempore, quo Caesar ibi bellabat, Galbam regnasse ferunt, & post Caroli Magni tempora multos reges ibi coronari solere. Ut ut est, propter memorabilem illam pugnam ad Axonam fluvium, *Axones* legendum videtur. GLAREAN. *Suessones* Micyll. & Turneb. Lib. XVII. c. 9. *Sassones* G. *Saxones* L. O. *Sausonas* p. male. PULM. *Sexones* Msc. & alter *Saxones* Turnebus *Suessones* melius. BERSM. *Suessones in armis.* Notus Galliae populus, (Suessiones Caesari, in Ed. Tert.) Vestigia vocis manuscripti praeferunt *Sexones.* vulgo *Axones* male. GROT. *Suessones.* Ita rectè emendarunt viri docti, approbante optimo illo Codice Vossiano primo, cui accedunt Regii duo, & quatuor Vossiani, praeferentes *Sessones.* meus *Sansones* cum Ed. Ven. & Brix. *Saxones* Witt. Oxon. pr. Marp. Hulst. Amstel. & Edd. Parm. Med. Sulp. & Aldi. Ceteri *Axones.* quod est in nullo ex meis Codd. Hos autem populos jungit etiam Plinius Lib. IV. c. 17.

423 LEVES IN LON.] Agiles, Sulp. inquit *in hastis longioribus.* Videtur potius in *longis armis* dicere, in *longo bello*, quanquam Sulpitii expositio non rejicienda est. HORTENS. Male *in armis* hoc loco Hortensius capit pro in bello. *in longis armis leves* sunt agiles, licet longa arma gerentes, ut bene alii & Scholiastes dicens. *Ostendit longos homines, ab armis, quae longa sunt. In armis* est armatus. Vide N. Heinsium ad Ovid. Metam. XII, 313. *Primis etiam nunc Nestor in armis.* Broukhus. ad Propert. L. IV. El. 2, 27. *Arma tuli quondam, &, memini, laudabar in illis.* Drakenburg. ad Silium Ital. II, 132. *Exclamat paribus frater vicinus in armis.* Sic *In galea esse* Ovid. Met. VIII, 26. *In alis* V, 546. V. Heins. *In ferro* Apulej. L. III. Metam. p. m. 131. & similia passim. V. ad Phaedr. L. V. F. 8. *In armis esse* pro bellum gerere est apud Livium L. I. c. 19. Ovid. Art. Am. II, 143. Sueton. Caes. c. 69. ἐν ὅπλοις εἶναι Herod. L. I. c. 13. & saepe.

424 LEUCUS] Leucorum oppidum est, Tullium, inquit, hodie in Lotharingia, ut & apud Ptolemaeum proditum, quod ipsi olim ad Divum Mansuetum in suburbio ejus oppidi, in vetustissimo invenimus pernotatum codice. GLAREAN. Vide Harduin. ad Plinium L. IV. c. 17.

424 RHEMUSQUE] In scriptis omnibus est vel *Remusque*, vel *Remisque* & *Rhemisque*, ut & in Edd. qui-

Arvernique ausi Latio se [a] fingere fratres,
Sanguine ab Iliaco populi; [b] nimiumque rebellis
[c] Nervius, & caesi pollutus sanguine [d] Cottae:

VARIAE LECTIONES.

a *jungere* N. *dicere* citat Harduin. ad Plin. IV, 19. b *multumque* H. c *Vernius* M. d *Quotae* V. tert. *cocle* H. A. *cocthae* N.

quibusdam. in Scholiis Voss. sec. ridicula haec adest glossa, *quia remiges sunt*; cum jaculatores noster intelligat. Vitiosius Ald. Colin. & Hortens. *Rhenusque*. Notus est Galliae populus *Rhemi*, uti in Edd. Caesaris scribitur, vel *Remi*, ut in Plinio, Graece Ῥῆμοι.

425 FLEXIS IN GYRUM] In gyrum equos vertebant. In hac enim provincia equi domantur. SCHOL.

426 MONSTRATI] A Britannis & Germanis, qui plurimum illis utuntur, & valent: resumaturque illud, gaudent amoto hoste. SULPIT. Vel etiam ab ipsis Belgis monstrati & inventi. Dicitur autem nominativo casu Covinus. Martialis lib. XII. c. 24.

O jucunda Covine solitudo,
Carruca magis, essedoque gratum
Facundi mihi munus Aeliani &c.

Ex his vehiculis autem etiam pugnare solebant, ut Pomponius de Britannis tradit, lib. III. Geograph. Et Diodorus lib. VI. Hinc Covinarii dicti apud Tacitum, in vita Agricolae. MICYLL. Msc. tria, & aliquot edita *monstrati Belga Covinni*. Covinus autem vehiculi genus falcati, ab ipsis Belgis inventi. BERSM. Ut Sulpitius, ita etiam exponit Ascensius; Omnibonus dicit, Belgas à Sequanis didicisse: Verum si haec lectio *monstrati* est vera, recte Micylius exponit ab ipsis Belgis. ibi enim inventum esse essedum idem, vel certe simile vehiculi genus, docet hic Scholiast. Voss. sec. ex Servio ad Virgil. Georg. III, 204.

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

& ab his ad Britannos transiisse recte monet Cl. Schefferus de Re Vehicul. c. 22. L. II. & Mela L. III. c. 6.

Dimicant bigis & curribus Gallice armati; covinnos vocant.

Hinc passim *esseda* & *covinnos* pro eodem genere vehiculi & usu sumunt Caesar, Silius & alii. *Monstrati* autem est in omnibus Codd. per me & Pulm. aliosque inspectis & Edd. fere omnibus, nisi quod in Regio primo sub ultima linea *S* *m* punctum sit positum in signum delendae illius lineae, & legendi *non strati* quod nihili quidem est, sed juvat tamen veram lectionem, quam mox videbimus. *Monstranti* Oxon. Unde itaque Gryphius, qui primus hoc mutavit, habeat *rostrati*, nisi ex ingenio, nescio. Eum tamen secuti sunt Bersm. & Grotius, atque proculdubio, quia sciebant, Melam loco dicto *falces* attribuere covinno, & *falciferum covinnum* vocare Silium Ital. L. XVII, 418. ut metaphora sit ducta à navibus rostratis; verum praeterquam quod nimis dura haec foret translatio, nusquam dicuntur covinni habuisse ferreas pinnas, vel simile quid in temone, sed tantum *falces in axibus* apud Melam: ut recte monet ibidem Schefferus. Quare, si quid mutandum est, malim legere cum Is. Vossio & Bocharto Canaane L. I. c. 42., ut & Scheffero *constrati*. qui tamen non recte hoc ex Mstis esse haustum adfirmat. Solummodo juvat ille Reg. pr. *non strati*. Optime autem & ex Genio Lucani diceretur *constratus covinnus*, ut *constratas naves* &c. ex etymologia vocis, quae notat contectum, & convexum seu cameratum currum. V. Voss. de Vitiis Serm. c. 3. Ad talia autem saepe nostrum alludere, docuimus ad vs. 214. *Monstrati* etiam legit in suis membranus Gulielm. Brito Philippid. L. IX, 368.

Belga covinnorum Lucano teste repertor.

Caeterum pro *covini* reposui *covinni*. ut est in MSS. tantum non omnibus, & Edd. quibusd. antiqq. atque ita ubique scribendum. Vide Scheffer. d. l. & Cl. Drakenburg. ad Silium.

427 ARVERNI] Quod hic de Arvernis Lucanus, hoc alii Heduis adscribunt. Ut Cicero ad Trebatium, lib. VII. Epistol. Et ad Atticum lib. I, ubi inquit: *Nam Hedui fratres nostri pugnant: Sequani male pugnarunt.* Et Tacitus lib. undecimo, qui, *Primi*, inquit, *Hedui Senatorum in urbe jus adepti sunt, datum id foederi antiquo, & quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum pop. Ro. usurpant.* Sunt tamen Arverni & Hedui vicini inter se, eoque factum videtur, ut poëta alterum nomen pro altero posuerit. MICYLL. *Alvernique* Msc. tria, minus bene. Indicantur enim Averni Heduis (sive Aeduis) finitimi, quos Cicero quoque fratres appellat P. R. & Tacitus. BERSM. *Alverni* etiam octo ex nostris recentiores & Aldus; quidd. *Averni* male.

427 LATIO SE F. FRATRES] *Latiis* Msc. alii *Latios*. BERSM. Primus Pulmannus edidit *Latio* re-

Et qui [a] te laxis imitantur Sarmata bracis
Vangiones; Batavique truces, quos aere recurvo
Stridentes acuêre tubae: qua Cinga pererrat
Gurgite: qua Rhodanus [b] raptum velocibus undis

In

VARIAE LECTIONES.

a *Laxatis* B. 1. *te longis* M. A. b *raptim* V. 1.

cte; ut jam olim monuerat Vinetus ad Flor. L. I. c. 7. scripti cum Editis ceteris *Latios* vel *Latiis*, quod etiam non damnandum. *Latio* in solo Wittiano est à manu prima. Ceterum errare hic puto viros doctos, qui putant Lucanum hic Arvernos pro Aeduis posuisse, & inprimis Hortensium dicentem. *Quoniam autem Hedui vicini sunt, poëta videtur memoria lapsus, quod, cum liberi sint, scribit, eos fingere se Romanorum fratres, hoc est, Troja oriundos.* Nam Aedui non possunt dici *fingere se esse fratres*; cum ab ipsis Romanis passim ita vocentur. Immo à Senatu saepenumero fratres consanguineique appellati sint, teste Caesare L. I. B. G. 33. Praeterea illi non potuissent *gaudere amoto hoste Romano*, cujus erant Socii & Amici. Recte igitur Arvernos ipsos intelligit, quos nominat, qui ab Iliaco sanguine oriundi, & ab Antenore conditi, etiam fingunt se esse fratres Romanorum; eam proculdubio ob rem, ut eodem modo ac Aedui, sui vicini, à Romanis haberentur, & eodem foedere gauderent. Distinguit eos etiam ab Aeduis Lipsius ad Tacitum L. XI. ann. c. 25. Reservavit autem Scholiastes nobis hoc loco fragmentum Ciceronis ex Oratione pro Scauro. Ait enim ad V. *Arverni*. De his Cicero in Scauriana (*ait* Vos. sec.) *Inventi sunt, qui etiam fratres populi Romani nominarentur* (*vocarentur* Vos. prim.).

429 NERVIUS] Unum dicit pro populo. Hi Legatos Caesaris occiderunt, Auruncule jum & Titurium Sabinum. SCHOL. Ceterum valde me offendit hic ingratissima repetitio τοῦ *sanguine* in duobus versibus, licet non negem, Lucanum saepe eandem vocem paucis interjectis versibus adhibere, ut dein pluribus videbimus. Quid ergo? pro *sanguine* est in Vossiano sec. & quarto, ac Wittiano, item in Edd. Veneta, Brixiana & Mediol. (non vero in Omniboni notis) *foedere*. Quod rectum opinor. Legati enim hi per insidias caesi sunt, & in colloquio de pace. Vide J. Caes. B. G. L. V, 36, 37. Sueton. Caes. c. 25. Livii Epit. CVI. an potius scribendum *funere*, vel *vulnere*. passim enim *funus* & *foedus*, *funus* & *vulnus* commutari sciunt Docti, & infra quoque videbimus.

430 BRACIS] Quod hic de Sarmatis meminit Lucanus, idem Ovidius explicat lib. tertio Tristium. *Pellibus*, inquiens, *& sutis arcent mala frigora bracis, Oraque de toto corpore sola patent.* Et Mela lib. II. Geograph. de Sarmatis loquens: *Totum bracati corpus*, inquit, *sunt, & nisi qua vident, etiam ora vestiti.* Videtur autem *Braca* id vestimenti genus fuisse, quod vulgo *caligas* nostri vocant, praesertim thoraci continuatas atque connexas. Id enim & Graecum vocabulum arguit, quod ab attrahendo factum est, ut Eustathius docet, qui de Thersite exponens versum hunc Iliad. secundo:

Χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει.

τὰ δὲ, ἃ αἰδῶ ἀμφικαλύπτει, inquit, περιφραστικῶς εἶπε. οὐ γὰρ ἔκειτο ἴσως μία λέξις δηλωτικὴ τοῦ καλύμματος τῆς αἰδοῦς, ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι μὲν βράκας φασίν. ἕτεροι δὲ ἀναξυρίδα, ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι. Quanquam idem per *bracam* & ἀναξυρίδα non totas caligas, sed eam solùm partem, qua foemina teguntur, accepisse videatur, quod *Subligaculum* alii, & περίζωμα Graecè appellare malunt. Caeterum de caligis, quas vulgo dicimus, etiam Tacitus intellexisse videtur lib. XVIII. ubi de Cecinna loquens, *Ornatum ipsius*, inquit, *municipia, & coloniae in superbiam trahebant, quod versicolore sagulo, bracas, tegmen barbarum, indutus, togatos alloqueretur.* Idem enim & Plutarchus in Othon. ait, his verbis: Καικίνας δὲ Κικίνας οὔτε σχῆμα δημοτικὸς, ἀλλ' ἐπαχθὴς, καὶ ἀλλόκοτον σώματος μεγάλου γαλατικῶς ἀναξυρίσι, καὶ χειρῖσιν ἐνεσκευασμένος &c. ἀναξυρίδας. f. vocans, quas nos caligas, χειρίδας autem, quem thoracem plerique nominant, quidam etiam à lini genere *Gossampinum*, sive *Gossypinum*, vulgo *Bambasium* dicunt. Sed alii tamen hunc locum etiam de vestibus exterioribus exponunt, propterea quod *laxas bracas* dixit poëta, non, ut Ovidius, *sutas*, aut simile aliquid: Diodoro fortassis freti, qui libro sexto Antiquitat. de Galatis loquens (quo nomine veteres Graeci Germanos ferè appellarunt) ἐσθῆσι δὲ χρῶνται καταπληκτικαῖς. χιτῶνας μὲν βαπτοὺς χρώμασι παντοδαποῖς διηνθισμένους, καὶ ἃς ἀναξυρίδας, ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσι. Ita enim hunc locum allegat Baysius de re vestiaria, ne quid mihi ipse insolenter arrogare videar. Meminit autem & Martialis bracarum, ubi inquit, *Quod veteres*

In mare fert Ararim: qua montibus ardua summis
Gens habitat [a] cana [b] pendentes rupe Gebennas:
(*Pictones immunes subigunt sua rura; nec ultra*
Instabiles Turonas circumsita castra coërcent.

In

VARIAE LECTIONES.

a *canas* V. tert. qu. b *pendent* V. tert. *pendentis* Reg. pr.

teres bracas Britonis pauperis &c. Et rursum: *Mittentur bracae, cultelli, frena, flagellum* &c. Ab his & *Bracata Gallia* olim dicta fuit, quae eadem, & *Transalpina*, quod bracis, brevioribus tamen illis, ut puto, uterentur. MICYLL. De Sarmatis etiam Valer. Flaccus L. v. Argon. 425.

Et jam Sarmaticis permutant carbasa bracis.

Pluribus de usu bracae praeter alios disserit Passerat. ad Propert. p. 425, & 693. Late de ea egerunt quoque Cluverius in Ant. Germ. Casaubonus, & Salmas. ad Histor. Aug. Scriptores, & ad Suetonium, ut & Scaliger ad Propert. IV, 10, 43. Rescripsi autem cum Micyllo *bracis*: vulgo *braccis*, vel *brachis*, & *bracchis*. unico *c* scribitur in sex vetustissimis Codicibus: Graeci etiam βράκας non βράκκας, dicunt. V. Dausquei Orthogr. P. 2. p. 61. quomodo alii viri docti quoque jam passim edunt, non *bracca*.

431 BATAVI] Batavi vero sunt Fresones. SCHOLIAST. *Voss. sec.*

433 RAPTUM VELOCIBUS UNDIS FERT.] Alias Arar per se segnis, & lenis est. Vide Ciaccon. & Davies. ad Caesar L. I. B. G. c. XII. *Arar, quod in Rhodanum influit, incredibili lenitate* &c. Hinc infra L. VI, 475. conversa per veneficam rerum natura.

- - - *Rhodanumque morantem*
Praecipitavit Arar.

Ex nostro Silius de Rhodano, & Arare L. III, 453.

Cunctantem immergit pelago, raptumque per arva
Ferre vetat patrium vicina ad litora nomen.

Claud. II. in Eutr. 268.

Quam Rhodano stimulatus Arar.

passim haec flumina jungunt; sic Tibul. L. I. El. 8, 11.

Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna,
Carnuti & flavi caerula lympha Liger.

etiam accolas; hinc *Rhodanici*, & *Ararici* apud Gruterum inscript. T. I. p. CDXVIII, 3. quem locum margini libri adscripserat Cl. Broukhusius.

435 GEBENNAS] Quatuor haec nomina, *Genua*, *Geneva*, *Genabum*, & *Gebenna*, multum difficultatis non adtento lectori ingerunt, quare de his obiter disserendum. *Genua* enim Ligurum caput est, ad mare Ligusticum: *Geneva* vero, Allobrogum est, ad ostia Lemani Lacus, cujus lib. I. commentariorum meminit Caesar. Illic enim pons ad Helvetios pertinebat. *Genabum*, Carnutum oppidum est, ad Ligirim fluvium: hodie (ut quidam scripsere) Aurelia. Denique *Gebenna* mons, quae Helvios, (cave legas *Helvetios*) ab Arvernis separat, ut est apud eundem Caesarem lib. VII. Ab annis nunc septingentis, opinor, haec nomina mirè confusa fuerunt, ut *Gebenna* mons pro urbe *Geneva*: item pro oppido *Genabo*, usurpatum sit nomen: & *Genuam* multi *Januam* nominarent, per ignorantiam hujus discriminis jam ostensi. Quo in errore etiam hic est Badius. GLAREAN.

436 PICTONES] Quinque hos versus manuscripti antiqui omnes non habent. Itaque omnino adducor, ut adjectitios credam. GROT. Rectissime H. Grotius hos quinque versus adjectitios credit; nam neque Latini, nec poëtici sunt. Praeterea in nullo Pulm. Bersm. aut meorum Codd. excepto solo Hulstii: in quo vs. 441, 442, 443. scribuntur ante hos, leguntur, uti nec in Edd. Primus eos in textum recepit, quod sciam, Pulmannus, quem secutus est Bersmann. &c. Meminerunt autem eorum versuum Mariangelus Accursius in Ausonii Mosell. Gulielm. Canterus Nov. Lect. L. III. c. 2. Ciacconius ad J. Caesar. L. II. C. G. c. 35. & Turneb. Advers. L. XXII. c. 20. qui tres ultimi proferunt tantum quatuor priores, & modo ex uno, alterove Codice. Immo Turnebus spurios illos esse recte censet, addo, nec dignos, qui emendentur, aut explicentur.

436 PICTONES] *Pictonus immunis subigit.* Canter. Lib. III. Nov. lect. cap. 2. ex tribus Mstis. BERSM. Ciacconius in suo quoque invenit *immunis subigit*. Sed jungit ille *Gens habitat cana pendentes rupe Gebenna Pictones*: Verum neutrum potest esse verum. Numquam enim haec gens *Pictoni*, sed *Pictones* vocantur: neque Pictones, Gens Aquitaniae possunt habitare in monte Gebenna inter Arvernos, & Helvios. Praeterea non credibile est, Lucanum hic iterum mentionem injecisse de Aquitanis, quos jam ante multis descripserat. Hulst. *Pictonus immunis subigit.*

437 TURONAS] Ita posuimus ex manuscripto quo

In nebulis Meduana tuis marcere perosus
Andus, jam placida Ligeris recreatur ab unda.
Inclyta Caesareis Genabos dissolvitur alis.)
Tu quoque laetatus converti proelia Trevir:
Et nunc tonse Ligur, a quondam per colla decora

Cri-

VARIAE LECTIONES.

a *condam* Ed. Rom.

quo usus Canterus, in quo *Turonos* (quanquam non nescio apud Tacitum legi *Turonios* Sed *Turones* semper Caesar, quem secutus, puto, Lucanus in Ed. Tert.) Ejusdem manuscripti fide hunc versum illi *In nebulis* praeposuimus, aliquo nunc sensu, qui nullus alias. GROT. *Nec ultra Instabiles Turonos circumsita castra coërcent. In nebulis Meditana tuis marcere perosus. Andus jam pl. Lig. recr. ab unda.* Canter. qui sequent. vers. omittit. BERSM. *Turonos* etiam dat Ciacconius, & Hulst. MS. *Tricoros* in Edd. Pulm. & Bersm. Hunc versum alteri etiam praeposuerunt jam Turnebus, & Ciacconius. alii jungunt *coërcet Andus.*

438 IN NEBULIS] *In ripis* Accursius, & Turnebus ediderunt. Ausonius in Cupidine crucifixo; *Quorum per ripas nebuloso lumine marcent.* Fluvii enim, & paludes passim nebulosae describuntur. Pro *Meduana* Canterus, & Ciacconius *Meditana:* sed Turnebus monet, se audivisse, fluvium illum illis in locis suo tempore nomen *Meduanae* retinere. Veterum, quod sciam, nullus facit hujus fluminis mentionem. recentiorum est inventum. *Medualle* Edd. Pulm. & Bersm. quod nihili est.

439 ANDUS] Malim *Andis*. nam plurale est *Andes* apud Caesarem. GROT. Omnes alii retinent *Andus*, vel *Adus*, ut Pulm. & Bersm. Edd. Contra Caesarem non modo, sed & Plinium, quibus ubique *Andes* vocantur. Sed hic, ut ceteri, spurius quoque versus. nam bis alias de Liguribus loqueretur in quatuor regulis poëta. statim enim sequitur. *Et nunc tonse Ligur.* Pro *placida* non recte Ciacconius habet *placidi.*

440 GENABOS] Eadem urbs, quae *Genabum* aliis, ut facile genera mutantur in peregrinis vocibus. Ita autem rescripsimus pro *Menabos.* GROT. *Menabos* tantum est in Edd. Pulm. & Bersm. Ceteri viri docti ediderunt quoque *Genabos;* sed Canterus, Ciacconius, & Turnebus testantur, hunc versum in nullo suorum esse. uti etiam non debet. nam satis Latinum esse non puto.

441 CONVERTI] In Romanos scilicet. Trevir gens Galliae, & civitas, quam Treveros dicunt. SCHOL.

442 NUNC] Postquam victore Caesare ad Romanos deductus est mores. *Ligur* dictus à civitate. Liguria autem in Gallia Cisalpina, ubi sunt Mediolanum, atque Ticinum nobiles civitates. IDEM.

442 TONSE LIGUR.] Liguria à Ligisco Phaëtontis filio dicta, inter Galliam, & Hetruriam, & Macram, & Varum flumen ab imis Alpium jugis extenditur: ejus caput est Genua. Sed ego censeo legendum *Liger*, qui fluvius è Cemenis montibus ortus, inter Pictones, & Mamnitas excurrens, Aquitanos à Celtis dividit, & in Britannicum Oceanum exit: poniturque *Liger* pro accolis. SULPIT. Aliàs *Ligur*, dubitat etiam Glareanus, num *Ligur*, an *Liger* sit legendum, pro accola Ligeris: Sulpitius censet legendum esse *Liger*, cui ego quoque accesserim. Oritur Liger, qui & Ligeris, è Cemenis montibus in finibus Arvernorum, Heduos à Biturigibus intersecans, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum exit. Caes. lib. VII. de Bell. Gallico, *Liger ex nivibus creverat.* Et paulò pòst. *Magnis itineribus ad Ligerim pervenit.* Gallicè *Loire.* Et cum hic poëta in Gallia versetur, atque adeo Comata, num Ligur in Cisalpina Gallia à Comata oriundus amplius fuerit comatus, in dubium trahitur. Liguria est verò, à Macra fluvio, qui finis est Hetruriae. Ligures siti sunt usque ad Varum amnem, quorum urbs hodie longè clarissima Genua est, cum celeberrimo portu. Ipsa Liguria multis locis nemorosa, unde materia ad navalem fabricam praecipuè petitur. Arbores reperiuntur tanta crassitudine, ut per diametrum octonos pateant pedes, gens ferox, ac truculenta, & ad rebellandum nata, quaeque diu arma Ro. exercuerit. Victitant pecore, lacte, & hordeacea potione, ut quidam scribunt. His finitimi sunt Thusci, à quibus Thuscum mare nomen habet, à Graecis Tyrrheni appellati: opulentissima quondam Italiae gens, & quae plurimum terra marique pollebat, inter omnes Italiae populos. Quod si legas *Ligur*, non fuerit fortasse inscitum. sunt enim Galli Cisalpini ipsi Ligures, & à Gallis oriundi, quos dicit virtute Comatis praelatos. HORTENS. *Nunc* postquam à Julio devicti sunt Ligures, seu Ligeris accolae, si *Liger* legatur. BERSM. *Liger* Micyllus

atque

Crinibus effusis toti praelate [a] Comatae:
Et quibus inmitis [b] placatur sanguine diro
[c] Theutates, horrensque feris altaribus Esus;
Et Taranis [d] Scythicae non mitior ara Dianae.
Vos quoque qui fortes animas, belloque peremtas

Lau-

VARIAE LECTIONES.

a *Cometae* V. pr. R. pr. b *placatus* B. 1. Ed. Ven. c vulgo *Teutates* & *Hesus*. d *Sithicae* M. *Scythie* A.

atque Hortensius ediderunt, ut pro accolis more poetarum adloquatur fluvium. Sed male. Quis enim credat, populos in media Gallia sitos à more finitimorum & suo in Italorum, à quibus per suae nationis gentes discreti erant, secessisse, neque ullus ita habet Codex. Recte Omnibonus & alii ex Scholiaste capiunt de Liguribus seu Ligustica regione in Cisalpina Gallia. Hos autem homines comam aluisse docet nos optime Epigramma Graecum, quod in Anthologia truncatum totum exhibet, & cum nostro conciliat illustr. Huetius in notis p. 11. Est autem tale.

Ἑρδείτην ἱμηθείς τις, ὅπη καὶ ὑπ' Ἄλπιας ἄκρας
Λιγυαὶ λασίαις ἀμφίκομοι κεφαλαῖς,
Φωρῆς ἀντόμενοι, φύλακες κύνας οὐδ' ἀλίοιτας.
Χειλίζει τεφροῖς· πῖνε ἄπειρε νόου
Ψευδόμενοι ῥεῦσ' ὄξυν σίβον· οὐ κρατὸν ἑορτῶν
Ῥαῖστηρες Λιγύων μάτης, ἢ ἀγαθοί.

Praeterea Priscianus ex hoc ipso loco probat *inveniri etiam in ur desinens Ligur*. Vide, num huc facere possit Silii locus L. 1, 628. *Et Ligurum horrentes comi*. ubi in vulgatis antea erat *horrentesque comae*. Nota etiam, *Comatam* simpliciter dictum pro *Gallia Comata*.

442 DECORA] *Decore* Msc. tria, ut sit vocandi casus. BERSM. *Decore* etiam habent Vossiani quinque & Wittian. ac Hulst. cum sex Pulm. Codd. & Ed. Veneta. quod rectum puto: non tamen ut sit vocativus; ut pessime Bersmann. Sed adverbium, & constructio sit, *crinibus per colla decore effusis*. V. Claudian. L. 11. cons. pr. Stilich. 241.

445 THEUTATES] De Theutate & Heso (quem *Esum* alii scribunt, ut & pro *Theutate*, *Teutaten*, sine aspiratione) Lactantius lib. 1. de fals. relig. cap. 21. ita meminit: *Apud Cypri Salaminem humanam hostiam Jovi Teucrus immolavit, idque sacrificium posteris tradidit, quod est nuper Hadriano imperante sublatum. Erat lex apud Tauros, inhumanam & feram gentem, ut Dianae hospites immolarent, & id sacrificium multis temporibus celebratum est. Galli Esum atque Teutaten humano cruore placabant. Ne Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt. Siquidem Latialis Jupiter etiam nunc sanguine colitur humano.* Ciceronis autem verba; quae hic à Sulpitio citantur, ex tertio de nat. deor. ita habent: *Quid Aristaeus? qui Olivae inventor dicitur, Apollinis filius. Theseus? Neptuni. Reliqui? quorum patres dii, non erant in deorum numero* &c. Ex quibus apparet, & Sulpitium hoc loco, & Omnibonum, qui eundem Ciceronem citat, exempli atque editionis corruptae vitio deceptum esse, quando neque hic, neque alibi apud Ciceronem de Heso, aut Theutate mentio aliqua fit. De Mercurio autem, quem iidem Interpretes per Theutatem intelligi volunt, eodem libro apud Ciceronem ita legitur: *Mercurius unus Coelo patre, Die matre natus. Alter Valentis & Phoronidis filius, is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius Jove tertio natus, & Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Pheneatae, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque caussam Aegypto praefuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse. Hunc Aegyptii Thoyth appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur.* Meminit tamen & Livius *Teutatis Mercurii*, lib. XXVI. sed hoc nomine tumulum quendam in Hispanis appellatum ait. De *Taranis* verò (sive, ut alii scribunt, *Tarani*) alibi nihil, quod quidem ipse viderim, extat. MICYLL. Ut Micyllus, ita etiam scribit Ascensius & Colinaeus ac Ed. Par. 1510. cum Vossiano primo, tertio & meo. Amstel. *Tixutates*. Sulpitii Editio *Teuthates*. Miror, non accuratius viros doctos, qui super Lucanum fecere commentarios, de vera hujus vocis pronunciatione egisse, cum tamen nullus veterum ita appellet Germanorum Mercurium, licet saepe ejus meminerint praeter solum Lactantium, loco à Micyllo laudato. quae verba procul dubio ex hoc Lucani loco hausit. ubi vide. Nam quod Omnibonus, Micyllus, aliique viri doctissimi pro hac voce adducant Livium Lib. XX. c. 44. *In tumulum, quem Mercurium Teutatem appellant*. in eo plane falsi sunt. Nulla in Codd. Mstis *Teutatis* est mentio, docente viro summo J. F. Gronovio. Neque defendi potest Ciceronis Editione Bononiensi A. 1494. procurata, quae Lib. III. de N. D.

Laudibus in longum vates dimittitis aevum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

N. D. c. 22. *Teutatem* habet: ubi vulgo *Hunc Aegyptii Thoth appellant.* quod recte defendit Cl. Daviesius. Adde Bochart. Lib. 1. Canaan. c. 42. Solus à vulgato abit Vir Doctiss. D. Vossius, scribens *Teutanes* ad J. Caesarem L. vi. B. G. c. 17. & tentans simul locum Taciti Lib. 1. Ann. c. 51. *Celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanae vocabant*, substituendo *Teutanae.* Ad hanc scripturam stabiliendam facere nonnihil potest regio Hispaniae *Deitania* sive *Teutania* apud Plinium Lib. iii. c. 3. quae juxta Reinesium de Deo Endovellico p. m. 322. ab eodem Mercurio denominata est. Verum apud Tacitum nihil mutandum esse, invicte docent ibidem Celeberrimus J. Gronovius & Loccenius. Quod vero ad nostrum attinet, quoniam à Phoenicibus, teste Sanchoniathone apud Philonem Biblium Ταάυτος vocatur, putem potius scribendum esse *Tautates*, vel potius, quia derivatum videtur à *Theuth* vel *Thoth* vel *Thouth*, Aegyptiorum, & leni terminatione adjutum, *Theuthates* aut *Theutates*, ut ex optimis Codd. saltem hic rescripsi, satis habens, me aliquid monuisse. Scholiastes vero hic ait, *Theutates Mercurius sic dictus: qui à Gallis caesis hominibus placabatur.*

445 Hesus] *Esus* habent manuscripti, quomodo hoc nomen & apud Lactantium legitur. GROT. ex Ed. sec. *Aesus* duo veterrimi Vossiani & Wittianus. *Esus* duo Regii Oxon. pr. Voss. quint. & Amstel. cum Edd. antiquis. Primus aspirationem in textum admisit Sulpitius, quem reliqui secuti sunt. Nos rursum *Esus* reposuimus. Julianus Orat. iv. p. 150. Ed. Spanh. ex Jamblicho notat Phoenicibus Martem Ἄζιζον vocari. quod aliquantum facit ad alteram lectionem *Aesi.* Scholiastes, *Aesus. Mars sic dictus à Gallis hominum cruore placabatur.* Plura de Eso vide apud Bochartum L. 1. Canaan. c. 42. Gyrald. Syntagm. ix. de Diis p. 303. & D. Vossium ad J. Caesar. L. vi. B. G. c. 17.

446 Taranis] Juppiter, sic dictus à Gallis, qui sanguine humano placabatur, cujus ara non mitior ara Scythicae Dianae dicitur, quia ad similitudinem Dianae, quae in Taurica Scythiae regione colebatur, cui sacerdos Iphigenia erat, humano cruore laetabatur. SCHOL. *Thanaris* Msc. tria. BERM. *Thanaris* meus. *Tharanis* Hulst. *Tararis* unus Voss. *Taramis* Omnibon. in Notis Ascens. & Micyll. cum Bocharto loco laudato. In Amstel. & Marpurg. *Tanaris.* Libellus Var. LL. Editioni Grotii adnexus exhibet quoque *Taranus, Taramis, Tanari.* quod ultimum putem verum esse. s adhaesit voci *Tanari* ex sequenti voce *Scythicae.* *Tanarus* enim ille deus vocatus est non *Taranis.* *Ara Tanari* i. e. Tonantis. Inscriptio est Vetus I. O. M. TANARO apud Sponium Sect. iii. p. 73. & in notis ad Marmora Oxoniensia p. 283. Adde Inscript. Sponii p. 74. D. Vossium ad J. Caes. l. cit. Philippum à Turre de Diis Aquilej. p. 291. Otton. de Diis Vialibus p. 54. & 56. Neque aliter scribendum est apud Priscian. L. xvii. c. 1091, 1180. ubi vulgo quoque *Taranis* editur. Ex Scholiaste autem apparet, non leviter olim errasse editorem Ovidii Tristium ad L. iv. El. 6. vs. 5. rescribere volentem *Tanais* pro *Tanaitis* (quomodo vitiose à manu sec. est in Vossiano sec.) quod nec Latinum est, nec sensum ullum efficere hic potest. Ego certe non intelligo. Quid enim differret *Tanais ara* ab *ara Scythicae Dianae?*

447 Vos quoque] De sacerdotibus Gallorum Strabo meminit, libro quarto, in hunc modum: *Παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐστί. Βάρδοιτε, καὶ Οὐάτεις, καὶ Δρυΐδαι. Βάρδοι μὲν ὑμνηταί· Οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι. Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι. δικαιότατοι δὲ νομίζονται, καὶ διὰ τοῦτο πιστεύονται τάς τε ἰδιωτικὰς κρίσεις, καὶ τὰς κοινάς. ὥστε καὶ πολέμους διῄτων πρότερον, καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον. τὰς δὲ φονικὰς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπετέτραπτο δικάζειν.* Et mox addit: *ἀφθάρτους δὲ λέγουσι, καὶ οὗτοι καὶ οἱ ἄλλοι τὰς ψυχὰς καὶ τὸν κόσμον, ἐπικρατήσειν δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ.* Mem. & Vale. lib. ii. cap. 1. MICYLL.

448 Demittitis] *Dimittitis* Msc. BERSM. *Dimittitis* habent Edd. Ascens. Colm. Gryph. Micyll. Hortens. Bersm. atque sed mei scripti omnes, ut & aliorum cum Edd. Veteribus, Stephano & Grotio *dimittitis.* quod mutari non debuit. Notat extenditis, dispergitis, divulgatis. Seneca Ep. 31. *In populos nominis dimissa notitia.* Statius Lib. 1. Theb. 185.

Fraternasque acies foetae telluris hiatu
Augurium seros dimisit ad usque nepotes.

Eadem significatione noster Lib. viii, 608. dixit, *in secula mittere.* & sic saepe alii. Vide Barth. ad Claudian. cons. Mall. 114. & Drakenb. ad Sil. xii, 312. Cl. Burmann. ad Valer. Flaccum L. ii, 439.

Hactenus in populos, vates Samothraca, diemque
Missa mane.

Nec moveat quemquam, quod Statius L. iii. Theb.

Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum [a] Druidae positis [b] repetistis ab armis.

So-

VARIAE LECTIONES.

a *Driadas* & *Dryadas* MSS. & Edd. W. at. *Dryidae*. b *repestis* A.

Theb. 286. dicat *demissumque Jovis serie genus*, ex Virgilio scilicet L. III. Georg. 35. *Demissaeque ab Jove gentis Nomina*. pro quo apud Nonium male scribitur *dimissas*; ibi enim *demitti* notat descendere, ab ea origine deduci. Nugatur autem hic Ascensius, qui pro *Vates* putat, etiam legi posse *Vaties*. quae esset Gallica gens. ut dixisset Lucanus *Vos o Vaties*, qui estis *Bardi* i. e. cantores, ex Strabonis loco male intellecto, qui memorat *οὐάτεις* i. e. Vates cum Bardis & Druidibus apud Gallos in maximo honore esse. *Vaties* Latine ex Strabone etiam citat J. Baptista Pius.

448 VATES] *Vates* videtur poëta pro appellativo usurpasse, ut *Bardos* vocet *Vates*, quod laudationibus, rebusque poëticis student, ut inquit Strabo. Quum vates sacrificiorum, naturaliumque caussarum curae deditos asseveret. At poëta hic noster *Bardis* idem, quod Strabo tribuit, *Vatum* curam omittit. Unde Strabonis interpres *Vacies* trisyllabum extulit, quum Strabonis codex Graecus *Vates* habeat, id est, in medio, verum ei codici credere non ausim. *Dryida* nomen, quàm & scriptura, & declinatione varient, *Δρυΐδαι* est apud Strabonem, & apud Plin. lib. XVI. ad finem, & in plerisque hujus poëtae codicibus, quae scriptura probatur. Est enim Graecis conformis, in prima, inquam, declinatione, apud hosce treis. Apud Caesarem autem lib. VI. Commentariorum in tertia declinatione *Druides*, *Druidum*, *Druidibus* reperias. Id feceritne, quod apud Gallos ipsos alium audierit nominis tinnitum, an sua authoritate, qua Gallica omnia & innovavit, & corrupit, scire non possum. GLAREAN.

449 SECURI] *Securos* dicit, propter abitum Rom. militum. Nam inter arma silent Musae, & carmina proveniunt animo deducta sereno, ut ille ait. MICYLL. Sic etiam exponunt reliqui Commentatores, ut & Scholiastes. *Bene securi, quia conversa sunt praelia*. Posses etiam *securos* interpretari, ab vulgaribus affectibus liberos, nec curantes, quid extra se bene maleve fiat in mundo. Sic Lib. IX, 410.

Invasit Libye securi fata Catonis.

Horatius L. I. O. c. 26, 5.

Quid Tiridatem terreat unice securus.

Atque ita explicat fere Barthius ad Statii L. VIII. Theb. 14.

Illum & securi circumspexere fragorem Elysii.

Vates & poëtas fuisse Bardos pluribus exemplis docet magnus Casaubonus ad Strabonis locum à Micyllo laudatum p. 94. Ed. Paris. & D. Vossius ad J. Caesar. L. VI. c. 14. B. G.

449 BARDI] *Sic enim poëtas suos dicunt, qui pereuntibus solent dicere laudes.* SCHOL. In Voss. primo descripta erant verba Festi *Bardus Gallice cantor &c.* ubi nostri versum ille adducit; & addit, *quae dixit viros fortes post interitum fieri immortales.*

451 DRYUDAE] Sic dicti, quia sub quercubus vivitis & vaticinamini. nam *drys dryos* quercus dicitur. *Druinos* autem quercus. unde à quibusdam *Druidae* vocantur. à Tortellio autem *Dryidae*: à Sypontino, & commentariis *Dryudae*. Haec nota immixta commentario Ascensii est, sed putem, per errorem imprimentium id contigisse. Nam Graece *δρυΐδαι* scribitur. Unde Diog. Laërtius apud Stephanum *Δρυΐδαι ἔθνος Γαλατικὸν φιλόσοφον*. Quod vero etiam Druida scribatur, est, quod pro *y* saepe *u* reperitur. Neque à sola quercu, dicti videntur. Nam Nicandri commentator in Theriacis asserit, omnem arborem antiquitus *δρῦν* dici. De iis autem plurima dicit Jo. Baptista Pius in annotationibus posterioribus cap. 62. quod post Boroaldum addam. VERSELLAN.

451 REPETISTIS] Post discessum militum Romanorum, in quos arma tenebaris. SULPIT. Vel potius, quorum arma vos hactenus retinuerunt ac represserunt, quo minus sacrificiis vestris vacare possetis. MICYLL. Sic alii quoque recte exponunt, & Scholiastes. *Isti enim inter nemora constituti de sacrorum genere disputare consueverunt. Ideoque discedentibus Romanis repetisse.* Ipsos autem Druidas quoque arma gessisse innuere noster videtur verbis *positis armis*. Contra Caesar L. IV. B. G. c. 14. *Druides à bello abesse consueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt, militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem.* Quam differentiam monuit etiam Pius. D. vero Vossius aliud voluisse Lucanum putat: nimirum quia Druidae illum, qui sacrificandus erat, sagittis conficiebant & mos ille à Tiberio interdictus, à Claudio sublatus erat. ideo dicit *positis ab armis* repetiisse foedum morem. Mihi non liquet. Temere egisse hic ego Lucanum putem.

452 SOLIS] Quia tam intente cuncta notatis (*tractatis* Voss. pr.) SCHOL. Scilicet quòd opinio-

I

Solis nosse deos, & coeli numina vobis,
Aut solis nescire [a] datum: nemora alta [b] remoti
Incolitis luci. vobis auctoribus, umbrae
Non tacitas [c] Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt: [d] regit idem spiritus [e] artus
Orbe alio: longae (canitis si cognita) vitae

Mors

VARIAE LECTIONES.

a *datum est* p. 3. B. 3. Voss. B. R. 1. W. H. M. O. Ed. Rom. Parm. *datum* & A. *datur* Boh. Edd. Ven. Br. Med. Sup. Ascens. Mic. aliaeque. b *remotis lucis* vulgo. c *Herebi* MSS. 9. d *reget* W. e *artis* V. M.

nionem diversam à caeteris sapientibus de deo, de immortalitate animorum, de mundo, & caeteris similibus rebus habeant, ut qui in sylvis remotioribus, ac tacitis sacrificia sua peragant, defunctorum animas ad inferos descendere negent, & quae alia infrà sequuntur. Nam quod de altis arboribus mox subjicit Sulpitius, frivolum videtur. MICYLL. Altas enim arbores illos amoenitatis caussa habuisse, non recte pronunciavit Sulpitius.

452 DEOS ET COELI NUMINA] Ascensius exponit Deos, qui sunt illic in silvis & Deos coelestes. Reliqui interpretes tacent. Possis quidem deos & coeli numina distinguere, ut hi sint minorum gentium Dii, & numina coeli sint Dii superi. sed vide, num multo melius scribatur in veterrimo Regio *Lumina* i. e. Sidera. Astrologos enim fuisse Druidas docet Caesar. l. c. *Multa praeterea de sideribus, atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant.* & Mela Lib. III. c. 2. *Hi terrae mundique magnitudinem & formam, motus coeli ac siderum, ac quid Dii velint, scire profitentur.* Strabo quoque φυσιολογίαν iis tribuit, & Amm. Marcellin. L. XV. c. 9. *Occultarum altarumque rerum quaestiones.* Cum eodem Regio Cod. paullo post rescripsi *nemora a. remoti Incolitis luci*, pro *remotis lucis.* Quid enim est *nemus incolitis in luco*: nisi idem? dein ingratus sonus quater repetita syllaba *cis*.

454 UMBRAE] Hi enim disputant, animas non ire ad inferos, sed in alio orbe apud Antipodas renasci. SCHOL.

455 EREBI SEDES] Hanc locutionem auctor hausisse videtur ex L. IV. Georg. Virgilii vs. 471.

At cantu commotae Erebi de sedibus imis
Umbrae ibant tenues.

Uti etiam Statius L. I. Theb. 228.

- - - - - - *excitam à sedibus imis*
Eumenidum bellasse aciem.

456 REGIT IDEM SPIRITUS ARTUS ORBE ALIO] Citat Servius ad Georgicôn I, 243. atque congruere cum philosophis, qui recedentes hinc animas illic alia corpora ajunt sortiri. GROT. in Ed. Tert. Uti & ad L. VI. Aen. 532. Pythagorae doctrinam à Druidibus quoque doceri, putarunt Veteres V. Amm. Marcell. L. XV. c. 9. & ibi Lindenbr.

459 FELICES] Quia dicebant, se post mortem alia membra sumpturos. Quasi semper viverent, & mors nihil aliud esset, nisi quod ab una vita in aliam ducebat. Ideo ait, si verum dicitis, mors nihil aliud est, nisi medium aliquod longae vitae. SCHOL.

461 ANIMAEQUE CAPACES MORTIS] C. Barthius & N. Heinsius è Mstis quibusdam legunt *rapaces.* Hic quidem ad Ovidii Metam. L. VIII, 243.

- - - - *animi ad praecepta rapacis.*

ubi in vulgatis quoque *capacis*, ut apud Vellej. Lib. II. c. 29. *Capax discendi ingenium*, & alibi. Sed melius ibi *rapacis.* Seneca Cons. ad Helviam c. 16. *Beneficio rapacis ingenii plus, quam pro tempore hausisti.* Ille vero ad Statii Theb. L. XII, 680.

Ambas hilares, & mortis amore superbae.

Adde ad Claudian. L. I. in Rufin. 109. Quo facit Martianus Capella p. 211. in f. *Bardi appetitum maximum habens mortis.* Adde Melam L. II. c. 2. de Getis, & nostrum de populis septemtrionalibus L. VIII, 364.

Indomitus bellis & mortis amator.

Ubi tamen Grotius praetulit *Martis.* Lib. IV, 146.

Indomitos quaerit populos, & semper in arma
Martis amore feros

ubi contra in MSS. nonnullis est *mortis.* Nihil vero contra omnes fere Mstos innovandum putem cum summo Viro J. F. Gronovio Lib. I. Observ. c. 17. qui magnifice satis dictum existimat, & frustra id tanto molimine mutari. Ut enim *capax fortunae* dicitur, qui prosperam & adversam fortunam moderato animo ferre potest; sic *capax mortis* est, qui mortem intrepide subire potest,

qui

Mors media [a] est. [b] certe populi, quos [c] despicit [d] Arctos,
Felices errore suo, [e] quos ille timorum
Maximus, [f] haud urguet leti metus. inde ruendi
In ferrum mens prona viris, [g] animaeque capaces
Mortis; & ignavum rediturae parcere vitae.
Et vos [h] crinigeros bellis [i] arcere Caycos

Op-

VARIAE LECTIONES.

a deest A. b deest V. pr. *pop. certe* A. c *aspicit* B. 1. *despicis* B. 1. d *artus* A. e *quo* V. 1. f *aut* Ed. Ven. g *animique* Ox. pr. h *griniferos* M. i *urgere* B. 1.

qui sufficit morti, nec prae metu animo deficit, cujusque animus *ad mortem paratus est*, ut loquitur Justinus L. XLIV, 1. vel ut noster L. IV, 506. *Morti facilis est*. Ita *capacissima secreti mulier*, quae silere potest, Plinio L. 1. Ep. 12. Ad rem Seneca Consol. ad Polyb. c. 34. *Tot tantosque luctus cepit rerum omnium capacissimum ejus pectus, victorque Divus Augustus etiam dolorum fuit*. Sil. Ital. L. VI, 171.

Bellandi vetus ac laudum cladumque quieta
Morte capax.

Claudian. L. 1. Eutrop. 79. *Mens erat officiique capax. Rapax* vero *mortis* est, qui taedio vitae satiatus mori mavult. Lib. IV, 345.

Non deerat fortis rapiendo dextera leto.

ubi contra in MSS. quibusdam male *capiendo*. Flor. L. IV, 12, 50. *Certatim igne ferro inter epulas venenoque praecipere mortem*. Praeter alios in tribus quoque Bibliothecae Lugduno Batavae codicibus, à me inspectis *praeripere mortem*. V. Salmasium. *praeripuit letum* Sil. L. II, 118. Quid autem velit Lucanus, evidenter patet ex Mela, cujus, ut & Caesaris locus pro commentario hic esse possunt, L. III. c. 2. *Unum ex iis, quas praecipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas esse animas, vitamque alteram ad manes*. Caesar simpliciter L. VI. B. G. 14. *Metu mortis neglecto*. Horatius L. IV. Carm. 14, 49.

Te non paventis funera Galliae,
Duraeque tellus audit Iberiae.

ubi vetus Scholiastes Porphyrio hunc locum laudans habet quoque *capaces*. Quare frustra post alios etiam Doct. Haverkampius maluit *rapaces* ad Tertulliani Apolog. c. 37. *Qui tam libenter trucidamur*.

462 IGNAVUM REDITURAE PARCERE VITAE.] Appianus Celtico: *Γερμανοὶ θανάτου καταφρονηταὶ δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως*. GROT. ex Ed. Tert.

462 ET IGNAVUM EST] *Et ignavum rediturae* Msc. tria, omisso verbo Substantivo. BERSM. Recte Grotius delevit *est*, quod tamen est in solo Voss. pr. ceteri omnes carent, ut & priores Edd. Intrusit primus τὸ *est* Sulpitius, quem Aldus more suo, hunc dein ceteri sunt secuti. Posses etiam scribere *ignavi est*. L. II, 110. *visum est lenti quaesisse nocentem*. ubi etiam variant MSS.

463 CRINIGEROS] Quid singulare sit in hoc epitheto; cur id singulariter det Cauchis, non video. Omnes enim homines sunt *crinigeri*, sive longos sive breves gerant crines. Hoc cum ita sit, malim cum acutissimo viro J. Lipsio scribere *cirrigeros*. De cirratis crinibus proavorum nostrorum, gentiumque, Rhenum accolentium vide eumdem ad Tacitum de Mor. Germanorum c. 38. *Insigne gentis obliquare crinem, nodoque substringere*; & doctiss. J. Smetium Antiq. Neomag. p. 70.

463 CAYCOS] Cayci Germaniae populi comati, accolae Rheni sunt. Dicuntur & *Cauci*. SULPIT. *Caycos*, per y, Graecum scribendum arbitror. Eos enim populos intelligere videtur, quos Tacitus & alii *Chaucos* vocant. Quorum alii minores, alii majores dicebantur, ad littus Oceani habitantes inter Rhenum & Albim, quorum loca hodie tenent Frisii. His autem castra opposita erant in diversa ripa, ad prohibendos motus & incursiones eorum, quae hic poëta κατ' ἀποστροφὴν alloquitur. MICYLL. Quos autem *Caycos* poëta nominat, non liquet, cum eo nomine nullae gentes vel Galliae, vel Germaniae apud authores legantur. Quare verisimile est, ut etiam Micyllo videtur, eum intelligere Cauchos. Adspiratione extrita posuerit *Caycos* pro *Caucos*, *u* in *y* deflexo. Sunt autem *Cauchi* sive *Cayci*, Germaniae populi inter Helium & Flevum, ostia duo Rheni, teste Plinio. *In Rheno*, inquit, *autem ipso prope C M passuum in longitudinem nobilissima Batavorum insula, & Caninefatum* (ubi mendòse *Cannefatum* legitur) *& aliae Phrisiorum, Cauchorum, Phrisiabonum, Sturiorum, Morsatiorum, quae sternuntur inter Helium & Flevum &c.* HORTENS. MSS. & priores Edd. qq. *Caicos*. Reg. rec. meus & Amstel.

 &

Oppositi, [a] petitis Romam, Rhenique [b] feroces
Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.
Caesar, ut inmensae collecto robore vires
Audendi majora fidem fecêre, per omnem
Spargitur Italiam, vicinaque moenia complet.
Vana quoque ad veros accessit fama timores,
[c] Inrupitque animos populi, cladem que futuram
Intulit, & velox properantis nuntia belli
Innumeras solvit falsa in praeconia linguas.
Est qui, tauriferis ubi se [d] Mevania campis
[e] Explicat, audaces ruere in certamina [f] turmas

VARIAE LECTIONES.

a *Romani petitis* B. 1. b *ferocis* H. c *irrumpit* V. sec. d *Marvania* R. 1. *Menania* M. e *explicit* E. f *turbas* B. 1.

& Hulst. *Caychos*. Unde putem, scribendum esse *Caïchos*, vel potius, quia membranae antiquissimae *Caycos* habent, *Caïcos*: uti videbatur etiam Ill. N. Heinsio ad Claudian. L. I. in Eutrop. 379.

Germanis responsa dabat, legesque Caïcis
Arduus, & flavis signabat jura Suevis.

464 Oppositi] Unus & alter *appositi*. quod rectum videri posset, quia custodes passim dicuntur *apponi*. Consule Gebhard. ad Nepot. in Dione c. 4. Graevium ad Ciceron. L. I. Verr. c. 10. ad L. VII. ad Famil. Ep. 2. Sed mutari neutiquam debet. *Oppositi* sunt milites ad eos in finibus suis continendos, ne faciant excursiones. Lib. II, 480.

Oppositus quondam polluto tiro Miloni.

Claudian. L. II. Cons. pr. Stilic. 211.

Aut totum oppositi claudunt fugientibus aequor.

Livius L. 10, 43 *Subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis opposuit*. ubi etiam in uno Voss. inveni *apposuit*. L. XXIV, 39. *Postero die alis aliis locis ad obsidenda itinera claudendosque oppidanis exitus.* Lege cum Vossiano Cod. & aliis MSS. Gronovio, qui illic videndus, inspectis *oppositi exitus*. Adde Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. V, 605.

- - - *oppositis exspectat Hiberia claustris.*

465 Apertum orbem gentibus] Intelligit Germaniam, irruptionibus barbarorum per recessum Romanorum militum patefactam. Quidam hic male *abertum* exponunt, primum per Caesarem aliis quoque patefactum.

468 Spargitur] Spargit cohortes. Metonymia. SULPIT. Vel intellige de rumore & fama Caesaris, quae per omnem Italiam sparsa fuerit, quando mox sequitur: *Vana quoque ad veros accessit fama timores*. MICYLL. Ita etiam Hortensius exponit. Mihi aliter videtur. Revera enim spargebat Caesar cohortes suas per Italiam, vicinas urbes praesidio occupans, & *verus* erat populi *timor*. Sed praeterea vana accessit fama, atrociora & multo majora de eo narrans, ut recte ceteri interpretes explicant.

472 Falsa praeconia] In fabulas & rumores. *Virgilius* famam describens inquit, *cui quot sunt corpore plumae, tot vigiles oculos* (Sc. *oculi*) *subtus, mirabile dictu, Tot linguae totidem ora sonant*. Plus enim fama semper dicit, quam sit. Ideo dicit in falsa praeconia. SCHOL. Notandum autem in verbis Scholiastae *subtus* scribi; cum vulgo apud Virgilium L. IV. Aen. 182. *subter* legatur, & Pierius in plurimis MSS. *subsunt* invenerit.

473 Est qui] Sic quoque scribendum apud Priscian. L. VII. c. 776. & Lutat. ad Statium Theb. L. IV, 370. ubi vulgo *&* legas. Frequens & notissima est locutio *Est, sunt, qui*. De tauriferis Mevaniae campis consule Thaddaeum Donnolam de patria Propertii p. 119. &c. ut & doctorum comment. ad Silium L. VI, 647. VIII, 453. quibus locis *latis campis* non temere damnem. idem enim est, quod hic *explicat se*. *Scholiastes* hic ait, *provincia Italiae fecunda tauris.*

473 Tauriferis] De Clitumno Plinius lib. II. cap. 103. meminit. *In Falisco*, inquiens, *Clitumni amnis aqua potata, candidos boves facit* &c. Unde ex eodem loco etiam Romam accersebantur, qui pro victimis immolarentur. Cujus rei & Ovidius meminit in Fast. *Colla rudes operum*, inquiens, *praebent ferienda juvenci. Quos aluit campis herba Falisca suis.* MICYLL.

Adferat, & qua Nar Tiberino [a] inlabitur amni
Barbaricas saevi discurrere Caesaris alas:
Ipsum [b] omnes aquilas, collataque signa ferentem,
Agmine non uno, [c] densisque incedere castris.
[d] Nec, qualem meminêre, vident: majorque, ferusque
Mentibus occurrit, victoque inmanior hoste.
Tunc inter Rhenum populos [e] Alpemque jacentes,
Finibus Arctoïs, patriaque [f] à sede revulsos
Pone sequi, [g] jussamque feris à gentibus Urbem,
Romano spectante, rapi. sic quisque pavendo
Dat vires famae: nulloque [h] auctore malorum

Quae

VARIAE LECTIONES.

a *labitur* B. 1. b *aquilas omnes* V. 1. c *densis* i. M. N. d *Non* A. e vulgo *Alpesque*. f *ab* R. pr. W. g Edd. Ven. Br. Med. *visam*. h *actore* B. 1.

475 ADFERAT] Duo Voss. unus Regius, Marp. & Hulst. *afferat*. Edd. Rom. & Parm. *auferat*. unde quis posset conjicere *differat*. i. e. divulget, spargat. Sed alterum minime mutandum: quod etiam servat Lutatius. d. l. Passim Livius & alii *adferre* de nuncio dicunt. Apposite Silius L. I, 456.

Sed postquam à trepidis allatum, fervere partem
Diversam Marte infausto.

477 COLLATAQUE SIGNA] *Collectaque* Witt. & meus. supra 166. *collecto robore*. Contra L. VII, 548. *Non illis regum auxiliis collecta juventus*. in multis scriptis & editis est *collata*, ut suo loco videbimus. Apud Claudianum L. I. in Rufin. 316. eadem variatio *Rufino collecta manus*. V. Heins.

479 FERUSQUE] *Feroxque* Msc. duo. non male. BERSM. *Feroxque* Reg. rec. Voss. quint. in quarto est suprascr. Witt. meus. & Edd. Rom. Parm. ac Hortensii. Nil muta. Caesar in armis semper erat *ferox*, sed jam apparebat immanior, & ferus. IV, 147.

Indomitos quaerit populos & semper in arma
Martis amore feros. & passim.

480 VICTOQUE INM. HOSTE] Sic omnes Bersm. Pulm. & mei Codd. C. Barthius malebat tamen legere *Victorque* ad Statii L. X. Theb. 556.

- - - - ferrum undique, & ignes
Mente vident.

Qui locus est inspiciendus. Totus enim est adumbratus ex nostro scilicet, ut argute Lucanus ipsum *victorem* opposuerit hosti. Verum tunc aptius dixisset *civis q. inm. h.* At *victo* magnam hic habet in se *ἐνέργειαν*; nempe ut Caesar intelligatur immanior non tantum quibusvis aut inbellibus hostibus, sed ferocissimis Gallis ac Germanis, quos modo devicerat, qui passim apud veteres hoc nomine audiunt, ut cuivis est cognitum. Male autem multi interpretes *hoste* etiam capiunt, ut ablativum caussae, cur fuerit nunc immanior, ad exemplum Scholiastis, qui ita habet. *Victo* i. e. *Gallis, quos nuper vicerat; aut sic accipiamus immanior erat, quam scilicet hostis, quia jam vicit inimicos.*

481 TUNC] Alii non *tunc*, sed *hunc* legunt, ut sit sensus: Caesarem etiam sequi à tergo populos inter Rhenum & Alpes sitos, atque eos, qui è finibus septentrionalibus erant evocati. Estque amplificatio truculentarum gentium. HORTENS. *Hunc*. Ita Sabellicus in Annotat. (p. 182. T. I. Thes. Crit.) ut ad Caesarem referas. *Tunc* scilicet est, qui afferat c. V. P. O. G. A. *nunc* L. PULM. *Tunc* Msc. duo & aliquot edita. BERSM. *Hunc* ex meis quoque solus recentior Reg. cum Ed. Versell. & Gryphii, & qui sunt secuti. *Nunc* Voss. tert. & Edd. Ven. Br. Med. ceteri omnes *Tunc*. quod notat *praeterea, deinde*.

481 POPULOS] Nullus est populus Galliae inter Rhenum, ac Alpes praeter Helvetios Si igitur poëta propriè locutus est, ut puto, certè hoc loco Helvetios descripsit; qui tametsi ante novennium a Caesare attriti erant, interea tamen creverunt, repararuntque vires, quod declarat pugna ante Alexiam, cui etiam interfuerunt. Porrò solenne propè fuit Gallis Italiam invadere, quod etiamnum durat, vicissim illatis, acceptisque cladibus. GLAREAN.

481 ALPESQUE] Quatuor Vossiani, inter quos prim. & tert. Regius primus, & duo Pulm. cum Edd. Ven. Brix. Med. *Alpemque*. quod verissimum arbitror. sic vs. 688.

Quae finxêre, timent. [a] nec [b] solum vulgus inani
Percussum terrore pavet: sed curia, & ipsi
Sedibus exiluere Patres, invisaque belli
Consulibus fugiens mandat decreta Senatus.
[c] Tunc quae tuta petant, [d] & quae [e] metuenda relinquant,
Incerti. quo quemque fugae tulit impetus, urguet
Praecipitem populum; serieque haerentia longa
Agmina prorumpunt. credas aut tecta nefandas
Corripuisse faces, aut jam quatiente ruina
[f] Nutantes pendere domos. sic turba per urbem

Prae-

VARIAE LECTIONES.

a *non* N. p. 1. O. b deest R. 1. c *Tum* Edd. qqd. d *vel* B. 1. e *metuendo* B. 1 *fugienda* M. A. f *nutantis* R. pr.

- - - - - - - *Nunc desuper Alpis*
Nubiferae colles. III, 299.

Agmine nubiferam rapto supervolat Alpem.

Saepe ita alii quoque. Vide Dausq. Orthogr. p. sec. de hac voce, &, quos laudat Cel. Drakenburg. ad Silium L. XIII, 741.

- - - - - - *perruptis molibus Alpes*
Eluctatus adest. Sed quid multis exemplis opus est? Priscianus, ut probet, *Alpem* singulariter à poëtis esse prolatam, inter alia loca hunc adducit L. VII. c. 757.

483 URBEM] S. est, qui adferat. SCHOL.

485 DAT] Videri posset legendum esse *dant*, ut respondeat sequenti *timent*. Uti poëtae & alii passim utuntur voce *quisque*. Vide, ut alia omittam, exempla apud N. Heinsium ad Ovid. Amor. L. II. El. II. & Metam. V, 212. sed noster amat singulare, vs. 127.

- - - - *magno se judice quisque tuetur.*

Timent elliptice sumi debet pro *homines timent*. sic *dicunt*, *ferunt*, *praedicant* & similia passim. Consule Grammaticos, & Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. II, 110.

Laeta mari tum signa refert: plenasque movebant
Armentis nuribusque rates.

Timent citat quoque Lutatius ad Stat. III. Theb. 661. Ad haec autem verba notat Scholiastes. Cum enim sibi quisque timebat, famam, quae ipsi metuebant, dicendo augebant. Unde dicit, nullo auctore malorum eis timorem incussum, sed quae ipsi fingebant, timuisse.

487 PERCUSSUM] *Percussum* Msc. duo. alii *perculsum*. BERSM. Recte Bersmann. hoc loco *percussum* restituit, ut habent Pulmanni & nostri Codd. (excepto meo, & Oxon. primo, in quibus *perculsum*) & Edd. Rom. & Parm. Passim haec verba confundi, notissimum est. *Perculsum* autem videtur mihi magis aptius in re graviori, ut optime monuit Cel. Bentlejus ad Horatium. sic Lib. VII, 468.

- - - - - - - - *tamen omnia torpor*
Pectora constrinxit, gelidusque in viscera sanguis
Perculsa pietate coit, non *percussa*.

Horatius Epod. XVII, 15.

Tacent, & albus ora pallor inficit,
Mentesque perculsae stupent.

Cum itaque *percelli* videntur dici illi, qui quasi fulmine icti extra se rapiuntur, & prae subita animi invasione nesciunt fere, quid agant; *percuti* vero, qui quovis alio motu, tamquam vulnere leviore ita afficiuntur, ut sibi tamen prospiciant. rectius hoc loco retinendum opinor *percussum*, & Lib. VI, 596.

Mens dubiis percussa pavet non *perculsa*.

cum Cel. Burmanno ad Petron. c. CXI. à quo plura vide in Ovidii L. IV. Met. 138. Quinctil. Declam. VII, 2. clare L. II, 234.

At non magnanimi percussit pectora Bruti.

Consule etiam Drakenb. ad Sil. L. II, 213. Dukerum ad Flor. L. III, 16. plura exempla non addo, quia sexcenta passim confusa invenias, in quibus attentus lector differentiam inquirere potest.

488 EXSILUERE] Sic edidi, adstipulantibus Voss. pr. tert. quarto, Reg. primo Wittiano & Edd. Ven. Br. Med. Atque ita scribendum monuit Drak. ad Silium Lib. II, 378.

Tum

Praecipiti lymphata gradu, velut unica rebus
Spes foret adflictis [a] patrios excedere muros,
Inconsulta ruit. qualis cum turbidus Auster
Repulit à Libycis inmensum [b] Syrtibus aequor,
Fractaque veliferi sonuerunt pondera mali,
Desilit in fluctus deserta puppe magister,
Navitaque, & nondum sparsa compage carinae,
Naufragium sibi quisque facit: sic urbe relicta
[c] In bellum fugitur. [d] nullum jam languidus aevo
Evaluit revocare parens, [e] conjuxve maritum

Fle-

Variae Lectiones.

a *patriis muris* H. b *turbidus* A. *fluctibus* M. c *fugit in bellum* A. d *nullus* V. 1. e *conjunx* MSS. & Edd. pp.

Tum vero attoniti, ceu templo irrumperet hostis,
Exsiluere patres.

Noster L. III, 624. *Insiluit*; V, 791. VI, 398. *exsiluit*. & passim hanc scripturae formam in *exsilire*, *insilire*, *prosilire*, *dissilire*, restituit Heinsius, aliique è Mstis codicibus. Vide Servium ad Virgil. Georg. II, 384. *Saluere per utres.*

489 Decreta] Est autem decretum, ut curent consules, ne quid respublica detrimenti capiat. SCHOL. Decreta invisa. Constitutiones odio plenas, ut Caesarem persequerentur: & providerent, ne quid mali Respub. pateretur, quod in tumultibus semper solebant Consulibus dicere. SULPIT. Qua potestate data, licebat iisdem bellum gerere, pacem jungere, exercitum scribere, delectum habere, & caetera, quae ad defensionem Reipubl. pertinent, facere. MICYLL.

490 Tuta] Notandus est iste versiculus: pulchram enim constructionem habet, cum lepido sensu. Tuta enim in dubiis rebus loca necessaria erant: & metuenda maxime vitabant. Sed nec tuta illis erant ad confugium, nec metuenda, quae fugerent. Caesarem enim ubique metuebant. SCHOL.

491 Incerti, quo quemque fugae tulit impetus, urgent p.] Melius autem meo judicio legitur *urgent*, quia pro supposito habent *patres incerti urgent & prorumpunt* &c. quam *urget*, nisi sit *quisque urget*, sed cur sequatur *prorumpunt*? Sit ergo quasi per parenthesim dictum (*quo quemque tulit impetus*) & ipsi sic urgentes populum prorumpunt, i. porro rumpunt, & cum velocius & impetuosius aufugiant, vi interrumpunt agmina. Sulpitius intelligit, ut *agmina* construatur à parte anteriori, ut sit agmina haerentia longa serie prorumpunt i. vi erumpunt, & exeunt portas Ego malo dicere in tali commotione populum frequentem fuisse ante curiam; sed patres per medios arripuisse fugam. ASCENS. Sic vulgo nunc editur, etiam à Grotio; cum tamen in Mstis omnibus à me inspectis & Pulm. 4. & Edd. primis Aldi, Col. Gryph. legatur vel *urget* vel *urguet*. Rectissime. Est enim, ut feci, hoc modo distinguendum *Incerti. quo q. f. t. i.*, *urguet* scilicet *impetus*. *Incerti* absolute ponitur sine verbo substantivo. primus *urgent* dedit Ascensius, dein Versellanus, Stephanus &c. Recte Sulpicius *Agmina* capit in nominativo, ut passim *prorumpere portis*, *in hostem* &c.

493 Credas] Si seriem i. e. longam concatenationem fugientium videres, putares, aut urbem subito incendio raptam, aut terrae motum in urbe fieri. Ad terrae motum enim nutantes domus ruina quatiuntur. SCHOL.

496 Lymphata] *Lymphae*, inquit Festus, dictae sunt *à Nymphis*. Vulgo autem memoriae proditum est, quicunque speciem quandam è fonte, id est, effigiem Nymphae viderunt, furendi non fecisse finem, quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini *Lymphaticos* appellant. MICYLL. Bacchata, in amentia versa. SCHOL. De verbo *Lymphare* vide Barthium ad Statii L. VII. Theb. 113. & alios passim.

498 Qualis] Sc. talis erat illa turba, qualis vel qualiter. IDEM.

499 Repulit] Sic quinque ex meis scripti, & quaedam Edd. Veteres. praepositione *re* producta. non *reppulit*. de hoc scribendi modo plura videbimus ad Lib. III, 113. VI, 480.

505 Conjuxve] *Conjunxque* quatuor Pulm. unus

Bersm.

Fletibus, aut patrii, dubiae dum vota salutis
[a] Conciperet, tenuêre Lares: nec [b] limine quisquam
Haesit, & extremo [c] tunc forsitan urbis amatae
Plenus abit visu: ruit inrevocabile vulgus.
O faciles dare summa Deos, eademque tueri
Difficiles! urbem populis, victisque frequentem
Gentibus, & generis, [d] coëat si turba, capacem
[e] Humani, facilem venturo Caesare praedam
Ignavae liquêre manus. [f] cum pressus ab hoste
Clauditur [g] externis [h] miles Romanus in [i] oris,
Effugit exiguo nocturna pericula vallo:
Et subitus rapti munimine cespitis agger
Praebet securos [k] intra tentoria somnos.
Tu tantum audito bellorum nomine Roma

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *conciperent.* b *limite* V. quart. a m. 1. c *tum* B. 1. R. 1. *cum* V. sec. d *coeant* V. 1. e *humatio* M. f *conpressus* V. 1. *compressus* M. g *extremis* P. 1. O. h *Romanus miles* R. 1. i *horis* Voss. 5. W. H. k *inter* A. N.

Bersm. Voss. quinque, unus Reg. Oxon. cum Ed. Ascensii, Ven. Br. Med. Sulpicii & Micylli, ut *que* more nostri ponatur pro *neque*. dicam saepius, imprimis ad L. II.

506 AUT] Msc. duo *aut patr.* quod retinuimus. alii *haud patr.* BERSM. In Vossianis tribus & meo est *haud*, quod primum placuit Aldo, hinc Colin. Steph. Gryph. Pulm. &c. sed rectius *aut*.

506 DUBIAE] Cl. Burmannus ad Valer. Flacc. L. IV, 272. censet legi posse *dubii* ut sit dictum *dubius salutis*; quemadmodum *dubius fati* apud Statium, Silium &c. Et sane ita noster L. IV, 156.

- - - *dubiique fugae pugnaeque tenentur.*

L. VII, 611.

Sed dubium fati, Caesar, generoque minorem
Adspiciens.

Sed contra Mstos nihil mutandum. Durius enim esset *patrii dubii.* Rescripsi autem cum veterrimo Regio *conciperet* pro vulgato *conciperent:* ut referatur ad *nullum*, quo facto sensus est magis clarus; neque *haud*, sed *aut* scribendum esse docetur.

513 HUMANI] h. e. quae totum humanum recipere intra se posset. SCHOL.

514 PRESSUS] Singula reddit singulis. Ibi pressus ab hoste; hic autem audito nomine bellorum: ibi agger & vallum, hic Roma: ibi somni sunt & noctibus plurimis, hic per unam noctem vigiliae (inbige Voss. sec.) totae. SCHOL.

516 VALLO] Mos erat Romanis, ut, cum in expeditionem pergerent, ubi nocte tentoria figebant, vallo tantum castra circumdarent, & vigiles, qui sibi alternis vicibus succederent, noctis constituerent. Inde Sallustius in Jugurthino. *Juxta ac si hostes adessent, vallo, atque fossa munire, vigilias ponere, & eas ipse cum legatis circuire.* Ipse autem alibi. *Tertia jam vigiles commoverat hora secundos.* Conqueritur autem poëta ἀποστροφὴν ad urbem faciendo; cur isti de munitissimis moenibus fugerint; cum majores eorum etiam inter hostes tuti essent exiguo vallo. IDEM.

517 RAPTI] Celeritatem ostendit hoc verbo. IDEM.

519 NOMINE] Plerique omnes Msc. & impressi codices *nomine:* nos *murmure* fecimus ex fide Msc. BERSM. *Murmure* edidit quoque Grotius, & dein ceteri; sed Stephani, Pulmanni, meique omnes ad unum Codices, & impressi ante Bersmannum *nomine.* quod adeoque restitui. Nisi *murmur* pro fama hic accipere velis, etiam hoc falsum est. Tantum enim nomem, non murmur, belli audiverant Romani. Eodem modo L. II, 465.

Caesaris audito conversus nomine Sulla.

529 SIDERIS ET TERRIS &c.] *Campestris* scribit, cometas quinque esse i. ἱππεὺς solis, *Lampadian*

Desereris; [a] nox una tuis non credita muris.
Danda tamen venia est tantorum danda [b] pavorum:
Pompejo fugiente timent. [c] tum ne qua futuri
Spes [d] saltem trepidas mentes levet, addita fati
Pejoris manifesta fides, Superique minaces,
Prodigiis [e] terras implerunt, aethera, pontum.
[f] Ignota obscurae viderunt sidera noctes,
Ardentemque polum flammis; coeloque volantes
[g] Obliquas per [h] inane faces. [i] crinemque timendi
Sideris, & terris [k] mutantem regna [l] cometen.
[m] Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno:
Et varias ignis denso dedit aëre formas.
Nunc jaculum [n] longo, nunc sparso lumine lampas
Emicuit coelo: tacitum sine nubibus ullis

Ful.

VARIAE LECTIONES.

a *non u. t. nox* B. 1. b perperam *malorum* B. 1. R. 1. V. 1. M. H. c *tunc* B. 2. R. 1. W. d *saltim* V. sec. a m. 1. e *coelum, terram implent ae.* P. 1. f *ignotaque* H. g *oblicas* V. 1. h *mare* N. i *crimen* Ed. Ven. k *nutantem* B. 1. l *cometam* Voss. pr. *cometem* Voss. 3. W. H. N. & Edd. qqd. m *fulgora* R. 1. n *largo* V. 1.

dian lunae, *Quirian* Martis, *Disceum* (MS. *dirceum*) Mercurii, *τυφῶνα* Saturni; sed quatuor stellas praescriptas visas esse aliquando, cum regna mutantur. Typhon autem, si quando visus fuerit, cuncta significat interitura. SCHOL. Vide omnino Servium ad Virgil. Aen. x, 272. Cometa autem passim regna mutare dicitur apud poëtas. Statius Theb. 1, 728.

- - - - *mutent quae sceptra cometae.*

& Silius Ital. L. VIII, 639.

Regnorum eversor rubuit letale cometes. & alibi.

530 FALLACI CREBRA SERENO] Ideo dicit *fallaci*, quia in ipsa serenitate fulminabat; quod rarum est, quia ante coelum obnubilatur, quam fulgura adpareant. SCHOL. Jungit duo prodigiosa, quod *crebra* fuerint, & quod *sereno*. De *sereno* vide la Cerdam ad Virgilii Georg. L. 1, 486. Bentlej. ad Horat. Carm. 1, 34, 8. Burmann. ad Valer. Flacc. L. 1, 332. & me ad Obsequent. c. 73. *Crebro fulminavit.* quo loco ut nihil jam mutem, facit alter Taciti L. XV. Ann. c. 47. *Vis fulgurum non alias crebrior.*

531 DENSO] *Tento*, hoc est extento. Priscianus. BERSM. Depravatos Codices secutus est Priscianus, qui, ut probet, *tensum* derivari à *tendo*, haec Lucani verba citat ad L. x. c. 892, 1234. male Bersmann. ex eo allegat *tento.* Verum non modo Priscianus ita legit; sed etiam Vossianus secundus, & ibi Scholiast. *tenso* commixto. Legitur & *denso*. Alii *tensum* dici volunt, unde & tensae deorum. alii *tentum*. ut Virgilius. *Et si quem extenta plag.* Nunc ille ostendit, quae sunt variae formae. Haec ille. SCHOL. In Vossiano primo pro Varia lectione habetur *tenso* cum hac notula, *quia aëre jam tendebantur.* *tenso* etiam Vossianus tertius, & a m. pr. quartus. Vix tamen mihi persuadere possum, *tenso* non esse vitiosum, & recte se habere *denso* i. e. *compresso*, *crasso* verbis Senecae L. VII. Nat. Quaest. c. 20, 22. Et, ut hic, sic c. 21. Idem *Cometas, sicut faces, sicut tubos* (ut scribendum esse alibi monuimus) *trabesque & alia ostenta coeli denso aëre creari.* Credas, Lucanum horum patrui sui verborum meminisse, cum hunc versum scripsit. *Formas* enim non intelligit de variis fulminum generibus, ut olim putabat summus Burmannus in Jove Fulg. p. 24. sed diversis coeli ostentis. Horat. L. II. Carm. 7, 14. *Denso paventem sustulit aëre.*

533 TACITUM] Solet enim fulmen emitti, dum tonat; & dum est coelum nubibus obductum. SCHOL.

534 E PARTIBUS] Sic rescripsi auctoritate trium vetustissimorum Voss. Reg. utriusque, Wittiani, Hulst. & trium Bersm. Cod, ut & Ed. Romanae. Vulgo *de p.* Parm. Ed. habet *se.*

Fulmen, & Arctoïs rapiens [a] è partibus [b] ignem,
Percussit [c] Latiale caput: stellaeque minores
Per vacuum solitae noctis [d] decurrere tempus,
In medium venêre diem: cornûque coacto
Jam Phoebe toto fratrem cum redderet [e] orbe,
Terrarum [f] subita [g] percussa expalluit umbra.
Ipse caput [h] medio [i] Titan cum ferret Olympo,
Condidit [k] ardentes atra caligine currus,
Involvitque [l] orbem tenebris, [m] gentesque coëgit
Desperare diem: qualem fugiente per ortus
Sole Thyesteae noctem duxêre Mycenae.

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *de*. b *ignes* Edd. Ven. Br. Med. c *Latiare* Boh. d *discurrere* B. 2. V. 2. W. e *ore* V. pr. suprascr. *b*. f *subito* H. g *perculsa* M. h *Titan medio* B. 2. i *e. f.* T. H. k *ardentis* Voss. pr. sec. l *diem* V. 1. m *gentem* B. 1.

535 MINORES] Omnes stellae sunt minores ad comparationem Lunae, unde Horatius; *Micat Julium Sidus, velut Luna inter minores ignes.* SCHOL.

538 PHOEBE &c.] i. cum Luna solem praesentaret, cum esset plena, & imitaretur, pleno cornu seu pleno orbe, & circulo suo solem aequipararet, in plenilunio, percussa subita umbra terrarum expalluit i. e. ἔκλειψιν passa est. Quidam legunt *toto orbe terrarum*, sed mendose; quoniam sensum corrumpunt. Legendum autem est *umbra terrarum*. Quia, cum luna in plenilunio solem per centrum adspicit, quaedam umbra terrae acuitur, & se lunae, ne lumen à fratre accipiat, opponit. Unde & ipse in descriptione Africae *n. t. c. u. Nox cadit in coelum.* IDEM.

541 CONDIDIT] Hoc ideo dicit, quia Sol pridie Iduum Majarum defectum passus est ab hora sexta usque ad noctem. IDEM. Occiso Caesare id accidit, & quidem pridie Iduum Martiarum: si Servio habenda fides ad Virgilii Georg. 1, 466.

Ille etiam exstincto miseratus Caesare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit.

Adhibet itaque auctor prolepsin, ut monet quoque Schol. ad vs. 566.

544 THYESTEAE] Atreus & Thyestes fratres fuerunt. Atreus autem concubuit cum uxore fratris sui: quod ille agnoscens tenuit filios Atrei, & occidit eos, & vocato eo ad prandium manducandos apposuit. Propter hoc iratus Sol suos radios ab ea civitate avertit. SCHOL. Ubi notandum, quod Scholiastes inversa vice *Atreo* tribuit, quod est à *Thyesta* factum, & contra.

545 MULCIBER] Vossian. sec. tert. sext. & quint. à manu pr. ut & Amstel. cum Edd. Rom. & Ven. *Mulcifer*. cui scribendi modo facit Etymon apud Festum. *Mulciber à mulcendo ferro dictus est.* atque ita saepe in aliorum Auctorum scriptis Codicibus invenias. Statius L. v. Theb. 51.

Ignifera fessus respirat ab Aetna Mulciber.

in MSS. Behotii *Mulcifer*. Adde N. Heinsium ad Claudian. L. 1 in Eutrop. 33. & ad Ovidii L. 1. Fast. 554. Pighium ad Gruteri Inscript. MLXIX, 5. p. 19. quem locum in margine indicaverat Broukhusius.

545 AETNAE] Virgilius.

Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam.

propter bellum illic futurum. SCHOL. Immo illic propter mortem Caesaris. Locus Virgilii est L. 1. G. in f. ubi pleraque hic enumerata prodigia etiam recensentur, & in sequentibus nonnulla inde adducit Scholiastes. Ad Virgilium vide La Cerdam, & de reliquis prodigiis Obsequentem, & quos ibi in praefatione olim laudavi, aliosque passim, & in hac re Petronium Carm. de Bello Civ.

548 FLEBILE] Pro latratu ululatum edidere; quod signum est mortis. SCHOL.

549 SAEVI L. CANES] Plerique interpretes haec capiunt de Scylla: Ascensius tamen etiam monuit, generaliter posse sumi de canibus ululantibus ex add. Virgil. loco L. 1. G.

Obscenaeque canes, importunaeque volucres
Signa dabant.

Recte. Passim prodigiosum haberi canum ululatum

Ora ferox Siculae laxavit Mulciber Aetnae;
Nec tulit in coelum flammas, sed vertice prono
Ignis in Hesperium cecidit latus. atra [a] Charybdis
Sanguineum fundo torsit mare. flebile saevi
[b] Latravêre canes. Vestali raptus ab ara
Ignis, & ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine surgit,
Thebanos imitata rogos. [c] tum cardine tellus
Subsedit, [d] veteremque jugis nutantibus Alpes
Discussêre nivem. [e] Tethys majoribus undis
Hesperiam Calpen, summumque inplevit Atlanta.

[f] In-

VARIAE LECTIONES.

a *Carybdis Caribdis* MSS. & Edd. qqd. b *latravere* V. sec. c *tunc* B. 1. V. 2. R. 1. N. d *veteres nivei* O. pr. e *Thetis* MSS. & Edd. qqd.

tum, nemo nescit. V. ad Obsequent. c. 123. *ululatus flebiles canum auditi.* Notandum autem hic est masculinum genus *saevi:* cum Virgilius d. l. ex Heinsii emendatione ad Ovid. Met. L. III, 140. dixerit in feminino. Sed ita quoque Ovidius L. XV. Metam. 797. *Nocturnos ululasse canes.* ubi itidem unus *nocturnas.* Seneca Oedip. 178.

Nocte silenti Amphionias ululasse canes.

Infra L. VII, 828.

Tunc ursi latebras, obsceni tecta domosque
Deseruere canes.

Verum & illic in optimis membranis legi *obscenae,* suo loco videbimus. L. IX, 141.

Nam corpus, Phariaene canes, avidaeque volucres.
Distulerint. Scilicet in venatu & rapina feminae canes praeferuntur.

550 LATINAS] Ita saepè absolute ponitur, ut subaudiatur, *ferias.* Livius libro VIII. belli cum Antiocho, *Latinae inde fuerunt.* HORTENS. Sic & Cicero saepe, tum in orationibus, tum in versibus, subticens vocem facile intellectum, *ferias.* GROT. Ex. Ed. tert. Sacrificia fiunt Jovi Latiali, unde *Latinae feriae* nuncupantur. Ergo *confectas* i. perditas Latinas ostendebat flamma, quae se extis impositis dividebat. SCHOL. in Scholiastae verbis error est: nisi sint corrupta, ut pro *perditas* sit scribendum *peractas.* finita enim illa sacra esse, notabat sacrificium, ut noster ipse L. V, 402.

Vidit flammifera confectas nocte Latinas.

quod bene observavit Sulpicius. *perditas* tamen in 3. Codd. habetur.

552 THEBANOS] Etheocles & Polinices fratres, postquam se mutuis vulneribus occiderunt, inpositi sunt rogo, & se divisit flamma, qua cremabantur. SCHOL.

553 NUTANTIBUS] Terrae motu scilicet. ut Virgilius

Insolitis tremuerunt motibus Alpes.

Hiatus terrae factus est. Item *terraeque dehiscunt;* IDEM. Seneca Oedip. 175.

- - - - - - - - bis Cadmeum
Nive discussa tremuisse nemus.

555 HESPERIAM CALPEM SUMMUMQUE IMPLEVIT ATLANTA.] Sic ferme ab omnibus legitur. Priscianus autem locum hunc adducens ita legendum autumat:

- - - - - Tethys majoribus undis
Hesperiam Calpe, summoque implevit Atlante.

Quippe quae lectio apprime probatur, utpote cui concinne, & eleganter sensus ipse congruit, consonat, mirificeque quadrat. nam cum supra dictum fuerit à Poeta:

- - - - - Tum cardine tellus
Subsedit, veteremque jugis nutantibus Alpes
Discussere nivem.

Mox subjecit, Tethys implevit Hesperiam majoribus undis, hoc est, nivibus horum montium è verticibus excussis: Ablativus enim est. Tumefacto namque & aestuante mediterraneo mari, liquefactis nivibus, maria Hesperiae, hoc est, Italiae vehementer desaeviunt tumescuntque. Ad hoc cum *Hesperiam* legis absque alio epitheto, *Italia* accipiatur, ut ait Servius; cum vero *ultimam* apponis, tunc *Hispania* significatur. Sic Horatius *qui nunc Hesperia sospes ab ultima.* *Italia* namque & *Hesperia* denominatae fuere à fratribus *Italo* &

 Hespe-

[a] Indigetes flevisse deos, Urbisque laborem
Testatos sudore Lares, [b] delapsaque templis
Dona suis, dirasque diem foedasse volucres
[c] Accipimus; silvisque feras sub nocte relictis
Audaces media posuisse cubilia Roma.
Tum pecudum faciles humana ad murmura linguae,

[a] Mon-

VARIAE LECTIONES.

a *indigenes* H. *indigites* M. b *dilapsa* V. 1. c *accepimus* N. Ed. Parm.

Hespero, ut affirmant Cato & Fabius Pictor. Huc accedat, quod Poeta potissimum prodigia, portentaque enumerat, quae in Italia evenere. Ceterum si *Hesperiam Calpen*, & *Summum Atlanta* legeres, in sensu necesse erit, ut intelligatur, aut factum esse cataclysmum, cujus nulli historici meminerunt, aut sit insana hyperbole, excessusque nimium fatuus. Haec JACOB. BONONIENS. Syll. III. Annot. T. I. Thes. Crit. p. 671. Prodigiosa sane res, & contra omnem humanae rationis sensum, mare undis suis adscendisse usque ad cacumen eorum montium, eosque aquis suis implevisse, seu potius contexisse, ut alii loquerentur, & Scholiastes exponit. Aliud enim quid est, quod dixit Caesar B. G. 1, 24. *Complere montem hominibus.* Hoc itaque si fieret, rerum finem adesse aliquis posset putare, ut canit noster Lib. VII, 135. Praeterea quid attinebat ad Romanos, tunc temporibus prodigium ex Hispania & Mauritania? Id si accidisset Hannibalis adventu, de magnitudine & victoriis ejus optimum fuisset ostentum. Nunc in Hispania & illa Africae parte minus momenti situm fuit, quam in reliquis orbis terrarum oris. Quid tum? Locum depravatum puto, licet editi & scripti nihil mutent. Praeterquam quod quidam habeant *Calpem* & *Atlantem.* quomodo editur quoque apud Isidorum Lib. XIV. c. 8. Nec juvat aliquid Scholiastes. Quomodo vero corrigi debeat locus, docere nos potest Priscianus L. VII. c. 732. ubi, ut ostendat, *Calpe* in ablativo *e* productam habere, & Juvenalem errare, haec nostri verba adducit, sed quae contra mentem Prisciani ex vulgata lectione hic apponuntur. Totum enim adscribere juvat locum. *Illud miror, quod Juvenalis Calpe Ablativum corripuit, cum sit simile hoc nomen Penelope, Arachne, Calliope; quorum Ablativus numquam in e correptum terminatur. Lucanus in primo. Tethys* (sic scribe; vulgo *Thebis*) *majoribus undis Hesperiam Calpen, summumque implevit Atlanta.* Tunc Juvenalis sequuntur verba. Vides, Lector, nihil probasse potuisse Priscianum, si ita, ut vulgo legitur, hunc locum citasset. Luce clarius itaque patet, scribendum esse *Calpe summoque i. Atlante.* Ut jam olim Jacob. Bononienses correxit, sed à nemine auditus; licet id monuerint Pulmanni Variae LL. Nempe dicit Lucanus, mare inplevisse Hesperiam i. e. Italiam, vel potius mare, quod Italiam alluit (ut loqui amant veteres, & alibi pridem notavimus) undis & fluctibus, qui Calpe & Atlante, seu quibuscumque summis montibus majores erant. Synecdoche est speciei pro genere. Undas autem comparari montibus à nostro, & aliis poëtis, frequens & notum est. Vide L. III. Georg. Virgilii 240. de fluctu

- - - - - - - - - - - *neque ipso*
Monte minor procumbit.

Heins. ad Claud. IV. Cons. Hon. 635.

Ister sanguineos egit te consule montes.

Adde Cerdam ad Aeneid. 1, 105.

Insequitur cumulo praeruptus aquae mons.

Haec scripseram, antequam mihi videre contigerat Bononiensis notas, quem deinceps haec alio modo exponere comperi, nunc neque illius neque mea interpretatio mihi placet. Nam in utraque duriora quaedam sunt, quam ut eo sensu potuisset loqui Lucanus: nec caussae satis perspicio, cur illos potius montes nominare voluerit, quam alios. Forsan intelligendum est eo pacto, ut Oceanus impleverit majoribus solito undis Italicum mare, intrans scilicet per vel inter Calpen & Atlanta in mare mediterraneum. Sed tum clarius scripsisset *intravit*, *invasit*, aut simile quid. Immo *intravit*, quod facile cum *implevit* mutari potuit, pene putem, veram esse Lucani manum. passim *intrare* cum ablativo construitur. Vide N. Heinsium & Drakenb. ad Silium Ital. L. VI, 498. VII, 466. sed & consule Celeb. Burmannum ad Valerium Flacc. L. 1, 588.

Rector erat Libya cum rumperet advena Calpen
Oceanus, cum flens Siculos Oenotria fines
Perderet, & mediis intrarent montibus undae.

Intrare autem hoc sensu *terras mare* saepe dicitur apud Melam. 1, 1. II, 2. III, 8. aliosque; & in hoc ipso

[a] Monstrosique hominum partus, numeroque modoque
Membrorum; matremque [b] suus conterruit infans:
Diraque per populum [c] Cumanae carmina vatis
[d] Vulgantur. tum, [e] quos sectis Bellona lacertis
Saeva movet, cecinêre deos; crinemque rotantes
[f] Sanguinei populis ululârunt tristia Galli.

Com-

VARIAE LECTIONES.

a *Monstiferique* H. *Monstruosique* A. M. *que* deest in V. 1. b *suam* V. 2. M. c *Cymanae* R. 1. d *vulgant* H. e *quod* R. 1. f *sanguine jam* Ed. Br. Med.

ipso loco Avienus Descript. Orb. Terrae 383.

- - - - - - - haec ubi terras
Intrat Atlantei vis aequoris, accipit ortum.

Haec sunt, quae super his verbis dicenda habui. Gratam mihi rem fecerit, qui hinc nos expedire poterit: modo certum ei quoque sit *Calpe* & *Atlante* in ablativo esse legendum. Nec enim puto, juvari haec posse loco Silii L. v, 395.

Cui pater Oceanus cum saeva Tethye Calpen
Herculeam fert, atque exesa in viscera montis
Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.

Majores undae pro majoribus solito est; ut apud Silium L. VIII, 649.

Major & horrificis sese extulit Allia ripis.

556 INDIGETES] *Indigetes* dicuntur, qui ab hominibus in deos translati sunt, ut Romulus, & alii. SCHOL. *Indigenas* Msc melius fortasse. BERSM. *Indigenas* in uno Msto invenit etiam Modius; quod non contemnendum putabat Ep. 80. Novantiq. LL. ut intelligantur illi soli, qui de Romanis in deorum erant relati numerum: quia verisimile est, eos magis Romae curam habuisse, quam extraneos. Verum nihil mutant nostri, & optime *Indigetes* jungitur τοῖς *Laribus*. Nam & *Dii patrii* vocantur Indigetes, quicunque tandem fuerint. Ad rem Virgilius, qui post enarrata prodigia subnectit Lib. I. Georg. 498.

Dii patrii Indigetes & Romule, Vestaque mater,
Quae Tuscum Tiberim, & Romana palatia servas.

Quid, quod ab *Indigete Aenea*, de quo vide ad Silium. VIII, 39. descendant Romani. Adde eumdem L. IX, 294. X, 437. Claud. B. Gild, 32.

557 SUDORE] Ut Virgilius. *Aeraque sudant.* SCHOL.

558 FOEDASSE] Iterum Virgilius. *Importunaeque volucres.* Ideo *foedasse*; quia importunae insolite per diem videbantur. Bubones dicit reliquasque nocturnas aves: unde ipse paulo ante

Et laetae jurantur aves bubone sinistro.

IDEM.

560 MEDIA ROMA] Contra consuetudinem Virgilius *&* *alte per noctem* (*noctis* Voss. pr.) *resonare lupis ululantibus urbes.* SCHOL.

561 TUNC] *Tum* Msc. duo. BERSM. Quinque ex meis tantum *tunc*. ceteri, *tum*, cum Editionibus Sulpitio prioribus & Grotii. Qui etiam versu 565. *tum* reddidit pro *tunc*, quod ibi est in septem MSS. & Edd. omnibus praeter Rom. & Parm.

561 PECUDUM] Ut Virgilius. *pecudesque locutae Infandum.* SCHOL.

561 HUMANA] *Bos enim* locutus est ad arantem in suburbio, *frustra se urgeri, cum non frumenta, sed homines in brevi defecturi essent.* SCHOL. Sic Wittian. pro *defecturi*, *defutura* Voss. pr. Ita autem concipitur in Voss. sec. *locutus est & prius homines defecturos, quam frumenta praedixit.*

562 MONSTROSI HOMINUM] *Hominum* de feminis dictum. Ut Virgilius *Nec vox hominem sonat.* SCHOL.

563 MATREM] Quia dicitur mulier genuisse filium cum XXVII. digitis. *Monstrosi* autem, quia, ut fertur, alia mulier serpentem genuit. IDEM. Locum hunc citat Lutat. ad Stat. IV. Theb. 375. *foetusque novos.* Imitatus est Claudian. in Eutrop. L. I, I.

Semiferos partus metuendaque pignora matri.

566 MOVET] *Monet* Msc. ut Bellonae & Cybeles mentione, quarum illi sacerdotes sunt, monitus futurorum innuantur. BERSM. *Monet* etiam Voss. sec. male. *moveri* recte dicuntur οἱ ἐνθουσιαζόμενοι. Vide J. F. Gronovium Obs. L. I. c. 23. & in add. ut & J. Broukhus. ad Tibull. Lib. I, 7, 51.

Haec ubi Bellonae motu est agitata.

566 CECINERE DEOS] Ordo est. *Dii cecinere, saeva, quos movet Bellona sectis lacertis.* Est autem figura *quos deos* ut Virgilius. *Urbem quam statuo vestra est*, pro *urbs*. Sic *deos* pro *dii*. Virgilius post mortem Caesaris haec dicit contigisse, Lucanus vero per prolepsin figuram contigisse in initio belli civi-

Compositis plenae gemuerunt ossibus [a] urnae.
[b] Tunc fragor armorum, [c] magnaeque per avia voces
Auditae nemorum: & venientes [d] cominus umbrae.
Quique colunt [e] junctos extremis moenibus agros,
Diffugiunt: ingens Urbem cingebat [f] Erinnys,
[g] Excutiens [h] pronam flagranti vertice pinum,
[i] Stridentesque comas: Thebanam qualis [k] Agaven

Variae Lectiones.

a *umbrae* A. b *tum* B. 1. V. 2. & Edd. qqd. duo hi versus desunt in A. c *variae* V. sec. d *comminus* Voss. pr. sec. tert. e *vinctos* Edd. Ven. Br. f *Herinnys* V. 1. *Erinis* R. 1. W. *Herinis* A. M. *Erinys* Ed. Rom. g *concutiens* O. h *tervam* N. i *stridentis* Voss. pr. sec. Reg. pr. Witt. Edd. Ven. Br. Med. *Stridentemque comam* B. 1. k *Agavem* B. 2. M.

civilis. SCHOL. Valde hic errat ille, cum *deos* pro *dii* sumit. Quos enim deos umquam Bellona dicitur movere? & male *saeva* sumit accusative. ipsa Bellona est saeva. inter lineas Voss. sec. erat expositum *cecinere deos*, scilicet esse iratos: quomodo etiam Ascensius. Rectius Omnibonus *deos* sumit pro oraculis deorum. *Deum simulare* non dissimiliter noster Lib. v, 148. Nisi hinc potius scribere malis *Deam*, scilicet Bellonam, ut doctissimus amicus meus conjecit. ibid. vs. 210.

- - - - - - nec cuncta locuta est.
Quem non emisit superest Deus.

Tibull. L. 1, 6, 48.

Statque latus praefixa veru, stat saucia pectus,
Et canit eventus, quos Dea Magna monet.

567 SANGUINEUM] *Sanguinei* Msc. tria. BERSM. Non *sanguineum crinem*, ut ante: sed illi sanguinolenti, *Quos circumtonuit gaudens Bellona cruentis*. GROT. ex Ed. pr. Nostrum hoc ex conjectura probant manuscripti Thuani, & Regiorum unus. IDEM. ex Ed. sec. Fuerat *Sanguineum*. mutavimus, & mutationem nostram probant duo manuscripti ex Bibliotheca, quam magnus Thuanus nihilo minori filio reliquit: Regiorum quoque unus. Non enim crinis sanguineus, sed ipsi

Quos circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

IDEM. ex Ed. Tert. Pro vulgata lectione *sanguineum* stat quidem Statii locus L. x. Theb. 174. de Gallo. *Sanguineosque rotat crines.* & intelligi possunt crines per jactationem sanguine è sectis lacertis fluente foedati, ut *sanguineum mare*, *sanguinei lacerti*, & similia passim. V. Burm. ad Val. Flacc. L. III, 588. Verum, cum omnes Pulmanni codices etiam habeant *Sanguinei*, ut & quinque Vossiani, Marp. Wittian. Oxon. pr. Regius recentior. Amstel. & Ed. Veneta; immo etiam *sanguinei* citet Servius ad Virgil. x. Aen. 220. & dicat Claudian. Lib. II. de raptu Proserp. 269.

Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis.

Ego quoque jam retinendum duxi *sanguinei*. quod facit quoque Heinsius ad Valerium Flaccum: ubi de toto hoc Gallorum more late agit L. III, 232.

- - & motis ululantia Dindyma sacris;
Tunc ensis placeatque furor.

Sanguineum veterrimus Voss. & Reg. cum meo.

567 ULULARUNT] Ululando praedixerunt de morte sacrorum ministri Matris, qui castrati sunt & tempore sacrificiorum brachia incidebant. SCHOL.

569 VOCES] Ut Virgilius

Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentis
Ingens. IDEM.

573 EXCUTIENS PRONAM FLAGRANTI VERTICE P.] Quid intelligant per *flagrantem verticem*, tacent interpretes. Solus Ascensius dicit, ex ardenti capite in obvios dejiciens. quasi Erinnys caput ardens gereret, & faces in eo. Male. *Flagranti vertice*, nihil est, nisi flammae rotatione, quae fit in excutiendo seu conquassando ad obvios, in quos pronam facem dirigit Erinnys. Sic 546.

Nec tulit in coelum flammas, sed vertice prono
Ignis in Hesperium cecidit latus.

Prudentius. Psychom. 95.

Sulphureusque rotet per stagna sonantia vertex.

Plura attulimus ad Obsequent c. 112. *Vertices flammae.*

574 STRIDENTES] Pro crinibus enim serpentes habebat. SCHOL.

575 IMPULIT] Ut occideret filios suos. Agave mater Penthei, quae ita Liberum temnendum credidit, ut etiam cum telo ascenderet arborem, & Libero insidiaretur, fecit nomen suum interesse Bac-

Inpulit, aut saevi contorsit tela [a] Lycurgi
Eumenis: aut qualem jussu Junonis iniquae
Horruit Alcides, viso jam Dite, Megaeram.
Insonuêre tubae, & quanto clamore cohortes
Miscentur, tantum nox atra silentibus auris
[b] Edidit. è medio visi consurgere Campo
Tristia [c] Sullani cecinêre oracula [d] manes:

Tol-

VARIAE LECTIONES.

a *Ligurgi. Lygurgi* MSS. b *addidit* V. 1. *edidit*; & vulgo. c *Scillani* R. 1. d *vates manes* V. tert.

Bacchis, quae furore correpta cum ceteris filium vulneravit. SCHOL.

575 LYCURGI] Dryantis (*Denantes* Vos. sec. *Driandis* Witt.) filium dicit, qui, dum vites amputare vellet in injuriam Liberi (*patris* add. Witt.) sibi crura succidit. Ideo dictum *contorsit*. IDEM.

577 MEGAERAM] Immo semper Herculem odio habuit, quia de pellice natus erat. Omnes enim pellices odit, excepta Maja, quam solam diligebat. Ideo Megaeram furiam infernalem ad terrendum eum misit, qui in amentiam versus ex inferno rediens Deianiram (immo *Megaeram*) uxorem suam non agnoscens occidit. IDEM. Nam Hercules rediens ab inferis, jussu Junonis novercae in furorem versus est; & Lycum, qui urbem suam ceperat, occidit, & proprios liberos cum uxore Megaera, credens Lyci esse filios, interfecit. Ut latè patet apud Senecam in Hercule furente, Omnibonus. MICYLL.

578 INSONUERE] Ita quidem apud Silium Ital. legas Lib. XII, 181.

Insonuere tubae passim, clamorque virorum &c.

Sed Vossianus secundus *Intonuere*. Eleganter, & vere, ut puto. Virgilius Aeneid. VII, 515. *Silvae intonuere profundae.* apud Ovidium quoque L. XI. Metam. 162.

- - - *calamis agrestibus intonat ille.*

in primo Mediceo legitur. vulgo *insonat*. Hanc autem vocem in *sonare* depravatam saepissime Ovidio, & aliis scriptoribus reddidit Heinsius, uti etiam L. I. Metam. 187.

Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem.

Nos quoque *intonuit* restituimus auctori suo ex optimis Mstis Lib. V, 633.

Atque arduus axis Intonuit. ubi plura adduximus.

578 TUBAE] Virgilius

Armorum sonitum toto Germania coelo Audiit.

&

Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes.

(*fluentes* Vos. pr.) SCHOL.

579 MISCENTUR] In bellum. *Tantum edidit* sine auctore aliquo. IDEM.

579 SILENTIBUS UM.] Silenti nocte, ut Omnibonus, sive per silentia noctis. Insonuisse autem tubas, non à furiis aut umbris inflatas intellige, sed prodigiosè per noctem, deorum voluntate ac monitu: quo pacto & cohortum clamorem atque congressum auditum accipimus. MICYLL. Msc. *auris:* silente aurarum strepitu, quod retinuimus: cum in uno ex Msc. & plerisque aliis esset *Silentibus umbris* h. e. silente nocte, sive per silentia noctis, ut Virgilius. BERSM. *Umbris* scribitur in Pulm. 4. Voss. pr. sec. ac quinto. Hulst. Amst. & meo, uti etiam in Wittiano: sed in illo suprascr. *t auris*, & in Edd. Omnibus ante Bersm. praeter Ed. principem, & Parmens. ac Paris. 1512. Ut *nox atra silentibus umbris* sit descriptio tacitae, sed obscurae & umbrosae noctis. Ita enim sexcenties *silentem* & *tacitam noctem*, ac *silentia noctis* poëtae dicunt. An intelligit umbras mortuorum, qui nocte solebant juxta veterum opinionem vagari, & *silere* dicuntur, unde & *silentes* vocantur Lib. III, 29. V. N. Heins. ad Claudian. in Rufin I, 126. de his capit quoque Ascensius dicens, *aut prolatum ab umbris silentibus i. manibus silere solitis, tunc tamen non silentibus.* Non persuadet. Potius *Silentes umbras* velim intelligere arbores vento se non moventes; nisi *umbrae* pro arboribus umbrosis tam simpliciter positae me offenderent. Sic in hac re Virgilius L. I. Georg. 476.

Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes.

& de tempore noctis Ovidius L. VII, 87.

Immotaeque silent frondes, silet humidus aër.

Ex quo loco probatur altera quoque lectio *silentibus auris*: quod longe plurimi habent Codd. & Edd. primae, ut dixi. Id autem addit, ne videretur esse murmur à ventis factum. *Silere* autem passim de ventis dici, notum est. Plinius L. II. Ep. 17. *Ibi omnes silent venti. arvis* Oxon. pr.

580 ET MEDIO] *In medio* Marp. & Amst. *e medio*

Tollentemque caput gelidas [a] Anienis ad undas
Agricolae [b] fracto Marium [c] fugêre sepulcro.
Haec propter placuit Tuscos [d] de more vetusto
Acciri vates. quorum qui maximus aevo
Arruns incoluit desertae moenia [e] Lucae,
[f] Fulminis edoctus motus, venasque [g] calentes
Fibrarum, & monitus [h] errantis in [i] aëre [k] pennae.

Mon-

VARIAE LECTIONES.

a *Almonis* Marp. *amonis* A. b *Marium fracto* B. 1. V. 5. c *videre* M. Marp. V. 1. in M. Ed. Parm. Par. 1512. & Hortens. Vitiose. d *e* V. 1. e vulgo *Lunae*. f *fluminis* V. tert. Amst. g *calentis* R. 1. W. h *Volitantis* vulgo. i *aera* V. 1. A. M. B. 1. k *pinnae* R. 1.

dio Vossiani quatuor veterrimi Oxon. pr. & Edd. Ven. Med. Brix. ut rescripsi.

580 CONSURGERE] Initio civilis belli eorum umbras dicit apparuisse, qui fuerunt auctores bellorum. SCHOL. De tali prodigio V. ad Silium, VIII, 644.

581 SYLLANI] Syllae umbra, vel bello Syllano interfectorum umbrae: Virgil. *Et simulacra modis pallentia miris Visa sub obscurum.* Ovid. *Umbrasque silentum Erravisse ferunt.* BERSM. In campo enim Martio sepultus Sylla. Vide Appianum & Plutarchum. Sic Marius, de quo sunt sequentia, ad Anienem sepultus. GROT. ex Ed. tert. Recte Grotius, aliique interpretes simpliciter haec capiunt de Sylla, non de aliis bello Syllano interfectis. Opponit enim Syllam & Marium, qui auctores fuerant prioris belli civilis. Fuisse eum sepultum in Martio campo, dicit ipse noster L. II, 220.

His ne Salus rerum, Felix his Sulla vocari,
His meruit tumulum medio sibi surgere campo?

Nec aliter Scholiastes dicens. *In campo enim Martio sepultus est Sulla*, & ad *Anienis* V. *illius fluminis, ubi sepultus est Marius.* Erutos autem Marii cineres in Anienis alveum sparserat Sulla. V. Valer. Maxim. L. IX. c. 2. §. 1.

584 TUSCOS] Hetruscos παρὰ τὸ θύειν, à sacrificando: quare prior syllaba aspiranda rectius est, ut *Thuscos* legatur, non *Tuscos*. Sunt, qui eos ita dictos ab Herculis filio volunt. HORTENS. A θύειν derivat etiam Servius ad Virgil. Aen. II, 781. ubi hunc locum citat. Scripti tamen omnes ubique sine adspiratione. Vide Dausquei Orthogr. p. 2.

586 ARUNS] Msc. tria *Arrons*; & unum *Arruns*. atque ita deinceps. BERSM. *Arruns* rescripsi consensu omnium meorum Codd. & Ed. Ven. duo *Arrons*. unus *Auruns*. *Arruns* duobus rr edidit etiam Heinsius in Virgil. L. XI. Aen. 751. &c. Sic *Aruns Tarquinius* passim in Codd. *Arruns*.

586 LUCAE DESERTAE] Ad montes Lunae incumbentes urbs est Luca, ubi plerique vicatim habitant, Strabo ait. Sunt, qui *Lunae* legant, quod oppidum quoque Hetruriae est, cum portu nobili, quem sicut & civitatem Selenes, id est, Lunae dicunt. SULPIT. Urbis in Tuscia desertae sc. ea tempestate: nec placet, ut de *Luna* intelligas, quae tunc celebris erat juxta illud Ennianum, quod & Persius citat.

Lunai portum est operae cognoscere cives.

ASCENS. *Lucae* Msc. tria. BERSM. In omnibus quoque Pulm. & meis Codicibus praeter recentissimum Amstel. est *Lucae*. Editiones primae quoque *Lucae* habent: unde apparet, hoc primum mutavisse Omnibonum, in cujus Ed Brixiana *Lucae* legitur, at in notis *Lunae* exponitur: ut saepe fit in illa editione à Taberio procurata. Scholiastes etiam habet. *Lucae civitatis Tusciae.* Verum quidem est, *Lunam* quoque civitatem Hetruriae esse, sed longe nobiliorem, neque eo tempore adhuc desertam. Vide Strabon. p. 217, & 222. Ed. Paris. Quare, ut hoc concilietur cum *Luna*, Versellanus putat, portum fuisse tunc nobilem adhuc, sed urbem desertam. Hortensius *desertam* intelligit ob fugam civium. Sed quid se torquere opus est, cum MSS. constanter habeant *Lucae*? Quin & *Luna* à quibusdam adscribitur Liguribus, quibus fuit contermina, non Tuscis. Vide Tennulium ad Frontin. L. III. c. 2. *Cum obsideret Lunam oppidum Ligurum.* Vulgo ibi quoque *Lucam*. *Lunae* ediderunt hic omnes praeter Sulpit. Ascens. Micyll. & Paris. 1512.

588 ET MONITUS VOLITANTIS IN AERE PENNAE.] Ita correximus ex Msc. duobus, in quorum altero etiam *aera* legebatur: plerique libri & Codices habebant *motus errantis in aere pennae.* Indicatur enim augurem illum fuisse peritum pyroman-

Monstra jubet primum, quae nullo semine discors
[a] Protulerat natura, rapi, sterilique nefandos
Ex utero fetus [b] infaustis urere flammis.
Mox jubet & totam pavidis à civibus Urbem
Ambiri; & festo [c] purgantes moenia lustro
Longa per extremos [d] pomoeria [e] cingere fines
Pontifices, sacri quibus est permissa potestas.

Turba

VARIAE LECTIONES.

a *pertulerat* B. 1. b *infaustisque* V. 1. *infantis* V. tert. *infestis* Marp. c *pugnantes* M. d *pomeria* MSS. & Edd. qdd. *pomaria* B. 1. e *jungere* B. 1.

mantiae, haruspicinae & augurii, sive ὀρνιθοσκοπικῆς. BERSM. Recte Bersmann. *monitus* revocavit ex suis, quibus Pulm. & mei Codices ac Edd. pleraeque adsentiuntur. *Motus* habent Edd. Rom. Parm. Ald. Col. Gryph. & Pulm. ac MS. Hulst. Passim quidem *alas moveri* dicuntur, sed praecessit *motus*; nisi illic malis *monitus* legere, cum Celeb. Graevio Epist. 171. ad N. Heinsium, quod & margini libri sui pro conjectura adlevit Broukhusius, sed *motus fulminis* constanter retinent libri veteres. Ex motu sive lapsu fulminis vel ictu vaticinari futura solebant. *Monere* verbum esse oraculorum & auguriorum docent Broukhus. ad Tibull. L. 1, 7, 56. Burmann. ad Valer. Flacc. 11, 440. Apposite Ovidius Art. Amat. L. 1, 26.

Nec nos aëriae voce monemur avis.

Plinius Panegyr. c. 76. *Consultare aves, reverentique numinum monitus.* *Errantis* vero non mutare debuerat Bersm., & ex eo Grotius. Ita enim exhibetur in Vossianis pr. & secundo, ubi pro Var. Lect. *volitantis*, ac sexto, Regio utroque, Wittiano, Hulst. Amst. & meo. ac Edd. omnibus, praeter Ven. Omnib. Sulp. Ascens. & Petri de Ponte A. 1512. Venuste aves in aëre *errare* dicuntur, cujus vocis mera Glossa est *volitare*.

589 NULLO SEMINE] Dubito, an, *nullo semine*, quasi sponte nata dicat: an rectius *misto semine*: ita enim melius cohaeret *discors natura*. Δημόκριτος ἔφησε γίγνεσθαι τὰ τέρατα διὰ τὸ δύο γονὰς πίπτειν. Arist. de Gen. Anim. Lib. IV. c. 4. GROT. ex *Ed. pr.* Dubitavi, an, *nullo semine*, quasi sponte nata dicat, an, *misto semine*: ut melius cohaereat illud *discors natura*. Adduxi locum Aristotelis de Gen. Anim. lib. IV. cap. 4. Δημόκριτος ἔφησε γίγνεσθαι τὰ τέρατα διὰ τὸ δύο γονὰς πίπτειν. Addo jam alterum locum Problem. Sect. X. τὰ τέρατα γίνονται ἐπαλλαττόντων τῶν σπερμάτων ἀλλήλοις καὶ συγχεομένων. Et tertium Plinii lib. 11. *Inde deciduis rerum omnium seminibus innumerae, in mari praecipue, ac plerumque confusis monstrificae gignuntur effigies.* Quae Aristotelis & Plinii plane illud *misto* confirmant. IDEm. ex *Ed. tert.* Si *misto* legas cum Grotio, debes concipere coïtum mulieris cum bruto animali, exemplo Pasiphaës, de qua Ovidius L. VIII. Metam. 132.

Quae torvum ligno decepit adultera taurum,
Discordemque utero fetum tulit.

vel contra. Quales partus inter prodigiosos à veteribus habiti sunt. Hic enim de mulae partu non loquitur, ut putabat Farnabius, sed sequenti prodigio; at intelligit fetus, quales sunt pueri elephantino capite, equinis pedibus, agni humano capite & similes sed nihil mutant scripti, & recte. Majus enim est prodigium, si partus disfortis naturae editi sunt nullo disfortis naturae semine, puta, cum gravida mulier ad subitum visum hujus vel illius animalis exterrita disfortis naturae fetum parit, aut aliquo alio casu non dissimili. quod & aliquando accidere docet experientia. Nugantur hic reliqui interpretes. *Dissona partu semina* dicit Claudian. 11. in Eutrop. 42. Pro *discors* vero malim scribere *dissors* cum N. Heinsio ad Epist. 1. Sabini vs. 35.

- - - - - *nec in imo corpore dissors*
Parthenope.

quod in mentem etiam venit Broukhusio.

591 FETUS] Dicunt enim bello civili mulam genuisse. Mula dicitur de murice concepisse. SCHOL.

591 INFAUSTIS] h. est, lignis infelicibus. V. Turneb. Adverf. L. XVIII. c. 11. Ego ad Tibull. 11, 5, 80. BROUKHUS.

593 LUSTRO] Amburbialibus hostiis. Vide Festum. GROT. ex *Ed. tert.* Vitiose autem in Edd. cum notis, ut vocant, variorum post *lustro* major erat posita distinctio: non enim haec purgatio ad

Turba minor [a] ritu sequitur succincta Gabino,
Vestalemque chorum ducit [b] vittata sacerdos,
Trojanam soli cui fas vidisse Minervam.
[c] Tum qui fata deûm, secretaque carmina servant,
Et lotam parvo revocant [d] Almone [e] Cybeben:

[a] Et

VARIAE LECTIONES.

a *sequitur ritu* B. 1. Marp. b *intacta* A. c *tunc* MSS. & Edd. plurimi. d *Almone* V. pr. e *Cybellen* vulgo.

ad quoscumque cives, sed pontifices pertinebat, & fiebat circumeundo urbem: ut notum. Vide hic Commentat.

594 POMOERIA] Dicuntur loca ante muros quasi post moenia. SCHOL.

596 MINOR] In ordine sacrorum. IDEM.

596 RITU GABINO] Sacerdotes Gabinorum, cum quodam die nudi hostiarum coria detraherent, repente hostium adventus nunciatus est. qui vestibus indui non volentes togis succincti hostes petierunt, atque in fugam verterunt. Inde ab illis decretum est, ut tali habitu semper sacrificia offerrent. Quo habitu diaconi in Ecclesia quadragesimali tempore ministrant. IDEM. in Voss. primo.

597 SACERDOS VITTATA] Maxima Vestalium, velata. Erant autem Vestales viginti, ut cavetur Papia lege. De eis Plutarchum in vita Numae, & Gellium lege. SULPIT. Non viginti numero Vestales, sed sex antiquitus fuisse, ex Dionysio & Plutarcho apparet. Neque etiam Papia lex hoc cavet, perinde ut à Sulpitio allegatur, sed ex viginti virginibus oblatis, unam in demortuae locum capi solitam, docet. Cujus verba haec sunt: *Papia lege cautum est, ut Pontificis Maximi arbitratu virgines è populo viginti legerentur, sortituque in concione ex eo numero Vestalis fieret.* MICYLL. De Vestalibus vittatis vide exempla apud Dempster. ad Rosin. p. m. 149.

597 SACERDOS] De Virginibus Vestae maximam Sacerdotem dicit, quae sola Palladium Minervae videt. SCHOL. Ceterum de Palladio eadem in Voss. pr., ut solet, leguntur, quae exstant in Servii loco mox citando.

598 TROJANAM &c.] Servius ad II. Aeneidos. *Quod colitur, breve est, & latet, sicut Palladium fuerat.* GROT. ex *Ed. tert.* Locus est vs. 226. Multa de Palladio collegit Servius, ubi & hunc locum citat ad ejusdem Lib. vs. 166. Vide hic Hortens. Noster L. IX, 199.

- - - - *nullique adspecta virorum*
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo.

Imitatur haec Claudian. L. I. in Eutrop. 328.

- - - - - *Trojanam sola Minervam*
Virginitas Vestalis adit, flammasque tuetur.

599 FATA] Responsa à fando. *Servant.* Quindecim viros dicit, qui tres libros Sibyllinos inspiciunt & consulunt. SCHOL.

600 REVOCANT] MSS. quidam *referunt.* non male. GROT. ex *Ed. sec.* Immo vero male. in solo autem Regio primo inveni *referunt.* quae Glossa est τοῦ *revocant.* Egregie, ut omnia, hoc defendit, & illustrat exemplis eorum, quae oris propria ad manus & facta transferuntur, J. F. Gronovius L. II. Obs. c. 19. & dein alii. Ovidius L. III. Am. 5, 17.

Dum jacet, & lente revocatas ruminat herbas.

600 ALMONE] Dies Sacer. Lavatio matris Deûm, quo die in Almonem fluvium brevem à quindecim viris deponitur. Dea autem hoc nomine est etiam in Phrygia (*frigida* Voss. pr.) unde translatis sacris in urbem vicinus fluvius sic appellatur. SCHOL.

600 CYBELLEN] *Cibelem* Msc. duo vitiose. BERSMANN. *Cibelem* vel *Cybelem* duo Voss. Witt. Marp. Amst. *Cibellem* meus & Br. ac Med. Edd. *Cibellam* Reg. recent. *Cybelen* Vossiani vetustiores quatuor cum Ed. Rom. Sed optime Regius primus *Cybeben.* quomodo etiam rescripsi, illos viros doctos secutus, qui, nisi Graeca terminatione efferatur, secundam syllabam produci non posse, recte statuunt. Vide, quos laudat accuratissimus Vir A. Drakenborch. ad Silium Italic. Lib. XVII, 8. Atque ita hoc loco in antiquis codicibus à se inspectis legi, monuerunt jam Gudius & Spanhemius.

601 SERVARE SINISTRAS] Et *servare* vox auguralis, & *sinistra* auspicia felicia à *sinendo.* Vide Festum. GROT. ex *Ed. tert.* Recte Scholiastes. *proprium augurum verbum, cum de coelo servant.* De tota hac re vide Commentar. & consule Ill. Spanhem. ad Callimach. p. 626. Dictum autem *servare* pro *observare*, seu *σκοπεῖν*, à Lucano est saepe. L. V, 396. *Nec coelum servare licet.* VI, 429.

- - - *Quis prodat aves, quis fulgura coeli*
Servet.

Servare aves, inservare volucres in augurali arte dixerunt quoque Ovidius, & Statius, monente El-

[a] Et doctus volucres Augur servare sinistras:
Septemvirque epulis festis, [b] Titiique sodales:
Et Salius laeto portans [c] ancilia collo:
Et tollens apicem generoso vertice Flamen.
[d] Dumque illi effusam longis [e] anfractibus urbem

Cir-

VARIAE LECTIONES.

a *Edoctus* O. pr. b *Titii* MSS. 6. Edd. Br. Med. *ritu* Ed. Ven. c *accilia* V. tert. d *cum* M. H. e *amfractibus* V. tert. Edd. Sulp. Mic. Pulm.

Elmenhorstio ad Arnobium L. II. p. 100. *Servare coelum & sidera*, pro observare, passim dicuntur nautae, & agricolae. Sic *Servare fretum* Lib. IV, 427.

602 FESTIS] *Festus* Msc. tria. alii *festis*. BERSM. Non *festus*. Sed, *Septemvir festis epulis*, curandis scilicet. GROT. Ed. pr. Ita ut emendavimus, habet MS. IDEM. Ed. sec. Recte Grotius contra Bersmannum rescribi jussit *festis*. Solemni formula, ut *Duumviri*, *Triumviri &c. auro argento aeri flando feriundo*, *agris dividendis*, *frumento emendo &c.* Nihili hic est nominat. *festus*, quod Glossae exponunt *laetus*. Servant tamen eam plerique scripti & editi. Nisi quod *festis* scribatur in veterrimo Vossiano & Meo, Edd. Aldi, Colinei, Stephani, Gryphii, ac Pulmanni. & ita *festae mensae*, *festi ludi* &c. V. Drak. ad Sil. XII, 751.

602 TITIIQUE SODALES] Recte observant hoc viri docti *Titios sodales* à Varrone L. IV. LL. p. 23. Ed. Dordr. dici Sacerdotes Apollinis, sive augures à Titiis avibus sic dictos. Hoc enim velle etiam Lucanus eos jungens auguribus videtur. Alii tamen originem eorum deducunt à Tito Tatio. Tacitus L. I. Annal. c. 54. *Ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum Sacris Sodales Titios instituerat.* ubi vide Comment. Errat autem vehementer Scholiastes, per Titios Sodales intelligens *Sacerdotes* (*ministros* Witt. *Sodales* Voss. pr.) *Panos Lupercos. ut* Cicero *ait*; fera ista (*quaedam* in Cicerone pro Coelio c. 11.) Sodalitas Germanorum Lupercorum. In Vossiano primo tamen insuper notatum, *Titii à Tito Tatio rege Sabinorum dicti*, *qui & sequaces fuerunt*.

603 SALIUS] Hi Sacerdotes Matris à Numa facti sunt. Iidem antea fuerunt Herculis. SCHOL. V. Guthberleth. de Saliis c. 4. Ceterum pro *laeto* C. Barthius citat *lato* ad Claudian. Conf. Prob. & Olyb. vs. 224. & ad VI. Consul. Honor. vs. 165. ut ostendat, heroibus dari latos humeros. quod verum quidem esse, abunde docent congesta à Doct. Drakenborg. ad Silium, & passim sic poetae. Sed quid hoc ad Salios? Rectum est *laeto*, quod describit gestum Saliorum saltantium & canentium. unde & dicti. V. Gutberleth. c. 1. & 2. Solent autem poëtae membris hominum dare, quod est animae; ut notum. Ad rem Valer. Flacc. L. I, 109. *humeris gaudentibus*. ubi vide Cel. Burmann.

604 ET TOLLENS APICEM] Msc. tria, & nonnulli impressi, *Et tollens*, quod retinuimus. alii *attollensque*. BERSM. *Attollensque* Voss. sec. & Edd. Rom. Parm. Ald. Colin. Steph. Gryphii, Hortens. aliaeque. *Attollens* Hulst. Cod. & Oxon. De voce *attollere* vide multa exempla apud N. Heinsium ad Claudian. Rapt. Pr. L. I, II.

604 APICEM] Apex dicitur floccus, i. parva lanula in summitate virgae posita, quae vento agitata diras aves à carnibus hostiarum fugabat, quam etiam in capite plerumque gestabant. Unde & pro summitate cujuscumque rei ponitur. Item *apex* est virgula, quam Flamines honoris loco dicuntur gestare in capite. Sunt autem Flamines Diales, Martiales, Quirinales. *Flamines* dicebantur Sacerdotes, quasi *filamines* à *filo*, quod aestivo tempore capiti imponebant: quando iis propter ardoris nimietatem pileum portare non licebat. SCHOL. Voss. pr. *Apex* pileum sutile, circa medium virga eminente, ait Servius ad IX (II, 683.) Aeneidos. GROT. ex Ed. tert. Multa hic de Flaminibus, eorumque velamine capitis habent interpretes.

606 CIRCUMEUNT] *Circueunt* Msc. tria. BERSMANN. *Circuëunt* rescripsi fide Voss. quinque, Amst. & mei, & omnium Edd. antiquarum. *Circuerunt* Veneta. L. IX, 964.

Circuit exustae nomen memorabile Trojae.

Ovid. L. II. Metam. 401.

- - - - - *ingentia moenia coeli*
Circuit.

Adde Broukhus. ad Propert. L. II, 5, 26.

Cujus non hederae circuiere caput.

606 ARRUNS DISPERSOS FULMINIS IG.] Sulpitius exponit, *telum*, *in quo fuit ignis*: *vel res*, inquit,

Circueünt, Arruns [a] disperſos [b] fulminis ignes
[c] Colligit, & terrae moeſto cum murmure condit,
Datque locis [d] numen; ſacris tunc [e] admovet aris
[f] Electa cervice marem. jam [g] fundere Bacchum
Coeperat, [h] obliquoque molas inducere cultro:
Inpatienſque diu non grati victima ſacri,
[i] Cornua ſuccincti premerent cum torva miniſtri,
Depoſito [k] victum praebebat [l] poplite collum.
[m] Nec cruor emicuit ſolitus; ſed vulnere largo

VARIAE LECTIONES.

a *diffuſos* P. 1. b *colligit* B. 1. c *fulminis* B. 1. d *nomen* vulgo. e *amovet* V. 2. *admonet* Ed. Par. 1512. f *Erecta* P. 1. g *effundere* B. 1. h *obliquo malos* ſupra *o* ſcriptum *a* R. 1. i verſus hic deeſt in M. k *collum victum* B. 1. M. l *vertice* Marp. m *non* Edd. Aſc. Verſ. Mic.

quit, *dudum ignitas*. Alii multo ineptius interpretantur, quaſi res fulmine ictas in terra condiderit. Sed longè alia fuit ratio condendi fulminis. Juvenal. Satyr. 6.

Atque aliquis ſenior, qui publica fulgura condit.

Seneca Natur. Quaeſt. libro ſecundo ſcriptum reliquit, *priſcos Romanos, cum crederent, niſi fato fulmina non decidere, caeſis hoſtiis, extructis aris, adhibito ſacerdote, velut in procurationem malorum illa condidere.* *Condi* dicebantur, cùm ſacerdos diſperſos ignes in unum redigeret, & quadam tacita prece terrae conderet, & conſecraret. Eum locum *bidental* vocabant, quod caeſis bidentibus is jam expiatus eſſet. Trium generum eſſe fulgura, author eſt Feſt Pomp. *Poſtularia, Peſtifera, & peremptalia. Poſtularia, votorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem expiabant. Peſtifera mortem, aut exilium denunciabant. Peremptalia, ſuperiorum fulgurum, portentorumque ſignificationem abolent.* Itaque haec *peremptalia* fortaſſe rectè diximus. HORTENS. *Diſperſos ignes in unum redigit* ajunt Scholiaſtae ad Juvenalem (Sat. 6, 587.) & ad Perſium. GROT. ex Ed. tert. Valer. Flacc. VI, 54. *Diſperſos triſidis ardoribus ignes.* Noſtri Scholiaſtae in Voſſ. ſec. *Colligitur enim fulmen, & conditur. Eſt autem in iiſdem locis, ubi F. S. C. videris ſcriptum.* Putavit itaque Scholiaſtes, eo loco monumentum fuiſſe ſtatutum, aram nempe vel puteal cum aliqua fortaſſe inſcriptione, quae teſtaretur, fulgur ſub illa ara conditum: uti exiſtimabat ex mendoſa *&* *nomen* ſcriptura, etiam Salmaſius in Plinian. Exerc. p. 805. Quo loco diffuſe de hac re egit, ac per diſperſos ignes etiam intelligit res, quaſcumque tetigit aut ambuſſit ignis, vel quocumque modo violavit: quam opinionem pro tam inepta exagitare non debebat Hortenſius. In Voſſ. vero primo: *Mirabili arte dicit*, colligit ignes fulminis. *ſed ſciendum, multa in ſacris ficta pro veris accipi. ergo colligit ignes ſparſos ad imitationem fulminis.*

607 ET TERRAE MOESTO CUM MURMURE CONDIT] Moeſto cum murmure, id eſt, *tacita ignorataque prece*, ut ait ad Juvenalem Scholiaſtes. *Condere* autem vox huic rei propria. *ſepelire* dixit Horatii interpres, *infra terram abſcondere* Scholiaſtes ad Perſium, qui addit, ut id fieret, fulmina in lapides transfigurata, id eſt, lapides ſumtos pro fulminibus. GROT. ex Ed. tert.

608 DATQUE LOCIS NOMEN] Bidental. *nam* Bidental *dicitur, ubi fulmen eſt conditum.* SCHOL. Ex coeli regionibus. Cicero: *Coeli fulgura regionibus ratis temperanto.* GROT. ex Ed. pr. Plinius lib. XII. *In ſexdecim partes coelum eo reſpectu*, (nempe fulminum) *diviſere Thuſci* Nomina autem fuiſſe auguralia iis regionibus, Servius nos doceat ad Eclog. IX. *Augures deſignant ſpatia lituo, & eis dant nomina, ut proprie prima pars dicitur antica, poſterior poſtica.* IDEM. ex Ed. tert. Confundit Grotius augurum & aruſpicum diſciplinam. Fulmina enim non procurabant augures, loca coeli lituo definientes, ſed aruſpices, ut docet J. F. Gronovius Obſerv. L. 1. c. 13. ubi inſuper egregie ex conjectura reponi vult *numen* pro *nomen*. quod confirmatur optimo Cod. Voſſ. tertio, & uno Berſmanni. Viderat id quoque R. Stephanus, qui ſolus *numen* edidit. Bidental autem, ſeu locum fulguritum conſecratum etiam fuiſſe, nemo negare poteſt: Vide eum ibid, & Cl. Burmann. de Jove Fulgerat. c. 7. Noſter ipſe L. VIII. in fine.

Incluſum Tuſco venerantur ceſpite fulmen.

Sic enim ſcribendum, non *fuſco*.

609 ELECTA CERVICE] Alii *Electa: à cervice* BERSM.

[a] Diffusum rutilo nigrum pro sanguine virus.
Palluit attonitus sacris feralibus Arruns:
Atque iram Superûm raptis quaesivit in extis.
Terruit ipse color vatem: nam pallida tetris
Viscera [b] tincta notis, gelidoque infecta cruore
Plurimus adsperso variabat sanguine livor.
Cernit tabe jecur madidum: venasque minaces
Hostili de parte videt. pulmonis [c] anheli
Fibra latet, parvusque secat vitalia limes.

Cor-

VARIAE LECTIONES.

a *diffus. est* V. sec. b *cincta* Ed. Ven. c *haneli* V. tert. *anelli* M.

BERSM. Qui illi alii sint, nescio, in meis non inveni.

610 OBLIQUO] Mos sacrificii. SCHOL.

611 NON GRATI] Nam, nisi stet hostia, non est accepta. Ut Virgilius *Et statuam ante aras.* IDEM.

614 VULNERE LAXO] Plerique habebant *largo.* non male; similiter Msc. BERSM. Solus, quod sciam, Bersmannus edidit *laxo.* Ceteri omnes, & Msc. quinque ex meis *largo.* Quod nomen an umquam ponatur pro *magno*, dubito. Quamquam *largum vulnus* potius significare videtur, quod large praebet cruorem. Alias in re simili noster *largus cruor* III, 590. In 2 Pulm. Voss. pr. & sec. Wittian. Marp. Reg pr. Amst. & meo est *laxo.* Sed non credibile est, hoc in *largo* mutavisse librarios. in Voss. quinto à manu pr. *longo.* An scripsit Lucanus *flumine largo?* sic *rivus* & *torrens sanguinis* L. II, 216. VII, 637. & passim Silius Italicus (v. ad L. IX, 365. X, 245.) & alii. Apud quos etiam sexcenties reperias *largam aquam*, *imbrem* &c. Petron. c. 5. *flumine largo plenus.* Nihil tamen sine Mstorum ope muto: prior enim explicatio satis mihi arridet. Immo sic etiam Claudianus in Rufin. L. I, 355.

Aestuat, & largo satiatur vulnere cornus.

615 NIGRUM] Sic Aldus legit. juxta quod sequitur *terruit ipse color vatem.* Credam tamen, *dirum* legendum. Namque quod dixit, *terruit ipse color vatem*, declarat poeta subdens, *nam pallida &c. variabat sanguine livor*; quod non addidisset, si *nigrum* dixisset. VERSELLAN. *Dirum* habent quidem Voss. primus cum Glossa *horridum*; & alii quatuor Voss. ac uno Bersm. 3 Pulm. Ed. Ven. Br. Med. Ascens. Vers. Mic. & Hortens. Malim tamen retinere vulgatum, quod confirmatur plurimis codicibus. *Dirum* fuit virus ex eo, quod *nigrum* erat. hac enim in parte constitit quoque malum omen; quare *rutilo sanguini* opponit. Geminus plane locus est Senecae Oedipo, qui meretur adscribi vs. 135.

Colla tacturus steterat Sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur segnis. patuit sub ictu
Ponderis vasti resoluta cervix,
Nec cruor ferrum maculavit. atra
Turpis è plaga sanies profusa est.

Sequentia *Terruit* &c. non ad *virus* sed ad colorem extorum pertinent, cum quibus male confundit Versell.

617 ATQUE IRAM SUPERÛM RAPTIS QUAESIVIT IN EXTIS] Signanter *raptis.* Est enim vox propria extispicio. Seneca Oedipo:

Nec fibra vivis rapta pectoribus potest
Ciere nomen.

Virgilius XII. Aeneidos:

In flammam jugulant pecudes & viscera vivis
Eripiunt.

GROT. ex Ed. tert.

621 MINACES] Libri quidam habebant *minantes* h. e. calamitatem & exitum portendentes vel trementes. Virgil.

Tristibus aut extis fibrae apparere minaces.

BERSM. Male *minantes* Ascens. Versell. Micyl. & Hortens. aliique, ut patet ex Virgilio à Bersm. adducto L. I. Georg. 484. ubi plura habet Cerda. Hinc Valer. Flacc. L. I, 28.

- - - - - pecudumque per aras
Terrifici monitus iterans.

622 VENASQUE MINACES HOSTILI DE PARTE VIDET] Verbum aruspicum è regione. ibi enim est reciprocatio Status. Cum enim Sacerdotes de

Cor jacet: & ſaniem per [a] hiantes viſcera [b] rimas
Emittunt; produntque ſuas omenta latebras.
Quodque (nefas) nullis inpune apparuit extis,
Ecce, videt [c] capiti fibrarum increſcere molem
Alterius capitis: pars aegra & marcida pendet,
Pars micat, & celeri venas movet inproba pulſu.
[d] His ubi concepit magnorum fata malorum,
Exclamat: Vix fas, Superi, quaecumque movetis,

Pro-

VARIAE LECTIONES.

a *biantis* V. tert. W. b *venas* M. ſed corr. ead. M. c *capta* A. d *is* Ed. Rom.

bello conſulebant, occiſi tauri unum latus hoſtium, alterum ipſorum eſſe deſignabant. quod eviſcerantes cernebant, quid futurum eſſet. SCHOL. Id *hoſtile latus* in extis Senecae Oedipo, *inimici pars* Ciceroni lib. II. de Divinatione. *contraria pars familiaris* Ciceroni ac Livio. GROT. ex Ed. tert. Plura de hoſtili parte vide apud Turneb. in Adverſ. Lib. v. c. 18. P. Petit. L. I. Obſerv. c. 7.

623 PARVUSQUE] Alii *pravusque*, hoc eſt, ſanie corruptus, putrefactus. BERSM. In nullo ſcripto nec edito, niſi in marg. Hortenſ. *pravus* inveni; neque etiam ſtare poſſet. per *parvum limitem ſecantem vitalia*, explicatur, quid velit Lucanus per illa *Fibra pulmonis latet*, & inde *jacet cor*, i. e. pendet marcidum, quia aberat diaphragma, ſeu *limes fiſſus* vitalia ſecans, de quo plura habet Grotius ad Martian. Capellam L. I. p. 5. & Turneb. dicto loco. Adde Commentaria ad illuſtrem Senecae locum, qui hic à Grotio citatur, in Oedip. 356. ubi, ut in hoc loco, notantur bella civilia.

Cor marcet aegrum penitus, ac merſum latet,
Liventque venae, magna pars fibris abeſt,
Et felle nigro tabidum ſpumat jecur.
Ac, ſemper omen unico imperio grave:
En capita paribus bina conſurgunt toris,
Sed utrumque caeſum tenuis abſcondit caput
Membrana latebram rebus occultis negans.
Hoſtile valido robore ſurgit latus,
Septemque venas tendit. has omnes retro
Prohibens reverti limes obliquus ſecat &c.

Rariora autem haec ſunt prodigia, quae hic exhibentur de diaphragmate latente, & jacente corde, & forſan à Lucano ſolo ficta, & ad praeſentem rem accommodata. Alias de corde ſolent dicere in malo omine, quod abfuerit; Hinc paſſim *exta ſine corde inventa*, ut notum vel ex Livio, & Obſequente. *Fibris* autem attribuere ſolebant *vocem*, & in triſti re *ſilentium*. Propert. L. IV. El. I, 100.

Et ſibi commiſſos fibra locuta Deos.

Tibull. L. II, I, 26.

Significet placidos nuncia fibra Deos.

Silius Ital. L. I, 138.

- - - - - - *fibraeque repente*
Conticuere.

quibus locis D. Heinſium conſule, & Broukhuſium. Hinc Martian. Capella L. I. p. 5. *Denunciata pecudum caede phyſiculatis extorum proſiciis viſcera loquebantur.*

625 OMENTA] Haec omnia ſigna ſunt de extis. Unde intelligimus, quod cum fibra pulmonis latet, cum parvus limes vitalia ſecat, & omenta latebras ſuas produnt (*producunt* Voſſ. pr.) adverſa (*diverſa* V. pr.) ſignificent. *Omenta augmentum* vocatur aruſpicum verbo; ſi, in noſtra parte, bonum eſt, nunc autem inimicorum parte apparet. *Omentum* eſt mappa ventris, quod vulgus centipillum vocat. SCHOL.

626 NULLIS INPUNE] i. e. malo omine, quod cum viſum eſt, fecit exitium. IDEM.

628 ALTERIUS CAPITIS] Τῷ ἀκρωτάτῳ. Eſt vox *capitis* eodem ſenſu apud Ciceronem ſecundo de Divinatione, Plin. lib. XI. cap. 37. & lib. XXVIII. cap. 2. Livium lib. VIII. Sed nota eadem, eademque ſignificatio in Oedipo Senecae:

Ac ſemper omen unico imperio grave,
En capita paribus bina conſurgunt toris.

GROT. ex Ed. tert.

628 PARS AEGRA] Pompeji erat. *pars micat* Caeſaris. SCHOL.

631 MOVETIS] Grotius, & dein reliqui ediderunt *monetis*, quomodo habet unus Berſm. Voſſ. pr. & Marp. cum Ed. Hortenſii. Quod verbum in auguriis, vaticiniiſque frequens eſſe, ſupra monuimus. Verum ceteri MSS. omnes, & Editi exhibent

Prodere me populis: [a] neque enim [b] tibi, summe, litavi,
Juppiter, hoc sacrum: caesique in [c] viscera tauri
Inferni venêre [d] Dei. [e] non fanda timemus:
Sed venient majora metu. [f] Dî visa secundent,
Et fibris sit nulla fides; sed conditor artis
Finxerit ista Tages. flexa sic omina Tuscus
Involvens, multaque tegens ambage canebat.
At Figulus, cui cura Deos, secretaque coeli

Nos-

Variae Lectiones.

a *nec* P. 3. B. 2. Voss. 4. W. A. H. b *te* R. 1. c *pectora* V. pr. tert. qu. R. pr. O. pr. H. A. M. Edd. Ven. Br. Med. Sulp. Asc. Mic. *pectore* B. 2. V. 3. Ed. Hort. d *Dii* B. 2. V. 1. W. H. e *nec* V. 1. *nes.* O. 1. f Sic V. tert. R. pr. W. & deinceps.

hibent *moveris* i. e. paratis, molimini, ut recte Scholia Voss. secundi. neque hoc erat mutandum. Lib. II, 395. *Hinc summa moventis.* Hoc sensu passim hic & alibi *movere bella.* Ovid. L. I. Art. Am. 110.

Et taciti pectore multa movent.

Silius Ital. L. IV, 704.

Quanto superi majora moverent.

Propert. L. III, 21, 32.

Exitium nato matre movente suo.

Plura exempla videri possunt apud Passeratium eo loco. & L. IV, I, 107.

Quid moveant pisces, animosaque signa Leonis.

Variant etiam Codices apud Virgil. Lib. I. Georg. 352.

Ipse pater statuit, quid menstrua Luna moveret.

Pro *vix fas superi* in uno Bersm. *vix o superi.* in Vossiano *vix est fas superi. Supero* Oxon. pr. Vide, Lector, num scripserit Lucanus, *Vix est Superi &c.* aut *vix, o. s., q. movetis, p. m. populo est.* ut *est* ponatur pro licet, fas est. quod non raro corruptum est. Exempla plena manu in notis dat N. Heinsius ad Ovid. Art. Am. L. II, 28. *Sit mihi posse mori.* Lib. tamen II, 81. noster, *Non haec contingere fas est Colla tibi.* nisi & illic depravatum sit, ut suo loco videbimus.

632 Tibi] Summum Jovem possumus accipere. Erit sensus. Hoc sacrificium non tibi fecimus, o Juppiter, sed Diis Manibus; sive ut summum Jovem Ditem accipiamus; ut sit: cum tibi non litaverim, o Pluto, cur in tauri viscera Dii inferni venistis. Sponte tamen procaciter, inquit, occurrunt inferi in nostris Sacris, veluti non litaverim tibi, o Juppiter. SCHOL. In Wittiano post vocem manibus additur, *quia Jovi non licebat taurum immolare.* quod procul dubio huc translatum ex Servio, qui passim haec inculcat ad Virgilium: ut & Macrob. L. III. Sat. 10. & alii, cum Lucani interpretibus, qui ad hanc legem ajunt auctorem respexisse. Verum nulla talis lex fuit. De tauro Jovi immolato passim exempla prostant. Inspice modo, Lector, Ovid. Met. VII, 596. Sophocl. Trachin. 770. Homer. Il. β. 401. Il. ν. 314. Zinzerling. Prom. Crit. c. 17. Spanhem. ad Callimach. in Apoll. H. p. 96. Cuper. Apoth. Hom. p. 74. Nec dicat quis, haec omnia esse Graecorum; cum solum intelligat de Romanis Servius. (V. ad Aen. IX.) Nam & in eo errat. De Romanis testis est Clitumnus fluvius, ad quem pascebantur tauri Jovi mactandi. V. Cl. Drak. ad Sil. IV, 520. VI, 647. XV, 235.

632 Litavi] i. e. non rite tibi sacrificavi, vel obtuli sacrificium, ut recte quidam exponunt. Vel non placavi te hoc sacro, quare te avertisti, & tui loco passus es, infernos deos regnare in hujus tauri viscera. Ultimo tamen sensu rectius dicturus fuisse videtur *te hoc sacro litavi.* Priore sensu multi poëtae *litare* in hac constructione adhibent, ut dixi ad Obsequent. c. 106. quibus adde Duker. ad Flor. L. III, 4. Ovid. L. IV. Fast. 630. *Pontifices forda sacra litate bove.* Statius Theb. X, 332.

- - - *tibi enim ego haec sacra litavi.*

637 Finxerint] Falso invenerit Tages, qui libros fecit artis aruspicinae, & tradidit Hetruscis. SCHOL.

637 Flexa] Revocavi omnium manu exaratorum, & typis editorum codicum lectionem *flexa ambage. Flexa,* quod est in Grotii, & sequentibus editionibus, unde promanavit, divinando assequi nequeo. Num ex conjectura Grotii, an vitio chalcographi. Vide Dempster. ad Rosin. p. 116. J. F. Gronov. ad Senec. Oedip. 214.

Am-

Nosse fuit, quem non stellarum Aegyptia Memphis
Aequaret visu, [a] numerisque moventibus astra;
Aut hic errat, ait, [b] ulla sine lege per aevum
Mundus, & incerto discurrunt [c] sidera motu:
Aut, si fata movent, orbi, generique paratur
Humano matura lues. terraene dehiscent,
[d] Subsidentque urbes? [e] an tollet fervidus aër
Temperiem? [f] segetes [g] tellus infida negabit?
Omnis an [h] infusis miscebitur unda venenis?
Quod cladis genus, ô Superi, qua [i] peste paratis

VARIAE LECTIONES.

a *que* abest a V. 1. b vulgo *nulla sub l.* c *omina* B. 1. d *subsedentque* A. e *aut tollet* B. 2. *attollet* V. 1. f *segetem* B. 1. O. pr. g *tellusque* R. 1. O. pr. h *effusis* B. 1. V. 1. R. 1. H. O. pr. i *parte* V. 1.

Ambage flexa Delphico mos est Deo
Arcana tegere.

N. Heinsius ad Ovidium L. VIII. Met. 160.

- - - - - - - - *lumina flexum*
Ducit in errorem variarum ambage viarum.

Statius L. IV. Theb. 645.

Flexa dubios ambage reliquit.

Flexi est in Oxon. pr.

637 OMINA] Plerique libri, & codices *omnia*. *Omina* sunt prodigia, & signa futurarum calamitatum. BERSM. *Omina* jam ediderant Sulpitius, Ascensius, Versellanus, & Hortensf. Ex meis *omnia* habent Vossiani tres, & meus codex; quae variatio in scriptis, & editis perpetua, ut cuivis notum.

639 FIGULUS] Nigidius Figulus, qui ideo hoc nomen accepit; quod regressus à Graecia dixit, se didicisse, orbem ad celeritatem rotae figuli torqueri. SCHOL.

640 MEMPHIS] Oppidum in Aegypto in ea parte Nili, quae dicitur Delta, ab Ogdoo rege conditum. SULPIT. Herodotus in Euterpe, à *Mene* rege, quem & *Mineum* vocat Plutarchus, conditam Memphim tradit. MICYLL.

641 AEQUARET VISU, NUMERISQUE &c.] Ideo hoc dicit, quoniam Memphis i. Alexandria Mathematicis copiosa est, & doctissimos Astronomicos mittit. Cursus enim astrorum numeris comprehenditur. unde Boëtius. *Tu numeris elementa ligas.* SCHOL. Horat. L. I. O. II.

- - - - - - - - *nec Babylonios*
Tentaris numeros.

Claudian. Lib. II. pr. Conf. Stil. 434.

Scribit jura senex, numeros qui dividit astris,
Et cursus stabilesque moras. ubi v. Barth.

642 NULLA CUM LEGE] Legimus eodem (Prisciano) auctore, nec non ex antiquo Codice *nulla sine lege.* Duae namque negationes Graeco more interdum magis negant, quod annotarunt Donatus, Marcellus, & Priscianus. Sic Virgilius in Bucolicis.

Nulla neque amnem Libavit quadrupes:

quamvis & illic in plerisque mendose legatur *ulla neque amnem.* JACOB. BONONIENS. Syll. III. in Lucan. T. I. Thes. Crit. p. 671. Jac. Bononiensis, Priscianum secutus legit *nulla sine*, quem & Sulpitius sequitur. Ego potius legam *nulla sub lege.* VERSELL. *Sine lege* Msc. quatuor. BERSM. *Nulla sine lege* Oxoniensis prim. Vossiani quatuor & Hulst. Unus omittit *sine. sine lege* etiam Wittianus suprasc. *cum*, & Reg. primus. ut Bononiensis, & Sulpitius voluerunt, per duplicem negationem. Non recte. nam licet hoc verum sit in illis *nullus neque*, *nec nullus* & similibus. de quibus vide La Cerdam ad Virgil. cit. loc. Ecl. V, 25. Passerat. & Broukhus. ad Propert. L. II, 15, 5. Scaliger. ad eumdem L. IV, 4, 66. Non tamen hinc poteris etiam dicere *sine nulla*, pro nulla. Quid ergo faciendum τῷ *sine?* Scilicet verissime Regius unus, Edd. Romana & Parmensis *ulla sine lege.* quo facit & meus Codex *sine ulla lege.* Mutaverunt illi, qui non cogitabant *e* sequente vocali in caesura posse longum esse. Ovidius Metam. III, 148.

Nubibus esse solet aut purpureae aurorae.

L. IX, 405. Fast. L. I, 109. Ep. VI. Heroid. 31. quibus locis consule Heinsium, & Politian. Miscell. c. 71. Faërn. ad Terentii Andr. I, 1, 98. Immo sic aliquoties noster. Lib. V, 522. *Tecta petit? aut.* ubi male etiam in quibusdam Codicibus *vel.* Prisf.

Saevitiam? extremi multorum tempus in unum
Convenêre dies. summo si frigida coelo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes;
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres,
Totaque diffuso [a] latuisset in aequore tellus.
Si saevum radiis Nemeaeum, [b] Phoebe, Leonem
Nunc premeres, [c] toto fluerent incendia mundo,
Succensusque suis flagrasset [d] curribus aether.
Hi cessant ignes. tu, qui flagrante [e] minacem
Scorpion incendis cauda, chelasque peruris,

VARIAE LECTIONES.

a *jacuisset* B. 1. b *foebe* V. sec. *phoebem* R. 1. *o phoebe* A. c *toti* B. 1. d *ignibus* A. M. e *micantem* A.

Priscianus ubi citet *nulla sine*, invenire non potui. *Nulla sub lege* Marpurg. ut placebat Versellano.

644 MOVENT] Hunc mundum & sidera. SCHOLIAST.

644 ORBI] Ita primus, quod sciam, edidit Grotius: monuit ita tamen in aliis pro *urbi* esse Modius Nov. Ant. LL. Ep. 80. Habet autem *orbi* Voss. sec. & Marp. ac unus Pulm. ceteri omnes *urbi*. sed sequitur *urbes*. *Orbi & generi humano* i. terrae & ejus incolis.

645 MATURA] Alii *natura*. Nos *matura* retinuimus, auctoritate duorum Mstorum & aliquot librorum. BERSM. Non video in alia editione *natura*, quam in Pulmanni; ubi non dubito, quin sit operarum vitium. Tanti tamen visum fuit hoc Modio, ut ex scriptis, qui omnes *matura* habent, ibidem restituere se crederet, V. Broukhus. ad Tibull. L. IV, 1, 205.

Seu matura dies celerem properat mihi horam.

650 EXTREMI] Nefandi, ultimi. Hoc autem dicit: Multorum hominum dies extremi in unum tempus convenere, quippe multi hoc bello sunt perituri. SCHOL.

652 STELLA NOCENS NIGROS SATURNI &c.] De frigida & nocente stella Saturni, ejusque praecipuo Zodiaco signo Aquario, in quo regnat. V. hic Sulpit. & Hortensium. *Accenderet nigros ignes* notat, si in Aquarium veniret, & ibi magis lucescere, ac vim suam exercere inciperet. *Nigri ignes* sunt parum lucentes. L. IX, 5. *Qua niger astriferis connectitur axibus aër.* Horat. L. I, O. 25. *nigrae silvae* i. obscurae.

653 DEUCALIONEOS] i. e. factum esset diluvium, sicut sub Pyrrha & Deucalione. Hic enim cum Pyrrha diluvio superfuit. SCHOL.

655 NEMEAEUM] Scripti mei praeter unum Voss. a m. 2. & Ed. Rom. Ven. *Nemeum*. Sed Sabellicus jam monuit, *Nemetum*, vel *Nemeaeum* esse scribendum in Annotat. Syll. 2. p. 182. Thes. Crit. T. 1. Imitatus noster est Senecam in Oed. 40. *Titan Leonis terga Nemeaei premens. Premere stellam* dicitur *phoebus* à Boëthio L. II. Met. 3.

655 LEONEM] Si sol in signo leonis (Voss. pr. & Witt. *in leone*) esset. SCHOL.

657 SUIS] Sic recte edidit Grotius, pro quo vulgo *tuis*; eique adstipulatur unus Bersm. & duo Regii ac Marp. *Aether flagraret suo curru.* i. e. sole, qui habet currum aethereum. de hoc reciproco agam latius ad L. V, 311. *jam manibus damnata suis.* ubi vulgo etiam *tuis*.

658 IGNES] Scilicet Solis, & Saturni. SCHOL.

658 FLAGRANTE MINACEM CAUDA] Sic Lib. IX, 835. de Scorpio

Minax nodis & recto verbere saevus.

Ovidius Metam. 2, 199. *curvata minitantem cuspide.* Ceterum vox illa *flagrante* mihi suspecta est; versu enim proxime praecedente *flagrasset* habuimus. à qua repetitione ejusdem vocis intra duos treisve versus licet noster non sit alienus, hic tamen valde offendit. Verum nihil juvant scripti. Melius certe fuisset *Vibrante* i. e. lucente ac mobili. quo verbo frequenter utitur noster. Consule indicem, &, ut hic, neutraliter, Lib. V, 446. de mari.

Non horrore tremit, non solis imagine vibrat.

Gladii vibrantes Valerio Maximo L. VIII, 9, 2. Silius Italic. L. I, 539.

Ultrix injusti vibravit lancea belli:

ubi v. de D. Heinsium, & Drakenb. ad L. IV, 156. De lingua serpentis infra L. IX, 631. Lucretius L. III, 658.

Quid tantum Gradive paras? nam mitis [a] in alto
Juppiter Occasu premitur, Venerisque salubre
Sidus [b] hebet, motuque celer Cyllenius haeret,
Et coelum Mars solus habet. [c] cur signa meatus
Deseruêre suos, mundoque obscura [d] feruntur?
Ensiferi nimium fulget latus Orionis?
Inminet armorum rabies; ferrique potestas
Confundet jus omne manu; scelerique nefando
Nomen erit virtus; multosque exibit in annos
Hic furor. [e] & Superos quid prodest poscere finem?
Cum domino pax ista venit. duc, Roma, malorum

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *ab* meus. b *abest* P. 2. *habet* V. 1. Ed. Parm. Sulp. Asc. &c. c *cum* Edd. quaed. sine interrogationis nota. *tum* Margo Mic. d *geruntur* R. 1. e *o superi* B. 1.

Quin etiam tibi si lingua vibrante minantis
Serpentis caudam.

Sil. L. 11, 587.

Oraque vibranti stridebant sibila lingua.

Plura dat Heinsii magni patris magnus filius ad Ovidii Metam. L. III, 34. *Tresque vibrant linguae.* ubi, ut hic, *flagrante* ex *flagrasset*, sic illic *vibrant* in *micant* ex praecedentis versus voce *micat* abierat. Adde Cl. Dukerum ad Flor. L. III. c. XI. *Signa auro sericisque vexillis vibrantia.*

661 JUPPITER] Hoc contrarium, quod Venus & Juppiter recesserunt. Horum enim benivolae stellae sunt. Unde Virgilius docte hos Deos Aeneae ostendit, cum jam omnia pericula evasisset. Nam sic ait. Cum Juppiter despiciens è summo aethere accessit, illum Venus

Tristior & lacrimis oculos suffusa nitentes
Alloquitur. SCHOL.

662 HEBET] Alii *habet.* minus recte. quidam *abest.* non male. sua enim conjunctione Martem mitigat Venus. *Hebet* autem idem est, quod retunditur, & convenit cum eo, quod sequitur de Mercurio. BERSM. Nihil verius, quam *hebet* scribendum, sive languet, metaphora de stellis sollemni à ferro sive acie oculorum desumpta. L. II, 720. *Et jam pleias hebet.* ubi itidem in MSS. & Edd. quibusdam *habet.* Silius Ital. L. XII, 249. de Veneris sidere

- - - - - - *hebetatur & atris*
Decrescens tenebris languentia lumina condit.

vs. 654. *fulgor hebescere coeli.* Boëthius L. II. Consl. Phil. Metr. 3.

Pallet albentes hebetata vultus
Flammis stella prementibus.

Virgilio dicitur L. I. Georg. 395. *acies stellis obtusa*, & similiter aliis passim. Vide quae adduxit Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. L. V, 371. *hebet Arcas.* ubi vulgo quoque *habet.* Sequenti versu pro *habet* forsan legendum *habes*, ut pergat in alloquendo Martem.

665 ENSIFERI] Hoc quoque dat ei epitheton Ovidius L. II. Art. Am. 16. Fast. IV, 388. Utroque vero loco ex MStis quibusdam Heinsio placet *Ensiger.* sed hic nihil mutant Codd. nec Servius adducens hunc locum ad Virgil. III. Aen. 517. *Ensifer Celeneus.* Val. Flacc. L. III, 406. *Ensiferae catervae.* Stat. L. IV. Theb. 321.

665 ORIONIS] Ut Virgilius.

Armatumque auro circumspicit Oriona.

Bene autem propter futurum bellum Mars videtur, & Orionis latus, ubi est gladius. SCHOL.

667 MANU] In Vossiano tertio & meo a prima manu, uti & in Ed. Veneta scribitur hoc modo.

I. a. rabies, ferrique potestas:
Consundent jus omne manus.

nisi quod in meo est *confundet.*

668 MULTOS] Post enim Antonius bellum fecit, & Pompejus filius piraticam exercuit, & Pompejus occisus est. SCHOL.

670 DOMINO] Tyranno. Perpetui enim imperii Caesar est auctor. IDEM.

672 EXTRAHE] i. e. protende, ne pax veniat cum domino: tum tantum libera, cum geris bellum civile. SCHOL.

673 PRAESAGIA] Scilicet verba Nigidii Figuli. SCHOL.

675 EDONIS] *Edoni*, inquit Stephanus, *Thraciae*

Continuam seriem, cladem que in tempora multa
Extrahe, civili [a] tantum jam libera bello.
Terruerant satis haec pavidam praesagia [b] plebem:
Sed majora premunt. nam qualis vertice Pindi
[c] Edonis [d] Ogygio decurrit plena Lyaeo,
Talis & attonitam rapitur matrona per urbem,
Vocibus his prodens urguentem pectora Phoebum.
Quo feror, ô Paean? qua me super aethera raptam
Constituis terra? video Pangaea nivosis
Cana jugis, latosque Haemi sub rupe Philippos.
[e] Quis furor hic, [f] ô Phoebe, doce: quae tela, manusque
Ro-

VARIAE LECTIONES.

a *tu tantum* B. 1. b *turbam* P. 1. c *Hedonis* MSS. 3. cum Edd. pr. al. *Aedonis* male. Graece Ἠδωνίς. d *Ogigeo* V. 1. *Oegigio* meus. *Egeo* Witt. pro Var. L. e *qui* V. 1. f *me o* B. 1.

ciae populus est, ab Edono Mygdonis fratre appellati. Hinc gentile foemininum, patronymica forma factum, quemadmodum & *Persis* à *Persa*. Scribitur autem media hujus syllaba per ω magnum Graecis; sed poëtae eandem, pro suo jure, nunc corripiunt, nunc producunt. Id quod & in *Sidonis*, *Sidonius*, & aliis compluribus faciunt. Ovid. x. Metamor.

Protinus in sylvis matres Edonidas omnes,
Quae videre nefas, torta radice ligavit.

MICYLL.

675 EDONIS OGYGIO DECURRIT PLENA LYAEO] Ita legit Servius, aitque esse συστολήν. At summae eruditionis Salmasius in Plinianis exercitationibus vult legi *Odonis*, quia apud Periegeten Dionysium sunt ὠδονες. GROT. Ex Ed. tert. Summi Salmasii conjectura *Odonis* à tam multis viris doctis explosa, & exemplis plurimis vocum, in quibus syllaba prima vel secunda communis effertur, confirmata est, ut majore luce vix egeat. Vide C. Barthium ad Statii Theb. L. XII, 733. *Edonios currus.* Scriver. ad Martial. Spectac. Ep. 31. & quos laudat Doctiss. Drakenb. ad Silium Ital. L. IV, 774.

Edonis ut Pangaea super Trieteride mota,
Et juga, & inclusum suspirat pectore Bacchum.

Recte igitur Servius Systolen hic à Lucano factam monet ad Virgil. Aen. XII, 365. qui omnino videndus, & Scholiastes noster dicens. *Nomen Bacchae. systole. nam de natura aliter longum est vel producitur. Est autem primitivum Edonus, Edoni. Mons est Thraciae. Unde est femininum hoc patronymicum pro possessivo.* Eodem modo noster primam in *Sophene* & *Oretes* corripuit Lib. II, 593. III, 249. cum Graece sit Σωφηνὴ & Ὠρεῖται. Ubi vides, eum hoc quoque fecisse in ω. in qua littera, ut de aliis taceam, id praecipue factum est à Latinis. primam in *Orion* nunc corripi, nunc produci, notissimum est. *Leucosiae e scopulis* Silius Ital. L. VIII, 581. sed Graecis dicitur Λευκωσία. *Horam* pro dea prima brevi efferunt Ovidius, & Valer. Flaccus. At Graece ὥρα. qua de re consule Vossium ad Valer. L. VI, 58. Vide eum quoque ad L. V, 105. Unde forsan non mutandum est ubique *Sardonius*, in *Sardoas* cum N. Heinsio ad Claud. B. Gild. 508. & magni nominis viro J. G. Graevio. ad Rutil. Itiner. L. I, 354. nam quod vir Celeb. dicat, se non meminisse, Latinos tertiam ante ultimam corripere, in eo fefellit illum memoria. Virgil. L. IV. Aen. 75. *Sidoniasque ostentat opes:* cum L. I, 75. dixisset *Sidonia Dido.* contra secunda in *Bistonis* aliquando producitur. V. Bentlej. ad Horatium p. 64. Videtur autem Lucanus adumbrasse verba sua ex Senecae Oedip. 433.

Nunc Edoni pede pulsavit,
Sola Pangaei, nunc Threicio
Vertice pindi &c. ubi vide Gronov.

676 MATRONA] Matrona dicebatur, quae unum virum sciebat. Sed hic non matronam fuisse, sed Romanam rempublicam visam debemus capere. SCHOL.

679 PANGAEA] Montes Thraciae projecti per Macedoniam & Thessaliam. SCHOL.

680 HAEMI] Campos dicit Macedoniae, ubi bellum civile gestum est. IDEM.

680 HAEMI] Stephanus absque aspiratione scribit αἶμος, & ab Haemo Boreae & Orithyae filio nominatum dicit. MICYLL. Accuratius descripsisset locum Lucanus, si *Pangaei sub rupe* posuisset

Romanae miſcent acies, bellumque ſine hoſte eſt?
Quo diverſa feror? primos me ducis in ortus,
[a] Qua mare [b] Lagaei mutatur gurgite Nili.
Hunc ego, [c] fluminea deformis truncus harena
Qui jacet, agnoſco: dubiam ſuper aequora Syrtim,
Arentemque feror Libyen, quo triſtis Erinnys

Tran-

VARIAE LECTIONES.

a *quo* B. I. O. I. b *Lagei* MSS. & Edd. quidd. c *fulminea* V. I.

ſet Philippos, docente Ill. Ezech. Spanhemio ad Callimachum p. 422. Sed ob vicinitatem id fit. Virgil. L. IV. Aen. 491. *Emathiam & latos Haemi pingueſcere campos.* Infra L. VI, 576. X, 449. *Theſſalici qui nuper rupe ſub Haemi.* *Haemum* vocat *Theſſalicum*, licet mons fuerit Thraciae, ſollenni veterum auctorum more, qui plurima loca Macedoniae, Theſſaliae, Thraciaeque ob vicinitatem, & crebram finium mutationem confuderunt, ut olim jam monuit Cl. Iſ. Voſſius ad Melam L. II. c. 3. & Spanhemius indicato loco. Hinc *Haemoniae artes* de magia Theſſalorum, *Haemonia Iolcos* L. III, 192. aliaque. Inde etiam in oraculo Delphico Apud Athenaeum ἵπποι Θεσσαλικαί, quae in eodem oraculo apud Scholiaſten Theocriti Idyll. XIV, 49. Θρηΐκιαι vocantur. Hinc Heſychius Σιθόνια, ἡ Θεσσαλία; cum ſit Thraciae pars & frequenter pro tota Thracia uſurpetur. Ex hac obſervatione patet, non temere mutanda eſſe Suidae verba Ὀλιζῶνες, ἔθνος Θρᾳκικόν in Θετταλικόν. ut facit Berkelius ad Stephani verba, Ὀλιζὼν πόλις Θετταλίας. Neque credendum eſſe Simlero, apud Vibium Sequeſt. pro *Lynceſtus Thraciae* ſubſtituere volenti *Macedoniae*; aut Heſſelio ibidem *Othrys Thraciae* legenti *Macedoniae*. *Othrys* diſerte adſcribitur Thraciae à Statio L. IV. Theb. 655. Plura vide in Commentariis Celeb. Burmanni ad Valer. Flacc. L. I, 24. IV, 280.

681 QUAE TELA] Praeferam ex MS. p.

Quis furor hic, o Phoebe, doce, quod tela manuſque
Romanae miſcent acies, bellumque ſine hoſte eſt.

GROT. *Quae* edidit Grotius, ut habent ſolae Editiones Ven. & Omniboni, & tres Pulm. & ex meis ſeptem Codd. Ceteri ſcripti, & editi *quo*. praeter Regium primum, in quo eſt *quod*. non male. ſed neque damnem *quo*, vel *quid?* i. e. cur, quam ob cauſſam. pro *manuſque* in Ed. Verſellani *minaſque* ex obſervatione Anton. Sabellici Syll. II. Annot. in T. I. Theſ. Crit. p. 182. ubi ait, *minas* fortaſſe melius eſſe, niſi ad externa auxilia id referas, quae Pharſalicae pugnae interfuerunt. Ne audias. idem eſt ac *manum conſerere* cum quocumque adverſario. *Miſcenturque manus* noſter L. III, 569.

682 SINE HOSTE] Sine externo hoſte, quod *hoſtes* antiquitus externi ac peregrini dicebantur. MICYLL. Recte Scholiaſt. ait. *Quia cives cum civibus pugnant.*

683 IN ORTUS] In Alexandriam, quae eſt in Oriente, ubi Pompejus occiſus eſt. SCHOL.

684 LAGEI NILI] *Lageum* Nilum dixit à Ptolomeo rege Alexandriae, nepote Lagi. SCHOL. Hoc eſt, Peluſiaci, ſive quà juxta Peluſium in mare exit. Nam non longè à Peluſiaco oſtio Alexandria condita eſt, cujus imperium Lagi filius Ptolomeus, proximè poſt Alexandrum Magnum tenuit. MICYLL.

684 MUTATUR] Si ſana haec lectio, recte exponit Omnibonus, quod magna vi in illud influens Nilus, maris undas, ſive aeſtum mutat. Nugantur alii, qui propter ſaporem vel colorem mutatum hoc dictum à Lucano putant.

686 AEQUORE] Alii *ſuper aequora* legunt, ut ſit ἐλλειπτικῶς dictum. *Feror Syrtim & Libyam*, pro *ad*, vel *in Syrtim & Libyam*. Quemadmodum idem mox infrà dixit: *Arripimur colles Alpis & Pyrenen*, pro: *ad colles Alpium & Pyrenen*. MICYLL. Praeter Micyllum etiam Sulpicius, Aſcenſius, aliique *aequore* legunt, & exponunt per aequor, in aequor. *aequore* autem habent 2 Pulm. & noſtri quinque ac Wittian. pro Varia Lectione. Verum ſi ita legas, jungenda ſunt *dubiam aequore*; quia ſcilicet nunc mare nunc terra eſt, Noſter L. IX, 304.

Syrtes vel primam mundo natura figuram
Cum daret, in dubio pelagi terraeque reliquit &c.

Adde L. V, 485. Propert. L. II, 7, 71. Senec. Thy. 292. Inſtar omnium habe Melam L. I, 7. *Syrti ſinus* &c. *magiſque etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis infeſtus.* ubi videndae notae. Quamquam & hoc ſenſu *dubiam aequora* per Graeciſmum poëtarum more retinere poſſis. *aequora* enim ſervant ſcripti optimi, Edd. primae & Priſcianus L. VII. c. 757. *Ferri Syrtim*, *Libyen* vero potuit dixiſſe, ut *me vehis Heſperiam* L. V, 534.

Sic

Transtulit Emathias acies. nunc desuper Alpis
Nubiferae colles, atque [a] aëriam Pyrenen
Abripimur. patriae [b] sedes [c] remeamus in urbis:
Inpiaque in medio [d] peraguntur bella senatu.
Consurgunt [e] partes iterum, totumque per orbem
Rursus eo. nova da mihi cernere litora ponti,

Tel-

Variae Lectiones.

a *aeriamque Pyrenem* B. 1. b *sedis r. in urbes* V. tert. a m. 1. *sedem* A. c *remeamur* V. 1. d *panguntur* B. 1. e *iterum partes* B. 1. *patres* V. 2. Ed. Farn.

Sic *Vadere domos* Propert. L. 1, 64. Statius L. 1. Theb. 645.

Mea me pietas & conscia virtus
Has egere vias.

Passim *venire Scythiam*, *Italiam*, *ire Afros* & similia. de quibus V. Heins. ad Ovid. Met. XIV, 456. & Grammaticos, quos laudat Drakenb. ad Silium L. XVI, 161. *Super aequora* phrasis est nostro frequentissima. Vide Indicem. Neque aliter haec cepit Scholiastes, dicens *dubiam, quia nunc mare, nunc terra est. Ordo est, Dubiam Syrtim & arentem Libyen feror super aequora.* In margine Bersmanni est *dubiae super aequora Syrtis.* an ex MSS., non monet, neque etiam unde habeat *ardentem*. *Arida Libye* L. III, 293. *Sitiens* 369. & passim V. Bochart. Phaleg. L. IV, 33.

687 Libyen] Ad hanc Cato confugit. *Pyrenen.* Hic in Hispania Caesar contra filium Pompeji dimicavit. *Patrias*; cum urbem victor Caesar ingressus est. *bella*; quando Caesar in Senatu occisus est. *Partes*; à Bruto & Cassio interfectoribus Caesaris contra Augustum. *Ponti*; pugnavit Augustus cum Antonio in Actiaco promontorio. *Philippos*; hic Romani bis bella gesserunt. *Vidi*; contra Brutum & Cassium à Caesare & Antonio. SCHOL.

687 Erinnys] Singulare est, quod in utroque Regio scribatur hic *Enyo.* Non recte tamen. *Erinnyda* solet passim appellare noster. Vide vs. 467, IV, 187. *civilis Erinnys concidet &c.* quare nihil muto, quod nec facerem, si *Enyo* esset in omnibus Mstis.

690 Abripimur] *Arripimur* plerique libri, & Codices. BERSM. *Arripimur* habent quatuor Codices, sed recentiores, excepto vetustiore Voss. tertio. Ceteri cum Pulmanni Codd. & Ed. Ven. ac Omniboni *Abripimur.* quod praestat.

694 Vidi jam Phoebe Philippos] De Philippis, ac Pharsalo, duobus celebribus locis, deinde de pugnis illis duabus, non minus famosis: quarum altera inter Cn. Pompejum, altera inter Augustum Antoniumque triumviros, & Brutum Cassiumque Caesaris occisores fuère, tanta est authorum dissensio, ut, cui quid credas, nescias. Nam authores Latinos, praesertim tam magnos, ignorantiae accusare, ut incivile videtur, ita tantam rem dissimulare, ac omnino silentio transire, vel timiditatem puerilem, vel manifestam ignaviam arguit. Itaque ut media via incedam, loca ipsa primum ex authoribus magnis adscribam: deinde authorum de pugnis verba subnectam, ut lectori sit integrum ea de re suum interponere judicium, ac liberè sequi, quod volet. Ac primum de Pharsalo, apud quem locum prius inter Romanas depugnatum acies, & unde huic operi nomen est, dicemus. Plin. lib. IV. cap. 8. ubi de Thessalia multa dixit, haec subnectit. *Oppidum Pagasa, idem postea Demetrias dictum. Tricca, Pharsalici campi, cum civitate libera.* Haec ille. Strab. lib. IX. ubi de Phthia, ac Hellade, duplicem fecit Pharsalum, veterem, ac novam, nihil de hac pugna memorans: libro tamen XVII. ait, Pompejum ex vetere Pharsalo in fugam actum, Pelusium, ac in Casium montem venisse. Ptolemaeus Pharsali non meminit: nisi quis in Thessalicorum oppidorum nomenclatura *Phalachthiam* putet ab eo dictam, quae Latinis *Pharsalia.* Neque id temerè fortassis quis conjectabit. Nam in Graecis ejus authoris exemplaribus id nominis variè scriptum reperias. Alibi enim φαλαχθία, alibi Φαλαγαθία legitur. Quae nomina, haud scio, num apud aliquem authorem de Thessalis legantur. Nec Caesar meminit ejus libro III. de bello Civili. Noster hic poëta nunc *Pharsalon* vocat ut lib. VI.

Aequorei regnum Pharsalos Achillis
Eminet. - - - - - -

Nunc *Pharsaliam*, ut lib. VII.

Utinam Pharsalia campis
Sufficiat cruor iste tuus.

Nunc de Pharsalo, nunc de Philippis Ptolomaeus ultra Strymonem ad Septentrionem ponit Odomanticae, sive Edonidis Philippos urbem, adeo

 pu-

Telluremque novam: [a] vidi jam, Phoebe, Philippos.

VARIAE LECTIONES.

a *jam vidi* A. *video* Hert. Margo.

propinquam Thraciae, ut Plin. lib. IV. cap. II. non dubitarit Thraciae adscribere. Ait enim. *Intus Philippi colonia. Absunt à Dyrrhachio*, CCCXV. M. *pass.* Haec ille: quam distantiam Ptolemaicae descriptioni omnino congruere puto. Philipporum & Lucas meminit eleganter in Actis, cap. 16. Apud Strab. haud equidem scio, si quicquam de ea urbe legerim. Haec de locis, ex bonis ac probatis authoribus. Distant autem Philippi à Pharsalo, 30 plus minus grad. latitudinis apud Ptolemaeum, hoc est, stadiis mille quingentis, quae faciunt propemodum ducenta millia pass. immensus error, si quis alterum pro altero accipiat, quod quidem fecisse videntur, ut postea ostendemus. Nunc authorum verba de duabus illis pugnis adducenda sunt. L. Florus Livii βραχυλόγος, (ut ita dicam) primum adducendus est. Is in Livii epitome. CXI. *In Thessalia apud Pharsalum victum Pompejum fatetur.* Idem lib. CXXIV. de altera pugna, ita ait. *C. Caesar* (Augustum intelligit) *& Antonius apud Philippos vario eventu contra Brutum, ac Cassium pugnaverunt.* Haec ita ille de duobus illis locis satis dilucidè, ac distinctè, quia ex Livio dixisse videtur. At idem in sua epitome lib. III. ubi de bello, inter C. Caesarem, ac Pompejum; & pugna Pharsalica ita ait. *Sic praecipitantibus fatis praelio victa est Thessalia, & Philippicis campis, Urbis, Imperii, generis humani fata commissa sunt.* Hic Philippicos campos meminit in Thessalia, quos Plinius nominasse Pharsalicos videtur. Sed enim de pugna in Thessalia ad Pharsalum prope Metropolim facta, ex nullo authore certius colligetur, opinor, quàm ex ipso Caesare lib. III. de bello Civili, ubi narrat, quo pacto à Dyrrhachio profectus, primum Gomphos coeperit, ac diripuerit. Deinde Metropolim digressus eam conservaverit, atque ibidem expectaverit Pompejum, ac vicerit. Pharsali quidem (ut dictum est) eo in loco, quod equidem miror, non meminit. Sed necesse est prope Metropolim fuisse. Porrò, id etiam dubium, ipsine poëtae tres, Virgilius, Ovidius, ac Lucanus, in eadem fuerint sententia. Primus ita inquit, primo Georg.

Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi.
Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Aemi pinguescere campos.

Ibi Servius, *Philippi*, inquit, *civitas est Thessaliae, in qua primum Caesar, & Pompejus: postea Augustus, & Brutus cum Cassio dimicaverunt.* Et paulò pòst, *Emathia dicta ab Ematho rege. Aemus autem mons est Thessaliae.* Ovid. autem lib. XV. Metamor. de Augusto ita ait.

- - - - - Pharsalia sentiet illum
Emathiique iterum madefient caede Philippi.

Hic Raphaël Regius eadem ferè, quae Servius. *Pharsalos*, inquit, *urbs est Thessaliae, à Pharsalo Acrisii filio, dicta. Unde Pharsalia declinatur, ac pro Thessalia ponitur, in qua bis Romani conflixêre, ducibus primò Caesare, & Pompejo: deinde Octavio & Antonio, contra Brutum, ac Cassium.* Ex his Servii, & Raphaëlis verbis satis liquet, opinatos illos, eundem locum fuisse, Philippos, ac Pharsalum, atque adeo in Thessalia, non Thracia. Ipse autem Lucanus hoc in loco matronam vaticinantem, ducens haud dubiè de propiore, ac jam imminente periculo, de pugna, inquam, Pharsalica loquentem facit, quum inquit,

- - - - - - Video Pangaea nivosis
Cana jugis, latosque Aemi sub rupe Philippos.

Et hic quidem Philipporum mentio est, Pangaei, ac Aemi montium, nivium denique, quae omnia Thraciae conveniunt, non Thessaliae, cùm tamen idem in VII. Thessaliam longissimè describat: velut aream futurae pugnae ad Pharsalum, non ad Philippos. Ad finem autem vaticinii, quod ad calcem hujus lib. posuit, postquam de iis, quae Caesaris mortem secuta sunt, mentionem fecisset, *Consurgunt*, inquit, *partes iterum:* concludit tandem: *Vidi jam Phoebe Philippos*, quasi dicat, à Philippis ad Philippos venio. Qui verò putant, Philippos, Pharsalum oppida, Aemum, ac Pangaeum monteis, Philippicos, ac Pharsalicos campos utriusque regionis, Thraciae, ac Thessaliae communia fuisse nomina, me non habebunt assensorem. Ego potius crediderim (dicam enim liberè, quod sentio) negligentia Romanorum scriptorum id evenisse, ut pleraque alia, in ipsorum historia, quod abundè arguit; imò argutè ostendit Dionysius Halicarnasseus, & nos in nostris in Livium Sallustiumque annotationibus. GLAREAN. Cui non dictus Hylas? quare nihil addo.

695 LAXO] Lentata vi divinandi. Sive *Lasso*, defesso. Nam decedente numine solent pene exanimes esse. SULPIT. *Lapso.* alii *laxo* h. e. relaxato. Msc. quatuor. *lasso jacuit deserta furore.* BERSM. *Lasso.* Ita legendum, non *lapso*, aut *laxo.* GROT. Ed. pr. *Lasso.* Sic ut posuimus habent MSS. P. & T. IDEM. Ed. sec. *Lapso* pro elapso, seu evaporato excogitavit Versellanus, quamquam

Haec ait, & lasso jacuit [a] deserta furore.

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *defecta.*


quam ita jam erat in Ed. Rom. & Parm. sed male. Scripti mei omnes praeter Marpurg. & quatuor Codd. Pulm. cum Edd. Ven. Br. Med. Sulp. Ascens. &c. recte *lasso*; quod bene exponit Scholiastes. *qui lassos faciat. Metonymia.* In simili re noster de Phoemonoë L. v, 224. *Vixque refecta cadit.* reficimur enim post lassitudinem. Statius L. III. Theb. 589. *lassa furorem*

Vicit, & ad comitum lacrimas expavit Agave.

Apposite Seneca Lib. de Clem. c. 19. *lassaretur furor.* Quam crebro autem hae voces *lapsus, lassus, laxus*, commutentur, consule Heinsium ad Ovid. L. III. Amor. El. 5. & notas Drakenburg. ad Silium. VIII, 322. X, 606. Deinde vero monet Bersm. pro *defecta* in omnibus suis esse *deserta*. Idem testatur de quinque suis Pulmannus. nec aliter ego reperi in meis tredecim & Edd. Rom. ac Parm. ac Scholiaste *deserta i. derelicta. Defectus* verbum quidem est nostro familiare; ut L. III, 625. *Defectis robore nervis* IV, 600. *Defecta membra.* V, 333. *Defecta sanguine turba.* & aliis passim. V. J. F. Gronov. ad Senecae Suasor. 6. Gudium ad Phaedr. F. 21. ubi junguntur *defectus annis, & desertus viribus.* Heins. ad Ovid. Fast. III, 694. Burmann. ad Quinctil. Declam. XIII, 12. & ad Valer. Flacc. L. II, 463. *Defectaque virginis ora.* Verum movet me consensus tot, & optimorum codicum, ut *deserta* malim. cum aliter bis idem diceret *lassa & defecta f.* Immo & sic alibi loquitur noster. L. IV, 279.

Deserat hic fervor mentes, cadat impetus amens.

Victa furore dixit Virgilius in Culice 109. *Deserta* praetulit etiam Doct. Haverkamp. ad Tertulliani Apolog. p. 224.




M. AN-

M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE.

LIBER SECUNDUS.

Quadruplices [1] *questus libri pars prima secundi*
Continet; ejusdem pars proxima verba Catonis,
Et Bruti, dicit quo foedere [2] *Marcia nupsit.*
Hostis in occursum [3] *dicit pars tertia Magnum*
Opposuisse [4] *manum; notat* [5] *& quod Caesaris irâ*
Cuncta ruunt; arcesque capit; cedentibus instat;
Ast uni vitam tribuit: qui nuntius hosti,
[6] *Exemplumque fuit. quo viso Magnus ad omnes*
Turmas ipse [7] *suas hortandas magna minatur.*
Hinc pars [8] *quarta* [9] *notat Pompejum tunc properasse*
[10] *Brundusium,* [11] *tandemque videns maris ostia claudi*
[12] *Hesperiam puppesque duas in morte reliquit.*



Jamque irae patuere deûm, manifestaque belli
Signa dedit mundus; legesque, & foedera rerum,
Praescia monstrifero vertit natura tumultu,
Indixitque nefas. cur hanc [a] tibi rector Olympi

Solli-

VARIAE LECTIONES.

a *tibi* deest in A.

1 QUESTUS LIBRI] Sic recte meus. in Barthiano Cod. pro *questus*, *narrat*. In Amst. *libri* deest.
2 MARCIA] Barth. & Amst. *Martia*.
3 DICIT] *Ducis*, Barth.
4 MANUM] Barth. & Amst. *manus*.
5 ET] Deest in Barth.
6 EXEMPLUMQUE FUIT] *Exemplum fuerit*, Barth.
7 SUAS] *Suus*, Barth.
8 QUARTA] Barth. *quinta*.
9 NOTAT] Meus, *narrat*.
10 BRUNDUSIUM] Amst. *Brundisium*.
11 TANDEMQUE VIDENS] Barth. *tandem metuens*.
12 HESPERIAM &c.] Barth. *Experia puppes geminus in mare*. Amst. *Hesperias p. d. in monte*.

2 LEGESQUE &c.] Cum in Codice Turriano sit *cursusque*, hoc loco id praeferre propter frequentem hujus vocis apud nostrum usum malebat Celeb. P. Burmann. ad Valerium Flacc. Lib. I, 532.

- - - - *rerumque à principe cursu*
Fixa manent.

Latius nos de ea agemus ad Lib. VII, 446. *Cum coeco rapiantur secula cursu.* vulgo ibi *casu*. Huc faceret quoque verbum *vertit*. Nihil tamen contra ceteros Codices temere muto. *leges* enim sunt modi, &, ut ita cum Glossatore dicam, ordinationes foederis, quo res mundanae sunt statutae & nixae. Neque minor usus est hujus vocis apud Lucanum. Lib. II, 82. *legibus aevi*. L. VIII, 568.

Quod

Sollicitis [a] visum mortalibus addere curam,
[b] Noscant venturas ut dira per [c] omina clades?
Sive parens rerum, cum primum informia regna,
[d] Materiamque rudem flamma cedente recepit,
Fixit in aeternum caussas; qua cuncta [e] coërcet,
Se quoque lege tenens, & secula jussa ferentem
Fatorum inmoto divisit limite mundum:
Sive nihil positum est, sed fors incerta vagatur,
Fertque refertque vices, & habent mortalia casum:
Sit subitum quodcumque paras: sit caeca futuri
Mens hominum fati: liceat sperare timenti.
Ergo ubi concipiunt, quantis sit cladibus [f] orbi

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *visum est* B. 3. V. 1. Marp. H. O. Edd. Sulp. Asc. Mic. Hort. aliaeque. b *noscat* V. 1. c *omnia* V. 1. Ed. Ven. d *materiem* V. sec. meus. e *cohercet* MSS. semper. f vulgo *urbi*.

Quod nisi fatorum leges, intentaque jussu
Ordinis aeterni &c.

L. I, 200.

- - - - - *diversa potentia prima*
Mundi lege data est.

& passim apud alios. Utrumque jungit Manilius Lib. IV. initio.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora cursus.

Atque ita in aliis rebus *leges* vocantur certi modi, quos immutare non licet. Vide Broukhus. ad Tibull. L. I, 9, 67. & ipsum Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. L. I, 213. *Leges & foedera tedae* junxit noster Lib. VIII, 399. *leges siderum*, juxta quas moventur, poëtis dicuntur. V. Barth. ad Claud. L. I. in Rufin vs. 8.

4 INDIXITQUE] Verbum Feciale. GROT. ex Ed. tert.

7 PARENS RERUM] Providentia naturalis, i. conditor mundi. SCHOL.

8 FLAMMA] Divisa enim flamma, elementa se quoque singula separarunt. IDEM.

9 FIXIT] Ita in tribus Msc. legitur, ut status quidem ordo, & fatorum necessitas indicetur. Alii legunt *finxit*. BERSM. Recte sic restituit Bersmannus. *finxit* ortum est à Sulpitio. quod ex meis modo habent duo recentissimi. *fixit* i. stabilivit, posuit, & constituit in aeternum. Sic *figere leges* & alia passim. *Fingere caussas* aliud quid significat.

10 SE QUOQUE LEGE TENENS] Sic & de Deo Seneca: *Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper paret, semel jussit*: ex Stoicorum sententia. Idem alibi: *Ordinem rerum fati aeterna series rotat, cujus haec prima lex est, stare decreto.* GROT. ex Ed. tert. Ut nec ipse possit fata mutare, ait SCHOL. Sidonius Apollin. Carm. VII, 123.

Juppiter ista refert, Fatum, quo cuncta reguntur,
Quoque ego, non licuit frangi. Pro *ferentem* notat Glossator Vossiani secundi, legi quoque *tenentem*.

11 INMOTO] Secundum Stoicos, qui dicunt, fata plurimum posse. SCHOL. in Voss. sec. est *fatis omnia regi*.

12 FORS] Secundum Epicureos, qui omnia agi casibus dicunt. SCHOL.

12 SED FORS] *Sors* Bersmannus, mei duo cum Edd. Rom. Br. Med. Sulpit. Male. Virgil. Ecl. IX, 5. *Quoniam fors omnia versat.* ubi multi quoque Codices *fors*. Livius L. I, 45. *fors dare visa est.* MSS. Voss. *fors*: & ita factum sexcentis in locis. Consule viros doctos de his vocibus agentes, quos congessit Drakenburg. ad Silium L. XV, 105. *Quae fors infida dedisse.* Reg. pr. *& fors.*

13 CASUM] *Casus* Msc. sive casu gubernantur res mortales. BERSM. *Casus* etiam habent quatuor optimi Vossiani, aliique, quos cum vulgatis contulit N. Heinsius. Sive casus habet res mortales, easque regit. Quae lectio merito etiam placet Cel. Burmanno ad Valer. Flacc. Lib. V, 284. *Colchos habeant quae proelia.*

15 SPERARE TIMENTI] Ut, quid futurum sit, nescien-

Conſtatura fides Superûm, ferale per [a] urbem
[b] Juſtitium: latuit plebejo tectus amictu
Omnis honos: nullos comitata [c] eſt purpura faſces.
[d] Tum queſtus tenuêre ſuos, magnusque per [e] omnes
[f] Erravit ſine voce dolor. ſic funere primo
Attonitae tacuêre domus, cum corpora nondum
Conclamata jacent, nec mater crine ſoluto
Exigit ad ſaevos famularum brachia planctus;

Sed

VARIAE LECTIONES.

a *orbem* Heinſ. 3. V. tert. pro Var. lect. b *juſticium* MSS. & Edd. quid. c *eſt* abeſt a V. 2. A. d *Tunc* MSS. & Edd. plurimi. e *omnis* R. pr. *urbem* O. f *errabat* P. 4. R. 2. meus. A. H. a m. 1. Edd. Rom. Parm. Ven. Br. Ald. Col. Gryph. aliaeque.

neſcientes ſperent & bona poſſe contingere. SCHOLIAST.

16 URBI] Praetuli *orbi*, quod eſt in Berſm. uno, quinque Pulm., decem noſtris, & multis Heinſii, monente ad Silium Drakenb. Codd. ac Edd. Ven. Br. Med., Cod. cum ſtatim ſequatur *urbem*. Nec tantum Romae, ſed toti generi humano inſtabat ex Lucani mente pernicies. quod paſſim inculcat. Vide Lib. VII., & L. I, 645.

Generique paratur Humano matura lues.

17 CONSTATURA] Firma, & immobilis futura. SULPIT. Vel potius, quantas clades allatura ſit certitudo ſignorum, & prodigiorum iſtorum. Perinde ut aliàs quoque dicere ſolemus: *Haec res conſtitit magno labore, precio &c.* MICYLL. Recte. Seneca de Clement. c. 19. *ultionem magno conſtaturam.* V. Priſcian. Col. 763. verſu 19. Pro *honos*, malim *honor*, ob vitandum κακόφατον *honos nullos.*

18 JUSTITIUM] Dicitur publicus luctus, quaſi jus tacitum, ab eo, quod jus taceat. SCHOL.

20 QUESTUS] Sive commercia accipimus, ut in hoc luctu nemo conſuetum opus fecerit, nam hic mos eſt juſticii ſive queſtus. Sive querelas dixit, ut noluerint propter Caeſarem dicere, quod dolerent. nam hoc expoſuit, dicens: *magnuſque per omnes &c.* IDEM.

23 CONCLAMATA] Conclamari ſolebat, ubi ad vitalia lavanda deventum erat. Hinc res perditae conclamatae. Servius ad II. Aeneidos. GROT. ex Ed. tert. De conclamatione vide Kirchmannum, & hoc loco Hortenſium.

24 FAMULARUM] Sic ſcripti, & editi omnes ante Editionem Berſmanni, ex qua in ſequentes temere inrepſit *famulorum*. Aptius *famulas* matribus dat, quam *famulos*. Immo major feminarum in plangendo uſus, quam virorum. V. Kirchmann. L. II. de Funer. c. II. Quamquam de viris etiam non nego. Recte hoc loco Scholiaſtes. *Moraliter dictum eſt exigit; nam ſervi, etiamſi non doleant, jubentur, ut plangant.* Valer. Flacc. L. III, 282. *famulûm, matrumque dolor.* Statius L. V. Sylv. c. I,

Et famulos laſſare greges, & vincere planctus.

26 IN MORTE MINACES] *Jacentes* Mſc. morti proximos. BERSM. *Jacentes.* Ita manuſcripti, non *minaces*, quod huic loco minime convenit. GROT. Non parum hanc lectionem, quam in textum admiſit Grotius, juvat locus Ovidii L. IV. Met. 145.

- - - - Vultusque attolle jacentes.
Ad nomen Thisbes oculos jam morte gravatos
Pyramus erexit.

& hoc ſenſu *cadere* dicuntur oculi Statio L. XI. Theb. 620. aliiſque: Vide J. F. Gronov. ad Senecae Hippolyt. 364. *Jacentes oculos* habes etiam apud Claudian. de Bello Epid. 21. ſed alio ſenſu. Verum nullos ſcio Codices praeter unicum illum Berſmanni, in quo eſt *jacentes.* Omnes conſpirant in voce *minaces.* quod quodammodo exponi poſſit pro *oculos diſtortos*, quales ſunt minantium, ut fecit Hortenſius. Quod ſi non placet, forſan malis lector, *micaces* vel *micantes* i. e. tremulos, ut ſolent crebro moveri oculi, cum jam in morte franguntur. Hinc Statius Lib. V. Theb. 216. de moriente ait *oculisque tremens. Oculos moveri in morte*, teſtis Plinius, quem adducit hic Sulpit. Nomina autem rariora in *ax* ſaepius mutarunt inſcii librarii. Vide Munker. ad Fulgentii Mythol. L. II. c. 3. & ad multos Ovidii locos N. Heinſium. Et ita *micacia*, ſeu *micantia* in *minacia* mutatur in multis Mſtis apud Ovidium L. II, 522. *praebentque micantia lumen Fulmina. Vultum micantem*, pro tremulum, quamvis alia in re, dixit Livius L. VI, 13. Non magna etiam mutatione legi poſ-

Sed cum membra [a] premit fugiente [b] rigentia vita,
Vultusque [c] exanimes, oculosque in morte minaces:
[d] Nec dum [e] est ille [f] dolor, sed jam metus: incubat amens,
Miraturque malum. [g] Cultus matrona priores
Deposuit: moestaeque tenent delubra catervae.
Hae lacrimis [h] sparsêre Deos, hae pectora duro
[i] Adfixêre solo; [k] lacerasque in [l] limine sacro
Attonitae fudêre comas; votisque vocari

Adsue-

VARIAE LECTIONES.

a *premunt* meus. b *rogentia* Ed. Rom. *pigentia* Ed. Ven. c *exanimos* B. 1. d *nedum* H. e *est* abest a V. 1. H. f *dolor* abest a R. 1. *color* A. g *&c.* Edd. Rom. Parm. h *sperfere* Ed. Rom. i vulgo *affixere.* k *laceras* R. 1. l *limite* B. 1.

posset *natantes*, ut loqui de morientibus solent poëtae. Vide Servium & La Cerdam ad Virgilii Lib. IV. Georg. 496.

Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.

Statius XI. Theb. 558.

Cerno graves oculos, atque ora natantia leto.

Hinc *madere* etiam oculi morientium dicuntur teste Heinsio ad Ovidii Amor. L. III. El. 9, 49.

27 DOLOR SED JAM METUS] Videndum hoc loco, num nomina haec transposita sint, legendumque potius sit: *Nec dum est ille metus, sed jam dolor:* quoniam in ipso dolore, & malo praesenti, major animi motus, majorque perturbatio esse solet, quàm in metu, hoc est, de absente & adhuc incerto malo. Ut sit sensus: *Postquam autem jam metus in dolorem conversus est, & eventus non amplius in dubio, sed jam certus, atque ante oculos praesens est, tum demum incubat amens &c.* Utitur autem hoc loco prolepsi poëta. Primùm enim in genere atque promiscuè omnes de praesenti calamitate conqueri fingit. Postea seorsim, & per distributionem, quibus querimoniis foeminae, quibus viri usi fuerint, exponit. MICYLL. Transpositionem Micylli, ejusque explicationem eruditam ac veram esse, pronunciat Hortensius; sed meo judicio errant viri docti illi. Pergit Lucanus in affectionibus matris, moriente filio, cum metu percutitur adhuc; non vero mortuo, cum dolore percellitur. *Metus* enim de futuris, *dolor* de praecedentibus dicitur malis, ut recte alii hic autumant. Hinc Lib. VIII, 53.

- - - *Quid perdis tempora luctus?*
Cum possis jam flere, times.

Plinius L. VIII. Ep. 17. *Parvulum differt, patiaris adversa, an exspectes: nisi quod tantum est dolendi modus, non est timendi &c.* Immo vulgatum verborum ordinem unice esse verum, patet ex aperta Valerii Flacci mutatione Lib. 1, 326.

- - - - - - - - *miserere parentum*
Mors bona, dum metus est, nec adhuc dolor.

quo loco omnino videndus Cel. Burmannus.

31 ADFLIXERE SOLO] Quam multis viri docti super hac voce, eique cognata *adfixere* disputarint, omnibus notum puto: Eos autem recenset Cl. Drakenburg. ad Silium Ital. L. 1, 675.

- - - - - - - - *miserabile visu*
Submissi palmas, lacerato tegmine vestis,
Adfligunt proni squalentia corpora terrae.

ubi uti & hoc loco *adfligunt* mavult Illustr. Bentlejus ad Horatium: quia moris erat, capite & pectoribus in gravi luctu solum tundere, & *adfligere* gravius quid notat, quam *adfigere*; quod sane exemplis patet. de more illo vide Broukhus. ad Tibull. L. 1, 541.

Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.
Non ego tellurem, genibus perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput.

Adde Des. Heraldum ad Arnob. L. 1. p. 29. Ed. Bat. *Cum Deorum ante ora prostrati limina ipsa converrerent osculis.* In hoc autem loco maxime contra J. F. Gronovium in Observat. *adfixere* praeferentem, disputat Bentlejus ex epitheto *duro*, idque frigere epitheton ducit, si lente & placide procubuerint. Sed reponi possit, *duro* opponi τοῖς *pectoribus*; idque additum à Lucano ex commiseratione in mulieres, quae pectora sua tenera, mollia, & nuda adfigebant duro solo. Gronovio certe adstipulantur quoque unus Bersm. omnes Pulmanni, meique Codices, excepto Vossiano sec., qui tamen *adfixere* habet pro varia lectione, ac cunctae Editiones priscae. *adflixere*, quod sciam, pri-

 mum

Adſuetas crebris feriunt ululatibus aures.
Nec cunctae [a] ſummi templo jacuêre Tonantis:
Diviſêre deos: & nullis defuit aris
Invidiam factura parens: quarum una [b] madentes
Sciſſa [c] genas, planctu [d] liventes atra lacertos,
Nunc, ait, ô miſerae contundite pectora matres,
Nunc laniate [e] comas, neve hunc differte [f] dolorem,
[g] Et ſummis ſervate malis: nunc flere poteſtas,
Dum pendet fortuna ducum: cum vicerit alter,

Gau-

VARIAE LECTIONES.

a *in ſ.* V. 2. Marp. b *madentis* MSS. quatuor. c *comas* B. 1. d *& liv.* meus. e *genas* A. V. ſec. pro Var. L. f *laborem* Aſcenſ. Ed. g *nec* B. 1.

mum legitur in poſterioribus Sulpitii, & Aſcenſii Editionibus, & hinc in ceteris. Quidquid ſit, conſenſum Codicum ſecutus ſum: praeterea ex ſignificatione harum vocum ſaltem patet, *adfigi* retinendum eſſe in Elegia de Morte Druſi vſ. 91.

Adfigique ſuis moriens ſua pectora ſenſit.

Statius L. II. Theb. 528.

Triſtis inexpletam ſcopulis adfigeret alvum.

Sic Mſti. vulgo *affigeret.*

32 VOTISQUE VOCARI] *Precari* Mſc. male. Virgil. *& jam votis aſſueſce vocari.* BERSM. *Precari* etiam unus Pulm. & à manu prima Voſſ. perperam. Virgil. L. I. Georg. 157. *Votiſque vocaveris imbrem.* & alibi.

33 AURES] Meus & Voſſ. tert. ac quart. à manu prima *auras.* Quomodo Ovidius L. IX. Metam. 583. dixit

Linguaque vix tales icto dedit aëre voces.

& noſter vſ. 182. *Lingua*

Palpitat, & muto vacuum ferit aëra motu.

Claudian. in Eutrop. praef. L. II, 51.

Quid pulſas aſtra querelis.

Sed male. Aures deorum intelligit, quae crebris precibus feriuntur, & fatigantur. *Ferire, percutere,* (*concuſſit aures* noſtro L. VI, 163.) & *verberare aures*, eleganter dicere ſolent poëtae. Vide Paſſeratium ad Propert. L. I. El. 16, 27.

O utinam trajecta cava mea vocula rima
Percuſſas dominae vertat in auriculas.

ubi non male Gryphii Ed. *vergat.* ut & Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. II, 122. *Motis quatit oppida linguis.* qui nos etiam ad Lib. VIII, 143. *impletque ululatibus auras*, docet, quam crebro *aures* & *auras* in Mſtis commutare ſoleant.

36 INVIDIAM] *Invidia* Mſc. male. Odium diis concitatura, niſi preces exaudirent, vel indignationem inter Deos motura, ſi omnes ad unius templum confugiſſent. BERSM. & SULPIT. Invidiam alicui facit, qui ejus ſaevitiam in odium adducit. GROT. ex Ed. pr. *Invidiam facere* eſt in odium adducere: ſic lib. IX.

- - - - - Pompejo contigit ignis
Invidia majore deûm.

Tertullianus de Jejuniis: *Apud quaſdam vero colonias praeterea annuo ritu ſaxis velati, & cinere conſperſi idolis ſuis invidiam ſupplicem objiciunt.* IDEM. ex Ed. tert. *Diis invidiam facere* eſt, illis culpam dare, convicia iis dicere. Ovidius L. IV. Met. 547.

- - - - nimiumque in pellice ſaevae
Invidiam fecere deae convicia Juno
Non tulit.

& ſaepe. Appoſite Seneca Herc. Oet. 1860.

- - - - Expedi in planctus tamen
Defeſſa quamquam brachia. invidiam ut Deis
Lugendo facias; advoca in planctum genus.

Statius L. III. Theb. 196.

Primaevique ſenes, & longo examine matres.
Invidiam planxere Deis.

ubi Lutatius noſtri locum adducit.

38 CONTUNDITE] Hoc ſic debemus accipere; tamquam in templis omnibus dictum ſit. nam ait, *& nullis defuit aris.* SCHOL.

41 DUM VICERIT] *Cum viceris* Mſc. tria. poſtquam alter vicerit. alii, *dum.* BERSM. *Dum* habent Sulp. Aſc. Mic. Hort. Ald. Col. Steph. Gryph. aliique, contra omnes Mſtos, & Edd. veteres; ipſumque Lucani ſenſum.

42 GAUDENDUM] Quia tunc non licebit flere. SCHOL.

43 Di-

Gaudendum est. his se stimulis dolor [a] ipse lacessit.
Nec non bella viri, diversaque castra petentes
Effundunt justas in numina saeva querelas.
O miserae sortis, [b] quod non in Punica nati
Tempora Cannarum fuimus, [c] Trebiaeque, juventus.
Non [d] pacem petimus, Superi: date gentibus iras:
Nunc urbes excite feras: conjuret in arma
Mundus: [e] Achaemeniis decurrant Medica [f] Susis
Agmina: Massageten Scythicus non alliget Hister:

Fun-

VARIAE LECTIONES.

a *ille* V. 1. b *quid* meus. c *Treviae* V. pr. R. 2. Marp. A. & a m. sec. V. tert. qu. Witt. *Triviae* meus. d *petimus pac.* V. 1. e *Achameniis* MSS. tres Edd. Rom. Parm. al. *Achemeniis.* f *fusis* A.

43 DIVERSA] Alii Caesaris, alii Pompeji. SCHOLIAST. *Diversa* castra de Pompejanis intelligo, quae *diversa* poëta vocat, comparatione Caesarianorum. Q. d. Altera, sive alterius partis castra petentes. MICYLL. Rectius Scholiastes, aliique interpretes, de utriusque castris capiunt. *diversa* enim sunt opposita, contraria.

46 CANNARUM] Alii civitatem Africae accipiunt, alii vicum Apuliae, juxta quem Hannibal Romanorum delevit exercitum, & consulem Paullum. SCHOL.

46 TREBIAE] Vicus in Tuscia, juxta quem Hannibal Flaminium consulem vicit, alii civitatem Galliae accipiunt, quam *Troviros* dicunt. IDEM. Duplex in his error. *Trebia* enim fluvius est, nec ibi Flaminius, sed Sempronius est victus, ad Thrasimenum vero Flaminius. In hac urbe errat etiam Servius ad Aen. VII, 711. *Trebiam* eam urbem esse, putans, quae *Trebula* & *Mutusca* est dicta. quem errorem ostendit eo loco La Cerda. pro *nati* ibid. in Ed. nupera Masvicii est *natae.* male.

48 ARMA] *Armis* Msc. perperam. BERSM. Recte Bersm. restituit *arma*, pro quo contra ipsius scriptos libros Pulmann. dederat *armis* cum Aldo, Colin. Ed. Rom. Parm. aliisque. Vitiose *armis* etiam est in duobus Voss. & meo. Memoriae errore Priscianus L. IX. Col. 865. citat *date gentibus arma.*

49 ACHAEMENIIS] Persas dicit; nam haec Parthiae regio est Achaemenia, oppidumque (in Voss. sec. *Acheme & oppidum Achemenus*) quod aliquando sub Achaemenide rege Arabiae, & Parthiae fuit. unde Sedulius.

Cujus Achaemeniam rabies accenderat iram.

SCHOL. Ἀχαιμενία ἡ Περσικὴ μοῖρα, inquit Stephanus, ἀπὸ Ἀχαιμένους υἱοῦ Αἰγέως. MICYLL. *Achimeniis* Msc. duo vitiose. Ἀχαιμενία ἡ Περσικὴ μοῖρα ἀπὸ Ἀχαιμένους υἱοῦ Αἰγέως. Steph. BERSM. *Achimeniis* perperam etiam meus. Nota est regio *Achaemenia.* V. hic interpretes, & ad Geographos. *Susis* attribuit hoc epitheton etiam Propert. L. II, 10, 1. *Achemeniis armantur Susa sagittis.*

49 MEDICA] Bersmanni unus *Media.* sic Lib. VIII, 216. in quibusdam *Scythii recessus.* & VIII, 368. *Media rura.* L. VI, 409. *Thessaliae laurus.* sic apud alios *Arcadia rura*, *Panchaia tellus*, *Parthia tigris*, *Phrygia arma*, *Thessalia magia*, *Trinacria aqua*, *Achaia dextra*, aliaque multis locis restituerunt Doctissimi Viri, N. Heinsius, Kuningham, Observ. in Bentlej. p. 260., aliique. Atque ita videtur scribendum apud Columell. L. X. p. 351. Ed. Steph. *Achaia myrrha.* Plura dicam infra ad Lib. VII, 786. *Pharsalia damna.* Vitiose vero haec verba habentur in Scholiaste Horatii Cruq. ad O. 27. L. I. *Decurrit Medica Susis.*

50 MASSAGETES] *Massagetas* lego, ut sit accusativus primae declinationis, à nominativo *Massagetae.* Ita enim & apud Plinium appellantur, & apud Strabonem, qui libro XI. τοὺς δὲ πέραν τῆς Κασπίας θαλάττης, τοὺς μὲν Σάκας, τοὺς δὲ Μασσαγέτας ἐκάλει, inquit. Et rursum: Μασσαγέται δὲ ἐδήλωσαν τὴν τοιαύτην ἀρετὴν ἐν τῷ πρὸς Κῦρον πολέμῳ. Etiam Stephanus: Μασσαγέται, inquit, ἔθνος Σκυθῶν ἵνα Κῦρος ἐτελεύτησεν. Nec Mela aliter declinat. MICYLL. Ita legendum putavit Micyllus, quia vulgo tum edebatur *Massagetes*, ut habent Edd. Sulpitii, Aldi & Colinei. quamquam *Messagetas* jam ante exhibuerat Ascensius, cum hac nota. *Sunt*, qui Messagetem *vel* Massagetem *legant.* Audacter rescripsi *Massageten*, uti est in omnibus Bersmanni, Pulmanni & meis, unico recentiore, in quo *Massagetes*, excepto, & Edi-

tiones

Fundat ab extremo flavos Aquilone [a] Suëvos
[b] Albis, & indomitum Rheni caput: omnibus hostes
Reddite [c] nos populis: civile avertite bellum:
[d] Hinc Dacus premat, inde [e] Getes: occurrat Hiberis
Alter: ad Eoas hic vertat signa [f] pharetras.

Nulla

VARIAE LECTIONES.

a *Suenos* H. *Suennos* meus. b *Alpis* V. 1. c *nunc* V. 1. d *inde* Edd. Ven. Br. Med. e *Getas* Ed. Francof. Hort. Margo. f *faretras* V. pr. sec. Witt.

tiones primae. Nec offendat te, Lector, quod ceteris pluralibus interponat numerum singularem. Variant eum pro libitu poëtae. Sic eodem modo *Arabem* jungit Heniochis, Colchis, & Cappadocibus hoc Lib. vs. 590. Coatris, Cappadocibus, Arabibus, Orestis, Carmanis interponit *Armeniam* Lib. III, 245. Virgil. Lib. II. Georg. 167.

- - - - Marsos, pubemque Sabellam,
Adsuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos.

Errat vero Lucanus, Massagetas ad Histrum collocans, cum ad alterum Ponti latus, immo trans Araxen fluvium habitarint, testibus Herodoto L. I. c. 201. & Dionysio Perieg. Dein *Hister* & *Hiberis* MSStorum auctoritate reposui pro *Ister*, & *Iberis*. De sequentibus populis copiose hic agit Hortensius; & de Suevis Glareanum agere monet, sed quae dicat, non addit: unde ego, ipsius Glareani editione carens, inserere illa hic nequivi.

50 HISTER] Fluvius Scythiae, qui per Thraciam fluit. SCHOL.

52 INDOMITUM RHENI CAPUT] Omnes commentatores indiscussum relinquunt, tanquam bene notum, cùm pauci sciant, de quonam populo loquatur. Sed ego de Rhaetis intelligo, apud quos Rhenus duobus oritur fontibus, è summis (ut vocat Caesar) Alpibus profluentibus. Prior fons, sive anterior, per Atnatios, (vulgò Tawetch) alter sive posterior, ad insignem pagum Spelucam: ambo rectà, primum ad Orientem, deinde per elegantem regiunculam (Tumhascam vocant) supra Rhaetorum Curiam in septentrionem commixti tandem feruntur. De iis in descriptione Rhaetiae, copiose D. Aegidius Schudus affinis noster differit, & nos in jam citatis in Caesarem commentariis. Certum autem est, eam regionem non aditam Romanis. Augustus quidem coërcuit Rhaetos, (ut inquit Suetonius) non prorsus domuit. Habuêre tamen Romani itinera quaedam, per Rhaetiam, in illam Rhaetiam ad Danubium, quam ipsi sibi fecêre provinciam. Sed nihil ad Rheni fontes, quos Romani non viderunt: alioqui non falso prodidissent, statim initio fluere ad Septentrionem Rhenum: ut & Strabo libro quarto, ubi ejus fonteis propinquos facit fontibus Rhodani, quod quidem verum est. At libro VII. Rheni ac Danubii fonteis proximos ait Hercyniae sylvae. Adeo nihil certi erat apud veteres. Rheni quidem, ac Rhodani fontes, non ita longè dissiti sunt, ut diximus, ex summis Alpibus orti: at Danubii fontes longè absunt, ut minimum quatuor dierum itinere. GLAREAN.

54 DACUS] *Daci, & Getae* (inquit Sulpitius) *in Scythia vicini sunt, sed Getas appellat eos, qui ad Pontum in Orientem vergunt. Dacus autem, qui in oppositum, Germaniam versus, ad Istri fonteis.* Haec ille. Quae verba ex Strabonis libro VII. allegat. sed ea caute legenda sunt. Neque enim Daci sunt ad Istri fonteis, sed comparando Dacos ad Getas, hoc dixit Strabo: Getas ad Pontum inclinari, Dacos verò ad Germaniam, & versus Istri fonteis, à quibus tamen longissimè absunt. Daci enim medii sunt, inter Jazygas Metanastas, Sarmatas, ac Mysos, nusquam hercle ad fontes Danubii: at multo propiores ad ostia ejus, quàm Getas. Cùm autem Tomi Getarum oppidum sit, (ut luculenter ex Ovidio patet) haud obscurum est, ubi Getae locentur, definire: nempe in inferiore Mysia ad Danubii ostia, ubi & Plinius eos ponit: quanquam ipse putat, eos dictos Romanis Dacos. Qui verò Gothos eosdem esse cum Getis existimaverunt, toto (ut dicitur) coelo aberrarunt. Gothi enim ultra Germaniae extrema ad Septentrionem remoti sunt. Ptolemaeus Getas in Scandia insula ponit. Alii *Gothos* alii *Guthos* exhibuere. Nam diphthongum Germanicae linguae *uu*, exprimere nequibant Latinè, quemadmodum apud Plinium, in *Phlug.* Alii igitur, dimidium ejus. *u.* alii *o.* posuerunt, *Gutos*, & *Gothos* scribentes, quum Germanorum, atque Gallorum lingua, *die Gutten*, hoc est, eximii nominentur. Sicut hodie, Nigri, *die Schwartz huff.* Non me latet apud Cornelium Tacitum, esse, & *Gothones*, & *Gotinos*, & *Gythones*, non satis certis in terra designationibus Septentrionis, tamen in Germania po-

Nulla [a] vacet tibi, Roma, manus. vel perdere nomen
Si placet Hesperium, [b] Superi, collapsus in [c] ignes
Plurimus ad [d] terram per fulmina decidat [e] aether.
[f] Saeve parens, [g] utrasque simul partesque ducesque,
Dum [h] nondum meruêre, feri. tantone novorum

Pro-

Variae Lectiones.

a *manus t. R. vacet* B. 1. b *o Superi* Ed. Ven. Med. c *ignem* Edd. Asc. Sulp. Mic. Hort. d *terras* O. e *aër* B. 1. Meus. f *sive* P. 1. B. 1. V. pr. suprascr. *sine* & rec. m. *saeve*. g *utrosque* B. 1. h *nundum* V. 2.

populos. Utrum verò hi ab insulanis, an insulani ab eis, hoc ignotum. Nos verò colluviem quandam Septentrionalium populorum in Italiam irruisse credimus optimorum militum, eosque Gotos, *die Guten*, se appellasse, quasi dicat, eximios, ut diximus. Sicut Alemanos, *Allerleiman*, hoc est, exercitum ex multis populis collectum, ut etiamnum hodie in Germania fieri solet, qui vulgò se, *Lantzknecht*, appellarunt ab annis jam quinquaginta, quasi dicat, ejusdem regionis militem. Scioli quidam ab lancea dictos inde somniaverunt, ignorantes *Lantz* esse genitivi casus, à *land*, unde *Lantzman*, *Lantzhut*, *Lantzkron*, à lancea, genitivum Celtarum, atque Germanorum lingua nominativo esse similem. Unde *Lancenknecht* fieret incompositè, non *Lantzknecht*. Apud Novariam Insubrium, circiter annum Domini Millesimum quingentesimum, ea appellatio coepit in Helvetiorum odium. cujus rei, nos, qui haec scripsimus, optimè meminisse possimus. GLAREAN.

54 Getes] Est autem *Getes* hoc loco nominativo casu, perinde ut *Anchises* & *Chryses*, dictum. Quo pacto & apud Strabonem ponitur, ut lib. VII. ubi de Getarum Imperio loquens: Βοιρεβίστας ἀνὴρ Γέτης, inquit, ἐπιστὰς ἐπὶ τὴν τοῦ ἔθνους ἐπιστασίαν, ἀνέλαβε κεκακωμένους τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ συχνῶν πολέμων &c. Quod autem idem Strabo de Dacis addit, quos Germaniam versus, & ad Istri fontes habitasse dicit, non eo modo accipiendum est, quasi fontes Istri in Dacia sint, aut illi juxta hos aliquando habitarint, sed ut propinquiores Germanis Dacos, quam Getas fuisse intelligamus, proximos videlicet supra Pannones & Polonos, quo loco hodie degunt, quos Walachos vulgo appellant. MICYLL.

54 Hiberis] Nisi alios codices, quam quos nobis nunc inspicere datur, habuerit Servius, magno μνημονικῷ ἁμαρτήματι hunc locum laudat; estque illustri documento, quam temere saepe Veteres Grammatici, non inspectis auctorum locis, eorum verba adducant. Ut enim probet *Hiberes* etiam in plurali dici, hunc Lucani locum citat, hoc modo, *Occurrit Hiberibus alter.* quasi in uno versu, ad Virgil. Lib. VII. Aen. 605. *Hiberes* est in Voss. quinto, ait autem Scholiastes. *Hiberis.* 1. *Hispanis. Occurrat autem bene, ut adversum nos cum illis veniat; sive alter de Romanis. nam dixit ad Eoas hic v. s. ph.* Per *alterum* à Lucano intelligi Caesarem. per *hunc* vero Pompejum satis patet.

55 Hic] *Hinc* Msc. male. Intelligit enim Pompejum. BERSM.

57 Collapsus &c.] Licet vulgatam lectionem non damnem, elegantior & efficacior tamen videtur lectio Codicis cujusdam à Nobilissimo Heinsio inspecti, uti & Vossiani quarti, *contatus*. Et sic visum etiam est ingeniosissimo P. Burmanno: quia melius exprimit vim, & vehementiam fulminis Καταιβάτου, ut totus aether, & omnes ejus partes undique collectae in fulmina abierint, & mutatae fuerint. V. in Jov. Fulgerat c. 4.

58 Per fulmina] Legitur & *flumina*. SULPIT. Aut *flumina* i. more fulminum. aut fluminum, non particulatim, sed globatim. ASCENS. *Flumina* est in uno Pulm. & Ed. Veneta. quod mihi hoc loco magis arridet. Majus enim quid vult, quam fulmen decidere; nempe totum sic in flammas mutatum aethera ruere, & descendere. Quomodo de densissimo imbre loquitur Ovidius L. XI. Metam. 517.

Inque fretum credas totum descendere coelum.

ubi nulla mutatione opus est. *Per flumina* autem significat nimbose, & densissimi imbris more. Sic Ovidius L. X. Metam. 243. *Aevum per crimen agentes* i. e. criminose. Amant autem Seneca & noster ita loqui. Sic ille *per partes membra discerpta* in Thyeste 60. *per artus* Med. 48. Noster h. lib. vs. 119. *Sparsum per viscera* i. e. visceratim dissipatum, ut dicit Ennius. Lib. IV, 629. *Omnem Explicuit per membra virum.* iterum h. lib. 706. *flexi per cornua portus.* i. e. ad similitudinem cornuum. *per partes* Claudian. L. II. in Rufin. 453. Saepe invenias *per subitum*, *per longum*, *per occultum*, pro *subito*, *longe*, *occulto*. Ignis autem saepissime aquarum multitudini comparatur. Lib. 1, 655.

Si

Proventu scelerum quaerunt, uter imperet [a] Urbi?
Vix [b] tanti fuerat civilia bella movere,
Ut neuter. [c] Tales pietas peritura querelas
Egerit: [d] at miseros angit sua cura parentes,
Oderuntque gravis vivacia fata senectae,
Servatosque iterum bellis civilibus annos.
[e] Atque aliquis magno quaerens exempla timori,

Non

Variae Lectiones.

a *Orbi* P. 3. mei 9. b *fuerat tanti* A. V. 1. *fuerit* V. sec. c *talis* R. 1. Edd. Ven. Br. Med. d *&* B. 2. ad V. 1. e *at* V. 1.

Si saevum radiis Nemeaeum, Phoebe, Leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo.

Prudent. Apotheosi 316.

A Domino Dominus flammam pluit in Sodomitas. Quod hausit ex Sacro Codice, Genes. xix. Comm. 24., & Lucae xvii. c. 29. καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐξ οὐρανοῦ. Lib. xi, 293.

- - - torrens in campos defluit Aetna.

De Aetna Pindarus πυρὸς ποταμοὺς καὶ παγὰς vocat, Pyth. Od. 1, 41. Adde N. Heinsium ad Claudian. de Raptu Pros. L. 1, 271. *Vulcanius amnis.* & notas ad Petronii carmen de B. Civ. 122.

- - - - - - - - Aetna voratur
Ignibus insolitis & in aethera fulmina mittit.

ubi itidem in aliis est *flumina.* sed male. Drakenb. ad Silium L. xvii, 102.

- - - - - - - fluit undique victor
Mulciber. Nec raro hae voces commutantur. apud nostrum L. vi, 45. *flumina* etiam in *fulmina* abiit in Cod. Wittiano. Si retineas *fulmina* bis idem dicet. nam *aether collatus in ignes*, an aliud quid quam fulminis notat descriptionem?

59 Saeve] *Sive parens.* Msc. vitiose. Est enim ἀποστροφὴ ad Jovem. BERSM.

60 Meruere] Sive dum innocentes sunt; sive dum nondum pugnaverunt. SCHOL.

61 Uter imperet urbi] Seneca Epist. xv. *Haec omnia passi sunt pro regno (quo magis mireris) alieno.* GROT. ex Ed. tert.

62 Movere] Sensus hic est. Moventur civilia bella, ut Victor imperet Romae; cum ne sic quidem civilia bella moveri deberent, si hoc ageretur, ne quis urbi (*orbi* Voss. sec.) imperaret. SCHOLIAST. Grotius, & qui eum secuti sunt, dederunt *moveri.* ut habent 3 Pulm. unus Bersm. ac Voss. pr. cum tribus aliis ex meis, & à manu sec. Voss. secundus. Ceteri omnes cum prioribus Edd. *movere.* Quod mutari non opus fuit. Cicero L. viii. ad Fam. Ep. 14. *Tanti non fuit, Arsacen capere, ut earum rerum spectaculo careres.*

63 Peritura] Nam mox obliti hujus pietatis in civilia bella sunt venturi. SCHOL. Quidam exponunt non profutura. ut *perire scelus* & alia nostro aliisque passim dicuntur de iis, quae vana sunt, & irrita.

64 Egerit] In Vossiano sec. *egerat* cum Glossa, *produxerat.* Sic *agere fremitus* L. vii, 482. sed nihil temere muta. *Egerere dolorem* apud Nason. L. iv. Trist. 3, 38. *Egerere iras* Statius, & Silius L. iv, 280. ubi vide. Eo sensu *effundere lacrymas* & similia Virgilius, aliique. & *effundere dolorem in lacrymas* noster L. ix, 146. Ovid. Metam. L. ix, 143. Justin. 1. c. 8. §. 9.

65 Gravis vivacia fata senectae] Sic praeferunt omnes Bersm. Pulm. meique codices, nisi quod in Vossiano tertio sit *Graves.* Msti tamen quidam à N. Heinsio collati habent *graves vivacis,* quod magis placet Cl. Burmanno ad Ovid. Metam. L. vii, 299.

- - - - - - gravis ipse senecta.

Ut per *graves* notentur senes. Sic etiam, non adjuncto substantivo, unde appareat *gravis* significare senem, utitur Valer. Flacc. L. iv, 76. *Japetus gravis*; & L. 1, 296. *gravis Aeson.* Ubi vide notas, & Broukhus. ad Propert. L. ii, 23, 47.

At non ante gravis taurus succumbit aratro.

Caesar B. Gall. L. iii. c. 16. *Omnis juventus, omnes etiam gravioris aetatis. Vivacis senectae,* ut apud Senecam Herc. Fur. 1026.

- - - - - - cernere hoc audes nimis
Vivax Senectus? Troad. 41.
- - sed quid ruinas urbis eversae gemis
Vivax Senectus. Silius Ital. L. vi, 587.
- - nimium vivacis dura Senectae
Supplicia expendi.

Sed

Non alios, [a] inquit, motus [b] tunc fata parabant,
Cum post Teutonicos [c] victor, Libycosque triumphos
Exful limosa Marius caput [d] abdidit [e] ulva.
Stagna avidi texêre soli, [f] laxaeque paludes
Depositum, Fortuna, tuum: mox vincula ferri
Exedêre senem, longusque in carcere paedor.
Consul, & eversa felix moriturus in urbe

Poe-

VARIAE LECTIONES.

a *motus inq.* H. b *tum* V. sec. c *victos* B. 1. V. 2. H. d *extulit* V. 1. pro Var. Lect. e *ulna* V. 1. A. *ulmo* H. in marg. *ulva.* al. *urna.* f *lassaeque* B. 1.

Sed & vulgata recte se habent, & plus efficaciae in illis praebet *gravis*. Oderunt parentes fata vivacia senectae, quae illis tam ob morbos, senectutis comites, quam vel maxime ob bellum civile, jam gravis & molesta esse coepit. Hoc sensu *gravis aetas* apud Propert. L. III, 3, 45. & passim.

67 ALIQUIS] Unus senex quaerens exempla timori, quo tenebantur. Ut diceret, se aliquid jam tale perpessum. Hinc denique incipit ab exemplis. SCHOL.

69 *Teutonicos*] Ὕστερον πρότερον. Prius enim Marius de Libycis triumphavit, postea de Teutonis. IDEM. Jungit haec etiam Cicero in L. Pison. c. 19. *Nec C. Marius, quem Italia, servata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus, Africa devicta ab eodem expulsum & naufragum vidit.* ubi vide.

71 STAGNA AVIDI TEXERE SOLI] *Uvidi* MS. P. unde promtum emendare:

Stagna udi texere soli.

Nec dubitem, quin ita legendum sit. GROT. ex Ed. sec. Recte emendavi *udi*. Sic Lib. III.

Et qua Pomtinas via dividit uda paludes.

IDEM. ex Ed. tert. *Udi* ex membranis optimis a se inspectis emendat quoque N. Heinsius ad Silium Ital. Lib. x, 463. Verum refragatur huic lectioni J. F. Gronovius Diatribe Statiana Lib. IV. Silv. c. 3. ad verba *sorbebatque rotas maligna tellus.* & exponit *avidum solum, quod cedit, aquamque & innitentia haurit.* Sed, ut verum fatear, velim exemplum hujus locutionis. *Avidum solum* mihi videtur esse siccum & aridum, quod aquam avidissime sorbet; & ut explicat Scholiastes, *cito haurit, quidquid acceperit*; adeoque hic locum non habet in stagnis & locis palustribus. Quare Grotio & Heinsio accedo in lectione τ͂ *udi*: pro qua faciunt Reg. pr. & Voss. quart.; in quo tamen rescriptum *avidi*. In Voss. sec. est *vidi* suprascripta littera *a*, & cum Glossis. *Aliqui legunt* uvidi, *sed vitiose.* uvidus *enim in prima syllaba producitur, sicut Virgilius* uvidus &c. In Voss. primo est *humidi*, certissimo argumento olim *udi* scriptum fuisse; unde cum vitiose *uvidi* esset factum, reposuerunt *avidi*, ut constaret versus. *uidi* est etiam in Editione principe; sub cujus littera *i* punctum est positum à viro docto quodam in exemplari, quod servat Bibliotheca Lugduno Batava. *Udae paludes* passim, apud Ovidium in primis Epist. Her. VI, 18. L. I. Metam. 410. L. VI. Fast. 401. Verum ne sic quidem locus persanatus mihi videtur. Non enim capio, quo modo *laxae paludes* Marium texisse dici possunt. Sulpicius *lassae* videtur legisse vel *lapsae*. Ait enim i. *lentae, quae non fluunt, vel* lapsae. *quae fluxerunt.* Ascensius explicat *dissolutae, quae aperiri poterant, & faciles se occultare volenti.* Non placet. *Patulos* quidem *lacus* dixit Ovidius Lib. II. Metam. 379.

Stagna colis, patulosque lacus.

& *latas paludes* Claudian. IV. Cons. Hon. 451. Attamen huic loco id epitheton minime convenire videtur. Num reliquit Lucanus?

Stagna udi texere soli, texere paludes.

Repetitione verbi auctori nostro ad reliquorum poëtarum exemplum frequenti. L. I, 521.

Danda tamen venia est, tantorum danda paverum.

L. VII, 304.

Caesareas spectate cruces, spectate catenas.

555.

Pereant lacrimae, pereantque querelae.

583.

Caedunt Lepidos caeduntque Metellos.

813.

Uret cum terris, uret cum gurgite ponti.

L. IX, 200.

Juvit sumta ducem, juvit dimissa potestas.

posset etiam scribi *crassaeque*; ut apud Virgilium L. II. Georg. 110.

- - - - *crassisque paludibus alni*
Nascuntur.

Poenas ante dabat ſcelerum. mors ipſa refugit
Saepe virum; fruſtraque hoſti [a] conceſſa poteſtas
Sanguinis inviſi; primo qui caedis in ictu
[b] Diriguit, ferrumque manu torpente remiſit;
Viderat [c] inmenſam tenebroſo [d] in carcere lucem,
Terribileſque Deos ſcelerum, Mariumque futurum:
Audieratque pavens: Fas haec contingere non eſt
Colla tibi: debet multas hic legibus aevi,
Ante ſuam, mortes: vanum depone furorem.
[e] Si libet ulciſci [f] deletae funera gentis,

[a] Hunc

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *eſt c.* b *deriguit* V. ſec. a m. pr. tert. ſext. Witt. Reg. pr. V. ad L. I, 246. c *Inmenſum lumen* Voſſ. ſec. pro Var. Lect. d deeſt *in* O. e *ſcilicet* V. tert. a m. pr. f *dilectae* Marp. meus, aliique V. Drak. ad Sil. IX, 39.

Quo facit Plutarchus in vita Marii p. 427. Ed. Par. dicens, quod *καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν λίμνην, ὕδωρ παχὺ καὶ τελματῶδες ἔχουσαν.*

72 DEPOSITUM] i. pignus. Ipſum Marium *depoſitum* dicit, quem ſtagna texerunt. SCHOL.

73 PAEDOR] i. e. foetor corporum. dicitur autem *longus* longo ſqualore conceptus ſive diuturnus. IDEM. Lutatius ad Statium Lib. II. Theb. 677. citat *foetor.* memoriae vitio. *paedor* rectum & notum eſt vocabulum, pro quo in Mſtis & Edd. quibusdam *pedor*, voluntque interpretes deducere ab odore pedum vel à pediculis, ſed male, ut docet Feſtus in V. *Paedidus.* eſt enim à ſordibus puerilibus.

75 ANTE DABAT SC.] Quaſi qui tum demum crudelis fuerit, veraque ſcelera commiſerit, quando ab exilio revocatus Romam rediit. MICYLL.

76 HOSTI] Cimbrum dicit lictorem, cui data eſt poteſtas, ut Marium in carcere trucidaret. SCHOL.

76 HOSTI EST CONCESSA] *Hoſti conceſſa* Mſc. tria, & lib. unus. h. e. Cimbro Minturnenſium carnifici, miſſo ad interficiendum Marium. BERSM. Deleri juſſi verbum ſubſtantivum *eſt*, quod hic aures vehementer offendit, & à Sulpitio prius intruſum eſt. Priores Editiones, cum Aſcenſ. Micylli aliiſque, & cuncti Codices noſtri recte carent hoc verbo.

80 TERRIBILES] Qui admiſſum terreant ſcelus. SCHHOL.

80 TERRIBILES DEOS] Furias, uſuſque eſt genere maſculino, ſecundum Orphei & aliorum ſententiam, qui dicunt, utrunque diis ſexum ineſſe. Sic Virg. de Venere intelligens:

Deſcendo, ac ducente deo.

Et alibi de Junone aut Alecto loquens, ait:

Nec dextrae erranti deus abſuit.

Et Tibullus:

Quin Veneris magni violavi numina verbo.

Et Calvus:

Pollentemque deum Venerem.

SULPIT. Ex Servio haec maxima parte hauſit Sulpitius ad Lib. II. Aen. 632. VII, 498. In Tibulli loco, qui eſt L. I. El. 537. *magni* habet unus Cod. in Variantibus Broukhuſiii. ceteri illic *magnae.* De Diis, qui ἀρσενοθηλεῖς audiunt. pluribus agit Vir Ampliſſimus G. Cuperus de numm. Antiq. p. 227. quo tamen hic confugere non opus eſt. Tam enim reliquos Infernales Deos, quam Furias intelligit. Ad quos omnes ſcelerum perpetrationem referunt Poëtae. Utiturque Lucanus digniore ſexu, ut ſolent auctores. Sic *reges* pro rege & regina, *filii* pro filiis & filiabus, & multa ſimilia: quae notiſſima ſunt.

81 FAS] Vox, quam in carcere lictor Cimber audivit. SCHOL.

81 NON HAEC CONTINGERE FAS EST] Ita correximus ex Mſcr. Alii omnes *fas haec contingere non eſt*, ſicut & unum ex Mſc. BERSM. Pro vulgata lectione, quam reduxi, ſtant Steph. Pulm. meique Codices univerſi. quod temere mutare non auſim. Forſan ſcripſerit Lucanus *Haec cont. non eſt.* i. e. licet. Vide ad Lib. I, 631.

82 AEVI] i. e. totius aetatis, annorumque multorum. SCHOL.

82 MULTOS H. LEGIBUS AEVI A. S. MORTEM] i. e. *debet multos*, ſcilicet mortales, *legibus aevi* i. morti, quia

[a] Hunc Cimbri servate senem. non ille favore
Numinis, ingenti Superûm protectus ab [b] ira,
Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato
Sufficiens. idem pelago [c] delatus iniquo
Hostilem in terram, [d] vacuisque mapalibus actus,
Nuda triumphati jacuit per regna Jugurthae,
Et Poenos pressit cineres. solatia fati
Karthago, Mariusque tulit: pariterque jacentes
Ignovêre [e] deis. Libycas ibi colligit iras,
Ut primum fortuna [f] redit: servilia solvit

Agmi-

VARIAE LECTIONES.

a *Nunc* A. b *ira est* meus. c *delapsus* B. I. d *vacuis* meus. e *diis* P. 4. B. I. W. f *dedit* P. I.

quia constitutum est omnibus semel mori. *Ante suam mortem* i. priusquam ipse moriatur. ASCENS. Sunt, qui legant *multas*, & exponant per *penas*, ut sit, debet multas penas, antequam moriatur, alii & melius *multas* dicunt *mortes* ante suam mortem; unde Aldus legit *ante suam mortes*. ut sit. *debet multas mortes ante suam*, supp. *mortem*. quia tamen dicit *legibus aevi*, malim legere *multos*. VERSELL. Alii sic: *Debet multas hic, legibus aevi, Ante suam, mortes:* ut *legibus aevi*, pro fato accipiatur. Est enim fatum series causarum, in omne aevum distributa atque ordinata. Sitque sensus: Debet hic Marius multas mortes aliorum. s. ante suam, hoc est, priusquam ipse moriatur. Fato ita constituente, sive ex lege fatorum. MICYLL. Sulpitius *legibus aevi* exponit etiam, *i. morti*. Sed in nullo Cod. praeter unum Bersm. quod sciam, legitur *multos*. neque in Editione veteri. Ascensii est inventum. Verum locum hunc cum Micyllo recte exposuit Omnibonus, aliique; & Mstis confirmatur, nisi quod pro *mortes* in uno Pulm. duobus Bersm. & ex nostris Voss. sec. a m. pr. Reg. primo a m. sec., ac Voss. quinto & Amst. sit *mortem*. quod eodem redit. *Ante suas mortes* Ed. Veneta. *leges aevi* sunt fata inmutabilia. de his dictum ad initium hujus Libri *legesque & foedera rerum*.

85 CIMBRI] Gesturus enim est civilia bella, quae est vindicta Cimbrorum. SCHOL.

86 PROTECTUS] Non ideo servatus est, quia aliquod numen ei favebat, sed quia talis erat, ut possit Romam evertere. IDEM.

86 AB IRA] Intelligendum ergo, *sed κατ' ἔλλειψιν*, ut sit integrum. Non ille deorum favore aliquo, sed ira potius servatus est, ut esset, qui Romam affligeret. MICYLL. Malim sic legere:

- - - - - - - - *non ille favore*
Numinis, ingenti superûm protectus at ira,
Vir ferus &c.

Melius enim sic cohaeret sensus. GROT. *Ed. sec.* Malueram, *at ira*, ut plena esset oppositio. Sed *ab ira* citat Servius ad II Aen. & explicat *voluntate numinum illis propitia, sed in nos iniqua*. IDEM. *Ed. tert.* Bene se habet vulgata scriptura, subintellecta disjunctiva particula *sed*. qui nostro perpetuus scribendi mos est. vs. 285.

Nunc neque Pompeji Brutum, neque Caesaris hostem,
Post bellum victoris habe.

vs. 575.

Non te fugiunt, me cuncta sequuntur.

III, 365.

- - - - *jam non excludere tantum,*
Inclusisse volunt.

500.

Non hasta viris, non letifer arcus,
Telum flamma fuit.

Adde L. III, 473. IV, 140, 278, 776. V, 175. & alia. L. VI, 759.

- - - *nondum facies viventis in illo,*
Jam morientis erat.

ubi scripti, & editi quidam male *sed morientis*. Et sic solent alii quoque auctores. Consule, post J. F. Gronovium, multis hoc docentem, ejus filium Jacobum ad Pompon. Melam L. III. c. 8. & P. Burmannum ad Quinctiliani Declam. XIV. c. 6. Praeterea valde dubito, an exemplum detur, ubi particula *at* tam longe à principio, ubi ejus vulgaris sedes est, posita ab optimis scriptoribus inveniatur. Ceterum in loco Servii ad Aen. II, 257. à Grotio citati male vulgo circumfertur *ingenteis*, vel *ingentis*. Rescribendem ibi ex nostro *ingenti*, res ipsa loquitur.

88 IDEM] Marius enim à Fania (Sc. *Fannia*, vel

 Phan-

Agmina: conflato saevas ergastula ferro
Exseruêre manus. nulli gestanda dabantur
Signa ducis, nisi qui scelerum jam fecerat [a] usum,
Adtuleratque in castra nefas. [b] prô fata! quis ille,
Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor
Conripuit? [c] quantoque gradu mors saeva cucurrit?
Nobilitas cum plebe perit: lateque [d] vagatur
Ensis; & à nullo [e] revocatum [f] est pectore ferrum.

Stat

Variae Lectiones.

a *usus* V. 1. b *proh* V. pr. sec. W. meus. c *tantoque* V. tert. a m. pr. d *vagantur* Marp. *vagatus* R. 1. V. sec. V. tert. a m. pr. e *revocatis* B. 1. f *pect. f. est* B. 2. *est* carent V. 3. H. A.

Phannia) cum ei commissos esset in fidem custodiae, ad fugam dimissus est. SCHOL. Hoc non capiendum est, quasi Marius clanculum à Fannia esset dimissus, ut Scholiastes tamen videtur velle; sed jussu Minturnensium magistratuum, dum in domo mulieris Fanniae custodiebatur. Vide Plutarch. Vita Marii p. 428. Valer. Maxim. L. I. c. 5. §. 5.

88 INIQUO] Bene *inique*, quippe in hostilem delatus est terram. SCHOL.

90 TRIUMPHATI] i. superati. *Triumphat* ille, qui vicit; *Triumphatur*, qui victus per triumphum ducitur. IDEM.

92 KARTHAGO] Ut Karthago haberet solatium de Marii malis, & rursus Marius de Karthaginis. IDEM. *Karthago.* per K hanc vocem exarari curavi; idque firmant Vossiani tres, Wittianus, & Amstelod. quidquid contradicat Dausquejus in Orthogr. parte sec. c. x. vide Drakenb. ad Silium L. I. vs. 3.

93 IGNOVERE] *Ignoscere diis* dicuntur, qui quod Dii jusserunt, ferunt patienter. SCHOL.

93 LIBYCAS] Interpretes vulgo hanc vocem capiunt simpliciter pro *barbaras & inmanes*, quales sunt Libyes homines vel leones. V. Ascens. & Hortens. Rectius Barthius exponit, dignas scilicet atrocissimis hostibus populi Romani Carthaginensibus, Lib. XVIII. Advers. c. 10. Ceterum geminus plane huic descriptioni est locus Manilii Lib. IV. non longe ab initio.

- - - - - - *adice & civilia bella,*
Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere victum.
Quod Consul toties, exsulque, ex exsule Consul,
Et jacuit Libycis compar jactura ruinis,
Eque crepidinibus cepit Karthaginis orbem.

Quae latius ibidem illustrat Barthius.

93 SIBI] Fortasse *ibi.* HORTENS. *Ibi.* Ita correximus ex tribus Msc. plerique libri habebant *sibi.* BERSM. *Ibi* habent omnes Pulmanni, meique codices, excepto Voss. tertio a manu prima, & Editiones priscae. *Sibi* rursus excuderunt primi Sulpitius & Aldus, quos temere sequi solent ceteri.

95 CONFLATO] Conflavit ergo Marius catenas in usum telorum, simul ut solveret alligatos. SCHOL.

95 ERGASTULA] Est ergastulum, ubi opus inclusi faciunt, quod est ἐργάζειν. ἔργον Graece opus dicitur. SCHOL. *Ergastula* hic sunt ipsi ergastularii, ut bene interpretes. Florus in hac ipsa re Lib. III. c. 21. *Servitia (pro nefas!) & ergastula armantur.* Claudian. L. I. in Eutrop. 28.

Rupta Quirinales fumant ergastula cinctus.

98 PRO FATA! QUIS ILLE] Ita recte quoque legitur apud Priscian. c. 780. Male vero in eodem p. 983. *pro tristia fata.* memoriae lapsu procul dubio. *Tristia* addit auctor L. V, 57. VII, 41. ubi vide.

100 RECURRIT] Alii *cucurrit.* Sicut Msc. Nobis ex Msc. placuit *recurrit.* BERSM. *Cucurrit* cum reliquis servant mei omnes: & recte. Antea enim tanto gradu non cucurrerat mors; nec tot interempti erant. in paucissimos enim saevitum est primum a Sulla, ut patet ex historicis. Lucanus autem respicere videtur ad Martem Gradivum, de quo vide Liv. L. I, 20. Festum, & Servium ad Aen. III, 53. vel illa Horatii

- - - - - - - - - *saeva necessitas*
Leti conripuit gradum.

104 MADENT] Licet plane non damnem vulgatam lectionem; multo minus temere mutare velim; parum tamen esse videtur in hac caedis descriptione verbum *madent*, meliusque cum *multo caede* conveniret *natant:* ut L. VII, 294.

Inmensa populos in caede natantes. 728:

Hesperia

Stat cruor in templis: multaque rubentia caede
Lubrica saxa madent. nulli sua profuit aetas.
Non senis extremum piguit, vergentibus annis,
Praecipitasse diem: nec primo [a] in limine vitae
Infantis miseri nascentia rumpere fata.
Crimine quo parvi caedem potuêre mereri?
Sed satis est, jam posse mori. trahit [b] ipse furoris
Impetus: & visum [c] lenti, quaesisse nocentem.

In nu-

VARIAE LECTIONES.

a *in* abest B. 1. b *ille* B. 1. V. tert. a m. pr. c vulgo *est l.*

Hesperia vidit satis arva natare
Sanguine.

Sidon. Apollin. Carm. VII, 276.

- - - - - *natat obruta tellus*
Sanguine.

Virgil. Georg. I, 370. Videndus omnino Silius Italicus, qui Lucanum ob oculos videtur habuisse, Lib. IV, 162.

Arva natant, altusque virûm cruor, altus equorum
Lubrica belligerae sorbet vestigia turmae.

& ad eum Cl. Drakenborchii notae.

105 PIGUIT] Sic versu 209.

- - - - *Miseri tot millia vulgi*
Non piguit jussisse mori.

Sed illic vide.

106 PRAECIPITASSE] *Praecepisse* Vossianus prim. & quint. ut & a manu prima Voss. tert. quart. Reg. sec. legiturque ita in aliis quoque MSS ab Illustrissimo Heinsio inspectis, cui etiam magis placebat. Vide ad Valer. Flacc. L. IV, 751.

Nec vero praecepta mihi suprema tyranni
Fata queror.

ubi plura habet ad rem. quibus adde Broukhus. ad Propertii L. IV. El. 2, 11. Drakenb. ad Silium L. XV, 659. & nos infra ad L. VI, 15. Apud Aurelium Victorem de Vir. Ill. c. 5. *immatura morte praereptus.* in Msto Voss. Biblioth. Lugduno-Bat. *praeceptus.* Sic *mors praecipere fugam* dicitur Ovidio Lib. III. Trist. El. 3. ubi nihil est mutandum. Ego tamen hoc loco vulgatum *praecipitasse*, quod longe plurimis vindicatur Mstis, praefero, cum, quod in sequentibus *praecipitare fata* aliquoties dicat auctor noster; & Lib. VII, 352.

Praecipitasse meam fatis potuere senectam.

Id jam monente Cl. Sig. Haverkampio ad Tertulliani Apolog. c. 41. tum quia *praecipitare* i. e. ruere, praematurare, magis conveniat *vois vergentibus annis*, quam *praecipere*. Immo eodem verbo in hac re usus est Vellejus L. II. cap. 49. *Quieta, aut certe non praecipitata, fatali ante initium bellorum civilium morte functi sunt. Praecipitatam aetatem* Matius dixit Epist. ad Cicer. Fam. L. XI, 28. *Devexam & praecipitem* Seneca Ep. XIII.

106 NEC] Malim *non* cum uno MS. Bersm. Vossiano, & meo, ac Editione Ascensii, & Micylli.

106 LIMINE] *Limite* Msc. male. BERSM. Hortensii Ed. *lumine*: vitiose. *Limen vitae* est initium vitae Senec. Herc. Fur. 1132.

- - - - - - - - *quas in primo*
Limine vitae scelus oppressit.

ubi etiam *limite* Ultraject. Cod. Claudian. Consul. III. Honor. 10.

- - - - *quem primo à limine vitae*
Nutrix aula fovet.

ubi non mutandum in *primae* esse, ex his exemplis patet. Idem pr. Cons. Stilic. L. II, 63. *vitaeque & lucis in ipso Limine.* Plura vide ad Valer. Flacc. L. I, 823.

Primoque rudem sub limine rerum.

Mortis limen dicit Silius L. V, 423. XIV, 444.

108 CAEDEM] Corrigendus hinc Lutatius ad Statium L. II. Theb. 305.

Quid insontes nati meruere furores.

ubi legitur in ejus Glossis *caedes.* recte *caedem* idem ad V. Theb 151. Ad priorem locum Barthius hunc Lucani versum non reperiri in ejus Pharsalia, pronunciat, & Lutatii verbis ex Sedulio intrusum censet. Quam falso, hic locus docet.

109 SATIS &c.] Ut caussa occidendi esset, quod erat, qui posset occidi. SCHOL.

110 VISUM EST LENTI] *Visum lenti quaes.* Msc. *lentus* habetur, qui non tam innocentem, quam nocentem interficit. BERSM. *Est* non comparet in decem meis Codicibus, nec in Editionibus Rom. Parm. Sulpit. Ascens. & Micylii. Sic mox 112.

quare

In numerum pars [a] magna [b] perit: rapuitque cruentus
Victor ab ignota [c] vultus cervice recisos,
Dum vacua pudet ire manu. spes una salutis
Oscula pollutae fixisse trementia dextrae.
Mille licet gladii mortis nova signa sequantur,
Degener ô populus! vix secula longa decorum,
Sic meruisse viris, [d] nedum breve dedecus aevi,
Et vitam, dum Sulla redit. cui [e] funera vulgi

Flere

VARIAE LECTIONES.

a *multa* B. 1. b *ruit* VV. LL. Steph. P. 1. Marp. c *visus* Ed. Ven. d *necdum* B. 3. e *funere* B. 1.

quare rursus delevi & 462.

Ignavum, rediturae parcere vitae.

Pro *lenti lentum* Voss. pr. *lente* Pulm. unus, Reg pr. Voss. tert. & sec. a manu pr. male. Recte ait Scholiastes. *Lenti, & ignavi homines putabantur, si in civilibus bellis quaererent meritos, quos necarent.*

111 In numerum] Promiscuè, tam nocentes, quam innocentes. Quia superius paulo dixit, socordiam quandam, atque inertiam fuisse visam, si quis inter nocentes, & innoxios discrimen aliquod habuisset. MICYLL. Augendo duntaxat numero, non quod in ipsis causa mortis inveniretur. GROT. Sulpitius, & Ascensius exponunt vel *secundum numerum, ut se quisque obviam exhibuerat.* vel *ad augendum numerum, ut multi periisse dicantur, licet fuerint inmeriti.* Quae ultima explicatio ab iis ex Scholiaste desumpta est, scribente, *non quia merebantur, sed ut multi post bellum occisi numerarentur.* in Wittiano est *ut numerus occisorum augeretur.* Notat itaque *in numerum perit* alter post alterum occiditur, prout oblati non quaesiti fuissent usque ad magnum numerum. Sic *in numerum* aliquando ponitur de illis, quae se sine intermissione sequuntur. Ausonius Epist. xxv, 24.

Nec Dodonaei cessat tinnitus aheni,
In numerum quoties radiis ferientibus ictae
Respondent dociles modulato verbere pelves.

qui locus lucem capit ex Stephano de Dodona: Ἀλλὰ τρίποδας ἔχοντα πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἕνα ἁπτόμενον παρηχεῖν διὰ τῆς ψαύσεως τὸν ἐχόμενον ἑκάστῳ, διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται. Virgil. L. IV. Georg. 174.

Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum.

Alias hujus vocis significationes vide in notis Cerdae ad ejusdem Ecl. VI, 27.

Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere.

114 Oscula] Marius hoc signum dederat fugitivis, (*fugitivus* Witt.) ut ille servaretur, qui manus osculatus fuisset. Sic autem occidit Euantium amicum suum, dum ei osculandam non porrigit manum. SCHOL. In Voss. pr. est *Euanthum manum suam osculantem, contra legem quam fecerat:* sed male. Videtur innuere *Ancharium*, de quo vide Flor. L. III. c. 21. §. 171. & Plutarch. V. Marii p. 431. Appian. Alexand. L. 1. B Civ. p. m. 662.

116 O populus] Cum Prisciano hic observa nominativum pro vocativo, eumque consule Lib. XVII. in fine, & alibi, ac Cerdam ad Virgilii Aeneid. VIII, 77. & nos ad L. IV, 22. Sed & potest exclamatio esse per nominativum; ut alibi. Rursus autem *est* post *decorum* intruditur in uno Msc. Berlin. & Edd. Ven. Omnib. Ascens. Mic. & Hortens. sed recte abest etiam in Prisciano.

119 Baebi] Terentius Histrio circumventus à fugitivis promisit, se ostensurum eis inimicum Marii, qui multa in Senatu contra Marium decrevisset. Misit ergo ad hunc Baebium fugitivos, quem raptum & discerptum Mario obtulerunt. SCHOL. *Baebi.* Baebiorum unus à Sullanis laceratus est; alter à Marianis interfectus, non laceratus. Itaque confunduntur duae Historiae. GROT. *Ed. tert.* Auctore scilicet Floro hanc contra Lucanum animadversionem facit Grotius: ille enim narrat, Mario saeviente, *Baebium atque Numitorium per medium forum uncis tractos esse carnificum.* In caede vero Sullana *Baebium sine ferro ritu ferarum inter manus laniatum.* V. L. III, 21. unde patet, errare Micyllum, qui hanc Baebii dilacerationem refert ad Marium juniorem.

121 Discerpsisse] *Decerpsisse* Msc. Canterus legendum putat *decessisse.* BERSM. *Discessisse.* Ita reposuimus pro *discerpsisse.* M. Baebius sectus in partes. Ita Latini usurpant vocem, *discedere.* Cicero Offic. III. *Cum terra discessisset.* GROT. *Ed. pr.* Sic eadem vox infra libro III. usurpatur:

Discessit

Flere [a] vacet? vix te sparsum per viscera, [b] Bacbi,
Innumeras inter carpentis membra coronae
Discessisse manus: aut te, praesage malorum,
Antoni, cujus laceris pendentia canis
Ora ferens miles festae rorantia mensae
Inposuit. truncos laceravit Fimbria Crassos.
Saeva Tribunitio maduerunt robora tabo.
Te quoque neglectum violatae, Scaevola, dextrae

Ante

VARIAE LECTIONES.

a *vacat* B. 1. V. 2. a m. pr. meus. *licet* Marp. b MSS. & Edd. plerique *Bebi.* al. *Boebi.* male, *Vebi* A.

Discessit medium tam vastos pectus ad ictus.

Et confirmat hanc emendationem nostram MS. P. GROT. Ed. sec. *Discessisse* legendum esse, monuit olim G. Canterus Nov. Lect. III. c. 2. non vero decessisse; ut reliquit Bersmannus. Firmat hanc conjecturam praeter MS. Puteanorum, etiam Vossianus tertius à manu prima, & noster Lib. IX, 785. ubi describit corpus veneno membratim, sive per membra & viscera diffluens & evanescens,

- - - - Sed quis rogus abstulit ossa?
Haec quoque discedunt, putresque secuta medullas,
Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.

Discerpsit, & *discessit* invicem commutantur quoque in Mstis apud Valerium Maxim. L. III. c. 7, ex. 5. Verum, cum ceteri codices habeant vel *discerpsisse*, vel *decerpsisse*, *disscersisse*, *descerpisse*, *discerpisse*, aliquantum arridet mihi conjectura Ill. N. Heinsii *Disperiisse* ad Claudianum Lib. II. in Rufin. 417.

- - - - - consumpto funere vix tum
Deseritur, sparsumque perit per tela cadaver.

Item in Epist. CLXVII. ad J. F. Gronovium. ubi etiam pro *viscera* conjicit *vulnera*. non aeque feliciter. Vide omnino, quae diximus ad hujus libri versum 57. & quae sequenti Epistola ei respondit Gronovius. *Per singula membra mori* Flor. L. III. c. 21. Interpretes vulgo *intercarpentis* jungunt, quasi unum sit verbum: cum alias se expedire ex intricato loco non posse, vident, neque melius se gessit Scholiastes scribens. *Ordo est: innumeras manus coronae membra intercarpentis discerpsisse te, Baebi, per viscera.* intercarpentis, *una pars est.* Verum quis non videt, quam putida sit haec repetitio *intercarpentis discerpsisse?* Quin etiam in Scholiastae Voss. pr. verbis legitur *discessisse*. *Inter manus* nostrum jungi voluisse, patet ex Floro frequenti ejus imitatore L. III. c. 21. de eodem Baebio *inter manus laniatum*. Estque phrasis crebro usitata. V. ad Phaedr. Fab. 7. L. V. & Obseq. c. CXIII.

122 ANTONI] Antonius praesagus malorum hic est, qui Metello dixit, ni mature duxisset (*adduxisset* Witt.) exercitum, hoc passurum P. R. quod Senones jam fecerant. Hunc occidi Marius jussit. Cumque ad eum caput Antonii fuisset allatum, in mensa (*mensam* Voss. sec.) poni jussit, & occisorem accumbere, postea conto fixum pro rostris poni (*posuit* Voss. pr.) SCHOL.

123 FESTAE RORANTIA MENSAE] Valerius Maximus de crudelitate C. Marii: *idem caput M. Antonii abscissum laetis manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquamdiu tenuit.* GROT. Ed. tert. Scholiastes ad vocem *festae* ait, *Kalendis enim Januarii agebat.* Et forsan non male ad Lucani mentem; quamquam simplici sensu pro *laeta*, *festiva*, potius videtur usurpasse. Nam falsum est, si fidem sequimur Historicam. Omnia enim illa funera sunt facta antequam Marius septimum consulatum iniret. ut noster ipse satis ostendit versu 130. Florus dicit loco citato *Antonii consularis caput exponitur in Marii ipsius mensis.* & paullo post; *Haec tot Senatus funera intra Kalendas, & Idus Januarii mensis septima illa Marii purpura dedit.* ubi vide Doctiss. Dukerum, & Livii Epit. LXXX.

124 FIMBRIA] Legatus Marii, cum prope Minturnas civitatem Crassos deprehendisset, eos occidit, & capita misit ad Marium. SCHOL.

125 ROBORA MAD.] Sanguine tribunorum Rostra tincta sunt: nam interempti tribuni fuere, & è saxo praecipitati, ut Licinius. SULPIT. Omnibonus etiam alteram hujus loci interpretationem affert, ex Festo Pomp. sumptam, qui, *Robur*, inquit, *in carcere locus fuit, unde maleficorum genus praecipitabatur, quod antea arcis roboreis*, sive, ut illic legitur, *robusteis includebatur.* De quo loco & Valer. intellexisse videtur, lib. VI. cap. 3. ubi familiares Gracchi de robore praecipitatos ait. Et addit Caelius libr. XVII. cap. 8. ex eadem causa: Facinora magnitudine rara, ac novitate insignia, *robore digna* autoribus appellari. Sed tamen idem

Omni-

Ante ipsum penetrale Deae, semperque [a] calentes
Mactavere focos: parvum sed fessa senectus
Sanguinis effudit jugulo, flammisque pepercit.
Septimus haec sequitur, repetitis [b] fascibus, annus:
Ille [c] fuit [d] vitae Mario modus, omnia passo,
Quae pejor fortuna potest, atque omnibus uso,

Quae

VARIAE LECTIONES.

a *calentis* V. pr. W. b *falcibus* Edd. Br. Med. c *mod. v. M. fuit* H. d *Mar. vitae* R. pr.

Omnibonus priorem quoque expositionem admittit. De Sexto autem Licinio (*Senatore de Saxo dejecto*) etiam Livius meminit, lib. LXXX. MICYLL.

126 TE QUOQUE NEGLECTUM] *Lucius* (immo *Quinctus*) *Mucius Scaevola Pontifex Maximus Sacerdos Vestae, inimicus C. Mario adolescenti fuit, qui, cum ipsum fugere vellet, à Marianis occisus est in templo Vestae: qui, cum manum sanguine implesset, simulacrum Vestae aspersit, ut majus persecutionis* (*percusso* Voss. pr.) *crimen esset.* SCHOL. Sensum non elicio. Forte: *Te quoque in exemplum &c.* Violatae autem dextrae, id est, datae paulo ante fidei. GROT. Ed. pr. Lege *violentae:* & interpretare, occisum à satellitibus Marii Scaevolam, eo quod Marius illi manum osculandam non dedisset, quod signum erat morti addicentis. Supra habuimus:

- - - - - - - - spes una salutis
Oscula pollutae finxisse trementia dextrae.

Apud Florum locus similis: *Ancharius, ipso vidente Mario confossus est; quia fatalem scilicet illam manum non porrexerat salutanti.* IDEM. Ed. sec. Plutarchus Mario: ὅσυς ἀσπασαμένυς μὴ ἀντιπροσαγορεύσει, μηδὲ ἀντασπάσαιτο, τῦτο αὐτὸ σύμβολον ἦν ἀποσφάττειν εὐθὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς. Augustinus de civitate Dei III, 27. *In ipsius Marii oculis continuo feriebantur, quibus salutantibus dexteram porrigere noluisset.* IDEM. Ed. tert. *Violentae* etiam legendum conjecit Freinshemius ad Flor. L. III. c. 21. quae sane lectio clarissimum praebet sensum, & lenius omnia procedere facit. Nam, licet alii Scaevolae caedem ad Marium juniorem referant, non obstat. à nostro ad unum Marium cuncta referri, satis apparet. *Violentae* confirmat etiam Vossianus tertius, & Amstelaedamensis *violetae*. Ad dextram Marii retulit etiam Barthius ad Claudian. L. II. in Rufin. 443. Aliam viam haec exponendi ingreditur magnus Gronovius Diatr. Stat. Lib. II. Silv. 6. scribens

Te quoque, neglectum violatae, Scaevola, dextrae!

atque ita exponens: Te quoque Scaevola (heu pudor! sic negligi violatam illam dextram gentilis tui Porsenae igne ante focos praesertim Vestae! tam vilem & nullam violatae dextrae memoriam esse) mactavere &c. Gronovio assentitur G. Vossius ad Valer. Flacc. L. V, 587.

Heu! magnis quantum licet, inpia fatis!

in distinctione, non in expositione. Putat enim, sensum simpliciter esse: Heu neglectum violatae dextrae! cum non veriti sint violare dextras caede pontificis. Turbant etiam vehementer inediti Glossatores, & interpretes impressi, aliis *violatae dextrae* pro pollutis militum manibus caede pontificis simpliciter capientibus; aliis allusum esse ad Scaevolae combustam coram Porsena dextram existimantibus. In quo magnum errorem committit Hortensius, dum scribit contra veritatem historicam, quae vel pueris nota est, Scaevolam illum coactum fuisse à Porsena manum in foculum ardentem injicere. Alii *Scaevola dextrae violatae* videntur sumsisse pro eo, qui dextram suam ipse violavit aspersione sanguinis sui in altare vel simulacrum Vestae. ut *Aeterni Martis Alani, Cornelia stantis fati* & similia apud nostrum. Ita certe Scholiastes accepit. Ex his omnibus discernant, sibi & eligant veram Lucani mentem meliore, quam ego, ingenio & judicio praediti. Mihi non liquet. *Violentae* tamen scribendum, vel Gronovii explicationem admittendam, verisimillimum videtur.

126 SCAEVOLA] Quae hìc de Mutio Scaevola poëta addit, Florus ad Marium juniorem refert. Ut & superius illud de Baebio, qui manibus militum discerptus fuit. Vide lib. III. MICYLL. *Glareanus* excusat nostrum Lucanum, quod licentia poëtica Scaevolam recenseat inter eos, qui à Mario patre trucidati fuerunt: quia poëtae, inquit, sibi aliquando indulgent: aut ipsius Lucani industria factum esse: ut in sene obscurae conditionis, τὸ πρέπον servaret senilis oblivionis, cui haec aetas ferè obnoxia est. Haec ille. Florus Baebium à Sylla interfici, aut lacerari potius sine ferro ferarum ritu jussum, tradit. HORTENS.

128 PARVUM] Vitiose Msti quatuor, & Edd. Rom.

Quae melior: mensoque, [a] hominis quid fata paterent:
Jam quot apud Sacri cecidêre cadavera [b] portum?
Aut Collina tulit stratas quot porta catervas,
[c] Tunc cum [d] pene caput mundi, rerumque potestas
Mutavit translata locum, Romanaque Samnis
Ultra Caudinas speravit vulnera Furcas?

Sulla

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *homini q. f. pararent.* b *pontum* A. c *tum* V. 1. Ed. Ven. d *poene* V. pr. Reg. pr.

Rom. *parum.* Ald. & Sulp. Edd. *patrum.* Sic *exiguum sanguinis* versu 140. *multum cruoris* IV, 567. *Quantum sanguinis* Ovid. Ep. V, 120. *parvulum temporis*, pro *paululum*, Msti multi apud Valer. Maxim. L. I. c. 7. §. 7. *parvum aquae* Schol. Juven. S. VI, 491. quod non mutandum in *paulum.* *Parvus cruor* noster L. IV, 239. laudat hunc locum Priscianus cap. 886.

127 PE PER CIT Ne incensas aras exstingueret vis effluentis sanguinis. SCHOL.

132 HAEC SEQUITUR] Msc. duo *exequitur.* & tertium *sept. hic sequitur.* Marius his gestis septimum init consulatum. BERSM. *Exsequitur* habent 3 Pulm. & nostri quinque cum Edd. Rom. Parm. Omnib. Sulpit. Ald. & Colin. vitiose. Error ortus ex male intellecta dictantis cujusdam pronunciatione. *Haec* i. facta superiora, ut bene Scholiastes.

133 MENSOQUE HOMINI QUID, &c.] Emendo ex consensu manuscriptorum:

- - - mensoque, hominis quid fata paterent:

Id est, menso experimentis vitae, quae summa esset fatorum distantia, à maxima felicitate ad maximam miseriam. GROT. Ed. sec. Optime sic emendavit Grotius, eumque sequitur J. F. Gronovius ad Plinii Nat. Hist. L. XXXVII, 10. *Humana gemmis attribuis fata.* Ex nostris Mstis habent novem vetustiores, & unus Bersm. *hominis.* *Paterent* in Voss. sec. tert. quarto, Regio pr. Bohur. Witt. Amstel. & à manu sec. in Voss. primo & quinto. Pro *quid* in Amst. *quae* & Witt. pro Var. Lect. Diutius itaque elegantissimam Lucani dictionem exsulare non passus sum. De Marii fortuna Valer. Max. L. VI. 9, 14. *Quid hujus conditione inconstantius, aut mutabilius? quem si inter miseros posueris, miserrimus: inter felices, felicissimus reperietur.*

134 JAM QUOT APUD SACRI CECIDERE CADAVERA PORTUM] Videndi de hac connexisque rebus Appianus bello civili, Vellejus, Plutarchus C. Mario, Florus, Breviator Livii, & scriptor de viris Illustribus in Mario. GROT. Ed. tert.

134 SACRIPORTUM] Laurentum dicit, ubi Sulla de Asia regressus pugnavit cum Mario adolescente, qui victus Praeneste fugit: unde extractus, Sulla jubente, est interfectus. Ipsi etiam Praenestini pro suscepto Mario postea sunt puniti. SCHOLIAST.

135 COLLINA] Collina porta est Romae, ubi Pontius Telesinus, Marii socius, congregatis Romanis & Samnitibus, quorum dux erat, & quibus promiserat, quod ad ipsos caput mundi, si bene pugnarent, transferret, gravissimum contra Sullam fecit proelium, sed tam ipse, quam exercitus ejus à Sulla contritus est. SCHOL. De exitu Marii junioris, & Pontii Telesini, Florus ex Livii 88. in hunc modum tradit: *C. Marius*, inquit, *Praeneste obsessus à Lucretio Asella, Syllanarum partium viro, cum per cuniculum captaret evadere, septus ab exercitu, mortem sibi conscivit in ipso cuniculo, cum sentiret, se evadere minimè posse, cum Pontio Telesino fugae comite, stricto utrinque gladio, occurrit, quem cum occidisset, saucius à servo impetravit, ut se occideret.* MICYLL.

135 STRATAS CATERVAS] *Stratas catervas* dixit pro magno numero caesorum militum, sive catervis hostium occisis, sic forsan 202. *exsangues inmissa morte catervas.* sed ibi vide. Justin. L. II. c. II. *inter ingentes stratorum hostium catervas.* ubi Faber mavult *acervos*, uti & Celeb. Burmannus ad Valer. Flacc. L. VI, 596. dubitans, an satis idonea auctoritate Gronovius, & Graevius mordicus ibi retineant *catervas.* Certe Livii locus *sterne catervas* à Gronovio adductus nihil probat. Attamen nihil esse in Justino mutandum, putem ex simillimo Silii loco, Lib. V, 668.

In medias fratre invectus comitante catervas
Caesorum juvenum Poenus, quae vulnera cernis?
Quas mortes, inquit?

137 TRALATA] *Translata* Msc. tria. BERSM. *Translata*, rescripsi, auctoritate omnium Mstorum Pulm. & tredecim ex meis, ac Editionum veterum. *tralata* est à Sulpitio & Aldo, tam hic, quam infra 359. L. III, 340. & aliquoties. ubique

Sulla quoque inmensis accessit cladibus ultor.
Ille, quod exiguum restabat sanguinis Urbi,
Hausit: [a] dumque nimis jam putrida membra recidit,
[b] Excessit medicina modum, nimiumque secuta est,
Qua morbi duxere, manus. periere nocentes;
Sed cum jam [c] soli possent superesse nocentes.
[d] Tunc data libertas odiis, resolutaque legum
Frenis ira ruit, non uni cuncta dabantur,
Sed fecit [e] sibi quisque nefas. semel omnia victor
Jusserat. infandum domini per viscera ferrum

Exegit

VARIAE LECTIONES.

a *Jamque n. dum putida* B. 1. b *excedit* B. 1. Edd. Asc. Vers. Mic. c *soli possent* B. 1. meus. *soli possunt* B. 1. d *tum* V. 2. R. 1. W. e *ibi* A.

que in Lucani MSS. *translatus*. Aliud quid est in *travectus*, *tramissus* &c. dicitur enim & *traveho tramitto* &c. non vero *trafero*. de iis vide, quae collegit Drakenb. ad Silium IV, 489. & alibi. Haec vero verba sua fecit Claudian. sec. Cons. Stil. 125. *translataque pene potestas*.

137 SAMNIS] Annotat vetus ad oram MS. Puteanor. Scholiastes Damasippum hic indicari Samnitem, qui Marianarum fuit partium. GROT. Ed. sec. Samnites pertinacissimi adversus Sullam Romae arma admoverunt, majus malum Romanis illaturos se sperantes, quam ad Furculas Caudinas olim intulerant. Vide Strabonem l. V. Frequens poëtis populi nomen unitatis numero ponere. Alioqui si unus hic intelligendus esset, non is esset Damasippus, ut vult manuscriptus Scholiastes, sed Pontius Telesinus dux Samnitium eo bello, cujus hoc dictum nobis servavit Vellejus, *nunquam defuturos raptores Italicae libertatis lupos, nisi silva, in quam refugere solerent, esset excisa*. IDEM. Ed. tert. Ait enim Scholiastes. *Damasippus Samnitum dux, Marii fautor, apud Collinam portam cum suis* (f. Sulla) *conflixit, & victus cum militibus suis, occubuit*. Videtur scilicet putare Scholiastes, quod hic à Lucano duae diversae res describantur. recte enim supra de Pontio Telesino sumserat. Sed dicit Lucanus ad Collinam portam pugnatum esse vehementissime contra Pontium & Samnites, sperantes, se Romae illaturos majus vulnus, quam apud Furcas Caudinas. De Telesino esse capiendum monuit quoque G. Vossius ad Vellei. L. II. c. 27.

138 SPERAVIT] Editio Brixiana & Edd. quaedam Acronis ad Horat. L. I. Sat. V, 51. *Superavit*. Hortensii margo *Spiravit*. Quomodo scripsisse Lucanum, opinor: quamvis *speravit* quoque invenias in vulgatis Prisciani Editionibus c. 707. Verbum est proprium arroganti ac tumido, & plus, quam vires sinunt, optanti. Valer. Maximus Lib. III. c. 7. *Carthaginem magna spirantem*. ut habent MSS. quidam, & Modius Novantiq. Lect. Epist. 128. olim jam correxit. Consule ibi doctissimum cognatum meum A. Torrenium. Exsulat etiam hoc verbum apud Statium Lib. I. Theb. init.

- - - - - - *Quando Itala nondum*
Signa, nec Arctoos ausim sperare triumphos.

Melius *spirare*. Plura de his vide in notis N. Heinsii ad Ovidii Metam. L. V, 348.

Aethereas ausum spirare Typhoëa sedes.

ubi in Mstis etiam est *sperare* & *superare*. Broukhus. ad Propert. Lib. II, El. 12, 53.

Qui nunc magnum spiramus amantes.

Frustra alii illic ex Codicibus *sperare* defendunt. Adde Cl. Drakenburg. ad Silium L. XVII, 536. & V. infr. L. IV, 482. Deinde pro *vulnere* vitiose Acron loco cit. *ponere*, & pejus in Editionibus quibusdam *Ultra Claudi caupon as sp. ponere f.* φορτικὰ haec sunt monstra.

138 FURCAS] Apud Caudinas Furculas (Voss. pr. & Witt. *Furcas*) fusus fuerat Romanus exercitus, & sub furca de hastis facta ire compulsus. Sed sperabat Samnis, se majora vulnera esse facturum. SCHOL.

141 HAUSIT] Potest Domitius Ahenobarbus accipi. SCHOL.

141 PUTRIDA] Duo Pulm. Vossian. pr. sec. quart. Regius uterque, Wittian. & Amstel. *putria*. quam terminationem videtur noster maluisse, quam alteram. Sic Lib. VII, 398. ubi in quibus-

dam

Exegit famulus. nati maduêre paterno
Sanguine: certatum est, [a] cui cervix caesa parentis
Cederet. in fratrum [b] ceciderunt praemia fratres.
Busta repleta fuga, permixtaque viva sepultis
Corpora: nec populum latebrae cepere ferarum.
Hic laqueo fauces, elisaque guttura fregit:
Hic se praecipiti jaculatus pondere [c] dura
Dissiluit percussus humo: mortesque cruento
Victori rapuêre suas: hic robora busti
Exstruit ipse [d] sui, nec dum omni sanguine fuso

Desilit

VARIAE LECTIONES.

a *cervix cui* B. 1. b *cecidere* A. meus. c *duri* meus. d *sibi* B. 1. V. pr. pro Var. Lect. Hort. margo.

dam est *putrida*. IX, 434, 529. nusquam *putridus* usurpat.

142 EXCESSIT MEDICINA MODUM] Hinc illud Claudiani ad Adrianum: *Excessit jam poena modum.* de eodem hoc Sylla Seneca dixerat. L. V. de Benef. 16. *Ingratus L. Sylla, qui patriam durioribus remediis, quam pericula erant, sanavit.* GROT. Ed. tert.

142 NIMIUMQUE &c.] Occidit enim innoxios cum innocentibus. SCHOL.

142 NIMIUMQUE SECUTA EST, QUA MORBI DUXERE MANUS] Contra quam mos peritis medicis. Claudianus bello Getico:

Cautius ingentes morbos, & proxima cordi
Viscera Paeoniae tractat sollertia curae,
Parcendoque secat, ferro ne longius acto
Irrevocandus eat sectis vitalibus error.

GROT. Ed. tert.

146 RUIT] *Furit* Msc. non male. BERSM. Immo vero male. Bene se habet vulgatum. Est metaphora ab equo, qui passim discurrit, & sine certa lege per cuncta ruit, frenis non coërcitus neque rectus. Sic de Alexandro L. X, 30.

Perque Asiae populos fatis urguentibus actus
Humana cum strage ruit. & similia passim.

147 QUISQUE] i. e. omnibus omnia licebant. SCHOL.

147 SEMEL] *Simul* MS quidam à N. Heinsio collatus. perperam, ut latius videbimus ad Lib. III, 296.

148 JUSSERAT] Vitiose in vulgatis Valerii Probi Editionibus c. 1420. scribitur *jusserit*.

149 FAMULUS] Potest generaliter accipi. Potest etiam specialiter de Mario Juniore dici, qui à servo occisus est; cum per cuniculum de Praenestina civitate vellet evadere. SCHOL.

151 IN FRATRUM PRAEMIA] Praemia enim percussoribus erant proposita. Occisus ergo frater à fratre est, ut praemium acciperet. Nec opus cum aliis interpretibus, *in salutem fratrum*, haec interpretari. Male autem vulgo apud Isidorum scribitur L. XVIII. c. 1. *in fratrem c. p. fratris. Cadere in praemia* dixit, ut Lib. 1, 306.

In classem cadit omne nemus,

IV, 311.

Cadit omnis in haustus Miles.

III, 674.

In pugnam fregere rates.

De hac significatione praepositionis *in*, qua finem, & caussam rei notat, adi, ut plura omittam exempla, Nicol. Heinsium ad Claudian. L. I. in Rufin. 152. & J. F. Gronov. Observ. L. I. c. 9. atque ita legere malim cum Pierio apud Virgil. Lib. IV. Georg. 238. *Animasque in vulnera ponunt,* & cum Scheffero apud Justin. Lib. II. c. 10. *Quem primum in regnum jam rex pater sustulerit.* Neque mutari hoc debuit in Propertio L. III. El. 19, 15.

Ergo qui tactas in foedera ruperit aras.

De hac Sullana proscriptione, & propositis pro caede praemiis vide Senecam de Provid. c. 3. & Vellej. Paterc. L. II. c. 28. *Ut jugulati civis R. publice constitueretur auctoramentum; plurimumque haberet, qui plurimos interemisset; neque occisi hostis, quam civis, uberius foret praemium; fieretque quisque merces mortis suae;* & inibi N. Heinsium.

152 BUSTA] Ut absconderent se in sepulcris. SCHOL.

156 DESILUIT] *Dissiluit* C. V. P. G. Sabellicus in Annotat. (T. 1. Thes. Critic. p. 182.) recte. PULMANN. *Dissiluit* Msc. duo: unum *desilut*. alii *desiluit*.

Desilit in flammas, &, dum licet, occupat ignes.
Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem,
Et medio [a] congesta foro: cognoscitur [b] illic,
Quidquid ubique latet scelerum. non Thracia tantum
Vidit [c] Bistonii stabulis pendere tyranni,
Postibus [d] Antaei Libye: nec Graecia moerens
[e] Tot laceros artus Pisaea [f] flevit in aula.
Cum jam tabe fluunt, confusaque [g] tempore multo
[h] Amisêre notas, miserorum dextra parentum
Colligit, & pavido subducit cognita furto.
Meque ipsum memini caesi deformia fratris
Ora rogo [i] cupidum, [k] vetitisque inponere flammis,
Omnia Sullanae lustrasse cadavera pacis:
Perque [l] omnes truncos, cum qua cervice recisum

Conve-

VARIAE LECTIONES.

a *conjecta* B. 1. b *illinc* V. 1. c *Bistoniis* R. 1 *Bistonia* H. d *Anthaei* vel *Anthei* MSS. & Edd. plerique. e *tam* R. pr. V. pr. a m. pr. O. f *vidit* V. 1. g *tempora* R. pr. h *admisere* meus. i *trepidum* O. k *veritisque* Ed. Med. l *omnis* MSS. quat.

siluit. sicut & Msc. BERSM. Recte viri docti restituerunt *dissiluit*, ut habent ex nostris undecim Msti, & Edd. Rom. Parm. ac Brixiana cum Hortensii margine. *praecipiti lapsus pondere dissiluit.* idem est, quod in Sacra Scriptura memoratur de proditore Juda, πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Etiam hanc lectionem esse recipiendam, suadent voces *dura percussus humo.* praeterea *desilit* sequitur versu abhinc tertio.

157 RAPUERE] Ut sua perirent manu, ne essent, quos occideret Sulla. SCHOL.

159 DESILIT] *Dissilit.* Msc. mendose. BERSM.

159 OCCUPAT IGNES] Vetabat enim Sylla sepeliri. SCHOL.

162 JACET] i. e. quaecumque in occulto strata erant, cum in forum essent allata, cognoscebantur. Potest etiam ordo esse, quidquid ubique jacet, cognoscitur illic. ASCENS. Praeter Ascensium *jacet* etiam legit Aldus cum Edd. Rom. & Parm. ac quatuor MSS. Pulm. uno Bersm. & septem nostris cum Voss. tertio pro Var. Lect. Recte. modo *scelerum* jungas cum τῷ *tantum*, ut est in primis Editionibus. Vulgo *tantum* nimis absolute ponitur. Nec temere tamen mutem. Opponuntur *cognoscitur* & *latet*, *latebras scelerum* dixit noster Lib. IV, 192.

163 BISTONII] Diomedem regem Thraciae dicit, *Bistonium* à *Bistone* palude Thraciae. Hic fertur habuisse equas, visceribus humanis pasci solitas, quibus cum hospitio receptum Herculem vellet offerre, ipse objectus, absumptusque est. Propter equas dictum est *stabulis.* SCHOL.

164 ANTAEI] Antaeus terrae filius, qui devictorum capita postibus adfigebat. Hunc postea Hercules vicit, doctus à Minerva, ne eum in terra elideret (*declinaret* Voss. sec.) SCHOL.

165 PISAEA] Pisa civitas Elidis. Dicit autem Oenomaum, qui fraude Myrtili victus quadrigarum cursu à Pelope, & occisus est. Hic enim ut Hippodamiam filiam suam petentibus denegaret, provocatos (*procos* Witt.) in equorum cursu victos occidebat. IDEM.

167 NOTAS] i. signa, quibus à suis agnosci possent. IDEM.

169 MEQUE IPSUM MEMINI] Fingit hoc poëta dici ab eo, quem ipse loquentem introducit, qui vix caput fratris sui dicit se agnovisse. *Omnibonus.* MICYLL.

170 ORA ROGO CUPIDUM, VETITISQUE] Ita correximus ex tribus Msc. alii *vetitis impon. fl.* BERSM. Adstipulantur quinque Pulmanni, meique Codices omnes cum Editionibus Omniboni, Ascensii, Micylli & Stephani. Si copula abest, sensus non conficitur idoneus, nisi pro *rogo* scribas *rogi.* ut Ovid. L. v. Fast. 463. *Nunc elapsa rogi flammis. cupidum* scilicet *inponere ora fratris flammis vetitis rogi. cupidi* est in Edit. Rom. sed non opus est.

Vetitas

Conveniat, quaesisse caput. Quid sanguine manes
Placatos Catuli referam? [a] cum victima tristis
Inferias Marius, forsan nolentibus umbris,
[b] Pendit, inexpleto [c] non fanda piacula busto:
Cum laceros artus, aequataque vulnera membris
Vidimus, & toto quamvis in corpore caeso
Nil animae [d] letale datum, [e] moremque nefandae
[f] Dirum saevitiae, [g] pereuntis parcere [h] morti.
Avulsae cecidêre manus, [i] exsectaque lingua
Palpitat, & [k] muto vacuum ferit aëra [l] motu.
Hic aures, alius [m] spiramina naris aduncae
Amputat: ille cavis evolvit sedibus orbes,
Ultimaque [n] effodit spectatis lumina membris.
Vix erit ulla fides tam saevi criminis, unum

Tot poe-

VARIAE LECTIONES

a vulgo *cui v. tristes.* b *pendet* A. c *nefanda* V. 3. d *mortale* A. e *mortemque* H. *dirumque n. morem* Marp. f *durum* B. 1. g *pereunti* Ed. Ven. h *vitae* meus a m. pr. i *exactaque* Ed. Hack. vitiose. k *multo* V. pr. pro Var. Lect. l *morsu* meus a m. pr. m *spirantia* A. n *effundit* meus. V. qu. a m. pr. V. sec. pro Var. Lect. *effudit* R. pr. V. sext. a m. pr. Edd. Mic. Hort.

Vetitae flammae, ut *Vetitus ignis* apud Statium L. XII. Theb. 56.

171 PACIS] Ironice. SCHOL.

172 RECISUM] Msc. *resectum*. non male. BERSM. At Lucanus alterum verbum maluit. II, 112. *recisi vultus.* 141. *recidit membra.* IX, 214. *recisa cervix.* & alibi.

174 CATULI] Luctatium Catulum tangit, cui cum Marius Gratidianus diem diceret, qua sciebat, se non evasurum. (*diem qua sciebat* absunt à Voss. pr. & Witt.) fumo se calcis occidit, & sic fugit inimicos: postea Catuli filius (al. *frater*) regressus victor ex Asia petivit à Sulla, ut sibi Marius daretur ad poenam, quem datum per singula membra cruciavit. SCHOL.

174 CUI VICTIMA TRISTES] Msc. *cui* quod retinui: Scilicet Catulo: alii *cum victima*: ita & Msc. BERSM. Male Bersmannus *cum* mutavit in *cui*. *cum* omnes mei, excepto uno aut altero, & Pulmanni Codices retinent. Et recte. Convenit cum seq. *cum*: nam ad eandem utrumque pertinet historiam. *inexpleto busto* est dativi casus verbi *pendit*. deinde pro *tristes*, iidem scripti, & editi praeter Gryph. *tristis*. quod etiam mutari non debuit. Marius est *tristis victima*; quia inferis mactabatur. Quidquid enim ad eos pertinet, *triste* dicitur. Vide Doctiss. Broukhus. ad Tibull. L. III, 3, 35. *Tristesque sorores*. Nugantur autem hic vehementer Glossatores, existimantes, *inexpletum bustum* dici, quia membra vivo adhuc Mario recisa postea non sepeliebantur. Catuli bustum intelligit, quod nondum satiatum adhuc est tam diris inferiis, & nefandis piaculis.

175 INFERIAS MARIUS, FORSAN NOLENTIBUS UMBRIS PENDIT] Nam Marium filium quidam non à famulo in id rogato, sed à dispositis in hoc hostibus interemtum narrant. vide Vellejum. GROT. Ed. tert. Indigna Grotio haec est nota. Apud Vellejum Lib. II, 27. mentio est Marii Junioris, & ejus, qui septies Consul fuerat, filii. Hic vero agitur de Mario Gratidiano, quem Junioris Marii fratrem patruelem fuisse, erudite docet Celeberr. Perizonius Animadv. Hist. c. 3. Plura vide ad Florum L. III, 21. §. 26. *Marium, ducis ipsius fratrem, apud Catuli sepulcrum, oculis, manibus, cruribusque desossis servatum aliquamdiu, ut per singula membra moreretur.* quem locum laudat hic Sulpitius. *Senatorii ordinis virum* nominat Livius Epit. 88.

179 LETALE] Nullum enim tale vulnus dabatur, quo periret; sed quo cruciaretur. SCHOL.

184 EVOLVIT] Haec locutio à Lucano ex Seneca est desumpta in Oedip. Act. V, 965.

Scrutatur avidus manibus uncis lumina.
Radice ab ima funditus vulsos simul
Evolvit orbes.

Tot poenas cepiſſe caput. ſic mole ruinae
Fracta ſub ingenti miſcentur pondere membra:
Nec magis informes veniunt ad litora trunci,
Qui medio periêre freto. [a] quid perdere fructum
Juvit, &, ut vilem, Marii confundere vultum?
Ut ſcelus hoc Sullae, caedesque oſtenſa placeret,
Agnoſcendus erat. Vidit Fortuna colonos
Praeneſtina ſuos cunctos ſimul enſe [b] recepto
[c] Unius populum pereuntem tempore mortis.

[a] Tunc

VARIAE LECTIONES.

a *quod* Ed. Rom. b vulgo *reciſos.* c *unius &* B. 1.

185 ULTIMA] Ut videret ſe ſic omnibus membris caeſum. SCHOL.

186 VIX ERIT] Vitioſe Edd. Rom. Parm. Sulpit. Ald. Col. Steph. &c. *eras* cum Voſſ. ſec. à manu pr. Senſus eſt, poſteros vix eſſe credituros tam ſaevum crimen. Malim enim diſtinguere poſt *criminis*, quam poſt *fides.*

188 PONDERE] *Corpore* Mſc. male. Indicatur enim aedificiorum collapſorum pondus. BERSM.

193 AGNOSCENDUS] Modo enim confuſi vultus minorem gratiam de majori morte faciebant, quia non agnoſcebatur occiſus. SCHOL.

194 PRAENESTINA] Marius Junior ad hanc ſe contulerat civitatem, & ibi captus eſt. Sulla vero commotus juſſit octo (*novem* Witt. *duodecim* Plutarch. in Sulla. *quinque* Appian. & Valer. Max.) millia hominum de ea civitate occidi. Fortunam autem hic colunt; unde Fortunam Praeneſtinam dixit. SCHOL.

194 CUNCTOS SIMUL ENSE RECEPTOS] Ita mutavimus ex fide trium Mſc. alii *reciſos.* *Receptos* autem dicit ob ſpem ſalutis datam, ſi ſe dedidiſſent. BERSM. RECISOS. *Receptos*, quod habent alii, φορτικὸν eſt, nec Latinum ſatis. GROT. Ed. pr. Antea fuit *receptos.* At nunc manuſcriptos ſequor, qui habent *enſe recepto:* id eſt, in corpora admiſſo. IDEM. Ed. ſec. *Reciſos.* Fuit haec noſtra conjectura, pro *receptos*, ſed tutius manuſcriptos ſequi &c. IDEM. Ed. tert. *Reciſos* Sulpitii inventum eſt, quem temere ſecuti ſunt poſteriores. *Receptos* Edd. priſcae, & ſex Pulmanni; ac novem noſtri Codices, & Oxon. pr. Veriſſime *recepto* Regius primus, Wittian. Voſſian. prim. & quint. à manu prima. Quomodo corrigendum eſſe hunc locum, monuit etiam N. Heinſius ad Silium Ital. L. IX, 641. Eleganter dicitur *recipere ferrum*, qui vulneratur, vel occiditur. Lib. VI, 223. *telumque irata receptum Impetit.* Ovid. Metam. V, 38. Virgil. X. Aen. 383. Seneca Thyeſt. 741. Troad. 40. L. III. de Ira c. 18. de Tranquill. animae c. 11. Statius L. V. Theb. 784. IX, 130. Valerius Maxim. L. IX. c. 11. Ex. 2. & paſſim. ut etiam *accipere*, *excipere.* ἀναδέχεσθαι dicunt Graeci. Pro *cunctos* vero cum eodem Heinſio malim *junctos.* ut ſenſus ſibi melius conſtet. *jungi enſe* dicuntur, qui ſimul occiduntur. Sic *junctam mortem* dixerunt Ovidius Metam. V, 71. Silius Ital. L. IX, 409. XVII, 472. ubi V. Petron. c. 114. & alii. *Miſcere mortem* noſter L. IV, 283. *vulnera.* III, 354. *cognata mors.* Ovid. Ep. Her. XIV, 81. ſed *cunctos* eſt in Mſtis omnibus, & ferri ſatis poteſt.

195 UNIUS TEMPORE MORTIS] Voſſianus prim. & Berſm. unus *noctis.* quam lectionem praefert ibidem ad Silium Heinſius. Quo ſenſu, non addit. nocte certe ſtrages haec non eſt facta, ſed de die, ut ex hiſtoria conſtat. Durius etiam foret *noctem* hic poni pro morte. Alia ratio eſt apud Ovidium, quem forſan ante oculos habuit Heinſius, L. I. Metam.

Centumque oculos nox occupat una.

De qua, ſimilibusque dictionibus conſule Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. VII, 230. J. F. Gronovius in Addend. ad Obſervat. conjecit aliquando *foedere.* non male, ſi modo Mſti addicerent: eſſetque explicatio praecedentium *junctos ſimul enſe recepto.* Ego nihil mutandum eſſe cenſeo. *tempore unius mortis* eſt in una eademque ſtrage, & occidione totum populum pereuntem. opponuntur *unius & populum.* Atque ita ipſi Gronovius, & Heinſius expoſuerant, alter in Obſervat. L. III. c. XI. alter ad Petronium c. 121.

Cerno equidem gemina ſtratos jam morte Philippos,

Silius Ital. L. XVII, 500.

- - - - - - *mactantur comminus una*
Exitio.

Uno in ſanguine gentes Mixtae noſter Lib. VIII, 508.

jungere

[a] Tunc flos Hesperiae, Latii jam sola juventus,
Concidit, & miserae maculavit ovilia Romae.
Tot simul infesto juvenes occumbere leto,
Saepe fames, pelagique furor, subitaeque ruinae,
Aut terrae, coelique lues, aut bellica clades,
Numquam poena fuit. densi vix agmina vulgi
Inter, & exsangues inmissa morte catervas
Victores movêre manus. vix caede peracta
[b] Procumbunt, dubiaque labant cervice: sed illos

Magna

VARIAE LECTIONES.

a *tum* P. 1. R. 2. V. tert. W. b *procumbit* V. sec. a m. pr.

jungere tempora leti Silius L. x, 35. Putidum acumen est, quod in his verbis inesse, censent Sulpitius, & Ascens., *tempus unius mortis* exponentes per tantum spatium, quantum satis est ad interficiendum unum hominem. Quod hauserunt ex Scholiaste, haec scribente. *Tam cito enim omnes perierunt, quasi unus esset occisus.* Quomodo haec opponit Claudianus L. 11. in Rufin. 423.

Una tot millia morte rependis.

197 MISERAE MACULAVIT OVILIA ROMAE] Ita vocabantur septa in Campo Martio. Vide Servium ad Ecl. 11. GROT. Ed. tert. Locus est Servii ad Ecl. 1, 34. ubi habetur *misere*: quomodo etiam Ed. Brixiana. ut *misere maculare* dixisset Lucanus: quomodo *inmunde foedare*, *male mulcare* & sexcenta similia. sed rectius vulgatum retinebimus. Servio vero obloquitur Beroaldus T. 1. Thes. Crit. p. 278. putans, ab eo intelligi proprie dictum locum *Ovile* in Campo Martio; non vero septa, in quibus ferebant suffragia. Servii expositionem tamen veram esse, luce clarius patet ex nostro Lib. VII, 306. ubi de hac re dicit.

Septorumque nefas, & clausi proelia campi.
Cum duce Syllano gerimus civilia bella.

Scilicet haec septa *Ovilia* fuere appellata, quia ligneis cancellis tamquam ovium stabula olim erant conclusa, ut bene Vignolius in Columna Anton. Pii, ostendit. Quod autem dicit Beroaldus, Straborem referre, *illos coactos esse in campo Martio ad Ovilia*, vehementer errat. Graeca enim Strabonis verbo sunt εἰς τὴν δημοσίαν ἔπαυλιν. qua intelligit *villam publicam*, in qua illos homines occisos esse, omnes historici narrant, & Lucanus etiam innuit verbis *clausi campi.* Ob vicinitatem, qua *villa publica*, & *septa* proxime conjunguntur, poëtica licentia haec loca confudit, ut luculenter, & bene docet idem Vignolius cit. l. c. 2. Plura vide in notis Freinshem., & Dukeri ad Florum L. III. c. 21. *Quatuor millia deditorum inermium civium in villa publica interfici jussit.* *Ovilia*, ineditus noster Scholiastes interpretatur *locum Romae, quo omnes pastores Romulus convocavit, & populum ad comitia celebranda conjunxit.*

198 OCCUMBERE LETO] Bersmanni unus, Vossian. quint à manu pr. Oxon. pr. & meus *Succumbere.* Quod exprimeret infesti leti pondus, & magnitudinem. Sic *succumbere culpae* pro peccare. *succumbere somno* pro vinci somno, dormire, non semel Ovidius. Justinus Lib. XIV. c. 6. *Virorum more fortium pro gloria veteris prosapiae morti succumbentem.* Dein rescripsi ex auctoritate Codicum fere omnium, ac Editionum multarum *aut terrae coelique.* vulgo *coeli terraeque* contra Mstorum ordinem.

200 CLADES] *Caedes* habent manuscripti duo. GROT.

201 NUNQUAM POENA FUIT] Tale genus poenae numquam fuit, ut ab aliquo juberetur. (*numeretur* Voss. pr.) SCHOL. Sensus est: Tanta hominum caedes, morbis aut aliis malis ἐπιδημικοῖς interdum forte, at nunquam suppliciis imputata est. GROT. Ed. prim. Tot hominum mors morbis aliisve malis ἐπιδημικοῖς antehac forte imputata est, at non suppliciis. Seneca lib 11. de Ira: *In singulos severitas Imperatoris destringitur: at necessaria est venia, ubi totus deseruit exercitus, quid tollit iram sapientis? Turba peccantium.* Alioqui, ut Sallustius ait, *civitas vastatur magis, quam corrigitur.* IDEM. Ed. tert.

202 EXSANGUES INMISSA MORTE CATERVAS] Videbatur mihi prius hic locus esse legendus.

Exsangues immissi morte catervas.

ut jungeretur *exsangues morte.* & *immissi victores.* *catervas* de mortuis dici vidimus ad vs. 135. *Inmitti* autem proprium verbum de subornatis hostibus, & percussoribus, Virgil. L. 11. Aeneid. 495.

Rum-

Magna premit strages: peraguntque cadavera partem
Caedis: viva graves elidunt corpora trunci.
Intrepidus tanti sedit securus ab alto
Spectator sceleris: [a] miseri tot [b] millia vulgi
Non piguit jussisse mori. congesta recepit
Omnia Tyrrhenus Sullana cadavera gurges.
In fluvium [c] primi cecidêre, [d] in corpora summi,
Praecipites haesêre rates, [e] &, strage cruenta

Interru-

VARIAE LECTIONES.

a *misceri vulnera* B. 1. b *milia* MSS. & Edd. pler. c *summi c. i. e. primi* Boh. d *cadavera* B. 1. *in corpore* V. 1. e *pro* B. 1.

Rumpunt aditus, primosque trucidant
Inmissi Danai.

Ovid. El. 12. Amor. L. II. vs. 24.

Inmisit soceros, armaque saeva dedit.

Seneca L. 1. de Ira c. 2. *Plebem inmisso milite contrucidatam.* Justin. L. XXI. c. 3. XXVI, 3. *percussores inmittuntur*, & passim. noster L. VIII, 643.

- - - - - *Sed quisquis in istud*
A superis inmisse caput.

Graeci quoque. ἐπιπέμπειν. In hac ipsa caede Strabo p. 249. Ed. Par. ἐπιπέμψας στρατιώτας. Nunc nihil muto. *Inmissa morte* est inmissis militibus, mortem facientibus. Eleganti & efficaci locutione ad exprimendam rei atrocitatem. Saepissime noster cum aliis *mors* pro mortis caussa metonymice ponit. *Exsangues* autem non notat mortuos, sive effuso sanguine pallentes, ut Ascensius, & alii exponunt, sed metu vehementi consternatos, & quasi exanimes ad conspectum inminentis mortis, & inmissorum militum.

203 VIX CAEDE] Puto *hi* substituendum: quia sequitur *sed illos.* GROT. Non videtur mihi *hi* esse substituendum. Nam, quod sequitur, *sed illos*, ad eosdem pertinet. Vult, multos vulneratos non cecidisse statim ab ictu, sed huc, illuc inpulsos prae denso agmine laballe; donec à strage aliorum cadentuum cadaverum premebantur, & dejiciebantur. Aliud agebat Bersmannus, cum *illos* intellexit *Victores semivivos:* victores i. Sullani, vulnera infligebant inermibus illis civibus, quibus cives vulnerati, ab corporibus suorum civium etiam vulneratis, & occisis sternebantur; dum prae densitate hominum antea nondum cadere potuerant. *Dubia labat cervice* totidem verbis est apud Senecam Agam. vs. 787. Similem caedem memorat noster Lib. IV, 781. &c. & Silius Italic. L. IX, 321.

- - - - - - *nec morte peracta*
Artatis cecidisse licet.

L. IV, 555.

Nec artatis locus est in morte cadendi.

206 GRAVES] Exponit, quemadmodum cadavera peragant partem caedis. SCHOL.

207 INTREPIDUS TANTI S. SECURUS AB ALTO] Sic omnes secure edunt. Sed offendunt me vehementer duo illa adjectiva sine conjunctione posita, *intrepidus securus*, quae quomodo hic differant, non video. Quare malim cum uno codice Bersmanni, & Vossiano legere *Intrepidus, tantique sedet securus. securus sedit* meus. Forsan majus ulcus latet sub voce *intrepidus.* An *Cespite dum tanti* &c.? vel *interea is t.?* sed doctioribus, & majoris ingenii hominibus haec relinquo.

209 NON PIGUIT JUSSISSE MORI] Vulgata lectio defendi potest ex versu 105.

Non senis extremum piguit vergentibus annis
Praecipitasse diem.

Malim tamen ego optimos codices sequi. Vossian. pr. quint. & quart. a m. pr. cum Bersm. uno, Regio pr. Witt. Hulst. Amstel. *timuit*; uti & Voss. sec. & tert. pro varia lectione *puduit* Marpurg. ut solent passim hae voces commutari. Si vero alicui placeat magis *piguit*, mallem pro *jussisse*, *vidisse*; quod habent Cod. Hulstian. ac Editiones Ascensii, Micylli & Hortensii; ut magnam Sullae crudelitatem invidiose augeat.

210 TYRRHENUS] Omnes enim occisos in Tiberim mitti Sulla praeceperat. SCHOL.

211 IN FLUVIUM] Sensus est. Qui primi in Tiberim missi sunt, hi in undas venerunt; nam qui ultimi missi sunt, supra horum corpora jam veniunt; quia fluvium cadavera jam repleverant. *Corpora* illorum, qui primi ruerunt. IDEM.

213 INTERRUPTUS AQUIS] Ut illae undae tantum, quae ante cadavera erant, in mare fluxerint: illae autem, quae post cadavera erant, steterint, & secutae non sint priores fluctus, obstantibus

Interruptus [a] aquae, fluxit prior amnis in aequor,
Ad molem stetit unda sequens. [b] Jam sanguinis alti
Vis sibi fecit iter, campumque effusa per omnem,
Praecipitique ruens Tiberina in flumina [c] rivo
[d] Haerentes adjuvit aquas: nec jam alveus amnem,
Nec retinent ripae, redditque cadavera campo.
Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in undas
Sanguine caeruleum [e] torrenti dividit aequor.

Hisne,

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *aquis*. b vulgo *nam*. & vs. 216. *ad fl.* c *ripa* H. d *horrentes* A. *haerentis* V. pr. sec. tert. a m. pr. W. e *torrentis* V. tert. pro Var. Lect.

tibus cadaveribus. SCHOL. Duo hic junguntur ablativi *strage*, & *aquis*, diverso sensu, & separatim explicandi. cujus constructionis exempla plurima congessit vir summus J. F. Gronovius L. IV. Observ. c. 9, 17, 29. p. 406. Alias Graeco, & Poëtico more posset scribi *aquas*: quo facit Msc. Bersm. *Interrupit aquas*. Verum neque *aquis* nec *aquas* putem esse profectum à Lucani manu, sed *aquae* in genitivo. quod clare exhibent tres Pulmanni, & quatuor vetustissimi Vossiani. Amat enim noster cum ceteris Poëtis genitivum adjectivis jungere. Ut *liber terrae* L. IV. *Innocuus vitae* L. IX. *largus habenae* L. VII. *purgatus morbi* Hor. Serm. L. II, 3, 27. & similia multa, de quibus suo loco dicendum. Optime autem haec verba exponit Scholiastes.

214 AD MOLEM STETIT] i. e. pars amnis in mare fluxit, pars objectis corporibus adhaesit (*haesit* Voss. sec.) SCHOL.

214 NAM SANGUINIS] Rescribendum puto *dum*. Stetit flumen obsessum cadaveribus, donec sanguinis rivi viam fecere. GROT. Immo vero rescribendum, ut feci, auctoritate vetustissimi illius Vossiani primi, *jam:* quomodo olim quoque ediderunt Sulpitius, & Ascensius. prius de cadaverum multitudine egit Lucanus; nunc incipit describere ingentem fusi sanguinis copiam. Solent autem poëtae novum sensum inchoare per *jam*; praesertim, quando illa, quae narraturi sunt, interea jam acciderant. Idque crebro abiit in *nam*. Quamvis *nam* alias non raro quoque transitioni inservire sciamus. Vide de utraque particula, quae collegerunt viri doctissimi ad Silium Italic. Lib. IX, 242. XI, 23. & ad Florum Lib. I. Praefat. Noster L. I, 183. VII, 647. & alibi, ceterique poëtae passim.

216 IN FLUMINA] Ita reposui pro *ad*, fide Mstorum omnium tam Pulm. & Bersm. quam meorum, ac Edd., Sulpitianam & Aldinam praecedentium. Sulpitium soli non audiverunt Ascensius, Micyllus, & Hortensius, ac Editor Paris. A. 1512. Simile autem quid eadem nimia hyperbole refert Claudianus III. Consul. Honor. vs. 100.

- - - - - - - - - Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis, turbaque cadentum
Staret, ni rapidus juvisset flumina sanguis.

218 REDDITQUE CADAVERA CAMPO] *Redduntque* Msc. tria non male. in agros rursus ejiciunt. Nec displicet *redeuntque cadavera*. BERSM. MS. P. *redditque:* recte, ut ad amnem referatur, ut & quod sequitur verbum *dividit*. Solenne autem Lucano, & *que* ponere pro *sed*, & tacitè transire de casu in casum. Sensus ergo est: Amnem non retinent aut alveus, aut ripae, sed ipse exundans campo reddit cadavera, & mare dividit sanguine. GROT. *Redeunt* tamen edidit Grotius, quod in nulla alia compareт Editione, quod sciam. Unus Cod. Pulm. ac Hulst. *redeunt* habent. *Reddunt* Ed. Veneta, & Omniboni cum MSS. Vossiano tertio, & Marpurgensi. Ceteri scripti, & editi *reddit* exhibent, scilicet *amnis*. Neque aliter Scholiastes *Cadavera mortuorum, quae acceperat, revocat in terras, quia à multitudine corporum desistere non poterat*. Sic fere de Nilo Ovidius Lib. I. Metam. 423.

Nilus & antiquo sua flumina reddidit alveo.

Et propius ad rem noster Lib. VIII, 438.

- - - - - - & nostra cadavera Tigris
Detulit in terras, ac reddidit.

Adde Clar. Drakenb. ad Silium Italic. L. VIII. in fine.

- - - - - - - pons ecce cadentum
Corporibus struitur, reicitque cadavera fumans
Aufidus.

Q Mutari

Hisne, Salus rerum, Felix [a] his Sulla vocari,
His meruit tumulum [b] medio ſibi tollere Campo?
Haec rurſus patienda manent: hoc ordine belli
Ibitur: hic ſtabit civilibus exitus armis.
Quamquam agitant graviora metus, multoque coïtur
Humani generis majore in proelia damno.
Exſulibus Mariis, bellorum maxima merces,
Roma recepta fuit: nec plus victoria Sullae

Praeſti-

VARIAE LECTIONES.

a *hic* V. 1. b *in m.* V. pr.

Mutari itaque non debuerat *reddit*. Ceterum de hac ellipſi nominativi ex praecedentibus ſubintelligendi latius egi ad Obſequent. c. 60. Eamque Lucano ſollemnem eſſe, recte monuit Grotius. Lib. II, 509.

Captivum traxere ducem, civisque ſuperbi
Conſtitit ante pedes.

nimirum *dux*. IV, 205.

- - - - - - - - - *foedera pacis*
Cognita Petrejo; ſeque & ſua tradita venum
Caſtra videt.

Sc. Petrejus, VI, 727.

Perque cavas terrae, quas egit carmine, rimas
Manibus illatrat.

Egit ſcilicet *terra*, ut latius eo loco oſtendemus. Adde L. IV, 741.

219 OBLUCTATUS] Sic legit Sulpitius: mallem tamen dicere *eluctatus*, quia dicit *vix*. hoc eſt, ubi luctando cum cadaveribus vix eruperat tandem in undas Tyrrhenas. ASCENS. Sulpitius, & Micyllus *obluctatus*. Sed recte *eluctatus* praetulit Aſcenſius, ceterique Editores cum Mſtis omnibus. Virgilius L. II. Georg. 244.

- - - - - - *aqua eluctabitur omnis*
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttae.

Plinius Lib VIII. Epiſt. 8. *Fons exit, & exprimitur pluribus venis; ſed imparibus; eluctatusque facit gurgitem.*

222 SIBI TOLLERE] Membanae meae *ſurgere*. Eleganter, & ex Lucani genio; niſi dixiſſe voluerit auctor, ſibi ipſi vivo Sullam exſtruxiſſe ſepulchrale monumentum. de qua tamen re nulla apud alios eſt mentio. Vide hic commentarios. Paſſim vero *ſurgere* poni de operibus, quae in altum aedificantur, & exſtruuntur, eſt notiſſimum. praeter alia de ſepulcro noſter Lib. VIII, 816.

- - - - *ſurgit miſerabile buſtum,*
Non ullis plenum titulis.

865.

Proderit hoc olim, quod non manſura futuris
Ardua marmorea ſurrexit pondere moles.

IX, 180.

- - - - - - - - *toto litore buſta*
Surgunt Theſſalicis reddentia manibus ignem.

Appoſite Silius Ital. L. XIII, 660. Ita enim & Sullae contigit;

- - - *tumulus vobis, conſente Senatu*
Mavortis geminus ſurgit per gramina campo.

Sibi ſignificat in honorem ſuum, ut milies.

222 CAMPO] In Campo enim Martio eſt Sullae monumentum. SCHOL.

225 AGITANT GRAVIORA METUS] *Agitent* Voſſ. unus, & Hulſt. item & alius pro var. lectione. *Agitat* tres Pulm. & Witt. cum Sulpit. Aſc. Mic. Hortenſ. aliiſque Edd. Hi ſcilicet *metus* in ſingulari capiunt numero. Sed in uno Regio, & Voſſiano à manu pr. ut & Oxon. pr. eſt *metu*. Forſan *agitant* capiendum de ducibus belli, qui ſecum proponunt, & parant multa graviora metu. vel *agitat* multum humani generis, non *multo*, ut ſtatim videbimus. *Graviora metu* eſſet, ut Lib. I, 635.

- - - - - *non fanda timemus;*
Sed venient majora metu.

225 MULTUMQUE COÏTUR &c.] *Multumque* Mſc. tria. alii *multoque*. *majora* libri quidam editi. BERSM. *Multumque* habent quoque Omnes Pulmanni, & undecim mei codices cum Edd. vetuſtis, ſi excipias primam, & Sulpit. Ald. Colin. ac Berſm. Quem ego Mſtorum conſenſum non temere negligere poſſum. Immo etiam Priſcianus *multum* ſervat, ſcribens Lib. VIII. c. 798. *Paſſivo ejus uſus eſt Lucanus in ſecundo* multumque coïtur h. g. majori in p. d. *Sed ſciendum, quod & coïtur pro colligitur, & conventur pro exigitur, paſſivam vocem aſſumentia accipiuntur.* An verum dicat Priſcianus, viri docti judicent. Mihi durius vide-

Praestitit, invisas penitus quam tollere partes.
Hos alio Fortuna vocas: olimque potentes
[a] Concurrunt. neuter civilia bella [b] moveret,
Contentus, quo Sulla fuit. Sic moesta senectus
[c] Praeteritique memor flebat, [d] metuensque futuri.
At non magnanimi percussit pectora Bruti
Terror, & in tanta pavidi formidine motus
Pars populi lugentis erat: sed nocte sopora,

Parrhasis

VARIAE LECTIONES.

a *accurrunt* R. 1. b *moneret* V. 1. c *praeteriti* V. 1. d *moerensque* al. *metuensque* meus.

videtur. Si scriptum esset *agitant*, vel *agitas graviora metu, multumque coibit H. g. majore in p. d.* nulla inesset huic loco difficultas. *Multo* retinet Scholiastes dicens, *Ordo est, & multo majore humani generis damno coitur in proelia.* Male autem Sulpitii quaedd. Edd., & Ascensius *Majora*, jungens *multo majora proelia.* uti & Mic. & Hort. margo cum Pulmanno. *Majori* Vossian. tert. meus & Amst.

226 MAJORA] Aldus legit *majore* ut sit: *coitur in proelia multo majore damno generis humani.* Idem legit *multumque coitur.* quod non sequar. nam si ad *majore* refertur, rectius dicatur *multo.* Sin ad *coitur.* ut sit *multum humani sanguinis coitur* i. conjungitur; non recipiatur, cum dicatur *eris.* VERSELLAN.

227 EXSULIBUS] i. patre, & filio. SCHOL.

229 TOLLERE] i. evertere, & delere Marianos. IDEM.

230 HOS] Pompejum, & Caesarem. IDEM.

230 ALIO] *Alios* Msc. perperam: Ad majora facinora. Istud olim potentibus fuit propositum: nunc hoc agunt, uter solus rerum potiatur, non uter armis sit superior. BERSM. *Olim potentes* ergo Bersmannus de Sulla, & Mario intelligit. Rectius alii *potentes* exponunt Caesarem, & Pompejum, & explicat Omnibonus, *aliquando concurrent potiundi imperii gratia.* Dubitare videtur Sulpitius dicens *olim i. nunc, & in praeterito pro jam olim.* *Olim* cum praesenti tempore junxit etiam noster Lib. v, 769.

- - *nonne olim casu pendemus ab uno.*

Alii *olim potentes* per ὑφὲν copulant. Sed quocumque modo haec sumas, idoneum non credo exsculpi posse sensum. Notat simpliciter *potentes concurrere*; quam ob caussam, non additur, ut faciunt Interpretes, & Lucanus, addere debuit ad distinctionem caussarum, & praemiorum prioris belli, & nunc imminentis. Ut brevis sim, puto, locum esse corruptum, & forsan simplicissima mutatione scribendum *orbemque petentes*, pleno, & clarissimo sensu, nec illustrationis egente.

232 CONTENTUS QUO SULLA FUIT] Vossianus secundus, & Amstelaedamensis, uti & Vossian. tertius, qui suprascriptum habet *quo* recentiore manu, scribunt *quod.* Eleganter, & verius forsitan. *Hoc, illud, quod sum*, & similia passim notant statum & conditionem hominis. Trita res est.

234 AT NON] Eadem transitione ex Lucano desumpta utitur quoque Claudianus Lib. 1. in Rufin. 261.

At non magnanimi virtus Stilichonis eodem
Fracta metu.

234 PERCUSSIT] Alii *perculsit.* nos *percussit* reposuimus ex tribus Mstis. BERSM. Recte factum, quod Bersmannus vitiosum ejecerit *perculsit*, intrusum rursus à Sulpitio, & Aldo, quos, ut solent plerique, hic vero omnes editores secuti sunt. Declinationem quidem hanc nonnulli defendere conantur frustra ex Horatii Lib. 1. O. 7, 11.; & Terentii Andr. A. 1. Sc. 1, 98. *Percussit illico animum.* Est enim in illis locis in optimis Mstis alio modo. ut jam olim etiam de nostri loco monuit Doctissimus Rivius ad Terentium, quem omnino consule. Unus Pulm. & Marpurg. *perculsit* exhibent.

236 ERAT PARS] Repetatur illud *non.* SULPIT. Et hoc est, quod suprà quoque annotavimus, solere poëtam hunc copulativis particulis pro disjunctivis uti. Ut hoc loco, *Et*, pro *Nec.* Dicendum enim erat: *Nec* in tanta formidine pars populi lugentis erat &c. MICYLL. Vide ad v. 374.

237 PARRHASIS] Arcadica, ut Virgilius dicit.

- - - - - - *Parrhasio de more licet.*

Helicen *Calisto* (*Calistonem* Voss. pr.) dicit, quae à Jove compressa, & in ursam mutata, in sidus septentrionis receptaest. SCHOL. Alii Jovis nutrices

Parrhasis [a] obliquos [b] Helice cum verteret axes,
Atria cognati pulsat non ampla Catonis.
Invenit insomni volventem publica cura
Fata [c] virum, [d] casusque [e] Urbis, cunctisque timentem,
Securumque sui; farique his vocibus orsus.
Omnibus expulsae terris, olimque fugatae
Virtutis jam sola fides, quam turbine nullo
Excutiet fortuna tibi; tu mente labantem
[f] Dirige [g] me, dubium [h] certo tu robore firma.
Namque alii Magnum, vel Caesaris arma sequantur:
Dux Bruto Cato solus [i] erit. pacemne tueris,
Inconcussa tenens dubio vestigia mundo?

An

Variae Lectiones.

a *oblicos* V. 1. b *Helicae* MSS. qdd. *Elice* MSS. & Edd. qdd. c *virûm* Asc. Ald. Col. Steph. d *casus* B. 1. e *orbis* W. pro Var. L. f *erige* B. 1. *derige* R. pr. g *me dubium*, Edd. multae ante Grot. male. h *tu certo* B. 1. M. i *eris* B. 1.

trices fuisse Helicen, & Cynosuram, dixerunt, atque inde nomina sideribus facta. Vide Diodorum lib. v. Antiquit. MICYLL.

237 CUM VERTERET] *Converteret* Msc. vitiose. BERSM. & unus Voss. Citat haec verba Lutatius ad Statium L. VII. Theb. 8.

238 COGNATI] Soror enim Catonis nupta Bruto Majori fuerat, unde natus est Brutus, cujus Cato avunculus fuit. SCHOL.

239 INSOMNI] Ideo *insomni cura* dicit, quia quisquis curam gerit ingentem, ratio sibi somnum adimit. SCHOL. In Amstel. Mst. *insomnum*: quod placuit J. Scherpezelio ad Homer. Il. B. 61.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Mihi secus videtur, & omnibus, qui poëtas legunt, rebus adscribentes ea, quae personarum sunt, illas res agentium.

246 SEQUANTUR] Duo Pulm. & Voss. tert. pro Varia lectione *sequentur*. *Sequuntur* unus Bersm. Regius recentior, Wittian. Hulst. Marp. & meus, quomodo Sulpitius, & Hortensius ediderunt; putantque, esse narrationem facti, & caussam dubii consilii, quod videat civitatem in duas partes divulsam. Sed perperam. Dicit Brutus, se, quidquid agant alii, & quemcumque sequantur, soli Catoni, ejusque consilio obsequi velle: quare vulgatum retineo. Si *sequuntur* valet, melius scripsisset *dumque* pro *namque*.

250 INMIXTUM CIVILE ABSOLVERE BELLUM] Locus est paullo obscurior. unde fortasse pro *inmixtum* scribendum est *inmixto*. *An placuit tibi inmixto absolvere?* *Absolvere* autem exponit Scholiastes, *Innocens facere, & est defensio omnium ad haec bella venientium, si idem fecerit Cato.* Malim ego eorum expositionem praeferre, qui explicant per *perficere*, justum bellum facere, consummare, omnes justi belli partes inplere, ita ut nihil desit, quo minus bellum, sed tumultus, aut seditio, & factiones vocentur. *Actio absolutissima* i. e. omnibus partibus perfecta Plinio Lib. I. Epist. 20. *Absolvere beneficium* Liv. Lib. II. c. 2. Doctissimo, & ingeniosissimo Viro, mihique amicissimo, Jac. Phil. Orvilio placebat aliquando *absorbere*. Hoc sensu. An tu etiamvis inmixtus ceterorum casibus absorberi à civili bello, & ei inmergi? adducebatque exempla Nepotis in Attico c. 6. *Neque tamen se civilibus fluctibus committeret.* Horat. L. I. Ep. 2, 22.

Adversis rerum inmersabilis undis.

Catull. ad Manlium.

Accipe queis merser fortunae fluctibus ipse.

& paullo post,

Tanto te absorbens vertice amoris Aestus.

Cicero de Clar. Orat. c. 81. *Hunc quoque absorbuit aestus gloriae.* Eleganter Horat. L. II. O. 7, 15.

Te rursus in bellum resorbens
Unda fretis tulit aestuosis.

Absorbere autem ἀρχαικῶς penultima correpta protulisset, ut & alii alia fecerunt. Tibull. L. IV, 171. *Sorberet undas*. Adde N. Heinsium ad Ovidium in Add. p. 457. & ad Metam. IX, 171. Sed cum nihil

An [a] placuit, ducibus ſcelerum, populique furentis
Cladibus inmixtum civile abſolvere bellum?
Quemque ſuae rapiunt ſcelerata in proelia cauſſae:
[b] Hos polluta domus, legesque in pace timendae;
Hos [c] ferro fugienda fames, mundique ruinae
Permiſcenda fides. nullum furor egit in arma.
Caſtra petunt magna victi mercede: tibi [d] uni
Per ſe bella placent? quid tot [e] duraſſe per annos
Profuit inmunem corrupti moribus aevi?
Hoc ſolum [f] longae pretium virtutis habebis:
Accipient alios, facient te bella nocentem.
Ne tantum, ô Superi, liceat feralibus armis,

Has

VARIAE LECTIONES.

a *ducibus pl.* B. 1. b *Hos, Nos* A. c *fug. fam. fer.* H. d *ſoli* Marp. e *durare* V. ſec. tert. W. R. pr.
f *longe* MSS. & Edd. qdd.

hil mutent ſcripti, & noſter in talibus ſecundam malit conjugationem, ut clariſſime videbimus ad Lib. VI, 179. diutius pro ingenioſa hac conjectura pugnare nolit.

251 QUEMQUE] Videtur Ciceronem expreſſiſſe pro Sextio c. 46. *Etenim in tanto civium numero magna multitudo eſt eorum, qui aut propter metum poenae, peccatorum ſuorum conſcii, novos motus quaerant &c. aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint, quam ſuo, deflagrare.* BROUKHUS.

254 PERMISCENDA FIDES] Ut, qui fidem ſervare noluerint, velint eam penitus extinguere cum mundi labe. SCHOL.

254 FIDES] De obaeratis loquitur, qui privatam fidei ſuae ruinam permiſcere publicae cupiebant. GROT. Sic recte Grotius, & ante eum Hortenſius aliique. Nonnulli, ut Omnibonus, Aſcenſius, & Berſmannus capiunt haec de fide conjuratis ſervata cum mundi ipſius ruina. Male. proprium debitoribus vocabulum eſt *Fides*. Vide Ciacconium ad Caeſar. L. III. B. Civ. c. 1. *Fides tota Italia anguſtior*; & viros doctos ad Velleium Lib. II. c. 126. *Revocata in forum fides, ſubmota foro ſeditio, ambitio campo, diſcordia curia.* & de hac fide noſtrum loqui, vel ſolus Cicero paullo ante citatus confirmat. Male *ruina* Aſcenſii, & Micylli Edd.

255 MERCEDE] Mercedem dixit illam cauſſam, qua ducuntur ad bellum, dum volunt inpunita eſſe, quae fecerant. SCHOL.

256 PER SE] i. Si tamen placuerint, pugnabis non aliqua cauſſa, ſed ſolo amore bellorum civilium, quod pejus eſt. *Immunem* i. e. innocentem. IDEM.

257 CORRUPTI] Sic primus, quod ſciam, edidit Grotius. Antea ſcribebatur *corruptis*. res eodem redit, & tam *ſeculum &c. corruptum*, quam *mores corruptos* dicunt auctores. Praetero tamen hic quoque *corrupti*, quod firmant unus Berſm. primus & quart. Voſſ. Witt. Reg. Sec. & Marpurg. Oxon. pr. *correpti*. *Correptis* Amſt. *Mores corrupti aevi.* Sunt *morum tempora diverſa*, ut loquitur Tacitus, vel, ut Salluſtius *effoeta parentum tempeſtas*, aliaque, de quibus late egit J. F. Gronov. Obſerv. L. I. c. 2. Retinui etiam praeced. verſu poſt *placent* ſignum interrogationis cum Aſc. Mic. Hort. & Grotio. Ceteri carent eo. Sed neſciebat Brutus, quid Catoni placeret, veneratque exploratum, quae ipſius eſſet ſententia. Sequenti vero verſu delevi interrogandi notam, quae ibi locum non habet, & in ſola Grotii editione invenitur.

260 NE TAMEN] *Non tantum* Mſc. duo. Tertium *Nec tantum*. BERSM. *Nec tantum* omnes libri Pulmanni, & Editiones Sulpitio priores. In meis nullo excepto *ne tantum*, ut bene edidit Grotius. *Ne tamen* Oxon. pr. Sulpitius, Aldus, ceterique eos ſecuti.

260 FERALIBUS] In Voſſiano ſec ſupraſcriptum eſt *al. civilibus*. Edd. Veneta, Brixiana, & Mediol. *furialibus*: ut L. I, 200.

- - - - - - *non te furialibus armis*
Perſequor.

Furialia bella Silius Ital. L. VIII, 411. ſed nihil contra MStos mutandum. vſ. 374.

Ut primum ſolli feralia viderat arma.

L. VI.

Has etiam movisse manus: [a] nec pila lacertis
Missa tuis coeca [b] telorum in nube ferantur:
[c] Nec tanta incassum virtus eat. ingeret omnis
Se belli fortuna tibi. quis [d] nolit in isto
Ense mori, quamvis alieno vulnere labens,
Et scelus esse tuum? melius tranquilla sine armis
Otia solus [e] ages, sicut coelestia semper
Inconcussa suo volvuntur sidera lapsu.
Fulminibus [f] propior terrae succenditur aër,
Imaque telluris [g] ventos, tractusque [h] coruscos
Flammarum accipiunt: nubes excedit Olympus
Lege deûm: minimas rerum discordia turbat:
Pacem summa tenent. quam [i] laetae Caesaris aures
Accipient,

VARIAE LECTIONES.

a *ne* B. 1. b *bellorum* V. 1. a m. pr. c *ne* R. 1. meus. d vulgo *nolet ab isto*. e *agas* B. 1. V. 1. f *terrae propior* H. & Serv. ad Aen. VIII, 454. *proprior* meus. g *flatus* B. 1. h *secundos* R. 1. suprascr. *coruscos*. i *laete* vulgo.

L. VI, 397. *bellis feralibus omen*. In notis autem Omniboni Vicentini, Editionibus Brix. & Mediol. subnexis, explicatur *feralibus*. Idque saepe deprehendo aliter in ipso textu legi, quam in notis exponitur. Quod inde venit, quia notae prolixiores sub nomine Omniboni emissae, quasque Taberius in sua Brixiana editione decurtavit, tamquam non omnes ab Omnibono ipso scriptas, jam editae sine perpetuo textu fuerint A. MCDLXXV. ante secundam Lucani editionem, quae, ut videre est in Catalogo, est Veneta A. MCDLXXVII.

263 EAT] *Erat* Msc. mendose. BERSM.

264 FORTUNA] i. e. Ut omnes tu solus occidas. vel aliter. Omnis eventus belli tibi deputabitur, ut omnes tu solus vincas. SCHOL.

264 NOLIT] Rescripsi *nolis* fide duorum vetustissimorum Vossii codicum, ut & quarti, Witt. Regii pr. unius Pulm. & Bersm. *nolles* duo Pulm. Voss. quint. cum meo. *velles* Hulst. vulgo *nolet*.

265 AB ISTO ENSE MORI] Multo est efficacius, quod habet MS. Puteanor. & R. habuit manu priore, *in isto Ense mori*. sicut induere ensem aliquis dicitur. GROT. *In isto* etiam exhibent tres Msti Pulm. quatuor Vossiani vetustiores, uterque Regius, Marpurg. & Oxon. pr. quod doctius, & acutius est, quam ut ab inperitis librariis proficisci potuerit. Mstorum itaque auctoritate veram Lucano manum restitui. Sic *induere ense*, & similia. Virgil. Lib. X. Aen. 682.

An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem.

Ovidius Lib. XII. Metam. 339.

- - - - - - *pondere corporis ornum*
Ingentem fregit, suaque induit ilia fractae.

Senec. Herc. Fur. 1312.

Letale ferro pectus inpresso induam.
Hic hic jacebit Herculis sani scelus.

ubi vide J. F. Gronovium. Contra *exsuere telum*, *hastam &c.* Vide Burmann. ad Valer. Flacc. L. VI, 253.

- - - - - - *cursibus exsuit hastam.*

Propius ad rem Silius Italic. Lib. XII, 385.

- - *dira inde lues, caeduntque caduntque*
Alternique animas saevo in mucrone relinquunt.

Quodammodo huc etiam pertinet illud, quod est in Mstis, Lib. IX, 615.

- - *fatum in dente minari*. Ubi vide plura.

268 INCONCUSSA] Seneca: *Talis sapientis animus, qualis mundi status supra Lunam. semper illic serenum est &c.* Epist. LIX. GROT.

268 VOLVUNTUR SIDERA LAPSU] Unus Bersm. & meus *motu*. ut apud Senecam L. IV. de Benef. c. 23. *Motus siderum*. sed & ibid. *labentia sidera*. Valer. Maxim. Lib. III, 3, Ex. 4. *Ambitum maris, siderum motus*. Lib. VIII, 7, Ex. 2. *Siderum motus, cursusque stellarum*. *Cursu* hoc loco etiam est in uno

Accipient, tantum venisse in proelia civem!
Nam praelata suis numquam diversa dolebit
Castra ducis Magni. nimium placet [a] ipse, Catoni
Si bellum civile placet. pars magna [b] Senatus,
[c] Et duce privato gesturus proelia Consul
Sollicitant, proceresque alii: quibus adde [d] Catonem
Sub juga [e] Pompeji; toto jam liber in orbe
Solus Caesar [f] erit. [g] quod si pro legibus arma
Ferre juvat [h] patriis, libertatemque tueri;
[i] Nunc neque Pompeji Brutum, [k] neque Caesaris hostem,
Post bellum victoris habes. Sic [l] fatur. at illi
[m] Arcano sacras reddit Cato pectore voces:
Summum, [n] Brute, nefas civilia bella fatemur:

Sed,

VARIAE LECTIONES.

a *illa* B. 1. b *senectus* V. tert. a m. pr. c *cum* O. d *Catones* V. tert. a m. pr. e *Pompei* hic & infra MSS. qdd. f *ait* Voss. pr. g *quid* V. 1. h *patriae l.* V. qu. & Glossae V. sec. i *tunc* V. sec. k *nec* Edd. quaedd. sic L. 1, 350. l *fatus* V. 1. O. m *Archano* MSS. hic & alibi. n *posse* Ed. Parm.

uno Voss. pro varia lectione. Sed & *motu*, & *cursu* glossae sunt τ8 *lapsu*. *labitur sidus* Seneca Cons. ad Helv. c. 6. Statius Lib. 1. Theb. 409.

Igneа multivago transmittis sidera lapsu.

VIII, 177.

Quis mihi sidereos lapsus &c. & passim. Totidem verbis Virgil. Aen. IV, 524.

Cum medio volvuntur sidera lapsu.

271 OLYMPUS] Mons est Macedoniae, in quem dicunt, fulmina non pervenire, quod extra (*supra* Witt.) nubes evectus sit, per quas fulmina deferuntur in terras. SCHOL.

272 LEGE] Imperio, vel voluntate. Quod ait *nubes excedit Olympus*. Sic reddidit (*sensus est* Voss. pr.) permitte bello civili eos turbari, qui infiniti sunt. Tu, qui es altus, & magnus, in hac tempestate civili esto securus. IDEM.

273 PACEM SUMMA TENENT] Pro *summa* in quinque Pulmanni, tribus Bersmanni, Oxon. pr. & plerisque meis est *magna*, cum Edit. Veneta, Brix. & Mediol. quamquam *summa* etiam habent notae Omniboni. quod etiam servo cum Voss. tert. Amstel. Wittiano, ac Vossiano sexto pro varia lectione. Nam *summa* etiam citat Servius ad Virgil. Aen. I, 62. VIII, 454. Expressisse autem Lucanus videtur elegantissimum Senecae locum de Ira L. III, 6. *Pars superior mundi, & ordinatior, ac propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem: omni tumultu caret. Inferiora fulminant. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, intra se premens, quibus ira contrahitur, modestus & venerabilis est, & compositus.* ubi vide Lipsium. Praecedenti versu multi editores distinguunt post *Olympus*; & jungunt *Lege deûm minimas*. sed eodem res redit. Dein pro *laete* rescripsi *laetae*, auctoritate veterum Edd. & septem meliorum Codicum. mutaverat primus Gryphius; cum de vera lectione dubitasset jam Ascensius.

276 IPSE] Scilicet sibi ipsi Caesar, si Catoni placet bellum civile; quippe quod ipse commovit. SCHOL.

278 CONSUL] Lentulus, & Gellius (sic. MSS. hic & infr. vs. 565. sed fuit *Marcellus*) qui tunc consules erant. IDEM.

279 SOLLICITANT] De Catone intelligendum videtur, non de Bruto, ut sit sensus: *Senatus, & Consules sollicitant, & instigant te*, scilicet Catonem, *ut unà capessas bellum & arma, quibus si accesseris, jam nemo restabit liber praeter Caesarem &c.* Aut certè, ut in genere de omnibus accipiatur, quasi dicat. *Senatus, & Coss. communiter sollicitant, & impellunt omnes ad arma secum capessenda: quibus si tu quoque accesseris &c.* MICYLL. Sulpitius, & Ascensius supplent *me*, scilicet Brutum; Omnibonus *Pompeium*, pessime. Scholia cum aliis *te*, scilicet *Catonem*: sed recte Micyllus monuit in genere accipiendum esse, *Sollicitant omnes.* ut solet passim fieri, quando casus verbi omittitur.

280 LIBER IN ORBE SOLUS CAESAR] Aeschylus Prom.

Ἐλεύθερος γὰρ ἐστιν οὐδεὶς πλὴν Διός.

Euri-

Sed, quo fata trahunt, virtus secura sequetur.
Crimen erit Superis, & me fecisse nocentem.
Sidera quis, mundumque velit [a] spectare cadentem
Expers ipse metus? quis, cum [b] ruat arduus aether,
Terra labet, mixto coëuntis pondere mundi,

• Compres-

VARIAE LECTIONES.

a *spectasse* P. 1. b *ruit* V. 1.

Euripides.

Τῶν βαρβάρων γὰρ δῦλα πάντα πλὴν ἑνός.

GROT. Ed. tert.

281 SOLUS] Quia caeteri erunt sub jure Pompeji. SCHOL.

284 POST BELLUM] Innocentiae est, quod bellis civilibus non vult interesse: virtutis, quod post bella se spondet victoris inimicum. IDEM.

284 HABES] Ita reposui, monentibus id omnibus scriptis, & editis libris ante Grotianam ἔκδοσιν, in qua & seqq. *habe.* Rectissime vero exponit Omnibonus; *quod si pro patria, & libertate arma capi velis, scito, me ante victoriam nec Caesaris, nec Pompeji hostem esse; post bellum vero me hostem fore victoris.* Opponuntur *nunc*, & *post bellum.* unde patet, non esse mutandum cum aliis in *Hunc*, δεικτικῶς.

289 SIDERA] Comparat hic civile bellum ruinae mundi, ut ille Olympo Catonem. SCHOL.

289 VELIT] Duo MSS. Bersmanni *valet* cum Vossiano sec., Ed. Ascens. & Mediol. 1508. rectius. non enim non vult modo, sed non potest. *volet* Micyll. & Hortens.

292 COMPLOSAS] Ita manuscripti. GROT. Ut apud Senecam Lib. 1. de Ira c. 1. *Complosae saepius manus.* Quinctil. L. XI. Instit. c. 3. *Complodere manus scenicum est*; & alibi. atque hoc loco est in duobus Pulmanni, Marp. & Vossiano quinto à manu sec. uti & in Regio secundo pro varia lectione. Ceteri Mssti omnes, & editi ante Grotium *compressas.* nisi quod Voss. quart. & Amstel. habent *complexas.* Non temere ego damnem *compressas*; quare restitui: & videtur esse proverbialis locutio, de illis, qui securi, & otiosi in magnis rebus manent. Livius Lib. VII, 13. *Quid enim aliud esse caussae credemus, cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis, quod ajunt, manibus sedeas?*

293 SIGNA SEQUENTUR] *Bella* Msc. tria & libri aliquot. BERSM. Non novum erat, si Cato otiosus esset, licet externae gentes sequerentur signa Romana. saepissime hoc erat factum: quare malim cum quinque Vossian. optimis, Oxoniensi, & Hulsii Cod. Edd. Roman. Sulpit. Micylli & Hortens. legere *bella*, ut reposui. *bella Romana sequi*, est civili bello inmisceri. Cato in distichis.

Si Romana cupis & civica noscere bella.

Quamquam non nescius sum, frequenter à nostro, & aliis usurpari phrasin, *sequi signa.* cujus exempla congessimus ad Lib. IX, 250.

294 DEDUCTIQUE] *Diductique* Msc. hoc est, divisi, disjuncti. BERSM. Rectissime; atque ita duo Pulm. & novem nostri cum Omniboni, ac Sulpitii Edd. Scribendum etiam sic esse, monuit Cl. Drakenburg. ad Silium Ital. L. XV, 187.

Qui sua nunc trinis diducunt agmina castris.

Saepe ita erratum apud nostrum, & alios. Plura dicemus ad Lib. III, 584. *Robore diducto.* Apud Plinium quoque Lib. II. Epistol. 19. malim *diductum in partes audientium studium*, quam *deductum.*

295 FUROREM] Hoc *furorem* dicit; nosse esse in periculo civitatis. SCHOL.

296 DACAS GETASQUE] Sulpitius leviter hunc locum transilit, quasi paulo antè expositum: & Badius apertè de Septentrionali populo exponit: nempe (ut ego puto) ad Danubium, quemadmodum nos antè docuimus. Decepit utrumque socium nomen *Getae*, quod utrobique ponitur. Sed non satis attentos fuisse, ostendit syllabarum ratio. Nam in *Dacus* prior syllaba apud Latinos (quod quidem sciam) authores perpetuo longa est. Martial. lib. VI.

Grande jugum domita Dacus cervice recepit.

Virg. primo Georgicῶν.

Et conjurato descendat Dacus ab Istro.

Quem Statius imitatus lib. I. Theb.

Et conjurato dejectos vertice Dacos.

Hoc verò in loco, *da* syllaba corripitur. Qui nostra aetate de syllabarum ratione scribunt, *Dacus* masculinum produci contendunt: corripi verò foemininum, adductis tum ex Silio, tum ex Marone exemplis, quorum alter lib. XIII. ita ait.

Cursu signa tulit, cui pervia Bactra, Dacaeque.

Maro

[a] Compressas tenuisse manus? [b] gentesne furorem
Hesperium ignotae, Romanaque [c] bella sequentur,
Diductique [d] fretis [e] alio sub sidere reges?
Otia solus agam? procul [f] hunc arcete furorem,
O Superi; motura [g] Dahas [h] ut clade, Getasque,

Securo

VARIAE LECTIONES.

a *complosas* Ed. Grot. & seqq. b *gentesve* A. c vulgo *signa*, & *deducti*. d *freto* meus. e al. *aliis* V. sec. f *hinc* P. 1. B. 1. H. g vulgo *Dacas*. h *in* V. 1.

Maro autem VIII. Aeneid. ad finem.

Indomitique Dacae.

Caeterum eumdem etiam esse populum *Dacos*, & *Dacas*, adjecit Calepinus. Sed omnes hi longè falluntur. *Dahas* enim, non *Dacas* legendum est, cum in Silio, tum in Marone: qui populus est ad mare Caspium, & (ut Strabo in VII ait) longè ad Hyrcaniam positus. Ptolemaeus inter Margianos, Plin. lib. VI. cap. 17. inter Scytharum gentes enumerat, quod probè huic loco convenit. Nam Cato vult dicere, si ex tam longinquis locis veniunt in auxilium urbis populi, egone securus degam? Id admonere lectorem, visum est admodum necessarium: ingens enim hallucinatio est, & à paucis animadversa. Admonuimus de *Dais*, etiam in V. & VII quartae Decados in Livium, annotationibus nostris. In Silio haud obscurum est de *Dais* eum loqui: quippe de populis extremi Orientis, ab Alexandro victis. In octavo autem Aeneidos, non ita certum; quod ibi & alii populi in ea pictura confusissimè narrantur. Verum quia in Georg. primum producit, non est dubium hic de alio quopiam populo loqui. Herodot. lib. I. inter Persarum gentes Daos ponit, genere masculino, si codex non errat: & δάας acuto accentu in priore syllaba, non circumflexo, δᾶας, ut perperam quidam Ptolemaei codices habent, legendum, cum prior sit brevis. Strab. lib. XI. *Daas*, Sparnos nominatos ait. Sed paulò pòst, *Ex Dais*, inquit, *alii Sparni*, *alii Xanthii*, *alii Pissuri appellantur*. Sed altero loco mendum esse oportet. GLAREAN. Hoc est, Barbaros ac Scythas, populos omnium maximè inhumanos, & ἀγρίους. πάθος à majore est. Caeterùm qui de syllabarum temporibus scribunt, locum hunc ita corrigendum censent, ut pro *Dacas*, *Dahas* legamus, propterea quod *Dacorum* nomen aliàs *a*, longa ponatur, ut infrà lib. VIII.

- - - - - - *Et ne qua vacarent*
Arma vel Arctoum Dacis, Rhenique catervis
Imperii nudare latus &c.

Et apud Statium lib. I.

Et conjurato dejectos vertice Dacos.

Item apud Martial. lib. VI. Epigram.

Grande jugum Dacus domita cervice recepit &c.

Dahae autem pro populo Scythico & apud Strabonem legitur lib XI. ubi inquit: Τοὺς δ' οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος προσοικοῦντας νομάδας, Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι. Et apud Virgilium Aeneid. VIII.

Indomitique Dahae, & pontem indignatus Araxes.

Quare & infrà libro septimo versum hunc:

Nec vetitos errare Dacas in moenia ducat:

eodem modo corrigunt, ut pro *Dacas*, *Dahas* reponant. Et apud Silium lib. XIII. versum:

Cursu signa tulit, cui pervia Bactra, Dahaeque.

Ubi vulgo *Dacaeque* legitur. Quod quidem tametsi probabili ratione fiat, ego tamen certum non habeo, quod de hac lectione affirmem. Poterat enim & *Sacas*, pro *Dacas* legi, quod nomen etiam ipsum apud poëtas priore brevi ponitur. Ut apud Claudianum lib. I. de laudibus Stiliconis:

- - - - - - *Hic crine decorus*
Armenius, hic picta Saces, fucataque Medus,
Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus.

Sunt autem & *Sacae* populus Scythicus, de quibus Strabo eodem lib. XI. οἱ δὲ μὲν δὴ πλείους, inquit, τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι, Δάαι προσαγορεύονται. τοὺς δὲ προσεῴους τούτων μᾶλλον Μασσαγέτας, καὶ Σάκας ὀνομάζουσι. Et Herodotus libro septimo: οἱ δὲ .ιἔρσαι, inquit, πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. Quare liberum erit, hanc vel illam lectionem sequi. Nam quod quidam differentiam in genere faciunt, & *Dacus*, masculinum, priorem longam habere, *Dacas* autem foemininum, eandem priorem corripere dicunt, ineptius videtur, quàm ut de eo meminisse conveniat. Cur enim non potius poëtarum licentiae hoc daretur, qui & in aliis compluribus easdem saepe syllabas alibi corripiunt, alibi producunt. Sed haec haectenus. MICYLL. Addamus & hoc obiter, *Daas* apud Graecos citra

 aspira-

Securo me, Roma cadat. ceu morte parentem
Natorum orbatum, longum producere funus
Ad [a] tumulos [b] jubet ipse dolor: juvat ignibus atris
Inseruisse manus, constructoque aggere busti
Ipsum atras tenuisse faces: non ante revellar,
Exanimem quàm te [c] complectar, [d] Roma, tuumque
Nomen, libertas, & inanem prosequar umbram.
Sic eat. inmites Romana piacula divi
Plena ferant: nullo [e] fraudemus sanguine bellum.
O utinam coelique [f] Deis, [g] Erebique liberet,
Hoc caput in cunctas damnatum exponere poenas!
Devotum hostiles Decium [h] pressere catervae:
Me geminae figant acies, me barbara telis
Rheni turba petat: cunctis ego [i] pervius [k] hastis

Excipiam

VARIAE LECTIONES.

a *tumulum* vulgo. b *vocat* B. 1. *juvat* B. 1. V. tert. A. Ed. Brix. c *contempler* pro Var. Lect. V. sec. *complecter* meus. d *coma* A. e *fraudemur* V. 1. f *Diis* R. 1. V. 1. H. A. g *Herebique* V. pr. W. meus. h *ut pressere* B. 1. V. sec. i *praevius* B. 1. k *astis* V. 1. R. pr.

aspirationem scribi, cum *a* quibusdam Latinorum *h.* aspiratio interponatur, ut non *Daae*, sed *Dahae* scribant. HORTENS. *Daas*, poterat & *Sacas* pro *Dacas*, quod in nonnullis libris est, legi. Vide Micylli Annotationes. PULM. *Dacas.* Micyllus *Dahas* substituit & *Sacas*; quod *Dacus*, sive *Dacas* priorem producat. Sed magna est in nominibus propriis poëtarum licentia. Strabo *Daas* Scythiae populos facit Libro XI. quorum & Virgilius meminit in fine VIII. atque ita fortasse legendum. BERSM. Scribe cum manuscriptis *Daas*, ut saepe apud poëtas. Nam *Daci* vox primam producit. GROT. Delrio in Commentariis, ubi multa de his populis collegit, ad Senecam Thyest. v, 370. hic & Lib. VII, 429. *Dacas* etiam retinere malebat. Sed male. Nulli sunt *Dacae*, sed *Daci*, prima syllaba producta. *Daas* itaque cum Hortensii & Pulmanni Editionibus ac Grotio: vel *Dahas* cum Jac. Bononiensi, T. 1. Thes. Crit. p. 671. Glareano & Micyllo est scribendum; quomodo etiam hic in Bohur. & passim in optimis esse manuscriptis, monent Pierius ad Virgilium, & Gronovius ad Senecam. neque aliter hoc loco in Variantibus Pulmanni lectionibus, & Vossiano tertio ac quarto. Plerique Codd. *Dachas.* *Dacos* in Voss. pr. & *Dacas* in Voss. sec. & Witt. atque Amstel. reperi. Plura vide in notis doctissimi Drakenborchii ad Silium Italic. Lib. XIII, 764.

Cui pervia Bactra Dahaeque.

298 PRODUCERE] Quod populi turba prosequitur, proprie dixit *producere.* SCHOL.

299 AD TUMULOS] Sic rescripsi ex Mstis Pulm. omnibus, tribus Bersm. Oxon. pr. ac cunctis à me, excepto meo, consultis, uti & Edd. priscis, praeter Edit. Parmensem, aliisque. Quod & poëticum magis, & cum *natorum* convenit, & quater repetitum *um* semel saltem amovet. *Tumulum* est a Sulpitio, quem suo more Aldus, Colin. Steph. Gryphius, & dein reliqui sunt secuti.

303 NOMEN] Quia solum nomen libertatis remansit. SCHOL.

303 PROSEQUAR UMBRAM] *Persequar* Msc. tria. non male. BERSM. *Persequar* quidem habent etiam omnes Pulmanni Codices, & novem ex nostris cum Edd. Parm. Veneta, Brix. Mediol. & Hortensii. sed nihil est mutandum. *Prosequar* servant Vossianus primus, Regius prim. Marp. Hulstii & Oxon. pr. cum ceteris Editis. Ovidius Epist. Heroid. XI, 119.

Ipsa quoque infantes cum vulnere prosequar umbras.

ut recte N. Heinsius. ante *persequar.* Ep. XVII, 145. *te si prosequar.* & passim *prosequi* abeuntem amicum dicimur. *Nomen, & inanem umbram* jungit, ut Plinius Lib. 1. Epist. 23. *Quid esse tribunatum putes? inanem umbram, & sine honore nomen;* & apposite idem L. VIII. Ep. 24. *Reliquam umbram, & residuum libertatis nomen eripere.* *Umbra libertatis*

Excipiam medius totius vulnera belli.
Hic redimat sanguis populos: [a] hac [b] caede [c] luatur,
Quidquid Romani meruerunt [d] pendere [e] mores.
Ad juga cur [f] faciles populi, cur [g] saeva volentes
Regna pati pereunt? me solum invadite ferro,
Me frustra leges & inania jura [h] tuentem:
Hic dabit, hic [i] pacem jugulus, finemque [k] laborum
Gentibus Hesperiis: post me regnare volenti
Non opus est bello. [l] quin publica signa, ducemque
Pompejum sequimur? nec, [m] si fortuna favebit,
Hunc quoque totius sibi jus promittere mundi,
Non bene compertum est: ideo me milite vincat,
Ne sibi se vicisse putet. Sic [n] fatur; & acres
Irarum [o] movit stimulos, juvenisque [p] calorem

[a] Ex-

VARIAE LECTIONES.

a *ac* V. 1. b *clade* P. 1. M. H. V. tert. pro Var. L. c *lavetur* H. *juvatur* Ed. Ven. d *perdere* P. 2. B. 1. V. pr. R. pr. W. O. meus. V. sec pro Var. L. Ed. Rom. Ven. e *manes* M. f *pop. fac.* V. 1. g *laeva* B. 1. h *tenentem* B. 1. i *jug. pac.* B. 1. *jugulus* H. k *malorum* P. 4. B. 3. V. 2. H. Oxon. pr. aliique pro Var. Lect. vide ad L. v, 481. l *quin t pub.* B. 1. m *non* B. 1. n *fatus* V. sec. o *monuit* B. 1. p *furorem* V. 1. in marg. *cal.*

tatis infra L. III, 146. De *nomine*, vide ad Lib. I, 314. & Drakenb. ad Silium L. I, 293. Seneca dicit de Constantia Sapientis c. 2. *Neque enim Cato post libertatem vixit, nec libertas post Catonem.*

304 SIC EAT] Elegans formula, quam adhibuit noster etiam Lib. v, 297.

Sic eat, o Superi: quando pietasque, fidesque
Destituunt.

&, ut videtur ad nostri imitationem, ex Heinsiana correctione non uno loco Claudianus. Vide ad Lib. II. in Eutrop. 155.

Sic eat: in nostro quando jam milite robur
Torpuit.

Seneca Epist. v. *Nec miror ista sic ire.*

305 PLENA] i. nemo desit civilibus bellis. SCHOL.

306 LIBERET] *Liceret* plerique libri. nos retinuimus, quod in tribus Mstis extabat. BERSM. *Liberet* exhibent quoque Pulmanni Codices, & sex nostri, ac Voss. tert. pro varia lectione, cum editione Veneta & Mediolan. A. 1508. Idoneo satis sensu; ut scilicet à Lucano inducatur Cato, ut vere Romanus civis, qui patriae majorem rationem, quam sui habens, se sollemni, & saepius usitata devotionis formula pro patriae salute morti offerens, Deos superos, inferosque precatur, ut sua morte contentis libeat illis, ceteros servare. Quare cum Grotio *liberet* etiam retinui. Placet tamen magis alterum *liceret*, quod est in meis septem antiquioribus libris, & editis praeter nominatos, quod sciam, omnibus: uti & in Prisciano c. 737, 1004. Ut non solum loquatur, tamquam Romanus, sed etiam ut Philosophus Stoicus, qui existimabat, id à voluntate Deorum non pendere, sed lege aeterna, qua se quoque tenent Dii; ut alibi canit auctor. In hac sententia etiam videtur Scholiastes fuisse; nam ad hoc verbum dicit. *Ideo vult hoc fieri, quia fata jusserunt.* Voss. sec. *quia accusarunt fata.*

308 DECIUM] Decii duo fuerunt, quorum alter Latino bello se vovit, alter Saguntino. SCHOL.

310 PERVIUS] i. e. per quem omnium tela possint transire. IDEM.

314 AD JUGA] Ad servitutem more captivorum. IDEM.

317 PACEM] Sive ideo dicit, ut occidatur, sive quia, postquam se apud Uticam occidit, vere pax effecta est. IDEM.

318 NON OPUS] Quippe quia reliqui ad juga sunt faciles, & se servire patiuntur. IDEM.

323 NE SIBI] Ita legendum, non *nec*. Haec quoque inquit, justa causa est, cur Pompejo militem, ut vel hinc intelligat, causam agi non suam, sed publicam: & si eadem quae Caesar cogitat, eundem me ipsi futurum, qui nunc sum Caesari. GROT.

[a] Excitat in nimios belli civilis amores.
Interea, [b] Phoebo gelidas pellente tenebras,
Pulsatae [c] sonuêre fores: quas sancta relicto
[d] Hortensî moerens [e] inrupit Marcia busto;
Quondam virgo [f] toris melioris [g] juncta mariti:
Mox ubi connubii [h] pretium, mercesque soluta est,
Tertia jam suboles, alios fecunda penates
Inpletura datur, geminas & sanguine matris

Permix-

VARIAE LECTIONES.

a Hic versus abest a meo Codice. b *gelid. Ph.* B. 1. c *insonuere* V. tert. M. *tonuere* V. qu. a m. pr. d *Ortensî* V. 1. H. e *incrumpit* R. 1. f *thoris* MSS. g *vincla* M. h *merces pretiumque* A.

GROT. Ed. pr. Rectam esse hanc emendationem, docent MS. P. & T. IDEM. Ed. sec. Bersmanni duo, & omnes mei, excepto Voss. sec., item editi ante Sulpitium *ne*, ut bene restituit, atque hanc caussalem particulam explicuit Grotius cum aliis, & maxime Omnibono dicente. *Ob hanc caussam victor sit, ut existimet, me milite non sibi, sed reipublicae vicisse.* Idem vero Omnibonus cum aliis errat, quando putat in praecedentibus duas negationes, *nec non* more Graeco magis negare. ut scio fieri nonnumquam. Consule Scaliger. ad Propert. L. IV. El. 4, 66. & Passerat. ac Broukhus. ad L. II, 15, 5.

Nulla neque ante tuas orietur rixa tabernas.

Sed id huc trahi non opus est. *Nec non* est maxime, immo optime compertum est. Recte Scholiastes, *scio, & bene compertum habeo, Pompejum, quem sequor, si fortuna faveat, & viceris, totius sibi jus mundi promittere: sed ideo me milite vincat, ne s. s. v. putet, sed scilicet mihi, & per me reipublicae.* De locutione *sibi vincere* vide Vorstium ad Justinum Lib. II. c. 8. *Sed Pisistratus quasi sibi non patriae vicisset.* Claudian. Lib. II. in Rufin. 249.

- - - - - - non est victoria tanti,
Ut videar vicisse mihi.

Plinius Lib. VI. Epist. 10.

Hic situs est Rufus, pulso qui vindice quondam,
Imperium asseruit non sibi, sed patriae.

noster ipse Lib. IV, 793.

Africa nos potius vincat sibi.

328 MARTIA] Haec Martii Philippi filia, Catoni nupserat, sed post tres liberos ab ea susceptos, concessa est Q. Hortensio Oratori, qui in caussis orandis secundum post Ciceronem locum obtinuit. De ea sic in Fastis Ovid.

- - - - Clari monumenta Philippi
Aspicis, unde trahit Martia casta genus:
Martia sacrifico deductum nomen ab Anco,
In qua par facies nobilitate fuit.

SULPIT. Falsus hoc loco Sulpitius videtur, qui Martiam Catonis, & eam, de qua Ovidius in Fastis meminit, eandem facit. Ea enim, de qua Ovidius mentionem facit, Fabii cujusdam uxor fuit, unius ex familiaribus Augusti. In cujus nuptiis Ovidius Hymenaeum se cecinisse ait: uxorem autem suam unà cum illa educatam, & inter illius comites fuisse, Lib. 1. de Ponto, Elegia tertia. Atqui natus fuit Ovid. Coss. Hircio, & Pansa, aliquot annis post bellum civile Pompejanum, quo tempore jam gravior aetate Catonis Martia fuit, ut quae jam tunc aetate provectior fuerit, quando interim ab eo ducta fuit. Quare ad ea tempora, quibus Ovid. illa sive de Fastis, sive ex Ponto scripsit, Martia haec Catonis vivere non potuit. Illa autem altera etiam marito superstes vixit, extremis temporibus Augusti, quando & Ovidius jam exulabat, defuncto. Id quod ex primo Taciti manifestè colligitur. Verùm errorem hunc peperisse videtur, quòd hujus quoque Martiae pater à Plutarcho & caeteris, Philippus nominatur, perinde ut alter ille Augusti vitricus, unde genus suum Ovidiana illa traxit. Reliquam historiam apud Plutarchum vide in Catone. MICYLL. Ceterum male in plurimis manuscriptis, & Editionibus vulgari errore est *Martia*, pro *Marcia*. Vide, quae de hujus vocis Orthographia congessit Cl. Drakenborch. ad Silium Lib. VI, 403.

331 SUBOLES] Sic rescripsi ex tribus veterrimis Vossianis & uno Pulm.: pro *soboles*. & in ceteris nostri locis passim illic id monentibus optimis libris, quod semel monuisse sufficiat. Vide J. G. Vossium in Etymologico, aliosque.

332 Ex

[a] Permixtura domos. sed postquam condidit urna
Supremos cineres, miserando concita vultu,
Effusas laniata comas, [b] contusaque pectus
Verberibus crebris, [c] ciner esque ingesta [d] sepulcri,
Non aliter placitura viro, sic moesta profatur.
Dum sanguis inerat, dum vis materna, peregi
Jussa Cato, & geminos excepi [e] foeta maritos.
Visceribus lassis, partuque exhausta, revertor

Jam

VARIAE LECTIONES.

a *praemixtura* Ed. Rom. b *concussaque* vulgo. c *cineremque* H. d *sepulcro* M. e *feta* MSS. & Edd. qdd.

332 ET SANGUINE] Alii *e sanguine*. Item *ex sanguine*, cognatione materni sanguinis junctura utramque familiam. BERSM. *E sanguine* ab Aldo est profectum, quod recepit etiam Grotius, & sequentes editores. antea scribebatur *ex*, nisi quod in Editione Romana, & Parm. sit *&*; quomodo est in tribus antiquissimis Vossianis, Regio primo, Witt. & meo. *ex* habent Voss. duo, *de* Marp.

334 SUPREMOS] i. e. secundi mariti, & susceptorum ab eo liberorum. SCHOL.

335 CONCUSSAQUE] MSS. rectius *contusaque*. GROT. Recepi hanc lectionem, non modo cunctis Pulmanni, & tribus Bersm. Codicibus comprobatam; sed & decem, vel undecim meis, & Editionibus ante Sulpitium, qui saepissime ex uno aut altero codice vulgatam lectionem mutavit, cumque Aldus, & ceteri temere sunt secuti. Hic tamen audientem non habuit Stephanum, qui recte *contusa* cum antiquioribus edidit, vs. 38.

- - - - - *contundite pectora matres.*

L. IX, 105.

- - - - - *planctu contusa peribit.*

ubi eodem modo variatur. Monuit jam id quoque N. Heinsius ad Claudian. B. Gild. 136. *Et contusa genas.* qui illic videndus. *contunsa* Voss. quint. à manu prima. *tunsae pectora palmis.* Virgil. Aen. I, 481.

337 SIC MOESTA] Sive ipsa moesta, sive haec moesta in genere neutro numeri pluralis. SCHOL.

338 DUM SANGUIS INERAT] Producit syllabam posteriorem vocis, *sanguis*. Ut & alibi,

- - - - - *sanguis ibi fluxit Achaeus.*

& Valerius Flaccus:

- - - - - *jussa sanguis exuberet ulna.*

GROT. Adde L. X, 128.

Discolor hos sanguis, alios distinxerat aetas.

Nec noster, & Valerius Flaccus soli, sed etiam Maro, Ovidius, Tibullus, Seneca, aliique ita hanc syllabam usurparunt. Exempla vide sis in notis virorum doctorum ad Valer. Flacc. L. III, 234. & Tibull. I, 7, 72.

Quidquid agat, sanguis est tamen ille meus.

item ad Silium Ital. L. X, 23.

Et color, & sanguis, & tela minora periclo.

Sic *pulvis* Virgil. I. Aen. 478. ut observat quoque Hortensius. Sequentia *vis materna* imitatus esse videtur Valerius Lib. II, 325.

Dum vires utero, maternaque sufficit aetas.

i. e. aetas idonea concipiendo & pariendo. Vitiose autem haec verba exhibentur, *dum vix materna peregi*, apud Lutatium ad Stat. Theb. II, 326.

339 JUSSA] Scilicet tua. Marcia uxor Catonis fuit. De hac postquam tres filios accepit Cato, tamquam conjugio satisfecisset liberis acceptis, Hortensio eam junxit, & ipsi liberos (*filios* Voss. pr.) procreavit; quibus omnibus mortuis, & ipso Hortensio, rediit, ut reciperetur à Catone. SCHOL. Vir summus J. F. Gronovius emendat *justa*, i. e. legitima munera conjugialia, & officium matris familias, concipere, & parere; quam conjecturam ab ipso in Observationum Lib. I. c. 13. propositam, multis argumentis, quia ei non credebatur, confirmare conatus est in Observ. L. IV. c. 6. Verum quidem est, *jussa* hic non posse dici de primo matrimonio Catonis cum Marcia: Femina enim, cum nubit viro, ab ambiente juberi & jussa peragere, non dici potest. Multo absurdius foret *jussa peragere* hic exponere pro maritos excipere, parere, & liberorum quaerendorum officio defungi. Haec esset indecora, praesertim tam castae & gravi matronae, locutio. Sed ad id, quod rogat Vir Celeberrimus; quis audiverit, si aut maritus uxori nuncium remisit, aut uxor a marito divortit, eam viro in mulierem esse potestatem, ut jubere pos-

sit,

Jam nulli [a] tradenda viro. [b] da foedera prifci
Inlibata tori: da tantum nomen inane
Connubii: liceat tumulo fcripfiffe, Catonis
Marcia: nec [c] dubium longo quaeratur in aevo,
Mutârim [d] primas expulfa, an tradita, taedas.
Non me laetorum [e] comitem, rebufque fecundis
Accipis: in curas venio, partemque [f] laborum.
Da mihi caftra fequi: cur tuta [g] in pace [h] relinquar,
Et fit civili [i] propior Cornelia bello?
Hae [k] flexêre virum voces, & tempora quamquam

[a] Sint

VARIAE LECTIONES.

a *reddenda* meus. b *da* deeft in V. 1. c *longo dub.* B. 1. d *sed. primas* B. 1. e vulgo *fociam.* f *laboris* B. 1. H. g *in* deeft Ed. Rom. *in parte* V. 1. & Parm. h *relinquor* P. 1. R. pr. Oxon. pr. Voff. fec. tert. & pr. fed ead. m. fupraf. *ar.* Ed. Ven. Sulp. Mic. i *proprior* V. 1. H. k *v. fl. vir.* H.

fit, cui fecundis ominibus nubat? refpondeo, non hoc poffe dici in vulgaribus divortiis; fed fingularem hunc effe cafum, in quo re vera Marciam Hortenfio, ipfam fibi fubolis gratia à Catone petenti, tradidit, confentiente Marciae patre Philippo, Cato, & ejus voluntati Marcia paruit. Quare jure merito Marcia Catonis auctoritatem apud fe fanctam *juffa* vocavit; eftque captatio benevolentiae à perfona fua, ut bene adnotat Sulpitius. Clare id nos docet Plutarchus in hujus minoris Catonis vita p. 771. Ed. Par. Pro Gronovii conjectura folus ftat Cod. Marpurgenfis, qui habet *jufta*. Recte itaque Scholiaftes fervat & exponit *juffa*.

340 VISCERIBUS LASSIS] *Lapfis* Pulm. unus & meus. *laxis* unus item Pulm. Marpurg. Amftel. & pro varia lect. Voff. tert. Utrumque male. *laffa vifcera* funt effoeta, & conceptui non fufficientia. Plinius Lib. VI. Epift. 21. *Quafi laffa, & effoeta natura, ut nihil jam laudabile pariat.* Claudian. de Raptu Prof. I, 124.

Feffaque poft primos haeferunt vifcera partus.

feffa fenectus fupr. vf. 129. & faepe. Creberrime has voces commutari, vidimus ad finem Lib. I. adde infr. vf. 618. *Reverti* pofitum, ut in eadem re *invertitur* apud Jofephum Antiq. Jud. p. 242. Ed. Lugd. Bat.

242 NOMEN INANE] i. e. fine concubitu. SCHOLIAST.

344 NEC DUBIUM] Senfus hic eft, fi me non receperis, femper dubium apud omnes erit, utrum à te repudiata Hortenfio nupferim, an à te tradita. SCHOL. Rectius autem in duobus MSS. Berfmanni, & Voff. pr. fec. ac quinto eft *me*.

346 LAETORUM SOCIAM] Eleganter Tibullus Lib. III. El. 3, 7.

Sed tecum ut longae fociarem gaudia vitae.

ubi vide Broukhuf. Male autem fit Sulpitio, qui hic rurfus aliam fubftituit vocem, quam à Lucani manu profecta eft. *Comitem* enim fcripfit auctor, ut probant quatuor Pulmanni, tres Berfmanni, & octo mei Codices, cum Editionibus primis, & Aldo. Hanc veram effe lectionem, patet quoque ex aperta Valerii Flacci imitatione L. I, 763.

Me quoque, ait, cafus comitem, quicumque propinquat,
Accipies.

ubi viciffim genitivum *cafus* cum doctiffimis viris non effe mutandum, liquido apparet ex noftro. *Comites ruinae* infra L. III, 290. *fatorum comites* Virgil. II. Aen. 294. *Doloris comes* Seneca de Ira. III, 39. *Comes mortis* Plin. L. VI. Ep. 24. *comites poenaeque, necifque* Silius VI, 500. & paffim. utrumque junxit Statius L. II. Silv. I, 29.

Diri comitem fociumque laboris.

Sed tamen *fociam* non damno, fi effet in plurimis fcriptis; nam adhibuit ipfe nofter, & quidem cum tertio cafu, L. VII, 716.

- - - - *focios fe cladibus optant.*

351 SINT ALIENA] Ita edidi pro *funt*, fecutus auctoritatem Codicum quatuor Berfm. & meorum undecim, aliorumque, ac veterum editionum: Immo primus *funt* male repofuit Stephanus. *Quamquam* tam cum fubjunctivo conftruitur, quam indicativo. Confule Celeb. Burmann. ad Quinctiliani Inftit. Prooem. p. 6. & ad Valer. Flacc. L. IV, 520. uti & Thefaur. Fabri. Deinde pro *toris* in meis

[a] Sint aliena toris, jam fato in bella vocante;
Foedera sola tamen, vanaque [b] carentia pompa
Jura placent, sacrisque deos admittere testes.
Festa coronato non pendent limine serta;
Infulaque in geminos discurrit candida postes,
Legitimaeque faces, gradibusque [c] adclinis eburnis
Stat torus, & picto vestes discriminat auro:
[d] Turritaque [e] premens frontem matrona corona,
[f] Translata vitat contingere [g] limina planta.
[h] Non timidum nuptae leviter tectura pudorem,

Lutea

VARIAE LECTIONES.

a *stant* Hamb. vulgo *sunt*. b *errantia* Ed. Br. Med. c vulgo *acclivis*. d *turritamque* V. sec. e *gerens* R. pr. f *Tralata vetuit* vulgo. g *lumina* H. h *nam* V. r.

meis membranis legitur *tori*. non male. Frequens est poëtis aliisque *alienus* etiam construere cum genitivo. Vide J. G. Vossium de Constructione c. XI. & N. Heinsium ad Ovid. Fast. I, 396.

Et quicumque joci non alienus erat.

352 FOEDERA] Quibus matrimonium redderetur. Hinc varius nuptiarum apparatus describitur. SCHOL.

353 DEOS] Pleraque haec de ritu nuptiali ex Plutarcho sumpta sunt, cujus problemata videas licet. Caeterum quos hic Sulpitius vocat Jovem & Junonem adultos, eos Graecè Plutarchus *τελείους* appellat, *πέντε* inquiens, *δεῖσθαι θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, Διὸς τελείου, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δὲ Ἀρτέμιδος, ἣν ταῖς λοχείαις καὶ ταῖς ὠδῖσιν αἱ γυναῖκες ἐπικαλοῦνται.* Vocant autem Graeci *τελείους* deos, eadem ferè significatione, qua *γαμηλίους* & *ζυγίους*, hoc est, nuptiales, & conjugiales. Nam & ipsas nuptias *γάμον τέλειον* vocant, *διὰ τὸ τελειότητα βίου κατασκευάζειν*, ut inquit interpres Pindari in decimam Oden Nemeorum. MICYLL. De toto nuptiarum apparatu vide hic interpretes, & auctores, qui de re nuptiali veterum scripserunt. Ego, ut notissima, omitto.

355 INFULA] Est corda, à qua antiae pendere solent. SCHOL.

356 LEGITIMAE] i. matrimonio propriae. ut ait Varro. *Venienti novae nuptae funal praeluceat.* Apud antiquos enim nubentes faces praeibant; quia nuptiae maxime in nocte celebrabantur. unde Virgilius.

Mopse, novas incide faces, tibi ducitur uxor.

IDEM.

356 GRADIBUSQUE] Apud antiquos enim coram toris adscensus ponebantur. Quod autem *eburnis* dicit, ad potentiam Catonis retulit. SCHOL.

356 ACCLIVIS] Ita omnes, quantum scio, exhibuerunt editores; sed quatuor Pulm. Codices, & septem mei vetustiores, ut & Oxon. pr. scribunt *adclinis*. Voss. quint. *acclivus*. Rectum est, quod ideo recepi in textum, *adclinis*, i. e. fultus, nixus. quod vidit jam olim Pius. Saepius haec vox in alteram per librarios est commutata. Consule doctorum virorum adnotationes ad Silium Lib. V, 470. & Valerium Flacc. L. II, 92. *Adclinem scopulo inveniunt.* Corrigendus in eodem adjectivo est Jos. Iscanius L. VI. de Bello Troj. 162.

- - - armatoque adclinia tela cubili
Corripiunt,

illic quoque legas vulgo *acclivia*. Adde, quae collegit C. Barthius ad Claudian. Consul. Prob. & Olyb. 115. & IV. Cons. Honor. 159.

359 VETUIT] Nuptam. Legitur etiam *Vitat*, nam exemplo quodam sponsam vitare docebat. SULPIT. Msc. tria *Translata vitat*. non male. Quartum *Translataque vitat*. BERSM. *Metuit*. Pro *metuit* habent *vitat* MS. Puteanor. & Thuan. & R. antiquior. quam lectionem in textum recipiendam censeo. Et *matrona* accipiendum, non de pronuba, sed de ipsa nova nupta. GROT. Ed. sec. Citat Servius ad Aen II, 468. *Translataque vetat.* At manuscripti tres P. T. & regiorum antiquior, *Tralata vitat*. Quam lectionem in textum recipiendam censeo, ut matrona intelligatur, non pronuba, sed nova nupta. Vestae consecratum est: unde nubentes puellae limen non tangunt. Servius ad Aen. II. IDEM. Ed. tert. Vulgata lectio *vetuit* rursus manavit à Sulpitio; antea vulgo

vitiose

[a] Lutea demissos velarunt [b] flammea vultus:
[c] Balteus haud fluxos [d] gemmis [e] adstrinxit amictus;
Colla monile decens; humerisque haerentia primis
Suppara [f] nudatos [g] cingunt angusta lacertos.
Sicut erat, moesti [h] servans lugubria cultus,
Quoque modo [i] natos, [k] hoc est amplexa maritum.
Obsita funerea [l] celatur purpura lana.
Non soliti lusêre sales; nec more Sabino
Excepit tristis [m] convicia festa maritus.
Pignora nulla domus, nulli coiëre propinqui.

Jungun-

VARIAE LECTIONES.

a *lintea* V. 2. a m. pr. b *flamea* V. 4. A. c deest hic versus in A. d *geminos* meus. *geminis* Edd. Ven. Brix. e *adstringit* V. tert. R. pr. H. f *nudatis lacertis* V. 1. a m. pr. g *cinguntque* Ed. Rom. h *servat* V. 3. Oxon. pr. *serv. moesti* meus. i *natas* V. tert. k *Sic* B. 1. meus. *haec* Ed. Ven. l *velatur* P. 4. A. H. m *convivia* M.

vitiose legebatur *Translataque vetat*, ut etiam est in Wittiano, Hulst. Marp. Amst. & meis membranis: vel, quod pejus est, *Translataque vitat*. sic enim Ed. Veneta, & Vossian. quintus. aut *Translata vetas*, ut habet Ed. Romana. Sed veram Lucani manum, quam auctori restitui, viri docti animadverterunt, quae est *Tralata*, vel potius *Translata* (sic enim Mss. v. ad vs. 137.) *vitat*, ut clare exhibent quoque quatuor Pulmanni libri, & quinque Vossiani cum regio utroque & Oxon. pr. Neque aliter ex suo antiquissimo Codice jam correxerat Barthius Lib. XI. Adverf. c. 10.; & citaverat J. Brodaeus Lib. III. Miscell. c. 27. ubi agit de more novae nuptae domo limen transiliendo egredientis: De quo vide etiam Scottum Observ. L. II. c. 36. Antiqui interpretes decepti sunt vocibus *matrona prementis*. quae de pronuba acceperunt, cum ipsius sponsae ornamentum, & actionem intelligat Lucanus, ut bene observat Grotius. Rursus vulgari lectione *vetuit* decipi se passus est, inconsultis scilicet membranis, illustrissimus J. Rutgersius Lib. I. Var. Lect. c. 12. qui *metuit* reponendum esse existimabat. Quid autem velit Carrio *Translatae vitat c. l. plantae*, citans ad Valer. Flacc. L. VII, 4. nescio. Rationem autem, cur nova nupta in egressu suae, & ingressu sponsi domus, vitabat tangere limen, dat recte Scholiastes his verbis. *Apud antiquos vetitum erat, ne nuptura limen domus tangeret, scilicet ne à sacrilegio inchoaret; si depositura virginitatem rem castissimo numini i. e. Vestae consecratam tangeret. Ideo poeta de ista loquens dixit*, non vitabat contingere lumina planta. Pro *contingere limina* in marg. Marpurgens. MS. legitur *limen contingere*. non male, immo melius; ut judicabunt omnes, qui aures habent poëticas.

361 LUTEA] Crocea. *Flammea*. Genus vestis est, quod *flammeum* dicitur. SCHOL.

362 HAUD] In quatuor Pulm. & octo nostris vetustioribus est *aut*. ut more Lucani, de quo latius statim dicemus, & in hoc ipso loco satis patet, *non* subintelligatur. Certe consensus ille Mstorum optimae notae non est de nihilo. Eodem modo Ill. Heinsius ex Prisciano *aut* pro vulgato ante *haud* dedit in Virgil. L. III. Aen. 42.

- - - - - - - - *non me tibi Troja*
Externum tulit: aut cruor hic de stipite manat.

364 SUPPARA] *Supparus*, ut ait Festus, *est vestimentum puellare lineum, quod subucula*, id est, *camisia dicitur*. Afranius dixit: *Puella non sum, supparo si induta sum*. Nonius tradit, *supparum esse linteum femorale, usque ad talos pendens, dictum, quod subtus appareat*. Poëta tamen per *suppara* indicat maniculas, quae à summo humero ad imum brachium anguste producuntur. SULPIT. Varro autem de ling. Lat. *Capitium*, inquit, *ab eo quòd capit pectus, id est, ut antiqui dicebant, indutu comprehendit: alterum, quod subtus, à quo Subucula: alterum, quod suprà, à quo Supparus*. MICYLL. De hoc loco agunt A. Manutius Quaes. per Epistol. III, 2. & Octav. Ferrarius de re Vestiaria c. 20. qui nequaquam mentem Lucani percepit, putans, Lucanum dicere, Marciam supparo fuisse indutam: adeoque frustra ex hoc loco probare conatur, supparum etiam fuisse vestimentum matronarum. Contrarium vult Lucanus, negatque, Marciam fuisse supparo indutam, ut solent alias novae nuptae. Ut clare

patet

Junguntur taciti, contentique auspice Bruto.
Ille nec [a] horrificam sancto dimovit ab ore
Caesariem, [b] duroque [c] admisit [d] gaudia vultu:
Ut primum tolli feralia viderat arma,
Intonsos rigidam in frontem descendere canos
Passus erat, moestamque genis increscere barbam.
Uni quippe vacat studiisque odiisque carenti,
Humanum lugere genus; nec foedera prisci
Sunt [e] tentata tori: justo [f] quoque robur amori
[g] Restitit. hi mores, haec duri inmota Catonis

Secta

VARIAE LECTIONES.

a *orificam* V. 1. b *diroque* pro var. lect. V. sec. c *admovit* V. sec. d *brachia* Edd. Brix. Med. e *tempeata* MSS. & Edd. qdd. f *que &* Ed. Rom. g *obstuit* B. 1. V. pr. sed eadem manu corr. *rest.*

patet ex praecedentibus, & v, 368. *obsita funerea &c.* rursus repetenda est negativa particula *non.* Afranii autem locum ex Nonio citant hic quoque Scholia Vossiani secundi. sed in iis pro *supparo* si est *nisi supparo.*

365 SICUT ERAT] Sic rescripsi ex omnibus Bersmanni, meisque Codicibus, & Editis veteribus. Male vulgo *sic, ut erat* exhibebatur. Elegans & obvia est locutio, *sicut erat, ut erat*, poëtis, & inprimis Ovidio familiaris. Quare exempla non addam. Vide Gevart. ad Statium Silv. L. II. c. 7. & N. Heinsium ad Ovidii Metam. x, 7. ὡς & ὥσπερ εἶχε Graeci quoque tam soluto, quam pedibus ligato sermone scribentes, sicuti solent Herodot. I, 24. 114. Sophocl. Antig. 1121, 1250. & passim. Dein pro *cultus.* unus Pulm. Voss prim. & quart. à manu pr. uterque Regius cum meo, & Edd. Ven. Brix. Mediol. *vultus.* Male. forsan per appositionem scripsit Lucanus *moestos servans, lugubria, cultus.* sed nihil temere mutari velim.

367 OBSITA] Mortuo Bruto majore, omnes mulieres eum luxerunt. Itum est in consilium de veste mutanda, & placuit, ut latitudo clavi purpurei, qui est in muliebribus tunicis, in angustiis (*Angustos* Voss. pr.) suta intrinsecus stringeretur. SCHOL.

368 SOLITI] Solitos sales dixit jocos de nuptiis, qui *Fescennini* dicuntur. Inventi primo ex oppido Sabinorum Fescennino. Ideo addidit. *Nec more Sabino.* IDEM.

371 AUSPICE] Qui nuptiis interest, divinationem quaerens, *auspex* dicitur. ut Cicero. *Nubit genero nullis auspicibus.* IDEM. Citat hunc locum de *auspice* Servius ad Aen. I, 350. IV, 45. Nota sunt omnia de auspicibus, ad nuptias adhibitis. Vide praeter alia ad Valer. Max. L. II. c. I. hic etiam à viris doctis citatum. & Lindenbrog. ad Terent. Phorm. IV, 4.

372 ILLE] Quia dixit de Marciae habitu, loquetur modo de Catonis. SCHOL.

372 ILLE NEC HORRIFICAM SANCTO DIMOVIT AB ORE CAESARIEM] Plutarch. de eodem Catone: ἀπ' ἐκείνης δὲ λεγέται ἡμέρας, μήτε κεφαλὴν ἔτι κείρασθαι, μήτι γένεια, μήτι στέφανον ἐπιθέσθαι, πένθους δὲ καὶ κατηφείας καὶ βαρύτητος, ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς τῆς πατρίδος, ἓν σχῆμα νικώντων ὁμοίως καὶ νικωμένων, ἄχρι τελευτῆς διαφυλάξαι. GROT. Ed. tert. Pro *horrificam* in uno Bersm. est *horriferam.* ut apud Virgilium Lib. VIII. Aen. 435. *Aegidaque horriferam*, prae Gorgonos capillis scilicet. *Horrida caesaries* Ovidius Metam. X, 139. *Horrere capilli* dicuntur Tibullo II, 3, 23.

373 DUROQUE] *Nulloque* Msc. pro *non.* BERSM. *Nulloque* ex Msto reponere conatur Modius Novant. Lect. Ep. 80. sed male. Ceteri omnes *duroque* retinent. ἀπὸ κοινοῦ enim repetenda est hic quoque negativa particula *non*, ut jam aliquoties in Lucano vidimus. V. in hoc libro versum 40, 235, 355, 364 &c. L. V, 542. VII, 549. VIII, 740.; & quae dixi ad L. I, 163. Adde Indicem. Sic etiam alii. Seneca Thyeste 774.

Non rectus exit, seque in excelsum levans
Ipsos penates nube deformi obsidet.

Valer. Flacc. L. II, 80.

- - - nec te Furiis, & crimine matrum
Terra fugat, meritique piget meminisse prioris.

Durus vultus est severus, rigidus. Ovidius Ep. Heroid. XVI, 10.

Nec vultu cetera duro Perlege. XVII, 16.
Nec sedeo duris torva superciliis.

Secta fuit, servare modum, finemque tenere,
Naturamque sequi, patriaeque inpendere [a] vitam;
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.
[b] Huic epulae, vicisse famem: [c] magnique penates,
Submovisse hiemem tecto: [d] pretiosaque vestis,
Hirtam membra super, Romani more Quiritis,
[e] Induxisse togam: Venerisque [f] huic maximus usus,
Progenies; Urbi pater est, [g] Urbique maritus:
Justitiae cultor, [h] rigidi servator honesti:
In commune bonus: nullosque Catonis in actus
[i] Subrepsit, partemque tulit sibi nata voluptas.

Interea

VARIAE LECTIONES.

a *causam* Msc. male. Bersm. *curam* V. 1. M. V. sec. in marg. Oxon. pr. b *nunc* H. c *magnoque* B. 1. d *speciosaque* M. e *induxisse* M. f *est illi* P. 1. *hic* V. 4. R. 2. W. g *patriaeque* W. A. V. qu. pro var. lect. h *rigidus* V. pr. i *surrexit* A.

377 UNI QUIPPE VACAT] Aliis, quos partium studia occuparunt, non vacat cogitare de communi malo humani generis, & hoc serio deplorare. GROT.

377 STUDIISQUE ODIISQUE] Gratior meo judicio sonus foret, si prius *que* absit *studiis odiisque*. abest etiam ab omnibus Pulm. Bersm. & meis octo Mstis, plurimisque Editionibus. Si enim Romanam excipias, primus Colinaeus exhibuit *studiisque*.

378 FOEDERA TORI] i. concubitus. SCHOL.

381 FINEMQUE TENERE] Sulpitius, aliique exponunt per intelligere, prospicere, & praemeditari exitus rerum. ut etiam Scholiastes *rerum omnium exitus, & terminos cogitare*. Hortensius putat, forsan sumendum de finibus bonorum, & malorum, de quibus Philosophorum secta digladiabatur. Malim ego simpliciter interpretari, intra justos decori terminos manere, scire quousque modice se deberet gerere. *Modus* & *finis* non raro sic conjunguntur, ut in notissimo illo versu.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines.

Ovidius Ep. Her. IV, 76. *Fine coli modico.*

382 NATURAM] i. e. ut mortem, quia natus fuerat, non timeret. SCHOL. Rectius Hortensius illo Horatii versu haec exponit:

Vivere naturae si convenienter oportet.

383 NEC SIBI &c.] Ut Cicero. *Si tibi soli natus esses, viveres tibi.* SCHOL.

383 TOTI] In Cod. Wittiano, & antiquissimis Leidensis Bibliothecae schedis, in quibus tantum hi duodecim versus de Catonis moribus reperiuntur inter alia opuscula, recensita in Catalogo inter Vossian. p. 379. N. 33. scribitur *toto*. ita & L. III, 303. in uno Voss. *toto*. Scilicet solet adjectivis *alius*, *solus*, *totus* &c. evenire aliquando, ut analogice declinentur. de qua re vide omnino, quos laudat auctores, J. G. Vossius de Analog. L. II. c. 3. L. IV. c. 6.

386 ROMANI MORE QUIRITIS] Gryphius, & nuper recentissimus editor Maittaire, Gryphii editionem coeco passu semper sequens contra omnium Mstorum fidem, soli ediderunt *Romano more Quiritis*. Credo, quod putaret Gryphius, *Romanum*, & *Quiritem* unum idemque esse hoc loco. Quod neutiquam est verum. Nec tamen exponendum est cum vulgaribus interpretibus *more veterum Sabinorum, qui facti sunt cives Romani*. tunc melior foret opinio, quod Lucanus addiderit *Quiritis* ad differentiam *Sabinorum Quiritium*. sed non opus est. Vox *Quiris* saepe notat plebejum, vilem Romanum, quemlibet è populo Romano, ut recte explicuit Ferrarius de Re Vestiar. L. I. c. 6. part. I. Ovidius L. I. Amor. L. 7, 29. *minimum de plebe Quiritem*. Juvenalis Sat. VIII, 47. *Ima de plebe Quiritem*. Hinc per metaphoram apium *regem*, & *Quirites* distinguit eleganter Virgilius L. IV. Georg. 201.

387 VENERISQUE HUIC] *Veneris huic* Msc. bene. BERSM. *Que* abest quoque à Vossiano quarto, & meo.

388 PROGENIES] Ut Venere usus fuerit, sola cupidine liberorum. SCHOL.

388 URBI PATER EST, URBIQUE MARITUS] Citat Servius ad XI. Aeneid. illud, *generumque adsciveras Urbi*, id est, propter urbem. GROT. Ed. tert.

Interea trepido [a] discedens agmine Magnus,
Moenia Dardanii tenuit Campana coloni.
Haec placuit belli sedes, [b] hinc summa moventis
Hostis in occursum sparsas extendere partes,
Umbrosis mediam [c] qua collibus Apenninus
[d] Erigit Italiam, nullo qua vertice [e] tellus
Altius intumuit, propiusque accessit Olympo.
Mons inter geminas medius se porrigit undas
Inferni Superique maris: collesque [f] coërcent
[g] Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Pisae,
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

Fontibus

Variae Lectiones.

a *descendens* V. sec. Oxon. pr. b *heic* P. 1. *hic* V. pr. R. 2. *huic* A. Ed. Ven. Br. c *quam* Edd. Ven. Br. *Apaeninus Appenninus* MSS. & Edd. qdd. d *porigit* M. e *terrae* R. pr. a m. pr. f *coercet* B. 1. V. 1. R. pr. meus. Edd. Rom. Parm. Br. Med. Sulp. Aldi. g *nunc* A.

tert. Adde Priscian. c. 1124. qui insuper exponit *ad utilitatem urbis, & pater fieri passus est, & maritus:* Sic quoque Scholiastes. *in utilitatem urbis. Urbi praestitit hoc, quod susceperit liberos, & quod duxit uxorem.* Male vulgo haec capiunt eo sensu, quasi tantam curam Urbis gesserit, quantam pater liberorum, & maritus uxoris curam solet gerere. Quo sensu in sacris litteris Deum, patrem orborum, & maritum viduarum appellari novimus.

393 DARDANII] Capys Capuam aedificavit ex progenie Dardani natus. Capuam enim scimus dictam à Trojano Capy. SCHOL.

394 MOVENTIS] *Moventi* Msc. duo, ut ad Pompejum referatur. BERSM. Quatuor etiam Pulm. & septem mei, ac Voss. tert. à manu sec. Edd. Rom. Parm. Br. Med. Colin. & Hortensii. Sed praeterquam quod dura nimis foret constructio, rectius & convenientius ad Caesarem haec referuntur. quare nihil muto.

395 PARTES] Pro varia lectione duo vetustissimi Vossiani exhibent *vires.* frustra. int. 596.

Verba ducis nullo partes clamore sequuntur.

V, 477.

Ferre moras scelerum partes jussere relictae.

quibus locis, ut hic, *partes* notat copias suarum partium.

397 NULLO QUA] In uno Pulm. Bersm. Voss. tertio, regio primo, & Witt. est *nulloque a*: immo etiam sic citatur vulgo à Servio ad Virgil. XII. Aen. 703.

Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.

Sed praefero vulgatum. Similem mendam sustulerunt etiam viri docti Lib. IX, 350. *patrio quae vertice nata.* antea *que e* scribebatur. pro *propius* apud eumdem Servium est *propior.* mutatione non est opus. *Accedere propius* frequens est locutio Terentii Adelp. III, 2, 11. Hec. III, 1, 36. & saepe. si hic quid mutandum, malim cum amico summo J. P. Orvilio *Olympum* quam *Olympo.* Vide, quae congessi ad J. Obseq. c. 119. & Cl. Drak. ad Silium 1, 13.

400 INFERNI] Tyrrheni, & Hadriatici. SCHOLIAST.

402 DALMATICIS] *Dalmaticis*, habet communior lectio, ut sit, *Illinc*, sive ex altera parte *Ancon s. coërcet colles*, existens obnoxia, atque exposita fluctibus Dalmaticis. MICYLL. Sulpitius scilicet ediderat *Dalmatios*, & intellexit *colles:* quod, vitiosum certe, unde habeat, nescio. Ceterum mallit Sabellicus in Annotat. T. 1. Thes. Crit. p. 183. scribere *Delmaticis*, ut solent Graeci, & est saepe in nummis, & inscriptionibus, multique viri docti praetulerunt. Vide Pignorii Symb. Epistol. 37. Reines. Inscript. XLII, 6. N. Heins. ad Vellej. II, 90. aliosque. *Dalmaticis* vero constanter hic retinent Mss.

402 OBNOXIA FLUCTIBUS] Cave, ne credas Bersmanno, exponenti *devincta beneficio frumentorum, quae ex Dalmatia Anconam importantur.* Rectius alii interpretes cum Scholiaste. *Ancon civitas Dalmatiae. Bene autem obnoxia scilicet vicina, & quia alluitur à Dalmatico mari.* sic *obnoxius fatis, jocis, ludibrio, ventis,* & similia passim. Errat vero Scholiastes cum Dalmatiae hanc urbem adscribat, quae est Italiae in Picenis.

Fontibus hic vastis inmensos concipit amnes,
Fluminaque in gemini [a] spargit divortia ponti.
In laevum cecidere latus, veloxque Metaurus,
[b] Crustumiumque [c] rapax, & [d] juncto Sapis Isauro,
[e] Senaque, & Adriacas qui verberat, Aufidus, undas:
Quoque magis nullum tellus se [f] solvit in amnem,
Eridanus [g] fractas devolvit in [h] aequora silvas,
Hesperiamque exhaurit aquis. Hunc fabula primum
[i] Populea fluvium ripas [k] umbrasse [l] corona:

[a] Cum-

VARIAE LECTIONES.

a *sparsit* B. 2. Edd. Ven. Br. Med. b *Crustinium* B. 1. V. 1. W. a m. pr. *Crustinum* B. 1. *Chrustinum* meus *Crustunium* Ed. Rom. c *capax* Boh. d vulgo *junctus Isapis.* e *Sennaque* vulgo. f *volvit* VV. LL. Steph. B. 1. H. *tollit* meus. g vulgo *fractasque evolv.* h *aequore* V. 1. A. Edd. Ven. Br. Med. Vide ad v. 712. i *populeas* meus. *Populea fluvii* Oxon. pr. k *vibrasse* B. 1. l *coronas* V. 1.

403 PONTIBUS] Msc. tria, & libri *fontibus*, non male. alterum *Pontibus immensos hic vast.* BERSM. Non intelligo, quid velit illud *pontibus*, quod est in Ed. Haered. Gryph. typographi, credo, errore, licet secuti illud sint Pulm. & Bersm. ac Maittaire. alii *montibus*. Mei omnes scripti & editiones veteres *fontibus*, bene. *Hic* scilicet Apenninus (male Wittian. & Voss. tert. a m. pr. *hinc*) concipit, & creat ex magnis fontibus magnos amnes. Mela Lib. III. c. 7. *Ille multis fontibus in Hemodo Indiae monte conceptus.* Hinc *edi*, & *nasci* de fluvio infra L. III, 257, 262. &c. Hi duo versus desunt in Amstel.

404 DIVORTIA PONTI] In Vossiano sec. pro varia lect. est *declivia*, & pro *ponti* in Marpurg. *campi.* male. durior autem est locutio, quam captavit Lucanus, loquens de diversis viis & itineribus, quibus labuntur flumina ex uno monte Apennino huc ad mare Tyrrhenum, illuc ad Hadriaticum, quae maria per intercedentem Italiam quasi divortio separantur. Fluminum vero ex Apennino venientium adeo multa facta fuerunt divortia, ut Cicero inde dicat in Oratore Lib. I. *Ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium jugo sunt doctrinarum facta divortia.* quem locum adducit P. Manutius ad Cicer Lib. II. ad Fam. Ep. 10. *Divisus aquarum divortiis Cassius.*

406 SAPIS ISAURO] Controversum fuerit: sit legendum *Sapis* hoc in textu, an *Isapis*: cum Strabonis Codices evarient; Graeci, inquam, non Latini. Hermolaus Barbarus, vir eruditissimus, & idem maximus Plinianae lectionis assertor, dum quintum caput tertii naturalis historiae libri castigat, haec Strabonis verba sic legit *Φαυέντια δὲ καὶ Σῆνα πρὸς τῷ Σάπει ποταμῷ καὶ Ῥουβίκων ἤδη συνάπτει τῷ Ἀριμίνῳ.* Ideoque in decimo quinto capite ejusdem libri *Sapis*, ut prius scriptum erat, reliquit; genuinum fortasse ratus authoris textum. At cum Paulus Emylius famigerabilis regum Franc. historiae scriptor sui Strabonis ad id videndi copiam nobis humanissime fecisset; in eo non *πρὸς τῷ Σάπει*, nec *καὶ, Σῆνα* legimus; sed *πρὸς τῷ Ἰσάπει* & *καὶ Καισῆνα*: ut sit *Isapis* fluvius & *Cesene* urbs; de qua Plinius junior in Epistolis meminit. Notaverunt & nonnulli apud Lucanum *Isapis* legendum, nullo fortasse authore freti, praeter Strabonem Latinum: sed quibus nihil temere credidissem: propterea quod sine judicio plurima studio corrigendi corrumpunt. Sitne vero sic legendum, decernant alii. Hoc notaverim, non quidquam castigandi gratia, sed magis monendi. VERSELLAN. Plinius lib. III. cap. 15. *Fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiae. Ab eo Sapis, & Vitis, & Anemo, Ravenna, Sabinorum oppidum* &c. Strabo autem libro quinto: *Φαυεντία δὲ, καὶ Σῆνα, πρὸς τῷ Ἰσάπει ποταμῷ, καὶ τῷ Ῥουβικῶνι ἤδη συνάπτει τῷ Ἀριμίνῳ. τὸ δὲ Ἀρίμινον Ὀμβρικῶν ἐστι κατοικία, καθάπερ καὶ ἡ Ῥάουεννα. δέδεκται δὲ ἐποίκους Ῥωμαίους ἑκατέρα. ἔχει δὲ τὸ Ἀρίμινον λιμένα καὶ ὁμώνυμον ποταμὸν* &c. Quae hic adjicienda visa sunt, propter diversam lectionem, quod alii *Sapis*, alii *Isapis*, hoc versu legant. MICYLL. *Isapis.* Alii legunt, *Sapis*, quae lectio emendatior est. *Fluvius hic Rubico*, inquit Plinius, *quondam finis Italiae, Ab eo Sapis, & Vitis, cum Anemo, Sabinorum oppidum Ravenna, cum amne Bedese: ab Ancone CII. M.* pass. HORTENS. *Isapis* Micyllus. Vide Strabonem Lib. V. *Sapis* à Plinio Lib. III. cap. 15. appellatur. PULM. *Isapis.* Msc. *Japis*, & alter *Jaspis*. Fortasse *Sapis* legendum est. BERSM. *Et junctus*

Isapis

[a] Cumque diem [b] pronum [c] transverso [d] limite ducens,
Succendit [e] Phaëton flagrantibus aethera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure perusta,
[f] Hunc habuisse pares Phoebeis ignibus undas.
[g] Non minor hic Nilo, si non per plana jacentis
Aegypti, Libycas Nilus stagnaret harenas.
[h] Non minor hic Histro, nisi [i] quod, dum permeat orbem
Hister, casuros in quaelibet aequora fontes
Accipit, & Scythicas [k] exit non solus in undas.

[a] Dexte-

VARIAE LECTIONES.

a *dumque* R. b *primum* Hort. margo. c *confuso* Marp. d *limine* O. e *Phoeton* V. pr. sec. tert. meus. *Photon* V. 3. R. 2 W. H. A. Ed. Rom. *Phaëthon* Edd. quaedd. f *tunc* V. tert. a m. pr. g *nec* B. 1. R. 1. H. h *nec* B. 3. R. 1. H. A. Edd. Ven. Br. Med. Sulp. Asc. &c. i *quod dum n.* V. 1. *qui* H. k *non solus exit* W. H. *solus non exit* O.

Isapis Isauro. Scribe cum MS. Puteanor. & R. A. *Et juncto Sapis Isauro.* Exstat id nomen fluminis apud Plin. III, 15. GROT. Ed. sec. Est in Strabonis libris Ἴσαπις, sed *Sapis* hic habent MS. P. & R. A. Et sic scribit Plinius lib. III., & ne quid de lectione dubites, Silius: VIII, 450.

Hos Aesius Sapisque lavant.

IDEM. Ed. tert. Primus *Sapis* in *Isapis* ex Strabone corrumpere tentavit Laur. Abstemius, Tom. 1. Thes. Crit. p. 888. Editorum primus est Gryphius, qui *Isapis* reposuit. *Sabis* dedit R. Stephan. sed *Sabis* est Nerviorum in Belgis, vel Carmanorum in Perside fluvius. Bene sit viris doctis, qui *Sapis* vindicaverunt. quod in textum recepi, atque ita ex nostris habent MSS. quinque. quatuor *Japis.* duo *Jaspis.* unus *apis.* Vide Casaubon. ad Strabon. p. 217. Ed. Par. Harduin. ad Plinii locum, Cluver. L. 1. Ital. Ant. p. 300. Dein pro *junctus* omnino legendum est *juncto*, ut bene conjexerat Grotius in curis secundis, ac firmant Pulm. unus, Vossiani tres, Bohur. & Reg. primus. Eamdem plane constructionem adhibet noster Lib. III, 94.

Nec juncto Sarmata velox Pannonio.

ubi etiam quaedam Edd. male *junctus.* Forsan tamen foedius haec verba corrupta sunt. Negat enim Clar. If. Vossius; *Isaurum* hunc fluvium dici posse, qui *Pisaurus* alius vocatur. Quare ad Catullum p. 308. confidenter rescribit *& junctus Sape Pisaurus.* Est quidem apud Vibium Sequestrem. *Pisaurus, qui & Isaurus, ut Lucanus.* Verum ut ibi monet, in MStis comparet sola vox *Pisaurus.* Certe in MS. Revii, & ipsius, quod olim Petavii fuit, nunc Biblioth. Lugdun. Sed vel sic mallem *juncto Sape.* Omnes Codices *Isauro* vel *Hysauro* retinent. pro *junctus* in meo *victus. Vincto* Voss. tert. *junctusque* Marp.

407 SENNAQUE] Msc. *Scenaque*, & alter *Cenaque.* tertium *Senaque.* BERSM. *Scenaque* etiam tres nostri. Ceteri omnes *Senaque* cum Pulm. quatuor scriptis, & edd. Versellani & R. Stephani. Vitiose vulgo *Sennaque. Sena* dicebatur, ut etiam Galli *Senones.* neque aliter Priscianus c. 680. Vide Comm. ad Silium Italic. L. VIII, 450.

Et Clanis, & Rubico & Senonum de nomine Sena.

409 FRACTASQUE EVOLVIT] Msc. *fractas dissolvit:* alia duo *fractas devolvit*, quod verius puto. Virgil.

Proluit insano contorquens vortice sylvas
Fluviorum rex Eridanus.

BERSM. A Gryphio est vulgatum illud *fractasque evolvit.* quare reposui, ut habent priores editiones *Eridanus fractas devolvit. Devolvit* bene retinuit Pulmannus; ut est in meis omnibus & Oxon. pr. praeter Vossian. quart. *fractas evolvit.* Voss. sec. *raptas devolvit.* Nisi ita omnino esset scribendum, melius foret *fractas qui volvit.* Perinde autem est, an *raptas* legas, an *fractas.* Virgilius L. III. Georg. 254.

Flumina correptosque unda torquentia montis.

& passim. Ego vero cum plurimis membranis malim *fractas. frangere & volvere* junxit, ut alii *frangere & rapere.* Plinius Lib. VIII. Epist. 17. *Anio magna ex parte nemora, quibus inumbratur & fregit, & rapuit.* Statius Lib. I. Theb. 361.

Frangitur omne nemus, rapiunt antiqua procellae
Brachia silvarum.

Adde VI. 366. Ceterum super hoc loco plura vide in notis N. Heinsii, & Burmanni ad Ovidii Metam. VIII, 553.

Cum gregibus stabula alta trahi.

[a] Dexteriora petens montis [b] declivia, Tibrim
Unda facit, [c] Rutubamque cavum. delabitur inde
Vulturnusque celer, nocturnaeque editor aurae
[d] Sarnus, & umbrosae Liris per regna Maricae
[e] Vestinis inpulsus aquis, radensque [f] Salerni
Culta Siler, nullasque vado qui Macra [g] moratus
Alnos, vicinae procurrit in aequora [h] Lunae.
[i] Longior educto qua surgit in [k] aëra dorso,

Gallica

VARIAE LECTIONES.

a *exteriora* Hort. margo. b *proclivia* R. 1. c *Ritubam* V. 1. d *Scarnus* W. *Sardus* M. e *Sestinis* V. sec. *Festinis* V. 1. meus. f *Salernis* R. pr. *Falerni* Hort. M. g *moratur* V. 2. W. meus. h *Lucae* V. qu. a m. sec. H. i *longius* W. a m. pr. *altior* in marg. V. 1. k *aethera* Edd. Rom. Parm.

416 NILO] Inde enim Nilus creditur major, quod per Aegypti plana diffusus stagnum magis est, quam flumen. SCHOL.

416 JACENTIS] Accusandi casus est. SULPIT. Ego vero patrio casu positum accipio, ut de planitie, & situ Aegypti intelligatur. Neque videtur poeta, contra morem Latinorum, uni substantivo duo epitheta attribuisse. MICYLL. Recte Micyllus sumit in genitivo *jacentis:* quamquam illius argumentum non procedit. Duo epitheta uni substantivo aliquando jungunt noster, & alii. Sed hic verborum ordo satis evincit, *jacentis* esse casum genitivi. pro humilis, depressi. Livius L. v, 48. *loco jacente inter tumulos.* Idem L. IX, 2. Statius Lib. II. Theb. 503. *devexaque latis Arva jacent spatiis.* Virgil. Aen. I, 228. & passim. Vide N. Hensium ad Ovid. Metam. L. VIII, 750. & Drakenb. ad Silium L. XII, 132. *Cimmerias jacuisse domos.* Noster Lib. IV, 56.

Urebant montana nives, camposque jacentes.

Totum autem hunc locum adducit Servius ad L. I. Georg 482.

417 LIBYCAS] *Libycis harenis* Vossianus primus. & Bohur. sed male. *plana jacentis Aegypti* per epexegesin vocat *harenas Libycas. stagnare* videtur noster hausisse ex Virgilio L. IV. Georg. 288.

Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

418 HISTRO] Dicit Histrum, ut major videatur Eridano, aliorum amnium fluenta suscipere. Minor ergo esset, si solus exiret. SCHOL. *In quaelibet aequora casuros fontes*, accipere dicit Histrum Lucanus. quia veteres crediderunt, Histrum etiam alibi exire, quam in Pontum Euxinum. Vide Vossium ad Melam L. II. c. 2, 50.

422 RUTUBAM] Plinius Libro III. cap. 5. inter Liguriae fluvios numerat *Rutubam.* MICYLL.

423 NOCTURNAEQUE] Nebulam exhalans opacam. Msc. *nocturnae editor*, neglecto hiatu. BERSMANN. Dubiosa haec foret lectio. Nescires enim, utrum Lucanus id de *Sarno*, an de *Vulturno* dixisset, utrique enim auras, & nebulas adscribunt Geographi; neque hic tantum, sed & plurimis fluviis. De auris, & ventis fluminum vide Celeb. Burmann. ad Quinctil. Inst. Orat. Lib. XII. c. 10. hoc sensu Statius. L. VI. Theb. 361. *Unde animi fluviis.* Nostrum in conjunctione horum, aliorumque fluminum secutus est Claudian. Cons. Prob. & Olybr. 256.

Vulturnusque rapax, & Nar vitiatus odore
Sulphure &c.

Ceterum in Mstis Vossian. apud Livium L. XXIII, 18, 19. scribitur *Volturnus.* quo modo etiam MSS. & editi in Frontino L. II. Strat. c. 257. *Volturnum amnem ultra reliquorum naturam fluminum ingentes auras mane proflare*, & alibi. Eadem ratione scilicet, qua scribitur *Volcanus*, *volnus*, *volgus* &c. ut constanter fecit in Lucano scriptor Regii primi Codicis.

425 VESTINIS] Ex hoc loco non bene intellecto Vibius Sequester fecit fluvium *Vestinum*, *qui & aquis suis Sarnum inpellit* Intelliguntur enim omnes Vestinorum rivuli, & flumina. nec de Sarno, sed de Lire loquitur Lucanus. Vide ibidem Hesselium: melius idem voce *Liris.* *Non longe à Marsis, Vestinisque, cujus in ripa Nimphae Maricae Minturnensis templum est.*

425 RADENSQUE] Libri quidam *rodensque.* Nihil muta; licet parum differat, utrum eligas. Utrumque dixerunt Poetae, quod vel ex solo Lucretio palam est. L. v, 257.

Et ripas radentia flumina rodunt.

qui locus citatur à Doctiss. Broukhusio ad Tibull. L. IV, 142.

Radit Arecteos haud una per ostia campos.

sive

Gallica rura videt, devexasque [a] adspicit Alpes.
Tunc Umbris Marsisque ferax, domitusque Sabello
Vomere, [b] piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas [c] Latii populos, non deserit ante
Hesperiam, quam cum [d] Scyllaeis clauditur undis,
Extenditque suas in templa Lacinia [e] rupes,
Longior Italia, donec confinia pontus
Solveret incumbens, terrasque [f] repelleret aequor.

At post-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *excipit.* b *puniferis* V. 1. *pinniferis* V. 1. meus. c *Late* W. *Latio* V. tert. a m. sec. d *Silleis Scylleis* MSS. & Edd. qdd. e *ripas* H. f *inpelleret* B. 2. V. 1. *resolveret* H.

sive ut If. Vossius margini Plin. Exercit. Salmasii adscripsit.

Ardet Arexenis aut unda Arsissia campis.

Plura illic ad rem, & apud Nic. Heinsium ad Silium L. XIII, 4.

Nulla radens ubi gramina ripa.

426 CULTA] *Tecta* Pulm. duo, unus Bersm. & septem ex nostris; sed supra tribus eorum rescriptum *culta*. *Tecta* etiam Ed. Veneta, & Scholiastes Voss. sec. dicens, *Salerni nomen est civitatis. Ostendit, quid sit Salernum, cum ait* tecta. Rectius *culta* retineas i. e. arva colendo apta. Virgil. L. I. Georg. 153. IV, 126.

Qua niger humectat flaventia culta Galesus.

& alibi. Martial. L. VIII, 27.

Qua saturat Calabris culta Galesos aquis.

Statius L. IV. Theb. 51. *Sicyonis culta ferunt.* noster L. III, 210.

Qua culta secat non vilior Hermus.

Adde Heinsium ad Ovid. Ep. I. Her. 59.

426 SILER] Ab aliis hic fluvius *Silarus*, & *Silerus* vocatur. Vide Vossium ad Melam L. II. c. 4. & notas ad Silium L. VIII, 382. Vibio tamen etiam est *Siler*, partim ex nostro, partim ex Virgilio L. III. Georg 146. sua verba haurienti, *Siler in Lucania oppido Alburno.* Immo, si vulgata lectio est proba *monte Alburno.* quomodo Cluverius, & Cellarius nimia sane mutatione legunt; sed si quid video, rescribendum est *apud Alburnum*, ut loqui amat Vibius. Sic *Arethusa Siciliae apud Syracusas. Clanius apud Acerras in Campania.*

426 MACRA] Nomen est fluminis parvi. Ordo est. *Macraque qui in vicinae Lunae procurrit aequora, nullas alnos vado moratus.* Naves enim non potest sustinere, & ideo *Macra* dictus est. SCHOL.

427 PROCURRIT] Plerique libri, *percurrit.* Macra fluvius inter Lunam & Pisas in mare Tyrrhenum labitur. BERSM. Recte Bersmannus restituit *procurrit.* ut undecim mei vetustiores habent cum Ed. Rom. Parm. & Med. 1508. *procurrere in mare* passim Plinius, & Mela. *percurrit* ceteri editores ante Bersm.

429 ACCIPIT] Plerique libri: *aspicit*, & alter. *devexas aspicit.* Msc. *excipit*, & *accipit:* quod retinuimus. Sed Modius illud probat. BERSM. *Excipit*, quod ex uno Codice rescribi voluit Fr. Modius Novantiq. LL. Ep. 80. expressit Grotius, & seqq. sine dubio, quia eos offenderunt synonyma *videt* & *aspicit*. Firmant hanc lectionem Reg. prim. Witt. & Marp. cum duobus aliis pro varia lect. *Excipit* est sequitur, incipit, ubi Alpes finiunt. *Vervange.* Phaedr. F. 39. *Spatium diei noctis excipiunt vices.* Vellej. L. II. c. 13. *Cum id malum ab Asculanis ortum, & deinde à Marsis exceptum esset.* Inf. L. 10. 317. *lapsus abrupta viarum Excepere tuos.* Sic *excipere sermonem* quis dicitur, quem alter abrupit. v. plura ibid. Mod. Verum cum omnes Editores ante Modium, & Pulmannus in suis Mstis invenerint, & ego viderim in undecim meis, inter quos vetustissimi Vossiani, *aspicit*, nescio, cur hoc temere mutari debuerit. Lucanus, qui in synonymis conjungendis est frequens (statim vs. 435.) vult dicere, Apenninum, ubi altior est, videre Gallica rura, seu protendi ad Galliam Cisalpinam, & despicere Alpes devexas, & sub se jacentes. Ovidius Epist. v. Her. 61.

Aspicit immensum moles nativa profundum.

Ep. VI, 69. Sen. Phoen. 68.

Heic alta rupes arduo surgit jugo
Spectatque longe spatia subjecti maris.

Silius Ital. III, 417. de Pyrene

Divisos Celtis late prospectat Hiberos.

XII, 488.

Collis, & è tumulis subjectam despicit urbem.

Supra L. I, 458. *quos despicit Arctos.* Composita à

specio

At poſtquam gemino tellus eliſa profundo [a] eſt,
Extremi [b] colles Siculo ceſſere Peloro.
Caeſar in arma furens, [c] nullas, niſi ſanguine fuſo,
Gaudet habere vias: quod non terat hoſte vacantes
Heſperiae fines, vacuoſque inrumpat in agros,
Atque ipſum non perdat iter, conſertaque bellis
Bella gerat. non tam portas intrare [d] patentes
Quam fregiſſe juvat: [e] nec tam patiente colono
Arva premi, quam ſi ferro populetur, & igni.

Con-

Variae Lectiones.

a *eſt* abeſt a V. 1. b *Siculo coll.* meus. c *nullam viam* V. 1. d *patentis* R. pr. W. e *non tum* B. 1.

ſpecio, & *capio* frequenter in Mſtis commutantur. Vide ad Silium L. v, 573. Hinc corruptus etiam eſt Martialis in Xeniis Epig. 97. de Caprea.

Pendentem ſumma capream de rupe videbis.
Caſuram ſperet, decipit illa canes.

Immo *deſpicit*, ut eſt in MSS. Thuaneo, & Puteaneo. Si tamen hoc loco quis praeferat *excipit*, per me licet.

430 Sabello] i. Sabinorum. Ut Virgilius. *Sabellicus ſus.* SCHOL.

431 Omnes] Voſſianus prim. Regius pr. & Amſtel. cum Ed. Parm. *omnis.* non male; ut referatur ad Latii. Sic infra *omnis ira*, *omnis amnis* &c. V. ad L. III, 670. IV, 86.

433 Scyllaeis] Sicilienſibus. ubi Scylla habitat. nam in una parte eſt Scylla, Charibdis in altera. SCHOL.

433 Undis] Plerique habent, *undis.* Sicut & Mſc. unum. nos *antris* repoſuimus ex Mſcr. quia Scylla in ſaxum converſa fuit. Apenninus autem ab Italia uſque in Siciliam ſe extendit. BERSM. *Antris* Berſmanni ſecutus eſt Grotius; ſed ſequentes quidam editores rurſus repudiaverunt, & ſane in nullo edito, aut ſcripto Pulmanni, aut noſtro libro *antris* comparet. A qua lectione ego tamen non alienus ſum. in antris enim habitare credebatur Scylla: nam male Berſmannus ideo praefert *antris*, quia in ſaxum converſa fuit. Virgil. III. Aeneid. 424.

At Scyllam ſacris cohibet ſpelunca latebris.

434 Lacinia] Junonis, quae ita nominatur. i. e. Juno Crotonienſis, ut Virgilius. *Attollit ſe diva Lacinia &c.* & *navifragum Scyllaceum.* Lacinius fuit quidam latro, depopulans regionem, qui occiſus ibi, & ſepultus loco nomen dedit. SCHOLIAST.

435 Pontus] Fuit, cum hic mallem legere *ventus*: quia ſtatim ſequitur *aequor*, & quia paſſim *incumbere* dicitur de vento violento à noſtro, & aliis. Vide Indicem, & Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. L. II, 59.

- - - in noctem venti veloque marique
Incumbunt magis.

Virgil. I. Aen. 88. de ventis,

- - - - - - - - Incubuere mari.

Ovid. Ep. XV. Her. 15.

Incubuit Boreas, abreptaque vela tetendit.

Nunc nihil muto. nam conſtanter omnes Codices habent *pontus.* dein ſolet noſter, ut modo diximus, jungere ſynonyma. Sic Lib. VI, 186. *hebes & non aſper.* Praeterea ceteri auctores hanc direptionem deſcribentes ponti & maris viribus, non vento, plerumque adſcribunt. Vide ad Juſtin. L. IV, 1. Noſtrum imitatus eſt Claudian. de Raptu Prof. I, 41.

Italiae pars una fuit: ſed pontus & aeſtus
Mutavere ſitum, rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit aequore montes.

ubi jungit *pontum*, *aeſtum*, *Nerea*, *aequor.* Vide plura ad Sil. XIV, 12. &c. infra Lib. III, 60. &c Sic eidem *mare*, *unda*, *aequor.* hoc lib. vſ. 702. & copioſius Lib. IV, 455. quem locum ideo jure carpit Gronov. Diatr. Stat. p. 102. *Incumbere* etiam dicitur de mole aquarum. Statius X. Theb. 859.

Amnis ut incumbens longaevi robora pontis
Adſiduis oppugnat aquis.

Claudian. in Eutrop. II, 37.

- - incumbas utinam, Neptune, tridenti.

Si tamen alicui non placeat *pontus*, elegantem lectionem ei praebent Voſſiani ſecundi Gloſſae *montis.* Apennini ſcilicet, quae non videtur temere ſpernenda. Inde enim Lucanus Lib. III, 63.

- - - - - - - - - - - - laborant
Aequora, ne rupti repetant confinia montes.

437

Concessa pudet ire via, civemque videri.
Tunc urbes Latii dubiae, [a] varioque [b] favore
Ancipites, [c] quamquam primo terrore ruentis
Cessurae belli, denso tamen aggere firmant
Moenia, & [d] abrupto circumdant undique vallo:
[e] Saxorumque orbes, & quae super eminus [f] hostem
Tela [g] petant, altis murorum [h] turribus aptant.
Pronior in Magnum populus, pugnatque minaci
Cum terrore fides: ut cum mare possidet Auster

Fla-

VARIAE LECTIONES.

a *verso* & pro var. lect. *vario* V. qu. b *furore* B. 1. V. sec. pro var. lect. *abducto abruto* V. 1. Ed. Ven. h *moenibus* suprasc. *turribus* V. qu. c *quamvis* meus. Edd. Rom. Parm. d *angusto* B. 1. e *saxorum atque* V. 1. f *hostes* W. g *petent* A.

437 TELLUS] Quae Siciliam jungebat Italiae. Ex utroque latere excisa (*caesa* Voss. sec.) dissiluit. SCHOL.

438 CESSERE] Locum dedere Siciliensi promontorio. *Pelorus* gubernator Hannibalis fuit; qui dum eum duceret per Siciliae fretum, credidit se ad tales angustias per insidias devocatum, occidit eum. qui, cum post agnovisset, iter tale esse, tumulum ei construxit, & nomen loco dedit. IDEM.

440 QUOD NON] Ordo est: *Non gaudet quod.* SULPIT. Elliptice dictum videtur, ut subaudias, sive repetas participium *furens*, *dolens*, aut simile, Ut sit sensus: Dolens quòd non terat fines Hesperiae, quod in vacuos irrumpat agros &c. MICYLL. Gaudet hoc ipso, quod vacuam non invenit Italiam. GROT. Cum Sulpitio, aliisque facit Scholiastes, eumdem esse ordinem dicens, sed male illi cum Sulpitio. Bene perspexit Grotius sensum. sequentia satis evincunt, Caesarem non ubique trivisse Italiam, hoste vacantem, aut iter perdidisse. Gaudet ergo Caesar, quoties invenit hostes &c.; pudet eum, quando concessa licet ire via.

442 NON PERDAT] Dum ubique pugnatur. SCHOL. Perit iter Caesari in quo non vincit. Ita infra:

Sic hostes mihi desse nocet, damnumque putatur
Armorum, nisi qui vinci potuere rebellent.

GROT. Sic *perdere letum* III, 706. *tempora* VIII, 53. *nefas* X, 371. & alia. V. Ind.

445 POPULETUR] Msc. Bersm. Hulst. Amst. meus, & Voss. sec. pro varia lect. cum Edd. Ven. Br. Med. *populentur*, scilicet arva a militibus, passive. Ut opposuerit Lucanus τοῖς *intrare*, & *fregisse* activis duo passiva *premi*, & *populari*. Virgil. L. I. Aen. 531.

- - - - - *ferro Libycos populare penates.*

Adde L. XII, 263. Georg I, 185. Propert. L. II. El. 7, 7.

- - - - *ignaros luctus populavit Achivos.*

Valer. Flacc. L. VI, 532. *Depopulare greges.* Male autem iidem Codd. pro *ignis* habent *igne*. Passim in optimis Mstis est *igni*. ut saepius monuerunt viri docti. V. ad Ovidium non uno loco, & Vellej. Lib. II, 78.

448 ANCIPITES] Incertae, quem sequantur, cui favere deberent. SCHOL.

449 CESSURAE] i. e. quamquam ad prima bella cessurae, & locum daturae sint, tamen muniunt civitates. IDEM.

451 ORBES] Volubilia saxa, aut lapillos, quos fundis emittunt, aut saxa rotunda, quae per declivia inpellunt loca. IDEM

454 CUM TERRORE FIDES] Fide populus adhaerere volebat Pompejo, sed terrore Caesaris prohibebatur. IDEM.

456 TELLUS] Ut exeant venti, terras dicit esse laxatas. *Tellus* scilicet Aeolia; ubi venti includuntur, de qua Virgilius.

Nimborum in patriam loca feta furentibus austris
Aeoliam venit.

IDEM.

456 TRIDENTIS] *Stridentis* Msc. male. Tridentem autem Aeolium nominat sceptrum, quo Aeolum Virgilius quoque armavit in I. Aen. BERSMANN.

458 NOVO] *Noto* Msc. sed ad marginem reponit *novo*, scilicet vento, hoc est Euro. IDEM.

459 CUM CESSERIT] Ita emendavimus: ante fuit, *concesseris*. GROT. *Cum cesserit* ex meis, etiam habent Reg. prim. Witt. Marp. Hulst. Amst.

T &

Flatibus [a] horrisonis, hunc aequora tota sequuntur:
Si rursus [b] tellus pulsu laxata [c] tridentis
Aeolii, tumidis [d] inmittat [e] fluctibus Eurum,
Quamvis icta novo, [f] ventum tenuêre priorem
Aequora, nubiferoque polus cum cesserit Euro,
Vindicat unda Notum. [g] Facilis [h] sed vertere mentes
Terror erat, [i] dubiamque fidem fortuna ferebat.
Gens [k] Hetrusca fuga trepidi nudata Libonis;
Jusque sui pulso jam perdidit Umbria [l] Thermo.
[m] Nec gerit auspiciis civilia bella paternis

Cae-

VARIAE LECTIONES.

a *orrisonis* V. 1. b *pulsu tell.* P. 1. c *tonantis* V. pr. a m. pr. d *inmittis* V. sec. a m. pr H. e *flatibus* H. R. 1. a m. sec. f *vento* V. 1. g *factis* A. h *convertere* H. i *dubia fide* A. k *Etrusca* MSS. & Edd. qdd. l *Tymo* meus. *Timo* H. m *non* Oxon. pr.

& meus cum duobus Vossianis, ac Edit. Veneta, itemque Reg. sec. & Voss. tert. à manu pr. In secundo *cum cesserit* est pro varia lect. Si quis malit retinere *concesserit*, ut alii, & inter eos Voss. primus habent, ἀπὸ κοινοῦ repetat *quamvis*.

460 NOTUM] Austrum, qui primus coeperat flare. sensus est, licet coeperit Caesar, qui est violentior, adhuc Pompejo serviunt populi metuentes. SCHOL.

461 FEREBAT] Msc. *gerebat*, & alterum *tenebat*, hoc est, continebat, servabat: cui contrarium est *ferebat*. BERSM. Rectum est *ferebat* i. e. impellebat, trahebat ad se & Caesarem, illos, qui dubia fide erant.

462 LIBONIS] Scribonius Libo cum videret Iguvinos (MSS. *Igninos* & *Iguinos* male. Errat autem Scholiastes. nam *Iguvium* Thermi erat praefectura) quibus praeerat, in favorem Curionis esse paratos, timens, ne Caesari proderetur, fugit. Hoc fecit & Thermus, qui Spoletium (MSS. male *Pelium* & *Spolium*) civitatem Umbriae deseruit, quam tenebat. *perdidit jus*; quia jam in Caesaris potestatem venerat. SCHOL.

463 JUSQUE SUI] *Suum* Msc. male. Potestatem sui p. Tignium Umbriae oppidum, Caes. Lib. I. de Bello Civ. BERSM. *Iguvium* Pighius T. III. Ann. p. 441. Sed vulgatum defendit Freinshem. ad Florum L. IV, 2, 19. *Tum pulsus Etruria Libo, Umbria Thermus.* Vid. Malaspina in Cic. VII. ad Attic. Ep. 13. p. 713, 714. Manutius ibid. p. 199. Cluverius II. Ital. Ant. 7. p. 624. BROUKHUS. Recte Pighius docet *Iguvium*, non *Tignium* fuisse dictum oppidum illud, cui praeerat Thermus: sed male illud huic loco intrudere conatur. Non enim modo *Iguvium* urbem, sed omnia, & totum sui jus perdidit Umbria, Thermo pulso. Devenerat enim eo in potestatem Caesaris, ut bene interpretes. & sic alibi loquitur noster. de Pompejo L. VIII, 611,

- - - - *Phariamque ablatus in alnum*
Perdiderat jam jura sui.

De *Iguvio* plura vide apud N. Heinsium ad Silium L. VIII, 461. *Suum* pro *sui* etiam Voss. sec. & Marp.

463 THERMO] Caesar libro I. de Bello Civili. M. Antonium à se missum Aretium cum quinque cohortibus, scribit. At Libonis eo in loco non meminit: verum lib. III. saepius, ut qui fuerit Achaiae, ac Liburnicae classis praefectus. Thermum autem praetorem Tignium tenuisse, idem ait Caesar. Lucanus cùm hic Thermum nominaret, *Tignii* non meminit, quod oppidum apud neminem scriptorem invenio, tametsi quidam Piceni oppidum scribant. Sunt, qui pro *Tignium Firmium* legendum putent, Umbrorum oppidum videri queat, quod equidem nescio, cùm nusquam ejus (ut diximus) apud authores sit mentio. Fausti Syllae in Mauritaniam mittendi, non ita longè ab initio Civilis belli Caesar meminit. Auximates inter Piceni populos enumerat Plinius lib. III. cap. 13. ubi de Ancona. GLAREAN.

465 SULLA] L. Sullae filius, qui civili bello semper exstitit victor. Hic vero fugit, Caesare appropinquante. SCHOL.

466 VARUS] Attius Varus cum in Piceno in praesidio esset, adventante Caesare timens Auximon civitatem dereliquit. IDEM. Caes. B. Civ. I, 13.

466

Caesaris audito [a] conversus nomine Sulla.
Varus, [b] ut admotae [c] pulsarunt [d] Auximon alae,
Per diversa ruens neglecto moenia tergo,
Qua silvae, qua saxa, fugit. [e] depellitur arce
Lentulus Esculea. victor cedentibus instat,
[f] Devertitque acies: solusque ex agmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia signa cohortes.
Tu quoque commissae [g] nudatam deseris [h] arcem
Scipio Luceriae: quamquam [i] firmissima pubes
His [k] sedeat castris, jampridem Caesaris armis

Par-

VARIAE LECTIONES.

a *concursus* meus. b *amotae* V. 1. c *pausarunt* A. d *Aximon* V. 1. A. *Anximon* V. 1. meus. Ed. Ven. *Anxion* W. e *delabitur* Marp. f vulgo *divertit*. g *desertam* V. 1. a m. pr. *nudatam commissae* MSS. & Edd. qdd. h *artem* A. i vulgo *fortissima*. k *se adeat* A. *castris sedeam* B. 1.

466 AUXIMON] *Aximon* Msc. alter *Aximon*. male. BERSM.

469 ESCULEA] Dicunt Interpretes, indifferenter dici *Asculum* & *Esculum*. Vellem, addidissent loca, ubi *Asculum* ita effertur. Invenitur in quibusdam MSS. Valer. Max. L. VI, 9, 9. *Esculo capto*. Cum vero hoc loco vetustissimus Cod. Voss. primus, itemque alter à m. prima, & Oxon. cum Edd. Rom. Parm. & Omniboni habeant *Asculea*, nescio, cur dubiam orthographiam praeferamus. *Exculea* Reg. sec. cum Ed. Veneta. *Exculeas* Witt. *Tusculea* Hulst. De Lentulo Caes. B. Civ. I, 15.

469 VICTOR] i. e. Caesar secutus est, & fugatas acies revocavit, solo duce Lentulo, fugiente cum signis. Post fugam enim Lentulus sola signa Domitio rettulit ad Corfinium civitatem. SCHOL.

470 DIVERTITQUE] Msc. duo *devertitque*. in diversas partes abducit, ad se avertit. BERSM. *Devertit*; à duce ad se avocat. GROT. *Devertit* est in duobus Pulm. & in quatuor antiquioribus Vossianis, Regio primo, Wittiano a m. sec. & Amstel. quod hic praefero cum Grotio. Non enim dissipavit fugientes insequendo, sed à fuga deflexit, & ad se revocavit: ut clare patet ex cohaerentibus. Sic etiam ex plerisque Mstis scribendum Lib. VI, 318.

Tentavere sui comites devertere Magnum.

vs. 590.

Quaeque suo ventura potes devertere cursu.

Hinc *deverticulum*, *deversorium*.

470 EX AGMINE] Vetus Codex *examine* legit. HORTENS.

472 COMMISSAE NUDATAM] Vetus codex *nudatam*, & item *commissae* alius. IDEM.

473 SCIPIO] P. Cornelius Scipio, cum V. cohortes (*duas* Voss. pr. & item alter Gloss. *duas legiones*, rectius) haberet, quas Senatus metu belli Parthici Caesarem jussit dare Pompejo ad vindicandam mortem Crassi, diffidens adventu Caesaris militibus suis Nuceriam (*Luceriam* Voss. pr.) civitatem deseruit. SCHOL.

473 LUCERIAE] Censeo *Lucetiae*, non *Luceriae* legendum, tum quia ante captum Corfinium nihil in Apulia metuere potuisset. & postquam Caesar Domitium cepit, constet, Pompejum ivisse Luceriam, & inde Canusium, & Brundusium petivisse, ut Caesar in Commentariis tradit. SULPIT. *Lucetiae* urbis in Venetia. alii *Luceriae* legunt, à quibus dissentit Sulpitius. ASCENS. Sulpitius quidem *Lucetiae* legit, & de Venetiae oppido, ut ipse ait, dictum intelligit; Contrà autem Omnibonus *Luceriae*, & de Apuliae oppido accipit, per quod Pompejus Brundusium aufugit. Sed mihi neque hoc, neque illud nomen satis placet. Quid enim vel ii, qui in Apulia erant, vel illi in Venetis Caesarem, aut ejus cohortes tantopere metuerent, cum ipse in Umbria & Piceno circa Corfinium moraretur, loco aequè ab utrisque longè distante. Quid igitur? *Nuceriae* legendum videtur, quòd Nucerini etiam ipsi inter Umbros à Plinio recenseantur, in eodem tractu, eademque regione, qua Corfinium & Ancona, siti. Et loquitur hic Poeta non de locis longè dissitis, sed de iis, quae Caesari in itinere proxima, atque obvia erant, quorum ille pleraque sine armis cepit, alibi praesidiis propter infirmitatem, ac paucitatem suam deficientibus, alibi etiam ultro ad partes Caesaris transeuntibus, ut Dion ait lib. XLI.

 Mi-

Parthorum subducta metu. [a] qua Gallica damna
Supplevit Magnus, dumque ipse ad bella vocaret,
Donavit [b] socero Romani sanguinis usum.
At te [c] Corfini validis [d] circumdata muris
Tecta tenent, [e] pugnax Domiti: tua classica servat
Oppositus [f] quondam polluto tiro Miloni.

Ut pro-

VARIAE LECTIONES.

a *quam* meus. *cum* H. b *soceri* V. 1. c *Corphini*, *Corsini*, *Corvini*, *Corcini* MSS. & Edd. qdd. d *circumdita* A. e *Domiti pugn.* B. 1. H. *condam* Ed. Rom.

MICYLL. Alii ita referunt. quod Scipio oppido Lucetiae in Venetia prope Hadriam fugam arripuit: quanquam haberet secum milites, & cohortes ejus primae legionis, quam Caesar Pompejo restituerat, ut in bellum Parthicum mitteretur. Pompejus enim rogatu Caesaris, qui majorem Galliae motum expectabat, duas ei legiones misit, primamque confectam ex delectu provinciae ex suo numero dedit. Inde Senatusconsulto constitutum fuit, ut ad bellum Parthicum legio una, à Cn. Pompejo, altera, à Caesare cum Crasso mitteretur: ita hae ambae à Caesare fuère abductae. Ergo *Lucetiae*, censet Sulp., non *Luceriae* legendum. Sed audiamus *Glareanum*, cujus judicio lubens subscribo. Aldinus codex, inquit, *Luceriam*, per *r*. semivocalem in tertia syllaba, non per *t*. mutam, legit, ut sit Appulorum urbs non incelebris. Sed Sulpitius per *t*. mutam in tertia syllaba legit, dicitque oppidum in Venetia, prope Hadriam: quod oppidum, apud insignes Geographos non invenio. Omnes enim Hadriam coloniam in Picenis ad Acernum amnem ponunt: nisi ad Padum amnem sit Hadria, Coloniae metropolis, cujus vestigium etiamnum apud Ferrariam ostenditur. Atqui non est verisimile, in Gallia fuisse hoc tempore Scipionem, cum Pompeji praesidio, cum utriusque Galliae praetor esset Caesar: & tota Cisalpina Gallia, in qua & Venetia, Caesari esset faventissima, quae cum summo honore exoepit, ex Transalpina nostra redeuntem, ut refert Hircius, libro III. ejusdem belli. Quis porro crederet, Caesarem, relicto post se hoste, Picenum, & quicquid post Rubiconem in Italia erat, invadere voluisse, si non prius illum sustulisset? Porrò Sulpitius Caesaris verba corruptè citat. Non enim Pompejus ivit Luceriam, cùm Corfinium captum esset, sed cum Luceriae esset Pompejus, Corfinium captum rescivit: ac inde Canusium, ac Brundusium petivit. Verisimile autem & illud est, Pompejum illic primum sibi consuluisse, ac Luceriae aliquem in praesidio reliquisse, & fortassis Scipionem. Sed & illum mox, ut plus appropinquavit Caesar, fugisse. Neque verò poëtae nos ordo turbet, qui neque temporum, neque rerum ubique servat ordinem, ut Mari, Syllaeque historia, in hoc adeo libro de Scaevola ostendit, & de fluminibus ex Apennino fluentibus satis clare. Hactenus *Glareanus*, cujus ego judicium vehementer probo. Vetus codex *Nuceriae* legit, abest à mari IX. M. pass. Nuceria. Sarnus alluit agrum Nucerinum. HORTENS. *Luceriae*. Micyllus probat *Nuceriae*, quod Umbriae oppidum est. BERSM. *Lucetiae*, quod intrusit Sulpitius, & ab aliis acceptum est, nihili est; contra historiam & Mstos. *Luceriae*, ut ante Sulpitium legebatur, & in quibusdam est scriptis, probat Lipsius, idque rem, & libros dicere ait Cent. 1. ad Belgas Ep. 16. Satis pro imperio. Circa Luceriam has legiones sedisse, putabat ex Cicerone Lib. VII. ad Attic. Ep. 20. *Cneus Luceriae esse dicebatur, adire cohortes legionum Attianarum, non firmissimarum.* Has enim easdem esse, quae à Caesare erant subductae, & *Appianarum* leg. existimat. Atqui idem Cicero, ut ipse Lipsius testatur, dicit, *omnem in his fuisse spem.* quinam ergo dici possent *non firmissimae? firmissimas* cum ceteris eas dicit ipse Caes. B. Civ. 1, 9. III, 88. Vide etiam Pompeji litteras apud Cicer. ad Att. VIII, 12. Nihil itaque probat. *Nuceriae* Beroaldus etiam legit. Ego nihil temere statuo. Sed cum *Nuceriae* habent scripti pauciores, ut Pulm. quatuor, Vossiani tres, & Wittianus; *Luceriae* retineo. *Nuceriae* tamen magis placet propter loci adfinitatem. Saepius autem hae urbes confunduntur, & viris doctis molestiam pariunt. Consule Scottum ad Aurel. Victorem de Viris Illustr. c. 32. *De Apulis, & Lucerinis.* ubi etiam duo Codices Leidenses à me inspecti *Nucerinis*.

473 FORTISSIMA PUBES] Rescripsi *firmissima* auctoritate omnium tam Pulmanni, & Bersmanni, quam meorum Codicum, excepto Regio sec., quibus accedunt & alii, ab Ill. Heinsio collati; qui ita quoque scribendum esse monuit ad Ovidii L. III. Fast. 279. *Ne firmior omnia posset:* Ex Anglicanis Mstis adstruit id etiam J. Wasse ad Sallust. B. Jug. c. 30.

Ut procul immensam [a] campo consurgere nubem,
[b] Ardentesque acies percussis sole corusco
Conspexit telis; Socii decurrite, dixit,
Fluminis ad ripas, [c] undaeque inmergite pontem:
Et tu montanis [d] totus nunc fontibus exi,
Atque [e] omnes trahe, gurges, aquas, ut spumeus alnos
Discussa

VARIAE LECTIONES.

a *campis* B. 2. V. pr. sec. tert. H. A. b *Ardentisque* V. pr. sec. W. *ardentis* R. pr. c *undisque* V. 1. O. Edd. Ven. Br. Med. d *nunc totus* O. meus. e *omnis* V. 3.

c. 30. *firmissimus contra pericula.* Plura vide in notis J. F. Gronovii ad Livium L. XXIII. c. 25. *Exercitus satis firmi.* P. Burmanni ad Ovid. Metam. VII, 457. *firmissimus ira.* & saepe. Ut mox quoque vidimus. Eadem variatio in Mstis, quorum varias lectiones excerpsi, Frontini L. II. 5, 42. Strateg. *firmissimam manum militum.* quomodo idem L. I, 4, 7. II, 3, 4.

475 SUBDUCTA METU] Sic primus, quod sciam, edidit Grotius; antea erat *seducta*, ut longe plurimi etiam habent libri scripti, i. e. à Caesaris armis detracta, separata. Ovidius Lib. XIII. Metam. 610.

- - - - *quarto seducunt castra volatu.*

Adde illa, quae adducit summus Gronovius ad Senecae ludum de morte Claudii, & Consol. ad Helviam c. 16. *Ex quo te virtutes tuae seduxerunt:* ubi hoc in loco praefert quoque *seducta.* Verum in omnibus illis simpliciter *separare*, *secernere*, & *à turba eximere* notat: quare ego quoque hic malim sequi Grotii judicium, & retinere *subducta.* quod est in veterrimo Vossiano primo, uno Pulm. Wittiano, & Marpurg. Nam clare artem Marcelli innuit, qui ad Caesaris vires minuendas auctor erat dandi eam juventutem Bibulo, qui fingebatur iturus ad Parthos: unde ipse conqueritur Caesar L. I. B. G. c. 9. retineri duas legiones, quae ab se simulatione Parthici belli sunt *abductae.* atque ita alii auctores, ut notum. *Subducta* est subrepta, fraudibus abstracta. Sic Ovidius Lib. XIII. Metam. 61.

Ergo aut consilio vires subducis Achivis,
Aut n. ce.

Horat. L. I. O. 3, 27.

- - - - - *Audax Japeti genus*
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem aetherea domo subductum.

quod male viri docti in *subvectum*, vel *sublectum* mutare conantur. Silius Ital. L. XV, 468.

- - - - - - - - - - - - *illum*
Supposito mater partu subduxerat olim.

Sequentia male intellexit Scholiastes, dum dicit, sensum hic esse. *Supra illa damna, quae fecerant Parthi, vel Galli, haec addidit Magnus* (*accidit Magno* Voss. pr.) *ut, dum ipse eamdem pubem vocat à Caesare, bellis civilibus declarentur.* Nimis argute sane. Errat etiam Hortensius, qui per *socerum* intelligit Scipionem; & Omnibonus, per *ipsum* subaudiens Caesarem. Dicit Lucanus, illam pubem à Pompejo in supplementum cohortum in Gallia caesarum ad Caesarem missam esse, & Caesari, Pompeji Socero, usum Romani sanguinis tamdiu fuisse donatum, donec ipse Pompejus illas legiones revocaret sibi ab bella gerenda, vel donec ipse vellet bellare. nam pro *vocaret* in quinque Vossianis, & sexto à manu sec. Wittiano & Amstelaed. scribitur *vacaret.* quod monendum putavi.

480 MILONI] Hi enim Pompejani milites, Milonis circumsedere judicium. Bene autem *polluto:* quia occidit Clodium. SCHOL.

480 POLLUTO TIRO MILONI] *Pullato* Lipsius ad Vellej. Paterc. Lib. II. c. 50. Sed vulgatum defendit N. Heinsius not. ad eumdem Velleji locum. Lipsii correctionem sibi vindicavit Th. Dempsterus ad Rosin. IV, 9. p. 276. a. Heinsii ratio minus est valida, cum Clodius fuerit Tribunus, Pisone & Gabino Coss. Hoc autem ipso tempore praeturam petebat, quo Milo consulatum. Asconius Arg. Milon. p. 774. *Polluto* tamen recte. neque enim inficiabatur Milo. Cicero pro Milone X, 3. *Negant intueri lucem esse fas ei, qui à se hominem occisum esse fateatur.* cap. 16. *Hunc dum igitur campi speratum, atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus, & facinus prae se ferens, & confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat?* & Pompejus nova sua lege caedem in Appia via factam comprehenderat nominatim. V. Ascon. Ped. Arg. Milon. p. 778. Τῷ *pullato* nihil infelicius poterat cogitari. non petit Milo, ut sibi hoc crimen propter multa praeclara in Rempubl. merita condonetur; neque ut mors Clodii, quae salus erat civitatis, suae potius virtuti, quam felicitati populi Romani adsignetur: sed insidias sibi à Clo-

Discussa compage feras. hoc limite bellum
Haereat, hac hostis lentus terat otia ripa.
Praecipitem [a] cohibete ducem: victoria nobis
Hic primum stans Caesar erit. nec plura locutus,
[b] Devolvit rapidum nequicquam [c] moenibus agmen.
[d] Nam prior è campis, ut conspicit amne soluto
Rumpi Caesar iter, calida prolatus ab ira,
Non satis est muris latebras quaesisse pavori?
Obstruitis campos, [e] fluviis arcere paratis,
Ignavi? non si tumido me gurgite Ganges

Submo-

VARIAE LECTIONES.

a *cohibere* V. sec. a m. pr. Ed. Ven. *cohibeve* Hort. M. b *evolvit* Ed. Parm. Hort. c *a. moenibus* A. d *namque prior e.* B 1. W. A. e *fluviisque* Oxon. pr.

à Clodio factas contendit, atque adeo Clodium jure caesum, quum ab inimicorum audacia, telisque vitam inpune liceat defendere. V. Cic. pro Milone c. 2. - - c. 3. *An est quisquam, qui hoc ignoret, cum de homine occiso quaeratur, aut negari solere, omnino esse factum: aut recte, ac jure esse factum defendi?* Quin & Senatum universum comprobasse factum Milonis, quum haec causa aliquoties apud amplissimum ordinem esset acta; numquam tamen hanc novam quaestionem constituendam putasse, cum essent leges vel de caede, vel de vi. c. 5. deinde iterum fatetur, sed sic ut absolvendum putet Milonem, atque ita etiam Pompejum sentire, ostendit, c. 6, 8, 9, 11, 16. (ubi *factum* vocat *aut praeclarum, aut certe necessarium*) 19, 21, 22, 23, 26, 27, 28. - - sed praeter alia notabis haec c. 34. *Quid restat, nisi ut orem, obtesterque vos, judices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat: ego etiam repugnante hoc, & imploro & exposco?* &c. multo pulcerrima. Rem omnem decidit Plutarchus, in Cicerone p. 878. L. *obstupuit*, (Cicero) *& orationem cum tremore corporis, & linguae haesitantia exorsus est: quum Milo ipse forti animo, & celso praesto esset certamini, nec capillos demittere, nec sumere atram vestem sustinuisset. quod maximum momentum fecisse apparet ad ejus damnationem.* quid clarius? BROUKHUS. Optime Broukhusius τὸ *polluto*, quod constanter retinent omnes MSS. defendit contra Lipsium; & simul docet, *polluto* hic non posse capi ob caedem Tribuni, qui est sacrosanctus. (unde *sanguine sacro sparsae opes* sc. Tribuni Metelli L. III, 124.) cum Clodius tunc temporis Tribunus non esset. Notat ergo *pollutus* simpliciter, caede inquinatus, quam non negabat Milo. ut bene etiam capiunt interpretes. Nec obstet, quod simpliciter ponatur sine adjuncto substantivo *sanguine, nece*, vel simili quodam nomine. sic enim & Silius Lib. IX, 169.

Pollutae dextrae, & facti Titania testis
Infandi.

Pollutae nempe caede patris. Noster Lib. VI, 509. *polluta ars.* 581. *pollutus cantus.* 707. *pollutum os.* de maga, & venefica caede humana gaudente. *polluti enses* vs. 536. pro *polluto*, *reum* simpliciter dixit L. I, 323.

Pompejana reum clauserunt signa Milonem.

486 TRAHE] Malim, si per vetustos codices liceret hic scribere *fer*, & sequenti versu *trahas*. Juvat aliquantum Wittianus. in eo enim est *fer.* non *trahe.* fluvius enim aquas adfert. unde *ferri*, & *ferre aquam* passim dicitur. sic L. III, 235. ac *trahere* secum, quae inpetuoso cursui obstant. sic Ovidius L. VIII. Met. 533.

Cum gregibus stabula alta trahi.

Item *exire*, utrumque junxit Virgil. L. II. Aen. 496.

- - - - - - - - - - - amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles.
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnis
Cum stabulis armenta trahit.

sine dubio ante oculos habuit Lucanus hunc Virgilii locum. Idem vs. 307.

Praecipitesque trahit silvas.

& saepe. *Trahere aquas* alio sensu pro bibere noster cum aliis usurpavit Lib. VII, 822. Ita olim putabam. nunc nihil temere muto. nam *trahere aquas* de fluvio pro secum advehere, dixit etiam clare Curtius Lib. III, 1. de Marsya *liquidus & suas undas*

Submoveat, [a] stabit jam flumine Caesar in ullo,
Post Rubiconis aquas. equitum properate catervae:
Ite simul pedites: ruiturum adscendite pontem.
Haec ubi dicta; levis totas accepit [b] habenas
In [c] campum sonipes: crebroque simillima nimbo
[d] Trans ripam validi torserunt tela lacerti.
Ingreditur pulsa fluvium statione vacantem
Caesar, & ad tutas hostis compellitur arces.
Et jam [e] moturas ingentia pondera turres
Erigit, & mediis [f] subrepit vinea muris.

Ecce,

VARIAE LECTIONES.

a *jam stabit*. A. b *abenas* V. 2. c *campis* Marp. d *tors. v. tr. r.* B. 1. e *maturas* A. f vulgo *subrepsit*.

das trahens. L. IV, 9. *Tigris non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens*; quae loca adducit Celeberr. Graev. ad Just. II, 1. *Nili trahentis limum.* Praeterea *ferre* pro trahere, violenter rapere, etiam Virgilius Lib. I. Georg. 482.

- - - - - - - Camposque per omnis
Cum stabulis armenta tulit.

Ovidius L. VIII. Metam. 551.

Ferre trabes solidas, obliquaque volvere magno
Murmure saxa solent.

490 PRIMUM] Ubicumque enim venienti cuncta cesserunt. SCHOL.

490 VICTORIA ERIT CAESAR] Sic. 708.

Exigua est fugiens victoria Magnus.

quem locum imitatus esse videtur Jos. Iscanius L. I. B. Troj. 272.

- - - - - - - - victoria summa
Alciden fugisse fuit.

Stans est haerens, progredi nequiens. Vide Barth. ad Silium XII, 41.

Stabat Cannarum Graja ad munimina victor.

& Heinsium ad L. XVI, 13.

491 RAPIDUM] Vetus Codex *rapidis*. HORT.

491 NEQUICQUAM] Voss. pr. sec quart. Reg. prim. Wittian. & unus Pulm. *nequiquam*. Eadem variatio quoque Lib. VII, 670. & passim apud alios auctores in vetustissimis Mstis. Vide Giphan. Ind. Lucret. hac voce. Et recte approbant Scioppius, & Gudius ad Phaed. L. II. F. 5. *Opera nequiquam perit. necquicquam* Voss. duo.

492 PRIOR] Praemiserat autem Domitius quinque cohortes ex oppido, quae pontem fluminis interrumperent, qui erat ab oppido circiter millia passuum tria. Ibi cum antecursoribus Caesaris praelio commisso, celeriter Domitiani à ponte repulsi, se in oppidum receperunt, ut est in Commentar. lib. primo. MICYLL.

495 FLUVIIS] Alii *fluviisque*. BERSM. Non dicit Bersmannus, quem Grotius, ceterique sunt secuti, an ita emendarit ex scriptis. cum tamen omnes editi ante eum habeant *fluviisque*, nec Pulmannus aliquam varietatem notaverit. Ex nostris Mstis *τὸ que* carent modo Wittian., Reg. pr., Marp. & meus. Et nescio, qui fiat, ut auribus meis magis placeat *fluviisque*.

496 GANGES] Hoc est; si Ganges Indiae fluvius me transitu prohibere non posset, multo minus hic fluvius meum impetum sustinebit, & vim coërcebit, imò nulli amnes, post transitum Rubiconis. A majori ad minus. Refertur, inquit Glareanus, non ad inundationem, verum ad audaciam transitus, cum Senatusconsulto prohiberetur, diceretque. *Jacta est alea.* Quantum enim hoc flumen quantumvis inundaret, impedire potuisset? Post Rubiconem nullus amnis meam audaciam sustinebit, nulli obstabunt montes. Si Ganges meis viribus non obstaret, impediret ullis aquis? HORTENS.

497 FLUMINE CAESAR IN ULLO] Non quidem damno hanc lectionem; sed vide lector, an non multo efficacius, & elegantius sit in meo codice *Gurgite*, & *illo*, ut est in uno Bersmanni?

- - - - - - non si me gurgite Ganges
Submoveat, stabit jam gurgite Caesar in illo.

Repetitione Poëtis omnibus familiarissima, cujus exempla operose proferre, putidi foret. Geminus locus est Virgilii Lib. III. Georg. 309.

Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra,
Laeta magis pressis manabunt ubera mammis.

Sic enim malo cum viris doctis, & plurimis Mstis vete-

Ecce, nefas belli, reseratis agmina portis,
Captivum traxêre ducem, civisque superbi
Constitit ante pedes. vultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum cervice poposcit.
Scit Caesar, poenamque peti, veniamque timeri.
Vive, licet nolis, & nostro munere, dixit,
Cerne diem. victis jam spes bona partibus esto,
Exemplumque mei: vel, si libet, arma [a] retenta;
Et nihil hac venia, si viceris ipse, paciscor.
Fatur; & adstrictis laxari vincula palmis
Imperat. heu [b] quanto melius, vel caede peracta,

Parcere

VARIAE LECTIONES.

a *retempta* MSS. 7. b *quantum* V. 4. H. Marp. Edd. Rom. Parm.

veteribus: quamvis & vulgatum *flumina* suam habeat venustatem.

500 DICTA] Scilicet *dedit*. SCHOL. cur non *sunt?*

503 INGREDITUR FLUVIUM P.] Vetustus codex habet *ingreditur pulsa fl.* HORTENS. *pulsa fluv.* recte omnes scripti, & editi praeter editionem Micyllii, & Hortensii, qui tamen bene id monuit.

504 CAESAR] Ponte sublato hostis compellitur ad tutas sibi arces stationibus pulsis à Caesare, Est ergo nominativus hic *hostis*, nam compelli non potest Caesar. SCHOL.

505 PONDERA] *Moenia* Msc. Est autem hypallage. *Erigit pondera motura turres.* BERSM.

505 TURRES] Nam è turribus missilia vibrabantur. GROT. Male Bersmannus Hypallagen his verbis inesse, existimat. Ordo est, *erigit turres moturas pondera*, i. e. pro acturas saxa. L. VI, 199. *vasti muralia pondera saxi*, aliaque gravia missilia, quibus urbes oppugnantur. Decepit Bersmannum vox *movere*, quam sumpsit pro quassare. cum notet exercere, effundere. Sic *movere vires suas* vs. 626. *Movere arma*, *opus* & similia passim.

506 SUBREPSIT] Immo *subrepit*; ut rescripsi, quod res ipsa clamat, auctoritate Vossianorum pr. sec. tert. & sexti Codd.

506 VINEA] Genus machinae contra muros. SCHOL. *Vineae* in plurali apud soluti sermonis scriptores. Vide D. Vossium ad Caesar. B. Civ. L. II. c. 2.

507 NEFAS BELLI] Vitiose quidam editores haec sejungunt, *nefas*, *belli res.* Vide Barthium ad Statii Theb. L. X, 542.

Mirandum visu belli scelus.

Noster L. IV, 549.

Bellorum fecere nefas.

508 TRAXERE] *Duxere* Msc. (& Amst.) minus bene. BERSM.

509 ALTA] *Ante* unus Bersm. Regius pr. Oxon. & meus cum Vossiano sec. pro var. lect. & sexto, in cujus marg. *alta. ante* etiam in Editione Rom. & Parm. idque praetulit Modius Novantiq. LL. Ep. 80. ut Lucanus dixerit *ante nobilitas:* ut Virgilius *ante malorum*. Credat Judaeus Apella, non ego. *Altum* nobilitatis proprium est epitheton. Ovidius Lib. IV. Trist. El. 4.

In quo pars altae nobilitatis erat.

Plura exempla collegit N. Heinsius ad Fast. L. IV, 305.

Clauso referebat ab alto.

Melius ibidem *recta ferrum* defendit pro *ferrum erecta*, quod est in uno Pulm. loco. Juvenalis Sat. VI, 402.

Ipsa loqui recta facie strictisque mamillis.

Recta puella Propert. L. II, 25, 46. & *recti oculi* passim. Vide Bentlejum ad Horat. L. I. O. 3, 18. Sic L. IV, 166.

Excipiant recto fugientes pectore ferrum.

Seneca Ep. XXXVII.

Recto tibi invictoque moriendum est.

509 ALTA NOBILITAS] *Sulpitius* (quod demiror) dicit, poëtam Neroni assentari: quod ab hoc duxerit genus suum, quasi praenomina à genere materno sumere solerent, si modo ad hunc Domitium maternum genus retulerit, cum ex Caesarum familia postremus esset, & in eo Caesarum stirps defecerit. Sed audiamus etiam *Glareanum*, Laudat Domitium, poëta, inquit Sulpitius, ut Neroni principi, qui ab hoc duxit genus, assentetur.

Huic

Parcere Romano potuit fortuna pudori!
Poenarum extremum civi, quod castra secutus
Sit patriae, Magnumque ducem, totumque Senatum,
Ignosci. premit [a] ille graves interritus iras:
Et secum: Romamne [b] petes, pacisque [c] recessus
Degener? [d] in medios belli non ire furores
Jamdudum, moriture, paras? rue certus, & [e] omnes
Lucis rumpe moras, & Caesaris effuge munus.
Nescius interea capti ducis, arma parabat
Magnus, ut [f] inmixto firmaret robore partes.
Jamque secuturo [g] jussurus classica Phoebo,

Tentan-

VARIAE LECTIONES.

a *ipse* B. 1. b *petam* B. 1. V. 1. a m. sec. *petis* V. tert. a m. pr. c *secessus* W. d *&* B. 1. e *omnis* V. pr. R. pr. f vulgo *admixto*. g *visurus* H. Marp.

Huic & Badius subscripsit. Mihi plane hoc verisimile non videtur, cum Nero de Julia gente esset ultimus, cui plus adulatum oportuit. Sed hic poëta affectu in omnes Pompejanos benevolo, in omnes Caesarianos, nisi qui postea exitium Caesari intulêre, malevolo. Hoc de Domitio scripsit, juvenis, & parum cautus, maximè sub tali vivens tyranno. Laudavit nimis magnificè omnes, qui sibi mortem intulerunt, quemadmodum & Valer. Max. solet. haud memor, quàm facilè mortis timor nos à nostra constantia dejiciat, quod ipse accusata contra omnem pietatem matre, & ad Tyranni pedes sordidè provolutus declaravit. Sed ita dissipat Deus hominum conatus, qui eum ignorant, nec in eo, sed in sua virtute potius salutem, & laudem quaerunt. Haec *Glareanus* verissimè. HORTENS. Qui hic insuper videndus, nimium Lucani partium studium, ultra quam rei veritas permittit, merito taxans. fuit enim Domitius pusillanimus, & timidus, & qui hic clam aufugere erat conatus. sed male idem per *nobilitatem* intelligit illic captos omnes nobiles. Solum Domitium innui à Lucano, sequentia satis evincunt.

513 SPES] *Pars* Msc. male. ut alii quoque veniam sibi sperare possint. BERSM.

514 EXEMPLUM] i. e. quod & aliis victis ita sim vitam donaturus. SCHGLIAST.

514 RETENTA] Non hic notat, retine; nec resume, ut plerique capiunt interpretes; & unde ex glossa inrepsit in Mstos duos Pulm. unum Bersm. & Amstel. *Recepta* significat, ut recte Glossator Voss. pr. & alii, iterum tenta, rursus experire, quid valeant tua arma. Ovidius Ep. x, 11.

- - *referoque manus, iterumque retento.*

Trist. v, 12, 51.

Si demens studium fatale retentem.

Adde L. 1. Metam. 746.

517 HEU] Exclamatio Poëtae, quod Domitio sit vita concessa. SCHOL.

519 EXTREMUM CIVI] Poenarum augmentum fuit civi i. e. Domitio, ignosci sibi à Caesare, eo quod secutus sit castra patriae, & cetera. ac si diceret, si meliorem partem non secutus esset, non tantum doleret. IDEM.

519 CUI FIT] *Est civi* Msc. duo. duo *extremum civi, quod signa secutus*, omisso verbo substantivo. Extrema, inquit, poena est Domitio, quod sibi ignoscatur q. criminis reo, quod secutus sit Pompejum. BERSM.

519 CIVI] Vera lectio ex MS. Romano homini maximum est supplicium, venia opus habere, quod publica arma privatis praetulerit. Antea fuit, *cui fit*. GROT. Verissime ita restituit Grotius, & jam diu ante monuit G. Canterus L. III. Nov. LL. c. 2. *Cui fit* Sulpitius rursus intrusit. Scripti omnes, & editi ante eum *civi*, quod vidit etiam Stephanus, qui expressit *& civi*, ut est in Marp. Hulst. & Amstel.

519 CASTRA SECUTUS] Praefero lectionem, quae est in quatuor vetustissimis Vossianis, & Hulstiano, *signa secutus*. ut solet noster. hoc libro 319.

- - - *quin publica signa, ducemque*
Pompejum sequimur!

vs. 531.

O scelerum ultores melioraque signa secuti!

Lib. IX, 251.

Si semper patriam sequeris Cato, signa sequamur,
Romanus quae consul habet.

Tentandasque ratus [a] moturi militis iras,
Adloquitur tacitas veneranda voce cohortes:
O scelerum ultores, melioraque signa secuti:
O vere Romana manus! quibus arma Senatus
Non privata [b] dedit, votis deposcite pugnam.
Ardent Hesperii saevis [c] populatibus agri:
Gallica per gelidas rabies [d] effunditur Alpes:
Jam tetigit sanguis pollutos Caesaris enses.
[e] Di melius, [f] belli tulimus quod damna priores:
Coeperit inde nefas. jamjam me praeside Roma
Supplicium, poenamque [g] petat. neque [h] enim ista vocari
Proelia justa [i] decet, patriae sed vindicis iram.
[k] Nec magis hoc bellum [l] est, [m] quam cum Catilina [n] paravit
Arsuras in tecta faces, sociusque furoris
Lentulus, [o] exsertique manus vesana Cethegi.

O ra-

VARIAE LECTIONES.

a *morituri* V. tert. sec. pro var. lect. B. 1. vitiose. b *manus* R. 1. c *popularibus* Ed. Ven. Br. Med. d *perfunditur* V. 3. Ed. Rom. Par. *diffunditur* R. 1. e *Dii* Edd. & MSS. qdd. f *tulimus belli* V. 1. g *petit* B. 1. h *enim* deest in O. i *decent* meus. k *Heu* B. 1. l *est* abest ab Ed. Ven. m *quod cum.* V. tert. *quam quod* V. pr. & qu. supras. *cum.* n *parabat* P. 1. o *exertive* V. sec. pro var. lect.

sic ibi libri meliores, non *petamus.*
281.
Cervicis pretio bene se mea signa secutam.
371.
O quibus una salus placuit mea signa secutis.
ut est in Mstis fere omnibus. vulgo & illic *castra.* L. x, 10.
- - - - - - - *Sua signa secutus.*
quomodo & alii. Silius L. XVII, 562.
- - - - - - - *mea signa secuti,*
& passim. Inverso modo Claudian. L. II. in Eutrop. 224.
Hos Aquilae Romanaque signa sequuntur.

521 GRAVES] *Gravesque* Msc. perperam. BERSMANN.

522 SECUM] Deest *locutus est.* ut Virgilius. *Hoc secum.* SCHOL.

522 RECESSUS] Vetustus Codex mendose legit *pacemque poposcest* HORTENS.

524 JAM DUDUM] Paulò post. Vita enim nostra incerta est, & omnino brevis: vel, *jam dudum moriture*, id est, qui paulò antè mori debueras. SULPIT. Vel etiam ut cum verbo construatur, ut sit sensus: Cur non jamdudum paras in belli furores ire tu, qui alioqui moriturus es? &c. MICYLL. Recte. vide etiam Ascens. & Hortens.

525 MUNUS] Quod vitam concessit, & pepercit invito. SCHOL.

527 UT INMI. FIR. RO. PAR.] Ut se Domitio conjungendo fortior fieret. SULPIT. Vel potius, ut Omnibonus: *Immisso robore*, ex diversis militibus misso. Neque enim legimus exercitum, aut copias aliquas à Domitio ad Pompejum adductas fuisse, sed contrà, milites Domitianos (Corfinio capto) sacramentum apud Caesarem dicere jussos esse. Vide 1. Comment. MICYLL. Atqui hoc tunc nondum sciebat Pompejus. Vel sic tamen malim cum Micyllo generaliter intelligere de conscribendo novo exercitu.

527 INMISTO] In vetusto Codice *admixto* legitur. HORTENS. *Admixto.* Alii *inmisto*, ut & Msc. BERSM. *Admixto* primus è codice suo protulit Hortensius, quod Bersm. ceterique secuti sunt. Antea *inmixto* fuerat, ut habent omnes Pulm. & decem nostri vetustiores, ac Oxon. pr. quod mutari non debuerat. *Inmiscere* milites est supplemento augere. *ondersteeken.* Non multum dissimile Livius L. III. c. 50. *Inmixti turbae militum togati.*

530 COHORTES] *Catervas* Msc. minus bene. pro *populatibus* Msc. *populantibus*, male. BERSM.

533 NON PRIVATA] Mandatum enim à Senatu est bellum contra Caesarem. SCHOL.

O rabies [a] miseranda ducis! cum [b] fata Camillis
Te, Caesar, magnisque velint miscere Metellis,
Ad Cinnas, Mariosque venis. sternêre profecto,
Ut Catulo jacuit Lepidus, nostrasque secures
Passus, Sicanio tegitur qui Carbo sepulcro,
Quique feros movit Sertorius exsul [c] Hiberos.
Quamquam, si qua fides, his te quoque jungere, Caesar,
Invideo, nostrasque manus quod Roma furenti
Opposuit. Parthorum [d] utinam post proelia sospes,
Et Scythicis [e] Crassus victor remeasset ab [f] oris,
Ut simili caussa [g] caderes, qua [h] Spartacus [i] hostis.
Te quoque si Superi titulis accedere nostris
Jusserunt, valet in torquendo dextera pilo:
Fervidus haec iterum circa praecordia sanguis
Incaluit: disces non esse ad bella fugaces,

Qui pa-

VARIAE LECTIONES.

a *miranda* B. 1. H. b *facta* M. c *Hybernos* H. d *O utinam* V. 1. e *victor Crass.* P. 1. B. 2. V. 2. W. O. meus. f *horis* V. 2. H. *arvis* V. pr. sec. tert. & margo Hort. V. ad L. VI, 814. g *peteres* Edd. Br. Med. h *Sparticus* B. 1. meus, Ed. Ven. *Parthicus* V. 1, *Sparthacus* & *Spartachus* alii. i *ensis* Reg. pr.

537 PRIORES] Innocentior enim est, qui prior accipit injuriam. SCHOL.

540 JUSTA] Justum proelium dicitur, cum inter se hostes dimicant. IDEM.

542 ARSURAS IN TECTA] Sic Aldus legit. sunt tamen, qui *ausuras* legunt, aut *arsuras vi tecta.* VERSELLAN. Nihil mutant scripti, aut editi. *paravit in tecta* sunt copulanda. Virgil. L. II. Aen.

Aut haec in nostros fabricata est machina muros.

544 FATA CAMILLIS &c.] Hoc è Bruti quadam ad Atticum Epistola expressum est: in qua idem illud de Antonio dixerat. Verba Plutarchi in ejus vita haec sunt. *Μάγνον δ' Ἀντώνιον ἀξίαν φησὶ τῆς ἀνοίας διδόναι δίκην, ὃς ἐν Βρούτοις, καὶ Κασσίοις, καὶ Κάτωσι συγκαταριθμεῖσθαι δυνάμενος, προσθήκην ἑαυτὸν Ὀκταβίῳ δίδωσιν.* RUTGERS. Var. Lect. L. II. c. 13.

548 SICANO] Aut ut passim legitur *Sicanio*, sicut Aeneid. III. *Sicanio praetenta sinu* &c. Malim tamen utrobique legere *Sicano*; quia non videtur media posse corripi. ASCENS. Lib. III, 59. *Sicanias urbes.* 177. *Sicaniis populis*, idem Ascensius vult scribi *Sicanas* & *Sicanis.* sed male. ut vel patet ex nostri Lib. VI, 66.

- - - - - - - - - - - in arvis
Sicaniae rapidum nescit latrare Pelorum.

Adde Aen. VIII, 416. & passim. Sciunt docti, à poëtis indifferenter duas priores syllabas in *Sicanus* adhiberi: nam & *Sicanus* prima longa, & secunda brevi, ac rursus inverso modo utuntur, unde derivatum *Sicanius* secunda semper brevi. V. Indic. Virgil.

548 CARBO] Carbonem enim occidit Pompejus in Melita insula. Ideo dictum est *Sicanio sepulcro.* SCHOL. De his autem hominibus, & sequentibus totas historias per longas ambages describunt hic Scholiastae MSS. Voss. pr sec. & Wittiani; sed quas hic utpote notissimas rectius omittendas duxi. praesertim cum non ab eodem esse auctore, styli verborumque varietas arguat.

549 SERTORIUS] Sertorium Appianus tradit, à Perpenna in convivio occisum, Perpennam autem ipsum postea à Pompejo praelio victum, & occisum. Eadem ferè Plutarchus in Pompejo. MICYLL. Consule etiam Hortensium.

551 INVIDEO] Quod te ego sim peremptnrus. SCHOL.

553 ET SCYTHICIS] Vetus Codex legit,
Et Scythis victor remeasset Crassus ab oris.
HORTENS.

553 SCYTHICIS] i. e. Parthis, qui à Scythis originem duxerunt. V. Stephan. Byzant. V. Παρθυαῖοι. Justin L. II, I. XLI, I. Curt. L. IV, 12. VI, 2. & ibi Comment. Dein vitiose scribitur apud Horatii Scholiast. L. III, O. 14. *Et simili caussa caderet.*

Qui pacem potuêre pati. licet [a] ille solutum,
Defectumque vocet, ne vos mea terreat aetas.
Dux sit in his castris [b] senior, dum miles in illis.
Quo potuit civem populus perducere liber,
Adscendi, supraque nihil, nisi regna, reliqui.
Non privata cupit, Romana quisquis in urbe
Pompejum transire parat. hinc Consul uterque,
Hinc acies statura ducum. [c] Caesarne Senatus
Victor erit? non tam coeco [d] trahis omnia cursu,
Teque nihil, Fortuna, pudet. Multisne rebellis

Gallia

VARIAE LECTIONES.

a *ipse* V. 1. in marg. b *melior* P. 1. c *Caesarve* H. d *trahit* A. *trahes* R. 1.

554 SPARTACUS] Spartacus enim fugitivorum dux à Crasso victus est. Hoc ergo dicit. Utinam Crassus victor remeasset, ut ab eo ita compressus fores; sicut Spartacus fuit, ne meae manus in te polluerentur. SCHOL.

555 TITULIS] Ut Caesaris victor perhiberer. Ovidius Ep. Her. IX, 1.

Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris.

BERSM.

556 VALET IN] Cod. Wittianus *Valet, en!* quod forsan non nemini placeat.

557 HIC ITERUM] *Haec iterum* Msc. duo. non male. & *circa praecordia*. Msc. quatuor. alii *circum praec.* BERSM. Recte Grotius rescripsit *haec*: ut habent omnes Pulmanni, meique Codices, ac Edd. Rom. Parm. Sulpit. Ascens. Vide ad L. 1, 363.

Dum movet haec calidus spirantia corpora sanguis.

pro *circa* Sulpit. Ald. Colin. Steph. Gryph. Mic. & Hort. ediderunt *circum*. ut apud Virgil. L. II. Georg. 484.

Fervidus obstiterit circum praecordia sanguis.

Sed *circa* mei quoque Msti cuncti servant. Horat. L. 1. O. 3.

Illi robur & aes triplex
Circa pectus erat.

Passim hae voces *circa*, & *circum* permutantur.

558 DISCES] Alii. *dices*. Vetus Codex *discent*. HORTENS. *Dicet* Msc. alii *dices*. BERSM. Vitiose Colinei, Stephani, & Pulmanni Edd. *dices*. *Disces* cum inpressis plerisque habent ex nostris Vossiani tres, Regius recentior, Marp. & meus. *Discas* tres Pulm. *Disces* ex Weidneriano probat Modius. quia Caesarem haec verba verberant, Novant. LL. Ep. 80. *Discent* habet unus Pulm. Voss. quart. & tert. pro var. lect. Wittian. Reg. pr. & Hulst. atque ita Scholiastes scribens. *Cognoscent milites Caesaris, non ideo ad bellum nos esse segnes, quia longam elegimus, & potuimus pati pacem.* Ego tamen praefero *disces*, cum duobus Pulm. Vossianis sec. & quinto, Amst. & Edit. Veneta; ut Pompejus coeperit redire ad milites suos à versu praecedente. *Discet* scilicet *ille*, ut sequitur, Caesar cum contemptu. Respicit autem ad illud Caesaris L. 1, 311.

Veniat longa dux pace solutus.

559 PACEM] Bene positum, *pacem potuere pati* tamquam necessitate, deficientibus hostibus, in pace fuerit semper paratus ad proelium. SCHOL.

560 NE VOS] Msc. *non vos*. non male. alterum *vocet. nec vos*. BERSM. *Non* Amstel. *nec* Witt. Oxon. & meus cum uno Voss. à manu sec. *ne* bene se habet, neque mutari debet.

562 PERDUCERE? LIBER] Vetus Codex post *liber* habet interrogationem. Sic & alius Codex. HORTENS. *Perducere liber*, alii post *perducere* ponunt distinctionem, ut *liber* ad Pompejum referatur: mihi magis placet *populus liber*, hoc est, salva libertate. BERSM. Post tam verissimam Bersmanni monitionem Hackianae Editionis procurator tamen inepte, & sine sensu edidit, *percurrere, liber, Ascendi*.

564 CUPIT, PARAT] Mire variant codices vetusti, manu scripti à recentioribus. Veteres habent, *paras*, & *cupis*, ut multis aliis in locis ostendimus, & aliis in locis ostendetur. HORTENS. Item duo Pulm., Voss. sec. & tert. a m. prima. *paras* etiam quart. a m. pr. sed vulgatum malo.

565 CONSUL] Lentulus, & *Gellius* (L. *Marcellus*

Gallia jam lustris, [a] aetasque inpensa labori
Dant animos? Rheni gelidis quod fugit ab undis,
Oceanumque vocans incerti stagna profundi,
Territa quaesitis ostendit terga Britannis?
An vanae [b] tumuere minae, quod fama furoris
Expulit armatam patriis è sedibus urbem?
Heu demens! non te fugiunt, me [c] cuncta sequuntur:
Qui cum signa tuli toto fulgentia ponto,
Ante bis exactum quam Cynthia [d] conderet orbem,
Omne fretum metuens pelagi pirata [e] reliquit,

VARIAE LECTIONES.

a *aetas inp.* H. b *minuere* R. pr. *timuere* Edd. Br. Med. c *castra* Marp. d *clauderet* R. 1. e *relinquit* V. 1.

lus V. ad vs. 278. *Cetegus* Voss. pr.) ex nostra parte staturus est. SCHOL.

566 DUCUM EST] Aliis *est* deest. HORTENS. Ascensius, Micyllus, & Grotius *est* deleverunt, ut abest quoque ab uno Pulm. duobus Voss. Marp. & meo MSS. Ceteri editi, & scripti, & quidem vetustiores agnoscunt *est*. Ascensium tamen, Micyllum, & Grotium sequi malui. Languidum nimis versum facit appositio *&* *est*: quod saepius temere intrusum, cum esset Glossa, jam vidimus; & infra aliquoties patebit.

566 CAESAR] Ad invidiam posuit unum nomen hominis, & totum senatum, aut senatoriam dignitatem. SCHOL.

568 MULTISNE &c.] Vetus uterque Codex legit sine interrogatione, ut & ea, quae sequuntur usque ad *an vanae*. HORTENS.

568 REBELLIS] Ut adhuc victa non sit. SCHOLIAST.

569 GALLIA] Msc. *Gallica*. vitiose, & *quos fugit*, male. BERSM. *Quos fugit* Vossiani duo Oxon. Reg. sec. meus. & Voss. sec. pro var. lect. cum Ed. Rom. & Parm. Wittianus *quos fundis*. *quos fudit* Voss. primus a m. priore.

571 OCEANUM INCERTI] Ideo *incerti*: quod accedat, & recedat. Hoc ergo *stagnum* Caesar Oceanum nominabat. SCHOL.

571 STAGNA] Msc. *incerti magna profundi*, & ad marg. *incertaque stagna profundi*. Extenuans invidiose facta Caesaris, dicit Oceanum ab eo appellatum Gallici maris aestuaria, nunc vadosa, nunc profunda, propter reciprocationem. BERSM.

572 QUAESITIS] Ut fugeret, quos ipse quaerebat. SCHOL.

574 ARMATAM] Bene dicit *armatam*, ut paratam ad bellum gerendum. *urbem* pro civibus posuit. IDEM.

576 TOTO] Vetus Cod. *medio fulgentia*. HORTENS. Male. passim *toto mari* & similia dicunt scriptores. Liv. XXVIII, 4. & plura dicam ad vs. 726.

- - - - - - *super aequora toto*
Praedonem sequerere mari.

ubi tamen forsan *maris* legendum esse videbimus. *Pirata pelagi* hic possent jungi, ut *praedo maris* &c. sed malim construere *metuens pelagi*. Lib. VIII, 811.

- - ? - - - *commercia tuta*
Gentibus, & pavidos Cilicas maris.

577 ANTE &c.] i. e. ante duos menses. SCHOLIAST.

577 EXACTUM] *Exhaustum* Msc. non male. BERSM. Quomodo apud nostrum Lib. V, 44.

- - *nostrum exhausto jus clauditur anno:*

ubi & contra in Mstis quibusdam est *exacto*. quod hoc loco mei, & Pulm. Codices omnes servant. Sic *exacta sidera*, apud Propertium L. 1, 3, 38. *Exactum tempus* Ovid. Ep. Her. IV, 26 & passim. Vide Graevium ad Hesiodi Theogon. 59. Commutantur hae voces etiam in Ovidio Lib. XII. Metam. 161.

- - - - - - *exhausta pericula saepe*
Commemorare juvat.

579 ANGUSTAQUE] Vetus Codex *Angustaque*; item & alter Codex, in quo sine *in* legitur. HORTENS. *in* abest quoque à Regio primo, & Wittiano.

[a] Angustaque domum terrarum in sede poposcit.
[b] Idem per Scythici profugum [c] divortia Ponti
Indomitum regem, Romanaque [d] fata morantem,
Ad mortem, Sulla felicior, ire coëgi.
Pars mundi [e] mihi nulla [f] vacat: sed tota tenetur
Terra meis, quocumque jacet sub sole, [g] tropaeis.
Hinc me victorem gelidas ad [h] Phasidos undas
Arctos habet: calida [i] medius mihi cognitus [k] axis
Aegypto, atque umbras nusquam flectente [l] Syene.

Occasus

VARIAE LECTIONES.

a *angustam* B. 3. V. 5. R. 1. A. meus. Oxon. pr. Edd. Ven. Br. Med. b *idem ego* W. c *in div.* A. d *signa* M. e *tibi* V. 1. f *vecat* Ed. Br. aliique V. ad Sil. Ital. VI, 327. g *tropheis* MSS. & Edd. plerique *triumphis* M. & V. 1 in marg. h *Phasidis* B. 1. A. i *melius* V. sec. pro var. lect. k *orbis* V. sec. a m. pr. l *Siene* MSS. & Edd. multi, vel *Sienne.*

579 POPOSCIT] Concessit enim his Pompejus civitatem, in qua consisterent. SCHOL.

582 FELICIOR] Sulla Mithridaten vicit, sed non ita, ut ad mortem compulerit. Ideo dicit. *felicior Sulla.* IDEM.

585 PHASIDOS] Sulpitius, Phasidem ultra ostia Tanais, in Pontum fluere dicit: quod corruptum puto: nam longè a vero abest, nisi Hyperboreum loquentem faciat. Sed quo minus restitui possit, in caussa est, quod non citat authorem, unde ea descripsit, quod fere solet. GLAREAN.

586 FLECTENTE] i. e. obliquante, ut fieri solet solis accessu. *Syene* sane regio Aegyptia, in qua homines hora VI umbras suas sub se habent, non ut nos, quorum umbra juxta solis cursus in latere rotatur (*cursum a l. torquetur* Voss. pr.) SCHOLIAST.

587 NUSQUAM FLECTENTE SYENE] Macrobius hunc locum aperiens, inquit: *Civitas Syene, quae provinciae Thebaidos post superiorum montium deserta, principium est, sub ipso aestivo tropico constituta est: & eo die, quo Sol certam partem ingreditur Cancri hora diei sexta, quoniam Sol tunc super ipsum invenitur verticem civitatis, nulla illic potest in terris de quolibet corpore umbra jactari. Sed nec stylus hemisphaerii monstrantis horas, quem gnomona vocant, tunc de se potest umbram creare: & hoc est, quod Lucanus dicere voluit, nec tamen plenè, ut habetur, absolvit:* dicendo enim, atque umbras nunquam flectente Syene, *rem quidem attigit, sed turbavit verum: non enim* nunquam *flectit, sed uno tempore.* Sic ille, qui injustè Lucanum arguit, qui inquit *nusquam*, hoc est, nec ante, nec post, nec ad dextram, nec ad sinistram, non *nunquam*, ut ille legit. SULPIT. *Nusquam* i. e. ex nulla parte, non tamen *numquam* leges. ASCENS. *Numquam* Msc. duo vitiose. uno enim duntaxat die hoc accidit. BERSM. *Numquam* habent duo quoque Pulmanni, & Voss. sec. Amst. cum meo. Ceteri omnes MSS. & Editi *nusquam* servant contra Macrobium Lib. II. somn. Scipion. c. 7. qui tanti nobis esse non debet, ut ideo vitiose, vel saltem obscurius locutum fuisse Lucanum, censeamus. *nusquam* etiam servant vulgatae Editiones Prisciani c. 887. De hoc loco qui scripserunt, vide Brodaeum L. V. Miscell. c. 17. Vadianum in Pompon. Melam p. 197. Barthium in Statii, T. 2. p. 1230. Pontanum ad Macrob. locum, & prae ceteris locum hunc contra acerbam nimis Scaligeri, aliorumque censuram defendentes, Salmasium in Plinian. Exerc. p. 300. Ed. Ultr. qui tamen male praefert *numquam*, & J. Palmerium Apolog. pro Lucano p. 24. & seqq. qui consuli meretur. Solstitii tempore, & sole cancrum ingresso, unde alibi noster *cancroque suam torrente Syenen*, per meridiem in nullam partem illic umbra jacitur.

588 OCCASUS MEA J. TIMET] Unus Bersm. Vossianus tertius & quartus, ac Regius primus cum editionibus Veneta, Brixiana & Mediol. *timent.* ut *occasus* sumserit in plurali numero. sicut cum aliis auctoribus solet in *ortus.* V, 642. VIII, 310, 419. &c. sic Ovidius L. II. Metam. 190.

Prospicit occasus, interdum respicit ortus.

Seneca de Benefic. c. 33. L. III. *Imperii ad ortus occasusque venturi.* Fulgent. L. I. Mythol. c. 11. *Vergens* (Sol) *occasibus pronus incumbit.* Nec aliter noster ipse. L. VI, 361.

Purus in occasus parvi sed gurgitis Aeas.

IX, 421.

Vergit in occasus.

X, 39.

Occasus mea jura timet, [a] Tethynque fugacem
Qui ferit, Hesperius post omnia flumina [b] Baetis.
Me domitus cognovit [c] Arabs, me Marte feroces
Heniochi, notique erepto vellere Colchi.
[d] Cappadoces mea signa timent, & dedita sacris
Incerti Judaea Dei, mollisque Sophene.
Armenios, Cilicasque feros, Taurosque subegi.
[e] Quod socero bellum, praeter civile, reliqui?
Verba ducis nullo partes clamore sequuntur,

[a] Nec

VARIAE LECTIONES.

a *Thetim*, *Tethim*, *Tethyn*, MSS. & Edd. plurimi. b *Betis*, *Bethys*, *Bethis* MSS. & Edd. qdd. *Batus* R. 1. c *Arabas* V. 1. H. d *Capadoces* R. pr. W. meus. e *quis* O.

x, 39.

Isset in occasus mundi devexa secutus.

Atque ita omnes fere scripti L. x, 290.

Cursus in occasus flexu torquetur & ortus.

591 HENIOCHI] Eniochi, civitas in Ponto in parte Asiae. SCHOL.

591 ENIOCHI] *Heniochi*, cum aspiratione scribendum. Sunt autem Heniochi populi Pontici, vicini Colchis, & Hiberis. Dicti ἀπὸ τῶν ἡνιόχων, hoc est, aurigis Castoris & Pollucis, Rheca scilicet & Amphistrato, qui eo loco post raptum velleris aurei consedere, gentemque eam de suo nomine condiderunt, ut autor est Strabo, libro undecimo. Caeterum has gentes omnes pervagatus est Pompejus bello Mithridatico, quando Pontum, Armeniam, Cappadociam, Paphlagoniam, Ciliciam, Colchidem, &c. subegit. MICYLL. Antea vulgo edebatur *Eniochi*: ut est in multis scriptis: in quibus & editis prioribus etiam *Oenochii*, *Oeniochi*, *Aeniochi*, *Emolchi*, & similia monstra. hic & Lib. III, 270.

Hinc Lacedaemonii moto gens aspera freno Heniochi.

Vide de his plura apud Hortens. & Valesium ad Ammian. Marcellin. Lib. XXII. c. 8. *Cujus Auctores Amphitus, & Cercius Spartani traduntur, aurigae Castoris, & Pollucis, à quibus Heniochorum natio est instituta.* Corruptum hoc nomen est in Avieno descript. Orbis. vs. 854.

- - - - - juxta gens aspera degit
Heniochi, pariterque Zygi, qui regna Pelasgûm
Linquentes:

vel *utraque Zygi?* Vulgo mendose editur *Iniochi perique hinc.* Hausit ex Dionysii Periegesi vs. 687.

Ἡνίοχοι Ζυγοί τε Πελασγίδος ἔκγονοι αἴης.

Post [illegible] *Heniochi, genuit quos Graecia tellus,*
Et Zygii juxta.

Straboni ζύγιοι etiam vocantur ζυγοὶ L. XI. p. 495. Ed. Par.

591 EREPTO] Hinc enim Jason pellem auream Phryxei arietis abstulit. SCHOL.

592 CAPPADOCES] Populi in Ponto vel apud Pontum, per quos Halys fluvius fluit. IDEM.

593 INCERTI] Omnibus scilicet aliis gentibus. nam omnes gentes creaturam, ipsi vero creatorem colebant. Hinc Juvenalis

Nil praeter nubes & coeli numen adorant.

Aristobulus, & Hyrcanus contra se de imperio dimicantes occasionem praebuere Romanis, ut Judaeam invaderent. Itaque Pompejus Hierosolymam veniens capta urbe, reseratoque templo usque ad Sancta Sanctorum accessit. Aristobulum vinctum secum abducit, pontificatum Hyrcano confirmat. Deinde Antipatrum Herodis Ascalonitae filium procuratorem Palaestinae facit. IDEM.

593 MOLLESQUE SOPHENAE] Msc. *Sophenae.* duo *Sophone.* BERSM. *Sophone* est in uno Vossii, & Ed. Rom. *Sophonae* editiones Parm. & Brix. *mollisque Sophene* duo MSS. Pulm. Voss. primus & secundus cum Scholiaste, regius uterque, Wittian Hulst. & Marpurg. ut Grotius, & post eum ceteri expresserunt. Antea legebatur cum reliquis fere Codicibus *mollesque Sophenae.* à Lucano scriptum fuisse, arbitror *mollesque Sophenoe.* Graecis enim Σωφηνοὶ vocantur. Sic autem solent saepe Latini οι Graecum in *oe* terminare. Ipse Lucanus Lib. III, 180. *Selloe* ubi vide Grotium, Giphanium Ind. Lucret. V. *Tractus corporis*, Keuchenium ad Nepot. Miltiad. c. 4. *Hemerodromoe.* J. Gronovium ad Melam L. II. c. 1. *Hamaxobioe. Sopheni* sunt Plinio L. VI. c. 9.

[a] Nec matura petunt promissae classica pugnae.
Sensit & ipse metum Magnus; placuitque referri
Signa, nec in tantae discrimina [b] mittere pugnae,
Jam [c] victum fama non [d] visi Caesaris, agmen.
Pulsus ut armentis primo certamine taurus
Silvarum secreta petit, vacuosque per agros
Exsul in adversis explorat cornua truncis;
[e] Nec redit in pastus, nisi cum cervice [f] recepta
Excussi placuêre tori: mox reddita victor
Quos libet in saltus comitantibus agmina tauris
[g] Invito pastore trahit: sic viribus inpar

Tradidit

VARIAE LECTIONES.

a *non* B. 1. b *ponere* in Marg. B. 1. c *fama v.* V. 1. d *victi* M. V. pr. a m. 1. *jussi* V. tert. a m. 1. e *non* B. 1. f *repleta* B. 1. g *inviso* A.

c. 9. Nota vero, lector, primam in *Sophenes* brevem efferri, licet Graecis sit ω, de qua re diximus ad Lib. 1, 675. à nostro, & Claudiano has regiones etiam jungente L. 1. in Eutrop. 220.

In mercem veniunt Cilices, Judaea, Sophene,
Romanusque labor, Pompejanique triumphi.

Judaeam & *Sophenen* sociat Mela L. 1. c. xi. *Babylonia & Judaea & Sophene.* ubi nihil mutandum censeo. Ait autem Scholiastes. *Sophene civitas mollis dicitur propter calorem regionis, vel luxuriam.* Utrumque eleganter exprimit auctor L. viii, 366.

- - - emollit gentes clementia coeli.

594 TAUROS] Mons est in Cilicia Taurus. pro hominibus autem posuit nomen montis. SCHOLIAST.

595 QUOD SOCERO BELLUM] Ante Sulpitium vulgo legitur *Quid.* ut etiam est in duobus Bersm. & sex nostris Mstis. sed tum foret scribendum *quid socero belli*; vel distinguendum *quid socero, bellum p. civile, reliqui?*

597 MATURA] Msc. *motura* ut sit hypallage. pro *nec moturi castra petunt classica.* BERSM. Nil muta. *Matura* sunt propera, non dilata. ut saepe τῷ *sero maturum* opponitur. noster L. 1, 645.

Aut si fata movent, orbi generique paratur
Humano matura lues.

vii, 668.

- - - revocat matura in fata ruentes.

598 SENSIT ET IPSE METUM MAGNUS] Hic versus, & is, qui sequitur, non habentur in vetusto exemplari, manu in membranis Italicis characteribus scripto. Caussa est, cur ne Pompejus ipse quidem pugnae copiam poposcerit, quod trepidarit. HORTENS.

603 EXPLORAT] Msc. *implorat* mendose. Virgil. iii. Georg. 224.

- - - - - - - - - sed alter
Victus abit, longeque ignotis exsulat oris &c.
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco &c.

BERSM. Illic omnino videndus La Cerda.

604 RECEPTA] Sic ibidem Virgilius vs. 235.

Post ubi collectum robur viresque refectae,
Signa movet.

& qui utrumque imitatus est, Statius Lib. ii. Theb. 321, 326.

Cum profugo placuere tori, cervixque recepto
Sanguine magna redit, fractaeque in pectore quercus.

quomodo legendum est cum J. F. Gronovio. vulgo *vires.*

607 INVITO] Vetus codex habet *inviso.* & per *Appulia regna.* HORTENS. Rescripsi *Apula* auctoritate Mstorum fere omnium, & editionum veterum. primam enim ab aliis productam corripuit Horatius: quod facere non potuisset, si *Appulia* esset, non *Apulia*, scribendum. Recentiores Critici duobus *pp* expresserunt, ut in *reppulis* & *rettulis* & similibus perperam est factum. Dein etiam *Brundisii.* ut est in uno Bersm. & plerisque meis vetustioribus, aliisque, & in inscriptionibus. non *Brundusium.* Consule N. Heinsium ad Silium L. viii, 576.

609 BRUNDISII] Oppidum Brundisium situm est ad oras Hadriatici maris, quod Graeci construxerunt. SCHOL. Adduntur in Voss. primo rec. m. & Wittiano haec verba, quae etiam leguntur apud Isidorum L. xv. c. 1. *Brundisium autem est dictum*

Tradidit Hesperiam, profugusque per Apula rura
Brundisii tutas [a] conscendit Magnus in arces.
Urbs est Dictaeis [b] olim possessa colonis,
Quos [c] Creta profugos vexère per aequora puppes
Cecropiae, victum mentitis Thesea velis.
Hanc latus angustum jam se cogentis in artum
Hesperiae, tenuem producit in [d] aequora [e] linguam,
[f] Hadriacas flexis [g] claudit quae cornibus undas.
Nec tamen hoc artis inmissum faucibus aequor
Portus erat, si non violentos insula [h] Coros
[i] Exciperet saxis, lassasque refunderet undas.

VARIAE LECTIONES.

a *Magn. consc.* meus. b Hort. m. *quondam*. c *profugos Creta* Edd. quaedd. d *aequore* B. 1. A. e *sulcum* V. 2. a m. pr. & Hort. m. f *Hadriadas* V. tert. g *quae cl.* B. 1. *qua* B. 2. *qui* Hort. m. h *Choros* MSS. & Edd. qdd. & semper. i *acciperet* B. 1.

stum Graece, quod brunda caput cervi dicatur. Sic est enim, ut & cornua videantur, & caput, & lingua in positione ipsius civitatis. Vide Strabon. L. VI.

609 CONCEDIT] Sic edidit Grotius. quomodo unus Pulm. habet & Marp. *consedit* Ascensius. *concessit* Pulm. unus Reg. pr. Voss. sec. & alii duo à manu prima cum Ed. Ven. Oxon. pr. *conscedit* sed reliqui scripti & editi omnes *concendit*. Quod cur mutari debuerit, non video. optime τῇ *arci* convenit *conscendit*.

612 MENTITIS] Juxta enim placitum patris Aegaei obliti sunt vela mutare, & pater sese praecipitavit in fluctus; dum credit, filium esse superatum. Theseus inde è loco eo navigavit, venitque ad Italiam, condiditque Brundisium. Ideo *profugos* eos dixit à Creta. Hic est Theseus Aegaei filius, qui missus est ad Cretam, ut comederetur à Minotauro, propterea quod occiderunt Athenienses Androgeum, Minois Cretae regis filium, & ab eo devictis statutum est, ut singulis quibusque annis septem de filiis suis, & filiabus edendos Minotauro mitterent, qui humanis carnibus vescebatur. Sed cum jam dictus Theseus mitteretur, potens tam virtute, quam forma, amatus ab Ariadne, Regis filia, Daedali consilio filo iter rexit, & necato Minotauro cum Ariadne victor aufugit. SCHOL. Eadem fere habet Servius ad Virgilium. sed nota res est, quare plura hic, quia leguntur apud Serv. L. VI. Aeneid. 13. non transcribam; nisi quod à Scholiaste Voss. sec. dicatur, Daedalum fecisse offas ex pice & pilis, easque Theseo dedisse ad interficiendum monstrum.

613 HANC] Unus Pulm. Vossianus prim. & secundus *hinc*. Non male.

613 IN ARCUM] Msc. *arctum* bene. BERSM. Scripti tantum non omnes habent *arctum* sive potius *artum*, & editiones pleraeque *in arcum*, profluxit à Sulpitio, quem Ascensius, Versell. & Gryphius secuti sunt. est etiam in variis R. Stephani lectionibus, & duobus meis.

614 LINGUAM] In modum linguae. *Linguam* dixit angustam terram, quae se in mare extendens paulatim deficit. SCHOL. Loquitur poëta de duobus cornibus, quae Brundusium efficiunt portum, quem Strabo, ait, multos continere portus. Porrò *lingua* est promontorii non celsi species, sed molliter in planum devexi. Sed & instrumentum est coclearis formae. Verum hoc interest, quod *coclear* cavitatem habeat, *lingua* verò plana sit, & longa, in linguae speciem exiens. GLAREAN. Vide etiam Jac. Bonon. Syll. III. in Lucan. T. I. Thes. Crit. p. 671. & A. Schott. Observ. Hum. L. III. c. 28.

616 FAUCIBUS] Quippe terrae cornua flectuntur, & portum faciunt. SCHOL.

618 LAXASQUE] Alii *laxas*. & in vetusto exemplari. HORTENS. *Lapsasque*. Mscr. duo *laxasque*, & duo *lassasque*. BERSM. *Lassas* vel *laxas* habent etiam Pulmanni Codices, & priores editi. à Sulpitio est *lapsas*. sed recte *lassas* restituit in textum Grotius, ut est in quatuor ex nostris. Reliqui *laxas* male praeferunt. Ut passim in his vocibus, ita in simili fere re variatur apud Ovidium Epist. Her. IX, 56.

Qui lassas in se saepe retorquet aquas.

ubi vide Cel. Burm. *fessas undas* idem Lib. I. Met.

Hinc illinc montes ſcopuloſae rupis aperto
Oppoſuit natura mari, flatuſque removit,
Ut tremulo ſtarent contentae fune carinae.
Hinc late patet omne fretum, ſeu vela ferantur
In portus, Corcyra, tuos, ſeu laeva petatur
Illyris [a] Iönias vergens Epidamnos in undas.
Huc fuga nautarum, cum totas Hadria vires
Movit,

VARIAE LECTIONES.

a *Aonias* V. ſec. pro var. lect.

582. Noſter L. v, 466.

Neuter longo ſe gurgite laſſat.

701. *feſſum pelagus.* & 703. *laſſatum aequor. fatigant curſus ſuos flumina.* L. vi, 46. Sequenti verſu conjecit amicus meus, an non *moles* ſit legendum pro *montes*. Certe foret elegantius.

621 STARENT FUNE] Licet ſciam, naves proprio verbo dici *in anchoris ſtare*, nullam tamen video cauſſam, cur hic & Lib. v, 514.

Rupibus exeſis haerentem fune carinam.

funem pro anchora capere debeamus, ut putat ſummus vir R. Bentlej. ad Horat. 1. O. 14. Certe libro quinto, ubi agitur de piſcatoria ſcapha, anchora nequaquam poteſt intelligi, ſed funis ſive *πρυμνήσια*, quibus ad rupes erat alligata. Immo vix putem, *funem* ſimpliciter pro anchora fuiſſe uſurpatam ab auctoribus, eoſque, cum fune dicant navem retentam, loqui de funibus ad terram & littus revinctis, non de anchora in arena vel fundo impreſſa. quare paſſim *funes* & *vincula* ab *anchora* diſtinguunt. ut vel patet ex Virgilio & Homeri locis ab ipſo adductis, quibus adde Iliad. Δ. 436.

Ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν.

ubi recte Scholia, *πρυμνήσια τὰ ἀπόγεια σχοινία, ὅτι ἐκ τῆς πρύμνης ἀποδεσμοῦνται αἱ ναῦς πρὸς τῇ γῇ.* Neque aliter ſumi poteſt Statius L. iii. Silv. 240.

Jam ratem terris diviſit fune ſoluto
Navita.

Virgil. L. iii. Aen. 266.

- - - - - - - *tum litore funem*
Deripere.

ſed finis exemplorum non eſſet. pluribus hanc rem clariſſime probavit contra Bentlejum Doctiſſ. Johnſon, qui videndus in libello contra Horatii notas edito.

623 CORCYRA] Inſula in Hadriatico mari. SCHOL.

624 ILLYRIS] Regio Hadriatici maris in occidente. *Hadria* eſt Hadriaticum mare. IDEM.

624 ILLYRIS IONIAS VERGENS] Illyris, inquit *Sulpitius*, Europae regio eſt, quae terminatur Italia, Germania, Macedonia, Thracia, Epiro, & mari Hadriaco. Nemo neſcit, inquit *Glareanus*, Illyridos terminos alios eſſe, quàm deſcribit hic *Sulpitius*, quippe quae nuſquam vel Thraciam, vel Germaniam attingat. Verùm in his commentariis, quae ad Geographica attingunt, multa lubentes ſilentio tranſimus, ſoliciti duntaxat ubique de poëtae hujus ſenſu. Hoc autem loco, *Illyris* adjective poſitum pro *Illyrica*, putamus. Ut ſit ſenſus. Seu laeva petatur Illyris Epidamnus vergens in Iönias undas. *Badius* autem poſt *vergens* participium ponit conjunctivum *ve*, ut ſit ſenſus. Seu laeva petatur Illyris, *ve*, pro *vel* Epidamnus vergens in Iönias undas. At Latini illud *ve*, non ſolent tertio ponere loco: quare priori ſtabimus ſententiae. Hactenus GLAREAN. Caeterùm Epidamnus anno M. CCCC. & XCIX. à Pazaite Turcarum Imperatore Venetis adempta fuit, celebris tum Chriſtianis inſtitutionibus. Multa exemplaria diverſa *Epidaurus* hoc loco legunt. Ab Iſthmo enim ad Scylleon Epidaurii ſedes tenent. Aeſculapii templo toto orbe celebres, & Troezenii fide amicitiae Romanae ſcriptoribus celebrati. Hic portus Saronicus, oppida Epidaurus, & Troezen. Caeterum quia caſtigata exemplaria *Epidaurus* habent, nihil temerè imitandum eſt, quanquam in vetuſto codice in membranis ſcripto *Epidamnus* repperi. HORTENS.

624 EPIDAURUS] Civitas Graeciae, ut refert Strabo. Eam Cares Ariſtotele teſte occuparunt. nec haec urbs dicitur nunc *Dyrrachium*. ut affirmant nonnulli, nam *Dyrrachium*, ut idem inquit Strabo, alio nomine dicitur *Epidanium*. OMNIBON. *Epidamnus* Aldus, Calepinus, & plures legunt *Epidaurus*: quod oppidum, quia in Peloponneſo à Plinio, & Strabone ponitur, non videtur loco congruere. VERSELLAN. Vulgo *Epi-*

Movit, & in nubes abiere Ceraunia, cumque
Spumoso Calaber [a] perfunditur [b] aequore Sason.
Ergo ubi nulla fides rebus post terga relictis,
[c] Nec licet ad duros Martem convertere Hiberos,
Cum mediae jaceant inmensis tractibus Alpes:
[d] Tunc [e] subole [f] è tanta natum, cui firmior aetas,
Adfatur: Mundi jubeo tentare recessus.

[a] Euphra-

VARIAE LECTIONES.

a *profunditur* V. 1. H. b *aequora* Ed. Ven. c *nec* &c. versus hic abest ab Am. d *tum* V. 3. Edd. Asc. Vers. Sulp. e *sole* V. 1. f *ex* Edd. multae.

Epidaurus, pro *Epidamnus*, legunt. Atque alii quidem Insulam Illyrici maris exponunt, alii urbem. Quorum tamen neutri firma satis autoritate nituntur. Nam Plinius Dalmatiae coloniam Epidaurum facit. Pomp. autem & Coss. Brundusio solventes non *Epidaurum*, aut in Dalmatas, sed Dyrrhachium, quae eadem & *Epidamnus* aliquando dicta fuit, navigarunt, ut ex Caesare, Appiano, Plutarcho, & caeteris manifestè apparet. Quare ipse, cum Sulpitio, *Epidamnus*, lego, Graecorum exemplo, qui nomen hoc foeminino genere usurpant, contra Latinorum consuetudinem. Sic enim & Strabo lib. VII. *μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον*, inquit, *Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος, Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον ὁμωνύμως τῇ Χερρονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται.* Et Stephan. de urb *Ἐπίδαμνος*, inquit, *πόλις Ἰλλυρίδος, ἀπὸ Χερρονήσου τῆς καλουμένης Δυρραχίου.* Et rursum alio loco: *Δυρράχιον πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπ' Ἐπιδάμνου. τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ Ποσειδῶνος Δυρράχιον.* Citat autem idem autor etiam Alexandrum poëtam quendam, cujus hic versus in poëmate, quod Europa inscribitur, extiterit: *Δυρραχίν Ἐπίδαμνος ἐπ' Ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς.* Caeterùm, quòd eadem civitas à Corcyrensibus condita, à Taulantiis autem, Illyrica gente, postea habitata fuerit, meminit Thucydides libro primo. MICYLL. *Epidamnus Epidaurus* C. V. P. G. male. PULM. Quo nomine Dyrrhachium quoque appellatur teste Stephano. Alii *Epidaurus* habent, sicut & Msc. quae Dalmatiae colonia est: minus probe. de quo vide Caesar. Appian. Plutarch. BERSM. Primo male Ascensius contra omnes Mstos interposuit *ve*: quasi *Illyris* hic poneretur pro regione, cum sit adjectivum τῆς *Epidamni*. seu *Epidauri*. utraque enim est Illyrica. Amat enim noster feminina nominum propriorum in *is*: vide ad Lib VI, 214. Recte autem viri docti praetulerunt *Epidamnus* pro vulgatiore *Epidaurus* hic & infra L. X. in f.

Ad campos Epidamne tuos.

Epidaurus enim interius sita mari Hadriatico adjacet, teste Ptolemaeo. Nam nemo facile Palmerio accesserit, verba illa Epitomatoris Hermolai, Voce *Ἐπίδαμνος ἐστὶ δ' ἑτέρα ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ*, referenti ad *Epidaurum*. malim ego *ἑτέρα*, ut idem quoque conjecerat, delere. Verum responderi posset, Epidaurum quidem ad mare jacere Hadriaticum, sed vergere ad Iönias undas: cum Epidamnus sit in Iönio mari ipso. Hinc Thucydides Lib I. *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον.* Quomodo etiam, si vis, Stephani interpolator. sed non satis distincte. Accuratius Strabo Lib. VII. p. 322. Ed. Par. *ἀρξάμενοι δ' ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον παραλίας, αὕτη δ' ἐστίν, εἰς ἣν ὁ ἔκπλους ὁ ἐκ τοῦ Ἀδρίου τελευτᾷ. Ταύτης δὴ τὰ πρῶτα μέρη τὰ περὶ Ἐπίδαμνον καὶ Ἀπολλωνίαν ἐστί.* Elegantius itaque, quam si id de Epidauro multo interius sita dixisset, Lucanus ait *Epidamnum vergere in Iönias undas*, cum media quasi sit inter Hadriam & Iönium. Unde passim haec loca affinia nunc Hadriatico, nunc Iönio mari attribuuntur. Sic *Sason* Plinio Lib. III. in fine est *in Iönio*, Melae Lib. II. c. 7. *in Hadria.* & Silio Lib. VII, 480. dicitur *Hadriaticus.* Ratio vero, quam pro *Epidamno* dat Micyllus, nullum hic locum habet: non enim de profectione Consulum, & Pompeji ad Dyrrhachium agitur; sed simpliciter de situ Brundisii, dextram versus naves ad Corcyram, Graeciamque mittentis, & laevam versus ad Illyrida, & Dyrrhachium navigantis. Sic Florus L. I. c. 18. *Tarentus in ipsis Hadriatici maris faucibus posita in omnes terras &c. vela mittit.* Melior posset dari ratio, cur *Epidamnum* nominaverit, quia illa multo celebrior, & mercatura frequentior erat, quam *Epidaurus*. Quidquid sit, meliores certe scripti monent, scribendum esse *Epidamnus*, sive

X 2 potius

[a] Euphraten, Nilumque move, quo nominis usque
Nostri fama venit, quas est vulgata per urbes
Post me Roma ducem: sparsos per rura colonos
Redde mari Cilicas: Pharios hinc concute reges,
Tigranenque meum. [b] nec [c] Pharnacis arma [d] relinquas,
Admoneo, nec tu populos utrâque [e] vagantes

Armeniâ,

VARIAE LECTIONES.

a *Eufraten* MSS. quidd. b *ne* V. I. B. I. c *Farnacis* MSS. 4. Ed. Ven. d *relinques* meus. e *vacantes* V. tert. suprasc. *jacentes*.

potius Graeca terminatione *Epidamnos*. Nam praeter Pulm. Steph. & Hortens. MSS. exhibet quoque *Epidamnus* Vossianus tert. aliique Vossiani quatuor, & Regius uterque *Epidaunos*. meus *Epidaunus*, Hulstii *Epidamus*. Hae autem urbes confusae à librariis etiam sunt apud alios auctores. Vide not. ad Petron. c. 124.

Epidamnia nomina quaerere.

625 HINC] Id est ab his undis. Sunt, qui legant *huc* i. e. in hunc portum. VERSELL. *Huc* C. V. P. L. O. G. *Haec* Ascensius. *Hinc* Aldus. PULM. *Hinc* etiam Col. Steph. Gryph. Hortens. & alii *hac*; sed omnia male, & contra scriptos, in quibus constanter *huc*. omnes etiam carent τῷ *est*. quod in Ascens. Versell. Hort. & Micylli Editionibus habetur.

626 CERAUNIA] Montes Epiri. *In nubes abiere* dixit i. nubibus contecti non videntur. SCHOL. Prae aëre procelloso. non male aliter legi posset *in nubes, abiitque Ceraunia*: ut idem conjecit amicus meus.

627 SASON] Oppidum Calabriae ad oram positum ejusdem maris. SCHOL.

627 SASON] Strabo, lib. VI. p. 281. ἐκ δὲ τῶν Λευκῶν εἰς Ὑδροῦντα πολίχνιον, στάδια ρν. ἐντεῦθεν δ' εἰς Βρεντέσιον υ. εἰς δὲ ἴσοι, καὶ εἰς Σάσωνα τὴν νῆσον, ἣ τὸ μέσον πως ἵδρυται, τῆς τε Ἰαπυγίας, καὶ τῶν Κεραυνίων τῆς Ἠπείρου, id est, ex Leucis verò ad Hydruntem oppidulum, stadia C. L. Hinc autem Brundusium usque, quadringenta sunt stadia, totidem ad Sasona insulam, quae ejus quidem intervalli, quod Epiro, & Brundusio interjacet, media est. Haec Strabo. Quo in loco, pro *Quadringenta* perperam in vulgatis Strabonis codicibus legitur *quadraginta*. At Ptolemaeus *Sasona* aliquanto Epiro propiorem facit, quam Brundusio. Porrò variè inclinatur hoc nomen. Ptolemaeus Σάσω, τῆς Σάσως. Strabo ὁ Σάσων, τοῦ Σάσωνος. Plin. ad finem prorsus lib. III. *Sasonis* in nominativo protulisse videtur. Omnes hi foeminino genere. At hic poëta, *Calaber Sason*, inquit, masculino genere, & *humilem Sasona*, lib. V. GLAREAN. Hic & lib. V, 650. variant libri. meus & Bersm. unus *Sanson* hoc loco. *Saxon* Voss. unus Oxon. & Amst. rectius Regius primus *Saso*. Eodem modo vacillant etiam librarii in Silio Ital. L. IX, 499.

Expavit sonitus tremefacto litore Sason.

ubi consule viros doctos.

628 FIDES] Nulla fiducia erat, id est, postquam nulla spes restabat redeundi Romam, vel in Hispaniam ob difficultatem montium transeundi; ita adloquitur filium. SCHOL.

633 EUPHRATEN] Flumina nominat pro hominibus, qui juxta morantur. IDEM. Sic Graeca terminatione, ut & *Tigranen*, rescripsi auctoritate vetustissimorum Codicum, cum Editoribus nonnullis.

635 POST ME] Prior enim ipse scitus est ab his gentibus, quam civitas Romanorum; sive ut sit, per quas est Roma vulgata, postquam ego dux ejus fui; ante nesciebatur. SCHOL.

635 COLONOS] Pompejus his victis civitatem dedit Pompejopolin. Hos ergo nunc ad exercendam piraticam vult redire. *Colonos* vero dupliciter accipimus; sive sparsos colonos per rura, redde mari, sive sparsos per rura redde colonos mari; ut colant mare. IDEM.

636 PHARIOS] Al. *Parthos* in vetusto Codice. HORTENS. Duo etiam Pulm. Vossian. tertius & uterque Regius *Parthos* habent, sed non audiendi sunt. *Pharii*, & *Tigranes* respondent prioribus verbis *Euphraten Nilumque move*. Neque à Parthis, infensissimis Romano nomini hostibus tunc temporis auxilia petere poterat: Immo ad eos, desperatis jam rebus, confugere à Lentulo veritus est. Vide Lib. VIII.

636 CONCUTE] Msc. *excute*. non male. BERSM. *Excute* placebat etiam Modio Novant. Lect. Ep. 80. sed utrumque probum esse, ipse testatur. L. I, 5. *concussi viribus orbis*. Nihil temere itaque propter unum, alterumve Codicem est mutandum.

637

Armenia, Pontique feras per litora gentes,
Rhipaeasque manus, & quas tenet [a] aequore denso
Pigra palus Scythici patiens Maeotica plaustri.
Sed quid plura [b] moror? totos mea, nate, per [c] ortus
Bella feres, totoque urbes agitabis in orbe
Perdomitas: omnes redeant in castra triumphi.

[a] Et

VARIAE LECTIONES.

a *aequora* Edd. Ven. Hack. b *loquor* V. 1. c *urbes* R. 1.

637 PHARNACIS] Pharnax filius Mithridatis, qui, ut Pompejo probaret se favere, caput ei patris sui misit. SCHOL.

638 UTRAQUE] Msc. *in utraque* h. e. majore & minori. BERSM.

640 RHIPHAEAS] Exprimi curavi hic, & alibi in Lucano *Rhipaeas.* licet scripti, & editi habeant *Rhiphaeas*, vel *Ripheas*. Graece enim hi montes vocantur Ῥιπαῖοι. *Rhipaeus* edidit quoque Heinsius ex optimis membranis in Virgilio, & aliis. Male à ῥιφῇ deducit Servius ad Georg. III, 382. & ex eo Scholiastes Cod. Vossiani primi.

640 DENSO] *Denso* nove dixit, quia stringitur gelu. SCHOL.

641 MAEOTICA] Maeotidem paludem dicit, quae gelu stricta facit (*fit* Voss. sec.) iter plaustris. IDEM.

641 MAEOTICA] Ex Mstis quibusdam malim *Maeotia* cum C. Barthio ad Claud. Consul. Prob. & Olybr. 36. & N. Heinsio ad eumdem de IV. Consf. Honor. 180.

Insuetosque palus radios Maeotia vibrat.

V. supra ad vs. 49. *Maeotida* vitiose unus Bersm. & Reg. primus. *Mentboica* Amstel.

642 ET QUID] Plerique libri *sed quid.* BERSM. *Et* jussit librorum manu exaratorum auctoritate scribi Modius Novant. Lect. Ep. 80. eumque secuti sunt Bersm. & Grotius, ceterique. Sed omnes priores Edd. & MSS. mei quinque cum duobus Pulm. & Oxon. pr. retinent *sed.* quod mihi magis placet, quare vetustam lectionem restitui. L. VII, 295.

- - - *Sed mea fata moror? &c.*

Statius L. I. Theb. 655.

- - - *sed quid fando tua tela manusque*
Demoror.

IV, 774.

Sed quid ego haec, fessosque optatis demoror undis?

Silius Ital. L. X, 290.

Sed vano quid enim te demoror aeger,
Lentule, conquestu?

Valer. Maximus L. IX. c. 1. §. 2. *Sed quid ego de feminis ulterius loquor?* Atque ita passim *sed quid ego.* Vide N. Heinsium ad Ovidii Ep. Heroid. XV, 207. Apud Statium tamen L. IX. Theb. 799.

Et quid plura loquar?

642 NATE] Msc. *nota* mendose. BERSM.

643 BELLA FERES] Francisc. Modius (ibid.) *seres.* quod non displicet. IDEM. *Seres* placuit Grotio, adeo ut in textu mutaverit. nec ego ab hac lectione alienus essem, si optimi MSS. adstipularentur. Pro concitabis ubique populos, & semen furoris inter illos sparges. quomodo Hamilcar apud Silium Italic. L. I, 80.

- - - *Sollers nutrire furores,*
Romanum sevit puerili in pectore bellum.

Sic bella ex bellis serere Livius L. XXI. *Spargere bellum per aequora* noster Lib. hoc vs. 682. III, 64. Plura vide apud Zinzerling. Promulf. Crit. c. 20. Sed *seres* modo est in Hulstii libro. Reliqui Codices omnes tam Stephani, Pulm. Bersm. quam mei, & Edd. priores servant mecum *feres.* Statius Lib. III. Theb. 655.

- - *Quod si bella effera Grajos*
Ferre vetas, i Sidonias legatus ad urbes.

Claudian. I. Conf. Stilic. 1307.

Quas fruges vel bella ferant.

Seneca Thyeste. 43.

Bella trans Pontum vehant:

Eodem sensu dixit noster Lib. IX, 95.

- - - *nullis non gentibus heres*
Bella dabis.

644 TRIUMPHI] i. e. gentes, de quibus triumphavi. SCHOL.

645 LATIOS SIGN.] Sic omnia typis impressa exemplaria habent. Annis enim Consulum nomina in Fastis praefixa erant, ut *C. Caesare, & M. Bibulo Conss.* &c. Sequens annus Consules habuit M. Tullium Ciceronem & C. Antonium. Sequenti anno creati Conss. M. Crassus, & Cn. Pompejus. Ad eum modum signabantur anni. Sed duo diversi

[a] Et vos, qui [b] Latio ſignatis nomine faſtos,
Primus in Epirum Boreas aget; inde per arva
Grajorum, Macetûmque novas adquirite vires:
Dum [c] paci dat tempus hiems. Sic fatur: & omnes
Juſſa gerunt, ſolvuntque cavas à litore puppes.
[d] At numquam patiens pacis, longaeque quietis
Armorum, ne quid fatis mutare liceret,
Adſequitur, generique premit veſtigia Caeſar.
Subficerent aliis [e] primo tot moenia curſu
Rapta, tot [f] obpreſſae [g] depulſis hoſtibus arces:
[h] Ipſa caput mundi, bellorum maxima merces,

Romæ

VARIAE LECTIONES.

a Ed. Grotii & Hack. *at.* b *Latios* vulgo. c *pacis* H. & Hort. margo. d *ac* Hort. m. e *tot primo* P. 2. B. 2. V. 4. W. R. 2. H. meus Hort. m. f *infeſtae* V. pr. ſec. ſupr. *oppreſſae.* g vulgo *dejectis.* h *illa* H.

diverſi codices vetuſtiſſimi manibus exarati legunt, *Latio*, non *Latios*, ut referatur ad *nomine*. HORTENS. Editiones priores Sulpitio habent *Latio:* cum quinque ſcriptis Pulm. variis lectionibus Stephani, & meis cunctis Codicibus praeter Amſt. quod mutari non erat neceſſe. ſaepe *faſtos* dicit noſter ſimpliciter, non addens *Romanos*, vel *Latios.* quod per ſe ſatis cognoſcitur. ſed res eodem redit. Nam non raro etiam additur: *Latiis annalibus* L. III, 309. *Romanis faſtis* L. VII, 409. Errat enim Scholiaſtes interpretans faſtos aliarum gentium his verbis: *Faſti dicuntur libri, qui annum, & acta iſtius anni continent. Has ergo vult venire gentes, quae Latio nomine, i. e. conſulum Romanorum, faſtos ſuos ſignant, i. e. quae legibus Romani populi utuntur.* Nam ipſos intelligit conſules Romanos, qui ſuo nomine ſignant faſtos.

646 EPIRUM] Epyrus dicta eſt à Pyrrho Achillis filio, quae prius Moloſſia (MSS. *Maſia*, *Meloſia*) dicta eſt. Eſt autem in confinio Graeciae ſita. SCHOL.

646 ARVA] Mſc. *arma* minus probe. BERSM.

647 MACEDUM] Quatuor Voſſiani, & uterque Regius *Macetum*; quomodo reſcripſi pro vitioſo *Macedum* hic & alibi, à nominativo *Macetae.* ſic Lib. V, 2. *in Macetum terras*, & aliquoties in Libro X. Ita autem ubique legendum eſſe, jam monuerunt ſummi viri; Scaliger ad Auſonii urbes Carm. 3. & ad Manilium Lib. IV. p. 323. *Et Macetum tellus:* Barthius ad Rutilii L. I. Itiner. 85. N. Heinſius ad Claudian. L. II. in Rufin. 279. & Valer. Flacc. L. I, 96. J. F. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 980. Plura evolvere cupiens adeat Drakenborch. ad Silium L. VII, 633.

647 ADQUIRITE] Al. *exquirite* in vetuſto Cod. HORTENS.

648 STAT] Al. *dat* & in utroque Codice vetuſto. HORTENS. Unde Hortenſius acceperit illud *ſtat*, quod in ἐκδόσει ſua expreſſerit, neſcio. In nullo, nec edito, quos inſpexi, nec Mſto, id comparet. ſi addicerent Mſti, non male legi poſſet *dum pacis ſtat tempus hiems.* i. e. durat, perſtat, adhuc eſt. Sic *haerere dies, aër* & ſimilia dicuntur. de quibus agemus ad Lib. IV, 50.

650 PACIS] Praefero, quod eſt in tribus Codicibus Pulmanni, primo, aliiſque duobus Voſſianis, Regio primo, Wittiano, Hulſtii, & meo *ſegnis*, ſcilicet *quietis.* praeceſſerat *paci.*

654 DEJECTIS] Pleríque libri *depulſis.* ita & Mſc. BERSM. Primus, quod ſciam *dejectis* edidit Berſmannus, forſan perſuaſus auctoritate Modii, qui illud ex MS. Weidneriano depromptum praetulerat Ep. 80. Novant. Lect. eumque ſunt ſecuti reliqui. Non male quidem. Sic etiam Livius, & Caeſar paſſim *praeſidium dejicere* dixerunt. Seneca quoque cap. 4. de Provid. *Praeſidium loco dejiciunt.* Sed cum *depulſis* ſit in editis, & Mſtis omnibus praeter Voſſian. quintum, auctori noſtro ſuum verbum, non minus frequens, & elegans altero, reddidi. Caeſar B. Civ. III, 52. *Eam loco depulit.* Nepos Pauſan. c. 2. *Ex his regionibus barbarorum praeſidia depelleret.* Valer. Maximus Lib. III. c. 8. §. 5. *Depulſis proſtratiſque inimicorum partibus, occupata urbe.* Florus L. III. c. 21. §. 13. *Manus Octavii depulſa Janiculo eſt.* III, 15. *Inde* (Capitolio) *proximorum caede depulſus.* ut recte edidit Doctiſſ. Dukerus, & confirmatur quatuor Leidenſis Bibliothecae codicibus. Frontin. L. I. c. 10. §. 3. *Cum depuliſſent praeſidium.* & ſaepe. Aurel. Victor. c. 47. *Praeſidium hoſtium depulit.* Silius Ital. L. I, 664.

tueri

Roma capi facilis. Sed Caesar in omnia praeceps,
Nil [a] actum credens, cum quid superesset agendum,
Instat atrox; & adhuc, quamvis [b] possederit omnem
Italiam, extremo sedeat quod litore Magnus,
Communem tamen esse dolet: nec rursus aperto
Vult hostes errare freto, sed molibus undas
Obstruit, & latum dejectis rupibus aequor.
Cedit in inmensum cassus labor: omnia pontus
[c] Haurit saxa vorax, [d] montesque inmiscet harenis:
Ut maris Aegaei [e] medias si celsus in undas
Depellatur Eryx, nullae tamen aequore rupes
Emineant,

VARIAE LECTIONES.

a *credens a.* B. 1. V. sec. b *possederat* V. 1. Edd. Br. med. c *hausit* H. d *montes* A. meus. e *medius* meus.

- - - - - - - - - - - - tueri
Moenia depulso Samnitum robore.

Sed jam in coacervandis exemplis nimius fui. quare desinam unico nostri auctoris testimonio contentus vs. 468.

- - - - - - - - - - Depellitur arce
Lentulus Asculea.

657 NIL ACTUM CREDENS] Hinc transcripta sunt illa è Justiniani rescripto ad Joannem P. P. L. XI. c. de his, quibus ut indign. *Nihil enim actum credidimus, dum aliquid addendum superest.* monente politissimo Viro J. Rutgers. var. lect. L. II. c. 13. Ceterum pro *dum* reposui *cum* auctoritate omnium tam scriptorum, quam editorum librorum. Grotius mutaverat in *dum*.

657 SUPERESSET] Msc. *superaret ag.* non male. BERSM. Nihil esse mutandum ex unico codice, patet ex praedictis.

662 OBSTRUIT] i. e. ut Pompejus nec Italiam communem habeat positus in litore, & ne expulsus aperto mari posset errare. SCHOL. Msc. *obruit*. minus bene. Projectis in mare montibus & rupibus, claudere illic Pompejum conatur. BERSM.

663 CEDIT IN IMMENSUM CASSUS LABOR] i. e. in profundum satis vanus, vel immensus labor cedit incassum. SCHOL.

666 DEPELLATUR ERYX] Sic Sulpitius, & alii fere legunt. Sabellicus autem (in Annotat. Syll. II. T. 1. Thes. Crit. p. 183.) quia Eryx mons Siciliae longe ab Egeo distat, *Athos* legit, qui mons est Macedoniae, qua parte Egeo alluitur. VERSELLAN. *Athos.* Vetustissimi codices legunt *Eryx*, qui Siciliae mons est, templo Veneris Erycinae, & sepulchro filii Erycis memorabilis, qui ab Hercule in pugna caestibus interemptus fuit. HORTENS. *Eryx.* alii *Athos* contra auctoritatem veterum codicum. BERSM. *Athos* praeter Hortensium ediderunt quoque Gryphius, & Maittaire. in manuscriptis constanter scribitur *Eryx*, vel librariorum more *Erix* & *Eris. Heris* in meo. Atqui *Eryx*, ut notum, est mons Siciliae, adeoque in mare Hadriaticum depelli posset, non in Aegaeum. Dicendum itaque, vel errasse hic quoque auctorem; quod tamen in locis tam cognitis ei accidisse, non est verosimile: vel fines maris Aegaei latius extendisse, & pro Hadriatico posuisse; ut saepe inter se vicissim *Hadriaticum* & *Ionium* usurpari constat: aut denique locum esse corruptum; ut viri docti censuerunt, & *Eryx* in *Athos* mutaverunt. Verum obstat mihi nimia differentia litterarum in *Eryx* & *Athos.* Meminit etiam statim Lucanus *Athon.* Praeterea quis facile credat, aeque cognitum, si non notiorem montem *Athon*, & saepius à nostro memoratum, à librariis corrumpi potuisse in *Erycem*; nisi quis alterum pro altero in textum forte inrepsisse putet ex adscripto margini Virgilii versu L. XII. Aen. 701.

Quantus Athos, aut quantus Eryx?

Videamus tamen, an non alio modo hic locus sanari possit, neque id in voce *Eryx* quaeramus; sed in *Aegaei.* Pro ea autem ingeniosissimo simul & doctissimo, intimaque familiaritate mihi conjunctissimo viro J. P. Orvilio in mentem venerat, scribi posse *Hadriaci.* ut L. IV, 404. *Qua maris Hadriaci.* Possetne ab Aetna celeberrimo monte mare Siciliae vicinum vocari *Aetnaeum?* Judicent

viri

Emineant, vel [a] si, convulso vertice, [b] Gaurus
[c] Decidat in fundum penitus stagnantis Averni.
Ergo ubi nulla vado tenuit sua pondera moles,
[d] Tunc placuit caesis innectere vincula silvis,
Roboraque [e] immensis late religare catenis.
[f] Tales fama canit tumidum super aequora Xerxen
[g] Construxisse vias, multum cum pontibus ausus,
[h] Europamque Asiae, [i] Sestonque admovit Abydo,
Incessitque fretum rapidi [k] super Hellesponti,
Non Eurum, Zephyrumque timens: cum vela, ratesque
In [l] medium deferret Athon. sic [m] ora profundi
Artantur [n] casu nemorum: tunc aggere [o] multo
Surgit opus, longaeque tremunt super [p] aequora [q] turres.

Pom-

VARIAE LECTIONES.

a *sicut vulso* V. 1. A. b *Taurus* V. qu. tert. a m. pr. Ed. Ven. c *decidit* VV. LL. Steph. d *cum* B. 1. e *immersis* Hort. m. f *talis* W. Ed. Ven. g *constituisse* B. 1. V. 1. h *Europam A.* V. tert. i *Sextonque* meus. *Sexton a.* R. 1. k *ponti super Helles* B. 1. *Hellesponti* V. 2. l *mediam* A. m *hora* V. 1. n *nemorum* e. R. pr. *cursu* V. 1. o *magno* B. 1. p *aequore* meus. q *silvae* meus a m. pr.

viri docti. Quidquid sit, hoc certum est, & ex altero exemplo, totaque comparatione patet, Lucanum loqui voluisse de monte, & mari, illi monti vicino; neque *Eryx* mutandum esse, suspicari possumus ex simili, & ex his verbis adumbrato forsan Valerii Flacci loco Lib. II, 522.

- - - *non illa magis, quam sede moveri*
Magnus Eryx, deferre velint quem vallibus imbres.

ubi plura de hoc loco vide in notis Celeb. Burmanni.

672 XERXEN] Xerxes enim rex Persarum inter Seston & Abydon viam navibus constructis fecit. SCHOL. Cum Regio primo & Oxon. scripti rursus *Xerxen* pro *Xerxem*. In multis membranis est *Xersem* & *Sersem*. unde factum credo, quod in Vossiano secundo pro varia lectione legatur *Persem*. Ceterum advertat hic lector in octo versibus vocem *super* ter repetitam. nisi quod versu 675. in Edd. Brix. & Med. est *simul*.

674 ADMOVIT] Ut diversas jungeret terras. SCHOL.

677 DIFFERRET] Aut potius ut Aldus, & Sabellicus legunt *deferret*; quasi deorsum ferret, ut fundo aequatus fuerit. VERSELLAN. *Deferret* P. O. G. & Sabellicus in Annotat. (p. 183. T. I. Thes. Crit.) *differret* L. perperam. PULM. *Differret* habent Vossiani quatuor, & tertius a m. pr. cum Marpurg. & Ed. Veneta, Sulpit. & Ascensii. Ceteri omnes *deferret*, rectius. non tamen ut significet *deorsum ferret*, sed penitus, & in medium montem ferret, ac introduceret.

677 ATHON] Athonem montem intercidit, & mare admisit. Hoc ergo dicit poëta, plaustris per Abydon ibat ad Seston, & ferebat (*servabat* MS.) naves in medium Athon. Hinc Juvenalis,

- - - - - - - - - *Creditur*
Velificatus Athos, & quidquid Graecia mendax.

SCHOL.

680 NOVA] Nova tellure dixit, quia mare navibus construxerat Caesar. IDEM.

684 FASTIGIA] Altitudines, & cacumina aggeris. IDEM.

685 DISCUSSERE SOLO] Removerunt è suo firmamento. Est enim solum quicquid aliquid sustinet, ut terra, aqua, coelum. Hinc illud: *Astra tenent coeleste solum.* SULPIT. Solus ita, quod sciam legit Sulpitius, juvatque meus codex *solo.* ut dicat molem de fundamento fuisse dissipatam. Est enim *solum*, quidquid aliquid sustinet, ut bene idem Sulpitius. V. Servium ad Virgil. Aen. V, 199. *Subtrahiturque solum.* infra L. VI, 56.

Ingestoque solo Phryxeum elidere pontum.

Casaubon. ad Theophr. Char. c. 4. N. Heinsium ad Ovid. L. I. Fast. 110.

Sederunt medio terra fretumque solo.

J. F. Gronov. Gustu ad Statii Lib. I. Theb. 53.

- - - - *Pulsat inane solum.*

Solum

Pompejus tellure nova compressa profundi
Ora videns, [a] curis animum mordacibus angit,
Ut referet pelagus, [b] spargatque per aequora bellum,
Saepe Noto plenae, [c] tensisque rudentibus actae
Ipsa [d] maris per claustra rates fastigia molis
Discussêre salo, spatiumque dedêre carinis:
[e] Tortaque per tenebras validis [f] ballista lacertis,
[g] Multifidas jaculata faces. Ut tempora tandem
Furtivae placuere fugae: ne litora clamor
Nauticus exagitet, [h] neu [i] buccina dividat [k] horas,
[l] Neu tuba [m] praemonitos [n] perducat ad aequora nautas,
Praecepit sociis. Jam coeperat ultima Virgo
Phoebum laturas ortu praecedere Chelas,

Cum

VARIAE LECTIONES.

a *anim. cur.* P. 1. b *peragatque per.* vel *bellumque per aeq. spargant* VV. LL. Steph. c *densisque* H. d *rates per cl. maris* B. 1. e *tota* W. f *balista* MSS. 9. g *multifides* R. pr. Ed. Ven. h *ne* B. 2. V. 1. W. A. Hort. m. i *bucina* V. 4. R. pr. k *oras* Ed. Rom. l *ne* B. 1. V. 1. A. *nec* B. 1. V. 1. m *pormonitos* VV. LL. Steph. P. 2. B. 2. V. 4. W. Edd. Rom. Parm. n *deducat* P. 3. B. 1. V. 2. W. Hort.

Solum pro aequore Valerio Flacco IV, 712.; ubi vide: nihil tamen temere contra ceteros Mstos mutari quid velim. *Salo* idem est ac *in salum*, *in mare*, ut bene ante alios Scholiastes. Hunc quippe casum passim pro accusativo cum praepositione usurpari, notum est. *Compellere bibisco* apud Virgil. *iter est coelo* apud Propert. *fluit mari* nostro L. VI, 362. *deferre vallibus* Valer. Flacc. II, 523. & *ejicere terris* VI, 411. ubi consule Cl. Burmannum.

686 BALLISTA] Fundam dicit: & ipsum id genus tormenti, & is, qui mittit, *ballista* dicitur. SCHOL. Non *fundam* hic notari, sed *falaricam* liquet ex Lib. VI, 298.

- - - *tortilibus vibrata falarica nervis.*

ubi vide, & Lipsium in Poliorcet. L. V. c. 5.

687 MULTIFIDAS] Alii accipiunt, quod multum fidant ignibus suis, sed melius accipimus multum fissas, *jaculata* sive *est*; sive fastigia molis discussit salo. SCHOL.

692 PHOEBUM LAT.] Sub auroram, sive potius una cum aurora, paulo ante exortum solis Caesarianorum stationes perrupit, ubi solvisset. Duo potissimum hoc loco à vera historia poëtam transversum agunt; mensis, & diei tempus, quo solverit oram Pompejus. Appianus lib. II. de bello civili. *Exercitu*, inquit, *itaque navibus quàm properè, ad eum allato, circa vesperam classem solvit, fortioribus ad tutelam urbis derelictis, qui demum nocte increbrescente, prospero delati vento ad illum pervenerunt. Sic Pompejus universo exercitu in unum comparato, derelicta Italia in Epirum transfretavit.* Itaque non mane, sed vesperi solvit classem. Caesar lib. primo de bello civil. *Pompeius sub noctem*, inquit, *naves solvit.* Ergo non sub auroram. Quid si non ista in Septembri, sed in Martio gesta circa Brundusium doceamus? Cic. lib. IX. ad Atticum, *Gaudere ais te, mansisse me, & scribis in sententia te manere. mihi autem superioribus literis videbare non dubitare, quin cederem ita, si & Cn. bene comitatus conscendisset, & Coss. transissent.* Haec Cic. circa Nonas Martii Epistola 3. *A Brundusio nulla adhuc fama venerat: & erat hic dies VII. Id quo die suspicabamur, aut pridie Brundusium venisse Caesarem: nam Cal. April. manserat. Sed si Posthumum audire vellet, persecuturus erat Cn. Transisse enim putabat conjectura tempestatum, ac dierum.* Epistola 4. *Caesarem brevi tempore ad urbem adfuturum. Accidit hoc statim post fugam Pompeji Brundusio.* Eadem epistola. *Scripta jam epistola Capua literae sunt allatae hoc exemplo. Pompejus mare transit, cum omnibus militibus, quos secum habuit. Hic numerus est hominum millia 30. & Coss. duo & Trib. Pl. Senatores, qui fuerant cum eo, omnes cum uxoribus & liberis. conscendisse dicitur ad 3. Non. Mar. Ex ea die fuere Septentriones venti, naves, quibus usus non est, omnes aut praecidisse, aut incendisse dicunt.* Rursum alibi

Cum [a] tacitas solvêre rates. non anchora voces
Movit, [b] dum spissis [c] avellitur uncus harenis:
Dum juga curvantur mali, dumque ardua pinus
Erigitur, [d] pavidi classis siluere [e] magistri:
Strictaque pendentes deducunt carbasa nautae,
Nec quatiunt validos, ne sibilet aura, rudentes.
Dux etiam votis [f] hoc te, Fortuna, [g] precatur,
[h] Quam retinere [i] vetas, liceat sibi perdere saltem
Italiam. vix fata sinunt. nam murmure vasto
Inpulsum rostris sonuit mare, fluctuat unda,
Totque carinarum permixtis aequora sulcis.

Ergo ho-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *taciti.* b *cum* Ed. Ven. c *avelleret* V. qu. a m. pr. d *classis pav.* P. 1. Ed. Bersm. e *ministri* M. f *sed* V. 1. g *sequetur* V. pr. a m. 1. h *qua* B. 1. i *vetes* Ed. Ven. *negas* V. 1. a m. sec.

lib. eodem. *Matius, & Trebatius Ciceroni Imperatori S. Capua cum exissemus in littore audivimus Pompeium Brundusio ad x. Cal. Aprilis, cum omnibus copiis, quas habuerat, profectum esse. Caesarem postero die in oppidum introisse, concionatum esse, inde Romam contendisse, velle ante Cal. esse ad urbem, & pauculos dies ibi commorari, deinde in Hispanias proficisci.* Haec Cicero. variat numerus dierum quidem, sed tamen in eodem mense Mar. Lucius Florus eum *nocturna fuga evasisse* etiam scribit, non *matutina.* Ex Caesaris sane commentariis, ait *Glarean.* atque ex Ciceronis ad Atticum epistolis (ut alios sileam authores) satis hoc liquere potuit, nempe hoc anno post comitia, initio Januarii habita bellum hoc coeptum: in Februario Ariminum, ac alia loca capta à Caesare: in Martio Brundusio excessisse Pompejum: deinde reditum Romam à Caesare, ac in Hispanias itum ea aestate, & Massiliam oppugnatam: sequente deinde anno in Pharsalicis campis civiles intonuisse procellas. HORTENS. Indicatur anni tantum, non diei tempus, & describitur ortus Virginis Heliacus, ut bene Bersmann. Scholiastes ait. *Illud enim tempus erat, quando circa ortum diei virgo cum scorpione oritur, in qua erat sol.* Sumserunt Hortensius, aliique *laturas* pro *allaturas ortu Phoebum.* Cum sint jungenda *ortu praecedere* & *laturas* est gesturas, in signo scorpionis nempe. Immo licet jam primum ortum solis haec verba significarent, non tamen erraret in eo Lucanus: nam apparatum profugiendi vespertinum, & nocturnum fuisse, satis clare dicit, & auroram demum fuisse, cum Pompeius plenum mare teneret, versu 720. &c.

693 TACITI] Msc. *tacitas,* non male, ut sit hypallage. BERSM. *Tacitas* variae lectiones Stephani, duo Pulm. & quatuor vetustiores Vossiani. ut rescripsi. Quis nescit, poëtas millies & libentius rebus tribuere, quod est personarum?

693 VOCES MOVIT] i. e. clamorem non excivit. Nam cum voce hortantium se extrahi solet. SCHOL.

697 STRICTAQUE PANDENTES] Non quidem per se vocem *pandentes* damno. sic enim Lib. v, 529.

- - - - - - *summaque pandens*
Suppara velorum.

& alii passim. Sed cum idem sit, quod *deducunt,* & in nulla editione, quod sciam, ante Grotianam, uti nec in aliquo Msto inveniatur, praestat omnino, quod edidi, *pendentes.* Eleganter sane, & ut ait Scholiastes *pendentes in malo; gestum ostendit appendentium vela;* & sic alii quoque interpretes. Alias stantes in navi possent quidem demittere vela, sed hic ne stridorem emitterent magnum, in malo & funibus pendentes manu laxabant ea, & demittebant. *Pendere* autem pro quocumque modo inhaerere sumunt poëtae. sic Jupiter *tauro pendere* dicitur apud Sidonium Apollin. Carm. XI, 44. *avis in aëre* apud Statium v. Theb. 379. & Ovid. L. VIII. Metam. 145. *Natator in aquis* Epist. Her. XVIII, 52. XIX, 150. *Capreae de rupe pendere* passim dicuntur. Plura dabit legere cupientibus Perizon. ad Aelian. Var. Hist. L. XII, 58. Apposite Statius Lib. x. Theb. 856. de homine, per scalas murum adscendente

- - - - - *vacuoque sub aëre pendens*
Plana velut terra.

Vir-

Ergo hostes portis, quas omnes solverat urbis
Cum [a] fato conversa fides, murisque [b] recepti,
Praecipiti cursu flexi per cornua portus
Ora petunt, pelagusque dolent contingere classes.
Heu pudor! exigua est fugiens victoria Magnus.
Angustus puppes mittebat in aequora limes
Artior [c] Euboica, qua Chalcida verberat, unda.
Hîc haesere rates geminae, [d] classique [e] paratas
Excepêre manus: tractoque in litora bello.
Hîc primum rubuit civili sanguine Nereus.
Cetera classis abit summis spoliata carinis:

Ut

VARIAE LECTIONES.

a *fatis* VV. LL. Steph. b *receptis* R. pr. A. c *Eubœa* O. 1. d *classisque* Ed. Ven. e *paratae* B. 1. *per-actas* V. 1. *paratus* V. 1. a m. sec.

Virgil. L. IX. Aen. 562.

- - - - - - - simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte revellit.

Quid plura? in hac ipsa re Silius L. III, 130.

- - - - - pendentibus arbore nautis.

Ubi fluctuare non debuerat Illustr. Heinsius, nostri locum recte ex sincera editione adducens. Talem vero nautam per funes labentem, & in iis haerentem, eleganter describit Ovidius L. III. Metam. 613.

- - - quo non alius conscendere summas
Ocior antennas, prensoque rudente relabi.

697 DEDUCUNT] Sunt, qui hic *diducunt*, pro *deducunt*, legunt, ut pro *explicant*, accipiatur, cum *deducere* sit ex alto deorsum ducere. HORTENS. *Diducunt* Bersm. unus liber, quod admitti nequaquam oportet. Antiquorum vela ita erant malo adcommodata, ut deduci deberent, cum expandebantur. Ovidius Lib. III. Metam. 663. *Velaque deducunt.* adde L. VI, 231. XI, 476 & Schefferum, aliosque navalis rei scriptores, ut & Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. L. III, 403.

- - - primo deducere vela sereno.

Stricta autem carbasa, sunt constricta, adligata antennis, contraria *laxis*. Sic *strictissima janua* Ovidio pro arta. V. Heinsium ad Lib. III. Amor. El. 1, 50.

704 OMNES] Parum refert, an omnes sint apertae portae, an quaedam: dum Caesar modo cum exercitu posset intrare: quare malim *omnis* cum quatuor vetustioribus Vossianis, Regio primo, & meo. pro *totius urbis fides* Glossae Voss. pr. jungunt *omnis fides.* prius praefero. saepe haec sunt depravata. ut jam ante diximus. *Omnis unda* L. V, 644. & vide ad Lib. III, 670. & alibi.

706 PER LITTORA] *Littora* alii legunt, alii *Cornua*, quod posterius ad etymologiam nominis Brundusii magis pertinet. Nam Strabo formam ipsam portus Brundusini, cervi cornua referre ait. Unde & nomen Brundusio factum esse: *Βρεντέσιον* enim Appulorum idiomate caput cervi significare. Vide lib. VI. Geograph. MICYLL. De Brundisii portu cervi cornua referente, vide Commentar. ad vs. 609, 613. *per cornua*, ut retinent omnes scripti, & edd. quas vidi praeter Francof. esse cornuatim in similitudinem cornuum diximus ad vs. 58.

- - - - per flumina decidat aether.

710 EUBOICA] Euboea insula est, in qua est Chalcis civitas, juxta quam angustissimum est mare. SCHOL. De Euripo Plinium vide libr. IV. cap. 12. Strabonem autem libro IX. cujus haec sunt verba: *καὶ ὁ Εὔριπος δ' ἐστὶ πλησίον, ὁ Χαλκίδος, εἰς ὃν ἀπὸ Σουνίου στάδιοι ἑβδομήκοντα. Ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ γέφυρα δίπλεθρος, ὡς εἴρηκα. πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δὲ ἐκ τῆς Βοιωτίας. διῳκοδόμηται δ' εἰς αὐτοὺς σῦριγξ. περὶ δὲ τῆς παλιρροίας τοῦ Εὐρίπου, τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν ἱκανόν, ὅτι ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα. τὴν δ' αἰτίαν ἐν ἄλλοις σκεπτέον.* MICYLL. Msc. duo *Colchida*, male. De Euripo Chalcid. Strabo Lib. IX. BERSM. *Colchida* est quoque in Voss. uno Oxon. & meo; ac Ed. Rom. in duobus aliis à manu secunda. Natus error à scribendi modo *Calchida*, ut habent multi libri. Ceterum

Ut [a] Pagasaea ratis peteret cum [b] Phasidos undas,
Cyaneas tellus emisit in [c] aequora cautes,
[d] Rapta puppe minor [e] subducta est montibus Argo,
Vanaque [f] percussit pontum Symplegas inanem,
Et statura redit. jam Phoebum urguere monebat
Non idem Eoi color aetheris, albaque nondum
Lux rubet, & flammas [g] propioribus [h] eripit astris;
Et jam [i] Pleias [k] hebet; [l] flexi jam [m] plaustra [n] Boötae
In faciem puri redeunt languentia coeli,

Majo-

VARIAE LECTIONES.

a *Pegasaea*, *Pegasea* MSS. plurimi & Edd. quaedd. b *fasidos* W. c *aequore* V. 1. d *rupta* B. 3. V. 1. Edd. Ven. Br. Med. e *subductaque m.* B. 1. f *repercussit* Ed. Hort. g *proprioribus* H. h *arripit* meus a m. pr. i *Plias* V. 3. k *habet* Edd. quaedd. l vulgo *fessi*. m *claustra* Ed. Br. Med. n *Bootis* V. tert. a m. sec.

terum pro *qua* omnes editiones ante Grotianam cum plerisque MSS. *quae*. sed *qua* praefero ex Regio primo, uno Voss. & Marpurg.

712 MANUS] i. e. hostium manus, quae cunctis erant navibus praeparatae, has duas naves, quae haeserant, perculerunt (Voss. pr. *pertulerunt*.] SCHOL. Uncos ferreos intellige, ut bene interpretes, de quibus plura Lucan. in Lib. III. Caesar ait L. I. B. Civ. c. 28. *Duasque naves cum militibus, quae ad moles Caesaris adhaeserant, scaphis lintribusque deprehendunt, deprehensas excipiunt.*

712 TRACTOQUE IN LITTORA] Vetustissimus codex habet *in littore*, conserto proelio tumultuario cum Pompejanis deprehensis in navibus. HORTENS. Msc. duo *in littore*. & tert. *ad littora* h. e. perducta utraque navi, seu Pompejanis bellantibus ad terram. BERSM. *Litore* conspicitur in Vossianis tert. quinto, sexto & secundo pro varia lect. Regio secundo, Amstel. meo, & ed. Veneta. De hoc loquendi modo vide Passerat. (p. 470.) & Broukhus. ad Propert. Lib. III. El. 9, 27.

Nam quid ego heroas? quid raptem in crimine divos?

& quae notavimus ad Obsequent. c. 87. Eadem varietas est Lib. VIII, 133.

- - - - - non ulla in litora puppim
Ante dedi fugiens.

V. quoque vs. 409. *ad litora* Marp. Ed. Rom. Parm. & Omniboni.

714 SPOLIATA] Ab illis claustris, quae fecerat Caesar. SCHOL.

714 CARINIS] Ill. Heinsius malebat *corymbis*, vel *coruchis*: ut omnes naves fuerint spoliatae extantibus ἀκροστολίοις, & ornamentis puppe dependere solitis, sicut Argo est spoliata puppe, concussione Symplegadum. Ingeniose sane, & quam conjecturam aliquo modo probat Cl. Burmannus ad Valer. Flaccum Lib. IV, 691. de hac re.

Saxa sed extremis tamen increpuere corymbis:
Parsque (nefas) deprensa jugis.

Verum cum MSS. nihil mutent, nihil temere innovare ausim. Immo videtur Lucanus potius instituere comparationem inter totam Pompeji classem, quae duabus carinis *summis i. e. extremis, novissimis*, ut bene exponit Scholiastes, spoliata est, & unam navem Argo, quae extrema sui parte sive puppe est privata. Videant acutiores. *Minor rapta puppe* dictum, ut apud Silium Lib. III, 42. *frontem minor truncam.*

715 PAGASAEA] Argo navis significatur, quae in Pagasaea civitate Thessaliae prima fabricata est. *Phasis* nomen est fluvii Colchorum, qua Jason, & Hercules Colchos advecti sunt. SCHOL. *Pagasaea. Pagasae* oppidum Thessaliae maritimum fuit, ubi Argo, navis Jasonis, aedificata fuit. Unde & nomen illi factum, ἀπὸ τοῦ πηγνῦναι scilicet. Reliquam autem fabulam de Cyaneis, quae & Symplegades dictae, habes passim apud Varronem, Apollonium & caeteros, qui historiam Jasonis versibus prosecuti sunt. MICYLL. Quidam *Pegasaea* legunt cum ejus vocis prima syllaba extendatur: πήγασος. & πηγασαῖος. HORTENS.

717 RAPTA PUPPE] Vetustissimus codex legit *rupta puppe*. IDEM.

719

Majoresque latent stellae, calidumque refugit
Lucifer ipse diem. pelagus jam, Magne, tenebas,
Non ea fata ferens, quae, [a] cum super [b] aequora toto
Praedonem sequerere mari. [c] lassata triumphis
Descivit Fortuna tuis. cum conjuge [d] pulsus,
Et natis, totosque trahens in bella penates,
Vadis adhuc ingens populis comitantibus exsul.
Quaeritur indignae sedes longinqua ruinae.
Non, quia te Superi patrio privare sepulcro

[a] Malue-

VARIAE LECTIONES.

a *dum* O. I. b *aequore* V. I. R. I. V. I. a m. sec. c *laxata* meus. d *supplex* meus a m. pr.

719 STATURA] i. e. permansura in statu suo. SCHOL.

722 FESSI] Quia aratoris more cum labore jam gyrum peregit. mane enim in Orientem conversus est. Libro superiore dixit,

Parrhasis obliquos Helice cum verteret axes.

SULPIT. In editione Sulpitii, Ascensii, Versell., Micylli, & Grotii, ac dein reliquis legitur *fessi*, ut habet unus Regiorum codicum. Sed ceteri omnes scripti, & inpressi exhibent *flexi*. quod mutari non debebat, Lib. IV, 523.

- - - *flexoque ursae temone paverent.*

Seneca Med. 314.

Non quae sequitur, flectitque senex
Arctica tardus plaustra Boötes.

& passim apud alios poëtas. Exempla vide in notis Ill. N. Heinsii, *flexi* quoque citantis ad Valer. Flacc. L. VII, 457.

- - - *extremo se flexerat axe Boötes.*

723 LANGUENTIA] i. paullatim deficientia. SCHOL.

726 SUPER AEQUORA TOTO PRAEDONEM SEQUERERE MARI] Vitiose editio Micylli Francofurtensis *super aequora tota*. Possis autem haec capere, ut persecutus sit piratas *per totum mare super aequora*, hoc est, classe. Alias nimium puerilis est tautologia. Sic Lib. III, 164.

Quod Cato longinqua vexit super aequora Cypro.

Frequens est noster in phrasi *super aequora*. supra vs. 672, 679. & saepissime. pro *toto* in meo est *tota* cum editionibus Rom. Parm. & Veneta. Pro *mari*, *maris* Regius primus, Wittianus, duo Vossiani, Oxoniens. meus, aliique à N. Heinsio inspecti, Edd. Rom. & Parmensis. ut fuerit,

- - - - - - - *super aequora tota*
Praedonem sequerere maris.

Sic L. VII, 97. VIII, 187. Silius XIV, 128. & passim. Plura si vis, collegit Celeb. Burmann. ad Valer. Flaccum L. I, 306.

- - - - - *Dumque aequore toto*
Currimus.

Haec si displiceant, possis mecum quoque legere *victor* pro *toto*, ut habet unus Bersmanni, Wittianus, aliique. id quod placuit Burmanno (ad Valerium Flacc. Lib. II, 375. *maris aequor*) hic quoque construere volenti *super aequora maris*. Sed nimium à se invicem distant. malim jungere *praedonem maris*, pro pirata. Livius Lib. VII, 25. *Praedones maritimi cum terrestribus.* & Epitome 68. Corn. Nepos in Themistocle c. 2. *Maritimos praedones consectando mare tutum reddidit.* Valer. Maximus Lib. VI. c. II. *A maritimis praedonibus.* Quamquam non sum nescius, *praedonem* simpliciter etiam pro *pirata* poni. Consule Broukhus. ad Tibull. Lib. II, 6, 21.

Praeda vago jussit geminare pericula ponto.

728 DESCIVIT] Ita scribi convenit, non *deseruit*. Nullus enim sequitur accusativus. GROT. Credo, Grotium voluisse scribere, *non destituit*. nam in nulla editione est *deseruit*. Omnes ante eum *destituit* habent praeter Venetam, in qua est *recessit*: *cessavit* unus Pulm. item duo *deseruit*. *Destituit* autem est in omnibus Bersmanni libris, duobus Pulm., ut & in Regio primo, Wittiano, Hulst. duobus recentioribus Vossianis, Oxoniensi pr. Amstel. & meo. idque in quibusdam quoque invenit J. F. Gronovius, qui tamen *deseruit*, ex aliis Mstis praefert, ut sit vox desumpta à castris. passim vero *deserere* & *destituere* commutantur. Vide N. Heinsium ad Ovidii Epist. Heroid. XVII, 196.

- - - - *Oenonen destituisse tuam.*

Tam autem *deserere*, quam *destituere* saepe sine

casu,

[a] Maluerint, [b] Phariae busto damnantur harenae:
Parcitur Hesperiae, procul hoc ut in orbe remoto
[c] Abscondat Fortuna nefas, Romanaque tellus
Inmaculata sui [d] servetur sanguine Magni.

VARIAE LECTIONES.

a *maluerunt* Ed. Ven. b *fariae* W. V. 1. c *abscondit* B. 1. d *servetur* B. 1.

casu, quae caussa est, cur vellet mutari Grotius, usurpari firmavit exemplis Gronovius ad Senecam Lib. II. de Ira c. 10. *Ubi totus deseruit exercitus.* Livius L. VII, 25 *Quando socialis coetus desereret.* Adde Stewech. ad Vegetium Lib. II. de re Mil. c. 3. *Aliquantos militiam deserere.* non enim vox *militiam* apparet in Stewech. neque Modii scriptis, quibus adstipulatur Codex Leidensis. Utrum igitur hic *desereret*, an *destitueret* scribi oporteret, lis esset dirimenda bene vetustis, ut Gronovius ait, Codicibus. At hi pugnant pro *destituit*, i. e. deseruit, prodidit; & ipse Lucanus Lib. V, 302.

Sic eat, o Superi, quando pietasque fidesque
Destituunt.

Verum, quo tam multa congero. Nam nec *deseruit*, nec *destituit* est à Lucano, sed *descivit*, ut bene emendavit Grotius, & firmant variae lectiones Stephani, unus Pulmanni, Vossiani quatuor vetustissimi, & alius pro varia lectione, Regius secundus, & Marpurg. cum Scholiaste *descivit* i. *defecit & recessit; postquam multa vicisti.* Nepos in Datame c. 7. *Ab hoc tamen viro Schismas maximus* (*maximo* Ml. Leid.) *natu filius desciit.* Statius L. II. Theb. 311.

Respiciens descisse Deos.

ubi audiamus Lutatium haec scribentem. *Descisse ergo, quasi ab amicitiis, ut civitas, quae ad hostes decurrit, dicitur. ut Lucanus* lassa triumphis Descivit Fortuna tuis. Et dubitemus amplius de vera lectione? Aliter *defecit* conjici quoque posset.

731 QUAERITUR] Ubi perire possit Pompejus. SCHOL.

733 PHARIAE] i. Aegyptiacae. *Arenam* dicit Nili fluminis. IDEM.

733 DAMNANTUR] Legitur & *damnatur.* Si legas *damnantur*, solum Aegyptium destinatum est à Superis Pompeji sepulchro; ut *Phariae arenae* sit nominandi casus: tellus Aegyptiaca destinata est busto Pompeji. Sin *damnatur*, ipse Pompejus damnatur arenae Aegyptiacae, ad moriendum; ipse eo fato trahitur, ut in Aegypto cadat. HORTENS. Vitiose & contra MSS. Aldus, Colinaeus, & Hortensius dederunt *damnatur.* sensus apertus est. Ideo non Aegyptia tellus condemnatur, & quasi in poenam ei inponitur, ferre bustum tuum, quia Dii te voluerunt privare patrio sepulcro, sed quia parcitur Hesperiae &c. Lib. VII, 847.

Thessalia infelix, quo tanto crimine tellus
Laesisti superos, ut te tot mortibus unam,
Tot scelerum fatis premerent?

Dignantur Marpurg. à manu secunda.

734 PROCUL HOC UT IN O. R.] Msc *hinc & in orbe.* tria Msc. *hoc & in orbe.* utraque lectio habet ἀντυχὶν poëtae, non male. BERSM. Pro *ut* scribitur *&* in Wittiano, Regio secundo, Amstel. & quinque Vossianis, ac primis ante Sulpitium editionibus. in Vossiano tamen primo, & quarto suprascribitur *ut*, quod est rectum.


M. AN-

M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE.

LIBER TERTIUS.

Tertius exponit, primo quid Julia dixit;
Quid Magnus 1 *fecit; audax quo Curio missus.*
Altera pars libri dicit, quod Caesar in urbem
Ivit, opesque dedit. 2 *Romae, nolente Metello,*
Militibus, Magnique notat, qui signa sequuntur.
Ultima, 3 *quod tendens Hispanas Caesar ad oras*
4 *Massiliae stetit; hanc sed vicit in aequore Brutus.*


Ropulit ut [a] classem velis cedentibus Auster
Incumbens, mediumque rates tenuere profundum,
Omnis in Ionios spectabat navita [b] fluctus:
Solus ab Hesperia non flexit lumina terra

Magnus,

VARIAE LECTIONES.

a *classes* V. I. b *portus* P. I.

1 FUERIT QUO] Amstel. *fuerit audax quo* meus.
2 ROMAE] Abest à meo, vacuo spatio relicto.
3 QUID TENDENS] Amstel. *ultimaque in tendens* meus.
4 MASSILIAEQUE ST. HANC VICIT] Meus.

1 PROPULIT] i. porro expulit. *pro* enim *porro* significat. SCHOL. In vetusto Codice *protulit*. HORTENS. ita Farnabii Ed. male.

1 CEDENTIBUS] In Amstel. & uno, aut altero praeterea codice est *surgentibus*; unde quis facere posset *turgentibus*. Sed cave, quid mutes. *Cedere* vela dicuntur, cum secundo vento inplentur, & à malo longius in proram cedunt. contra *redire vela* dicuntur Valerio Flacco Lib. II. vs. 13.

- - - flumineo cujus redeuntia vento
Vela legunt.

ubi vide Celeb. Burmann.

2 TENUERE PROFUNDUM] Quatuor Vossiani vetustissimi, Wittianus, Regius primus, Hultii, & unus Pulmanni ac Bersmanni cum editione Veneta exhibent *movere*. quod sane non temere est damnandum. Passim enim *movere mare*, de navigantibus dicitur. Vide J. F. Gronovium Observ. L. III. c. 15. & N. Heinsium ad Ovidii Lib. VI. Metam. in f. Plurimi tamen scripti, & in his Vossianus primus pro varia lectione retinent *tenuere*: quod etiam hoc loco à Lucani manu esse, credam. Haec enim sumpsisse videtur, ut bene notavit Hortensius, à Virgilio, qui librum v. ita incipit.

Interea medium Aeneas jam classe tenebat,
Certus iter, fluctusque atros aquilone secabat,
Moenia respiciens.

& vs. 8.

Ut pelagus tenuere rates.

III. Aen. 192.

Altum tenuere rates.

Livius XXIII, 34. *Cum altum tenerent* supra Lib. II. in f.

Pelagus jam, magne, tenebas.

Nec aliter legendum ex doctissimorum virorum monitu in Silio Ital. L. II, 420.

Nec

Magnus, dum patrios [a] portus, dum litora numquam
Ad [b] visus reditura suos, tectumque cacumen
Nubibus, & dubios cernit [c] vanescere montes.
Inde soporifero cesserunt languida somno
Membra ducis: diri [d] tum plena [e] horroris imago
Visa caput moestum per hiantes Julia terras
Tollere, & accenso furialis stare sepulcro.
Sedibus Elysiis, campoque expulsa piorum
Ad Stygias, inquit, tenebras, manesque [g] nocentes,
Post bellum civile trahor. vidi ipsa [h] tenentes

Eume-

Variae Lectiones.

a *ortus* A. b *jussus* meus. c *evanescere* A. Ed. Rom. d *tunc* B. 1. *cum* M. *dum* Ed. Hort. e *furoris* V. 1. *laboris* supr. *erroris* V. 1. f *hiantis* V. pr. R. pr. g *nocentis* W. h *furentes* V. pr. a m. pr. & V. sec. pro var. lect. *tenentis* R. pr. W.

Nec procul Aeneadum vacuo jam litore classis
Aequora nequidquam revocante tenebat Elissa.

ubi vide, & Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. IV, 7. & L. VII, 129. *tenet alta carina.*

4 Non flexit] Mos enim, respicere illuc, unde invitus abscesseris (*inviti abscedimus* Voss. pr.) SCHOL. De hoc more & adfectu Livius Lib. XXX. c. 20. Sil. Ital. L. XIII. initio, & XVII, 212. ubi vide, & omnino Cerdam ad Georg. Virgil. III, 228.

Et stabula adspectans regnis excessit avitis.

7 Dubios] Msc. *medios*, ut dorsum montis indicetur. non male. BERSM. Immo vero male. *dubii montes* sunt obscuri, de quibus è longinquo dubites, an videas montes, nec ne. Atque ita recte citat Servius ad. Aeneid. III, 522.

Cum procul obscuros colles, humilemque videmus
Italiam.

7 Vanescere] Paullatim enim montes deficere videntur, dum longius in mare progredimur; sicut è contra illi (*tunc* Voss. sec.) crescere videntur, ad quos (*quando* Voss. sec.) accedimus. SCHOL.

11 Accenso f. s. sepulcro] *Accensum* dicit *sepulcrum* propter faces, quibus illa tamquam aliqua furia armata esse videbatur. Hinc Scholiastes ait. *Unum pendet ex altero. Ideo* accenso sepulcro. *quia furialis. Furiae enim cum facibus describuntur.* Durius mihi tamen videtur dictum *accensum sepulcrum.* In Vossiano secundo à priore manu aliud erat scriptum, & ab interlinearibus glossis exponitur *aperto.* Num legi posset *adscenso* vel *escenso* seu *exscenso?* Manes enim, licet essent in inferis, simul cum corpore sepulcro evocari credebantur. Statius Lib. II, 22.

Arcano jubet emigrare sepulcro.

In hac eadem re noster L. I, 583.

Tollentemque caput gelidas Anienis ad undas
Agricolae fracto Marium fugere sepulcro.

Accendere, & *adscendere* alibi quoque commutantur. Vide Drakenb. ad Silium III, 671. Forsan error est natus ex Lib. VI, 526. ubi de rogo.

Accenso rapuis quae tura sepulcro.

Julia ergo primo visa est caput per hiantes terras tenere, & dein tota ante oculos stare, escenso sepulcro.

13 Stygias] Contra *Elysias sedes* ponit *Stygias tenebras.* contra *campum piorum*, *manes nocentes.* SCHOL.

15 Eumenidas] Msc. tria *Eumenides.* ut sit nominativus. BERSM. *Eumenides* Marpurg. & Ed. Ascensii, Versell. & Micylli.

17 Laxantur] Dilatantur, ut sint capacia. vel, *lassantur*, fatigantur; omnes enim manes ad puniendas animas sese praeparant: & per hoc accipimus, omnes, qui bella civilia gerunt, in Tartaro cruciandos. SULPIT. *Lassantur* praetulerunt Ascensius, Versell. & Micyllus. sed male. *Laxantur* i. e. dilatantur, ut capiant animas civilis belli ad supplicia. quomodo bene reliqui interpretes. Scholiastes non recte ait. *Laxantur* i. e. *vacua fiunt. Virgilius* laxatque foros. *i. e. vacuos facis. Ostendit excludi illos, qui apud inferos erant, ut accipi possint civili in bello morituri.* Seneca Herc. Fur. 673.

Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis;
In quae omne mersum pereat humanum genus.

Adde

Eumenidas, quaterent quas [a] vestris, [b] lampadas, armis.
Praeparat innumeras puppes [c] Acherontis adusti
Portitor: in multas laxantur Tartara poenas.
Vix operi cunctae, dextra properante, sorores
Sufficiunt: [d] lassant [e] rumpentes [f] stamina Parcas.
Conjuge me laetos duxisti, Magne, triumphos:
Fortuna est mutata toris: semperque potentes
Detrahere in cladem fato damnata maritos,
Innupsit tepido pellex Cornelia busto.
Haereat illa tuis per bella, per aequora signis,

Dum

VARIAE LECTIONES.

a *nostris* B. I. b *lampades* Ed. Ven. c *Acharontis* R. I. d *laxant* H. e *rumpentis* W. f *stagmina* R. pr.

Adde Troad. 450. Herc. Oet. 949. Silius Ital. L. II, 250.

- - - - - pallenti laetus in unda
Laxabat sedem venturis portitor umbris.

Claudian. Lib. II. in Rufin. 502.

Cujus ob innumeras strages angustus Averni
Jam sinus, & plena lassatur portitor alno.

Unde priori versu forsan legendum, nisi amphilogia inesset,

Praeparat innumeras puppes Acherontis ad umbras.

i. e. navem praeparat ad umbras innumeras vehendas Acherontis portitor. Nequaquam enim placent mihi *innumeras Charontis puppes*, cui tantum una futilis scapha vulgo adscribatur. An simpliciter rescribendum *innumeris* vel *in numerum*: quod in mentem amico meo veniebat, i. e. ad magnum numerum mortuorum recipiendum? Vel potius nihil mutandum, & Lucano hoc dandum, qui pleraque ὑπερβολικῶς, & futiliter auget. Meliore judicio in hac eadem re Petronius Carm. de B. Civ. c. 121.

- - - - - Vix navita Porthmeus
Sufficiet simulacra virum traducere cymba.
Classe opus est.

ubi plura vide huc facientia, & notas VV. DD.

19 LASSANT] Celeritate faciendi, sive rumpendi, dum finis est, fiit, quod mortem significat. SCHOL. *Lassant*. Seneca Herc. Oet. 563.

- - - - - - - - Palladia colu
Lassavit omnem texta famularem manum.

Vitiose pro *Parcas* editur *Parcae* in verbis Lutatii ad Statium L. III. Theb. 642. vide eumdem ad L. VIII, 27. de locutione vs. 24. *per bella, per aequora* vide nos ad L. IX, 1016.

22 IN CLADEM FATO] Vetus codex habet *in fato cladem*. HORTENS.

22 DAMNATA] i. destinata. Habuit enim ante maritum Crassum, qui occisus est à Parthis, Cornelia, Scipionis Metelli filia. SCHOL.

23 INNUPSIT] Ita scribendum; non, *nupsit*. Vide Festum voce, *innubere*. GROT. Ed. pr. Ita scribendum, non *enupsit*. Vide Nonium voce, *innubere*. IDEM. Ed. tert. Apud Festum frustra quaeras τὸ *innubere*; quare bene in curis tertiis rescriptum *Nonium*. Non tamen vulgo erat *enupsit*. Sed *Kin nupsit*. Optime vero Grotius emendavit *innupsit*. quod confirmatur duobus libris Pulm. & Vossiano sec. ac quarto, Regio secundo & Marpurg. In Vossiano tertio quoque à prima manu fuit *innupsit*, & in primo eadem manu suprascriptum. *Enupsit* Amstelaed. Ovidius L. VII. Met. 856.

Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.

Adde Livium Lib. I. c. 34.

23 TEPIDO] i. e. adhuc recenti, sive Crassi, sive meo, quod majoris invidiae est. SCHOL. Msc. *trepido* minus bene. *Tepido busto* dixit pro me recens mortua, vel potius priore marito. BERSM. Immo potius busto meo recens mortuae.

25 NON SECUROS] Non enim secure dormit, quem sequitur hostis. SCHOL.

26 ET NULLUM] *En* in veteri codice. pro *tempus* vetus codex *pectus*. HORTENS.

27 TENEAT] i. e. licet pater meus vivat adhuc, & ego sim mortua, non tamen in me sum mor-

Z tua;

Dum non ſecuros liceat mihi rumpere ſomnos,
Et [a] nullum [b] veſtro vacuum ſit tempus amori,
Sed teneat Caeſarque dies, & Julia noctes.
Me non [c] Lethaeae, conjux, oblivia ripae
Inmemorem fecêre tui, regeſque ſilentum
Permiſêre ſequi. veniam, te bella gerente,
In medias acies. [d] numquam [e] tibi, Magne, per umbras,
Perque meos manes [f] genero non eſſe licebit.
Abſcidis [g] fruſtra ferro tua pignora. bellum
Te faciet civile meum. Sic fata, refugit
Umbra per amplexus [h] trepidi dilapſa mariti.
Ille, [i] Dei quamvis cladem, maneſque [k] minentur,
Major in arma ruit, certa cum mente [l] malorum.

Et, quid

Variae Lectiones.

a *nullo* R. pr. b *noſtro* B. 1. Gloſſae V. pr. *veſtrum* R. pr. c *Letheas* Edd. & MSS. plurimi, & *conjunx* ſemper. d *tibi numquam* B. 1. e *te* Edd. Ven. Br. Med. f *generum* vulgo, & *abſcindis.* g *ferro fr.* V. 1. h *tepidi* B. 1. i *Dii* P. 2. V. 2. R. 1. A. Ed. Ven. k *mirantur* B. 1. *minantur* V. 1. *minetur* H. l *laborum* B. 1.

tua; ſed ſicut ille te ſollicitat die, ita ego nocte tibi ſollicitudinem inferam. SCHOL.

31 Per umbras &c.] Beneficio umbrarum, & manium meorum Julia à te non recedit. IDEM.

32 Generumque] In antiquo Cod. *generoque*. HORTENS. Ex meis *generoque* habent Voſſiani quinque, & ſextus à manu ſec. Regius primus, & Wittianus cum uno Pulmanni. ut reſingendum curavi. neque aliter legendum eſſe, jam monuit Ill. Heinſius ad Ovidii Epiſt. xiv. vſ. 64.

Quo mihi commiſſae non licet eſſe piae.

plurimiſque exemplis probavit: quibus adde Quinctilian. L. iv. Inſtit. c. 4. *Male petis. procuratori enim tibi eſſe non licuit.* L. vii. c. 1. p. 584. *Poteſt incidere quaeſtio, an huic eſſe procuratori liceat.* Sed & eo loco in vulgatis *procuratorem.*

33 Abscindis] Vetus Codex *Abſcidis.* HORTENS. *Abſcidis* unus Pulm. & mei decem ſcripti vetuſtiores cum Editionibus Romana, & Veneta. Recte omnino à *caedo.* Vide N. Heinſium ad Valer. Flacc. L. 1, 827. *rebuſque abſciſſa ſupernis;* & ad Prudentii Apotheoſ. 950. ſic *funditus excidi* pro *exſcindi* apud Senecam de Clement. L. 1. c. 1. ubi conſule Gronov. Paſſim autem *abſcindere*, & *abſcidere* commutantur in noſtro. ut vi 617. iv, 502. vi, 472. vii, 628. viii, 674. &c. de quibus ſuo loco monebimus. Interim plura de his verbis, qui cupit, adeat, commentarios à Doctiſſ. Drakenb. laudatos ad Silium L. xv, 473. & quae ſuper hoc verbo praeclare diſputat Cl. Dukerus ad Flor. Lib. ii. c. 2.

34 Meum] Obſcure mortem denunciat bello civili. Agis, ne meus ſis. Bellum civile faciet, ut meus ſis. id eſt, cum te Caeſar occiderit, apud inferos eris mecum. SCHOL. Vide omnino ſimilem denunciationem apud Joſephum Lib. xvii. Antiq. Judaic. in fine.

35 Dilapsa] Male editiones priſcae, & Ald. Col. Steph. Gryph. & Pulm. cum quibuſdam MSS. recentioribus exhibent *delapſa. delabi* dicitur, quod cadit. *dilabi* quod diſpergitur, & evaneſcit. ut infinitis auctorum locis patet. Eleganter Virgilius L. iv. Georg. 499.

Dixit, & ex oculis ſubito, ceu fumus in auras
Commixtus tenuis, fugit diverſa, neque illum
Prenſantem nequidquam umbras,

Adde Cerdam ad Aen. vi, 700.

38 Et quid ait &c.] MSſ. *Et quid* non male. BERSM. Immo vere. atque ita eſt in quatuor Pulm., meiſque omnibus libris, & Sulpitio, qui perperam mutavit, prioribus editionibus. Recepit id quoque Grotius. *Etquid* hic non habet locum. Non enim Pompejus ſe ipſum rogat, an terreatur, ſed cur terreatur. Praeterea & neceſſario narrationis ordo exigit, *ruit & ait.* Ovidius Lib. 1. Metam. 497.

Spectat inornatos collo pendere capillos,
Et, quid ſi comantur, ait?

Sac-

Et, quid ait vani terremur imagine [a] visus?
Aut nihil est sensus animis à morte relictum,
Aut mors ipsa nihil. Titan jam pronus in undas
Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,
Quantum deesse solet lunae, seu plena futura est,
Seu jam plena fuit: tunc [b] obtulit hospita tellus
Puppibus accessus faciles: legêre rudentes,
Et posito remis petierunt litora [c] malo.
Caesar, ut emissas venti rapuêre carinas,
Absconditque fretum classes, [d] & litore solus
Dux stetit Hesperio, non illum gloria pulsi
Laetificat Magni: queritur, quod tuta per aequor
Terga [e] ferant hostes. [f] neque enim jam sufficit ulla

Praecipiti

VARIAE LECTIONES.

a *somni* M. b *optulit* V. pr. sec. Reg. pr. c *velo* P. 2. d *in* P. e *ferunt* B. 1. f *nec enim* B. 1. V. pr. sec. Edd. Asc. Vers. Mic.

Saepius autem in his variatum, & peccatum esse docuit Gifanius Ind. Lucret. V. *Et quantis.* & Drakenb. ad Silium III, 556. *Ecquis* vera retinendum Lib. IV, 542. ubi multi scripti, & inpressi *En quis.*

38 VISUS] Vetus codex habet *somnii.* HORTENS.

39 A MORTE] Post mortem, ut Epicurei volunt. SCHOL.

40 AUT MORS] Quod supra posuit in utroque pro se locutus est. Si non sentiunt umbrae post mortem, vana sunt, quae vidi, & non timenda. si sentiunt, mortem temere non debeo; quia nihil est mors. si habet sensum, similis est vitae. IDEM. Seneca Troad. 397.

Post mortem nihil est, ipsaque mors nihil.

41 DEMERSERAT] Msc. *dimiserat*, & alterum *demiserat.* BERSM. Monet quoque Drakenborg. in Codice Thuaneo esse *demiserat.* ad Silium Ital. L. V, 17. Sic Lib. VIII, 159.

Jam Pelago medios Titan demissus ad ignes,
Nec quibus abscondit, nec si quibus exerit orbem,
Totus erat.

ubi contra in quibusdam MSS. est *demersus.* L. IX, 625.

Accipit Oceanum demisso sole calentem.

Ovidius L. I. Fast. 653.

Septimus hinc oriens cum se demiserit undis.

Sed *demerserat* bene retinent hic omnes Pulmanni, nostrique Codices, nisi quod in tribus Vossianis, & Edit. Veneta sit *dimerserat.* Ita *mersus Phoebus* infra L. IV. 283. *Mersum Oceano Phoebi jubar*, Seneca Herc. Fur. 26. *Merserat unda diem* Claudian. L. I. R. Pros. 275. *stagna in Tartessia Phoebus mersit equos* Silius L. X, 539. Eadem confusio apud Propert. L. III. El. 16, 9.

Hic pressus stygias vultum demersit in undas.

ubi vide Broukhusium.

43 HOSPITA TELLUS] Hic, & haec *hospes* communi genere, sed hic usurpavit ut Virgilius *Bellum, o terra hospita, portas.* SCHOL. In Voss. primo pro *o terra* scribitur *contra.*

44 LEGERE] Collegere. verbum nauticum. SCHOL.

46 EMISSAS] Vetus codex *omissas.* HORTENS. Unde facile possis corrigere *amissas.* Sic passim *amittere raptum, amittere e manibus*, quod alicui inscio, & invito elabitur. Vide Burmann. ad Phaedr. Fab. 13. *Amisit ore caseum*, ubi vulgo etiam *emisit.* pro *amissam opportunitatem* in Livio L. 25, 38. Vossianus Cod. *omissam.* Hic Vossianus quartus à manu prima *e multis* praebet. unde levi mutatione posset fieri *e vultu.* Quamquam nihil est mutandum, tam *emitti*, quam *amitti* dicitur illud, quod perdimus inviti. Multus in ea voce est Livius Lib. XXI. cap. 48. *Ibi dum perscrutantes loca omnia castrorum, nullo satis digno morae pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est.* L. XXXV, 6. *Hostium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerit, elapsum*, & de eadem re paullo post. *Hostes e manibus emissos, quod tardius datum signum esset etc.* Adde L. XXVI, 17, 40. XXXII, 9.

Praecipiti fortuna viro: nec vincere tanti,
Ut bellum differret, erat. [a] tunc pectore curas
Expulit armorum, pacique intentus agebat;
Quoque modo vanos populi [b] conciret amores;
Gnarus & irarum [c] caussas, & summa favoris
[d] Annona [e] momenta [f] trahi. namque adserit urbes
Sola fames, [g] emiturque metus, cum segne potentes
Vulgus [h] alunt. nescit [i] plebes jejuna timere.
Curio Sicanias [k] transcendere jussus in urbes,
Qua mare tellurem subitis aut obruit undis,
Aut [l] scidit, [m] & medias fecit sibi litora terras.
Vis illic ingens pelagi, semperque laborant
Aequora, ne rupti repetant confinia montes.
Bellaque [n] Sardoas etiam sparguntur in [o] oras.
Utraque frugiferis est insula nobilis arvis.

[a] Nec

VARIAE LECTIONES.

a *tum* V. 2. R. 1. A. Edd. pleraeque. b *consciret* W. *conciret* H. c *casus* Edd. Ven. Br. Med. d *annonae* V. 2. a m. pr. e *monimenta* M. f *tibi* A. g *emitque* A. h *alant* B. 1. i *plebs* & meus. *plebs* A. alii *pubes* V. Drak. ad Sil. VIII, 271. Prisc. 751. k *jussus transcendere* meus. l *scindit* M. & meus. m *aut* B. 1. *ac* M. Hort. deest in V. 1. n *Sardonis* suprascr. *a* R. 1. o *horas* V. 3. H. Ed. Ven.

50 SUFFICIT] Nulla felicitas jam satis est. SCHOL.

52 DIFFERRET] Hoc est. Malebat jam dimicare, quam vincere. Plus autem dixit, ut differret, ne vel hoc pati posset, quod postea erat dimicaturus, interim victoriam consecutus. IDEM.

54 VANOS] Plane lego *varios*. qui enim bello *vani* populi amores, quos deditiones oppidorum, & gentium fere subsequuntur? *Varii* autem tum alias cum Virgilio, Horatioque, tum hic inprimis recte dicentur, quod Caesar animos hominum à Pompejo in se transferri posse speraret; si &c. commeatu eos affatim instruxisset. Porro *momenta* ita dixit, quemadmodum versu 338.

Non pondera rerum, non momenta sumus.

ex persona Massiliensium i. e. non in nobis vertitur cardo rei. Demosthenes dixerat τὰ πράγματα τῶν Ἑλλήνων. quod Cicero vertit, *fortunas Graeciae* &c. MODIUS. Novant. Lect. Ep. 65. *Vanos* Modius probat *Varios*. BERSM. Nihil hic variant scripti, & recte. nam *vani* amores non intelligendi sunt inanes amores populi, à quo an amaretur, nec ne, ejus nihil interesset; sed leves, varii, inconstantes, quos facile flectere posset. Ita Tibullus L. III. El. 6, 60.

Ignotum cupiens vana puella torum.

ubi consule Broukhus. L. IV, 703. *Variam dant etia mentem* in Rottendorph. Cod. forsan non male *vanam*, de his vocibus dicam plura ad L. IV, 726. & de *momentis* L. V, 340.

55 GNARUS] Ordo est. Gnarus trahi & caussas irarum, & summa momenta favoris annona, per hanc enim aut irascitur populus, si deest, aut mitis est, si abundat. SCHOL.

56 ADSERIT] *Adserere* est liberum probare. Adserit ergo, liberas probat. ut Terentius. *Liberali illam adsero caussa manu.* IDEM.

57 METUS] *Metum* pro obedientia, & observantia ponit, Ut sit sensus: Largitione obedientiam, & studium plebis comparari, contra autem, qui fame vexantur, detrectare imperium & jussa. MICYLL.

58 NESCIT PLEBES JEJUNA TIMERE] Ex eodem fonte prudentiae illud Severi Imperatoris: *Miles non timet nisi vestitus, calceatus, satur, & habens aliquid in zonula.* GROT. ex Ed. tert. Praeclare Seneca c. 18. de Brevitate Vitae. *Cum ventre humano tibi negotium est, nec rationem patitur, nec aequitate mitigatur, nec ulla prece flectitur populus esuriens.*

61 AUT SCIDIT] Hoc enim incertum est, utrum oppresserit terras, an ruperit *terras*. quae antea mediae fuerant, has sibi litora fecit mare. SCHOL.

66 Nec

[a] Nec plus Hesperiam longinquis messibus ullae,
Nec Romana magis [b] complerunt horrea terrae.
Ubere vix glebae superat, cessantibus Austris,
Cum medium nubes [c] Borea cogente sub axem,
Effusis magnum Libye tulit imbribus annum.
  Haec ubi sunt provisa duci, tunc agmina victor
Non [d] armata [e] trahens, sed pacis habentia vultum,
Tecta petit patriae. [f] prô, si remeasset in urbem,
Gallorum tantum populis, Arctoque subacta,
Quam seriem rerum longa [g] praemittere pompa,
Quas potuit [h] belli facies! ut vincula Rheno,
Oceanoque daret! celsos ut [i] Gallia currus
Nobilis, & flavis sequeretur mixta Britannis!
Perdidit ô qualem vincendo plura triumphum!
Non illum laetis vadentem coetibus [k] urbes,

Sed taci-

VARIAE LECTIONES.

a *non* A. b *complerent* O. c *hora* meus. d *armenta* V. tert. a m. pr. e *trahit* B. 1. f *proh* V. pr. W. meus. Edd. Rom. Parm. Ven. Br. &c. g *ad* P. 1. V. 1. VV. LL. Steph. h *premittere* P. 1. i *facies* b. B. 1. meus. k *Gallica* V. 1. l *orbes* V. tert. a m. pr.

66 NEC PLUS &c.] Quae differentia sit inter hos duos versus, non video *nec plus nec magis*. Omnino rescribendum est pro *plus prius*; ut est in Vossianis sec. tert. qu. quinto. Bohur & Hulst. a. manu sec. neque Scholiastes aliter Voss. primi. *longinquis* i. extra Italiam natis. *nec ullae* quia ipsae sunt Italiae propinquiores Sicilia scilicet & Sardinia. Optime.

68 SUPERAT] Mscr. *superant*. male. BERSM. *Superant* perperam quoque Voss. sext. & tert. a m. pr. ac recentiores glossae Voss. sec. ut sit dictum pro *superantur*. Recte Scholiastes. superat i. *has duas insulas in ubertate & frugum copia vix Libye i. Africa vincit, cum apud illos pluerit, & magni messes provenerint.* Unde patet, vitiose quoque pro *Libye* scribi *Libyae* in duobus Vossianis. Wittiano & meo. nisi ἀπὸ κοινοῦ subintelligas *Boreas* (de qua constructione V. ad L. II, 218.) quo pertinet lectio Wittiani, Amstel. & Vossiani sexti *intulit*. Sed mutatione non opus est. *Libyae* quoque habent Edd. Ven. Sulpit. Colin. Steph. Mic. Hortensiique. Dein pro *annum* male itidem in Bersm. MS. *amnem*. Intelligit messem magnam per effusos imbres, ut bene capiunt interpretes. Lib. III, 45.

Agricolas raptis annum flevere juvencis.

Saepe haec vox hoc sensu abiit in *amnis*. Vide Dempster. ad Rosin. p. m. 527. & qui egregie, ut omnia, haec explicuit, J. F. Gronov. Observ. L. IV. c. 5. & ad Stat. Lib. III. Silv. c. 2.

- - - - - - - - - - terris
Prima Dicarcheis Pharium gravis intulit annum.

Adde Lutat. ad Stat. IV. Theb. 710. Barth. ad Claudian. B. Gild. 58. Zinzerling. & Burmann. ad Valer. Flacc. V, 424.

Otia laeta Phari, pinguemque sine imbribus annum.

69 CUM MEDIUM] Boreas cum apud Italiam serenus sit, apud Africam pluvias facit. E contrario Auster Italis pluviosus, sed in Africa siccus, & calidus est. Ergo ex Borea fertilis est. SCHOL.

71 VICTOR] Vetus Codex *ductor* habet. HORTENS. Quinque etiam Pulm. & 3 Bersm. cum sex meorum *ductor*. aliisque. Vide Drak. ad Silium IX, 190. eadem variatio est vs. 133. & alibi. sed praecedit *duci*.

74 ARCTO] In hac enim parte coeli Gallia, atque Germania sitae sunt. SCHOL.

74 SUBACTA] Vetus Codex *subactis* legit. HORTENS. *Subactis* male etiam est in Amstel. & a m. sec. Voss. sexto. vide Priscian. L. XV. in fine.

76 FACIES] Triumphantibus enim mos erat, ut picta flumina, & provincias, quas vicissent, ante currum praeferrent in tabula. Possumus & fluvios

 victos

Sed tacitae vidêre metu. [a] non constitit [b] usquam
Obvia turba duci: gaudet tamen esse timori
Tam magno populis, & se [c] non mallet amari.
Jamque [d] & [e] praecipites superaverat [f] Anxuris arces,
Et qua [g] Pomptinas via dividit [h] uda paludes,
Qua sublime nemus, Scythicae qua regna Dianae;
Quaque iter est Latiis ad summam fascibus Albam:
[i] Excelsa de [k] rupe procul [l] jam conspicit Urbem,
Arctoi toto non visam tempore belli:
[m] Miratusque suae, sic fatur, moenia Romae:
Tene, Deûm sedes, non ullo Marte coacti

Deseruêre

VARIAE LECTIONES.

a *nec* P. 3. B. 4. mei 9. Edd. Ven. Omnib. aliique. b *umquam* B. 2. c *nec* Edd. Ald. Col. Steph. Gr. Hort. Mi:.m. d deest in V. 1. R. 1. H. e *praecipitis* V. 1. f *Anxiris* V. tert. a m. pr. *Auxuris* H. *Anseris* Ed. Ven. *Auxuris* Hort. unus *Axyris* &c. g *Pontini* vulgo. h *unda* Ed. Ven. Br. Med. i *excessa* V. 1. k *rure* Ed. Rom. l *cum* V. 1. pro var. lect. m *miraturque* H.

victos accipere pro hominibus, qui habitabant. SCHOL.

79 PLURA] Quia & victoria belli civilis accessit. IDEM.

80 COETIBUS] Mallem, si per manu exaratos Codices liceret, legere *cantibus*; ut opponantur *urbes laetis cantibus*, & *tacitae metu*. De coetibus, & turba statim sequitur.

81 NON CONSTITIT] Omnes, quod sciam, membranae retinent *constitit*. nisi quod in Amstelaedam. est *obstitit*. Ill. tamen Heinsius à Lucano relictum esse censet *confluit*, ad verba Claudian. Lib. II. in Rufin. 427.

- - - - - - vacuo plebs obvia muro
Jam secura fluit.

Quod verbum passim de effusa multitudine sumi, notum est. Sed in voce *constitit* videtur inesse sensus admirationis, & stuporis, quo adfixa ad tanti victoris vultum obvia turba consistat, & in vestigio suo haereat. Ceterum pro *tam magno* vulgo in Servii verbis ad Aen. VI, 835. citatur *jam magno*, uti est in uno Ms. Bersmanni.

83 NON MALLET] i. magis voluit, ut vi vinceret, quam favore. SCHOL.

84 SUPERAVERAT] i. transierat. *Anxuris* arcem montem Tarracinensem dicit, in quo inberbis Juppiter colitur, unde hoc nomen accepit à Graecis. IDEM. Dubium est, an *Anxyris*, an *Axuris*, sit scribendum: pro priori tamen stant tantum non omnes MSS. vide, quae habent viri docti ad Silium L. VIII, 392.

- - - - - - scopulosi verticis Anxur.

85 PONTINAS] Pontina palus ad Circeios est; quae quondam 24. urbium fuit, ut modo retulimus ex Mutiano: inde dicta, quod pontonibus trajiceretur. Hinc urbs *Pontia* nomen traxit: & *Pontia* insula: & Romae trib. *Pontia*. Erat haec *Pontina* palus circa viam Appiam, quae Brundusium usque, unde Caesar Romam petivit, lapidibus strata est, quondam latrociniis infesta. Juvenalis.

Armatae quoties tutae custode tenentur,
Et Pontina palus, & Gallinaria pinus.

Pontina Palus in Volscis est, distans ab urbe XL. M. pas. Strabo etiam in Campania fuisse tradit, eamque Caesar siccare, confecto civili bello, destinarat: quod oportuna latrociniis esset, ut author est Sueton. Hae paludes ante ea tempora aliquando à Cornelio Cethego Consule, cui ea provincia evenerat, corrivatis multifariam aquis, fuerunt exiccatae, atque iis ager factus. HORTENS. Scribendum *Pomtinas*. Est enim à *Pometia*, omissa vocali. GROT. Ed. tert. *Pomtinas* est in Regio primo, & Vossiano à manu prima. à manu autem sec. *Pomptinas* ut exhibet Vossianus primus, ceterique optimi MSS. aliorum auctorum. quod & monet Ill. Heinsius ad Silium VIII, 381.

- - - pestifera Pomptini uligine campi.

86 NEMUS] Ariciam dicit, ubi Diana colebatur. SCHOL. Dianae seu Virbii nemus in montibus Latiis est cis Velitras & Albam. SULPIT. Omnibonus Aricinum nemus exponit, quod ab Aricia sylva, ut ipse ait, urbi vicina nominatur: ubi & fons Egerius est, apud quem Numa simulabat,

Deseruêre viri! pro qua pugnabitur urbe?
Dî melius, quod non Latias Eous in [a] oras
Nunc furor [b] incubuit; nec juncto [c] Sarmata velox
Pannonio, [d] Dacisque Getes [e] admixtus: habenti
Tam pavidum tibi, Roma, ducem Fortuna pepercit,
Quod bellum civile fuit. Sic fatur, & Urbem
Adtonitam terrore subit. namque ignibus atris
Creditur, ut captae, rapturus moenia Romae,
Sparsurusque Deos. fuit haec mensura timoris:
Velle putant, [f] quodcumque potest. non omina festa,
[g] Non fictas laeto voces simulare tumultu,

Vix odis-

VARIAE LECTIONES.

a *horas* V. 3. Edd. Ven. Br. Med. b *occubuit* R. 1. c *Sarmatha* A. d *Dacusque Getis* V. 1. e *admotus* B. 1. *adjunctus* VV. LL: Steph. f *quaecumque* V. 1. g *nec* B. 1. R. 1. V. 2. W. A. Hort. m.

labat, se cum Egeria Nympha consilia de Rom. Repub. agitare. MICYLL.

86 REGNA DIANAE] Sacerdos Aricinae Dianae, *Rex* appellabatur. Unde & Sueton in Caligula, *Regem Nemorensem* dixit. Et Flaccus in Argonaut. *Immitis Ariciae regi.* Item Martialis:

Qua Triviae nemorosa petit dum regna viator.

Caeterum solebat id sacerdotium obtinere fugitivus aliquis, qui priorem sacerdotem, ejusdem conditionis hominem, pugna superatum sustulisset. Unde Ovid. III. Fastor.

Regna tenent fortes manibus pedibusque fugaces.

Instituti hujus meminit & Strabo libro quinto, his verbis: Τὸ δὲ Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι νέμος, inquit, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐκ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸν δ' Ἀρικῖνον, τὸ ἱερὸν. Λέγουσι δ' εἶναι ἀφίδρυμα τῆς Ταυροπόλου· καὶ γάρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον, δραπέτης ἀνήρ. ξιφήρης οὖν ἐστιν, ἀεὶ περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. MICYLL. Aliis quoque deabus *regnum* tribuitur iis locis, in quibus colebantur. Supra Lib. II, 424.

- - *Umbrosae Liris per regna Maricae.*

L. V, 81.

Cum regna Themis tripodasque teneret.

Unde *reges*, & *reginae*, & ἄνακτες vocantur. V. Cuper. Monum. Antiq p. 232. &c. item *domini*, *dominaeque* &c. V. Heins. ad Ovid. Epist. Her. IV, 12. Broukh ad Propert. II, 4, 17. δέσποινα ἄρτεμις Sophocl. Elect. 629.

87 ALBAM] Consules ad Albanum montem sacrificiorum gratia ire consueverunt. SCHOL.

88 PROSPICIT] Vetus codex *conspicit* habet, & item alter vetustior. HORTENS. In omnibus scriptis, & editis est *conspicit*, praeter Micylli, & Hortensii Edd. quod sciam, & MS. Marpurgensem. Elegantius autem esset *prospicit*. quod passim dicitur de illis, qui ex altiore loco in alia flectunt, & intentos habent oculos, ut notum est.

89 ARCTOS] i. e. Gallici, quia Gallia sub septemtrione est. *toto* per decem annos tracto, ut ipse ait *decimo jam vincitis* (*vincimus* Voss. sec.) *anno.* SCHOL.

92 PRO QUA] Si tu desereris à civibus tuis. IDEM.

94 JUNCTO] Corrupte Ascens. Mic. Versell. & Hortens. Edd. *junctus*. Vide ad Lib. II, 406. *juncto Sapis Isauro. vincto* Hulst.

100 SPARSURUS] De templis simulacra dejecturus in publicum. SCHOL.

100 MENSURA] i. e. timorem suum sic metiebantur, ut crederent, Caesarem facturum esse, quod posset. Est ergo *mensura* pro modo. IDEM.

101 FESTA] Fortasse *Fausta*. PULMANN. Primum *omnia*, quod in multis legitur editionibus, etiam primis, & MSS. quibusdam deterioris notae, nihili est. *Omina* olim jam bene dedit Omnibonus, & recte revocavit Modius Novant. Lect. Ep. 65. ubi cum Pulmanno mavult *fausta*. quod in textum recepit Berlmann. sed notans in Msc. esse *festa*. ut habent mei omnes. *omine fausto* Sidon. Apol in. Carm. II. in f. Consule Dempster. ad Rosin. p. m. 199. & N. Heinsium, à quo, ut & à Clar. Burmanno adducta plena manu exempla

cun-

Vix odisse, vacat. [a] Phoebea palatia complet
Turba Patrum, nullo cogendi jure Senatus,
[b] E latebris educta suis: non Consule sacrae
[c] Fulserunt sedes: [d] non proxima lege potestas
Praetor adest: vacuaeque loco cessêre curules.
Omnia Caesar erat. privatae Curia vocis
Testis adest. sedêre Patres censere parati,
Si regnum, si templa sibi, jugulumque Senatus,
Exsiliumque petat. melius, quod plura jubere
Erubuit; quam Roma pati. tamen exit in iram,
Viribus an possint obsistere jura, per unum
Libertas experta virum. pugnaxque Metellus,
Ut [e] videt ingenti [f] Saturnia templa revelli

Mole,

VARIAE LECTIONES.

a *Phoebeia* R. 1. meus. b *a* V. 2. c *effulsere* V. 1. *fulsere* R. 1. d *nec* W. e *vidit* V. 1. f *Saturni* B. 1.

conspici possunt, ad Lib. VI. Metam. Ovid. 447.

- - - *fausto committitur omine sermo.*

Proprium autem est in acclamationibus: vide J. F. Gronov. ad Tacit. Lib. I. Ann. c. 35. *faustis in Germanicum ominibus.* Sed idem Tacitus Lib. V. Ann. c. 4. *Festis in Caesarem ominibus.*

103 VIX ODISSE] Etiam ipsa odia libere exercere non poterant prae timore: sive, ut adventu Caesaris subito trepidi, tempus tunc nec odio vacuum reperirent. SCHOL.

103 PHOEBEA] Per prolepsin dictum est. Nam illo tempore hoc non erat sedes. Ergo *Phoebea palatia*, quae postea ita sunt dicta. Nam postea haec constituit Augustus. IDEM.

103 PHOEBEA PALATIA] Templum intelligit Apollinis, non quod in Capitolio, sed quod in Palatio antiquitus fuit: quod postea, cum fulmen dejectum fuisset, & haruspices à deo desiderari dicerent, Augustus instauravit, addita & porticu, & bibliotheca Graeca Latinaque, ipseque etiam eodem loco jam senior Senatum saepe habuit, decuriasque judicum recognovit, ut Suetonius autor est. MICYLL.

103 COMPLET] Vossianus tert. *complens.* cujus constructionis innumera apud poëtas sunt exempla. Nihil tamen propter unicum codicem muto.

104 NULLO JURE] Nam privatus Caesar Senatum vocabat, cum consules soleant. SCHOL.

105 EDUCTA] Unus Pulm. & Bersm. Wittian. Hulst. & Voss. sext. à manu sec. *producta.* Quod est probum utrumque. Tam enim *educi*, quam *produci* dicuntur, quae in publicum veniunt. passim occurrunt exempla. Apud Caesar. B. Civ. I, 14. *in forum productos*, variant quoque libri MSS.

107 CURULES] Aediles Curiles patricios dicit, quia & ipsi habent potestatem convocandi senatus. Ergo nunc loco suo cesserunt, quippe non aderant. SCHOL. Curules sellas intelligi à Lucano, manifestum est.

113 POSSENT OBSISTERE] *Possint* auctoritate Msc. Bersm. & meorum septem vetustiorum, rescripsi. Dein in lib. Bersm. est *resistere.* Forsan etiam non male; ut mutarint, qui crediderant *re* in compositis semper esse breve, cum sit anceps sequente consonante, quae aliunde non est inserta, ut in *recido*, *reduco*, *refero*, aliisque sic vs. 552. IX, 367. & alibi pro *rettulit* in optimis Codicibus, & nonnullis Edd. est *retulit.* Vide notas ad Phaedr. Fab. 57. & quos laudat Drakenb. ad Silium Ital. L. I, 309. aliosque.

114 METELLUS] Qui tunc tribunus plebis fuit. *Saturnia.* ubi aerarium publicum est constitutum. SCHOL.

116 RAPIT GRESSUS] In meo est *cursus* & pro var. lect. *gressus*, L. V, 503. *Inde rapit cursus.* sed alio sensu.

118 USQUE ADEO] Sunt verba poëtae. ut Virgilius:

- - - *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri sacra fames? SCHOL.

119 DISCRIMINE] Nulla discretione posita inter justitiam & injustitiam. IDEM.

120 ET PARS] Plerique libri & Codices *sed pars*, Msc,

Mole, rapit gressus, & Caesaris agmina rumpens,
Ante fores nondum reseratae constitit aedis.
[a] (Usque adeo [b] solus ferrum, mortemque timere
Auri nescit amor. pereunt discrimine nullo
Amissae leges: sed, pars vilissima rerum,
Certamen movistis opes) prohibensque [c] rapina
[d] Victorem, clara [e] testatur voce Tribunus:
Non nisi per nostrum vobis percussa patebunt
Templa latus, nullasque feres, nisi sanguine sacro
Sparsas, raptor, opes. certe [f] violata potestas
Invenit ista Deos. Crassumque [g] in bella secutae
Saeva Tribunitiae [h] voverunt proelia dirae.
Detege jam ferrum. [i] neque [k] enim tibi turba verenda [l] est
Specta-

VARIAE LECTIONES.

a *heu solus* B. 1. b *ferrum sol.* B. 1. c *rapinam* V. 2. a m. pr. d *victorum* Ed. Ven. e *testatus* Edd. Br. Med. f *violenta* B. 1. V. tert. a m. pr. g *ad* M. Hort. h vulgo *noverunt*. i *nec* B. 1. M. Hort. k *enim est* Edd. Rom. Parm. l deest in Edd. Rom. Parm. Ven. Omn.

Msc. optim. *& pars*. BERSM. *Et*, quomodo placuit Bersmanno, habent duo vetustissimi Vossiani, & quartus à manu secunda.

121 OPES] Metellum increpat, quia propter thesauros & pro auro, non pro lege morti se opponebat. SCHOL.

124 SINE SANGUINE SACRO SP.] *Nisi* C. V. P. L. O. G. Sabellicus in Annotat. (T. 1. Thes. Crit. p. 183.) nonnulli *sine*. perperam. PULM. *Sine* exhibent Vossiani duo, Ed. Ven. Brix. Med. Ascens. & Micylli. sed vitiose. Tum enim nihil est, ad quod referri possit τὸ *sparsas*, ut vidit Sabellicus, & Ascensius, qui ideo reposuit *sparso*, quod secutus est Micyllus. & habet unus Bersm. Cod. & Hulst. *sine sanguine fuso sp.* Oxoniens. unus. *sparsas sanguine* est aspersas, Ovidius L. III. Ar. Am. 726.

Oraque montana fervida spargit aqua.

Seneca de Ira 1, 12. *Sparsus luto calceus.*

124 SANGUINE NOSTRO] Legitur & *sacro*: quoniam tribunicia potestas est sacrosancta. SULPIT. *Sacro*. Mscr. tria *nostro*. illud ad tribuniciam auctoritatem pertinet, quae erat sacrosancta. BERSMANN. *Sacro sparsas*. Aspersas tribunitio sanguine. GROT. Pro *sacro* etiam est *nostro* in MS. quinque Pulm. & octo meis. sed in duobus vetustissimis Vossianis suprascribitur *sacro*. Praecessit *nostro*. Veram lectionem servavit etiam Scholiastes dicens, *nostro*, vel *sacro*. *sacrosancti enim erant* (*dicebantur*, Voss. pr.) *Tribuni plebis. quippe his resistere aliquem non licebat; & ideo sancti dicebantur.* *Sanguinem sacrum* victimae Virgil. dicit Lib. III. Aen. 67.

126 DEOS] Ultores scilicet, & defensores. SCHOLIAST.

127 SAEVA] N. Heinsius scribendum esse conjicit *laeva* ad Silium Ital. Lib. V, 660.

- - - - - *laeva ob discrimina Martis.*

ubi vide. Sine scriptis nihil muto. Vide ad Lib. V, 723.

- - - - - *saevi discrimina Martis.*

Malebat Scaliger *scaeva* i. laeva, *scaevus* & *saevus* enim aliquoties commutantur. Consule notas ad Senec. Herc. Fur. 241. *Scaeva Lernae monstra*. apud Liv. Lib. XXXI, 45. *Saeva coorta tempestate* in Voss. est *scaeva*. Inf. L. VI, 431. *Saevorum arcana magorum*. in aliis est *scaevorum*.

127 TRIBUNITIAE] Gajus Attejus cum diceret Crasso, servare se de coelo, & eum proficisci vetaret ad proelium, ille contempsit. Neglectus Tribunus plebis Diras i. Deorum iras ei inprecatus est. Quo bello Crassus occubuit. Hinc *Tribunitiae dirae* declinavit. Dictae sunt autem *dirae*, quasi deorum irae. SCHOL. *Voverunt*. Flor. Lib. III. Adscribit autem Florus Metello, quod Appianus Attejo. MICYLL. In verbis Scholiastae Vossianus pr. habet *Gajus & Antonius dicerent* &c. Voss. sec. *Cajus Etius*.

127 NOVERUNT] Ita ediderunt Bersm. Grotius,

Spectatrix scelerum: deserta stamus in Urbe.
Non feret è nostro sceleratus praemia miles:
Sunt, quos prosternas, populi, quae moenia dones.
Pacis ad [a] exhaustae spolium non cogit egestas:
Bellum, [b] Caesar, habes. His magnam [c] victor in iram
Vocibus accensus: Vanam spem mortis honestae
[d] Concipis: haud, inquit, jugulo se polluet isto
Nostra, Metelle, manus. dignum te Caesaris ira
Nullus [e] honor faciet. te vindice, [f] tuta relicta [g] est
Libertas? non usque adeo permiscuit imis
Longus summa dies, ut non, si voce Metelli
Serventur leges, [h] malint [i] à Caesare tolli.
Dixerat: &, [k] nondum foribus cedente Tribuno,
Acrior ira subit: saevos circumspicit enses,

Oblitus

Variae Lectiones.

a *exustae* V. 2. b *o Caesar* B. 1. c *ductor* P. 1. W. H. A. d *concipis* H. e *honos* B. 2. Edd. Rom. Parm. Sulp. A. C. S. G. Hort. f *tota* V. tert. a m. pr. Edd. Br. Med. g deest V. sec. R. 1. A. h *malient* V. 1. i *se* O. k *foribus nondum* B. 1. V. 1. M. Hort.

& sequentes editores. Nullo sensu. priores Edd. & MSS. omnes fere *voverunt*, ut typis exprimendum curavi. *noverunt* est in Regio primo, & Hulst. à manu sec. *Vovere* enim proprium dirarum, & exsecrationis est verbum. *Vovere scelus* dixit Statius Theb. VI, 144. In Amstel. est *volverunt*. In Marpurg. & meo *moverunt*. Non male. ut dicat, diras istas caussam fuisse, & tamquam unicum adversi seu scaevi proelii momentum. Vide supra ad Lib. I, 631. neque enim cum Versellano opus est scribere *funera* sine consensu Codicum. quod esset expressum ex Horat. L. I. O. 15. de Paride.

Genti quanta moves funera Dardanae.

130 E NOSTRO] Non accipiet de eo, quod nostrum est. SCHOL.

133 BELLUM HABES] i. e. non defecerunt omnes gentes, quasi non habeas, quibus spolia detrahas, dum spolia Romae aufers. IDEM.

133 HIS] *Hic* C. V. P. L. O. G. non *is*. PULM. *Is* scilicet scriptum est in Col. Steph. & Gryph. Edd. vitiose.

136 DIGNUM] i. e. numquam eris tanto honore sublimis, ut dignus sis, cui debeat Caesar irasci. SCHOL.

136 DIGNUM TE CAESARIS IRA] Quamquam statim innovare nihil velim, monendum tamen est, in editione Veneta scribi *irae*. qui casus saepe τῷ *dignus* adponitur. Evolve, quos laudant viri docti ad Silium Ital. L. XII, 81. & ad Phaedr. L. IV, F. 20.

Quidquid putabit esse dignum memoriae.

Valer. Maximus L. V. c. 1. Ex. Ext. 2. *Si nihil aliud dignum memoriae gessisset*, ut habent quidam MSS. vulgo *honore & memoria*. alii *honore memoriae*. alii *memoria*. inf. L. VIII. 653. *Visa digna fui* itidem variatur.

138 IMIS] Horat. L. I. O. 38.

- - - - - - - *Valet ima summis*
Mutare, & insignes adtenuat Deus.

140 SERVENTUR] i. e. plus doloris habent leges, si eas Metellus servet, quam si Caesar tollat (*evertat* Voss. sec.) SCHOL. Voss. pr. & Reg. pr. *Servantur*. quomodo vulgo legas quoque apud Priscian. c. 651. Ed. Putsch. ubi male, pro *non si*, editur *si non*, ut est in uno Bersm.

143 SIMULARE TOGAM] Sic enim venerat, ut pacatus. nam ait supra.

- - - - - - - *Tunc agmina victor*
Non armata trahens, sed pacis habentia vultum,
Tecta petit patriae.

SCHOL. Msc. *servare*. minus probe. Pacificum se gerere. BERSM.

143 COTTA] Et hic tribunus fuit plebis. SCHOLIAST.

146 LIBERTATE PERIT] i. e. ut libertas sit causa

Oblitus ſimulare togam. [a] tum [b] Cotta Metellum
Compulit audaci nimium deſiſtere coepto.
Libertas, inquit, populi, quem regna coërcent,
Libertate perit; cujus ſervaveris umbram,
Si, quidquid jubeare, velis. tot rebus iniquis
Paruimus victi: venia eſt haec ſola pudoris,
Degeneriſque metus, nil jam potuiſſe negari.
Ocius [c] avertat diri mala ſemina belli.
Damna movent populos, ſi quos ſua jura [d] tuentur;
Non ſibi, ſed domino gravis eſt, quae ſervit, egeſtas.
Protinus abducto patuerunt templa Metello.
[e] Tunc rupes Tarpeja ſonat, magnoque recluſas
Teſtatur ſtridore fores: [f] tunc conditus [g] imo
Eruitur templo, multis [h] non tactus ab annis,

Romani

VARIAE LECTIONES.

a *tunc* R. 1. H. Edd. quaedd. *cum* B. 1. b *Cocta* V. 2. H. meus. c *avertant* Grot. Ed. & ſeqq. d *tenentur* Ed. Ven. e *tum* P. 3. R. 1. W. V. 1. A. f *tum* P. 1. R. 1. meus. g *uno* H. h *nec motus* B. 1. *non tractus* H.

ſa pereundi, dum ſe adverſus potentem libere aliquis ſit auſus erigere. SCHOL. In hac voce ſimiliter luſit Seneca de Tranquill. Animi c. 3. *Ejus libertatem libertas non tulit* ubi vide Gronov. Sequentia citat Servius ad Aen. x, 444.

150 AVERTANT] Abeant in rem malam iſta belli irritamenta. Ante *avertat*, incongrue. GROT. *Avertant* legitur in uno Berſm. tribus Pulm. Voſſiano tertio, & quarto a m. pr. Regio utroque Hulſiano, & Marpurgenſi. Conſentit autem cum Grotio Cl. Drakenborch. ad Silium Ital. lib. 1, 288. Niſi quod alio paullulum ſenſu intelligere videatur, nempe ſimpliciter pro *avertantur*, *auferantur*. quod praefero, ſi quid mutandum eſt. *Vertere* cum ſuis compoſitis ſaepe paſſivam obtinere ſignificationem, notum eſt. Verum cum tot alii, & in illis optimi quoque Codices *avertat* retineant, nullam innovandi video rationem. Quare merito ante vulgatam lectionem jam vindicavit J. F. Gronovius, & lib. IV. Obſerv. c. 5. docuit, eleganter eos dici *avertere* res, quas ex aliena poteſtate in ſuam fraude, vel vi redigunt. Recte igitur *ocius avertat* ſcil. Caeſar, ut addit Scholiaſt. pecuniam, quae belli ſunt mala ſemina. Tacitus lib. 1. Hiſtor. c. 53. *Mox comperto publicam pecuniam avertiſſe, ut peculatorem flagitari juſſit.* leg. VII. §. 3. Dig. de Tribut. Act. *Sed & ſi mercem perire paſſus eſt, aut eam avertit.* & *onus averſum* hoc ſenſu L. XXXI. Dig. Loc. Cond. Valer. Flacc. L. v, 630.

Vellera ſacra meis ſperantem avertere lucis.

Statius L. IV. Theb. 648.

Sidonias avertere praedas.

Adde, quae dicemus ad lib. VI, 585. *Avertent* eſt in uno Berſm. *avertet* itidem, uti & in Voſſ. primo & ſec. a m. pr.

152 EGESTAS] Cum hi, qui ſerviunt, inopes ſunt; non ſibi graves ſunt, ſed domino ſuo, cui inopes ſerviunt. SCHOL.

155 STRIDORE] Hoc poſt inruptionem Gallorum factum eſt, qui Capitolium latenter ingreſſi ſunt, ut majore ferro praemunirentur (*ut liminaria portas aëre ferent* Voſſ. pr.) ne quis cum ſilentio poſſet Capitolium aperire. IDEM.

156 NON TACTUS] Sic reſcripſi fide omnium Mſſtorum, quos ego, virique docti inſpexerunt, & Editionum veterum cum Sulpit. Aſcenſ. Mic. & Hortenſ. *Intactus*, quod vulgo ſecuti ſunt, ex Aldi officina provenit.

156 AB ANNIS MUL.] *Sulpitius* interpretatur, *à Secundo bello Punico. Glareanus* diligenter Sulpitii, & Badii expoſitionem excutiens, cum tamen, *inquit*, in ſequentibus verbis ſit mentio Fabritii, & belli cum rege Pyrrho, & parcorum avorum, qui utique longe ante ſecundum bellum Punicum fuere, quam non, & primo bello Punico Carthaginenſes bis multati à Rom. apud Polybium legantur: ſemel duobus millibus, ac ducentis, mox

Romani census populi, quem Punica bella,
Quem [a] dederat Perses, quem victi praeda Philippi;
Quod tibi, Roma, fuga Pyrrhus trepidante [b] reliquit;
Quo te Fabricius regi non vendidit auro;
[c] Quidquid [d] parcorum mores servastis avorum;
Quod dites Asiae populi misêre tributum,
Victorique dedit Minoïa Creta Metello;
Quod Cato longinqua vexit super aequora Cypro.
Tunc Orientis opes, captorumque [e] ultima regum,

Quae

VARIAE LECTIONES.

a *Perses ded.* W. *dederant* V. 2. b *relinquit* V. 1. c *Et quod* R. 1. d *Parthorum* H. e *victima* R. pr.

rursum mille additis. Dein propter Sardiniam, rursus mille, ac CC. talentis. Lubens hic dissimulo ejusdem Sulpitii allegationes ex Plinio, de aerario Romano, cum, quo tempore ille haec scripsit commentaria, pauci, imo verius nulli rem pecuniariam antiquam illam, ac vere Romanam intelligerent. Nec eum locum Budaeus lib. II. de Asse, cum multum ac diu luctatus esset, perfectè explicuit, quod ipse quidem ingenuè fatetur, tantum abest, ut ego sententiam meam interponere velim. Haec GLAREAN.

157 ROMANI] Hi versus usque *quas Pompejanis* in antiquissimo Codice non leguntur hoc loco. sed post *pauperiorque fuit.* HORTENS.

159 PYRRHUS] Rex Epirotarum. Fabricio aurum obtulit, ut Romam sibi proderet. Sed post victus Pyrrhus omne perdidit aurum, unde Fabricium corrumpere voluit, *reliquit* sc. ut tolleres. SCHOL.

160 QUO TE FABRICIUS REGI N. V. AURO] *Regi* C. V. P. L. O. G. F. Sabellic. in Annotat. (T. I. Thes. Crit. p. 183.) vulgati aliquot libri *regni*. male. PULM. Pro *quo* in meo codice legebatur *quod*. pro *regi* Ed. Ven. & margo Hòrt. *regni*. pro *auro* Vossian. sec. à manu pr. *aurum*. in Scholiastis Crucq. verbis ad Horat. L. I. O. 12. hoc modo citatus.

Quo te F. regno quo vendidit auro.

Ex his omnibus possis conjicere, Lucanum scripsisse.

Quo te Fabricius regno non vendidit aurum.

Scilicet aurum eruitur, quod Pyrrhus reliquit, quo Fabricius te non vendidit regno sive regi, ut solent saepe loqui auctores inf. L. V, 22.

Quod regnis populisque liquet.

Vide Salmas. ad Flor. L. I. c. 10. *pulsis ex urbe regis.* quomodo habent quoque tres Vossiani, non *regibus.* Nihil tamen ego hic mutari velim. Solet enim à Latinis, & Graecis nomen, quod praecedere debebat, omitti, & cum relativo dein jungi. In qua constructione multus est noster. ut ostendemus ad L. VI, 663.

Et, quibus os dirum nascentibus inspuit herbis.

& L. VII, 374.

Credite, qui nunc est populus.

Sic meliores libri vulgo *herbas* & *populum*.

163 METELLO] *Sulpitius*, Q. Metellum Macedonicum, *inquit*, accipimus, qui Philippum superavit, & Achaeos bis praelio fudit, & à victa Creta, Creticus dictus est. Haec Sulpitius miserè confundens, cum ipsos viros, tum historiam rerum gestarum. quippe qui eundem credidit Metellum Macedonicum, ac Creticum, quod à vero longè alienum est. Atqui res ita habet. Q. Cecilius Metellus Macedonicus Consul fuit anno ab U. Con. 611. Creticus verò, an. 686. distantia 75. anni. Porro de Macedonico Florus libro L. In Livii Epitome, ac deinde in aliquot libris. Nam is est, qui Philippum in Macedonia vicit, cum Achaeis ad Thermopylas acie conflixit: de Andrisco triumphavit. Celtiberos cecidit: ultimum Censor factus cum Q. Pompejo. De eo multa Plin. lib. VII. cap. 44. De Cretico vero idem Florus lib. XCVIII. ac duobus continuo sequentibus. Is à Creta devicta, ut ille à Macedonia cognomen invenit. At de hoc nunc loquitur Lucanus, non de Macedonico. Ex hisce liquet, quam caeca sit historia, absque temporum ratione, & quam facilè quis errare queat, qui eam rem negligit. Philippum pro Pseudophilippo dixit Sulpitius: quem Pseudophilippum, non Metellus Creticus, sed Macedonicus vicit. Contra, Cretam Creticus vicit Metellus, non Macedonicus. Et quis unquam dixit, Q. Metellus Macedonicus Creticus? adeo

Quae Pompejanis praelata est, gaza, triumphis,
[a] Egeritur: tristi spoliantur templa [b] rapina;
Pauperiorque fuit [c] tunc primum Caesare Roma.
Interea [d] totum Magni fortuna per orbem
Secum casuras in proelia moverat urbes.
Proxima vicino [e] vires dat Graecia bello.
Phocaïcas Amphisa manus, scopulosaque Cirrha,
Parnasusque jugo misit desertus utroque.
[f] Boeoti coïere duces, quos inpiger ambit

Fa-

VARIAE LECTIONES:

a *Egerit* & V. sec. b *ruina* V. sec. pr. a m. pr. c *tum* W. d *Magni t.* B. 1. P. 1. Amst. e *dat vires* B. 1.
f *Boëti* & *Boëtii* MSS. & Edd. Veteres. *Boecy* Oxon pr.

adeo nihil refert, quid scriptis prodamus. GLAR.

164 CATO] Cato rogatione Claudii missus est Cyprum, ut cerneret hereditatem regis Ptolomaei, qui defunctus vita populum Romanum heredem fecerat. SCHOL.

164 CATO] De Catonis expeditione in Cyprum, & de confiscatione pecuniae regiae, nota est historia ex Floro, Plutarcho in Catone, & Appian. libr. II. de bell. civilibus. *Haec pecunia aerarium po. Rom. lasius*, ut scribit Florus, *quam ullus alius triumphus, implevit.* Et, ut Plutarchus addit, cum tantum argentum per forum portaretur, po. Rom. admiratus magnitudinem illius fuit. Senatusque Catoni Praeturam extra ordinem, & ut ludos veste purpurea spectaret, decrevit. Fuisse autem ejus summam tradunt, circiter septem millia talentorum. MICYLL.

165 ULTIMA GAZA] Novissima praeda de regibus parta. GROT. Male scilicet de regionum remotissimarum opibus haec capiebant Sulpitius, & Bersmannus. Porro de pondere pecuniae, quod egestum est, operose hic agit Hortensius, quem consulere studiosus lector potest. Vide etiam, quae congesserunt Manutius ad Ciceron. Epist. ad Attic. VII, 15. & alibi. Lipsius Lib. II. Admir. c. 8.

166 PRAELATA TRIUMPHIS] Ante triumphum enim victores omnia praeferebant, ut fecit Pompejus, qui vicit Orientem. *Gaza* lingua Persicae divitiae dicuntur. SCHOL. Consule Celeb. H. Reland. de Vet. ling. Persic. v. *gaza*.

167 EGERITUR] Antiquus Codex habet *Egreditur*. HORTENS. *Eruitur* MSS. duo Bersm. meus, & Ed. Romana, ac Parm. *Eripitur* Marpurg. Nihil muta. Supra jam habuimus *eruitur*. *Egeri* autem frequenter dicitur de rebus furto, vel vi hostili ablatis. Livius Lib. VI. c. 3. XXV, 25. XXX, 39. *Pecuniam ex aerario scribae viatoresque aedilitii clam egessisse per indicem comperti.* Seneca de Ira L. III, 33. *Avaritia sub terras referente, quae male egesserat.* Adde Passerat. ad Propert. L. IV. El. 6, 34.

Egessitque avidis Dorica castra rogis.

167 TEMPLA] Templa autem Omnibonus, pro templo Saturni, exponit, συνεκδοχικῶς scilicet, quod in eo aerarium populi Romani fuerit. Sed de hoc ipse viderit. MICYLL. Ita alii quoque interpretes, & vere. In eo enim templo erat aerarium sanctius. quo quid est notius?

172 AMPHISSA] Amphissa haec ab Amphissa filia Macarei, qui fuit Aeoli, nominata est, ut Pausanias in Phocicis tradit, distabat à Delphis stadiis viginti, ut idem autor est. MICYLL. *Amphisa.* Sic rescripsi ex Codd. & antiquis Editionibus. non *Amphissa.* dein iisdem praeeuntibus *Cirrha*, & semper, non *Cyrrha*. Licet hoc praetulerit J. F. Gronov. ad Justin. L. XXIV. c. 1. si modo vere ita senserit vir magnus, quod vix credo. Graecis est Κίῤῥα. ut & *Parnasus*, non *Parnassus*. pro *Cephissos*, *Cephisos*. vide Heins. ad Ovid. Met. III, 343. In variis librariorum aberrationibus haerere te, Lector, hic nolo. quare multas omisi. Quantopere enim deliraverint in nominibus propriis, auctorum descriptores, cuivis notum est. *Phocaeam* cum *Phocide* confudisse nostrum, operose ostendit ὁ πάνυ Salmasius in Plin. Exerc. p. 66. Nobis quoque de hoc errore aliquid dicendum erit ad vs. 340. Multa autem de his, & sequentibus urbibus, locisque hic congessit Hortensius, quo lectorem, si quid velit, remittimus.

172 CIRRHA] Pausanias & navalia Delphorum *Cirrham* fuisse tradit. MICYLL.

173 PARNASUS] Mons est Arcadiae biceps, quorum unum Apollini, unum Libero consecratum est, Helicon & Cytheron. Nunc ergo utroque jugo desertus est, quia incolas suos misit ad proelia. SCHOL.

Fatidica Cephisos aqua, [a] Cadmeaque Dirce,
[b] Pisaeaeque manus, populisque per aequora mittens
Sicaniis Alpheos aquas. [c] Tunc Maenala [d] liquit
Arcas, & Herculeam miles [e] Trachinius [f] Oeten.
Thesproti, Dryopesque ruunt, quercusque silentes

Chao-

VARIAE LECTIONES.

a *Cadmeïa Dirce* B. 1. b *Piseae* MSS. & Edd. V. V. c *Tum* B. 1. Voss. 3. d *linquit* V. 3. Marp. e *Trachinus* VV. L. Steph. Pulm. 2. meus. f *Oethem Oetham Oetam* MSS. & Edd. quidd.

173 JUGO UTROQUE] Quorum alterum Tithoreum, alterum Hyampeum vocat Herodotus. MICYLL.

174 BOEOTI] Vetus exemplar. *Boeotia* legit. HORTENS.

175 FATIDICA] Quia hic fluvius ex oraculo Delphico oritur in monte Parnaso. SCHOL. Ita quoque interpretes. Posset etiam ita vocari a Fatidica Themide, quae illic oracula tenebat olim teste Ovidio in Metam. primo. Alii autem Phocidi hunc fluvium adscribunt. Alii Boeotiae. Alii rursus duos diversos faciunt. Id quod minime censeo verum.

175 DIRCE] Dirce est fons apud Thebas, quas condidit Cadmus ideo *Cadmea*. Ubique autem pro fluminibus aut montibus incolas debemus accipere. SCHOL.

177 SICANIIS] Msc. *Siccanias*. male. Virgil. III. Aen. Strabo Lib. VI. BERSM. *Sicanis* Voss. quatuor, & Reg. unus suprasc. *a*. utrumque vitiose. nam vel syllabae quantitas, vel historia repugnat, ut notum. Deinceps pro *Alpheus* rescripsi *Alpheos* auctoritate trium vetustissimorum Vossii Codicum, quam confirmant & regii primi Amstel. & Amplissimi Viri Hulstii membranae. *liquit*, *linquit* in vetusto exemplari. HORTENS.

177 MAENALA] Arcades quoque miserunt auxilia Pompejo. Arcas inquit *Sulpit*. Arcadiae populus, qui & in Attica Peloponneso est, & praesertim mediterranea tenet. Haec ille. Glareanus eum locum reprehendens, ut recte, in Achaia, inquit, aut Peloponneso potius legendum, non in Attica, quanquam Attica etiam Achaia dicitur apud Ptolemaeum: Peloponnesus tamen nunquam Attica nominatur. Quis autem nescit, Arcadas etiam apud Homerum Peloponnesi mediterraneam possedisse? Haec GLAREAN.

178 HERCULEAM] Quia videtur in Oeta monte arsisse Hercules, ideo Herculeam dicit. SCHOLIAST. *Herculeam*. Veterrimus Voss. primus, & Amstel. *Herculeum*. non male. Utrique enim generi junxerunt Poëtae. Vide N. Heins. ad Ovidii Metam. L. IX, 165.

Inplevitque suis nemorosum vocibus Oeten.

& ad Ibin 285.

De summo Thessalus Ossa.

Supra Lib. I. vs. 388. in quibusdam editionibus *piniferi Ossae*.

179 DRYOPES] Parnasi Incolae. SCHOL.

179 SILENTES] Quercus enim Jovi fuerant consecratae, quae dabant responsa mortalibus. Has postea Lacedaemonii subruerunt. Ideo ait *Silentes*. *Selloe* nomen populi. IDEM.

180 SELLOE] Stephanus Sellos Dodoneos vocat, eosdemque & sine S. *Ellos* aliquando dictos ait. Strabo libr. VII. ex Philochoro addit ipsam quoque regionem, eam scilicet, quae circa Dodonam est, *Ellopiam* appellatam fuisse. Nam & Hesiodum ita scripsisse:

Ἔστι τις Ἑλλοπίη πολυλήϊος ἠδ᾽ εὐλείμων.
Ἔνθάδε Δωδώνη τις ἐπ᾽ ἐσχατιῇ πεπόλισται.

Et ejusdem loci fluvium quendam *Selleenta* ab Homero vocari, ubi inquit:

Τηλόθεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.

Plinius autem à principio libri quarti, *Sellas*, prima declinatione vocat, eosdemque ab Hellopibus separat: sed utrosque tamen inter Epiri populos unà cum Dryopibus, & Molossis recenset. MICYLL. MS. P. recte *Selloe* sicut *Arctoe*. Est enim Graecum Σελλοὶ apud Homerum, & ex eo Strabonem, & Stephanum. GROT. ex Ed. secunda. *Selloe*. sic scribendum, ut apud Plautum *Cleroumenoe*, Terentium *Adelphoe*, apud Ciceronem V. Verrina *Canephoroe*, apud Gellium *Italoe*, in Germanico *arctoe*. Σελλοὶ sunt Homero, Straboni, Stephano. IDEM. ex Ed. tert. Recte summus vir scribendum esse monuit *Selloe*: quam orthographiam confirmant tres Vossiani veterrimi; item Regius primus, & Amplissimi Wittii Codex. Vide me ad Lib. II, 593. *Mollesque Sophenoe* uti illic quoque scribendum esse, diximus.

181 DELECTUS] Regius prim. *dilectus*. de qua crebra in Codd. variatione consule Celebb. Viros Bentlej. ad Horat. L. II. O. 4, 17. Drakenborch. ad

Chaonio veteres liquerunt vertice Selloe.
Exhausit [a] totas quamvis [b] delectus Athenas,
Exiguae Phoebea tenent navalia puppes,
Tresque petunt [c] veram credi Salamina carinae.
Jam [d] dilecta Jovi centenis venit in [e] arma

Creta

VARIAE LECTIONES.

a *totus* V. sec. *quamvis totas* V. 1. Edd. Rom. Parm. b *deletus* Amst. c *credi veram* meus. d *delecta* B. 1. e *armis* B. 1. Hort. m.

ad Silium VII, 43. Cortium ad Sallust. B. Cat. c. 36. & alios.

181 QUAMVIS DELECTUS] Sensus est. Quamvis delectus sit, ut milites eligantur; omnes tamen venerunt favore Pompeji. Nam cum dilectus est, plurimi relinquuntur. quod modo mirum est, neminem remansisse in dilectu habito. Portum piraeum dicit, ubi Apollinis templum est. SCHOL.

182 PHOEBEA] Ambiguus, atque obscurus hic locus est. Primum enim quod dicitur, delectus exhausisse Athenas, non satis certum est, utrum de praesenti bello, an de superioribus Syllae, ac Mithridatis temporibus, quibus Atheniensium civitas fere tota exhausta, & attenuata fuit, magis accipiendum sit. Deinde neque illud satis manifestum, cur *Phoebea navalia* Atheniensium vocet poëta. Nam quod Sulpitius Phoebo donatum hunc portum à Minerva dicit, autore caret. Et alii non Piraeum Atheniensium, sed Taenarum, Laconicum promontorium Apollinis sacrum fuisse tradunt, perinde ut, & Delphos & Delum, cujus rei Pausanias meminit in Phocicis, & Corinthiacis, citatis his versiculis ex poëta quodam vetusto:

Ἶσον τοὶ Δᾶλόντε, Καλαυρείαντε νέμεσθ'
Πυθῶτ' ἀγαθέαν, καὶ Ταίναρον ἠνεμόεσσαν.

Quare hoc loco Omnibonus non *Phoebea*, sed *Piraea* legit, quod tamen ipsius judicio permittimus. Postremo autem quod sequitur:

Tresque petunt veram credi Salamina carinae,

idem Omnibonus etiam de Cypria Salamine interpretatur, ex Aegeo mari subito in Orientem abreptus, quasi Cyprii voluerint se verè Salaminios existimari, quoniam contra Caesarem, perinde ut olim Telamon contra Priamum & Trojanos, auxilia mitterent: quae quis non videt, quam sint inepta? Rectius igitur sic exponemus: Quanquam delectus jam antè exhausisset Athenas, tamen hoc tempore tres naves Pompejo easdem misisse, cupientes, ut credatur, has quoque veram Salaminem esse, hoc est, salutem ac libertatem suam in his navibus atque armis, perinde ut olim bello Persico, in classe, quae circa Salaminem haerebat, in quam Athenienses, relicta urbe, ex oraculo sese contulerant, positam esse &c. Sed tamen & hanc expositionem doctiorum judicio relinquo. MICYLL. Omissa Epiro in Atticam migrat, hoc est, ad Athenienses, atque ostendit Athenienses delectu habito jam exhaustos civibus fuisse, tum bello Persico tum civili, Syllae & Marii, & ad postremum hoc tempore, id quod particula *quamvis* ostendit, eosque navales copias misisse: ut solum tres Salaminiorum naves in portu Pyraeo Atheniensium remanserint. In Pyreo navalia erant Apollini consecrata: arx Minervae, Ariopagus Marti. HORTENS. Quamvis delectu habito militum, tamen exhaustae sunt Athenae civibus, jam ante vacuatae bellis, ut missis ad Pompejum copiis navalibus tantum tres Salaminiorum naves in Pyraeeo remanserint: quae testarentur, Salaminem esse veram, non ambiguam juris Atheniensium. BERSM. Cum veteres editiones habeant *Pirena*, probo doctissimi Gronovii emendationem *Piraea*. Vide ipsum capite tertio observationum. GROT. ex Ed. tert. Omnes omnino interpretes cum Scholiaste haec capiunt. De portu Piraeeo; licet alii aliter exponant, uti & praecedentem versum. Verum nullus mihi interpretum satisfacit. Vir autem summus J. F. Gronovius non tam *Piraea* cum Omnibono, qui sic legit nulla mentione alterius lectionis facta, legi vult quam quidem hos duos versus transponere, & intelligere, per *Phoebea navalia*, *Actium* ita dictum ob victoriam Augusti ibi Apollinis auxilio reportatam de Cleopatra, & Antonio. de versu primo nihil praeterea monet. Ego vero, ut brevis sim, nec in refellendis omnium interpretum figmentis morer, ne dubito quidem, quin nullus alius locus per *Phoebea navalia* possit intelligi, quam celebratissima illa re navali insula *Rhodos*: cujus non meminisset Lucanus; nisi hoc loco. Debuisse tamen eum mentionem Rhodi facere, patet ex ipsius Libro quinto, ubi recenset populos, quibus Senatus gratias egit, & munera donavit ob auxilia ab iis Pompejo missa, ubi eam Athenis quoque jungit. vs. 50.

Tune

Creta vetus populis, [a] Gnosósque agitare [b] pharetras
Docta, nec Eoïs pejor Gortyna sagittis.
Tunc qui [c] Dardaniam tenet [d] Oricon: [e] & vagus altis
Dispersus

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Gnossasque* vel *Gnosasque*. b *sagittas*. Marp. *faretras* V. pr. c *Dardanicam* V. sec. a m. 2. d *Orishon* Edd. quaed. e *&* deest in H.

- - - Tunc in reges populosque potentes
Sparsus honos, pelagique potens Phoebeia donis
Exornata Rhodos, gelidique inculta juventus
Taygeti; fama veteres laudantur Athenae.

Actium vero nusquam leges pollere mari; immo nec Apollini quidem tam sacrata erat, quam Rhodos. quod si multis ostendere vellem, forem ridiculus. Quid enim notius? Vide L. VIII, 248. Ovid. L. VII. Metam. 365. *Phoebeamque Rhodam.* Hoc ergo dicit Lucanus: Quamvis delectus totas Athenas exhausit, Rhodus tamen tot naves etiam Pompejo misit, ut paucae in navalibus illic remanserint. atque ita nulla opus est versuum permutatione. quamvis non plane illa displicet, ne Lucanus Athenas & Salamina separet. *Pyraea* habet Ed. Parmensis. *Pyrena* Lugdunensis.

183 VERAM SALAMINA] Verum oppidum. Salamis, quae & *Salamin* dicitur, insula est, & oppidum in Euboico mari, contra Athenas, in qua Telamon Ajacis, Teucrique pater regnavit. Alia in Cypro condita à Teucro, qui amisso fratre, noluit ad patrem reverti. Horat.

Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro,
Certus enim promisit Apollo,
Ambiguam tellure nova Salamina futuram.

SULPIT. Seneca Troadibus: *Nunquid Ajacis Salamina veram.* Manilius: *Vera Syracusis Salamis non merget Athenas.* GROT. ex Ed. prima. *Vera* Salamin illa prope Athenas, opposita ad eam, quam in Cypro condidit Teucer, quae *ambigua* Horatio. Tres autem naves parum prae vetere copia. Nam in bellum ad Trojam tredecim miserat Telamo. Hoc dicit, olim ingentes classes exibant Athenis, nunc pars inde sumta, more dilectus, totam urbem exhausit. & Salaminis nomen antiquae illius, non Cypriae, servatum in tribus navibus. IDEM. ex Ed. tert. Vide Beroaldum T. 1. Thes. Crit. p. 216. sed multo melius Gronov. L. 1. Obs. c. 3. Beroaldus docte nugatur, ut & multum à scopo aberrat Petiti nota. Aliquid viderat Delrius Comm. in Senec. Troad. p. 468. seqq. BROUKHUS. Cum Beroaldo facit Hortensius, & alii, credentes, *veram* dici, quod Salamis esset veri juris Atheniensium, non ambigui, aut Megarensium. Vidit aliquid ex Horatio etiam Jacob. Bononiensis T. 1. Thes. Crit. p. 672. sed nihil verius, quam haec cum Sulpitio, & Gronovio capienda esse de antiqua Salamine respectu recentioris, in Cypro per Teucrum conditae. Neque aliter exponit vetus nostri Scholiastes. Sic dicens. VERAM i. a Trojanis conditam non quam Teucer aedificavit. Salaminae duae sunt, una in Graecia, unde pulsus est Teucer; alia in Cypro (*Epyro* Voss. sec.) sensus hic est: Veniunt de Salamina tres naves petentes, ut credatur ipsa vera esse Salamina, unde ipsae (*ipsi* Voss. pr.) venerunt, quae (Voss. pr. *qui*) Pompejo favent. Haec ille. PETUNT itaque significabit. orant, rogantque ut quisque credere velit, illam esse veram, & antiquam illam gloriosam Salamina, non vero ambiguam, à Teucro conditam. Plura vide apud Gronovium.

185 VETUS] Bene vetus, quippe in qua nutritus est Jupiter. SCHOL.

185 GNOSISQUE] Sc. urbs Cretae docta agitare pharetas. i. sagittas apud se natas. Alii legunt *Gnosas* pro *Gnosias*; ut sit Creta vetus & docta &c. *Gnosum* Graece *Cnoson* dicitur. ASCENS. *Gnosusque agitare phares.* lego, ut sit nominativo casu *Gnosus*, perinde ut *Gortyna*, positum. Sitque figura Homerica, qua toti, aut generi, partes vel species subjungantur. De qua & Eustathius aliquoties in Iliade meminit. MICYLL. *Gnossusque* alii *Gnosus* & *Gnososque*. *Gnossus*, sic enim dicitur pro Γνῶσσος tenui in mediam mutata, quondam prima Cretae urbs, adeoque Minois regia insignis, quem Homerus Lib. Odyss. τ. ingentem vocat. HORTENS. *Gnosisque* Msc. & opida Cretae indicentur eximia, *Gnosis* sive potius *Gnossos* & *Gortyna*. BERSM. *Gnosisque* legit etiam Sulpitius, ut habent ex meis unus Voss. Oxon. & Hulstii codex cum Ed. Veneta. *Gnosiasque* edidit Taberius, & urbem esse, male exponit Omnibonus; atque ita est in Amstel. plerique *Gnosasque*. in Regio sec. omittitur *que*. *Gnossusque* unus Pulm. Sed optime, ut rescripsi, exhibent *Gnosos* Voss. primus, & secundus, qui à pr. manu habet *Gnosus*, ut & Reg. pr. ac Wittianus. Bene viderat Micyllus nominativum propter sequens *Gortyna* convenientem magis esse, ut duas ex centum urbes celeberrimas nominet. nec alia de ratione Modius quo-

Disperſus ſilvis Athamas, & nomine priſco
Encheliae, verſi teſtantes funera Cadmi;
[a] Colchis & Hadriacas ſpumans Abſyrtos in undas;

[a] Penei

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Colchis*, *&c.*

quoque & Cod. Weidneriano Epiſt 65. Novantiq. Lect. ſcribebat *Gnoſſos*.

186 GORTYNA] In ſcriptis, & editis Aldo prioribus *Cortina*, *Corthina*, *Cortyna* hic & Lib. VI. vſ. 214. *Geortina* ſolus Hulſii Cod. Rectum eſt *Gortyna*: Graece enim Γόρτυν vocatur. Paſſim tamen apud alios quoque ſcriptores in Mſtis per *C* ſcribitur ob earum litterarum cognationem, quae ſatis nota eſt. Vide Pierium ad Virgil. Ecl. VI, 60.

- - - - *ſtabula ad Gortynia vaccae.*

& Iſ. Voſſium ad Catull. p. 202.

187 ORITHON] *Oricon* legendum puto, per *c*, non ut vulgo legitur, *Orithon*. De hoc Stephanus: Ὠρικὸς, inquit, πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Ἑκαταῖος λιμένα καλεῖ Ἠπείρου τὸν Ὠρικὸν, ἐν τῇ Εὐρώπῃ. μετὰ δὲ Βουθρωτὸς πόλις, μετὰ δὲ Ὠρικὸς λιμήν. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ θαυμασιώτατος πόλιν αὐτὸν οἶδε. λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς. ὡς Πολύβιος ἑβδόμῳ. οἱ δὲ τὸν Ὠρικὸν κατοικοῦντες, οἳ καὶ πρῶτοι κεῖνται παρὰ τὴν εἰσβολὴν πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἐκ δεξιῶν εἰσπλέοντι &c. Haec Stephanus. *Dardaniam* autem vocat poëta, propter Helenum Trojanum, qui ea loca cum uxore Andromache à Pyrrho acceperat, ut & Virgil. in III. meminit. MICYLL. DARDANIAM ORITHON. Sulpitius exponit, poſſeſſam à Dardanis, idque propter Helenum, vel quod Dardani Illyrici eam tenuere. Haec *Sulpitius*. Non eſt legendum *Orithon*, ſed *Oricon*, ut habent duo pervetuſta exemplaria adorandae antiquitatis. Eſt autem Oricum oppidum, conditum à Colchis in ora Macedoniae, unde initium Epiri. Diſtat à Salentino promontorio 85. M. paſſ. Colchi, ut dixi, qui ad Medeam miſſi fuerant, Oricon condiderant, ſitum erat loco plano juxta mare, Panormum ejus emporium vocarunt, ſtationibus omnibus commodum. Ceraunia juxta ſunt, & ſinus, cujus os commune Adriae, & Ionio eſt. Hanc ob id *Dardaniam* vocat, propter Helenum vatem Trojanum, filium Priami, qui ibi cum Andromacha Hectoris regnavit. Stephanus Oricon in ſinu Ionio collocat. Hecataeus portum Epiri vocat. Hinc Maro, *Oriciam Terebinthum* dixit. Butrhotus urbs, inquit, inde Oricus portus. HORTENS. Mſc. tria habent *Oricon*, quam lectionem Micyllus quoque magis probat, quam *Orithon*. *Dardaniam* autem dicit propter Helenum Virgil. III. Aeneid. BERSM. Monuit id etiam è ſuis Codd. Vinetus ad Vlorum L. IV. c. 2. *poſitis ad Oricum caſtris*. Et recte. Urbs haec ſemper *Oricum* vel *Oricos* vocatur. *Orithon* nihili eſt, quod profectum à Sulpitio, & dein expreſſum etiam ab Aſcenſio, Colin. Steph. Gryph. atque temere revocavit Maittaire, ut ſolet, ſine ullo judicio. *Oricon* vel *Orichon* omnes MSS. & Edd. veteres cum Omnibono, & Scholiaſte ſcribente. *Oricon civitatem condiderunt Trojani.*

188 ATHAMAS] *Athamas*, pro Athamanes dixit, ſingulari numero pro plurali poſito. Sunt autem Athamanes, populus, ut Plinius ſentit, Aeoliae: ut Strabo, Epiroticus, habitantes in montibus, & finibus Illyricis, ut idem autor ait, cujus verba ſunt haec libro VII. Ἠπειρῶται δέ εἰσι καὶ Ἀμφίλοχοι καὶ οἱ ὑπερκείμενοι, καὶ συνάπτοντες τοῖς Ἰλλυρικοῖς ὄρεσι, τραχεῖαν χώραν οἰκοῦντες, Μολοττοί τε, καὶ Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἴθικες, καὶ Νυμφαῖοι καὶ Ὀρέσται &c. Eodem modo & Stephanus, Ἀθαμανία, inquit, χώρα Ἰλλυρίας. οἱ δὲ Θεσσαλίας, τὸ ἐθνικὸν Ἀθαμᾶνες. Ceterum neque *Athamas* Theſſaliae oppidum Plinio dicitur, ut hic Sulpitius tradit, ſed mons: neque *Athamantis*, ſive *Athamanis* legendum, ut Regio (& Omnibono) placet, fluvii nomen eſt apud Ovidium, ſed gentile, quo fontem, cognomento ſacrum, deſignat. Cujus & Plinius meminit lib. II. cap. 103. Et Solinus cap. 12. MICYLL.

188 PRISCO NOMINE] Encheli enim ſerpentes dicuntur. SULPIT. Non *Encheli* Graecè, ſed ἐγχέλεις dicuntur, & ἐγχέλυες, neque ſerpentes hoc nomine, ſed anguillae ſignificantur. Ut in proverbio: ἐγχέλεις θηρᾶσθαι. ἀπὸ τοῦ ἰλύος, hoc eſt, à limo tracta appellatio, quod in limo, & aqua perturbata capiantur. MICYLL. Vide Apollodorum Lib. III. GROT. *Ed. tert.* Scholiaſtes ait ad hunc locum *Encheliae*. Cadmus in hac civitate cum uxore ſua Harmonia (*Hermione* Witt. deeſt in Voſſ. pr.) verſus eſt in dracones, unde civitas hoc nomen accepit Encheliae (*Enchelee* Voſſ. ſec. *Enchelolae* Witt.) Graece dicuntur Dracones. Ideoque dixit *teſtantes*. Errat vero cum Sulpitio, & aliis civitatem vocans *Encheliae*; cum ſit *Encheliae* populus vario nomine appellatus. Vide Stephan. de urbibus voce Ἐγχελεῖς, & ubi

[a] Penëi qui rura colunt, quorumque labore
Thessalus Haemoniam [b] vomer proscindit [c] Iolcon.

Inde la-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *& P. Poenei* V. 2. *Penaei* Ed. Rom. b *prosc. v.* B. 1. R. 1. *perscind.* H. c *Hiolcon* V. sec. Edd. qqd. *Iolcam* H. Marp. *Hyolcam* W. *Yolcham* meus.

ibi Commentar. *Enchilias* est in Marp. *Enchelilas* Ed. Mediol. *Enchelidas* unus Bersm. & Voss. prim. sed *Enchelias* vocantur quoque à Mela, & Graece Ἐγχέλειοι: nec aliter citat Lutatius ad Statium Theb. III, 290.

189 TESTANTUR] *Testantes* in vetusto Cod. HORTENS. Solus, quod sciam, Hortensius *testantur* edidit contra Mstos, & Editos, & Lucani sensum. subintelligit enim, *Veniunt in arma.*

190 COLCHIS] *Absyrtum* hoc loco pro fluvio accipiunt Interpretes, & nomen *Colchis* separatim legunt: alter (Omnibonus) pro insula, circa Caucasum montem: alter (Sulpitius & Ascensius) pro regione, juxta Pontum: aut etiam pro oppido Illyrici, quod alio nomine *Colchinium*, mox etiam *Ochinium* appellatum fuit, Plinio autore. Sed quod pace illorum dictum volo, non videtur poëta ita mente turbatus fuisse, ut relicto Illyrico, & Adriatico sinu, subito in Pontum, & ad Scythas usque transiliret: neque rursum à vera voce ita discedere voluisse, ut *Colchidem* pro *Colchinio* temere usurparet. Ipse igitur in ea sententia sum, ut si *Absyrtum* pro flumine accipiamus, eo scilicet, in quem Absyrtus, à sorore Medea occisus, ut est in Argonauticis Orphei, abjectus fuit. Ita enim inquit poëta ille: 1028.

> Οἱ ῥα κατακτείναντες ἐπὶ προχοὰς μεθίηκαν
> Ὀρνυμένου ποταμοῖο, φέρει δ' ὅγε πνεύματι κορωνίς,
> Θεινόμενος δὲ δίναις εἰς κῦμ' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
> Κέλσεν ὑπὲρ νήσων, Ἀψυρτίδας ἃς καλέουσι.

Colchos legendum puto, & cum nomine *Absyrti* construendum, epitheti more, ut sit: *Colchus Absyrtus*, in quem Colchorum regis filius abjectus fuerit, aut etiam à Colchis navigatus, dum Jasonem & Medeam persequuntur. Aut si cui lectio haec minus placeat, & nominativum *Colchis* retinendum putet, legam, *Colchis Absyrtus*, ut de insula intelligatur, sive eas, quae pluraliter *Absyrtides* dicuntur, sive etiam eam, quae Plinio *Absyrtium* neutro genere dicitur, intelligamus. Nam & Stephanus *Absyrti* insulae meminit. Nisi quod huic lectioni epitheton *spumans* aliquid repugnat, quod fluvio magis, quam loco convenire videtur. Quare ipse quidem priorem lectionem magis probârim. Poterat autem & *Colchis Absyrtis* legi, ut de iis, quae *Absyrtides* alias dicuntur, intelligeretur, singulari numero pro plurali posito, quo pacto & infra *Stechadem* singulariter idem poëta posuit, cum tres hoc nomine insulae ab aliis numerentur. Sed de hoc alii viderint. MICYLL. *Colchinium* dicit haud dubie, quod est in Dalmatia, aliis in Illyrico, aut Liburnia. Mirè torquet se hoc loco Micyllus, de *Colchide*, ut epitheticè conjungatur cum *Absyrto*, vel ut *Colchus Absyrtis* legatur. Caeterum *Absyrthus*, quamvis Colchidis amnis est, indicat tamen alium ejusdem nominis in ora Illyrici, ubi inter alia Medeae monumenta Absyrtides insulae visuntur. Clare, inquit Plinius, ante ostia Timavi calidorum fontium, cum aestu maris crescentium, juxta Istrorum agrum, Cissa, Pullariae, & Absyrtides, Grajis dictae à fratre Medeae ibi interfecto Absyrto. Et lib. eodem cap. 21. In Illyrii sinu inter caeteras insulas, *Absyrtium* etiam recenset. Et Lucanus eundem fluvium quasi digito monstrat, cum dicit, *Absyrtum spumare in Adriaticum mare.* HORTENS. Msc. *Colchus*, ut sit *Colchus Absyrtos*, in quem Colchorum regis filius Absyrtos abjectus fuit. probe. BERSM. *Colchis, & Adriacas spumans Absyrtos in undas.* Tolle comma, & scribe *Absyrtis*, quomodo id nomen scribitur apud Plinium III, 26. Strabonem quoque & Stephanum. Haec autem *Absyrtis Colchis*, id est, Colchica vocatur, quia Medea, & frater ejus Absyrtus ibi laceratus, ex Colchis erant. GROT. Scholiastes hinc duo facit oppida, dicens, *Colchis civitas est ad oram Pontici maris, unde Jason pellem auream arietis tulit*, & ad V. *Absyrtos. Juxta hoc oppidum fugiens patrem suum Medea fratris sui Absyrti membra dispersit.* Sed bene monuit Micyllus, & deinde alii, sermonem esse de uno loco, & tollendum comma; quod non comparet, etiam in Edd. prioribus, nec scriptis. Quis vero ille locus sit jam quaerendus. Lucanum loqui de fluvio hic crediderunt quoque Vibius Sequester, hinc recensens *Absyrtus, fluvius Colchorum*; ubi V. notas; & Bocatius; *Absyrtus fluvius Colchorum: quem fingunt ex sanguine Absyrti fratris Medeae, & ab eadem fugiente cum Jasone occisi ortum, & ideo sic vocatum. Ego autem puto, secus hunc fluvium Absyrtum à Medea occisum, & ob id vetere fluvii nomine subtracto Absyrtum denominatum esse.* Sed quid de ratione nominis ambigendum, cum res ipsa in rerum natura non sit? Nusquam certe apud veteres hujus fluvii fit mentio. Necessario itaque de insula *Absyrtide*

Inde lacessitum [a] primo mare, cum rudis [b] Argo
Miscuit ignotas temerato litore gentes,

195 Pri-

VARIAE LECTIONES.

a *primum* P. 2. V. sec. pro var. lect. b *Argos* R. 1.

tide, ab Absyrto Colcho denominata, intelligendum est. Neque tamen *Absyrtis* cum Grotio scribendum est. Constanter MSS. *Absyrtos*, *Apsirtos*, *Asirtos*, *Absyrtus*, nisi quod unus, & alter vitiose *Arsitos*, *Absirchos*, *Amphiros*, &c. retinent. Stephanus enim in voce Ἀψυρτίδες, insulae Absyrti, ut recte monuit Micyllus, meminit. Et quidem in genere feminino, unde etiam patet, non esse scribendum *Colchus*. Sic enim in voce Φλάνων. πόλις κ̔ λιμὴν περὶ τὴν Ἄψυρτον νῆσον. Atqui, ait Micyllus, loco non convenit epitheton *Spumans*. Immo vere convenit; cum insula sit, in quam undae franguntur, ita ut spumas revomant litora & saxa. Virgil. L. III. Aen. 534.

Objectae salsa spumant aspergine cautes.

v, 124.

Spumantia contra litora.

Seneca in Hippol. 1028. de monte.

Spumat, vomitque vicibus alternis aquas.

quod mutari non opus est. Statius L. I. Theb. 375.

Spumantes scopulos erectae incurrere prorae.

II, 33.

Maleae spumantis in auras.

Claudian. L. I. Conf. Stil. 174.

Juga Leucatae spumantia fluctu.

& tandem noster ipse L. VIII, 245.

Spumantia parvae Radii saxa Sami.

Colchis feminino pro *Colcha*, vel *Colchica* rectum esse, nemo nescit. noster autem amavit terminationem in *is*. vide ad L. VI, 214, 350. *Emathis Pharsalos*. Quae alii hic somniant de Ponti locis, nugae sunt.

191 ET PENEI] Vetus Codex habet *Penei* sine *&*. HORTENS. Msc. quatuor copula omissa *Penei qui rura*. rectius. BERSM. Dele *&*, manuscriptis auctoribus. Nam nomen fluminis est *Peneüs* Πηνειὸς, non *Peneus* Πηνεὺς. GROTIUS. *Ed. sec.* Putavi delendum *Et*, quia rectus casus est Πηνειὸς, non Πηνεὺς; sed etiam Georgicôn IV. *Penei* esse dissyllabum, notat Servius. Virgilium ergo secutus Lucanus, duram contractionem, aut abscissionem fecit. IDEM. *Ed. tert.* Male priorem sententiam mutavit vir magnus. Delenda sine ullo scrupulo est vocula *&*, ut nos fecimus. Nam neque in ullo Codice, quod sciam, neque prioribus editis legitur. Primi eam intruserunt Sulpitius, & Aldus, qui sane saepius nobis tantas turbas, & ingratos labores movent. Recte vero hoc loco nec Stephanus, neque Pulmannus Aldum secuti sunt. Non opus itaque cum Hortensio, & Grotio recurrere ad synaeresin; licet apud Virgilium Georg. IV. vs. 354. legas *Penei genitoris*. ubi nihil à Servio notatum ego invenio; neque cum illustr. Heinsio, vulgatis editionibus decepto, rescribere *& Phenei*. ut facit ad Lib. XV. Ovidii Metam. 332.

Est locus Arcadiae, Pheneon dixere priores.

Non enim jam amplius de Arcadia, cujus auxiliares copias descripsit vs. 175. &c. Sed de Thessalia loquitur Lucanus. Atqui, dicet aliquis, Arcadiae tamen videtur rursus mentionem facere versu 198.

Haemus Thracius, & populum Pholoë mentita biformem.

Sed notandum, Pholoën etiam esse in Thessalia, cujus ignorantia Micyllus, & Hortensius, aliique illic quoque laborant. Vide Lib. VI, 389. & omnino Celeb. Burmann. ad Valerium Flacc. L. I, 140. *Parte alia Pholoë.* Id quod multis locis Graeciae accidit, ut diversis in regionibus siti eadem tamen obtineant nomina à colonis ut plurimum illis indita. Vide Is. Casaubon. ad Theocritum c. I. &, qui me monuit, se de hac re ibi acturum, Cl. Burmann. ad Ovidii Metam. L. II. vs. 274. *Phocaico Erymantho:* ubi olim malebam *Psophidio*. & ad 679.

Elin Messeniaque arva colebas.

Aliquid nos quoque dicemus ad Lib. VI, 351. Sequenti versu rectius Heinsius scribendum conjiciebat *Aesoniam* ab Aesone; ne bis idem dicat Lucanus. *Thessalus* enim *vomer* satis designat de Thessalia agi. Sic Lib. VI, 365. *Meleagrea Calydon.* Lib. VIII, 716. *Cinyrea Cypros.* statim vs. 225. *Persea Tarsos.* Sed cum scripti nihil varient, retinendum puto *Haemoniam* uti vel *Hemoniam* in codicibus hic, & 197. *Haemus:* & semper scribitur, non *Aemoniam*, aut *Aemus.*

191 PENEI] Peneus Thessaliae fluvius, qui Orcon accipit, sed non recipit, nam olei modo supernatantem vehit, & abjicit: Oritur autem juxta Gomphos. SULPIT. Etiam hic fallitur Sulpitius, qui Orcon nominat, quem Homerus, & alii Titaresium vocant, Ὄρκον autem ἀπορρῶγα. Versus sunt Iliad. 6.

 οἵτ'

Primaque cum ventis, pelagique furentibus undis
Composuit mortale genus, fatisque per illam
Accessit mors una ratem. [a] tunc [b] linquitur [c] Haemus
Thracius, & populum [d] Pholoë mentita biformem.

Deseritur

Variae Lectiones.

a *tum* B. 1. V. pr. sec. R. pr. W. b *liquitur* V. 2. c *Hermus* V. quint. sed. puncto sub *r.* notato. d *Foloe* V. 1. *Pholoen* V. 1.

Οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.
Ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίρροον ὕδωρ.
Οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
Ἀλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥέει ἠΰτ' ἔλαιον.
Ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ.

Caeterum Thessalia *Haemonia* dicta est, non ab *Haemo* monte, ut hic Sulpitius sentire videtur; sed ab *Haemone*, filio Chlori ejus, qui fuit Pelasgi, patre Thessali, ut Stephanus autor est, & Strabo libro nono. Ipse autem *Haemus*, seu, ut Graecè scribitur, Αἷμος, ab *Aemo* filio Boreae, & Orythyae nomen accepit. MICYLL.

192 Iolcon] Iolcos civitas est Thessaliae in Haemo monte (*Haemonioni* Voss pr.) SCHOL.

192 Iolcon] Ἰωλκὸς, inquit Stephanus, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Ἰωλκοῦ τοῦ Ἀμύρου, ἀφ' οὗ τὸ Ἀμυρικὸν πεδίον Λακερεαῖον. MICYLL.

193 Lacessitum] i. e. provocatum, ut noceret: *inde* scilicet ab Iolco miscuit navigandi usum. SCHOL.

193 Ince lacessitum] Praeferam, quod in MS. P. est, *Unde lacessitum*, ut cohaereant haec cum superioribus. GROT. Neutiquam sane ex unico Msto *unde* est praeferendum. Poëtarum est, transitum facere, non per *qui*, *ubi*, *unde* &c. sed per *hic*, *ille*, *ibi*, *inde* & similia. Millies haec invenias. Apud nostrum in L. vi, 145, 362, 378, 388, 406, 440. ubi in quibusdam *ubi*. & L. v, 78. & saepius.

194 Litore] Msc. *gurgite*. non male. Jacto mari. BERSM. *Gurgite* posset alicui placere, quia tum non sunt primum violata, & calcata litora: nam jam diu antea *ultima mortali via erat litus*, ut canit poëta. sed maria tum demum primo sunt mota & temerata. *Gurges* pro mari passim noster, & alii utuntur. V. Passerat. ad Propert. L. 1. El. 17, 13.

Ah, pereat, quicumque rates & vela paravit
Primus, & invito gurgite fecit iter.

in Vossiano sexto est *robore*. Sed nihil mutandum. Recte interpretes, & praecipue Hortensius intelligunt externa litora, quae descendentes hic illic Argonautae violarunt, & bello incolas vexarunt, & cum ignotis antea gentibus proelia miscuerunt, vel commercia junxerunt. Nostrum imitatus est Valerius Flaccus L. 1, 800.

- - - - classesque & Pontica signa
Atque indignatos temerato litore reges
Mente agites.

Ubi videndus etiam Cl. Burmann. De accessione unius mortis per navigationem consule Broukhus. ad Propert. L. III, 5, 41.

Ite rates curvae, & leti texite caussas.
Illa per humanas mors venit acta manus.

vitiose Ed. Hortensii *mors vana*.

196 Composuit] i. commisit, comparavit, vel miscuit. SCHOL. Male Bersmann. explicat per *conciliavit*. Notat *conseruit*, *in pugnam misit*.

197 Mors una] i. genus mortis, ut homines etiam naufragio perirent. SCHOL.

198 Pholoe mentita] Illic enim nati dicuntur centauri. *Mentita* autem ideo dixit, quia volunt, ipsos primos equis esse usos ad sedendum, & de longinquo visos creditos esse centauros. IDEM.

198 Pholoe] Pholoë mons Arcadiae est, ut quidem Plinius, & Strabo tradunt, à Pholo Centauro, Herculis hospite, qui sub eodem sepultus fuit, appellatus, ut Diodorus addit libro quinto. Caeterum dubitari hoc loco potest, cur poëta hunc inter Thessalos & Thracenses numeret. Nisi dicamus ad gentem magis, quam ad locum eundem respexisse: aut duos eodem nomine montes fuisse, perinde ut & duas *Phlegras* apud autores legimus, eoque res, & nomina confundi. MICYLL. Hortensius nodum secat, non solvit, dicendo. *In Catalogo nullum ordinem servat, sed pro libidine divagatur Poëta.* Tu vide, quae notamus ad vs. 191.

199 Strymon] Fluvius Thraciae per Bistoniam paludem fluens. Virgilius. *Strimoniaeque grues.* Has ergo iste *Bistonias aves* dicit. SCHOL.

199 Tepido] Vetustus Codex legit *rapido*, quod epitheton mihi videtur celeberrimo (f. *celerrimo*) amni magis convenire. HORTENS. Ceteri libri nihil mutant, & recte. passim *tepidus*, & *tepens Nilus* vocatur. Vide Ill. Heinsium ad Valer. Flacc. L. b. v, 423. ubi adducit inter alios Claudianum de gruibus

tepido

Deseritur Strymon tepido committere [a] Nilo
[b] Bistonias [c] consuetus aves, & Barbara Cone;
Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamque profundo
Multifide [d] Peucen unum caput adluit Histri:

Mysiaque,

VARIAE LECTIONES.

a *bello* Voss. sec. suprasc. *Nilo*. b *Bistonas* H. *Bisthonias* V. pr. c *assuetus* B. 1. d *Peucer* H. *Peucem* Ed. Steph.

- - - *tepido permutant Strymona Nilo.*

Adde Cel. Burmann. ad L. III, 359.

- - - - - - - *Qualiter Arctos*
Ad patrias avibus medio jam vere revectis,
Memphis & aprici statio silet annua Nili.

Tepidum läder noster L. IV, 415.

200 CONE] Locus paulo obscurior hic est. Nam de Cone alias nihil, quod quidem ipse viderim, traditur. Sulpitius pro ea insula accipere videtur, quae à Plinio Sarmatica dicitur, ad tertium Istri ostium, quod *Calostoma* vocant: sed repugnare videtur, quod statim sequitur:

- - - - - - - *Sparsamque profundo*
Multifidi Peucen, unum caput alluit Istri.

Peuce enim ad primum ostium ejusdem fluvii sita est, ut idem Plinius autor est, lib. IV. cap. 12. Sarmatica tamen & illa, de qua hic poëta meminit, videri potest, propterea quod mox sequitur: *Sarmaticas ubi perdit aquas:* sive ea Cone, sive quo alio nomine appellata fuit. MICYLL. Neque id nominis apud ullum veterum autorem reperio. Ad Danubii, sive Istri ostia Ptolemaeus Achillis insulam *Leucen* dictam ponit. Plinius verò duas insulas, alteram Sarmaticam, alteram Canopon diabasin. Porro poëtae sensus hoc loco non minus difficultatis habet, cujusnam casus sit, *unum caput*, nominandine, an accusandi: nominandi quidem casu convincit, quod Cone, siquidem insula est, non *alluit*, vel *abluit* (utrumque enim exemplaribus legitur) Peucen. Verum si sic in nominativo legemus, illud, quod ait, *Sparsam profundo*, lectorem turbat, quod quidam exponendum putarunt: *Sparsam profundo*, id est, semotam à mari, quippe, quae fluminis, non maris insula est. Badius κατ' ἐπεξήγησιν exponit, *Peucen, unum caput*, in accusandi casu. GLAREAN. Male haec vulgo conjunguntur *Cone Sarmaticas ubi p. a.* Post *Cone* distinctio ponenda est, ut exarari curavi; & ita digerendus locus. *Deseritur Cone; ubi unum caput Histri multifidi perdit aquas Sarmaticas, & adluit Peucen sparsam profundo.* Nihil clarius est, aut simplicius. Sed quae haec est *Cone*? quod me nescire, fateor. Nusquam hujus loci, quod sciam, apud auctores est mentio. Quare plane incertum est, quomodo alii hunc locum vocarint. Nihil juvat nos Scholiastes, dicens *Cone est civitas, vel regio in ultimis Europae partibus & apud Sarmatas.* Omnibonus, & Stuckius ad Arriani Peripl. p. 184. &c. ubi agit de Histri Ostiis, putat esse Canopon juxta ostium Pseudostoma, alii prope Calostoma. Sed ex nostro patet juxta primum ostium, id est Peucen, situm fuisse. Credo fuisse partem Peuces, quam Apollonius Rhodius L. IV. ἀγκῶνα vocat. quam conjecturam proponit quoque Stuckius ibidem. Nam saepe Latini auctores, praesertim Geographi ex appellativis, vel epithetis Graecis nomina propria formarunt. Consule Melam, Plinium &c. Cod. unus Bersm. *Chone.* Voss. sec. *Conae.*

201 PERDIT] Bene *perdit*; quia ibi diffunditur per paludes. alii dicunt sorberi ibi fluvium, & ire sub terras. SCHOL.

202 PEUCEN] Oppidum Europae in fine Ponti, quod alluit unum caput Histri ex septem: nam ora habuit septem. Ideoque *multifidi caput alluit H.* IDEM.

202 UNUM CAPUT] Ut dixi, *caput* hic est nominativus casus, & *Peucen* accusativ. de quo adeo non dubitare debebant Ascens. & Glarean. nam licet sit insula fluviatilis, tamen spargitur *profundo*, sive hoc de fluvio dicat, sive de mari, quod illic supponendum vicinum. cum de ostiis agatur. Hinc ad Peucen *in freta descendere* dicitur Hister à Valer. Flacc. L. VIII, 217. vide etiam vs. 377. ubi patet illic scindi Histrum. Ceterum vir quidam doctus hic legi malebat *imum*. quod foret, puto, respectu situs. si enim à septemtrione numeres, ad meridiem est ultimum. Vide Plinium L. IV. c. 12. Mel. II, 7, 15. Passim autem *unus* & *imus* permutantur, quod aliter esse nequit. Verum ubique voce *unus* utitur noster. ubi vel abundat, vel quamdam modo habet significationem. V. vs. 646. L. I, 56. & ad L. IV, 106. ubi dicam plura. Notandum vero vel maxime est *caput* hic usurpari pro *ostio*. Quod est rarissimum. Licet If. Vossius audacissime pronunciet passim *capita* pro ostiis à Latinis & Graecis appellari, ad Melam L. II. c. 2. §. 50. Unde viri docti, & inprimis Cerda ad

Mysiaque, & gelido tellus [a] perfusa [b] Caïco
Idalis, & nimium glebis exilis [c] Arisbe.
Quique colunt [d] Pitanen, & quae tua munera, Pallas,
Lugent damnatae Phoebo victore Celaenae:

Qua ce-

VARIAE LECTIONES.

a *profusa* B. 1. H. Ed. Hack. b *Carino* R. 1. c *Arisse* V. 2. H. *Aristas* meus. *Ariste* V. 1. Ed. Rom. *Arisbae* V. 1. d *Pitaten* V. 1. *Pitonem* R. 1.

ad Virg. Georg. IV, 368. hanc vocis significationem soli Caesari adscripserunt. Ille enim Lib. IV. Bel. Gal. c. 10. *Rhenus multis capitibus in Oceanum influit.* Ubi ex hoc jam loco videmus *capitibus* non esse mutandum in *certis viis* cum Doct. Jensio in Epistola Indici Batavico Partii inserta p. 378. nec in *egressibus* cum Verburgio ad Ovidii Tristia L. I. El. 7. Sed praeterea considera, quaeso, lector, locum hunc Livii L. XXXIII. c. 41. *Oram Asiae legens pervenit in Lyciam; Patarisque cognito vivere Ptolemaeum, navigandi quidem in Aegyptum omissum consilium est. Cyprum nihilominus tendens, quum Chelidonium promontorium superasset, paulisper seditione remigum est retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem. Inde profectum eum ad Capita (quae vocant) Sari fluminis foeda tempestas oborta prope cum omni classe demersit. Multae naves ejectae; multae haustae mari.* Longiorem dedi, ut clare videres, ibi agi de ostiis Sari fluminis: quamvis hic videtur fuisse nomen quasi proprium, & Livius in vertendo fuisse timidus. Pro ostio accipit etiam Cl. Burmannus ad Valerium Flacc. L. V, 351. cum Lambino locum Virgilii Lib. IV. Georg. 319.

Tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis.

Sed, ut verum fatear, malim ego cum Servio, Philargyrio, & aliis intelligere illic fontem. Non enim tam ostia, quam fontes fluviorum invocabantur à veteribus. ut notum est.

202 ALLUIT] Msc. quatuor *abluit*. Primum Istri ostium Peuce, unde & insulae nomen factum. BERSM. *Abluit*. Voss. quatuor. Reg. unus, Huist. Amst. & meus, cum editionibus primis & Ascens. Mic. Hortens. aliique. sed recte *alluit* Sulpitius primus edidit, & deinde Aldus, ac reliqui. Saepissime autem eo modo erratum est in hoc composito: ut pluribus ostendemus ad Lib. VI, 810. Dein *Histri* rescribendum pro *Istri* curavi auctoribus Mstis vetustissimis quibusque, & exemplo doctissimorum virorum in aliorum scriptorum locis.

203 MOESIAQUE] Moesia provincia est juncta Pannoniae, ut ait Plinius. Verum in bonis codicibus legitur *Mysia*. Est autem *Mysia* provincia Hellesponti, ut refert Macrobius, alio nomine dicta *Colis*, ut inquit Plinius. BEROALD. *Μυσία χώρα ϗ πόλις*, inquit Stephanus, ἐσί. Haec *Aeolis*, sive *Aeolia* ab incolis aliquando dicta fuit, ut Mela, & Plinius tradunt. Scribiturque vulgo *Mysia* & *Moesia* promiscuè. Tametsi in Plinianis codicibus ea differentia servetur, ut, cum de ea, quae Pannoniae jungitur, ad Pontum usque cum Danubio decurrens, intelligitur, *Moesia* diphthongo scribatur: Cum vero de Asiatica, *Mysia*. sed Ptolemeus etiam Europeam *Mysiam* vocat, eamque in superiorem, en inferiorem distinguit, lib. III. Geograph. Quemadmodum & alteram illam, in majorem &, minorem alii: ut major sit, quae per Phrygiam usque in Galatiam pertingat: Minor autem, quae secundum Hellesponti oram in Bithyniam, & Propontidem inclinat. De Asiatica igitur hoc loco poëta intelligit, quoniam statim Caïci mentionem facit, qui ejusdem fluvius, inter Pytanem, & Eleam decurrit, ut Pomponius autor est. Et meminit Plinius quoque. MICYLL. Msc. tria *Mesia* pro *Maesia*. Loquitur autem de Asiatica; id quod Caici mentio coarguit. BERSM. *Moesia* habent quatuor Voss. Witt. Oxon. pr. & meus cum editis plerisque veteribus. *Mesia* 2. alii. Sed male. Loquitur enim Lucanus, ut recte monent interpretes, & de utraque regione agit multis Hortensius, de Mysia Asiatica, quae saepe cum Moesia Europaea vitio librariorum confunditur. Vide J. F. Gronov. Observ. L. IV. c. 15. & J. Perizon. Animadv. Histor. p. 438. Plin. L. X. Epist. 52, 53. *Mysus Caicus* passim vocatur. V. Cerd. ad Virg. IV, 370.

204 IDALIS] Etiam hic locus variè accipitur à Commentatoribus. Sulpitius pro oppido Phrygiae exponit *Idalin*, & à superioribus distinguit. Omnibonus autem pro gentili accipit, & cum substantivo *Tellus* conjungit, ut sit, *tellus Idalis*, quae sub Ida jacet. Est enim Ida in confinio Troadis, & Mysiae, ut & Plinius testatur lib. V. cap. 30. Ego, tametsi pro certo affirmare hoc loco nihil possum, Omniboni tamen sententiam magis probo. Nam quod Sulpitius addit, etiam Plinium *Idalem* vocasse oppidum in Troade, id falsum videtur. Nam Plinius *Idalium* inter Cypri oppida recenset. Poterat autem & *Aeolis* pro *Idalis* legi. Sed de eo alii viderint. MICYLL. Sunt, qui distin-

Qua celer & rectis descendens Marsya ripis
Errantem [a] Maeandron adit, mixtusque refertur:
Passaque ab auriferis tellus exire metallis
[b] Pactolon: [c] qua culta secat non vilior [d] Hermus.

Iliacae

VARIAE LECTIONES.

a *Menandron* Ed. Ven. Br. Med. b *Pactalon* MSS. 4. & Ed. Br. *Pactholon* V. pr. *Pactolen* Ed. Bersm. c *& qua* Amst. *& qui* B. 1. d *Hermis* meus.

stinguunt post *Caico*: & in nomine, *tellus*, intelligunt, *Aeolis*. Ac deinde *Idalis* inferunt, ac per se legunt. Atqui hi, neque cujus regionis sit Idalis, neque cujus oppidi nomen, explicant. imo, (utro) explicare non possunt. GLAREAN. Pro oppido sumunt etiam Ascensius, & Scholiastes vetus; *Idalis & Arisbe, oppida Mysiae.* sed qua auctoritate, nescio. Donec quid certius adferatur, ego quoque Omnibonum, & alios sequor. Nisi autem *Idalis* retinerent Msti omnes, mallem cum Glareano, & Micyllo legere *Aeolis*. Non enim Caicus per Troada fluit, sed per Aeoliam proprie dictam: nam Aeoles se ad Idam usque extendebant. Vide Herodot. Lib. I. c. 151. Trojanae vero terrae mentionem facit vs. 210. &c. Nunc omnia, quae sunt circa Aeoliam, & in Aeolia describit, in qua est Pitane. Unde Ovidius L. VII. Metam. 350.

Aeoliam Pitanen à laeva parte reliquit.

Contra Aeoliam est *Arisbe*, non illa Troados, sed quae est in Lesbo insula. Consule Is. Vossium ad Melam L. II. c. 7. Hesych. Ἀρίσβη, πόλις τῆς Λέσβου, ἡ δὲ Τρῳάδος. Herodot. L. I. c. 151. ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκημένων Ἀρίσβαν.

205 PITANEN] Civitas Laodiciae, ubi plurimae pinus nascuntur, nam Graece πίτυς, pinus dicitur. SCHOL.

205 MUNERA, CELENAE] Civitas Lydorum, ubi victus in certamine tibiarum Marsyas ab Apolline poenas dedit. IDEM. In Witt. & Voss. sec. Cod. qui & alia habet nimis multa, quam ut hic inferantur. sed in Voss. pr. haec fabula narratur. Celenae civitas est abundans olivis. Cum igitur Apollo, & Minerva quamdam inter se contentionem habuissent, & faventibus illius civitatis populis Apollo vicisset, Pallas irata exsiccavit illorum olivas, & hoc est, quod dicit *tua munera Pallas lugent.*

206 CELAENAE] Ita rescripsi cum Regio primo, & Edd. Aldi, ac Pulmanni. non *Celenae.* Graece Κελαιναί. Et quis nescit *ai* & *e* propter eumdem sonum saepe confundi. Vide Cel. Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. p. 647. nos ad Obsequent. p. 141. de fabula Marsyae ad Celaenas ab Apolline puniti multa hic habent Commentatores, qui consulendi sunt.

207 EREPTIS] Alii *& rectis ripis*, legunt, ut cum Maeandri cursu conferatur, qui in se ipsum subinde redit, & quasi helicen cursu describit, unde & anfractus, ac sinuosos flexus *Maeandros* vulgo appellant. Sic Virgil. V. Aeneid. dixit:

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit.

De eodem & Strabo meminit, his verbis: Σκολιὸς ὢν εἰς ὑπερβολὴν, inquit, ὥστε ἐξ ἐκείνου τὰς σκολιότητας ἁπάσας Μαιάνδρους καλεῖσθαι. Lib. 12. MICYLL. Msc. *erectis.* forte *e rectis* vel potius *ereptis*, quia ripas non habet, nec alveum. BERSM. *Erectis. & rectis* mavult Salmasius. GROTIUS. Ed. tert. *Ereptis* Sulpitius, & Ascensius quoque ediderunt, hac ratione, quod ripas non habeat Marsyas. cum tamen canat Ovidius Lib. VI. Metam. 600.

Inde petens rapidum ripis declivibus aequor
Marsya nomen habet.

Nec *e rectis ripis descendere*, debent conjungi, ut conjicit Bersmannus. *Descendere* simpliciter pro seorsim fluere Geographi usurpant. Mela L. I. c. 9. §. 10. *Sed cum diu simplex saevusque descendit.* III, 8. §. 32. *Tigris ut natus est, ita descendens usque in litora permeat.* Priscian. Pereig. 384.

- - - - - - Cephisos gurgite magno,
Quam mediam dirimit descendens gurgite vasto.

Neque alicujus pretii est *erectis*, quod primus Grotius, & dein ceteri exhibuerunt. Scribendum est, ut fieri curavi *& rectis*; ut est in Steph. Pulmanni, meisque Mstis omnibus, & editis fere cunctis. In Hulsii Cod. *& ripis d. M. rectis.* Opponit enim rectas Marsyae descendentis ripas errantibus Maeandri cursibus. Claudian. Lib. II. in Eutrop. 265.

- - - - - - - sed Marsya velox
Dum suus est, flexuque carens; jam fluminè mixtus
Mollitur, Maeandre, tuo.

Contra *obliquae ripae* Ovidio Lib. I. Metam. 39. *Obliquus rivus* Horatio L. II. O. 3, 11. *Obliquus amnis* inf. L. VIII, 220. Restituendum hoc esse eo modo, viderunt quoque Salmasius Plin. Exerc. p. 581.

Iliacae quoque signa manus, perituraque castra
Ominibus petiêre suis: nec fabula Trojae
Continuit, [a] Phrygiique ferens se Caesar Iüli.
Accedunt Syriae populi, desertus Orontes,
Et felix, sic fama, [b] Ninos; ventosa Damascos,
Gazaque, & arbusto palmarum dives [c] Idume,
Et [d] Tyros instabilis, pretiosaque murice [e] Sidon.
Has ad bella rates non flexo limite ponti,

[a] Certior

VARIAE LECTIONES.

a *sanguine* R. 1. *frigii* MSS. qdd. & Ed. Ven. b *Nios* R. 1. c *Ydime* V. 1. *Idyme* R. 2. *Idime* R. 1. d *Tirus* H. meus. *Tyro* W. e *Sydon* MSS. & Edd. qdd.

p. 581. & N. Heinsius ad Ovidii Epist. Her. IX, 55. & ad Silium L. XIII, 4. Quin etiam *et rectis* citant Priscianus Lib. VI. c. 681. & Lutatius ad Statii Theb. L. IV, 186.

Illustres Satyro pendente Celaenas.

Ad sequentes versus recte Scholiastes. *Maeandron.* Maeander (*Maeandros* Voss. pr.) fluvius in Mileto flexuosissimus. Ideoque *errantem* dixit. *Refertur* & redit Maeandro conmixtus ipse Marsyas. de sanguine autem Marsyae hic fluvius factus dicitur. *non vilior* quia ipse auro fluit. Haec SCHOL. De *Maeandro*, *Marsya*, & *Celaenis* consule Livium L. XXXVIII. c. 13.

212 OMINIBUS SUIS] Quia ipsi jam perdiderant civitatem, ominibus suis ideo sequebantur Pompejum ipsum quoque periturum. SCHOL.

213 CONTINUIT] Nam si historiam Trojanae originis respicias, Caesarem magis, quam Pompejum sequi debuerant; quia ipse ortus est ab Julo, ut ait Virgilius,

Julius à magno demissum nomen Iülo.

IDEM.

213 IÜLI] Sic enim ipse videri volebat, Suetonio autore. Et hinc Virgil. quoque dixit:

Nascetur pulchra Trojanus origine Caesar.

MICYLL.

215 FELIX] Civitas Syriae. *Felix* dicta, quod post victoriam de finitimis actam rex Indorum eam condiderit, ibique victoriae titulos consecraverit. SCHOL. Arrianus in Παράπλῳ Indiae: περὶ τῷ [illegible] λίμνην, inquit, ἐς ἣν ὁ Τίγρις ἐσβάλλει ποταμὸς. ὃς ῥέων ἐξ Ἀρμενίας παρὰ πόλιν Νῖνον πάλαι ποτὲ μεγάλην καὶ δαίμονα. Fuit autem civitas Assyriae, in ea parte, quae Aturea dicta est, à rege Nino, Semiramidis marito, condita, ut Stephanus autor est. MICYLL. Sic dicta est Ninos, quae tamen tunc non amplius exstabat, ob ubertatem, & divitias. ut Virgilius Lib. IV. Georg. 287.

Pellaei gens fortunata Canopi.

Vel etiam ob rerum gestarum gloriam, ut videtur capere Celeb. Relandus ad Joseph. Lib. 1. Antiq. Jud. c. 6. Ἀσσύρας δὲ Νῖνον ᾤκιζε καὶ τοὺς ὑπηκόους Ἀσσυρίους ἐπωνόμασεν, οἳ μάλιστα εὐδαιμόνησαν. Quo loco recte vertunt *qui maxime rerum gestarum gloria floruerunt.* Ovid. L. IV. Trist. 3, 75.

Hectora quis nosset, si felix Troja fuisset.

215 DAMASCOS] Civitas Syriae, objecta ventis, quippe campestris est. SCHOL. *Damascos* rescripsi auctoritate unius Berlm. Regii primi. Vossianorum sex, Amstel. & mei MSS. non *Damascus.* Sic hoc ipso loco *Ninos*, *Tyros*, *Tarsos*, *Mallos*, & passim in sequentibus Graeca terminatione. ubique tamen inmutare ausus non sum, ubi *us* MSS. retinent. Audiamus Valerium Probum in Catholic. c. 1462. Ed. Putsc. Cos *nullum nomen reperi Latinum terminatum. Unum reperi Graecum secundae declinationis ci faciens Genitivum, Damascos, Damasci. sicut Lucanus.* Ventura Damascos; *nomen civitatis.* ubi vicissim ex nostro corrige *ventosa.*

216 GAZAQUE] Civitas Syriae, in qua Cambyses rex Persarum divitias condidit. SCHOL.

216 IDUME] Civitas Phoenicis, ubi multae palmae nascuntur, ideo *dives* pomis videlicet palmarum. Virgilius.

Primus Idumaeas referam tibi Mantua palmas.

IDEM. ubi v. Serv. & Cerd. III. G. 12.

217 INSTABILIS] Sive propter fallaciam; ut Virgilius, *Tyriosque bilingues.* sive quod terrae motu laborant. SCHOL. Alii *Instabilem Tyron* putant dictum propter crebras seditiones: alii propter mutatam ejus formam ex insula in terram continentem per Alexandrum Magnum. Verius arbitror, ita esse vocatam propter terrae motum. Consule

Rade-

[a] Certior [b] haud ullis [c] duxit Cynosura carinis.
Phoenices primi, famae si creditur, ausi
[d] Mansuram rudibus vocem signare figuris.
Nondum flumineas Memphis [e] contexere [f] biblos
[g] Noverat: & saxis tantum, volucresque [h] feraeque,
Sculptaque servabant magicas animalia linguas.
Deseritur Taurique nemus, [i] Perseaque Tarsos,
Coryciumque patens [k] exesis rupibus antrum,

Mallos.

VARIAE LECTIONES.

a *gratior* B. 1. b *atque* V. 1. c *dixit* A. d *mensuram* H. e *contingere* B. 1. f *libros* H. pro var. lect. g *moverat* H. h *ferasque* meus. i *Perseiaque* M. k *exsexis* O. 1.

Raderum & Freinsh. ad Curtium L. IV, 4, 20. *seu quia crebris motibus terrae* &c.

218 NON FLEXO] Ut non sit ullus circuitus, sed recto tramite. SCHOL.

219 CYNOSURA] Septemtriones sunt *Helice*, & *Cynosura*. Hoc ergo dicit, qui inde navigant, ducem habent Cynosuram; quia nullis est certior dux, quam his, qui inde navigant. IDEM.

220 PHOENICES] Syriae populi. hi enim primi litterarum usum invenisse dicuntur, & antequam litterae inventae fuissent, per imagines ferarum atque signorum verba ponebant. IDEM. Ceterum videtur hic aliquid deesse; nam minus abrupte sequens his inseritur descriptio artis Phoeniciae. Aptius procederent omnia, si hoc, vel simili modo conciperentur verba *quique homines primi* &c. scilicet & illi homines accedunt, & ad Pompejum veniunt, qui primi sunt ausi &c. qui Phoenices fuerunt. ut notum est.

222 FLUMINEOS] Alii *flumineas*, ut est in vetustis Codicibus duobus. HORTENS. Expressit Hortensius Micylli Ed. Francofurt. in qua typothetarum vitio irrepserat *flumineos*. Sequenti versu pro *& saxis* malim *in saxis*, ut habet a manu secunda Vossianus primus; item quintus. in Regio primo est. *& in saxis*.

222 MEMPHIS] Urbs Aegypti, quae papyro libros fieri instituit. SCHOL.

224 MAGICAS] Verba Phoenicum, quia magi erant. IDEM. Hoc autem non tam de Phoenicibus, quam de Aegyptiis est verum. Multa autem de ἱερογλύφοις γράμμασι, & primis Phoenicum litteris congerunt interpretes, qui consulendi sunt, & Scott. ad Mel. 1, 12. Broukh. ad Tib. 1, 8, 20.

225 PERSEAQUE] Coel. Rhodig. Lib. IV. cap. 11. *Terseaque* παρὰ τὸ τερσωθῆναι. quod a diluvio ea loca primum exaruerint: sicut & *Tarsos* ipsa, inde *Tersos* dicta putatur Stephano. BERSM. *Perseaque*. Quia à Persei talaribus nomen habere Graecis creditur. GROT. De lapso ad Tarsum Persei talari, & inde dicta urbe, quam ibi Perseus condidit, consule auctores, qui ab H. Valesio in doctissima ejus nota citantur ad Ammian. Marcell. L. XIV. c. 8. *Hanc condidisse Perseus memoratur*. de Antro Corycio videndus Is. Vossius ad Melam 1, 13.

225 TARSOS] Civitas, quam Perseus condidit Jovis, & Danaae filius. SCHOL.

227 MALLOS] Urbs Ciliciae, quae nunc *Antiochia* dicitur. IDEM.

227 EXTERNAE] Mscr. tria *extremae*, q. d. extimae. Plinius L. v. c. 27. BERSM. Culpa Gryphii, qui primus ita edidit, vulgo legebamus *externae*. Ceterae Edd. & omnes, quos vidi, scripti *extremae*: atque ita scribendum esse monuit etiam Modius Novantiq. Lect. Ep. 65. Sita enim est haec urbs in extrema Ciliciae ora ad sinum Issicum. neque Aegae minus sunt externae, quam ceterae hic nominatae urbes.

227 AEGAE] Civitas est, quae significatur mari vicina. quia dicit *resonant navalibus*. Haec Neptuno consecrata est. ut Virgilius *Neptuno Aegeo*. SCHOL. Rectius quatuor ultima verba desunt in Voss. pr.

228 JUSTA] N. Heinsius conjiciebat, scribendum esse *jussa* ad Silium L. XI, 589.

Aeratas jussi texamus mille carinas.

Sed MSS. constanter retinent *justa*. atque recte Scholiastes; *ideo justa, quia jam non pirata*.

230 GANGES] Fluvius, qui à septemtrione oritur. *Coli* autem ideo hunc dixit, quia fecundas facit, quas alluit, terras. SCHOL.

233 PELLAEUS] Pella civitas est Macedoniae; ubi Alexander Macedo natus est, quem nunc poëta *Pellaeum* dicit *Ductorem*. Hic, cum fontem fluminis

Cc

Mallos, & [a] extremae [b] resonant [c] navalibus Aegae,
Itque Cilix [d] justa [e] jam non pirata carina.
Movit & [f] Eoos bellorum fama recessus,
Qua colitur Ganges, [g] toto qui solus in orbe
[h] Ostia nascenti contraria solvere Phoebo
Audet, & adversum fluctus [i] inpellit in Eurum:
Hic ubi Pellaeus post [k] Tethyos aequora ductor
[l] Constitit, & [m] magno vinci se fassus ab orbe est.
[n] Quaque, ferens rapidum diviso gurgite fontem,
Vastis Indus aquis mixtum non sentit [o] Hydaspen;

Quique

VARIAE LECTIONES.

a *externae* vulgo. b *sonant* R. pr. c *venalibus* A. d *juxta* P. 1. e *non jam* B. 2. Ed. Hort. f *extremos* W. a m. pr. g *qui toto* H. Edd. Asc. Sulp. Mic. h *Hostia* MSS. & Edd. quid. i *impellere* B. 1. *attollit* R. pr. *compellit* meus. k *Thetidos* V. 2. meus. l *constat* V. 1. m *v. m. s. f. ab aequore est* B. 1. *se v.* V. 2. *ore* V. 1. *est* deest in A. D. Ven. n *atque* A. o *Hisaspen* R. 1. *Ydaspen* MSS. 4. alii, & Edd. qdd. *Hydaspem.*

minis Nili quaereret, primo usque ad Therinon, (*Thermon* Voss. sec.) Nilum venit, inde ad tenebras; deinde divina voce territus, quod nimis periculosa tentaret, discessit à coepto. Ideo dixit *constitit.* SCHOL. De fine, ac termino itineris Alexandri versus Orientem, non eodem modo ab autoribus traditur. Arrianus, Plinius, atque alii quidam non ultra Hypasim, sive (ut apud Strabonem scribitur) *Hypanim*, progressum scribunt. Lucanus autem Craterum secutus videtur, qui in epistola, quam ad matrem Aristopatram dedisse traditur, ad Gangem usque pervenisse scribit: ipsumque se vidisse fluvium, piscesque in eo grandiores, quàm ut credi posset. Autor Strabo libr. XV. Quo loco idem autor, maxima totius orbis flumina dicit esse: primum Gangem, mox Indum, deinde Istrum, & Nilum. MICYLL.

235 QUAQUE] Indus & Hydaspes duo sunt flumina ex uno fonte descendentia, quae inter se divisa post magna terrarum spatia iterum copulantur. Sed Hydaspes in Indum cadens nomen suum perdit. hoc est, quod dicit, *mixtum non sentit Hydaspen.* SCHOL. Voss. primi. De fonte Indi, quam magnus, & aquarum copia statim à principio abundans sit, etiam Arrianus meminit lib. V. cujus verba sunt: ὃς μέγας τε ἰνδὸς ἀπὸ τῶν πηγῶν ἀνίσχει, καὶ πεντεκαίδεκα ποταμοὺς πάντας τῶν Ἀσιανῶν μείζονας συλλαβὼν, καὶ τῇ ἐπωνυμίᾳ κρατήσας οὕτως ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν. Influit autem idem fluvius duobus hostiis in mare: & quo loco dividitur, insulam Pattalenen facit; Ut Strabo lib. XV. MICYLL. *Fontem* Msc. *pontum*, male. sed fortasse *pontem* scribere voluit: de fonte autem Indi, itemque ponte ab Alexandro facto. Arrian. Lib. V. BERSM. Pro *diviso* in veterrimo Vossiano primo est *diverso*, ut vs. 257. *diversis fontibus*: 273. *diversi mundi*. plura vide ad L. X, 483. Idem, & Vossianus sec. pro *fontem* habent *pontum*, sed in sec. pro varia lect. *fontum*. *ferens pontum* esset dictum pro ferens tantas aquas, quae mari toti similes sunt, ut non videatur fluvius, sed mare. quod placet satis. nam Bersmanni *pontem* est nihili. Quid enim est *rapidus pons*, & quî huc quadrat pons Alexandri? Non cepit etiam mentem Lucani Micyllus, qui *divisum gurgitem* intelligit de ostiis duobus, & insula in medio jacente Patalene. Totum, qua permeat Indus, tractum describit auctor; sensusque est. Bellorum fama movit etiam Orientis populos, qua Ganges &c. & qua Indus fluit mixtus Hydaspe, quem licet vastum non sentit in se fluere; cum per se maximus sit, & jam rapidum *fontem* vel *pontum* ferat, cum adhuc diverso currunt gurgite.

237 QUIQUE BIBUNT] Agroetes (sic Voss. sec.) dicit, qui sunt Indiae ulteriores populi, qui cannarum viridium caudicibus tonsis sive tritis mella dicuntur exprimere i. e. sucos. SCHOL.

237 SUCOS] *Sucos*, non *succos*, scripsi. Hanc enim genuinam antiquorum esse scripturam, ubique docent vetustissimi Codices, ut hoc loco, Vossiani sex, Regius primus, & Wittianus cum Ed. Ven. & Brix. consule Drakenb. ad Silium VII, 169. Porro de veterum Saccharo liquido, & per solem concreto, (coctum enim igne non noverunt antiqui) egregie disputant Salmas. in Plinian. Exerc. Is. Vossius ad Melam L. III, 7. J. Perizon.

Quique bibunt tenera dulces ab arundine ſucos,
Et qui tinguentes croceo medicamine [a] crinem
Fluxa [b] coloratis [c] adſtringunt carbaſa gemmis.
[d] Quique ſuas ſtruxêre pyras, [e] vivique [f] calentes
[g] Conſcendêre [h] rogos. [i] prô! quanta eſt gloria genti,
[k] Injeciſſe manum fatis, vitaque repletos,
Quod ſupereſt, donaſſe [l] deis! Venêre feroces
[m] Cappadoces, duri populus [n] non cultor Amani,
Armeniuſque tenens volventem ſaxa [o] Niphaten:
Aethera tangentes ſilvas liquêre [p] Choatrae.

VARIAE LECTIONES.

a *crines* meus. b *coronatis* B. I. R. I. c *affingunt* M. d *quaque* Ed. Brix. e *viniquo* B. I. H. a m. pr. f *calentis* V. pr. ſec. R. pr. g *conſedere* Edd. Ven. Br. h *focos* R. pr. i *proh* V. pr. meus, aliique. k *ingeniiſque* V. ſec. a m. pr. l *Diis* V. pr. m *Capadoces* MSS. quidd. n vulgo *nunc*. o *Niſatem* MSS. quidd. *tenentem* V. pr. a m. pr. p *Coarte* Oxon. pr.

ron. ad Aeliani V. H. Lib. III, 37, 2.

238 QUI TINGENTES] Regio haec Cathea appellatur, in qua colitur pulchritudo, & puerorum mentum tingunt, & veſtes, & capillum, ut Strabo in XV. docet: cinguntque veſtes lineas zonis gemmatis. SULPIT. Hoc Solinus generaliter omnibus Indis adſcribit. Strabo autem peculiariter iis, quorum regionem ipſe Catheam appellari dicit. Et quod ad *Carbaſa* attinet, qua voce veſtes lineae hoc loco ſignificantur, idem Strabo eodem libro ab hiſtoricis proditum ait: Τὰς Ἰνδὰς ἐσθῆτι λινῇ χρῆσθαι, καὶ σινδόσι λευκαῖς καὶ καρπάσοις. BERSM. Adde Paſſerat. ad Propert. L. IV, 3, 64.

Raptaque odorato carbaſa lina duci.

239 COLORATIS] Agroetes (ſic idem Voſſ ſec.) dicit, quos dicunt pro purpura clavos habere de diſcoloribus gemmis. SCHOL.

240 PYRAS] Bragmannos (*Bragitanas* Voſſ. pr.) Indiae populos barbaros, qui ſponte ſe cremant igni, cum his viſum fuerit, quod diu vixerint. *Calentes.* Tapeinoſis. debuit enim dicere ardentes ſive flammatos. IDEM. Non hoc toti genti dedit, ſed tantum ſapientiam profeſſis, melius ſane, quam noſter, Mela Lib. III, 7. *Prudentiores, & quibus ars ſtudiumque ſapientiae contingit, non exſpectant mortem, ſed ingerendo ſemet ignibus, laeti & cum gloria arceſſunt.* BROUKHUS.

244 DURI POPULUS NUNC CULTOR AMANI] Emenda ex MSS. P. & T. *non cultor Amani.* Hoc dicit, Amanum ita durum eſſe, ut habitari poſſit, coli non poſſit. GROT. Ed. ſec. Eſt ejus montis deſcriptio, tum apud Geographos, tum in Ciceronis Epiſtola ad Catonem. IDEM. Ed. tert. Quod emendavit ex ſuis MSS. Grotius, veriſſimum eſt; ac confirmatur Voſſianis ſex, uno Berſm. Regio utroque, Wittiano, Hulſt. & meo cum Edd. Veneta & Omniboni, dicentis *quia durus eſt, ideo non colitur.* prae ceteris Scholiaſtes. *Amanus mons eſt Cappadocum, quem ideo dixit non coli, ſive quia durus eſt, & arari non poteſt; ſive quia iſti ſemper hoſtibus occupati ſunt, & ſemper reſiſtunt inimicis.* *Non* itaque pro *nunc* reſtitui: dein in decem meis, & pleriſque Edd. erat *Amanni.* Voſſ. ſec. *Omanni.* ſed Graecis eſt Ἄμανος. *Niphaten* quoque edidi per *n.* ex MSS. quatuor, & Ed. Ven. & Micylli.

246 CHOATRAE] Interioris (*ulteriores* Voſſ. ſec. abeſt à Voſſ. pr.) Indiae populi. SCHOL.

246 COASTRAE] Sunt, qui hoc loco *Choatrae* legunt, pro *Coaſtrae.* Sed Plinius *Choatras* inter eos populos recenſet, qui circa Maeotim paludem habitant, lib. VI. cap. 7. Sylvas autem, ſive arbores, de quibus hic Lucanus meminit, ad extremum Indiae littus naſci, etiam Virgilius teſtatur, qui II. Georg. ita dicit:

Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis, ubi aëra vincere ſummum
Arboris, haud ullae jactu potuere ſagittae.

Proinde aut *Coaſtras* retineamus, oportet, aut neque *Choatras* legamus. MICYLL. Plinius deſcribens Tauri montis arbitri numeroſarum gentium flexuoſitatem, ſimul & montes aliquot, inter eos etiam Choatram recenſet, ſed Coaſtrae, ubi hujuſmodi ſylvae ſunt, ad extremum Indiae habitant Virgilius Georgicor lib. II.

Ignotum [a] vobis, Arabes, venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire [b] sinistras.
[c] Tunc furor extremos [d] movit Romanus Orestas,

[a] Car-

VARIAE LECTIONES.

a *nobis* H. a m. pr. b *sinistra* Ed. Ven. c *tum* MSS. quidd. & Edd. pleraeque. d *Romanus movit* R. 1.

Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis, ubi aëra vincere summum
Arboris, haud ullae jactu potuere sagittae.

HORTENS. Msc. tria *Choatrae*. tert. *Coatrae*. Micyll. *Coastrae*. BERSM. Melius *Coatrae*. MS. P. & R. recentior. Populus est ad Maeotim Plinio memoratus. Libro VI. GROT. Rectius quidem Grotius legit *Coatrae* pro *Coastrae*, quod primum in Omniboni, & dein Aldi Editionibus aliisque comparuit. Sed male per eos intelligit populum, ad Maeotim paludem situm, de quo Valerius Flaccus Lib. VI. 151.

Diros magico terrore Choatras.

Recte enim Micyllus notavit, illos hoc loco innui non posse, cum silvas illas in India nasci, constanter à Poëtis traditum sit. Vide Cerdam ad citatum hic Virgilii locum vs. 123. Scripti tamen omnes, & editiones primae habent *Coatrae*, *Cohatrae*, *Coaetrae*. Sed vetustiores plerique *Choatrae* quod ideo confidenter reponi curavi. Nempe ut intelligat populum, qui Tauro monti ab Armenia usque ad Medos, & Parthos adjacet, à quo etiam, ut ceterae ejus montis à populis adjacentibus denominatae sunt partes, vel contra, Taurus *Choatras* sive Παραχοάτρας dictus est. Vide Plinium Lib. V. c. 2, 4. & Solinum c. 38. *Pro gentium ac linguarum varietate plurifariam* (Taurus) *nominatus. apud Indos Imaus, mox Paropamisus, Choatras apud Parthos, post Niphates, inde Taurus* &c. atque ibi Salmasium pag. 554. Παραχοάτρου saepius etiam meminit Strabo Lib. XI. sic noster *Taurosque subegi*, ubi itidem jungit Armeniis, pro accolis Tauri Lib. II, 592. Neque Hortensium, qui aliquid veri vidit, movere debuerat, quod Virgilius, aliique silvas illas ponunt in India. Totum enim Orientem, & omnem fere Asiam ad Meridiem vergentem Indiae nomine appellaverunt veteres, ut viris doctis notum est. Adeatur Ill. Cuperus Observ. IV, 7. iique omnes sub *extremo orbe* habitare dicebantur, ut passim apud nostrum, & alios poëtas sexcenties occurrit.

248 UMBRAS &c.] Aethiopas dicit, qui in inferioribus signis juxta Oceanum, & Zodiacum circulum sunt. Hi umbras pro qualitate terrae in sinistram partem mittunt, ut nos in dexteram. Hoc ergo mirati sunt, in nostris terris non ire sinistras, ut in suis regionibus. SCHOL. Umbram meridianam non projici in sinistram mundi partem, sive versus Austrum, sicut in Arabia. Vide Coelium Libr. I. c. 10. Scaliger hunc locum examinat in Lib. VI. Poët. BERSM. De hoc loco & utrum Arabiam Australem, sive Felicem, an totam intellexerit, & erraverit Lucanus, uti & de versu 253. consule, quae contra Lucanum, & pro eo magno ardore scripserunt praeter J. Caes. Scalig. Lib. VI. de Poët. c. 6. ejus quoque filius Josephus in Prolegom. ad Manilium, Vadianus ad Melam p. 198. Salmasius ad Solinum, Delrius Comment. in Senec. Thyest. p. 400. & Palmerius Apolog. pro Lucano. cui liti me inmiscere nec possum, nec volo. Majoris enim molis res est, quam ut intra brevium notarum limites describi possit.

249 ORESTAS] Populos in India: puto legendum *Oretas*, qui in India sunt, & non Indorum lingua, sed sua loquuntur. SULPIT. *Orestae*, Macedoniae populus est, ut Plinius, & caeteri tradidere. Omnibonus autem hoc loco *Horestas*, cum aspiratione scribit, & ultima ac remotissima regione versus Austrum habitare dicit. sed hoc sine certo autore. Itaque Sulpitius *Oretas*, legendum putat, qui populus Orientis est, ad Indum fluvium habitans, cujus & Strabo, & Stephanus meminerunt. Sed in hac voce repugnat quantitas. Scribitur enim ὠρεῖται, sive ut Stephanus habet, ὠρῖται, ο, longa Graecè. Dubitari autem potest, an *Olostras* potius legendum, quae & ipsa gens est Indica, de qua Plinius meminit libro sexto, capite vicesimo. Sed hoc aliis discutiendum relinquo. MICYLL. *Orestae* inter Macedoniae gentes numerantur à Plinio, & aliis, cap. 10. libro IV. Verum cum *extremos* vocet ad Ortum, certum est, alios à Lucano significari in India, si modo sint. Et verisimile est, errorem peperisse vocem, *furor*, *Oreste insanior*, *Furor Romanus*. Posset poëta videri scripsisse, *Oritas*, ut Sulpitius, vel *Oretas*, nisi quantitas primae syllabae refragaretur, cum apud Graecos per ω. scribatur ὠρεῖται. Dionysius Afer.

Ὠρεῖταί τ' Ἀρβῶσι, λινοχλαίναι Ἀραχῶται,

id est, ut Rhemnius.

Ad partes rapidi quia vergunt lumina solis
Oritas, Arabasque simul, Linique Arachotas
Utentes chlaenis.

Nisi

[a] Carmanosque duces, quorum, jam [b] flexus in Austrum,
Aether non totam [c] mergi tamen adspicit Arcton.
Lucet [d] & exigua velox [e] ibi nocte Bootes.

Aethio-

VARIAE LECTIONES.

a *Carmannosque* B. 1. *Carmeniosque* VV. LL. Steph. *Garmanosque* R. 2. *Karmenosque* A. b *flexit* Ed. Ven. c *jungi* A. d *in* V. sec. e *ubi* Ed. Br.

Nisi poëta per systolen primam syllabam contraxerit, quod nonnunquam poëtae in magno poëmate facere solent. Et translatio Hispanica, quam mihi exhibuit inspiciendam nobilis vir, & doctus miles D. Bernardinus à Mendosa, legit *Oretas*, non *Orestas*. HORTENS. Joseph. Scaliger Castigat. in Manil. legit *Oretas Germanosque duces*, quasi dicat poëta in Baltio mari, ubi Germaniae finis est, noctes esse perexiguas. Itaque *Oretae* erunt Ὀρεῖται παρὰ τὸν ὅρον. BERSM. *Olostras*. Ita MS. quidam. Gens est Indiae Plin. lib. VI. c. 20. Vulgo *Orestas*. ex quo si *Oretas* feceris, habebis aliam Indorum gentem, Plinio eodem auctore lib. II. cap. 75. GROT. Ed. pr. *Orestas*. Ego verum puto *Oretas*. Sunt enim proximi Carmanis ὠρεῖται apud Strabonem XV. Sed poëta primam syllabam corripuit, ea licentia, quam in voce *Orion* usurpari, cernimus. IDEM. Ed. sec. *Olostras* sic quidam. Gens est Indiae Plin. lib. VI. cap. 20. At quos vidi Manuscriptos, habent *Orestas*. unde credas, scribendum *Oretas*. Straboni sunt ὠρεῖται. Sed non mirum, mutari vocales inter se longam, & brevem. Sic ὤριον & ὄριον: σωφρόνω & σωφρόνα. Et in *Edonis* systolen à Lucano factam, vult Servius. IDEM. Ed. tert. *Orestas*. Vulgo ex Micylli conjectura *Olostras* legitur, ut primus edidit Grotius, in prima editione credens, id esse in quibusdam scriptis. Sed recte mutavit sententiam. MSS. omnes cum editis *Orestas*, vel *Horestas*. Wittianus à manu secunda *Oristas*. unde planum est, legi debere *Oretas* vel *Oritas* cum Scaligero in proleg. ad Manil. docente *recte Oritas ponit cum Carmanis, & merito putat in eo tractu pene totam Helicen mergi, sed de Boote quod subjicit, exiguam partem noctis lucere frustra est*. Quod ait Bersmannus de lectione *Oretas*, *Germanosque* nihil est. Unde huc venirent Germaniae gentes, cum in Oriente, & in Australibus regionibus versetur Lucanus. Tantum errorem commisisse vix potuit Scaliger. Quamvis enim ω longa sit in *Oritae* ut apud Dionysium 1096. & Priscianum, & Festum Avienum in Descript. Orbis.

- - - - - - *Oritas Aribasque*.

ut scribi debet. vulgo male *Arabas*. nihil hoc nos movere debet, ut docuit jam Grotius. plura vide ad Lib. I, 675. IV, 406. Posset aliter legi *Arestas* cum Is. Vossio ad Justin. Lib. XII. c. 8. *Inde Arestas, Gesteanas, Praesidas, Gargaridas, caesis eorum exercitibus, expugnat Alexander*. Liberum unicuique esto judicium. *Orestas*, ait Scholiastes, *gentem in ultima Barbaria*.

250 CARMANOSQUE] Gentes supra mare Rubrum ad Persidum promontorium usque projectae, à Carmano rege terrae filio nominatae. SCHOL. Pro *Persidum* scribendum *Praesidium* vel *Prasidium* vel *Prasium*, ut patet ex loco Justini, & quae ibi notantur.

250 DEFLEXUS] *Jam flexus* Msc. tria: quartum *devexus*. i. e. declivis. BERSM. Restitui veterem lectionem *jam flexus*, quae confirmatur Steph. & Pulmanni quinque, Oxon. pr. meisque duodecim codicibus. τὸ *jam flexus* respondent melius sequentia, *non totam tamen*. *Deflexus* primus edidit Aldus, quem omnes secuti sunt, praeter Grotium, unde manavit *devexus*. ut est quoque in uno Pulmanni. *deflexus* est in Marpurg. Non tamen penitus damno *devexus*. Sic enim Virgil. L. I. Georg. 240.

Mundus, ut ad Scythiam, Rhipaeasque arduus axis
Consurgit, premitur Libyae devexus in Austros.

Stat. Lib. III. Theb. 407.

- - - - - *Hesperii devexo margine ponti.*

Noster Lib. IX, 497.

- - - - - *devexo terrarum margine.*

& Lib. X, 39.

- - - - - - *terrarum devexa secuti.*

Devexus Orion Horat. L. I. O. 28, 21.

251 NON TOTAM] *Glareanus* diligenter hunc locum astronomicum expendens, & hic locus, *inquit*, à quibusdam notatus est, ut minime verus, quod Oritarum, & Carmanorum coelum in Austrinum latus trans Aequatorem flecti crediderit, quod mihi non videtur. Quia si ita longe in Austrum submovisset hosce populos, sequeretur totam illis majorem ursam mergi, cum contrarium astruat poëta. Deinde sequeretur, minorem prorsus non videri, nisi forte duabus illis lucidis stellis, quas χορευτὰς Graecis dictas scribit Higynus. Poëta ait *non totam tamen mergi aspicit Arcton*, de majori utique intelligens Arcto, cum minor prorsus illic

Aethiopumque solum, quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli, [a] nisi poplite [b] lapso
Ultima curvati [c] procederet ungula Tauri.

Quaque

VARIAE LECTIONES.

a *ni* B. r. b *lapsa* V. sec. a m. pr. c *praecederet* A.

illic non videatur, ut jam diximus. Decepit illos Sulpitii commentarius, qui ultra dimidiam partem torridae zonae hunc deflexum submovet, contra poëtae, & sensum, & mentem. In eodem luto haeret Joannes de Sacro Busto, unde & Sulpitium hausisse puto. Atqui si Carmanorum situm intelligamus ad Cancri circulum, aut circa eum, ut Ptolemaeus totam desertam Carmaniam citra, alteram vero plus dimidio citra, nonnihil tamen ejus etiam ultra tropicum. Ibi nempe sub Cancri tropico, aut citrà item tropicum, ursa major non tota occidit, sed prominet de capite ejus aliquid, quod poëta argutè innuens,

Non totam mergi tamen aspicit Arcton, inquit.

Quod si poëta hoc loco etiam de *Oritis* locutus videatur, ut quibusdam placet, eadem erit ratio, sive extrema ad Austrum Arachosiae teneant, ut tradit Ptolemaeus, sive ad Arbitim urbem, quae recta sub tropico Cancri jacet, Ichthyophagi habitent, ut ex Plinio colligimus. Haec doctè, & vere GLAREAN. Etenim cum dicit, Carmaniam aspicere Arcton, addit *non totam*, quasi dicat, partem Ursae illis apparere. *Non* negatio praeposita signo universali affirmativo, quis nescit, quod aequipolleat contradictoriae particulari negativae: tum vero & illud manifestum, & evidens argumentum est, poëtam id dicere, quod Carmania habeat latitudinis gardus 29. qui non ultra Cancri tropicum excurrunt, aut certè modicè. HORTENS.

252 LUCET &c.] Cito enim dies ibi redditur, cum inter orientem, & occidentem non multum spatium interest. SCHOL. Exigua noctis parte quam conversione Arcti aut Bootae periodica notasse putatur Scaligero, haud scio, an rectè. Videtur enim poeta hoc dicere, Booten illis locis statim occidere. Itaque cum Arcton quoque ibidem occidere dixerit, non videtur loqui de populis Germaniae septemtrionalibus, sed aliis ad Austrum habitantibus. *ubi* Msc. mendose. BERSM. *Velox ibi*. Glareanus ait, Arctophylacem impropriè *velocem* appellari, sive totus occidat, ut iis, qui circa Cancri tropicum degunt, sive non totus, ut nobis. Sed quidam *velocem* dictum autumant, quod Carmanis citius occidat, quam nobis. Haec ille. Declarat id particula *ibi* referenda ad *velox*, non ad verbum *lucet*. Solent stellae etiam velociores videri, & velocius occidere, quo sunt remotiores in nostro horizonte. HORTENS.

253 SOLUM] Scilicet movit Romanus furor. SCHOL.

254 NISI POPLITE] Negat, Aethiopas sub Zodiaco circulo futuros esse, nisi signum tauri processu unius pedis usque in eorum provinciam tenderetur. Omnes enim sub signis XII. sumus. nec aliud habitatur in terris, nisi sub Zodiaco. SCHOLIAST. Est enim Aethiopia juxta mediam torridam zonam, extenditurque ab Oriente Hiberno ad Occidentem Hibernum, ut Solin. ait. Astrologi aliter hunc locum intelligunt, dicuntque, signa Zodiaci in duas partes dividi in Cardinalia, & Regiones. Cardinalia dicuntur signa, in quibus incidunt Solstitia, & Aequinoctia, ut Capricornus, & Cancer, Libra, & Aries. Regiones verò appellantur Intermedia: & sic Aethiopia cum sit sub Aequinoctiali, non premitur ab aliqua regione, sed tantum à duobus signis Ariete, & Libra. Taurus ergo contingit ipsam pede exporrecto Aequinoctialem versus, sic illi quos quidem superiore ratione refutaremus, & multorum auctoritate, sed quid opus, cum à pede Tauri Septentrionalis signi tangi non possit: itaque, ut melius cum iis sentiamus, censemus & Solinum, & Plinium, & reliquos emendandos, & pro *Oriente Hiberno* apponendum *Oriente verno*. SULPIT. Hoc verò dictum, & vix intelligibile, & falsum etiam fortassis, multos eximios torsit viros, admiratos, qui fieri queat, ut Aethiopia sit extra signiferi Poli regionem, cum tota sub signifero posita sit, inter tropicos, adeo sub torrida zona: sive de ea, quae proxima supra Aegyptum est, loquamur Aethiopia: sive de ea, quae maximè ad Austrum est. Sed ante hujus rei tractationem, libet videre quosdam, qui, quicquid apud poëtas legitur, ad vulgi etiam (ut frequenter fieri solet) opinionem dictum, omne hoc, aut μυστικῶς dictum, aut tanquam Apollinis oraculum accipiendum reverentur, videri volunt, ut si quis ei contradicat, is continuè vel arrogans, vel ineruditus, addo, stipes, asinus, plumbeus existimetur. Ego, ut incivile puto optimis authoribus absque causâ etiam in re profana obstrepere, ita non audere, quod dubium est, in disputantium coronam adducere, invidi homi-

Quaque caput [a] rapido tollit cum Tigride magnus
[b] Euphrates, quos non diversis fontibus [c] edit
Persis, & [d] incertum, [e] tellus si misceat amnes,

Quod po-

VARIAE LECTIONES.

a *tollit r.* B. 1. b *Eufrates* MSS. plerique, & Edd. primae, ac deinceps. c *edet* B. 1. *exit* M. d *incertum est* V. pr. W. A. meus. P. 3. B. 2. Edd. Sulp. Asc. Mic. Steph. e *si tellus* meus.

hominis esse judico. Quare non verebor, adductis aliorum sententiis, quid ego de hoc loco sentiam, ostendere. Joannes à Sacro Busto, (quem authorem de Sphera vocant) cum de punctis verticalibus Heteroscìorum inter Cancri Tropicum, & Arcticum circulum dissereret, ait esse, qui Aethiopiam citra Cancri circulum jacere existimarint: itaque à nullo zodiaci signo tangi, praeter Taurum, qui ungulam extra zodiacum porrigat: quasi quisquam authorum Aethiopiam citra Cancri tropicum memoriae prodiderit: aut quasi Taurus pedem versus Septentrionem porrigat, cum totus versus sit in Aequinoctialem circulum. Unde rejecta hac opinione, ipse distinguit zodiaci signa in Cardinalia, & Regiones. ut Cardinalia sint, in quibus Solstitia, & Aequinoctia contingunt: Cancri, Capricorni, Arietis, ac Librae: Regiones verò reliqua octo signa. Aethiopiam igitur, sub nulla regione quidem esse, hoc est, sub nullis signis, quae non sunt Cardinalia, sed sub Ariete, & Libra duntaxat: tangi tamen Tauri pede, qui aequinoctialem circulum prope contingat, id sensisse poetam. At hoc modo exigua sanè pars, aut nulla verius erit Aethiopiae, tum etiam alia signa, Regiones inquam, ut ille vocat, non Cardinalia, non modo attingant Aequatorem, sed sub Aequatore sint, ut Virgo, & Aquarius. Nam de formis coelestibus loquitur, non de 12. aequis zodiaci dimensionibus, quae longe ab illis differunt, ut hujus artis studiosi probè norunt. His atque aliis argumentis motus Sulpitius, cum haec Joannis signorum divisio displiceret, locum optimè explicatum iri existimat, si Plinii locus lib. VI. cap. 30. non ita longè à fine emendetur: ubi *Oriente Verno* falso legi ait, cum *hyberno* legi debeat, ad hunc modum. *Sita est*, inquit Plinius, *Aethiopia ab Oriente hyberno, ad Occidentem hybernum.* Eadem Solinus, Plinii simia, cap. 43. Verum si sic legantur Plinii verba, de maximè Australi Aethiopia (ut vocat Ptolemaeus) intelligantur, oportet: verum ea prorsus sub torrida zona, & zodiaci signis jacet. Eam utique ab extima parte Boreali ungula Tauri tetigerit: sed ipsa tamen sub aliis signis jacet. Nihil igitur plus hunc locum juverint Plinii verba, quamvis Joannis à Sacro Busto subtilis illa, & ficta divisio signorum, in Cardinalia, & Regiones. Quare conveniebat, ut Sulpitius tum locum aliter declarasset, quum Joannis opinionem rejiceret, remittens nos ad Solini, & Plinii verba, nihil hunc locum adjuvantia. Itaque nos hunc locum inexplicabilem esse existimamus, nisi quis confugiat ad veterem illum signorum dividendorum modum, quo comparatio fit ad terrae habitabilis partes, non secundum subjectionem (ut ita dicam) perpendicularem, qua sola torrida zona respondet, sed secundum omnes trium partium terrae habitabilis regiones, ut videre est apud M. Manilium, lib. IV. cap. 3. Caeterum ea consideratio (ut in annotationibus nostris in Metamorphoseôn libros scriptis, ingenuè professi sumus) quo fundamento nitatur, ignoramus. Meminit ejus lib. II. Ovid. sub finem his versibus.

Quaque tua matrem tellus à parte sinistra
Suspicit (indigenae Sidonida nomina dicunt)
Hanc pete.

GLAREAN. Propter ingeniculationem: de qua Aratus: Ταύρῳ δὲ σκελέων ὅσσα περιφαίνεται ὀκλάξ. Eidem etiam πρόπτωσις dicitur Manilio *flexus* q. humi procumbens, caeli agi finibus indicari putat, aut ejusmodi alios ultra aequinoctialem constitutos: quos idcirco negat subesse signis septemtrionalibus; ni taurinus pes ultra aequinoctialem protensus videretur. Ptolem. comp. magn. BERSM. Servius ad VI. Aeneidos: *Nulla terra est, quae non subjaceat sideribus: unde perite addit:* Extra anni solisque vias, *ut ostenderet* XII. *signa, in quibus est circulus solis. Significat autem Maurorum Aethiopiam, ubi est Atlas, de quo ait Lucanus:*

Aethiopumque solum, &c.

GROT. Ed. tert. Servii verba, quasi à nostro Scholiaste profecta, leguntur etiam in Voss. sec. Contrarium autem vult Sulpitius ei, quod dicit Glarean.

254 LAPSO] *Flexo* unus Bersm. Wittian. pro var. lect. & Marp. ut loquuntur alii, ita Statius Lib. VI. Theb. 590. VII, 193. sed idem L. IV, 314. *poplite succiduo. lapso* etiam est apud Servium ad VI. Aeneid. 796.

257 EUPHRATES] Duo Flumina Tigris, & Euphrates uno fonte procedunt, sed Tigris vadens contra Assyrios, Euphrates contra Chaldaeos Meso-

sopo-

Quod potius sit nomen [a] aquis. sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates [b] Phariae vice fungitur undae:
At Tigrim subito tellus absorbet hiatu,
Occultosque tegit cursus, rursusque renatum
Fonte novo flumen pelagi non abnegat [c] undis.
Inter Caesareas acies, diversaque signa
[d] Pugnaces dubium Parthi tenuêre favorem,
Contenti fecisse duos. tinxêre sagittas

Errantes

VARIAE LECTIONES.

a *aquae* P. 2. b *Fariae* R. pr. W. c *undas* V. 1. Ed. Ven. d *pugnantes* V. 1.

sopotamiam mediam inter se terram faciunt. Unde & Mesopotamia dicitur. nam *μέσος* medius, & *ποταμὸς* fluvius apud Graecos dicitur. quae duo flumina, nisi Mesopotamia separaret, incertum esset, utrum Euphrates, an Tigris diceretur. SCHOL.

257 NON DIVERSIS] Id est, non procul distantibus. Sic enim alii hunc locum accipere malunt. Neque enim uno fonte Tigris, & Euphrates oriuntur, sed parvo tamen spatio distantibus, *διέχουσι γὰρ ἀλλήλων αἱ πηγαὶ τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος περὶ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους*, ut Strabo ait libr. undecimo. Quoniam igitur in iisdem Armeniae montibus oriuntur, fontibus non diversis poëta edi illos ait. MICYLL. Minus difficultatis habeo, quod proxime sequitur, de Tigri & Euphrate. Ibi tamen egregie quidam sudarunt, frustra meo quidem judicio, anxie philosophati, cum poëta aliorum opiniones saepe referat, & vocabula de industria obscuret: ut sunt: *fons*, *Persidis*, *edit* & *Tellus si misceat*. In omnibus hisce est insignis obscuritas: porro inde facilis expositionis elusio, mira sententiae variandae occasio. Denique ingens quodlibet fingendi potestas. Itaque primum. Si *fons* proprie pro fluvii origine accipiatur, *Persis* vero improprie pro Armenia, hoc est regione, quae quondam sub Persis fuit. (Nam ita insignis ille orator Bononiensis Philippus Beroaldus hunc locum exposuit) sensus esse poterit. Quos fluvios Persis edit non diversis fontibus, quia unius regionis, nempe Armeniae majoris, etiamsi mille stadiis ipsorum distent fontes, ut videre est apud Geographos, maxime vero Ptolemaeum. Si vero improprie *fons* pro ostio (ut quidam autumant) accipiatur, *Persis* vero proprie pro Susiana regione, ut saepissime fit apud poëtas. Ordo erit. Quos Persis, id est, Susiana non diversis fontibus, sed eodem fonte, id est, ostio ambos edit, id est, emittit, (atque ita Badius exposuit) in mare Persicum. Illud autem *si misceat* positum videtur, postquam miscuit: ut sit dubitative dictum. Si fortassis verum dixerint, qui crediderunt, Euphraten prius evanescere, neque Babylonem Tigri misceri. Si tamen egreditur, ac ei misceatur, utrius sit nomen, illud vero dubium esse. Hae, & consimiles expositiones, adhuc frigidiores fieri possunt multo plures, sed ego facile crediderim, poëtam unum horum duorum fuisse fontem putasse. Quod & author libelli de consolatione Philosophiae credidit.

Tigris, & Euphrates uno se fonte resolvunt,
Et mox abjunctis dissociantur aquis.

Apud plerosque authores, haec de iis duobus produntur fluminibus, diversis fontibus eos oriri. Convenire deinde sub Babylone, commixtos, Tigridis nomine in sinum effundi Persicum. GLAREAN. Boëthius Cons. Phil.

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt.

GROT. Ed. pr. Sallustius ita tradidit, Tigrim & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividantur spatio medio relicto multorum millium. Ex eodem Tauri monte eos circa Armeniam oriri, tradit Strabo. Vide & Xenophontem Anabaseôs IV. & Philostratum vita Apollonii lib. 1. cap. 14. Boëtius Sallustium secutus:

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt.

Plura qui volet, adeat Pliniana Salmasii. (p. 439. &c.) GROT. Ed. tert. Vide Vadian. ad Melam p. 207.

260 PHARIAE] Ideo fungitur vice Phariae undae; quia, sicut Nilus fertilem reddit Aegyptum, ita & ille irrigat terras, & fertiles facit. SCHOL.

261 TIGRIM] De hoc ait Nero in primo Libro,

Quique per erratam subductus Persida Tigris
Deserit, & longo terrarum tractus hiatu
Reddit quaesitas jam non quaerentibus undas.

SCHOL.

Errantes [a] Scythiae populi, [b] quos gurgite Bactros
[c] Includit gelido, [d] vastisque [e] Hyrcania silvis.
Hinc Lacedaemonii [f] moto gens aspera freno
[g] Heniochi, saevisque [h] adfinis Sarmata [i] Moschis,
Colchorum qua rura secat ditissima [k] Phasis:
Qua Croeso fatalis [l] Halys, qua vertice lapsus
[m] Rhipaeo Tanais [n] diversi [o] nomina mundi
Inposuit ripis, Asiaeque, [p] & terminus idem

Euro-

VARIAE LECTIONES.

a *populi Sc.* meus. b *quo* V. 1. c *inclusit* V. 1. A. Ed. Br. d *validisque* Ed. P. de Ponte. e *Italia* meus. f *moti* M. Hort. g *Eniochi* V. 2. R. 1. A. *Eniochis* W. *Aemochis* meus. *Emodi* V. 1. *Oenochii* Ed. Rom. Parm. h *adnectens* VV. LL. Steph. i *Molchis* R. 1. H. *Mochis* V. 2. k *fasis* R. pr. l *Halis*, *Alis* MSS. quidam. m *Ripheo*, *Rhipheo* MSS. & Edd. *Rimpheo* R. 1. n *divisi* meus. o *numina* m. Hort. p *est* Oxon. pr.

SCHOL. Notabilis hic est Scholiastae locus, in quo nobis servavit tres pulcros Imperatoris Neronis versus, forsan è Troicis ipsius desumptos, ut suspicatur etiam Vossius, sed versus non adducit in Poët. Latin. p. 43.

265 DUBIUM FAV.] Variat hoc loco Justinus, qui libro XLII. de Parthis in hunc modum tradit: *His itaque gestis*, inquit, *non magno post tempore Romanis inter Caesarem & Pompejum civile bellum oritur, in his Parthi Pompejanarum partium fuere: & propter amicitiam cum Pompejo bello Mithridatico junctam, & propter Crassi necem, cujus filium in partibus Caesaris esse, audierant, quem ultorem patris, victore Caesare, futurum non dubitabant.* MICYLL.

266 TINXERE] Veneno scilicet. SCHOL.

266 TINXERE SAGITTAS] Langerm. codex *unxere.* quod arripuit Ill. N. Heinsius ad Silium Ital. L. IX, 13.

- - - - - - *hastilique unguere primus*
Tela cruore.

Virgil. L. IX. Aen. 773.

Unguere tela manu, ferrumque armare veneno.

Receptum tamen, & confirmatam omnibus fere codicibus lectionem non innovare ausim, praesertim cum *tinguere* notet venenum, quod penitus allitum est, & insedit quasi ferro junctum. Immo & Plinius L. XVIII. in praef. ab eo citatus *tela sua venenis tingit.* & Ovid. in Ibide 51.

- - - - - - - - - - - - *jambus*
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

i. e. venenata. Adde Celeberr. Bentlej. ad Horat. Carm. II, I, 4.

267 ERRANTES] Sedes enim non habent certas, sed errant semper in Ponto. SCHOL.

267 BACTROS] Mscr. *Braccos* perperam. Bactrus fluvius urbi & regioni nomen dedit. BERSMANN. *Bractos* unus Vossii male. *Bactros* est fluvius in Bactriana, qui aliis Zariaspe vel Oaxus, seu Oaxes dictus esse videtur. Ait Scholiastes. *Bactros, Scythiae fluvius frigidissimus, per Bactra, Parthorum civitatem, transit.* Notandum autem hic est, magnum Salmasium errare; quando ad Solinum p. 692. *Bactris praeterea proprius Bactros amnis &c.* ait, altum apud veteres de hoc fluvio esse silentium. Contrarium enim ex hoc loco patet, & recte se habere vulgatam lectionem Plinii L. VI. c. 16. *Zariaspe, quod postea Bactrum à flumine nominatum est.* Ejus quoque meminit Vibius Sequester *Bactros Scythiae fines Hyrcanos alluit.* atqui hoc facit Oaxus, cujus pars Bactros videtur fuisse.

268 HYRCANIA] Regio silvestris in Scythia. SCHOL.

270 HENIOCHI] Gens Asiae superioris in ora Ponti, qui ideo Heniochi dicti sunt, quod ad regendos equos doctissimi sint. *Heniochus* Graece, *Auriga* Latine. IDEM. Ita quidem Plinius libro sexto, capite quinto. At Strabo libro undecimo, φασὶ δ' ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατιᾶς. τοὺς μὲν Φθιώτας Ἀχαιοὺς τὴν ἐνθάδε Ἀχαιίαν οἰκῆσαι. Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν, ὧν ἦρχον Ῥίκας καὶ Ἀμφίστρατος, οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι, καὶ τοὺς Ἡνιόχους ἀπὸ τούτων εἰκὸς ὠνομάσθαι. MICYLL. Vide Strabo. Lib. II. Plin. Lib. VI. cap. 5. Msc. *Emolchi.* BERSM.

270 SARMATA MOSCHIS] Et hae vicinae sunt regiones in partibus Europae prope Germanos. SCHOL. Moschos Colchorum gentem vocat Stephanus. Plinius inter Iberas recenset, ad Iberum amnem in Cyrum defluentem, olim sitos. Libro VI. cap. decimo. MICYLL. De *Heniochis* vide supra ad Lib. II, 590. de *Moschis* Bochart. in Phaleg. L. III. c. 12.

271 DITISSIMA] Sive propter felicitatem accipimus,

Europae, [a] mediae dirimens confinia terrae,
Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, [b] ampliat orbem.
Quaque, fretum torrens, Maeotidas egerit undas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,

Oceanum-

VARIAE LECTIONES.

a *& mediae* Edd. Asc. Mic. Hort. al. b *applicat* Marp.

pimus, sive propter pellem arietis inauratam, quae apud Colchos (f. *Iolcon*) inventa à Phrixo in templo Martis est consecrata. SCHOL. *Divissima* scribitur in editione Veneta: passim enim Colchi feritatis nomine, & cruenti vocantur. hinc *ferus* & *cruentus Phasis* Statius Silv. I, 6. Theb. V, 467. sed *ditissima* hic praefero.

272 FATALIS HALYS] Halys fluvius Asiae interioris, qui Croesi regnum, & Cyri medius terminabat. Erat Cyrus rex Persarum, Croesus Lydorum. Cum inter hos certamen de imperio ageretur, Croesus consuluit Apollinem; cui ab eo adversa responsa prolata sunt.

Croesus perdet Halyn transgressus maxima regna.

SCHOL. *Plurima regna* Cod. Wittian. Cicero vertit,

Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.

Hoc oraculum Graecè ita fertur: Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. Historiam autem vide apud Herodotum libro primo. MICYLL.

273 RHIPAEO] Ita scribendum esse, monuimus ad L. II, 640. Multi autem Geographi Tanaim ex Rhipaeis montibus oriri dixerunt. sed falsum id esse, docent Dalekamp. ad Plinium L. V. c. 27. & Is. Vossius ad Melam Lib. I. c. 19. *Tanais ex Rhipaeo monte dejectus adeo praeceps ruit.*

276 NUNC HUNC, NUNC ILLUM] Vetus Codex legit *nunc huc, nunc illuc.* HORTENS. Nunc enim Asiae, nunc Europae largius indulget. GROT. *Hunc, illum* legitur in Editionibus Romana, Parmensi, Ascensii, Versell. Gryphii, Micylli, Hortens. ac Grotii, posteriorumque, & confirmatur Vossiano primo, & quarto, Regio primo & Marp. Ceteri scripti & editi habent *huc illuc. nunc huc, nunc illuc* apud Silium Lib. IV, 325. VII, 574. sed praestat *hunc* & *illum orbem* scilicet Europam & Asiam, quae passim *orbis uterque.* Similem Tanais descriptionem vide apud Valer. Flacc. IV, 724. & Dionys. Perieget. ejusque interpretes.

277 MAEOTIDAS] Msc. duo *Maeotidas* probe. BERSM. *Maeotidas* rescripsi pro *Maeotides* auctoritate Codicum Vossianorum quatuor, Oxon. pr. Hulsii, Amst. & mei. neque aliter jam ediderunt Veneti A. 1477. Ascensius, Beroaldus, & Micyllus; & ex suis Mstis scribendum esse, monuerunt Modius Novantiq. Lect. Ep. 65. & N. Heinsius ad Ovidii Ep. VII. Her. 145.

Non patrium Simoënta bibas, sed Tibridas undas.

ubi vide. *Spercheïdes undae* eidem L. VII. Metam. 230. Eodem modo forsan scribendum in Prisciano Perieg. 644.

Maeoti primi tangunt Maeotidas undas.

vulgo *Maeotidis.*

278 METIS] Huc usque venit Hercules, ibique portum Herculis Moeti (*Meneti* Voss. sec. forsan *Monoeci*, de quo I, 408. errore Scholiastae) condidit. SCHOL. *Herculeis aufertur gloria metis.* Imminuitur laus de Mediterranei maris immissione, qui etiam ab Euxino videtur oriri: nam semper in Propontidem fluit. Legimus tamen in extremis ripis Tanais apud Robolleros terminum esse itineris Alexandri Macedonis aris ab eodem impositis signatum. SULPIT. & OMNIBON. His addantur ea, quae Philippus Beroaldus recentius (T. I. Thes. p. 215.) ad hunc locum collegit dicens. Apud Lucanum in tertio Pharsaliae, versus est, quem nos primi, sicut multa alia, enodavimus, quod tamen sine arrogantia dictum sit. Lucani versum subjecimus, ut facilius nostra interpretatio, qualis sit, percipiatur. *Pontus & Herculeis aufertur gloria metis.* Qui hactenus Lucanum professi sunt, sic expoluerunt, ut dicerent, ita ab Alexandro magno positas fuisse in ponto Euxino aras pro metis terminisque expeditionum, sicuti ab Hercule in mari Gaditano columnae positae fuisse feruntur, nec quisquam est, qui non existimet, hoc à Lucano significari, & hanc sententiam optime quadrare. Sed profecto longe aliud est, quam quod opinantur; voluit enim Lucanus illorum scriptorum opinionem significare, qui maria omnia interiora nasci existimaverunt non à freto Gaditano, sicut plerique omnes affirmant, sed à ponto Euxino. Cujus opinionis haud improbabile argumentum est, quoniam aestus semper è ponto profluens nunquam reciprocatur ad eundem. Sicuti Solinus, & Plinius tradiderunt. Sensus itaque Lucani hic erit, pontum Euxinum auferre illam gloriam metis Herculeis, quae scilicet est vulgatissima, Herculem Abylam, quae in Africa est, & Calpen, quae in Hispania,

Oceanumque negat solas admittere Gades.
Hinc [a] Essedoniae gentes, auroque ligatas
Substringens, [b] Arimaspe, comas: hinc fortis Arius,
Longaque Sarmatici solvens jejunia belli
[a] Massagetes,

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *&* *Sidoniae*, *&* *Sithoniae*. b *Arimasphe* R. 2. V. 1.

nia, junctos olim colles diremisse, atque ita maria mediterranea admissa fuisse. Ideo autem pontus Euxinus auferre dicitur hanc gloriam Herculi, quia maria omnia interiora illo capite nascuntur, non à Gaditano freto, & ita haec gloria admissi intra terras Oceani, erit ponto Euxino, non Herculi adscribenda, quod expressius significare volens Lucanus subjunxit, *Oceanumque negat solas exmittere Gades*. Hanc unicam esse, veramque poëtae sententiam, diligens & subtilis lector agnoscet, si modo non sit aure neque hispida neque agresti. Haec ille. ubi legit non *admittere* sed *exmittere*. VERSELLAN. Ea scilicet, quod per columnas Herculis immissus Oceanus, mediterraneum mare alere videatur. Nam quia hoc quoque loco Maeotis palus immissa Ponto, idem illud mare auget, videtur etiam ipsa partem gloriae hujus sibi vendicare. Verbum igitur, *Aufertur*, pro minuitur, aut ex parte aufertur, exponendum. Id quod sequens versus declarat, qui *Oceanum*, inquit, *negat* (Pontus s.) *solas Gades admittere*. Quasi dicat: Hic quoque enim admitti aquas, quarum accessione ipsum mare alatur, ac constet. Appositive autem accipiendum Pontus, fretum torrens. Caeterum quod quidam hunc locum ad Aras Alexandri referunt, quas ille ad Tanaim fluvium constituisse traditur, finem ac terminum itineris sui videlicet, perinde ut Hercules columnas suas ad Gades. De eo ipsi viderint. Arrianus certe libro tertio, Tanaim eum, apud quem condita urbe Alexander monumentum itineris sui esse voluit, alium ab hoc, qui Asiam ab Europa dividit, & in Maeotim influit, esse dicit. MICYLL. Omnibonus, Sulpitius, & Ascensius suam sententiam hauserunt, ut solent, ex prisco Scholiaste. In Wittiano enim Codice legas ad verbum *metis* hoc modo, *quia Alexander columnas suas ulterius erexit, & sic deleta est gloria Herculis.* Solas. *sed etiam Alexandri.* Optime exposuit Beroaldus, quare merito Glareanus, Micyllus, ceterique interpretes eum sunt secuti. Non opus est tamen mutari *τ admittere*. vide nos ad Lib. 1, 421.

Molliter admissum claudit Tarbellicus aequor.

Amittere est in uno Voss. Ceterum pro *negat* est *negant* in quatuor Pulm. & sex meis Codicibus cum Ed. Veneta. ut non *pontus*, sed *undae* subintelligantur. de qua constructione egimus ad Lib. 11, 218.

280 HINC ET SIDONIAE GENTES] Ita quidem interpres legit, quasi Arimaspi à Sidoniis, sive Phoenicibus oriundi essent. Alii autem *Sithoniae gentes*, malunt, ut de Scythis, & aliis illis, qui Thraciae propinqui sunt, accipiatur. Est enim mons Thraciae *Sithon*. quam lectionem etiam ipse magis probarim. Nam & reliquae gentes, quas hic recenset poëta, ut Sarmatae, Geloni, Massagetae &c. pleraeque Thracibus vicinae sunt, Septentrionemque versus, partim Europam, partim Asiam incolunt. Caeterum & illa hoc loco (si modo integer hic locus) difficultas est, quod *Arimaspe*, vocativo casu ponitur, ἀνακόλουθως, cum nominativo praecedente. Aut igitur ἀντίπτωσιν dicamus, necesse est, aut, quod potius, ἀποστροφὴν esse. MICYLL. Quidam, *Sithoniae*, legendum censent. Sunt enim, ut Arimaspe, Septentrionales populi. Caeterum de Sidoniis, & Tyriis saepe à nobis dictum est. E Cilicia deflectentibus per oram maritimam in meridiem, Phoenicia occurrit. Ab Amanis montibus, Hirrapus, & littorales urbes, Seleucia, Laodicaea, Tripolis, Berytus, Sidon, in mari, Tyrus in Phoenicia, de quarum pulcherrimis inventis, quae à scriptoribus prodita sunt, alibi diximus. HORTENS. *Essedones. Et Sithoniae* Jacobus Bononiensis. *Et Sidoniae* C. V. O. G. F. *Essedones* P. L. Recte. PULM. Vulgatum *Sithonias* profectum est à Gryphio, & Stephano, quos reliqui sunt secuti. Jacobus autem Bononiensis T. 1. Thes. Crit. p. 672. non *Sithoniae*, sed *Scythoniae* legit, quia putabat, ex corruptis libris Thraciam antiquitus *Scythona* & *Scythonias gentes* dictas. Ceterum non putem ego, rectum esse *Sithonias* pro Thracicis, non quod Thracicae gentes non vocentur *Sithoniae* (hoc enim negari nequit. unde & *Sithonius Aquilo* &c.) Sed quod illi populi in Scythia ulteriore, & plane septentrionali jacentes Thracibus accenseri non possunt. Tum sane etiam Moesia, Dacia, Illyris, ceteraeque vicinae regiones *Thracia* dici possent. Neque in genere Scythas voluisse Lucanum intelligere, patet ex vs. 265. ubi jam nominat *Erran-*

[a] Massagetes, quo fugit, equo, volucresque [b] Geloni.
Non, cum Memnoniis deducens agmina regnis
Cyrus,

VARIAE LECTIONES.

a *Massegetes* meus. b *Gelones* V. 1.

rantes Scythiae populos. Reliqui Editi & MSS. fere omnes, (nullus certe *Sithoniae* habet) *Sidoniae.* quod non esset sumendum de Tyriis, qui ad meridiem jacent, & de quibus jam dictum vs. 217.

Et Tyros instabilis pretiosaque murice Sidon.

Sed de Basternis. nam in illis *Sidonas* recenset Strabo Lib. VII. p. 306. Forsan etiam malit quis *Sindoniae*, quae gentes aliis *Sindi* dicuntur, & *Sindones.* ut Mel. L. I. c. 19. *Jam in confinio Maeotidis Sindones.* Sed quid de vera lectione dubitandum amplius? cum Pulmannus in duobus MSS. invenerit, *Hinc Essedones*, ut & edidit. In Fragm. Lutet. ad S. Germanum *Hinc Issidoniae.* in uno Vossiano *Hinc Esidoniae.* Unde confidenter in textu reposui *Hinc Essedoniae.* quomodo felicissime emendarunt Ill. Heinsius ad Valer. Flacc. L. VI, 95. *Hinc & Sidonicas* &c. G. Vossius ad eumdem vs. 750. *Essedoniaeque phalanges. Essedonas* Arimaspis quoque jungit Mela L. II. c. I. *Arimaspi ab iis Essedones usque ad Maeotida.*

281 ARIMASPE] Gens in Ponto, quae de auratis baltheis (*bracteolis* Voss. sec.) ornamenti vice comas ambit. SCHOL. Certum est, in vocativo casu esse hoc nomen sumendum, ut positum à Lucano per ἀποστροφὴν & λόγου μετάβασιν. Sic Lib. I, 30.

Non tu, Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor Poenus eris.

& passim apud nostrum, & alios. Quamvis clarius esset locutus, si addidisset *tu*, vel verbum quoddam, quale in hac tota recensione à versu 269. non comparet. Vocatur hic populus *Arimaspus*, & in plurali *Arimaspes.* quod si etiam in plurali invenirentur *Arimaspae*, ut *Dalmatae*, *Galatae*, scribi posset *Arimaspa* in vocativo, ut *Dalmata*, *Galata.* Adfert Doctissimus Holstenius duo loca, in quibus esset accusativus *Arimaspas.* Unus est Melae Lib. II. c. I. Sed Clar. J. Gronovius ibi scribendum putat *Arimaspos* ad Lib. I. cap. ult. §. 83. Alter est Orphei Argon. 1096. Ἀριμάσπας ἔθνη. verum cum illic ας corripiatur, videtur potius esse à nominativo Ἀριμάσπης, quam Ἀριμάσπας: tunc enim debuisset produci. Addo ego Avienum in descript. Orbis vs. 55.

Belligeratores nutrit tellus Arimaspas.

sed & illic potest derivari ab *Arimaspes.* Item Priscian. Perieg. 40.

- - *gens fervens Arimaspa sub armis.*

ubi tamen posset adjectivum esse à masculino *Arimaspus.* quare tutius erit, vulgatam retinere lectionem.

281 ARIUS] Hispaniae populus. SCHOL. Plin. lib. VI. & Strabo lib. undecimo. Item Herodotus in Catalogo Xerxis, *Arios* inter Orientales recensent, Parthis vicinos, & Indis, Ἀρίους que per ι, simplex scribunt. Stephanus autem in voce Ἄρειος πάγος, inter Thracenses pagos, sive campos Ἄρειον ponit, media diphthongo scriptam, ἔστι καὶ Θρᾴκης, inquiens, ἔρημον πεδίον χαμαιπετῆ δένδρα ἔχον. ὡς Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ &c. Quod hic annotare libuit, si quis forte poëtam putet ad hoc nomen magis, quam ad illud respexisse. MICYLL. Non hic intelligendus est Hispaniae populus, neque ignota gens pagi, seu campi Thracici: neque etiam *Arii*, sive *Ariani* Persidis versus Indiam gens, ut putarunt veteres commentatores. Versatur in septemtrionalibus noster. praeterea si loqueretur de *Arianis*, debuisset secundam syllabam corripere. Nam Graece vocantur Ἄρειοι. Thracici pagi ignotam gentem nihil moror. Nullius illa momenti ad hoc bellum foret. Innuit autem Lucanus populum Colchis vicinum, qui inhabitabant insulam *Ariam*, vel *Aream.* Ἀρεία enim seu Ἀρείας νῆσος πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ. τὸ ἐθνικὸν τὸ Ἄρειος testante Stephano. Plura Is. Vossius habet ad Melam Lib. II. c. 7. *Non longe à Colis Aria, quae Marti sacrata.* unde noster *Ario* addit Epitheton *fortis.* de quo Lucani more diximus ad L. I, 214. Verum si venit à Graeco Ἄρειος, debuisset efferri *Areus.* Graecorum enim ει apud Latinos fit *e*, si producatur; mutatur in *i*, si corripiatur. Vide Priscian. Lib. II. Col. 587. Bentlej. ad Horat. Ep. II, 16. N. Heinsium ad Ovid. Metam. I, 579. X, 644. XII, 262. aliosque & ad Lib. VI, 367. Praeterea Philosophus ille, qui Graece Ἄρειος dictus est, Suetonio in Aug. c. 89. & Senecae Consol. ad Marc. c. 4. *Areus* vocatur. Ovidius quoque Lib. XII. Met. 310. cujusdam Arei meminit. Atque ita scribendum hic esse ob differentiam τῶν *Ariorum*, plane putarem: nisi Priscianus expresse hunc locum citasset, ut ostenderet, hanc, quam dixi regulam, à poëtis interdum negligi. Vide ibid. c. 588.

283 MASSAGETES &c.] Gentes sunt in ultima Ger-

Cyrus, & effusis numerato milite telis
Descendit, [a] Xerxes, fraternique ultor amoris

[a] Aequora

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Perses.*

Germania. *Jejunia* &c. ut Virgilius.

Et lac concretum cum sanguine potat equino.

SCHOL. Locus est L. III. Georg. 4, 463. de Gelonis. ubi videndus omnino La Cerda ibidem docens, affinibus populis hoc moris fuisse. De Massagete etiam Claudianus, quem hic citarunt jam interpretes L. I. in Rufin. 311.

Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes.

Addit autem noster, *quo fugit*, ut ostendat, id ab illis non semper fieri, sed tantum in rebus adversis & inopia, & *longo jejunio.* solvunt ergo jejunia sanguine equino post longam famem, & sitim, quam exempli gratia in fuga pati debuerant. Est vir doctus, qui hic malit, *quem fugit.*

284 MEMNONIIS] Comparatio à minori fit. Dicit autem, non tot cum illo fuerunt, quot nunc sunt cum Pompejo. *Memnoniis* à Memnone Aurorae filio. SCHOL.

284 MEMNONIIS] *Maeoniis*, quidam habent, sed non placet. Caeterum, nimia hyperboles licentia hic poëta utitur, de exercitus Pompejani numero, qui non decimam Xerxiani exercitus habuit partem. Negatio autem hic initio posita durat in sex sequentia carmina. In septimo versu, à nomine *Tot*, nova incipit sententia, nihil ad priora attinens. In eodem item versu, pro participio *missura*, Antonius Sabellicus legit, *mixtura.* Sed potest & *missura* legi ad *ruinae.* GLAREAN. *Maeoniis.* Omnibonus *Memnoniis*, legit, ut de Orientalibus accipiatur, & de eo bello, quo Cyrus Babylonem expugnavit, ac cepit. De quo Herodotus lib. I. Mox pro *Perses*, idem *Xerxes* legit, proprium pro gentili videlicet reponens. Sed ego nihil difficultatis in *Perse* video. MICYLL. *Memnoniis.* Sic habet vetustus codex, non *Maeoniis.* Orientalibus. Fuit hic Memnon Tithoni, & Aurorae filius, Priami ex fratre Tithono nepos. Priamus enim, & Tithonus ἀμφιμήτορες fuere, hoc est, ex uno patre quidem Laomedonte, sed diversis matribus: Priamus ex Leucippe Tithonus ex Strymo: vel (ut alii) Rhaeo, quae Scamandri credita fuit. Ex Tithono, & Aurora procreatus fuit Memnon, qui in bello Trojano res Priami fortiter juvit, atque ab Achille caesus fuit. Quidam Graecorum authores sunt, hunc Aethiopibus quidem imperasse, at non fuisse Aethiopem, sed ad Susa Persica, & amnem Choaspen omnibus illis populis praefuisse: & Susa à Tithono, sed verius à Memnone, condita fuisse, juxta Choaspen cum ponte, id quod etiam Strabo testatur. Plinius tamen à Dario Histaspis filio positam credit, cujus arcem Eleus fluvius circumeat. CCL. M. pass. à mari. Graecorum quidam scriptores produnt, Susorum arcem, Memnonium vocari: ipsos Susios, dici Cissios, à Cissia Memnonis matre, ut ab Aeschylo nuncupatur: Affirmat & Plinius, Memnonem regnasse in Aethiopia, usque ad bellum Trojanum. Huic ferunt nigram statuam dedicatam in Templo Serapis, Thebis Aegyptiis, quae quotidiano Solis exortu, ejus radiorum contactu crepitabat, ut eadem (velut à nonnullis proditum est) surgente Aurora, matrem salutare, decedente verò, queri videretur. Cornelius Tacitus lib. Annalium 2. author est, *Memnonis saxeam effigiem Solis radiis ictam, vocalem sonum edere.* Sed & ejusdem sepulchrum in agro Ptolemaidis prope Belum amnem ostenditur, sed verius creditur in Ilio sepultus, ubi periit. Quare omnibus annis eo ex Aethiopia aves convolant, confligiuntque, quas ob id Memnonias, sive Memnonidas dixerunt. Addunt classici authores quiddam magis mirum, hoc ipsum easdem facere quinto quoque anno, stato die, in Aethiopia ad Memnonis regiam. Memnonis in sui nominis avem mutati fabula extat apud Ovid. Metamor. XIII. Sed Joannes Tzetzes tradit, eum ad Trojam quidem caesum, sed domi sepultum fuisse. Carmen inscribitur περὶ στήλης τοῦ ἐν ταῖς Αἰγυπτίαις Θήβαις Μέμνονος.

ὁ Μέμνων παῖς ἦν Τιθωνοῦ τοῦ ἀδελφοῦ Πριάμου
Ἐξ Αἰθιόπων ἐπελθὼν σύμμαχος Τρώων γίνεται.
Ἀνῄρητο τῇ μάχῃ μὲν χερσὶν ἐξ Ἀχιλλέως.
Ἐν τῇ πατρίδι δὲ ἀπαχθεὶς ἐτάφη τῇ οἰκίᾳ, &c.

Proinde *Memnoniis* legendum, hoc est, Persicis, ac Susianis. HORTENS. Male de Lucano meritus est Sulpitius, qui tot turbas saepe dedit; ut hic in *Memnoniis.* quae vera Lucani est manus, manuscriptis & editis primis comprobata: nisi quod in nonnullis, & *Mennoniis*, & *Menoniis.* pro quo ille, eumque secuti Ascensius, & Versell. substituerunt *Maeoniis*, dativo casu, pro *in Lydiam.* per *Memnonia* regna intelligit Persida, & in specie urbem regiam *Susas*, quae Μεμνόνειον ἄστυ vocata est. De

 qua

[a] Aequora [b] cum tantis percussit [c] classibus, unum
Tot reges habuêre ducem. coiêre nec umquam
Tam variae cultu gentes, tam dissona vulgi
Ora. tot inmensae comites missura ruinae
Excivit populos, [d] & dignas funere Magni
Exsequias Fortuna dedit. non corniger [e] Hammon
Mittere [f] Marmaricas cessavit in arma catervas:
Quidquid ab occiduis [g] Libye patet arida Mauris,

Usquè

VARIAE LECTIONES.

a *aequor* V. 1. b *non* meus V. 1. a m. pr. c *cladibus* B. 2. V. pr. a m. pr. d *sed* V. tert. e *Hamon*, *Amon* MSS. quidd. f *Marmoricas* Marp. *barbaricas* Reg. pr. a m. pr. g *Libyae* multi MSS. & Edd. vitiose.

qua an non loquatur Propertius L. 1. El. 6.

Cum quo Rhipaeos possim transcendere montes,
Ulteriusque domos vadere Memnonias.

dubitat Turnebus. Sed malim cum Salmasio in Plinian. Exerc. p. 612. intelligere *Aethiopiam*. Nam septemtrioni opponit meridiem.

285 EFFUSIS NUMERATO] Consuetudinem dicit hanc fuisse Persarum, ut procedentes ad bellum singulas sagittas extra urbem loco certo dirigerent; cum omnes post finitum proelium redirent, singuli singulas tollerent, ut ex his, quae remansissent, occisorum numerus inveniretur. SCHOL. Herodotus lib. septimo, alterum quoque modum commemorat, quo exercitum suum numeraverit Xerxes. Verba ejus sunt: Σύμπαντος δὲ τῆς στρατιῆς τῆς πεζῆς τὸ πλῆθος ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες. ἐξηρίθμησαν δὲ τόνδε τὸν τρόπον. συναγαγόντες ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ συνάξαντες ταύτην ὡς μάλιστα εἶχον περιέγραψαν ἔξωθεν κύκλον, περιγράψαντες δὲ καὶ ἀπέντες τοὺς μυρίους, αἱμασιὴν περιέβαλον κατὰ τὸν κύκλον, ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς τὸν ὀμφαλόν. ταύτην δὲ ποιήσαντες ἄλλους ἐσεβίβαζον ἐς τὸ περιοικοδομημένον. μέχρις οὗ πάντας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξηρίθμησαν. MICYLL. Hunc modum Cyro tribuit Glossator Vossiani secundi, cujus verba nimis longa huc transcribere, nulli usui foret.

286 XERXES] *Perses*, hoc est, *Xerxes*. Nam vetustus codex manu exaratus, *Perses* legit. HORTENS. *Perses*. Omnino legendum *Xerxes* cum MSS. Tres enim duces nominat, Cyrum, Xerxem, Agamemnonem. GROT. Ed. sec. Omnino legendum *Xerxes*, ut in Manuscriptis. Nam & Cyrus Persa erat. Tres hic referuntur magnorum exercituum duces, Cyrus, Xerxes, Agamemnon. IDEM. Ed. tert. *Xerxes* edidi, secutus Omnibonum, Gryphium, Stephanum, & Grotium. Confirmant eam lectionem Regius primus, Marpurgensis, unus Vossianus; in Vossiano tertio suprascriptum *Serses*, quod est *Xerxes*. nam sic & Lib. 11, 672. pro *Xerxem* in multis est *Sersem*. quae & caussa est mutationis, ut illic quoque accidit. in uno enim suprascriptum *Persem*.

286 ULTOR] Agamemnonem dicit, qui mille naves duxit ad Trojam propter Helenam, Menelai fratris uxorem. SCHOL.

287 UNUM] Msc. *imum* male. BERSM.

290 MISTURA] Praeferendum *missura*, consentiente manuscriptorum auctoritate. GROT. Ed. sec. Correxit itaque se ipse Grotius; nam solus ille ex conjectura Sabellici T. 1. Thes. Crit. p. 183. edidit *mistura*; quod dein in ipsius, posterioribusque editionibus remansit. Nos veterem lectionem, comprobatam omnibus Mstis, praeter variantem lectionem Voss. secundi, revocavimus. Fortuna Pompejo misit comites ruinae inmensae. Porro hunc locum imitatus est Claudianus Lib. 11. in Rufin. 106.

- - - numquam tantae ditione sub una
Convenere manus, nec tot discrimina vocum.

292 HAMMON] Harenosus Juppiter, qui apud Libyam colitur cum arietinis cornibus. Hic Dionyso, in Syrtibus prae siti laboranti, in specie arietis apparuit, & fontem utpote filio ostendit. SCHOLIAST. Cum aspiratione hic & infra, cum aliis viris doctis scripsi fide optimorum MSS. ut hoc loco, Regii utriusque, Vossiani primi, sec. & Amst. Voss. sext. *Hammo*. V. ad L. 1, 305.

293 MARMARIDAS] *Marmaridas* alii, alii *Marmaricas*, legunt. Prior tamen lectio fortassis melior. Sunt autem Marmaridae Libyae populus, ejus, quae *Mareotes* dicitur. Ut Plinius lib. v. cap. 6. Strabo autem lib. XVII. de Catabathmo mentionem faciens, μέχρι δεῦρο γάρ ἐστιν, inquit, ἡ Αἴγυπτος, ἡ δ' ἑξῆς ἐστὶ Κυρηναία, καὶ οἱ περιοικοῦντες βάρβαροι, Μαρμαρίδαι. MICYLL. *Marmaricas*. Sic duo vetustissimi codices legunt, non *Marmaridas*. Ptolemaeus

Usque [a] Paraetonias Eoa ad litora Syrtes.
Acciperet felix ne non semel omnia Caesar,
Vincendum pariter Pharsalia praestitit orbem.
Ille ubi deseruit trepidantis moenia Romae,
Agmine nubiferam rapto [b] superevolat Alpem:
Cumque alii famae populi terrore paverent,
[c] Phocaïs in dubiis ausa est servare juventus
Non Graja levitate fidem, signataque [d] jura,

Et caus-

VARIAE LECTIONES.

a *Pharetonias* V. 1. R. 1. meus Edd. Rom. Parm. Ven. *fareton* R. 1. b *supervolat* A. c *Focaïs* W. d *rura* A.

lemaeus author est, Marmaricae Libyae nomine censeri Cyrenaicam, ad maiorem usque Syrtim porrectam. HORTENS. Non male Sulpitius, & Micyllus ediderunt *Marmaridas*. Populus vocatur *Marmaridae* unde regulariter femininum *Marmarides*. sed nihil juvant hoc loco scripti; neque Lib. VI, 309.

Nec juba Marmaricas nudus pressisset harenas.

in uno est *Marmaridas*, ut suo loco videbimus. Consule, quae dicta sunt ad vs. 277. V, 214.

294 PATET] Msc. *dedit*; pro quo tamen reponit *patet*. BERSM.

295 PARAETONIAS] Ab oppido, quod juxta Syrtes est, quae sunt prope Catabathmion montem. qui locus Africam mittit ab Aegypto. scilicet non cessavit mittere catervas in arma. SCHOL.

296 SEMEL OMNIA] Vet. Cod. *super omnia* habet. HORTENS. Plerique libri *simul*. BERSM. Male ait Bersmannus, in plerisque libris legi *simul*. nam id tantum inveni in Editione Heredum Gryphii, & qui eam expressit, Maittaire. Ceteri omnes cum Mstis *semel*, praeter Marpurgensem & Hulst. à manu secunda. Nos diceremus, *eens voor al*. amat autem hanc locutionem Lucanus. Lib. I, 317.

Ille semel raptos numquam dimittet honores?

II, 147.

- - - - - - - - *semel omnia victor*
Jusserat.

VII, 234.

- - - - - - - - - *sanguine mundi*
Fuso, Magne, semel.

VIII, 707.

- - - - - - - *semel inpulit illum*
Dilata fortuna manu.

Et ita alii frequenter. Vide Lucret. L. I, 50. Passerat. ad Propert. L. IV. p. 693. Burmann. ad Quinctil. Instit. Orat. L. I. c. 2. Haverkamp. ad Tertull. Apolog. c. 9. Vindicanda haec vox etiam Statio L. I. Silv. Carm. ult.

Quos natura brevi Statii peracto
Nodosum semel in globum ligavit.

quo loco Livinejus *simul* reponere frustra conatur, ad Propert. L. IV. El. 9.

299 RAPTO] Duo MSS. Bersmanni, & Vossianus *rapido*, i. e. celeri, veloci. Tacitus Lib. II. Hist. c. 30. *Anteire signa, urgere signiferos, rapido agmine Caecinae junguntur.* & passim *rapidus cursus, rapidum iter.* sic vs. 336. Nihil tamen mutandum. *rapto* habet quoque Priscian. c. 757. noster L. IV, 34.

- - *rapto tumulum prior agmine cepit;*

ubi eodem modo variatur. IV, 717.

- - - - - *rapit agmina furtim.*

Rapere cursum L. III, 116. V, 403. Stat. L. V. Theb. 591. *Raptum iter* IV, 150. VI, 121. &c. Adde Tennulium ad Frontin. L. I. Stratag. cap. 4. §. 9. N. Heinsium ad Ovid. Epist. Her. XIX, 74. Drakenb. ad Silium L. XVII, 172.

301 PHOCAÏS] Graeca derivatio. Phocaea civitas Graeciae, unde profugi Graeci, alii delati sunt in Italiam, alii ad Massiliam civitatem, in qua juventus est, de qua nunc loquitur. SCHOL. De Phocensibus, & origine Massiliae Justinus libro quadragesimo tertio tradit. Strabo libro quarto. Caetera apud Caesarem vide in Commentariis, libro secundo. MICYLL.

302 GRAJA LEVITATE] Quia Graeci leves, & instabiles sunt, ac facile mutantur. Ergo illi contra morem suae gentis fecerunt, fortiter in fide stantes. SCHOL.

302 SIGNATAQUE JURA] Foedera cum P. R. sancita. Fr. Modius mavult *sacrataque jura* BERSMANN. Novant. Lect. Ep. 65. è suis scilicet mem-

Et caussas, non fata, sequi. tamen ante furorem
Indomitum, duramque viri deflectere mentem
[a] Pacifero sermone parant, hostemque propinquum
Orant, Cecropiae praelata [b] fronde Minervae.
Semper in externis populo communia [c] vestro
Massiliam bellis testatur fata tulisse,
[d] Comprensa est Latiis quaecumque annalibus, aetas.
Et nunc, ignoto si [e] quos petis orbe triumphos,
Accipe devotas externa in proelia dextras.
At si [f] funestas acies, si [g] dira paratis
Proelia discordes, lacrimas civilibus armis,
Secretumque damus. tractentur vulnera nullâ

Sacra

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Pacifico.* b *fronte* H. A. Ed. Ven. c *nostro* V. 1. d *compressa* B. 3. V. 2. W. H. A. *comprehensa* meus (in quo hic versus praeponitur τῷ *Massiliani* &c.) Ed. Hort. e *quo* V. 1. f *funereas* V. 1. g *dura* H. A.

membranis, adducitque locum Silii.

Sacrata gens clara fide.

Propius faceret Cicero Lib. III. de Offic. c. 26. ubi ita Ajax de Ulixe.

Quod ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepset malitiosam audaciam,
Fide sacratum jus perpetuo falleret.

Virgil. II. Aen. 157.

Grajorum sacrata resolvere jura.

Ovid. L. x. Metam. 321.

Di, precor, & pietas, sacrataque jura parentum
Hoc prohibete nefas.

Sacra jura eidem Ep. Her. XVI, 320. *Sacrum foedus* nostro VIII, III. adde Turneb. Adversf. L. VI, 21. & saepe. *Sacra* itaque & *sacrata jura* sunt sancita, inviolabilia, sed idem notant *signata*, quod in ceteris omnibus est Codicibus, cujus glossa est τὸ *sacrata*. Varro in fragment. p. 114. Ed. Dordr.

Signata sacra esse desierunt, postquam
Homines sunt facti.

Hic autem amplius per *signata jura* intelligit foedera, quae cum Massiliensibus, & populo R. contracta, sancita, & ab utrâque gente signata sunt, ut bene capiunt Interpretes. Claudian. Lib. I. in Eutrop. 379.

Germanis responsa dabat, legesque Caïcis,
Arduus, & flavis signabat jura Suëvis.

303 CAUSSAS, NON FATA] Sc. non qui vinceret, sed qui justius dimicaret. SCHOL.

305 PACIFICO] Mscr. *pacifero:* h. e. missis de pace legatis. BERSM. Exhibui *pacifero*, quia id praeferunt quoque MSS. quinque Pulmanni, & Variantes Lectiones Stephani; & ego inveni in Regio primo, Vossiano secundo, & tertio, Wittiano, & Editione principe Romana, ac Parmensi, non *pacifico*. Sermonem intelligit Lucanus, qui pacem portabat, non bellum; ut olim in sinu Carthaginiensibus ferebat Scipio. Sic *Pacifer Apollo* apud Sponium Misc. sect. III. p. 86. *Pacifer Hercules* in nummis, ac praesertim, quod huc quadrat, *Pacifera Minerva.* Vide Reines. Inscript. Cl. I. N. 228. & Ill. Spanhemium ad Callimachum p. 600. & quis nescit Virgilii locum? L. VIII. Aen. 116.

Paciferaeque manu ramum praetendit olivae.

305 PROPINQUUM] In vetusto Cod. *furentem*, non *propinquum*. HORTENS. Male: nam *furorem*, & *mentem* in fine proxime praecedentium versuum occurrit.

306 CECROPIAE] i. Atheniensis, quas condidit Cecrops. Ideo *Cecropiae*, quia hanc sibi Minerva civitatem defenderat, olivam ibi producendo, dum Neptunus equum produxisset. *fronde* i. olivae ramo. SCHOL. *Cecropiae.* Msc. *Cecropidae.* perperam. BERSM. Tunc enim deberet esse *Cecropidis* vel *Cecropidos.*

307 EXTERNIS] Bene addidit, *in externis* i. alienis, ut civilibus bellis auxilium ferre non debeant. SCHOL. *Externis.* Msc. *extremis* (Hulst. item, & Witt. a m. pr.) male. BERSM. Vide insignem locum Ciceronis de Offic. Lib. II. cap. 8. *Portari in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea*

urbe

Sacra manu. si coelicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenae [a] tentarent astra gigantes,
Non tamen auderet pietas humana vel armis,
Vel votis prodesse Jovi: [b] sortisque deorum
Ignarum mortale genus, per fulmina tantum
Sciret, adhuc coelo solum regnare Tonantem.
Adde, quod innumerae [c] concurrunt undique gentes;
Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Ut gladiis egeant civilia bella coactis.
Sit mens ista quidem cunctis, ut vestra recusent
Fata, nec haec alius committat proelia miles.
[d] Cui non conspecto languebit dextra parente?

Telaque

VARIAE LECTIONES.

a *temptarent* MSS. & Edd. quidd. b *fortisque* Ed. Ven. c *concurrant* A. d *cui non* hic versus sequenti postponitur in V. 1.

urbe triumphari, sine qua numquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. BROUKHUS.

308 MASSILIAM] Hic & Lib. v, 53. in Bersmanni Msc. & mox vs. 360. in Wittiano a m. pr. est *Massaliam.* i. e. *Μασσαλίαν.* quod monendum, licet mihi non placeat. Graecum enim *α* mutant Latini in *i.* Vide Berneccer. ad Justin. L. IV. c. 3. & quos laudavi ad Obseq. c. 92. *Aetnae incendio Catina consumpta.* Nisi dicamus, Lucanum poëtice Graecam retinuisse pronunciationem. quomodo à Silio retentum est *Catana* Lib. XIV, 196. ubi consule notas. Sed tunc scribi praestaret *Massalian.* quo facit Ed. Ven. *Massilian.*

309 ANNALIBUS] Annales libri sunt, qui continent actus singulorum annorum. SCHOL.

310 IGNOTO] Longe posito. *externa* sed non civilia. IDEM.

313 DISCORDES] Discordes sunt lacrimae, quando laesi à civibus cives deflent. IDEM. At hoc non pertinebat ad Massilienses. male distinxit locum Scholiastes. *vos, discordes Romani* est sensus.

314 SECRETUMQUE DAMUS] Exponit Scholiastes per *fidem:* vel *secernimus nos à vobis,* & amplius in Vossiano pr. adduntur haec sequentia. *Ab eo quod sequitur id quod praecedit. Praecedit enim fides, ut subsequatur secretum. unde & manu velata panno fidei sacrificabant Antiqui, ostendentes fidem secretam esse debere.* quae posteriora verba ex Servio videntur esse desumpta ad Virgil. Aeneid. 206. *Cana fides.* Hunc ritum docet clare Livius L. I. c. 21. *Fidei sollemne instituit. ad id sacrarium flamines bigis, curru arcuato vehi jussit, manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere.* Verum illa huc non pertinent. Melius explicant commentatores *secretum* per secessum, receptaculum civium à civili bello discedentium. Non multum dissimilis est Taciti locus Lib. III. Histor. c. 63. *Secreta Campaniae offerre, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset.* ubi Rhenanus legit *secretum.* quia in Bud. Cod. est *secretam.*

315 SACRA] i. e. exsecrabilia. SCHOL.

321 INNUMERAE] Primo dicit, quod non debeant (*habeant* Voss. sec. f. *audeant*) dimicare; modo dicit, quod etiamsi dimicent, nihil prosint. IDEM.

323 EGEANT C. B. COACTIS] i. e. nec tam innocentes sunt homines, ut civilibus bellis desint, qui cupiant dimicare. Acsi diceret, non esse necesse, ut cogatur quis ad civile bellum, quia omnes pene sponte conveniunt. IDEM.

324 ISTA] *Δεικτικῶς* dicit. sensus est: Utinam ista voluntas, quae in nobis est, sit in cunctis; scilicet ut recusent vestra fata, & nolint bellare. IDEM.

325 NEC HAEC ALIUS] sensus hic est: Absit, ut civili proelio miles intersit, nisi Romanus, qui viso patre vel fratre subsistat; nam adventitius, nemine suorum viso, Romanum sanguinem fundere gestiet. IDEM.

325 ALIUS] Praeter cives. Msc. *alii* perperam. BERSM.

325 COMMITTAT PROELIA] Bona, & frequens locutio *Committere proelium.* Verum cum invenuste repetatur statim *committitis,* non spernenda, immo admittenda videtur lectio, quae est in veterri-

Telaque diversi prohibebunt [a] spargere fratres.
Finis adest rerum, si [b] non committitis illis
Arma, quibus fas est. [c] nobis haec summa precandi;
Terribiles aquilas, infestaque signa relinquas,
Urbe procul, nostrisque velis te credere muris,
Excludique sinas, admisso Caesare, bellum.
Sit locus exceptus sceleri, Magnoque, tibique
Tutus, [d] ut, invictae [e] fatum si consulat Urbi,

Foe-

Variae Lectiones.

a *mittere* B. 1. b *nunc* V. tert. c *haec nobis* P. 2. B. 1. W. H. A. meus. d & P. 2. H. & pro var. lect. *uti* e *si fas.* Edd. Asc. Vers. Mic. Hort.

terrimis membranis, Vossiano primo, ut & in secundo a m. prima, *comitetur* i. inmisceat se, ut socius, & commilito. Quamvis sciam, non insolens esse etiam Lucano eamdem vocem paucos post versus iterare. Propert L. II. El. 6, 15.

Quod mea si teneras comitarent castra puellae.

ubi vide Passer. supra L. I, 269.

- - - - - Vicinaque signa petentes
Audax venali comitatur Curio lingua.

328 Finis &c.] A contrario facit declamationem. *si committitis* i. e. si vultis eos dimicare, quibus fas non est, i. e. non licet, scil. nobis, finis adest rerum i. civilium bellorum. *Aliter.* si non committitis arma, quibus fas est. i. externis gentibus, quibus fas est contra Romanos dimicare. SCHOL. *Quibus fas est.* Id est, his, qui putant, sibi licere bellum gerere civile, sine quibus necessario bellum civile interibit. GROT. Ultimam Scholiastae expositionem unice veram esse arbitror, quam receperunt quoque Omnibonus, Sulpitius, & Ascensius, qui ait recte. *Finis adest belli civilis, si non committitis arma externis, quibus fas est suscipere arma; quia concives propter consanguinitatem, & affinitatem non diu gerent inter se bella.* Alii aliter hoc exponunt, sed male.

329 Summa] Hoc scilicet solum deprecamur. SCHOL.

333 Exceptus sceleri] In quo scelus non sit admissum. IDEM. *Exceptus* hic est exemptus, separatus à scelere, ἐξαίρετος. Virgil. Lib. IX. Aen. 270.

- - ipsum illum clipeum, cristasque rubentis
Excipiam sorti, jam nunc tua praemia, Nise.

334 Invictae si fatum] Hoc, & sequenti versu in optimo Codice Regio primo pro *si* scribitur *sic.* Certe non male. ut sit notissima illa formula optantium, & bene precantium. & in parenthesi haec legantur.

Tutus, ut (invictae fatum sic consulat urbi
Foedera sic placeant) sit, quo veniatis inermes.

Nonnihil tamen haec lectio offendit aures meas. Eligat subtilioris judicii lector. Quod autem dicat *sit, quo veniatis inermes*, plane est ex more, & veteri instituto Massiliensium; de quo ita Valer. Maximus Lib. II. c. 6. Ex. Extern. 9. *Sed ut ad Massiliensium civitatem revertar: intrare oppidum eorum nulli cum telo licet, praestoque est, qui id, custodiae gratia acceptum, exituro reddat, ut hospitia sua, quemadmodum advenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint.*

338 Felicibus] Terret Caesarem juventus, ut nollet sibi infelices jungere. SCHOL. Haec autem omnia falsissima sunt. Fuerunt enim felicissimi, & totum illum litoralem tractum sibi subjugaverunt. Nimis haec ergo ex persona quidem Massiliensium extenuat, & invertit Lucanus. Acerbe hinc in auctorem invehitur summus Scaliger in Prolegom. ad Manilium p. 16.

340 Phocidos] Hanc habuerunt antea civitatem; unde profugi Massiliam condiderunt. Ideo dixit *translatas.* SCHOL. Non *Phocidos*, sed *Phocaeensium* Ioniae, quorum urbs Phocaea erat in Asia, unde ab Harpago Cyri praefecto temporibus Prisci Tarquinii pulsi eo, quo supra retulimus casu, Romam venerunt, & cum Romanis Tiberinum ostium ingressi amicitiam junxerunt, ut supra initio catalogi multis retulimus. De horum Phocaeorum rebus Herodotus in Clio refert. Longe vero post, ut paulo ante commemoravi, à Xerxe, Phocensium in Graecia civitates dirutae fuerunt. In unum tempus aliquot urbium conditiones inciderunt, regnante Romae Tarquinio Prisco. Perinthus in Propontide fuit condita, quae Heraclea post multas aetates fuit appellata. Camarina in Sicilia à Syracusanis: & Massilia in ora Galliae. *Glareanus* hunc locum erudite pensiculans, convellit

Sul-

Foedera si placeant, sit, [a] quo veniatis inermes.
Vel, [b] cum tanta vocent discrimina Martis Hiberi,
Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerum,
[c] Nec [d] momenta sumus: numquam felicibus armis
Usa manus patriae primis [e] à sedibus exsul,
[f] Et post translatas exustae [g] Phocidos arces,
Moenibus exiguis alieno [h] in litore tuti,
Inlustrat quos sola fides, [i] si claudere muros

Obsidione

VARIAE LECTIONES.

a *qua* B. 1. b *sit. vocant* B. 2. *vocant* Ed. Br. c *non* B 1. Edd. Asc. Vers. Mic. Hort. d *monimenta* V. 1. a m. pr. e è B. 1. V. pr. sec. f *at* A. g *Focidos* V. 2. W. h *in* deest in A. i *sic* Ed. Bersm.

Sulpitium, qui Phocidos, hoc loco, arces, à Xerxe exustas scribit, intelligens eam, in qua Delphi sunt, ut meminimus, atque inde constituisse in novas sedes commigrare: quasi Phocaeenses, inquit, à Xerxe pulsi sint ex Aeolide, cum longe antea pulsi sint. Sed ut lector etiam hunc locum à Romanis vitiatum intelligat, haec, & ad rem pertinentia, & multum lucis historiae adferentia annotare placuit. *Phocaea* Ioniae, ut Strabo, sive Aeolidos, ut Ptolemaeus perhibet, in Asia urbs est. Unde denominativum Φωκαιεύς *Phocaeus*, trisyllabum: Latine *Phocaeenses* tetrasyllabon. Ab hac urbe venere Massilienses in Galliam Narbonensem, pulsi ab Harpago Cyri praefecto, ut ex Herodoti lib. 1. habetur, longe ante Xerxis in Graeciam adventum, quippe Olympiade quinquagesima quinta. Spatium intermedium annorum 68. plus minus, quod propter Sulpitii expositionem apposuimus, qui Phocaeenses à Xerxe pulsos existimavit. De hisce Phocaeensibus est adagium, Φωκαιέων ἀρὰ, id est, Phocaeensium execratio, de qua oppido eleganter Epodῶν lib. Ode 16. Flaccus.

Nulla sit hac potior sententia Phocaeorum,
Velut profugit execrata civitas.

Ubi vel synerefis, vel diphthongus propter vocalem sequentem brevis, ut saepe apud poëtas tum Graecos fieri solet. In Graecorum authorum exemplaribus, Φωκαεύς, vel Φωκεύς, item Φωκέων, pro Φωκαιεύς, & Φωκαιέων, reperias librariorum errore, ut videre est apud Strabonem. Haec de ea urbe, unde Massilienses originem traxere. Phocis vero regio est, non urbs, vel oppidum: & Graeciae, non Ioniae, vel Aeolidis. Denique in Europa, non in Asia proximè Boeotiam, in qua regione Delphi oppidum, Apollinis oraculo inclytum. Unde denominativum Φωκεύς, vel, plurative magis in usu, Φωκεῖς. Item Φωκικός, & adagium, Φωκική, sive Φωκέων ἀπόνοια, id est, Phocensium desperatio, longè alia origine, ut eleganter ex Plutarcho narrat Erasmus. Hinc Latinis maxima erroris occasio, ut multos Romanorum, vel non attendisse, vel ignorasse hoc discrimen existimem, quod verisimilius est, quae erant superbia, omnino non curasse. E quorum numero est in primis hic poëta.

Exustae Phocidos arces, inquit hic.

Et lib. v.

Massiliaeque suae donatur libera Phocis.

Nisi quis putet, haec duo nomina, *Phocea*, & *Phocis*, ejusdem esse urbis in Aeolide, atque ita existimasse Lucanum, quod equidem nescio. Aul. Gell. lib. x. cap. 16. ex Julio Higyno ait, Massilienses ex terra Phocide fugatos. Justinus autem lib. XXXVII. ait, capto Aristonico, Massilienses pro Phocensibus conditoribus suis legatos Romam misisse, quod illorum urbem, bello contra Aristonicum gesto, Senatus Romanus deleri jusserat. Ex quo loco satis indicat, se loqui de Aeolide in Asia, non de Graecis in Europa. Aristonicus enim Asiam invaserat, non Graeciam. Unde idem lib. XLIV. ex Asia eosdem] venisse, planè asserit. *Phocaeenses* porrò, in *Phocenses*, omissa media diphthongo facile corrumpi poterat, quod in Graecis quoque accidisse, paulò antè attestati sumus. In Livio lib. v. ab urbe Cond. falso legitur in plerisque codicibus *Massilienses erant hi, navibus à Phocide profecti*, pro, *à Phocaea*, cum de iisdem loquens, ubi de Emporiis lib. IV. decad. 4. *A Phocaea*, inquit, non *à Phocide*. Sed de his nimium progressi sumus, eo proposito, ut lector semel admonitus, in posterioribus eadem à nobis dici potuisse, sciat. Sed omissa consulto, ne eadem res toties inculcaretur. Hactenus eruditè, ut omnia. GLAREAN. & HORTENS. Lib. IV, 256.

Obsidione paras, & vi [a] perfringere [b] portas,
Excepisse faces tectis, & [c] tela parati,
Undarum [d] raptos aversis fontibus [e] haustus
Quaerere, & [f] effossam sitientes lambere terram:
Et, [g] desit si larga Ceres, tunc horrida cerni,
Foedaque contingi maculato [h] corpora morsu.
Nec [i] pavet [k] hic populus pro libertate subire,
Obsessum Poeno [l] gessit quod Marte Saguntum.
Pectoribus [m] rapti matrum, frustraque trahentes

Ubera

VARIAE LECTIONES.

a *praestringere* B. 1. O. *confringere* Edd. Asc. Mic. b *postes* meus. c *templa* Ed. Br. d *raptus* meus. e *austus* V. 2. f *eversam* B. 1. g *si l. C. desit* meus. h *carpere* Grot. i *times* R. 1. k *is* B. 2. l *quod gessis* B. 1. A. *quas* P. 1. V. 2. m *matr. r.* B. 1.

- - - *f* - - *nec Phocidos undis Massiliae,*

Non autem credidit Lucanus, Massiliam à Phocensibus Graeciae fuisse conditam, ut quidam hallucinantur: Tunc enim versu 301. Massilienses non potuisset vocare *Phocaida juventutem* & vs. 556, 583. *Phocaicas carinas*; sed *Phocaeam*, Asiae urbem. confudit sollemni Latinorum errore cum *Phocide* regione circa Parnasum. Hinc contra pro *Phocicis* dixit *Phocaicas* vi. 172. & Lib. v, 144. ut bene observat ὁ πάνυ Salmasius, qui, ut hic Glareanus, late de ea re agit in Exercit. Plin. p. 66. Adde notas ad Justin. Lib. XLIII. Idem error est in Seneca Consol. ad Helv. cap. 8. *Phocide relicta Graji, qui nunc Massiliam colunt. Phocenses* quoque pro *Phocaeenses* apud Isidor. L. XV. c. 1. ubi plene hujus fugae narratur historia, quae totidem etiam verbis margini Vossiani primi est adscripta.

342 ILLUSTRAT.] Facit illustres, & nobilitat. SCHOL.

345 AVERSIS] Msc. *adversis.* male; alio conversis. BERSM. *Adversis* scribitur etiam in Oxon. & Hulst. Cod. ac Edd. Rom. Parm. & Hortens. ac Paris. 1512. sollemni mutatione. *Adversis* si hoc loco valeret, scribendum esset *frontibus*, ut habet Vossianus sec. & tert. ut sit sensus. parati-sumus quaerere haustus undarum, quas nobis subtrahes, adversis frontibus, i. e. ad terram pronis vultibus, & cum aqua etiam lambemus terram effossam. Verum non placet. dicit Lucanus: parati sumus quaerere novos haustus, si undas nobis abstrahas, fontibus à nostra urbe aversis, & alio derivatis: vel etiam parati sumus quaerere haustus ex fontibus remotis, abditis, & ignotis. ut *aversae gentes*, apud Valer. Flacc. sumuntur L. 1, 518.

Aversis proles mea gentibus obstat.

quod damnare non debuerat Vossius. Vide infra ad L. VIII, 337. prior tamen explicatio mihi hoc loco magis arridet. *aversi* Voss. tert.

345 UNDARUM RAP. HAU.] *Aversis fontibus* id est, amotis fluminibus, & ipso Rhodano, a.t *Sulpitius.* Atqui, inquit *Glareanus*, Rhodanus non est, tam prope Massiliensium urbem, ut aquam inde haurire necesse habeant, etiamsi ejus ostia in ipsorum fuerint imperio. Verum illud parvum. Quae tertio inde versu sequuntur, neque Sulpitius, neque Badius recte legerunt. Nam pro verbo *attingere*, ipsi nomen *corpora* legerunt. Unde Sulpitius exposuit: *Parati sumus videri macilenti.* Badius autem ita. *Tunc sumus parati, corpora scilicet nostra cerni horrida, & foeda contingi morsu.* Philippus Beroaldus haec recte legit, hoc sensu. *Tunc sumus parati attingere maculato morsu, tum quae foeda sunt contingi, tum quae horrida cerni.* Figuratus sermo, ad Graecam formam adjectivi cum infinitivo. Haec ille. Sed in (duobus) vetustis exemplaribus diversis, non *cerni*, sed *cernes* legitur, quae lectio multum lucis huic loco adducit. *Tunc ô Caesar cernes corpora abominando morsu nostro foeda, atque horrida contingi.* HORTENS. *Corpora. Attingere* V. P. L. O. F. & Canter. Nov. Lect. Lib. III. c. 2. PULM. Msc. duo *attingere*, & tert. BERSM. *Carpere morsu.* Ita substituimus pro *corpora.* Verbum enim desideratur. GROT. Ed. pr. *Carpere morsu.* Ad hanc emendationem nostram satis prope accedit MS. R. recentior, qui habet *corpore.* MS. T. *attingere*, quod glossema putem. IDEM. Ed. sec. Certum est, hic desiderari verbum; quale vero illud sit, inquirendum est. *Carpere*, quod excogitavit Grotius, & juvat Hulst. Cod. *corpere*, propius accedit, & huic rei convenientissimum est verbum. Vide Schef-

Ubera sicca fame medios mittentur in ignes:
Uxor & à caro poscet sibi fata marito.
Vulnera miscebunt fratres, bellumque coacti
Hoc potius civile gerent. Sic Graja juventus
Finierat: [a] cum [b] turbato jam prodita vultu
Ira ducis, [c] tandem testata est voce dolorem.
Vana movet Grajos nostri fiducia cursus.
Quamvis Hesperium mundi properemus ad axem,
[d] Massiliam delere vacat. gaudete, cohortes:

Obvia

VARIAE LECTIONES.

a *conturbato* B 1. b *jam turb.* A. meus. c *cum jam* A. d *Massaliam* W. a m. pr.

Scheffer. ad Fab. 28. Phaedri. *Escam ut carperent.* Sed, si hic latet ulcus, malim retinere *attingere*, vel potius *tangere*; quia *contingi* praecedit. *Attingere* praeter Beroaldi, Canteri, Pulm. & Bersm. Codices etiam inveni in Oxoniensi, tribus Vossianis & quarto, pro glossa, item Edd. Rom. Parm. & Aldi. *tangere* Reg. unus, *tingere* Amstel. ut *tangere* vel *attingere*, idem notet, quod Graecum ἅπτεσθαι. quo verbo praeter alios in magna fame utuntur Aelian. L. XII. Var. Hist. c. 37. Ἀλέξανδρος ἐν ἀπορίᾳ γενόμενος τροφῆς αὐτός τε ἥψατο τῶν καμήλων. Joseph. L. XIII. Antiq. Judaic. c. 10. εἰς τοῦτο ἀνάγκης ὑπὸ λιμοῦ προαχθῆναι τοὺς Σαμαρεῖς συνέβαινεν, ὡς ἅψασθαι μὲν τῶν ἀήθων. Aliam rationem ingressus est Hortensius, legens ex quibusdam MSS. *cernes* & *maculato morsu* sumens pro abominando, scilicet quia ipsi se invicem morderent, ac comederent. quomodo hunc locum etiam capiunt alii, & de esu liberorum Omnibonus. *Cernes* quidem est quoque in duobus veterrimis Vossianis, quamquam *cerni* exponit Scholiastes his verbis. *Quae horrorem faciunt, si cernantur, & foeda sunt, si tangantur.* *cernens* in Wittiano eraso *n*, *cerni* in Amstel. *cernis* Edit. Veneta. *cerne* edidit Maittaire. Verum non credo, illos dixisse, se invicem exsecrando morsu velle mordere, & edere, eaque corpora à Caesare visum iri. Nec statim, deficiente *larga Cerere*, ad humanam carnem edendam confugere opus est, sed ad alias res, esui humano non aptas, sive ad alia corpora, ut equos, feles, mures, corium, stercus &c. & tandem ad extremum illud, horrendum humanarum carnium esum, quem potius honeste subintelligere videntur in sequenti versu. Satis haec patent ex descriptione urbium, quae umquam tam indigno tali virtute malo adflictae fuerunt, quarum magna pars mea fuit patria; quasque congerit Drakenb. ad Silium Ital. L. 11, 522.

Vel leto graviora pati, foedasque ferarum
Attentare dapes, & mensis addere crimen.

Sic enim cum Cel. Burmanno legendum esse, nostri locus docet. ubi notandum etiam verbum *attentare*. confirmat enim aliquo modo *attingere*. & sane hanc vocem unice veram crederem, nisi inpense placeret, J. P. Orvilii mei conjectura,

Et desit si larga Ceres, sunt horrida cerni,
Foedaque contingi maculato corpora morsu.

Levissima certe mutatione. *Sunt* autem positum est, pro *adsunt*, praesto sunt, & famem sublevabunt corpora horrida ad cernendum, & foeda ad contingendum morsu, & dentibus maculatis. Idem Orvilius ad hanc sententiam probandam adduxit mihi simillimum plane nostro locum, Lib. 12, 922.

- - - - - - - *at si quis peste diurna*
Fata trahit, tunc sunt magicae miracula gentis,
Psyllorumque &c.

Pro *corpora* in meo Cod. est *viscera*.

350 SAGUNTUM] Oppidum Hispaniae, quod bello punico secundo obsessum ab Hannibale occidit inbellem aetatem. Hoc ergo dicunt. possumus & nos haec subire pro libertate, quae fecit Saguntum. SCHOL.

352 SICCA] Ostendit, nec matres habuisse lac, quod darent. IDEM.

352 MITTENTUR] Vetus Codex *mittuntur* legit. HORTENS.

353 POSCET] Ut jam non sit crimen occidere, si rogatur, ut feriat. SCHOL.

355 HOC] Inter se scilicet, cum suos obsessi perimunt. IDEM.

356 PRODITA] Futurae orationis sensum antedemonstrat: ut Virgilius, *sic accensa profatur.* IDEM.

Obvia praebentur fatorum [a] munere bella.
Ventus [b] ut [c] amittit vires, [d] nisi robora densae
[e] Occurrant silvae, spatio [f] diffusus inani:
Utque perit magnus nullis obstantibus ignis;
Sic hostes mihi deesse nocet, damnumque putamus
Armorum, nisi, qui [g] vinci potuere, [h] rebellent.
Sed si solus eam dimissis degener armis,
[i] Tunc [k] mihi tecta patent. jam non excludere [l] tantum,
[m] Inclusisse volunt. [n] at enim contagia belli
Dira fugant. dabitis poenas pro pace petita:
Et nihil esse meo [o] discetis tutius aevo,
Quam duce me bellum. Sic postquam fatus, ad urbem
Haud trepidam convertit iter: [p] tunc moenia [q] clausa
Conspicit, & densa juvenum vallata [r] corona.
  Haud procul à muris tumulus surgentis in altum
Telluris, [s] parvum diffuso vertice campum

Explicat:

VARIAE LECTIONES.

a *numine* B. 1. b *&* W. c *admittis* V. 1. d *ni* V. 1. H. e *occurrunt* B. 1. W. a m. 1. f *defusus* V. 1. g *vincti* R. 1. h *rebellant* P. 6. B. 2. V. 5. W. R. pr. A. Ed. Ven. M Hort. i *tum* R. 2. k *&* VV. LL. Steph. l *terra* VV. LL. Steph. m *induxisse* V. 1. n *sed* A. o *dicetis* VV. LL. Steph. p *tum* MSS. & Ed. quidd. q *clusa* H. r *caterva* Marp. s *parvo diffusum* VV. LL. Steph. P. 1. R. pr. V. qu. pro var. lect. *parvo diffusus* P. 1.

358 FIDUCIA] Ut ideo nos contemnant, quia festinare nos credunt. SCHOL.

359 PROPEREMUS AD AXEM] Sic plerique scripti cum Edd. Ascensii, Micylli, Hortens. Bersm. aliorumque. Priores & Sulpit. Ald. Col. Steph. aliique *in axem* cum uno Pulm. tribus Vossianis, Regio, & meo. quod defendi potest loco Ciceronis Lib. XII. ad Famil. Ep. 25. *Atque inde ventis remis in patriam omni festinatione properavi.*

362 ROBORE DENSAE SILVAE] Sunt, qui legant *robora*; & ita *silvae* sit genitivi casus. ASCENSIUS. *Robora*. Ut Grotius, & dein sequentes mecum ediderunt, expressit primus Omnibonus & dein Sulpit. Mic. ac Hortensius. atque ita habent quinque Pulm., unus Bersm. & novem mei MSS. cum Scholiaste scribente. *Quid sit* robora *exponit*, *i. e.* densae silvae, *dictae casu nominativo per epexegesin. possumus & genitivum accipere hujus* silvae robora. Ceteri scripti, & editi *robore densae &c.* nisi quod in veterrimo Vossiano primo, & quarto, ac editione principe Romana sit *robore denso.* quod magis placet. Ni silva densis arboribus praedita, & armata vento resistat. infra vs. 444.

- - - - propulsaque robore denso
Sustinuit se silva cadens.

Robore densae foret, ut *densum trabibus nemus* Ovidio XIV. Metam. 360. & *densi trabe montes* Valerio Flacco L. III, 484. ubi vide Cl. Burmann.

367 SED SI SOLUS] Omnibonus refellit illam partem, qua dixerant Massilienses, quod parati essent exercitu dimisso Caesarem suscipere. Dicit enim hoc illos, non quasi gratos, sed quasi proditores, obtulisse, quod ipsum sine exercitu excipere vellent, ut inclusum perderent. MICYLL.

368 EXCLUDERE] i. e non sufficit, quod excludere me ausi sunt. Jam hoc agunt, ut includant. SCHOL.

370 DIRA FUGANT] A se scilicet expellunt. Supra enim dixerat. *Sit locus exceptus sceleri.* IDEM.

370 DABITIS POENAS] Alterius loci confutatio est, qua honesto opponit inutile, concedens quidem pacem, ut rem honestam, illos affectare, sed quia hoc suo instituto parum conveniat, poenas illos daturos, quia se remorentur. MICYLL.

374 CONSPICIT] Msc. *concipit* inepte. BERSM.

Explicat: haec patiens longo munimine cingi
Visa duci rupes, [a] tutisque aptissima castris.
Proxima pars urbis celsam consurgit in arcem
Par tumulo, mediisque sedent convallibus arva.
[b] Tunc res inmenso placuit [c] statura labore,
Aggere diversos vasto committere colles.
Sed prius ut totam, qua terra cingitur, urbem
Clauderet, à summis perduxit ad aequora castris
Longum Caesar opus, [d] fontesque & pabula campi
Amplexus fossa, [e] densas tollentia pinnas
Cespitibus, crudaque exstruxit brachia terra.
Jam satis [f] hoc Grajae memorandum contigit urbi,
[g] Aeternumque decus, quod non inpulsa, [h] neque ipso
Strata metu, tenuit flagrantis in [i] omnia belli
Praecipitem [k] cursum: [l] raptisque à Caesare cunctis,
Vincitur una mora. quantum [m] est, quod fata tenentur!

Quodque

VARIAE LECTIONES.

a *totisque* meus V. 1. a m. pr. *tutis* B. 1. b MSS. & Edd. quidd. *tum.* c *statuta* V. 1. pro var. lect. d *fontes &* B. 2. e *tensas* R. 1. f *ô* V. 1. a m. pr. g *extremumque* B. 1. *alternumque* V. 1. h vulgo *nec.* i *omina* W. k abest ab A. l *rapsis* O. m *est* abest ab A.

379 CONSURGIT IN ARCEM] Non damno hanc lectionem, plurimorum Mstorum auctoritate nixam. Silius 1, 446.

Eminet excelso consurgens colle Saguntos.

Quia tamen praecessit *surgentis in altum Telluris*, non spernenda videtur lectio Cod. Bersm. Vossian. tert. & qu. Regii, unius Oxon. & Edd. Ven. Brix. Med. cum Ascensio, quae est *conscendit*.

380 PAR TUMULO] Illi scilicet, qui Caesari visus est aptus tutis castris. SCHOL.

382 DIVERSOS VASTO] Urbis, & castrorum. Msc. *diverso vastos.* BERSM. In meo quoque, & tribus vetustissimis Vossianis, vitiose scribitur *diverso vastos.* sed correctum tamen est in primo. *diverso* glossae exponunt *diversis partibus coadunato*, male. *diversi colles*, ut bene capiunt interpretes, sunt oppositi sibi, urbis scilicet, & castrorum.

384 PERDUXIT AD AEQUORA] Msc. rectius, *produxit ad.* alter, *produxit in.* BERSM. *Produxit* habet etiam unus ex Vossianis. hoc est extendit usque ad mare, protraxit opus. Sueton. Caes. c. 30. *Spatio Circi ab utraque parte producto.*

385 LONGUM] *Summum.* Msc. minus probe. BERSM.

386 TOLLENTIA] Ordo est. Tollentia brachia densas pinnas cespitibus extruxit, & cruda terra. Nam *pinna* munimenti genus est. *cruda* i. sola sine calce, & reliquis inpensis. SCHOL.

389 NEC IPSO] Msc. Bersm. Vossian. pr. sec. & quint. Reg. prim. & meus *neque ipso.* numerosius; quare secutus sum.

392 UNA] Scilicet urbs Graja per moras. *Quantum est* cum admiratione accipitur dictum i. e. multum est hoc. SCHOL.

393 QUODQUE VIRUM INPONERE MUNDO] Vossianus sextus & var. lect. Grotii vitiose *unum.* unde olim conjiciebam, forsan esse scribendum *jugum*, scilicet dominii, & servitutis. Ovidius Ep. Her IX, 6.

Quem numquam Juno, seriesque immensa malorum
Fregerit, huic iölen inposuisse jugum.

Sed meliora doctus hanc abjeci conjecturam. Eleganter dicit *inponere virum mundo*, quasi ejus cervicibus, qui tamquam onus reipublicae, & orbi terrarum gravis esset. Sic noster ipse Lib. X, 375.

- - - - - - *quae sustulit illum,*
Inposuitque orbi.

Vir-

Quodque virum [a] toti properans inponere mundo
Hos [b] perdit Fortuna dies! tunc omnia late
Procumbunt nemora, & spoliantur robore silvae:
Ut, cum terra levis mediam virgultaque molem
[c] Suspendant, [d] structa laterum compage ligatam
[e] Artet humum, pressus ne [f] cedat turribus agger.
Lucus erat longo numquam violatus ab aevo,
Obscurum cingens [g] connexis aëra ramis,
Et gelidas alte [h] submotis solibus umbras.

Hunc non

VARIAE LECTIONES.

a *toto* V. 1. a m. pr. V. ad L. II, 383. *properans e* meus. b *perdas* Marp. c *suspendunt* V. 1. Ed. Hort. d *structaque* V. 1. e *arces* R. 1. V. 1. meus. f *cadat* V. 1. g *conexis* P. 5. V. 5. R. pr. h *remotis* V. 1.

Virgil. L. VI. Aen. 621.

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Inposuit.

Seneca Consol. ad Marc. c. 22. *Sejanum in cervices nostras, nec imponi quidem, sed adscendere.* Aurelius Vict. c. 31. *Edixit Fabio Rulliano, quem exercitus inponebat.* ut Schottus è suis maluit Codd. praefero tamen illic *praeponebat*, ut vulgo legebatur, & ego quoque in duobus Leidens. Biblioth. codicibus inveni. *reponere reges* Silius L. X, 487.

399 AB AEVO] i. e. non ab aevo, sed ab hominibus numquam violatus per longum aevum. Hoc autem ideo de religione Silvae dixit, ut videatur Caesar admisisse sacrilegium. SCHOL.

400 CONNEXIS] *Consociatis* dicit Horat. L. II. O. 3, 10. in variis Grotii lectionibus est *convexis*: non male. Rami enim plerique nutantes, ac devergentes paululum, & incurvati sunt. unde passim apud poëtas *curvi rami. convexi rami* ergo forent ab una arbore ad alteram vergentes convexo pondere, & sic aëra cingentes. L. VI, 645. *pronis silva comis. Devexus lucus* Cicer. Lib. I. Divin. c. 45.

404 DIRIS ALTARIBUS] Restitui veterem omnium editionum, & Mstorum lectionem praeter unum Bersmanni, ex quo Grotius nihil monens, & post eum reliqui reposuerunt *sacris feralibus*: cum jam eodem versu praecesserat *sacra*. Non enim tantum *ara*, & *altare* discernuntur: unde Prudentius bis *Altaris aram* dixit, & Plinius in Paneg. c. 1. *inter aras, & altaria*. Sed notat etiam Servius, *altaria* poni pro ipso libamine, & oblato sacrificio, ad Eclog. v. Virgilii 65.

- - - - - - - - *En quatuor aras,*
Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phoebo.

Loco tamen, quem adducit, L. XII. Aen. 174. pro *aris altaria* sumi possunt. Illustris Quinctiliani locus est Declam. XII. c. 26. *Quod aris altaria inposuimus.* verum ibi Cl. Burmannus legit *donaria*; quas voces permutari patet, ex L. IX, 5, 7. *Donaria* tamen, an dicantur de iis, quae arae inponuntur, vehementer dubito. Hoc loco certe rectum esse, evincit vox *diris*, quae optime sacrificiis illis inhumanis, & horrendis convenit. Nec video, qui imperitis librariis talia in mentem possint venire pro *sacris feralibus*, quod legitur L. VI, 226.

Tristes sacris feralibus aras.

405 HUMANIS] Reprehendit Lucanum Scaliger Proleg. ad Manilium p. 16. sed eum bene defendit Franc. Fernandius de Cordoua c. 18. Didascaliae p. 187. BROUKHUS. Certe Lucanus non dicit, id factum à Massiliotis. sed omnes illas arbores tam vetustas olim jam fuisse lustratas humanis cruoribus ab illis populis, quos descripsit Lib. I, 444.

Et quibus inmitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensque feris altaribus Hesus.

&c. ubi vide.

405 ARBOR] Sic reposui pro *arbos* fide Mstorum 5. Pulm. Bersm. 2, & quinque meorum cum Sulpitio, Ascensio, Micyllo, & Hortensio. Inconcite quater repetebatur litera sibila *s*.

407 ILLIC] Msc. quatuor *illis* non male. *Illic* in illo luco. BERSM. A Gryphio est *illic*, quod secuti sunt Hortensius, & Pulmann. sed recte *illis* è suis membranis scribendum esse, monuit etiam Modius Novant. Lect. Ep. 65., & ita omnes, quos vidi Codices cum primis Edd. Temere itaque Maittaire revocavit *illic*.

407 INSISTERE] Amstel. *subsistere*. Recentior Regius *considere*, & Vossianus quintus *insidere*. quod ex N. Heinsii MSS. praefert Cel. Burmann. ad Quin-

Hunc non ruricolae Panes, nemorumque potentes
Silvani, Nymphaeque [a] tenent, sed barbara ritu
Sacra deûm, structae [b] diris altaribus arae,
[c] Omnis & [d] humanis lustrata cruoribus [e] arbor.
Siqua fidem meruit Superos mirata [f] vetustas,
Illis & volucres metuunt insistere ramis,
Et lustris recubare ferae: [g] nec ventus in illas
[h] Incubuit silvas, [i] excussaque nubibus atris
[k] Fulgura: non [l] ullis frondem praebentibus auris
Arbori-

VARIAE LECTIONES.

a *tenens* V. 1. b vulgo *sacris feralibus.* c *omnisque* MSS. Steph. Pulm. B. 1. V. 6. R. 2. W. A. meus. Edd. Rom. Ven. Parm. A. C. S. G. aliaeque. d *humano* meus. e vulgo *arbos.* f *potestas* M. Hort. g *non* O. h *incumbit* H. Ed. Farn. i *expulsaque* V. 1. k *fulmina* VV. LL. Steph. P. 1. B. 1. l *illis* V. 1.

Quinctil. Declam. XIII. c. 4. *Ne* (apes) *hortorum meorum floribus insidant.* & *insidere* & *considere* exempla plurima ibi vide, & ad nostri L. V, 461. Cerdam ad Virgil. Georg. IV, 65.

Ipsae considunt medicatis sedibus.

Non ausim tamen ego contra longe plurium, & vetustissimorum Codicum auctoritatem quid temere mutare. *Insistere* sic habemus quoque apud Silium L. VII, 671.

Insistens tremulis sub pondere ramis.

Statius Lib. III. Theb. 487. de avibus.

- - - - - - - *rarum insistere terris.*

ubi Lutatius ait, *quia raro terris insidunt.* Avem *in arbore stare* dixit Ovidius de Nuce 150. ut *considere* de apibus, ita quoque *consistere* idem Virgil. ibidem 27.

Pontibus ut crebris possint consistere, & alas
Pandere.

410 NON ULLIS] Virent, inquit, illic arbores, quanquam sint, non tanquam sub dio, sed sub tecto: nec auras alentes aspiciant. SULPIT. *Omnibonus.* Quia aurae sunt causa, ut arbores frondescant, & flores emittant. Nullas ergo frondes praebent, cum propter opacitatem radii solis non ingrediantur. Sic ille. Sed vide, num potius κατ' ὑπαλλαγὴν dictum sit accipiendum, ut sit sensus: Frondibus nullas auras, hoc est, nullam lucem praebentibus intus, propter densitatem scilicet. MICYLL. Nullo vento frondes decutiente, ut sit legendum *praedantibus*: quod conjeci ex glossemate adjecto: *rapientibus.* BERSM. Ex his verbis putant plerique interpretes, Lucanum dixisse, lucum illum fuisse sine frondibus, quod propter densitatem ramorum solis radii penetrare nequeant. Verum quam absurda haec sint, nemo non videt. Hinc alii ad ὑπαλλαγὴν recurrerunt; alii ad tentandum locum. quo facit, quod in variantibus lectionibus Grotianae editionis sit *ferientibus.* quod male Farnabius dicit agnitum à Grotio. Bersmanni conjecturam juvat Silii locus L. I, 205. de Atlante.

- - - - *frontemque immanibus auris*
Pinea silva premit: vastant cava tempora venti.

i. e. *rapiunt, feriunt.* Sed illa nimia mihi videntur hoc loco. Lucanum enim tantum agere arbitror de auris, quae leniore susurro & loquaci strepitu cum tremore conjuncto per arbores non sibilant, sed arbores per se sine vento moveri, & horrorem sacrum incutere. quare aliquanto melius foret, quod Barthius conjecit ex codice suo, in quo est *equitantibus*, scribendum *quatientibus* ad Statium Lib. VI. Theb. 89. Seneca Hippol. 509.

Ramique ventis lene percussi tremunt.

Adde Drakenb. ad laudatum Silii locum. Sed tum propius accederet *motantibus.* Virgil. Ecl. V, 5.

Sive sub incertas Zephyris motantibus umbras.

ubi Cerda vid. *motus nemorum* & *mota ventis nemora* nostro Lib. V, 551. VIII, 5. & passim. Immo melius adhuc legeremus *agitantibus*: ut in simili plane re Claudian. de Rapt. Proserp. I, 203.

Frondibus, & nulla lucos agitante procella
Stridula &c.

Horat. L. II. O. 10, 9.

Saepius ventis agitatur ingens
Pinus.

III, I, 24.

Non zephyris agitata Tempe.

ubi nihil est mutandum. *Agitantibus ventis* Flor.

Ff L. II.

Arboribus ſuus horror ineſt. [a] tum plurima nigris
Fontibus unda cadit, ſimulacraque [b] moeſta deorum
Arte carent, [c] caeſiſque [d] exſtant informia truncis.
Ipſe ſitus, putrique facit jam robore pallor
Adtonitos: non [e] vulgatis ſacrata figuris
[f] Numina ſic metuunt: tantum terroribus addit,
Quos [g] timeant, non noſſe deos. jam fama ferebat,
Saepe cavas motu terrae mugire [h] cavernas,

Et [i] pro-

Variae Lectiones.

a *tunc* MSS. & Edd. qdd. b *aura* Ed. Ven. c *caeſis* meus. d *aderant* R. 1. e *vulgaris* V. 1. f *numina* Ed. Ven. g *metuant* B. 1. h *latebras* B. 1.

L. II. c. 17. Verum quid multa, & ſpecioſa conjicimus: cum nihil ſit mutandum, & bene ſe habeat locus, docente nos optime Scholiaſte. *Ordo hic eſt, ſuus ineſt horror arboribus, non praebentibus frondem ſuam ullis auris. oſtendit ergo, ventum ejuſdem ſilvae folia non movere.* Praeclare itaque auctoris mentem meus cepit Orvilius, reſcribens mihi per litteras, non jungenda eſſe *auris praebentibus*, ſed *arboribus praebentibus frondem nullis auris.* Recte enim dicuntur arbores praebere folia ventis, quarum folia à ventis moventur, & agitantur. quod hic non fiebat, quia nullus *ventus in illas ſilvas incumbebat.* ut ante dixit. Ovidius Epiſt. VII, 171.

- - - - - praebebis carbaſa ventis.

II. Art. Am. 195.

Pectora nec miſſis jubeo praebere ſagittis.

Tibull. I, 3, 38.

Effuſum ventis praebueratque ſinum.

neque à vero abhorret, ut conjiciebat idem Orvilius, Lucanum ſcripſiſſe *non ulli f. praebentibus aurae.* Apertius certe locutus eſſet.

411 Arboribus suus horror inest] Utitur ad I. Aeneidos Servius, ut probet, horrorem ad religionem pertinere. Idem ad Aen. II. *connexa ſunt metus & religio.* GROT. Ed. tert. ad L. I. Aen. 170. Servius, ubi in Maaſv. Ed. male legitur *ſinus.* Plerique vero interpretes, *horrorem* ſimpliciter hic accipiunt pro veneratione; quo modo etiam ad Claudian. p. 725. Barthius, & Doctiſſ. Duker. ad Flor. III, 21. ſed videtur Lucanus poſuiſſe hic *horrorem* propria ſignificatione pro motu, qui ineſt arboribus per ſe i. e. *ſuus*, non agitantibus illas ventis. ex quo tamen proprio arborum horrore naſci poteſt quaedam veneratio. ſic pro tremore Lib. V, 446.

- - - - - - - - - - - pontus
Non horrore tremit.

Horriſoni fluctus II, 455. Et quid dubitandum? tam priorum verborum, quam *horroris* explicatio fortiſſime confirmatur loco, plane ex noſtri verbis expreſſo, Valerii Flacci L. III, 403.

Stant tacitae frondes, immotaque ſilva comanti
Horret verna jugo.

De illo motu proprio recte etiam *horrorem* interpretatus eſt Berſmann.

411 Tum] MS. *tunc*, vitioſe. BERSM.

412 Moesta] Terribilia, ab eo, quod ſequitur, ad quod praecedit. nam terribile aliquid moerorem inducit. SCHOL.

413 Informia] Non enim decora ſunt aere vel marmoribus fabricata. IDEM.

417 Non nosse] Ut & hoc ipſum terrorem addat; quia timent, & quos timent, neſciunt, cum hos deos magis debeamus timere, quos ſcimus, & quorum certum novimus vultum. IDEM.

418 Cavas cavernas] Virgil. L. II. Aen. 52.

Inſonuere cavae gemitumque dedere cavernae.

De *cavernis* ſeu viſceribus terrae vide ad Obſeq. c. 96.

421 Roboraque amplexos] Mſc. *robora & amplexos*; & alter *robora complexos.* BERSM. ut Lib. IX, 364.

- - - - - - - - - - - ſerpens
Robora complexus rutilo curvata metallo.

Ovid. Metam. III, 48. de Martio angue.

Occupat hos morſu, longis complexibus illos.

Sed & illic in MS. Thyſiano ſcribitur *amplexibus.* quomodo ipſe Ovidius L. X. Met. 22.

Ille ut erat, virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis; & ſervat ſerpentis imagine ſaxum.

Virgil. L. II. Aen. 213.

Corpora natorum ſerpens amplexus uterque.

Item

Et [a] procumbentes iterum consurgere taxos,
[b] Et non ardentis fulgere incendia silvae,
Roboraque amplexos circumfluxisse dracones.
Non illum [c] cultu populi propiore frequentant,
Sed cessere [d] deis. medio [e] cum Phoebus in axe est,
Aut coelum nox atra tenet, pavet ipse sacerdos
Accessus, dominumque timet [f] deprendere luci.
Hanc jubet inmisso silvam procumbere ferro:

Nam vi-

VARIAE LECTIONES.

a *procumbentis* R. pr. V. pr. sec. b *& nondum* R. 1. c *populi c.* B. 2. V. 2. d *diis* P. 4. B. 1. R. 1. W. e *est c. P. in axe* A. f *deprehendere* R. 1. meus. Ed. Rom. Parm.

Item vs. 217. v, 86. Manilius L. 1, 303.

- - - circumque amplexus utrumque
Dividit, & cingit stellis ardentibus anguis.

Adde L. 1. Theb. 564. Silium III, 190. Ciceron. 1. Divin. c. 6. Apulej. L. 1. Metam. non procul ab initio.

421 CIRCUMFULSISSE] i. per circulum splenduisse, aut, ut Aldus legit, *circumfluxisse* i. circumfusos, sed nihil mutem. VERSELLAN. *Circumfulsisse* exhibetur in tribus Pulm. ac duobus Bersmanni codicibus, vel *circumfusisse*. item in Gryphii, Micylli, Hortensii, Pulm. & Bersm. Editionibus. Vitiose *circumfulxisse*, Ascensius. *Circumfulsisse* autem verum videri posset, tum quia praecessit jam *roboraque amplexos*, tum quia passim prodigiosi, & à Diis inmissi angues vel locorum genii, (de quibus vide ad Silium Ital. L. II, 585.) *fulgere* dicuntur. Noster Lib. IX, 722.

aurato nitidi fulgore dracones.

Virgilius in Culice, 167.

Jam magis atque magis corpus revolubile volvens,
Attollit nitidis pectus fulgoribus, & se
Sublimi cervice caput, cui crista superne.

Ita veterrimus Cod. Petav. & alius ab Is. Vossio collatus, non *rapit*. Lib. V. Aen. 87.

- - - - - - - maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor.

Ovid. III. Metam. 32.

Martius anguis erat, crista praesignis & auro.

Verum in nullo meorum est *circumfulsisse*. in Voss. uno, Witt. Marp. Amstel. *circumflexisse*. Versu etiam praecedente habuimus *fulgere*. Praeterea ipsum verbum *fluere* cum compositis de luce & splendore dicitur. Consule de ea re, & de variatione perpetua harum vocum Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. VI, 27. *Aureus effulsit campis rubor.* *Amplexus circumfluxit* accipiendum; ut *lapsus cadit*, & similia sexcenties.

423 MEDIO] Die scilicet media. *Ipse* ὕφαρις est. *Ipse*, cui sacra commissa sunt. SCHOL.

423 MEDIO] Meridie. Empusa in meridie in proverbii consuetudinem abiit: & sacrae litterae mentionem faciunt Δαιμονίου μεσημβρινοῦ. BERSMANN.

424 PAVET ACCESSUS] Sine poena enim Deos videre se posse non putabant illi non solum; sed & Graeci, Romanique post aureum seculum. Vide praeter alios Servium ad Virgil. Ecl. X, 26. I. Georg. 10. Burm. de Jove Fulger. c. 1. & Ill. Spanhem. ad Callim. Hymn. Lav. Pall. 52, 78. Item notata ad Propert. IV, 9, 60. L. III, 11, 27.

Pinus & incumbens latas circumdabat umbras,
Nec fuerat nudas poena videre Deas.

Ceterum Servius ad Georg. IV, 401. notans medio die fere numina videri hoc loco, pro *pavet* citat *tunc*, & pro *accessus*, *accessum*. Praecedentia etiam connectere videtur cum *cessere deis*. Sed male. Juxta Lucani mentem populus non modo in meridie, & nocte è luco recedit, sed semper inde abest. Sacerdos vero meridie, & nocte, non reliquo diei tempore accessum domini timet. Imitatus hunc locum est Statius Lib. 1. Theb. 94.

Occursus dominae pavet.

426 INMISSO] Msc. *immenso*. fortasse *immerso*, BERSM. Sic vs. 435.

- - - - - - merso in robora ferro.

748.

- - - - - - - - per viscera missi
Polluerat gladii.

in multis MSS. *mersi*. v, 175.

Stimulos flammasque in viscera mergis.

Seneca Agam. 973.

- - - - - - - sive te jugulo juvat
Mersisse ferrum,

 &

Nam vicina operi, belloque intacta priori
Inter nudatos stabat densissima montes.
Sed fortes tremuere manus, [a] motique verenda
Majestate [b] loci, si robora sacra ferirent,
In sua credebant redituras membra secures.
Implicitas magno Caesar [c] torpore cohortes
[d] Ut vidit, primus raptam librare bipennem
Ausus, & [e] aëriam ferro proscindere quercum,
[f] Effatur, merso violata in robora ferro:
Jam, ne quis vestrum dubitet [g] subvertere [h] silvam,
Credite, me fecisse nefas. [i] Tum paruit omnis
Imperiis, non sublato secura [k] pavore,
Turba, sed expensa [l] Superorum, & Caesaris ira.

Pro-

VARIAE LECTIONES.

a *motoque* V. 1. b Ed. Hack. vitiose *luci.* c *terrore* Grot. d deest in A. e MSS. & Edd. qdd. *aereas.* f *affatur* P. 2. B. 2. V. 1. H. VV. LL. Steph. *& fatur* P. 1. V. 1. Ed. Ven. g *submittere* B. 1. h *silvas* M. Hort. i al. *tunc.* k *timore* VV. LL. Steph. l *superumque &* B. 1. *&* abest in V. 1.

& Her. Oet. 991.

- - - - - - *seu tibi jugulo placet*
Mersisse ferrum.

Sil. Ital. VI, 273.

Jamque alvo penitus demersa falarica sedit.

Claudian. in Eutrop. I, 446.

Visceribus frustra castum Lucretia ferrum
Merserat.

Sed & probum est *immisso*, quod retinent MSS. vs. 574.

Et quas immissi traxerunt vincula ferri.

601.

Excipit immissum suspensa per ilia ferrum.

nisi & eo loco *immersum* malis: nam ibi quoque quidam scripti habent *immensum.* Nota est proverbialis locutio *falcem in alienam messem immittere.* Alias jugulo &c. *ferrum demittere* dicebant; de quo latius ad Lib. VII, 621. *demisso faucibus ense.*

427 PRIORI] Sic reponi curavit Grotius ex MSS. tribus Bersmanni, quibus accedant sex nostri, & Edd. Rom. Parm. Sulp. Ascens. Versell. & Micylli. Ceteri scripti, & editi *priore* sed parum refert.

429 MOTI] Milites, non manus *in sua.* Ut Lycurgus est passus à Libero. nam dum vites amputabat, crura sua incidit. SCHOL.

432 MAGNO TERRORE COHORTES] Non *torpore*, sed pavore Deûm ac religione. Virgilius:

Jam tum relligio pavidos terrebat agrestes.

GROT. ex edit. pr. Recte *terrore*, non, ut alii; *torpore.* causam habes in his, quae jamjam dicta. Adde Virgilium.

Jam tum relligio pavidos terrebat agrestes.

GROT. Ed. tert. *Terrore* edidit Grotius, & post eum reliqui. Eaque lectio confirmatur sex Codicibus Pulm. duobus Bersm. Variantibus LL. Stephani, item Regio primo, duobus Vossianis, sed recentioris notae, Wittiano, Marpurg. Amstel. & meo. Male itaque Magnus Gronovius contra omnes Mstos mutari scripsit ad Statii Silvas c. 46. Juvat hanc emendationem Virgilius in Culice 199.

Implicuit dira formidine mentem.

Non temere tamen damnem vulgatam ab omnibus ante Grotium lectionem, & confirmatam duobus Bersm. & quatuor vetustissimis Vossianis, Regio altero & Hulstiano, ac cum Gronovio *torpore* retineo, ut & Prisciano Col. 863. *Torpor* enim *stuporis & formidinis* effectus est: unde saepe haec verba junguntur constructa illis, quae vinculum notant. Virgil. Aen. XII, 876.

Illi membra novus solvit formidine torpor.

Noster ipse L. VII, 466.

- - - - - - *tamen omnia torpor*
Pectora constrinxit, gelidusque in viscera sanguis,
Perculsa pietate, coit.

433 LIBRARE] Sic bene rescripsit Grotius ex Pulm. & Bersm. scriptis, cum quibus faciunt mei, & Edd. Veneta, ac Omniboni. *Vibrare* ceteri Editores

Procumbunt orni, nodosa inpellitur ilex.
Silvaque [a] Dodones, & [b] fluctibus aptior alnus,
Et non [c] plebejos luctus testata cupressus,
[d] Tunc primum posuere comas, & fronde carentes
Admisêre diem: [e] propulsaque robore denso
Sustinuit se silva cadens. gemuêre videntes
Gallorum populi: muris sed clausa juventus
Exsultat. quis enim laesos inpune putaret
Esse deos? servat multos Fortuna nocentes:
Et tantum [f] miseris irasci numina possunt.
Utque satis [g] caesi nemoris, quaesita per agros
Plaustra ferunt: curvoque soli cessantis aratro
Agricolae raptis [h] annum flevêre juvencis.

Dux ta-

VARIAE LECTIONES.

a *Dodonis* B. I. W. H. A. meus. V. sec. a m. sec. b *fructibus* V. I. c *phoebejos* V. I. d *tum* V. 4. e *perpulsaque* H. f *irasci miseris sua* A. g vulgo *caesum*. h *animum* Ed. Ven.

tores cum Vossiano uno, Amst. & meo. Putem *librare* à veteribus esse dictum de gladio, securi, & similibus instrumentis, quibus comminus res agitur; *vibrare* vero de missilibus, & telis, quibus eminus aliquid petimus; saltem tunc, quando non intendimus in aliquem certum, & nobis designatum, verum quasi in vagum emittimus. De *vibrare* plura dicemus ad Lib. IV, 40, Ovid. Lib. II. Metam. 624.

- - - - dextra libratus ab aure
Tempore discussit claro cava malleus ictu.

Prudent. Psychom. 137.

- - - - - - - - Ense corusco
Conisa in plagam dextra sublimis ab aure
Erigitur, mediumque ferit librata cerebrum.

Sexcenties autem *vibrare*, & *librare* confundi, docuerunt Viri Doctissimi, Giphanius, Gronovius, Heinsius, Drakenborch. & Burmannus, quem vide ad Ovid. Epist. III. Heroid. 125.

434 AERIAM] Ita hoc loco habent Codices plurimi. vide Cerdam ad Virg. Georg. I, 59. *Aëria cessavit ab ulmo. Aereae platanus* in Cul. 120. Editiones tamen Sulpitio priores, duo Vossiani, & Regius *aetheriam* vel *aetheream*. Scilicet & hae voces passim apud alios, & nostrum commutantur, quod semel monuisse, sufficiat.

435 MERSO] Bene *merso*. ne quis dissuaderet, percussit, antequam loqueretur ad militem. SCHOLIAST.

438 NEFAS] Nam si nefas est, ego dabo poenas, qui feci, & qui vos jubeo facere. IDEM.

439 EXPENSA] Hoc est. quod magis nocere posset contemtus Caesar, quam Dii violati. IDEM.

441 SILVA DODONES] Quercus dicit, quas consecratas habuit Juppiter Dodoneus. *Dodones* Graecus genitivus. IDEM.

441 DODONES] Alias in duobus diversis codicibus, *Dodonis*: sed quantitas refragatur: quasi dicat, quercus aut fagos potius, quales sunt in silva Dodonea. HORTENS. Cum hac descriptione confer similem plane locum Statii VI. Theb. 90. &c.

442 CUPRESSUS] Hinc enim incestata familia ostendebatur. ut Virgilius. *Et feralis ante cupressos*. Bene autem dixit non plebejos luctus. neque enim hae curantur in funere egentium, vel ignobilium. SCHOL. Hinc Silio L. X, 535.

Et ferale decus, moestas ad busta cupressos.

Corrigendus in Culice vs. 138. Virgilius.

Ilicis & nigrae species, & laeta cupressus.

Is. Vossius conjecit *lenta*. num *laeva*? alius *lethea*

445 SUSTINUIT] Cum arbor supra arborem ruit, factum est, ut, quae supra venerant, stare viderentur. SCHOL.

445 GEMUERE] Vitiose Bersmanni, & mei Codicis margo *tremuere*. populi illi non timebant jam, sed plorabant. Opponit Gallorum tristitiam, & moerorem ob silvam sacram excisam laetitiae Massiliensium, qui inde sperabant, Deos id non inpune laturos. Credebantur enim Silvae Sacrae succisores

Dux tamen, inpatiens haesuri ad moenia Martis,
Versus ad [a] Hispanas acies, extremaque mundi,
Jussit bella geri. stellatis axibus agger
Erigitur, geminasque [b] aequantes moenia turres
Accipit: [c] hae nullo fixerunt robore terram,
Sed [d] per iter longum [e] caussa repsere latenti.
Cum tantum nutaret onus, telluris inanes
Concussisse sinus quaerentem erumpere ventum,
Credidit, & muros mirata est stare juventus.
Illinc tela cadunt excelsas urbis in arces.
Sed major [f] Grajo Romana in corpora ferro

Vis ine-

VARIAE LECTIONES.

a *Hispanias* V. 1. A. W. a m. pr. meus. V. ad II, 49. VII, 787. b *aequantis* V. pr. sec. c *&* B. 1. d *pariter* V. 1. a m. pr. Ed. Ven. e *& caussa* R. 1. f *ferro R. i. c. Grajo* B. 1.

cisores à Deo tutelari puniri. V. Ovidii Metam. L. VIII, 752. Philostr. Heroic. p. 751. Obseq. c. 116. Arnob. L. VII. p. 216. Serv. ad Virgil. Georg. I, 18. De vocibus *gemere*, & *tremere* consule viros à Cl. Drakenb. laudatos ad Silium VII, 49.

447 EXSULTAT] Quia sperabant, deos se ulcisci de Caesare. SCHOL.

450 UTQUE SATIS CAESI] Alii *caesum nem.* alii *caesi est nem.* BERSM. Primus Gryphius *caesum* exhibuit, dein Grotius & hinc vulgo. Antea recte legebatur *caesi nemoris*, vel *caesi est nemoris.* in Edd. Rom. Parm. Parif. 1512. Hortens. Msti omnes constanter habent *satis caesi.* Virgil. Lib. II. Georg. 398. *Cui numquam exhausti satis.* & saepius. in priori versu pro *possunt*, melius foret, *noscunt*, ut conjiciebat meus amicus, si MSS. addicerent.

454 HISPANAS] Hinc incipiunt principia (*principalia* Voss. sec.) Libri quarti, in quibus dicturus est.

At procul extremis terrarum Caesar in oris
Martem saevus agit.

SCHOL.

455 JUSSIT] Tamquam ipsam necesse sit vincere. IDEM.

455 STELLATIS] Male. Glossae *axes* exponunt *ferratos*, *& ob hoc lucentes* vel *summas turres.* per *stellatos axes* intelligit lignorum struem cancellatim, & transversim varie ligatam, & è lateribus prominentem radiorum & stellarum instar. usus hoc hemistichio ad Lucani imitationem etiam est Silius Lib. XIII, 109.

Hic latera intextus stellatis axibus agger &c.

Vide Lipsii Polyorcet. L. II. Dial. III. citat hunc locum etiam Servius ad IX. Aeneid. 530.

461 CREDIDIT] Recte hic lasciviae vel incogitantiae accusat Lucanum Lipsius; quod Graecos, & Massilienses machinarum peritissimos hic inducat de terrae motu in moenium concussione cogitantes. Rectius sequentia paullo *mirata est stare*, quia timebant, ne jam everterentur muri. Livius Lib. XXXVIII, 5. *Oppidanos primo, & ad speciem, & ad ictus moenium cum terribili sonitu editos pavor ac trepidatio cepit. deinde ut praeter spem stare muros viderunt, collectis rursus animis &c.*

468 POST VULNERA] Ut Virgilius.

Protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem.

SCHOL.

469 SAXUM] Ordo est. At saxum frangit cuncta ruens. IDEM,

469 VERBERIS] Revocavi veterum editionum & manu exaratorum codicum lectionem pro *ponderis*: quod primus ex unico forsan Bersmanni codice, tacitus in textum recepit Grotius. Isidorus *Ballistam verbere nervorum torqueri, & magna vi jacere aut hastas aut saxa.* Hinc *adductis nervis* de ballista Silius I, 334. Audiamus Phocam Art. Gramm. c. 1709. Ed. Putsch. *Declinantur, ut remigis, frondis, verberis*, Lucanus.

At saxum quoties ingentis verberis ictu Excutitur.

Fefellit memoria summum virum J. G. Vossium, cum scripsit Lib. I. de Analog. c. 44. hunc locum à Phoca citatum esse ex deperditis Lucani libris.

469

Vis inerat. [a] neque enim solis excussa lacertis
Lancea, sed [b] denso [c] ballistae turbine rapta,
Haud unum contenta latus transire, [d] quiescit:
Sed pandens perque arma viam, perque ossa, relicta
Morte, fugit: superest [e] telo post vulnera cursus.
At saxum, quoties ingenti [f] verberis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam [g] vertice montis
Abscidit inpulsu ventorum [h] adjuta vetustas,
Frangit cuncta ruens: nec tantum corpora pressa
Exanimat; totos [i] cum [k] sanguine dissipat artus.
Ut tamen hostiles densa testudine muros

Te-

VARIAE LECTIONES.

a *nec* P. 2. B. 3. V. 2. W. meus. Ed. Brix. b *tensae* B. 1. c MSS. & Edd. multi *balistae.* d *quievit* VV. LL. Steph. e *celo* W. *coelo* Edd. Br. Med. f vulgo *ponderis.* g *a vert.* Edd. Ven. Br. h *adjuncta* B. 1. i *sed* meus. k *corpore* Marp.

469 VERBERIS ICTU] Regius primus, Bohur. Vossianus primus, & tertius à manu prima *actu*, quod placuisse videtur Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. L. II, 179. ubi docet *agi* dici illa, quae jaciuntur, vel emittuntur. Vide etiam statim ad vs. 494. Non tamen temere ego quid mutare ausim. non enim tam de emissione saxi haec verba sumenda sunt, quam de pulsu nervi, quo pulsante saxa erumpunt, ut loquitur Virgil. Lib. IV. Georg. 313. si de funditoribus loqueretur Lucanus, praeferrem *actu*. Nisi hoc sensu sumas, quo *aries actus lacertis* dicitur Lib. I, 384. In ballistis tota res pendebat ab intorsione, & ictu nervi. mox vs. 490.

Aries suspenso fortiter ictu.

Lib. VI, 137.

Roboris inpulsu crebros gemit agger ad ictus.

sc. arietis. Ovidius, sed in alia re, Lib. XIV. Metam. 820.

- - - - - - - - - - - - - - *ictu*
Verberis increpuit.

Plura vide ad Silium Lib. X, 53.

- - - - - - - - *Sonat acta bipenni*
Frondosis silva alta jugis.

ubi *acta* retineri possit; quia casus silvae plagas illis comitatur. Ceterum de hac, & ceteris hic memoratis machinis consule Lipsii Poliorc. L. III. Dial. 2, 3.

471 ABSCIDIT] Frustra vetustissimi duo Vossiani dant pro varia lectione *abstulit*, ut patet ex aperta, sed eleganti imitatione Valerii Flacci Lib. II, 528.

- - - *quantum ventis adjuta vetustas*
Inpulerit, pontique fragor, tantum abscidit imi
Concutiens à sede maris.

472 FRANGIT] Al. *sternit cuncta ruens* in vetusto codice. HORTENS. *Sternit*, Bohur. Amstel. & Marpurg. pro varia lectione etiam est *sternit* in Vossiano primo, & Wittiano.

475 INNEXA PRIORES] MS. P. *prioris* recte: sed & pro *innexa* scribendum *innixa*. Is mos est testudinis, ut posterior quisque antegressi scuto innitatur. GROT. Ed. sec. De testudine oppugnatoria hic agitur. Ejus hic mos, ut alii super aliorum scuta acclivia scanderent. Tacitus historiarum III. *Innixi humeris, & super iteratam testudinem scandentes.* Et historiarum IV. *invasere vallum appositis plerique scalis: alii per testudinem suorum: scandebantque jam quidam.* Quare MS. P. recte habet, *prioris*, dum & pro *innexa* scribatur, *innixa*. IDEM. Ed. tert. Ex conjectura Grotii verissima reposui *innixa*. quod firmant Regius primus, & Vossiani duo vetustiores. quod vero Grotius etiam legendum esse putat *prioris* ex uno MS. Put. cui accedit unus Voss. in eo vir magnus errat, credens, morem esse testudinis, ut posterior quisque antegressi scuto innitatur. plane contrario res se habet. priores enim gerebant scuta innixa posterioribus. Quod luce meridiana clarius patet ex Livio Lib. XLIV. c. 9. *Scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam,*

Tecta subit virtus, [a] armisque [b] innixa priores
Arma [c] ferunt, galeamque [d] extensus protegit umbo;
Quae [e] prius ex longo nocuerunt [f] missa [g] recessu,
Jam post terga cadunt: nec [h] Grajis flectere jactum,
[i] Aut facilis labor est, longinqua ad tela [k] parati
Tormenti mutare modum: sed pondere solo
Contenti, nudis evolvunt saxa lacertis.
Dum fuit armorum series, ut grandine tecta
Innocuâ percussa sonant, sic omnia tela
Respuit: at postquam virtus incensa virorum
Perpetuam rupit, [l] defesso milite, cratem,
Singula continuis cesserunt ictibus arma.
Tunc adoperta levi [m] procedit [n] vinea terra,
Sub cujus pluteis, & tecta [o] fronte latentes
Moliri [p] nunc ima [q] parant, [r] & vertere ferro

VARIAE LECTIONES.

a *armis* B. 1. meus. b vulgo *innexa*. c *gerunt* V. pr. d *extentus* V. sec. a m. sec *protensus* Marp. e *primum* V. 1. f *tela* Edd. Ascens. vers. Gryph. Mic. Hort. aliique male. g *recussu* vulgo. h *Graecis* B. 1. i *haud* V. 2. V. 1. a m. sec. B. 2. meus. Edd. Ven. Br. Med. Sulp. Col. Mic. Hort. *non* V. 1. *labor e. f.* R. 1. k *paratis* R. 1. l *defenso* B. 1. V. 1. m *processit* B. 1. *succedit* R. 1. n *unica* A. o *fronde* W. V. 1. a m. pr. p *tunc* B. 1. q *parens* V. 1. r *evertere* W. Marp. A.

giatam, sicut tecta aedificiorum sunt, testudinem faciebant &c. Longior est, sed elegans locus, totum, quaeso, perpende, Lector, & Comment. Lipsii in Poliorcet. L. 1. Dial. 5. Nec juvat Grotium, quod *aliquando in oppugnatione alii super aliorum scuta acclivia scanderunt*, ut in tertia *editione* addidit. De eo enim more non agit hic noster, sed simplicem, tectam, & fabricatam scutis testudinem describit. Aliud autem agebat Hortensius, cum testudinem hanc cepit pro machina, sub qua tecti milites arietem in muros inpellebant, & quam describit noster vs. 488. &c. & Lipsius Poliorc. 1, 8.

477 MISSA RECUSSU] MS. P. & T. *recessu*; quod recipiendum. Subierant moenia, ita ut jam telis impeti non possent, sicut ante eminus impetebantur. GROT. Non dubitandum est de veritate lectionis *recessu*, quam omnes habent Codd. MSS. & Edd. ante Bersmannianam, in qua typothetarum culpa irrepsisse videtur. Lib. VI, 40.

- - - - - - - magnoque recessu
Amplexus fines.

ubi itidem in quibusdam perperam *recussu*: Valer. Flacc. L. V, 557.

- - - - - longo nam tuta recessu
Puppis.

Valer. Max. Lib. III. c. 6. §. 1. *Ingenia, quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt.*

478 POST TERGA] Quia jam appropinquabant Romanae acies. SCHOL.

482 SERIES] *Seriem* armorum dicit continuationem. IDEM.

482 GRANDINE TECTA INNOCUA] Livius citato loco: *Ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes laeserunt, & testudini injecta imbris in modum lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur.*

484 RESPUIT] i. rejecit, ipsa scilicet series. SCHOL.

485 PERPETUAM RUPIT DEFESSO MILITE CRATEM] Citat Servius ad illud IX. Aen.

- - - - - armorumque resolvit
Tegmina.

addens, armorum connexionem esse testudinem. Tacitus historiarum III.: *pondera Saxorum Vitelliani provolvunt, disjectam fluitantemque testudinem lanceis contisque scrutantur, donec soluta compage scutorum exsangues aut laceros prosternerent.* GROT. Ed. tert. Servii locus est ad vers. 517. ibi vero non scribitur *incensa*, ut hic vulgo, quod exponunt. *Ubi Massiliensium animi inflammari coeperunt.* aut *accensa* ut est in uno Berlm. & Amstel. Sed *incer-*

Moenia: nunc aries, suspenso fortior ictu,
Incussus densi compagem solvere muri
Tentat, [a] & [b] inpositis unum subducere saxis.
Sed super & flammis, & magnae [c] fragmine molis,
Et sudibus crebris, & adusti roboris ictu
Percussae cedunt [d] crates, frustraque labore
[e] Exhausto fessus [f] repetit tentoria miles.
Summa fuit Grajis, starent ut moenia, voti.
Ultro acies inferre parant; armisque [g] coruscas
[h] Nocturni texêre faces; audaxque juventus
[i] Erupit: non [k] hasta viris, non letifer arcus,
Telum flamma fuit, [l] rapiensque incendia ventus
Per Romana tulit celeri [m] munimina cursu.
[n] Nec, quamvis viridi luctetur robore, lentas
Ignis agit vires: teda sed raptus ab omni

VARIAE LECTIONES.

a *&* abest a V. 1. b *depositis* W. Marp. c *fragmina* meus. *framine* V. 2. d *grates* R. 1. *turres* Edd. Br. Med. e *exausto* V. 2. H. alii *exusto* V. Drak. ad Sil. x, 379. f *reperit* meus. g *coruscis* B. 1. Edd. Br. Med. h *nocturnis* B. 1. V. 1. i *erumpit* A. Ed. Ven. Br. Med. k *asta* V. 2. l *rapiens* A. m *molimina* R. 1. a m. sec. n *non* V. 1.

ta. quae lectio confirmatur Cod. Wittiano, Vossianis sec. tert. & quarto; cum Schol. *incerta* i.e. dubia. Legitur etiam *incensa*. adeoque verior mihi videtur. Ut Romanorum intelligat virtutem; quae facta est incerta, dum milites erant defessi, & alius ab oppugnatione cessare voluit, testudinis pondus non amplius ferens; alius vero durare, & pergere annisus est: & ita per istam incertitudinem testudo rupta, & dissipata esset.

487 VINEA] Dicitur compago tabularum invicem coëuntium ordine per quadrum. Nomen habet à vinea, quae quadrata dispositione plantatur. Virgilius,

- - - - Nec secius omnis in unguem
Arboribus positis secto via limite quadret.

SCHOL. Voss. pr.

488 PLUTEIS] i. e. munitionibus tectis. SCHOL. *Omnibon.* Plutei dicuntur tabulae, quibus aliquid praesepitur: sed proprie sunt crates crudo corio tectae, sub quibus latentes milites opus faciebant. MICYLL.

489 VERTERE] Msc. *vortere*. non male. BERSM.

490 INCUSSUS] Vetus Codex *impulsus* legit. HORTENS. Msc. *incussu*. quidam Codex habet *pulsus*. BERSM. V. ad L. VI, 123.

492 UNUM SUBDUCERE] i. e. saxo, quod erat in fundo, remoto, postea sternere caetera. OMNIBON. Cum Omnibono faciunt editiones Parm. Veneta, & Mediol. & vox *inpositis*. Notum est, passim hic & apud alios auctores *imus* & *unus* ob eosdem linearum ductus mutari. Malim tamen ego hic retinere *unum*. Antea jam dixerat *Moliri nunc ima parant*. Praeterea aries suspensus, ut ait ipse noster, ad altitudinem hominis medii non potest imum è fundo saxum subducere, sed unum grandius scilicet; quales lapides more prisco muris indebantur. Vide Lipsium Poliorc. L. III. Dial. 1. Ait Scholiastes, *unum scil. saxum. Lapis unus cum evertitur, omnes sequuntur in casum* (*incussum* Voss. sec.) *desuper*. meus Codex habet *vivum*.

494 ADUSTI ROBORIS ICTU] Cum jam praecesserit *ictibus*, & *ictu*; neque faces tam *ictu* laedant, quam adustione, posset videri legendum esse *actu* pro jactu. *agere* enim tela, & missilia passim dicimus. V. quos laudavi ad vs. 469. & L. VI, 134. Heinsium ad Ovid. L. IX. Metam. 220.

Validis actum per inane lacertis.

Verum omnes MSS. retinent *ictu*; & hoc videtur etiam velle participium *percussae*. Silius Lib. IX, 612.

Longinquis audent jaculis, & harundinis ictu.

499 NOCTURNI] i. e. per noctem. Rem temporis

Consequitur nigri [a] spatiosa volumina fumi.
Nec solum silvas, sed saxa ingentia solvit,
Et crudae putri fluxerunt pulvere cautes.
[b] Procubuit, majorque jacens adparuit agger.
Spes victis telluris abit, placuitque profundo
Fortunam tentare mari. non robore picto
[c] Ornatas decuit fulgens tutela carinas;
Sed rudis, & qualis procumbit montibus [d] arbor,
Conseritur, stabilis navalibus area bellis.
Et jam, [e] turrigeram Bruti comitata carinam,
Venerat in fluctus Rhodani [f] cum gurgite classis,
[g] Stoechados arva tenens. nec non & Graja juventus
Omne suum [h] fatis voluit committere robur,
Grandaevosque senes mixtis armavit ephebis.

Accepit

VARIAE LECTIONES.

a *tenebrosa* B. 1. b *procumbit* R. 1. c *ornatus.* d *ornus* M. Hort. e *turrigero* R. 1. f *de* Edd. Ven. Br. g *Stecados* Reg. pr. V. 1. meus. *Storchados* V. 1. *Stochados* V. 1. h *robur v. e. fatis* A.

poris ad personam transtulit. Virgilius,

> *Nec minus interea se matutinus agebat*
> *Aeneas.*

Est autem pulcra figura. SCHOL.

501 TELUM FLAMMA] i. e. flammis pro gladiis utebantur. *tulit* sc. ipsa incendia. IDEM.

506 SAXA INGENTIA SOLVIT] Pulmanni Codex *rigentia*, non male. i. e. dura, aspera, quae tamen dissolvit vehemens ignis. Ovid. Ep. 11. Her. 132.

> *Ultima praerupta cornua mole rigent.*

Rutil. Itiner. 1, 30.

> *Plana madent fluviis, cautibus alta rigent.*

& saepius *rigere montes* asperi dicuntur. Libro primo tamen vs. 25.

> - - - - - *lapsisque ingentia muris*
> *Saxa jacent.*

507 FLUXERUNT] In calcem resoluta sunt saxa. SCHOL.

510 FORTUNAM TENTARE MARI] Bersmanni scriptus liber *viris.* unde forsan scribendum est *maris.* ut bene conjiciebat meus Orvillius. *Fortuna maris* opponitur eleganter *victis spes telluris. profundo* mare satis intelligitur. Silius Ital. L. v, 247.

> *O juvenes, motumque novis sine Marte procellis*
> *Fortunam bello pelagus dabit.*

Justin. L. II. c. XI. *Xerxes duobus vulneribus terrestri Proelio acceptis experiri maris fortunam statuit.*

511 TUTELA] Tutela navium in rostris erat, ubi solebant antiqui ex aere formare quaedam numina, in quorum tutela naves erant, quorumque nominibus vocabantur. Virgilius *post hos aequo discrimine pristis Centaurusque.* SCHOL. In MS. est *in crimine & pistris.* Confundit Scholiastes cum aliis viris doctis παράσημον, quod erat in prora pictum, vel sculptum, figura plerumque alicujus animalis, aliquando quoque aliarum rerum, cum *tutela* sive picto, & sculpto Deo, Deave, quae erat in puppe. Naves autem pro variis temporibus nunc à παρασήμου nomen acceperunt, nunc à Deo tutelari. Aliquando utrumque habebant, παράσημον scilicet & tutelam, aliquando unum tantum, ut latius possemus apto loco ostendere. Vide Salmasium; &, qui eum laudat, Tollium ad Palaeph. p. 233. Schefferum de Milit. Nav. Lib. III. c. I. Gudium ad Phaed. L. IV. Fab. 24.

513 AREA] Prae junctura trabium. nam *aream* rates vocat, sunt enim rates proprie junctae invicem trabes. SCHOL.

514 BRUTI] Brutus enim per Rhodanum Galliae fluvium veniens cum multitudine sociorum in mare rates deduxit. Est autem Massilia in litore maris sita. IDEM.

516 STOECHADOS] Stoechades insulae sunt Massiliensium sexaginta millium spatio à continente terra in frontem Narbonensis provinciae, qua Rhodanus fluvius in mare exit. Dictae autem Graece Stoe-

Accepit non ſola viros, quae ſtabat in undis,
[a] Claſſis; & emeritas repetunt navalibus alnos.
Ut [b] matutinos [c] ſpargens ſuper aequora Phoebus
Fregit [d] aquis radios, & liber nubibus [e] aether,
[f] Et poſito Borea, pacemque tenentibus Auſtris,
Servatum [g] bello jacuit mare; movit ab omni
Quiſque [h] ſuam ſtatione ratem, paribuſque lacertis
Caeſaris hinc [i] puppes, hinc Grajo remige claſſis
Tollitur: impulſae tonſis tremuêre carinae,
Crebraque ſublimes convellunt verbera puppes.
Cornua Romanae claſſis, validaeque [k] triremes,
[l] Quaſque quater ſurgens exſtructi remigis ordo
Commovet, & [m] plures quae mergunt aequore [n] pinus,
Multiplices cinxêre rates. hoc robur aperto

Obpoſi-

VARIAE LECTIONES.

a *puppis* B. 1. b *matutinus* P. 4. B. 1. c *ſurgens* VV. LL. Steph. d *aquas* R. pr. e *aer* R. pr. V. 1. f *ut* M. Hort. g *jac. bello* B. 2. V. 2. h *ſua* W. i *pubes* vulgo MSS. & Edd. quid. *puppes* hic & alibi. k *triremis* R. pr. V. ſec. l *quas* meus. m *populos plures* meus. n *pinos* V. ſec. a m. pr.

Stoechades, quaſi opere in ordine ſint poſitae. Singulariter autem *Stoechas Stoechados* declinatur. SCHOL. Stoechades, tres inſulae, vicinae Maſſiliae, ab ordine, quo ſitae ſunt, appellatae: quas etiam ſingulis vocabulis nominant, Proten, Meſen, quae & Pomponia dicitur, & Hippeam. Plinius libr. III. cap. 5. Caeterum & Caeſar libro I. claſſem ſuam, cui D. Brutus praeerat, ad inſulam, quae eſt contra Maſſiliam, ſtationem obtinuiſſe dicit. MICYLL.

520 NAVALIBUS] E navalibus. id eſt. etiam illas naves viris implent, quae propter longum laborem ſubductae erant, velut militia jam ſolutae. SCHOL.

522 FREGIT] Omnia enim, quae in aqua apparent, fracta & velut intorta cernuntur. IDEM.

523 POSITO] i. e. quieto, non flante. ut Virgil. *Cum venti poſuere.* IDEM. Quieto, tranquillo. Virgil. *cum venti poſuere.* Mſc. *Pulſo Borea.* BERSM. Ovid. Ep. Her. VII, 49. *jam venti ponent* Stat, L. V. Theb. 13. *Cum fera ponit hiems* Minucius Fel. c. 3. *poſitis flatibus.*

524 SERVATUM] i. e. ad hoc paratum, ut bella gererentur. SCHOL.

526 CAESARIS HINC PUBES] Sic primus, quantum ſciam, edidit Grotius, ut habent Berſm. unus, Regius, Hulſt. & Marpurg. Ceteri omnes cum editionibus ante Grotium *puppes.* quae voces crebro permutantur. Vide ad Valer. Flacc. L. IV, 528. Reſtitui autem *puppes.* nam quamvis remis ſaepe dicantur *tolli*, & *ſurgere*, cum ſe in propellendo navem erigunt, illud tamen hic locum habere non poteſt. Obſtat *paribus lacertis*, quibus non tolluntur remiges ipſi, ſed puppes. praeterea aperte opponit *Caeſaris hinc puppes* & *hinc Grajor. claſſis.* jam *navem remis tolli* etiam alii dixerunt. Vide Celeb. Burm. ad Valer. 1, 340.

Concuſſoque ratem gauderent tollere remo.

puppes & *claſſis tollitur* pro *tolluntur* merus Lucani ſtilus eſt, de quo dictum ad L. I, 91, 422. & alibi ſaepius.

527 TONSIS] Tonſae ſunt remi, & *tonſae* dicuntur, quia frondes tonſae. i. e. abſciſae erant. non enim dolabantur propter neceſſitatem rei. SCHOL.

528 VERBERA] Al. in vetuſto codice *aequora.* HORTENS.

531 MERGUNT AEQUORE PINUS] Non capio, quid velint primi editores ante Sulpitium; item Aldus, Col. Steph. Hortenſ. Pulm. per *aequora.* quod etiam eſt in uno Voſſiano, regio & meo. Senſus eſt, ut bene ait Scholiaſtes. *Quadriremes, & naves, quae majorem habent numerum remorum. pro remis poſuit pinus.* ſic *pinus* pro face, taeda, trabe, & ſimilibus. vide ad Silium L. XIV, 303.

532 MULTIPLICES] Sulpitius vult, ut ſit ordo: *& triremes validae & quadriremes, & plurium re-*

morum

[a] Obpositum pelago. lunata fronte recedunt,
Ordine contentae gemino crevisse, liburnae.
Celsior at cunctis Bruti Praetoria puppis
Verberibus [b] senis agitur, molemque profundo
Invehit, & summis longe petit aequora remis.
 Ut tantum medii fuerat maris, utraque classis
Quod semel excussis [c] posset transcurrere [d] tonsis,
Innumerae vasto miscentur in aethere voces:
Remorumque sonus premitur clamore; nec ullae
Audiri potuere tubae. [e] tum caerula verrunt,
Atque [f] in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.

Ut pri-

VARIAE LECTIONES.

a *appositum* R. 1. b *saevis* A. meus. c *possit* V. 5. R. pr. Ed. Rom. Parm. Col. Steph. Gryph. Hort. d *remis* R. 1. e *tunc* MSS. & Edd. plerique. f *instrata* Ed. Ven.

jorum cinxere cornua Romanae classis appositorie *multiplices rates*. Malui tamen *cornua* in nominativo ponere, quia cornuum est potius cingere, quam cingi. ASCENS. Recte Scholiastes Voss. secundi. *Contra undas pelagi majores naves posuerunt, & fecerunt quasi cornua, & infra cornua majorum minores posuerunt.*

533 LUNATA FRONTE RECEDUNT] Hoc quoque primus in textum admisit Grotius ex tribus, ut videtur, (nam ipse tacet) Pulmanni Codicibus. quibus accedunt Witt. a m. sec. Hulst. Marpurg. & varia lectio Voss. primi. Ceteri omnes scripti, & editi *classe*. Capienda autem est *frons* simpliciter pro *specie*, *figura*, ut alibi, *nec frons erat ulla senatus*, & *aequa fronte* de classe Livius Lib. XXXVI, 44. XXXVII; 13, 23, 29. Alio sensu *frons* hic sumi nequit, cum cinctae ex utraque parte per cornua majorum navium introrsus navigabant. Talis autem classis Graecis vocabatur στόλος μηνοειδής. de qua pluribus agit Scheffer, de Mil. Nav. L. III. c. 5. Silius L. XIV, 370.

Classis & artabat lunato caerula gyro.

Ita quoque in re terrestri *lunata acies*. Vide Tennul. ad Frontin. Strateg. L. II. c. 3. §. 5. Vitiose autem pro *recedunt*. in duobus Regiis, & tribus Vossianis & Oxon. est *recidunt*. item in Voss. primo pro var. lect. *reducunt*. *Recedunt* est introrsus positae sunt, ita ut sinum faciant, quomodo passim apud Geographos *recedens terra* dicitur, & *recessus* interior locus vocatur.

534 LIBURNAE] Liburnae naves negotiatorum ab aliis dictae. Oratius. *Ibis Liburnis inter alta navium*. SCHOL. Voss. pr.

535 PRAETORIA] In qua Brutus praetor erat. supra enim ait.

Et jam turrigeram Bruti comitata carinam.

SCHOL.

537 PETIT] Servius citans hunc locum scribit *ferit* ad Virgil. L. X. Aen. 207.

- - - - - - *Centenaque arbore fluctus*
Verberat adsurgens.

Sexcenties *icere*, *ferire*, *pulsare*, *verberare* remi dicuntur undas. Sed nihil mutant MSS. *petunt* i. inpetunt, ut *petere gladio*, *jaculis* & similia. de senis navium ordinibus, vide ad Silium XIV, 486. *senis Rhoeteius ibat Pulsibus.*

539 TRANSCURRERE] Rectum hoc quidem; monendum tamen est, in meis membranis prius fuisse, sed eadem manu mutatum, *transmittere*. quod esset elegantius, ut puto. Ovidius Lib. XIV. Metam. 708.

Tantum aberat scopulis, quantum balearica torto
Funda potest plumbo medii transmittere coeli.

Silius L. XII, 652.

- - - - - - - *mediumque jacebat*
Tantum ad bella loci, quantum transmittere jactae
Sufficerent hastae.

ubi malim cum Ill. Heinsio *medique*, ut hic *tantum medii maris*. Adde inf. Lib. VI, 582. Stat. VI. Theb. 677, 929. notas ad Silium L. VIII, 552, 560. & nos ad L. VII, 622. *Concurrere* Vossian. sec. pro varia lectione.

541 PREMITUR] Ut strepitu, & clamore hominum sonitus remorum (*sonantes remos* Voss. sec.) nullus audiret. SCHOL.

542 CAERULA VERRUNT] Hausit hoc ex Virgilio L. III. Aen. 208.

nautae

Ut primum [a] rostris crepuerunt obvia rostra,
In puppim rediêre rates, emissaque tela
Aëra texerunt, [b] vacuumque cadentia pontum.
Et jam [c] diductis extendunt cornua [d] proris,
Diversaeque rates laxata classe receptae.
Ut, quoties [e] aestus [f] Zephyris, [g] Eurisque [h] repugnat,
Huc [i] abeunt fluctus, [k] illuc mare: sic, ubi puppes
[l] Sulcato varios duxerunt [m] gurgite [n] tractus,
Quod tulit illa ratis remis, [o] haec [p] retulit aequor.
Sed Grajis habiles, pugnamque lacessere pinus,
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro

[a] Cur-

Variae Lectiones.

a *proris* W. a m. pr. b *mediumque* Hort. M. c *deductis* V. 2. A. meus. M. Hort. *inductis* V. 1. d *rostris* P. 3. B. 1. V. pr. sec. e *Zephyris aestus* M. Hort. f *Euris Zephyrisque* Ed. Asc. Vers. M. Hort. *Zephyrusque Eurusque* V. tert. g *Eurisve* V. 1. W. *Furiisque* Serv. ad Aen. V. 2. vitiose. h *repugnant* B. 2. V. 4. meus. Edd. Rom. Parm. M. Hort. i *habeunt* R. 1. k *illo* V. sec. tert. A. l *Sulcatos vario* V. sec. meus. m *aequore* M. Hort. n *cursus* VV. LL. Steph. *tactus* V. 1. o *hoc* V. 1. a m. pr. Ed. Parm. p vulgo *reppulit*.

\- - - - - - *nautae*
Adnixi torquent spumas, & caerula verrunt.

Ita Statius quoque Lib. v. Theb. 309.

Non arva viri, non aequora verrunt.

Unde patet, male in Voss. sec. à manu prima, & uno Bersmanni, ac Oxon. scribi *vertunt*. quod etiam insederat Ovidio Lib. 1. Am. 9, 14.

Aptaque verrendis sidera quaeret aquis.

ubi plura in notis N. Heinsii videas exempla, sequentem versum citat Serv. ad Aen. v, 189. *Insurgite remis*. vide quoque Columm. ad Ennium Lib. VII. Ann. p. 71.

Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis.

443 CADUNT] Ita inclinantur, ut proni cadere videantur, vel, cum residant, cecidisse credantur. Nam gestum expressit navigantium, qui, quanto magis accelerant, tanto magis inclinant. SCHOL.

545 IN PUPPIM] Pro ad puppim. Virgilius *impulit in latus*, pro ad latus. IDEM. Leve est, sed ne quid negligam, dicendum in Vossiano primo, & quinto, ut & duobus Bersm. MSS. & Hortensii Marg. scribi *puppem*. ut variatur quoque vs. 591, 600. & alibi. *Puppem* autem suo tempore hic legit Priscianus. Nam ut probet, hanc vocem in *em* accusativum aliquando efferre, hunc locum adducit c. 758. nam vitiose ibidem c. 1000. *puppim* editur.

545 REDIERE] i. e. retrorsum, ut, ubi ante puppis fuerat, ibi staret ratis mutuo revocata impulsu. SCHOL.

547 EXTENDUNT] Ut in sinum suum recipiant hostes. IDEM.

548 DIVERSAEQUE] Hostium rates sunt, quia illi classem longius laxaverunt. *Laxata* i. e. postquam illi classis cornua tetenderunt. IDEM.

552 REPPULIT] Msc. tria *rettulit*, & unum *hoc attulit*. BERSM. *Retulit* est etiam in omnibus Pulm. & meis, vel *retulit*, praeter Hulst., ut & in Edd. Rom. Ven. Brix. Ascens. Mic. Hort. aliorumque. quare restitui auctori suam vocem *retulit*. *re*, anceps esse in compositis, alibi plus semel diximus. Opposuit auctor. *quod aequor illa ratis tulit, haec ratis retulit*. *attulit* VV. LL. Steph. *contulit* Voss. unus a m. pr.

553 PUGNAMQUE LACESSERE] i. e. provocare pugnam. Sunt, qui *capessere* legant: sed non video, cur mutem. VERSELL. Ita rectius, quam *capessere*, ob id quod sequitur. GROT. Pro lectione *lacessere* faciunt unus Pulm. duo Bersmanni, & mei quatuor, ac Voss. quart. pro varia lectione, cum editionibus Parmensi, Sulpitii, Ascensii, Versell. Micylli, & Paris. 1512. Sic Lib. IV, 720.

Mittitur, exigua qui proelia prima lacessat,
Eliciatque manu.

Livius L. XXXVII, 16. *lacessebatur magis, quam conserebatur pugna.* Statius Lib. 1. Theb. 413.

cre-

[a] Cursum, nec tarde [b] flectenti cedere clavo.
At Romana ratis stabilem praebere carinam
Certior, & [c] terrae similem bellantibus usum.
[d] Tunc, in signifera residenti puppe, magistro
Brutus ait; paterisne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi? jam consere bellum:
Phocaïcis medias rostris obpone carinas.
Paruit, obliquas & praebuit hostibus alnos.
[e] Tunc, quaecumque ratis tentavit robora Bruti,
Ictu victa suo, percussae capta [f] cohaesit.
[g] Ast alias manicaeque ligant, teretesque catenae,
Seque tenent [h] remis: tecto stetit aequore bellum.

Jam non

Variae Lectiones.

a *rursum* R. 1. a m. pr. b *flectendi* V. 1. c *sim. terrae* Ed. Ven. Br. Med. *terra* M. Hort. d *ac* M. Hort. e *tum* V. pr. f *resedit* Marp. g *atque* A. *ac* M. Hort. h *rostris* M. Hort.

- - - - - *erectus uterque*
Exertare humeros, nudamque lacessere pugnam.

Joseph. Iscan. L. v. B. Troj. 228.

- - - - - - - - *bellumque lacessit*
Ipsa prior, nulli jam responsura vocanti.

Capessere pugnam dici potest tam de eo, qui secundus proelium init, quam qui primus. Si quis tamen malit retinere *capessere*, quod longe plurimi, & vetustissimi servant Codices, & editi, non valde refragabor. Silius L. ix, 611.

Nec cui quam virtus propiora capessere bella.

Statius L. xi. Theb. 158.

Ire ultro, primamque capessere pugnam.

558 Signifera] Erat enim praetoria; ut ait supra.

Celsior & cunctis Bruti praetoria puppis.

SCHOL. In nave praetoria. GROT. Ed. tert.

560 Artibus] Piraticis fraudibus. SCHOL.

560 Consere bellum] Livius Lib. xxvi, 39. *Quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu; ita conserebant ex propinquo pugnam, ut non missilibus tantum, sed gladiis etiam prope collato pede gereretur res.* ubi male in editione Clerici *conferebant.*

564 Percussa capta cohaesit] Emendatio est Johannis Rutgersii (var. lect. c. 12.) ante legeretur, *percussa & capta.* Naves invectae in praetoriam Bruti cohaeserunt, velut captae, ipso ictus sui impetu. ita Curtius lib. iv. *In quarum alteram quinqueremis eadem concitata & ipsa rostro icta est, & illam invicem tenuit.* GROT. Ed. pr. *Percussae capta cohaesit.* Emendationem hanc V. A. Joannis Rutgersii, regis nunc Sueonum legati, probat MS. P. IDEM. Ed. sec. Hanc emendationem è suo codice protulit, & amplexus est etiam C. Barthius L. xi. Advers. c. 10. & è nostris plane eam exhibent Regius primus, & Vossianus tertius Marp. *percussaque* Hulst. *percusse &* Amstel. simile quid apud Livium L. xxxvi. c. 30. *Debilitatam ea ipsa, quae icta cohaeserat, navim cepit.* Silius Italicus, qui Lib. xiv. haec & sequentia hujus navalis pugnae ab auctore nostro mutuatus, & meliore, quam ipse noster, judicio imitatus est. vs. 381.

Ast alias latere atque incussi roboris ictu
Detergent remos: aliae per viscera pinus
Tramissis ipso retinentur vulnere rostris,
Quo retinent.

566 Tecto] Mscr. *toto* minus apte. Dicit enim aequor connexis inter se navibus non apparuisse. BERSM. In margine Hortens. Ed. pro varia lectione est.

Seque tenent remis remi. stetit aequore bellum.

Non male, estque è more Lucani L. i, 5.

Signa signis, & pila minantia pilis.

h. lib. 475.

Armis innixa priores Arma gerunt.

c. 46.

Saevus complectitur hostem Hostis.

iv, 557.

In morte virorum Mors virtutis habet.

624. *pectore pectus urgeri.* 782. *frangitur pectore pectus.* vii, 573. *confractique ensibus enses.* & alibi.

Sed

Jam non excussis torquentur tela lacertis,
[a] Nec longinqua cadunt jaculato vulnera ferro:
Miscenturque manus. navali plurima bello
Ensis agit. stat quisque suae de robore puppis
Pronus in [b] adversos ictus: multique peremti
In ratibus cecidêre suis. cruor altus in [c] undis
Spumat, & [d] obducti concrescunt sanguine fluctus.
Et, quas inmissi traxerunt vincula ferri,
Has prohibent jungi conserta cadavera [e] puppes:
Semianimes alii vastum subiêre profundum,
Hauseruntque suo [f] permixtum sanguine pontum.
Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes,

Fracta-

VARIAE LECTIONES.

a *non* meus. b *aversos* B. 1. c *undas* P. 6. R. 1. V. 1. Ed. Hort. *undam* B. *unda* V. 5. B. 1. d *obducto* Edd. Gr. Hack. e *puppis* M. Hort. f *permixto* O.

Sed vel sic tamen nihil temere muto, cum omnes MSS. *tecto* agnoscant, & Scholiast. dicens, *ut* Virgilius, *Latet sub classibus aequor.* Expressit haec Silius lib. cit. 518.

- - - injecta ligant hinc vincula ferri,
Atque illinc, steteruntque rates, ad proelia nexae.
Nec jaculo &c.
Comminus & gladio terrestria proelia miscent.

Livius l. cit. *Ita in arto stipatae erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret. Tectum aequor* inf. L. IV, 458.

570 ENSIS] Plurima agit gladius, nihil hasta, quia vicina sibi missilia tela non quaerunt. SCHOLIAST.

571 MULTIQUE PEREMTI] Imo lege cum MS. P.

- - - - nullique peremti
In ratibus cecidere suis.

Quomodo & à priore manu habuisse videtur MS. T. Sensus est. De puppe ita prominentes pugnabant, ut, qui caderent, non in navem suam caderent, sed in hostilem, vel in mare. GROT. Ed. sec. Mirum, quod nullus interpretum ante Grotium his verbis sit offensus: cum tamen sine dubio sint corrupta, nihilque singulare dixisset Lucanus, si plurimi in ratibus suis ceciderunt. Contrarium potius dixisse voluit auctor, & ut ait Scholiastes, *non cecidere in suis ratibus, sed in ratibus hostium, quae conjunctae sunt.* Itaque vel cum Grotio legendum *nullique.* quod mihi placet, & confirmatur Regio primo, Vossiano secundo pro var. lectione, & editione Veneta; eo sensu, ut omnes occisi ciciderint in mare, vel rates hostium, quoniam proni in adversos ictus ex connexis inter se navibus pugnabant. Vel si cui haec lectio nimis generalis videtur, posset legere, *a* vel *e ratibus suis*, ut exhibetur à Vossiano quarto. aut etiam, ut conjecit Doctissimus Waddel, *non ratibus e. suis*, sed hostium scilicet; quam emendationem juvat Scholiast.

573 OBDUCTI CONCRETO SANGUINE FLUCTUS] *Concrescunt* P. L. F. & Canter. Nov. Lect. Lib. III. cap. II. PULM. Mscr. *concrescunt*, quam etiam lectionem Canterus laudat. BERSM. *Obducto concrescunt.* Antea erat *obducti concreto*; sed ita, ut nos, MS. GROT. Non quidem damno τὸ *obducto.* par enim est Ovidiano Lib. I. Art. Am. 286.

Obducto cortice pressa latet.

& saepe. Sed mei omnes cum Pulm. Steph. & Bersm. retinent vulgatum, *obducti* i. e. tecti. ut *obducere caput amictu.* L. IX, 109. & similia apud nostrum. *concrescunt* etiam est in duobus veterrimis Vossianis. quare id secutus sum. Reliqui *concreto* cum Edd. ante Grotianam. Sed tum malim *obducto concreti s. fl.* scilicet *sunt*, vel *spumant*, exponente ita Scholiaste. *concreti sanguine*, ut *concretos sanguine crines* dixit Virgil. L. II. Aen. 277. & *concretam sanguine barbam* Ovid. Lib. XIV. Metam. 401. & passim apud alios.

574 VINCULA FERRI] Quae supra *manicas* dixit, eo, quod in modum manus naves capiunt *Manicae* sunt proprie vincula brachiorum. SCHOL.

575 CONSERTA CADAVERA] *Conferta* V. L. G.

Sa-

Fractarum [a] subita ratium periêre ruina.
Inrita tela suas peragunt in gurgite caedes:
Et, [b] quodcumque cadit frustrato [c] pondere ferrum,
Exceptum mediis invenit vulnus in undis.
Phocaïcis Romana ratis vallata carinis,
Robore diducto, [d] dextrum, laevumque tuetur,
Aequo Marte, latus: cujus dum pugnat ab alta

Puppe

VARIAE LECTIONES.

a *subito* Hort. Ed. b *quocumque* B. I. V. I. H. a m. sec. c *milite* B. I. in m. d *laevum dextrumque* B. I. *dextrumque levumque* A.

Sabellic. in Annot. (T. I. Thes. Crit. p. 183.) PULM. *Conserta* est etiam in Vossiano primo, & Wittiano, ac Hort. marg. aliisque. i. e. densa, collecta in unum. quomodo sexcenties *consertum agmen*, *consertissimi cunei*. & alia apud auctores occurrunt, ubi cum voce *consertus* & contra perpetuo in MSS. variatur: ut non mirum sit *conserta* hic placuisse Sabellico. Sed mutatione non opus est. *conserta* sunt colligata, conjuncta, commixta. Lib. IV, 490.

- - conserta jacent cum corpora campo,
In medium mors omnis abit.

V, 708.

- - - - - - - ' latumque per aequor
Ut terrestre coit consertis puppibus agmen.

Sed & utroque illo loco in quibusdam etiam *consertus*. Consule omnino summi in hisce judicii, & acuminis virum, P. Burmann. ad Valer. Flacc. L. III, 274.

Tum super exsangues consertae caedis acervos.

577 HAUSERUNTQUE] Msc. *auxeruntque*. non male. BERSM. In variis lectionibus Stephani, meo Codice, & Edit. Romana principe quoque scribitur *auxerunt*. Sed vitiose, & ridicule. Quasi non satis supra gesti non modo fidem, sed & verisimilitudinis speciem haec more suo ἀλόγως exaggeraret Lucanus. Nunc autem iis, qui mortui ceciderunt à navibus suis, quorum paullo ante fecit mentionem, opponit illos, qui semianimes in mare ceciderunt, & aquam sanguine è suis vulneribus mixtam haurire coacti sunt. contra *auxerat* in *hauserat* abiit L. I, 217. & saepe hae voces confunduntur. Inspice Drakenborchii notas ad Silium IX, 230.

580 INRITA] Cum missa ceciderunt: nam jam (*nimium* Voss. sec.) non sunt irrita, quia in fluctibus vulnus inveniunt. SCHOL.

583 PHOCAÏCIS] *Omnibon.* Post generalem pugnae descriptionem ad specialem descendit poeta, & quomodo singuli pugnarint, exponit. Loquitur autem hoc loco de nave quadam Romana, quam circumdederant Massilienses. MICYLL.

583 ROMANA] Msc. *Romana manus vall.* non male. & altera duo *vallata ratis Romana*. BERSMANN.

584 DIDUCTO] Recte Scholiastes, *separata multitudine virorum fortium per latera navium*, vel Omnibonus: *divisis militibus in dextram scilicet, & sinistram navis partem.* Unde patet, male in duobus MSS. Ed. Rom. Parm. Hortens. aliorumque scribi *deducto*, sollemni errore. ut vs. 632.

Aequora discedunt mersa diducta carina.

L. VII, 506.

Ut primum toto diduxit cornua campo.

Liv. V, 48. *Instruunt aciem diductam in cornua.* ubi Vossiani Codices duo *deductam*: quod eo loco praeferebat Gronovius. L. XXXI. c. 21. *Ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum vidit.* plura vide ad Lib. II, 244.

586 APLUSTRE] Adversam enim navem voluit occupare. Alii ornamentum navis accipiunt; alii genus gubernaculi; multi genus remi. SCHOL.

586 APLUSTRE] *Ornamentum navis, Festo autore: dictum quod amplius* sit, quam quo navis indigeat. Sunt tamen, qui velint Graecum esse, & subtrahant *m*, primamque ejus quidam corripiunt. Cicero:

Navibus absumptis fluitantia quaerere aplustra.

SULPIT. Aplustre, qui sine *m*, scribunt, à Graeco πλοῦς, & privativa particula α, deducunt, ut sit gubernaculum navis, dictum, quasi sine eo navigari non possit. MICYLL. Est autem *amplustre*, sive *aplustre*, & aplustria ornamenta in navi. quod plus erant, quam essent necessaria. Cicero in Arat.

Navibus assumptis fluitantia quaerere aplustra.

Primam syllabam in *aplustre*, communem faciunt poëtae ratione mutae, & liquidae. Juven. Satyr. 10.

Victae-

Puppe [a] Catus, Grajumque audax aplustre retentat;
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transigitur. [b] medio concurrit pectore ferrum,
Et stetit incertus, flueret quo vulnere, sanguis,
Donec utrasque simul largas cruor expulit hastas,
Divisitque animam, [c] sparsitque in [d] vulnera letum.
Dirigit [e] huc [f] puppim miseri quoque dextra Telonis,

Qua

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Tagus.* b *medioque cucurrit* A. c *spargitque* B. 1. d *vulnere* VV. LL. Steph. P. 2. V. 1. Ed. Br. e *hac* P. 1. f *puppem* B. 1. V. 3. R. pr. W. A. Edd. primae. V. ad 545.

- - - - *Victaeque triremis*
Aplustre, & summo tristis captivus in arcu.
Humanis majora bonis creduntur.

Silius lib. x.

Et transtra, & mali lateroque aplustria velo.

HORTENS. Msc *Amplustre.* dicitur autem *aplustre* & *amplustre* & *aplustrum*, Festo, ornamentum navis, quod summo malo imponitur. Micyll. gubernaculum navis interpretatur, quasi sine quo navigari non possit ab α privat. & πλῶς. BERSM. *Amplustre* habent tres Pulm. cum Wittiano, & meo, ac Edd. Ven. Omnib. & Hortensii. solebant autem sic scribere medio aevo. Vide de eo more, & significatione aplustris, ornamenti navis tam in prora, quam in puppe appositi, Salmas. in Plinian. Exercit. p. 404. & viros doctiss. ad Silium Ital. L. x, 325.

- - - - - *lateroque aplustria velo.*

& infra ad vs. 672.

586 TAGUS] Miror, nullum à viris doctis super sinceritate hujus nominis moveri scrupulum, cum tamen nusquam tale nomen inter Romanos obtinuisse appareat. *Tagi* cujusdam Hispanorum à fluvio Tago scilicet dicti, reguli meminit Silius Ital. L. I, 152. Sed ille nihil ad nostrum pertinet. Duo Pulm. Codices, & Wittian. edunt *Lagus*, vitiose. In Vossiano primo *Ca us*, suprascripto *Catus.* ut à manu prima habet clare Vossianus secundus, & plane Regius primus. Verissime, ut opinor. nec aliter legit Scholiastes, *Catus* exponens per *doctum gubernatorem.* sed male. Nomen est proprium *Catus.* Nota est inter Romanas familia *Catorum.* Plinius L. VII. c. 31. *Ob id Cati Corculi apud Romanos cognominati.* ubi V. Harduin. & quis nescit versiculum.

Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus?

Inde tamen non temere putem, hunc hominem originem duxisse. nam & alii cives hoc cognomen habuisse potuerunt. Immo aliud quid est, cur maxime praeferam hoc loco *Catus.* Versu 515. dixerat Lucanus, classem sub Bruto ex Rhodano fluvio devectam venisse ad Massiliam, quas naves Arelate fieri jusserat Caesar Lib. II. Bell. Civ. c. 5. Jam vero scimus, Rhodanum praeterlabi urbem Genevam, cui ut & toti ulteriori Galliae maximum militum numerum imperaverat. idem Lib. I. B. Civ. c. 6, 7. Genevae autem reperta est haec inscriptio.

APOLLINI,
M. AUFUSTIUS,
CATUS. O.

apud Gruterum p. 38. n. 12. Sive itaque *Catus* civis fuerit Romanus, sive Genevensis, facillime in hac classe eum potuisse militare apparet. Quid multa? Ejusdem nominis militem in castris Romanis recenset Silius L. IV, 139.

Obvia quadrupedis praeceps Catus ora tulisset.

Offendit librarios sonus ꝧ *Latus* & *Catus.*

588 TRANSIGITUR] Ex utraque enim parte tela directa sunt. SCHOL.

588 TRANSFIGITUR] Non bene. Legatur *Transigitur.* quia *si* producitur. VERSELLAN. *Transigitur.* Non *Transfigitur*, ut nonnulla legunt exemplaria: repugnat quantitas antepenultimae syllabae. HORTENS. Vitiose scilicet *transfigitur* circumferebatur in editione Romana, Sulpitii, Ascensii, & Micylli. quomodo etiam duo, vel tres recentiores MSS. Alii, quos vidit Barthius ipso teste, *transcitur.* unde ad Statii Theb. L. VII, 595. facit *Transicitur. Transicere*, vel *transjicere aliquem ferro*, Latinum esse, nemo sanus negaverit. Sed non minus probum esse *transigere*, quod tantum non omnes servant libri scripti, norunt docti. praeterea amat id verbum noster. L. IV, 545.

Viscera non unus jam dudum transigit ensis.

IX, 824.

Perque caput Paulli, transactaque pectora fugit.

X, 523.

Terribilem justo transegit Achillea ferro.

Hh Saepe

Qua [a] nullam melius, [b] pelago turbante, carinae
Audivêre manum: nec lux est notior ulli
Crastina, seu Phoebum videat, seu cornua lunae,
Semper venturis compónere carbasa ventis.
Hic Latiae rostro compagem ruperat alni:
[c] Pila sed in medium venêre trementia pectus,
[d] Avertitque ratem morientis dextra magistri.
Dum cupit in sociam [e] Gyareus erumpere [f] puppim,
Excipit [g] inmissum suspensa per ilia ferrum,

Adfixusque

VARIAE LECTIONES.

a *nullas* W. V. 1. Ed. Hort. b *pelagus* V. 1. c *tela* VV. LL. Steph. P. 4. B. 3. V. 3. W. H. A. meus. m. Hort. d *advertitque* meus. e *Giareus* MSS. & Edd. quidd. f *puppem* VV. LL. Steph. B. 2. V. 2. A. Edd. primae. V. ad 545. g *immensum* B. 1.

Saepe ita Valer. Flacc., Silius Ital. Statius, aliique. Vide Rittershus. & Gudium ad Phaedr. Lib. II, 10. *Gladio pectus transfigit.* ubi itidem contra metrum in Rem. Cod. *transfigit.*

589 INCERTUS] Utrum per pectus, an per dorsum. SCHOL.

591 DIVISITQUE ANIMAM] Haec, quamvis absurda, non multo meliore judicio imitatus esse videtur Sidonius Apollin. Carm VII, 291.

- - - - venit ecce, & celsa cruentum
Perforat hasta virum, post & confinia dorsi
Cedit transfosso ruptus bis pectore thorax.
Et dum per duplicem sanguis singultat hiatum,
Dividua ancipitem carpserunt vulnera vitam.

592 TELONIS] Perperam unus Bersmanni MS. *Gelonis*, & meus *Thelonis*. Recte Lucanus hunc navis magistrum poëtarum more nominavit *Telonem*, ab urbe, in Massiliae vicinia ad Citharisten promuntorium sita, *Telone Martio.* de quo oppido vide Bochart. Lib. I. Chan. c. 42. & Is. Vossium ad Melam Lib. II. c. 5. Ad ejus autem imitationem Silius L. XIV, 443.

Et Neptunicolae transverberat ora Telonis.

593 PELAGO TURBANTE, CARINAE] Corrigendus est Lutatius ad Stat. V. Theb. 412.

- - - clavumque audire negantem.

ubi vitiose legitur *turbare carinam.*

594 AUDIVERE] Consensere manui; ut Virgilius, *neque audit currus habenas.* SCHOL. De navibus Silius L. XIV, 392.

- - - - - - docilesque regentis
Audivisse manum.

595 CRASTINA] Rursum ante oculos Lucanum habuit Silius L. XIV, 453.

- - - - - - - Bonus ille per artem
Crudo luctari pelago, atque exire procellas.
Idem, quid Boreas, quid vellet crastinus Auster
Anteibat.

Componere valet *ad componendum*, ut apud Ovid. L. III. Metam. 615.

- - - quo non alius conscendere summas
Ocior antennas.

Adde nostrum vs. 697. Silium V, 552. VII, 56. Claudian. Epithal. Honor. 314. aliosque. illi autem duo versus *Audivere*, & *Crastina* &c. in Vossiano sec. hic deerant à manu prima; sed positi sunt, uti & in Vossiano primo repetiti, post versum 599. *Venturis ventis.* ut apud Propert L. II. El. 12, 5.

Venturam melius praesagit navita noctem,
Ventura lux.

Infra L. IV, 125.

597 ROSTRO] Scilicet suae navis Romanam solverat ratem. SCHOL.

599 RATEM] Cujus rostro obvius solvere Romanam tentaverat classem. Ut Virgilius, *semianimesque micant digiti.* Adeo & hic gubernaculum tenebat. *Morientis.* dum adhuc moriens gubernaculum teneat. IDEM.

600 IN SOCIAM] Ut pro illo (*Telone*) navem gubernaret. IDEM.

600 GYAREUS ERUMPERE] A manu prima Vossianus secund. *girare & repere*, alii item ab N. Heinsio inspecti Codices *irrepere.* Quod magis mihi cum Ill. viro adridet ad Silium Lib. XV, 617.

Erepit suspensa ferens vestigia castris.

ut notet clandestinum conatum, vel pavidum. L. VIII, 39.

Exiguam vector pavidus corripuit in alnum.

Non

Adfixusque rati, telo retinente, pependit.
Stant gemini fratres, fecundae gloria matris,
Quos eadem variis genuerunt viscera fatis:
(Discrevit mors saeva viros: unumque relictum
Agnorunt miseri, sublato errore, parentes,
[a] Aeternis [b] caussam lacrimis: tenet ille dolorem
Semper, & amissum [c] fratrem lugentibus obfert.)
Quorum alter, mixtis [d] obliquo pectine remis,
Ausus Romanae Graja de puppe carinae

[a] Injectare

VARIAE LECTIONES.

a *aeternam* V. sec. *alternis* V. tert. b *lacrimis* e. A. c *frater* V. sec. a m. sec. d *oblico* V. I.

Non tamen contra longe plurimorum Codicum consensum ausim plane damnare *erumpere.* in qua voce latet quaedam significatio clandestinae actionis. Seneca de Tranq. animi c. 2. *In mentes cupiditates velut mala ulcera eruperunt.* *Inrumpere* scribitur in variis lect. Steph. Voss. quarto & sec. pro var. lectione. atque ita edidere Ascens. Versell. & Micyllus. Non raro autem *inrumpere* sumitur pro intrare loca sacra, quibus interdictum est. ut Lib. V, 127.

- - - *cogitque fores inrumpere templi.*

Quodque idcirco, ut hic foret, cum furto & metu conjunctum est. Vide loca à Cel. Burmanno citata ad Quinctil. Lib. II. Inst. Orat. c. I. *ad suasorias inrumpunt.* Hoc tamen loco videtur potius mutatum ab iis, qui non crediderunt *erumpere*, si id modo rectum est, posse componi, cum praepositione *in*. sed contrarium jam vidimus ex Seneca. Valer. Maxim. L. IX. in fine. *In domum Cn. Asinii Dionis inrupit.* MSS. multi *erupit.* quae variatio est quoque in MSS. Voss. Livii L. II, 47. *ea erumpunt.* Ut vero dixi, magis placet *inrepere* vel *erepere.* Sueton. Tiber. c. 60. *quod is à tergo insulae per aspera & devia erepsisset ad se.* praecessit quoque *ruperat.* Cave autem hoc loco *suspensa ilia* referas ad metum furtivae actionis, ut dicitur *suspensos ferre gradus, pedes, vestigia &c.* Nam quid velit Lucanus, sequenti versu satis declarat.

Adfixusque rati, telo retinente, pependit.

Sic vs. 637.

Suspensaque crura retentant.

Porro *Gyareus* scribendum, non *Giareus.* Est enim Γυαρεύς, gentile à Gyaro, sive Gyaris, insula una ex Sporadibus, nobilitata murium multitudine, & sterilitate, adeo ut illuc damnati in exsilium ab imperatoribus mitti solerent.

603 GEMINI FRATRES] Credam autem, esse legendum *fratres gemini*; quia si *gemini*, continuo *fratres*; at si *fratres*, non continuo *gemini* erant. *Fratres* igitur *gemini.* ASCENS. Sicut authore Servio Sallustius recte dixit *mulieris ancillae.* quod minus bene dixisset, si contra *ancillae mulieris.* VERSELL. Haec observatio Quinctiliano subrepta est ex Lib. IX. Inst. Orat. c. 4. sed hoc Grammaticorum inventum repugnat multis Classicorum scriptorum exemplis. ut illic docent viri docti, & inprimis Cel. Burmannus, &, quem laudat, Vossius.

605 DISCREVIT] Omnino parenthesi hic opus, quam visum est addere. GROT.

606 SUBLATO] Nam quando simul vivebant, errorem sui vultus videntibus inferebant; sed uno mortuo error sublatus est. SCHOL.

608 OBFERT] Nam propter similitudinem hunc videntes, mortui reminiscebantur, *obfert*, i. ad memoriam reducit. IDEM. Laudant hunc versum Servius ad illa Virgil. L. X, 391.

Daucia Laride, Thymberque, simillima proles,
Indiscreta suis, gratusque parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas.

& Lutatius ad Statii Theb. IX, 295.

Solus abi, miseros non decepture parentes.

quo loco & ille citat Virgilii verba, pro *dura* scribens male *saeva.*

609 OBLIQUO PECTINE] i. remis pectinatis per obliquum. Alii legunt *pectore obliquo.* ut significetur gestus remigantium. ASCENS. *Pectore.* Qui legunt *pectine*, sic interpretantur, ut in remis dentes, ceu *pectines* existent. HORTENS. *Pectore.* Mic. duo *pectine.* & editi aliquot, ut remi indicentur mixtione sua quasi pectinati, vel dentes in remis, quasi pectines. BERSM. *Pectine* primus omnium interpretum exhibuit Sulpitius, quem secuti sunt Ascens. Versellan. & Micyllus. Ceteri

 usque

[a] Injectare manum: sed eam gravis insuper ictus
Amputat: illa tamen [b] nisu, [c] quo [d] prenderat, [e] haesit,
[f] Diriguitque tenens strictis [g] inmortua nervis.
Crevit in adversis virtus: plus nobilis irae
Truncus habet; fortique instaurat proelia laeva,
Rapturusque suam [h] procumbit in [i] aequora dextram.
Haec quoque cum toto manus est [k] abscissa lacerto.
[l] Jam clipeo, telisque carens, non conditur ima

Puppe:

VARIAE LECTIONES.

a *injactare* H. B. 1 *innectare* B. 1. b vulgo *nixu*. c *quem* Ed. Ven. d *prehenderat* meus. Ed. Parm. e *exit* Edd. Asc. Vers. f *deriguit* V. tert. V. ad L. 1, 246. g *emortua* Ed. Par. 1512. *jam mortua* Edd. Rom. Parm. h. Ed. Grotii & seqq. *procurrit*. i *aequore* V. 1. k *abscisa* V. 4. W. Edd. Rom. Ven. Paris. V. ad vs. 33. l *&* B. 1.

usque ad Grotium, priores editiones secuti sunt in *pectore*, licet Stephanus in variantibus, & Bersmannus in quatuor ex suis MSS. testentur esse *pectine*. Meorum tres Vossiani, & unus a m. prima habent *pectore*. noster *in pectore*. reliqui bene *pectine*. Innuit vero auctor, remos diversarum ratium ita ex transverso inter se consertos fuisse, ut ab utraque parte pectini similes adparuerint, & remi se remis tenuerint, ut forsan locutus est vs. 566. Bene haec intellexit Cl. Scheffer. de Milit. Nav. L. III. c. 6.

610 AUSUS ROMANAE GRAJA] Confundit historiam poeta, Massiliensibus assentatus: nam revera miles is, qui se adeo fortiter gessit, Romanus & Caesaris decimae legionis praefectus fuit, Cajusque Acilius est appellatus. Meminit ejus Tranquillus in Caesare: meminit Plutarchus: meminit & Valerius Maximus. Similis historia de Cynaegiro Graeco tradita est. SULPIT. Lucanus quam fuerit Caesari, & Caesaribus semper infestus, cum aliis multis, tum hoc loco videre est. Etenim gloriam in hoc certamine navali, quae Caesarianis debebatur, tribuit Massiliensibus hostibus. Tranquillus in Caesare. *C. Acilius*, inquit, *navali ad Massiliam praelio, injecta in puppem hostium dextra, & abscissa, memorabile illud apud Graecos Cynegiri exemplum imitatus, transiluit in navem, umbone obvios agens.* Valerius Max. eum non *Acilium*, sed *Attilium* vocat lib. tertio, cap. 2. de fortitudine. *Nec Attilium quidem*, inquit, *praeterire possumus: qui cum decimae legionis miles pro Caesaris partibus maritima pugna praeliaretur, abscissa dextra, quam Massiliensium navi injecerat, laeva puppim apprehendit: nec ante dimicare destitit, quam captam profundo mergeret: quod factum parum justa notitia patet:* Haec Valerius: in eandem sententiam etiam apud Plutarchum est. HORTENS. Quaedam interdum de historia ex affectu, aut quia sic poëma melius fluit, immutat Lucanus, ut hic. nam Acilius Caesarianus miles x. legionis dextra amissa laevam in Massiliensium navem injecit, nec prius destitit, quam eam mergeret. Vide Valerium Maxim. L. III. c. II. Est eadem apud Plutarchum historia. GROT. Ed. tert. Facillima mutatione possemus Lucanum falsitatis, & iniquitatis, quibus criminibus hic accusatur, absolvere. Modo inversis *a* & *ae* legas *Romana Grajae*. in Voss. sec. aliud quid fuit a m. prima, quam *Graja*. sed deletum est. Quam conjecturam proposuit jam doctiss. cognatus meus. ad Valerii d. locum. hoc ordine vs. 726.

- - *diversa victae jam parte carinae.*

sed & alio modo Lucani caussam agere possemus, ut vel retenta vulgata lectione dictis criminibus non temere obruendus foret noster: modo illi tantam fidem inesse, quam Tiberii sordido adulatori Valerio, concedas. Suetonium enim, & Plutarchum nihil moror. utpote posterioris aetatis. Ex verbis autem Valerii videor subodorari posse rem ea tempestate incertam fuisse, utrum haec fortitudo, dixerim an rabies, plane incredibilis, sit praestita à Caesariensi, an vero à Massiliensi. dum addit Valerius, *quod factum parum justa notitia patet*. Hinc Pompejani, & Caesaris adversarii Massiliensibus, & uni geminorum fratrum; Caesariani vero uni ex ejus militibus, seu cuidam *Acilio*, vel *Attilio*, hanc actionem tribuerunt. Posteri vero scriptores imperatoribus quoque adulantes, & crebriorem famam secuti Caesaris militi abjudicare non potuerunt. Non autem in eamdem sententiam est apud Plutarchum, ac apud Valerium, ut ait Hortensius, nec apud Suetonium. Prudentior fuit cum Suetonio Plutarchus, quam ut illis nugis tempus perderent. Quis enim credat, aliquem, *una manu puppe prehensa, tamdiu pugnare, donec capta navis mergatur*

Puppe: sed expositus, fraternaque [a] pectore nudo
Arma tegens, crebra [b] confixus cuspide [c] perstat:
Telaque multorum leto casura [d] suorum,
[e] Emerita jam morte, tenet. [f] tum vulnere multo
Effugientem animam [g] lassos collegit in artus:
Membraque contendit toto, quicumque manebat,
[h] Sanguine, & hostilem, [i] defectis robore [k] nervis,
[l] Insiluit, solo nociturus pondere, [m] puppim.

Strage

VARIAE LECTIONES.

a *corpore* B. 1. *pectora* R. pr. meus. b *confisus* V. 2. *perfixus* R. pr. c *praestat* A. d *virorum* R. pr. & Voss. sec. pro var. lect. e *& merita* V. 1. f *tunc* B. 2. W. V. 1. g *lapsos* B. 3. V. 2. O. 1. *laesos* A. h *sanguis* R. sec. a m. sec. i *defectus* Ed. Hort. *detectis* Ed. Elz. *defectis* Edd. Farnab. k vulgo *membris.* l *insiliit* V. 1. m *puppem* B. 1. V. 1. H. A. Vid. supra.

tur profundo. Debuit certe parvula fuisse scapha. Plutarchus ait in vita Caesaris p. 715. Ed. Par. τὴν μὲν δεξιὰν ἀπεκόπη χεῖρα μαχαίρᾳ, τῇ δ' ἀριστερᾷ τὸ θυρεὸν οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλὰ τύπτων εἰς τὰ πρόσωπα τοὺς πολεμίους, ἀπέτρεψε πάντας, καὶ τὸ σκάφος ἐπεκράτησεν. *Romana autem Graias* foret certius: nam Valerii verbis inesse potest simplex significatio parum cognitae illius historiae.

612 NIXU] Omnes Pulm. duo Bersm. & mei undecim cum Edd. Rom. & Veneta *nisu.* quod vulgatae lectioni praetuli. Creberrime autem has voces commutari, monuerunt viri docti. In veterrimis membranis S. Germani, & Thuaneo est *nexu:* quam lectionem unice veram judico. *haeret cane nexa canis* Ovidio Lib. II. Art. 284. Alibi quoque *nexus* abiit in *nixus.* Vide Cel. Burmann. ad Quinctil. Instit. Orat. c. 12. L. II. & Cl. Drakenb. ad Silium L. III, 32.

614 CREVIT] Fortior factus est, cum periret. SCHOL.

616 RAPTURUS] Non quia prodesset, si fuisset inventa; sed cupiditatem dolentis expressit, qui dexteram sibi aestimat necessariam. IDEM.

616 PROCUMBIT] Unus Bersm. Cod. & Marp. habent *procurrit;* ut primus Grotius, & dein ceteri edidere. Quamvis ego id me non intelligere fateor. Stabat ille miles in navi, & inclinans se, prehendit navem hostis manu dextra; sed hac amputata, & prae ira rabidus non *procurrit in aequor,* quo enim hoc opus. sed *procumbit* iterum ut accipiat manum, & in aequor jacturus rapiat, juxta nugacem Lucani mentem. Si in aequor procurrisset; quomodo tum ex sua in hostium navem insilire potuisset? ut subdit Lucanus. Quare restitui auctori *procumbit,* quod est in ceteris scriptis, & editis. Eadem accidit variatio in fine hujus libri. ubi vide.

618 CONDITUR] Msc. *conditus.* non male. h. e. absconditus. BERSM. *Conditus* est in sex Pulm. var. lect. Steph. ac decem meis MSS. & editionibus plerisque. Rectius tamen meo judicio ex libris quibusdam Aldus, quique eum secuti sunt, exhibuerunt *conditur.* Et sic tamen nimis multa hic junguntur participia.

622 EMERITA] i. e. tela, quibus alii occidi possent, ipse excepit, jam morte emerita, quippe toties confixus. SCHOL. OMNIB. Translatio à militibus, qui emeriti dicuntur, cum debita stipendia fecerunt. MICYLL.

624 QUICUMQUE] Aldinus textus habet *quaecumque.* sed erratum puto. VERSELLAN. *Toto quicunque manebat Sanguine.* Alii, *quaecunque manebant,* ut ad membra referatur. Ut sit sensus: *Contendit membra, quaecunque reliqua habebat, toto sanguine,* quod est, totis viribus &c. *Sanguine* pro viribus posito, tanquam continente pro contento, κατὰ μετωνυμίαν. Nam sanguine deficiente, etiam vires deficiunt. MICYLL. *Quaecunque ma.* Sic nonnulla exempla legunt, ut sit sensus, ait Micyllus, *contendit membra, quaecunque reliqua habebat, toto sanguine,* quod est totis viribus. *Sanguine* pro viribus posito, tanquam continente, pro contento, per Metonymian. Deficiente sanguine etiam vires deficiunt. HORTENS. *Quaecumque manebant* est in duobus Bersm. MSS. & Edd. Veneta, Omniboni, ac Pulmanni. *quaecumque manebat* Regius primus cum Aldo, Colin. & Stephano. *manabat* Voss. unus. *quaecumque tenebat* Voss. tertius cum Ed. Parm. *quemcumque tenebat* Editio Romana, non male. Membra sua intendit sanguine, quemcumque, licet parvum, reliquum post tantam tot vulnerum effusionem habebat. Ceteri tamen mei Codd. cum Pulmanni omnibus, & duobus Bersm. ac reliquis editis servant *quicumque manebat,* eodem sensu. Si *quacum-*

Strage virûm cumulata ratis, multoque cruore
Plena, per [a] obliquum crebros latus [b] accipit ictus.
[c] At postquam ruptis pelagus compagibus hausit,
Ad summos [d] repleta foros, [e] descendit in undas,
Vicinum involvens [f] contorto [g] vertice pontum.
Aequora discedunt [h] mersa [i] diducta carina,
Inque locum puppis cecidit mare. multaque ponto
Praebuit [k] ille dies varii miracula fati.

Fer-

VARIAE LECTIONES.

a *oblicum* V. 1. b *accipit* Ed. Rom. c *sed* B. 2. V. 4. R. 1. W. Hort. m. concinnius. d *completa* B. 1. e vulgo *desedit*. f *cum torto* B. 1. V. 1. R. 1. H. A. g *vortice* MSS. & Edd. qdd. h *moesta* V. pr. a m. pr. i *deducta* V. 2. H. meus Ed. Ven. k MSS. & Edd. qdd. *illa*.

cumque manebant legas, & ad *membra* referas, *sanguis* non sumendus est pro viribus, sed potius omni vigore animi. Quomodo locutus est Vellej. L. II. c. 9. *Ut in illis plus limae, in hoc pene plus videatur fuisse sanguinis.* Cicero L. II. Epist. ad Attic. 16. *Amisimus omnem non modo succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam civitatis.*

625 DEFECTIS ROBORE MEMBRIS] Sic Lib. IV, 600.

Jam defecta vigent renovato robore membra.

Sed cum praecedente versu habuerimus *membra*, hoc loco confidenter rescripsi *nervis* auctoritate MSS. quinque Pulm. trium Bersm. novem meorum, & Var. LL. Stephani. L. IV, 372.

- - - - - ! - *mox robora nervis,*
Et vires rediere viris.

Neque aliter è MSS. Remens. jam emendavit doctiss. Gudius ad Phaedr. Fab. 20. ubi τὸ *defectis* etiam adstruit. Vide ad Lib. I. in f. *defecta furore*. Ovidius Lib. V. Metam. 96.

Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.

626 HOSTILEM INSILUIT PUPPIM] Nota accusativum, ut vocant, casum. Plerumque enim dativo jungitur, ut ipse noster Lib. IX, 251.

Insiluit puppi, juvenum comitante tumultu.

L. II, 506.

- - - - - - *sed caeca nocte carinis*
Insiluit Caesar.

Omnes tamen Codices constanter retinent accusativum, & diserte Priscianus c. 11, 89. explicans per ellipsin praepositionis *in*. quam vulgo addere solent. Scholiastes quoque dicit *puppim*, *pro* in puppim. *Quidam volunt dicere* nociturus puppim. Immo sic etiam locuti sunt alii. Justin. Lib. XXV. c. 4. *Quinqueremem ex scapha cum septem insiluerit.* Consule N. Heinsium, & Burmann. ad Ovidii Metam. L. VIII, 142.

- - - - - - - - - *Insilit undas.*

& ad Valer. Flacc. L. VIII, 142.

- - - - - - - - - *puppim insilit.*

apud quem tamen nihil temere mutem L. II, 513.

- - - - - - - - *Insiluit scopulo.*

Potuit enim, ut Lucanus, hujus verbi casum variasse, nisi & aliquis in eo pro *puppi* & *carinis* praeferebat *puppim* & *carinas*, quod unus, & alter Codex illic habet: ut suo loco videbimus.

628 PER OBLIQUUM] Imitatus hunc locum est Valer. Flacc. L. I, 618.

- - - - - - *conversaque frontem*
Puppis in obliquum resonos latus accipit ictus.

sic enim cum viris doctis lego. Livius Lib. XXVIII, 30. *Obliqua ipsa* (navis) *ictum alterius rostri accipiebat.* Et alibi. *Obliquum latus dare* Senec. Hippol. 1073. Male autem Sulpitius intelligit ictus à Romanis inlatos. nam juxta Lucani narrationem ipsa erat Romana navis, & ille de puppe Graja desiluerat. Monuit id quoque Ascensius.

630 DESCENDIT] Aut ut Sabellicus legendum censet, ut vidimus fol. 49 *desedit* à *de* & *sido* quod, ut Vallensio docet, praeterito non caret 1. deorsum sedit, & locum cepit. VERSELL. Vide Sabellic. Annot. T. I. Thes. Crit. p. 183. *Desedit* autem non foret, à *desido*, sed *desideo*. sic simpliciter *sedere* Claudian. IV. Cons. Hon. 628. *Submersae sedere rates.* Infr. L. IX. *Pars sedet una ratis* & *sedit in undis.* *subsedit* Silius loco ad nostrum expresso L. XIV, 313.

- - - - - *media subsedit in unda,*
Divisitque fretum.

nam à *sido* praeteritum fit *sidi*, ut docuerunt viri docti,

Ferrea dum [a] puppi rapidos manus [b] inserit uncos,
[c] Adfixit [d] Lycidam. [e] mersus foret ille profundo;
Sed prohibent socii, suspensaque crura [f] retentant.
Scinditur [g] avulsus: nec, sicut vulnere, sanguis
Emicuit lentus: ruptis cadit undique [h] venis,
Discursusque animae, [i] diversa in membra [k] meantis,
Interceptus aquis. nullius vita peremti
Est tanta dimissa via. pars ultima trunci

Tradidit

VARIAE LECTIONES.

a *puppis* Ed. Hort. b *miserit* A. *haeserat* V. 1. c *afficit* H. d MSS. qdd. *Lycida* V. 1. *Lydan* R. pr. e *inmersus* V. 2. f *retentat* V. 1. g *aucasus* A. h *nervis* P. 2. i *divisa* V. 1. k *ruentis* H.

docti, unde aliquando hic quoque malebam *desidit.* quam conjecturam dein vidi sua auctoritate confirmari ab Heinsio in Cur. sec. ad Ovid. L. VI. Metam. 390. Nunc vero in alia sum opinione, & suum verbum auctori restituo, quod est *descendit:* ut habent omnes omnium ad unum Codd. & Editiones ante Gryphium, quem temere Bersmannus, non vero Steph. aut Pulm., secutus est. unde deinceps retentum *desedit.* Audi Claudian. B. Gild. 220.

Adsiduoque gemens undarum verbere nutat
Descensura ratis.

Statius Lib. III. Theb. 58.

- - - - - - - - *apertis*
Urbibus, aut pelago jam descendente carina.

ubi itidem *desessura* & *desidente* (V. Cl. Burm. ad Val. Flacc. I, 646.) frustra conjecit Heinsius. Consule Barthium. *Descendere in undas* pro mergi, de galea, & ense dixit quoque Statius. IX. Theb. 279, 282. *Desidimus* edidit etiam Heinsius in Virgilio L. III. Aen. 564.

Tollimur in coelum curvato gurgite, & idem
Subducta ad manes imos desidimus unda.

ubi tam *descendimus*, quam *desedimus* boni codices. V. Pierium. Quidquid sit, hic tamen ob MSS. consensum malim *descendit.* aliter saepe *desedit*, non minus quam *discedit*, depravatum est in *descendit.* ut apud Senec. Epist. 79. *Montis altitudo desedit.* male. MSS. *descendit.* Lactantius L. VII. Instit. Div. c. 3. *Terrae repentinis quassatae motibus vel hiaverint vel desederint.* Sic ibi MSS. vulgo *descenderint.* Neque aliter legendum apud Plinium L. 10. Ep. 48. *Ingentibus enim rimis desedit & hiat.* vulgo *descendit* circumfertur. Valer. Flacc. L. VIII, 329.

Stirus abit. vasto rursus desedit hiatu
Abrupta revolutus aqua.

J. Obseq. c. 96. *Terra septem jugerum spatio in caverna desedit.* ubi vide notata. *Sedere* in eadem re usus est Sallustius in Fragm. L. VI. p. 84. Ed. Wass.

632 DISCEDUNT] *Descendunt* Msc. duo vitiose. Dicit, divisam fuisse aquam submersione navis. BERSM. Res ipsa loquitur, *discedunt* esse scribendum. licet Micyllus, & Hortensius alterum perperam ediderint, & sit in Voss. uno Hulst Amst. Voss. sec. pro var. lect. *discindunt:* sed tum *mersae carinae* esse debuit. Recte Scholiast. *discedunt* i. e. *dividuntur.* Sallustius. *atque omnis Italia animis discedit.* Virgilius. *Medium video discedere coelum.* Haec ille. Seq. versu pro *cecidit.* male vulgo apud Lutat. ad Stat. Theb. IX, 502. scribitur *cedit.* mallem *recidit*, si faverent MSS. puppe jam mersa in priorem statum rediit mare, quod nave sedente diductum erat. *discedunt diducta* dictum, ut *lapsus cadit* &c.

634 INQUE LOCUM] Quod navis occupare consueverat spatium, hoc unda complevit. SCHOL.

635 RAPIDOS MANUS INSERIT] In Vossiano tertio, quarto, & quinto scribitur *radios.* sed in quarto est suprascriptum lege *validos.* Ut Metaphora esset desumpta à radiis textoriis, qui fuerunt acutissimi, cum illis subtemen staminibus intexi solebat, & adhuc solet. Hinc eo interficere hominem poterant. Pallas radio apud Ovidium L. VI, 133.

Ter quater Idmoniae frontem percussit Arachnes.

& apud Antonin. Liberal. Fab. 25. κερκίσι seu *radio* se jugulant mulieres. Pro *uncos* scribendum tunc *uncus.* Sed tamen vitiosum id censeo, & retinendum vulgatum *rapidos.* quod rectum est, sic *rapidae manus* Sil. XIV, 489. pro *Lycidam* Voss. sec. Graece *Lycidan.*

638 SCINDITUR] Hos versus Lucanus ipse percussis venis profluente sanguine, ubi frigere pedes manusque, & paulatim ab extremis cedere spiritum sensit, fervido adhuc & compote mentis pectore, dicitur cecinisse. SULPIT. Sed alii alios alc-

Tradidit in letum, vacuos vitalibus, artus.
[a] At, tumidus qua pulmo jacet, qua [b] viscera fervent,
Haeserunt ibi fata diu: luctataque multum
Hac cum parte viri vix omnia membra tulerunt.
Dum nimium [c] pugnax unius turba carinae
Incumbit prono lateri, vacuamque relinquit,
Qua caret hoste, ratem: congesto [d] pondere [e] puppis
[f] Versa, cava texit pelagus, nautasque carina:
Brachia nec licuit vasto jactare profundo,
Sed clauso periere mari. Tunc unica diri
Conspecta [g] est leti facies, [h] cum forte natantem
Diversae rostris juvenem [i] fixere carinae.
Discessit medium tam vastos pectus ad ictus:
Nec prohibere valent obtritis ossibus artus,
Quo minus aera sonent: eliso ventre, per ora

[a] Ejectat

VARIAE LECTIONES.

a & B. 1. b *ulcera* V. 1. in m. *viscera.* c *pugnans* H. d *robore* P. 2. B. 1. A. e *puppi* V. tert. a m. sec. f *mersa* V. pr. *versa* Ed. Ven. g deest in meo. h *tum* A. i *feriere* B. 1. *affixere* B. 1. V. 1. Lutat. ad Stat. Theb. VIII, 218. vitiose.

allegant, eos scilicet, qui libro nono de milite quodam ab Haemorrhoide percusso dicuntur.

Sanguis erant lachrymae, quaecunque foramina novit
Humor, ab ils largus manat cruor &c.

MICYLL.

640 DISCURSUSQUE] Ut Virgilius. *Et magno se corpore miscet. Animas* i. sanguinis. juxta eos, qui dicunt animam esse in sanguine. SCHOL.

642 DIMISSO] Per angustum enim vulnus solet anima exire; nunc diverso corpore iter majus invenit. IDEM.

642 DIMISSA] Unus Bersm. Ed. Ven. Parm. & Omniboni *demissa.* pro ad orcum, ad inferos missa. ut passim *demittere orco*, *neci* &c. abiit in *dimissa.* Statius L. I. Theb. 659. *animam leto demitte.* Ovid. L. III. Metam. 695.

Corpora tormentis Stygiae demittite nocti.

ubi vide. & Drakenb. ad Silium L. XI, 142. Rectius tamen hic legitur *dimissa.* Non enim tam de morte agitur in genere, quam de specie mortis, anima exeunte per latam viam, seu vulnus. Silius L. II, 259.

- - - jugulo optantis dimittere vitam,
Infestum condit mucronem.

Sic *dimittere aliquem è manibus, porta*, dicimus, non *demittere.*

643 VITALIBUS] Vitalia enim sunt vicina cordi. SCHOL.

647 DUM] Mscr. *cum nim.* male. BERSM.

648 INCUMBIT] *Incubuit* in vetusto Cod. & *reliquit.* HORTENS. *Incubuit* & *reliquit* habent quoque quatuor Pulm. & duo Bersm. MSS. *Incubuit* ex meis exhibent Vossiani quatuor, Oxon. & meus. *Incumbunt* Ascensii Ed. Pro *relinquit* è vetustissimi Vossiani, Wittian. Reg. unus Oxon. & meus cum editionibus Sulpitio prioribus *reliquit.* non male.

650 CAVA] Et aquas & nautas intra carinam texit, dum versa fuit. *Nec licuit* illis natare, utpote versa navi conclusis. *Clauso* scilicet intra navem, qua tegebatur. SCHOL.

656 OBTRITIS] Quamvis utraque rostra sunt in unius corpus illisa, perforato tamen pectore, sic utriusque rostri aera sonuere, tamquam nulli artus venientibus obstitissent; & sunt ossa contrita, & idcirco non prohibent. IDEM. Mscr. duo *obstrictis* male. BERSM. *Obstrictis* etiam est in Hulst. Voss. uno & altero à m. pr.

659 REMIS P. ET R. RECEDUNT] In vetusto Codice *reducunt.* alius vetus Cod. *remi*, & hic in margine habet *reducunt.* HORTENS. *Inhibere remis* de nautis probam esse locutionem nemo nescit. sed tamen pro *remis* in duobus Pulm. & Noss. MSS. est *remos*; in duobus Bersm. *remi*, ac duobus Vossian.

[a] Ejectat saniem [b] permixtus viscere sanguis.
Postquam inhibent [c] remi [d] puppes, ac rostra reducunt,
[e] Dejectum in pelagus, [f] perfosso pectore, corpus
Vulneribus [g] transmisit aquas. pars maxima turbae
Naufraga, jactatis morti [h] obluctata lacertis,
Puppis [i] ad auxilium sociae [k] concurrit: at illi
Robora cum vetitis [l] prensarent altius [m] ulnis,
Nutaretque ratis, populo peritura recepto:
[n] Inpia [o] turba super medios ferit ense lacertos:
Brachia linquentes [p] Graja pendentia [q] puppe,
[r] A manibus cecidere suis: non amplius undae
Sustinuere graves in [s] summo gurgite truncos.
Jamque, omni fusis nudato milite telis,
Invenit arma furor: remum [t] contorsit in hostem
Alter; [v] at hi [x] totum validis [y] aplustre lacertis,

[a] Avulsasque

VARIAE LECTIONES.

a *Ejactat* V. 1. *delectat* B. 1. b *mixtus per viscera* P. 1. V. 1. H. *mixtus post viscera* R. pr. *perm. viscera* V. tert. Marp. Ed. Hack. c vulgo *remis* & *reducunt*. d *puppis* V. 1. e vulgo *disjectum dejectumque* A. f *percusso* B. 1. g *transivit* Ed. Ven. h *ductata* A. i *in* B. 1. k *succurrit* Ed. Ven. l *pensarent* B. 2. V. 1. Ed. Ven. *prensarunt* Ed. Mic. m *undis* R. 1. n *jam impia* V. 1. o *turma* B. 1. p *Grajae* V. qu. q *puppi* V. qu. W. R. pr. r *&* B. 1. s *somno* V. 1. t *commisit* B. 1. *cum s.* V. 1. v *&* A. x vulgo *tortum*. y *amplustre* MSS. & Edd. qdd. V. ad vs. 586.

Vossian. Wittiano; Oxoniensi pr. & uno meo, Amst. Regio sec. a m. sec. & membranis Andinis, teste summo Viro J. F. Gronovio Lib. IV. Observ. c. 26. quo loco eidem placuit τὸ *remi*. Torsit hoc loco se Scholiastes scribens. *Inhibent* i. e. *prohibent: verbum proprium nautarum, & Hypallage est. nam remi inhibent puppes, non puppes remos. Alii legunt in textu* viscera inhibent, *i. e. removent*. Ad Hypallagen illam recurrendum non opus esse, videmus, si MSS. sequamur, ut feci, legendo *remi*. Poëtarum autem more rebus adscribit, quod est hominum, scil. remigum, qui puppes inhibent, ac rostra *reducunt*. nam & ita scribendum auctoritate Mstorum, & Stephani, duorum Pulm. trium Bersm. trium vetustissimorum Vossian. Witt. Hulst. Oxon. pr. & mei. *decedunt* Reg. pr. *relinquunt* Voss. unus. *Remi* pro *remis* acute etiam est in MSS. nonnullis L. V, 421. ubi vid.

660 DISJECTUM] Ita primus, quod sciam, rescripsit Grotius; & est in uno Bersm. Regio, ac Marp. Ceteri omnes cum editis *dejectum*. quod revocavi. Non enim corpus erat in partes disruptum, sed tantum perforatum. à rostris autem paullulum ex aquis videtur fuisse sublatum, quibus recedentibus rursus in mare cecidit.

664 PRENSARENT] Var. Lect. Steph. & Voss. unus cum Amstel. *pressarent*. de quo verbo V. Heins. ad Ovid. Metam. VIII, 538. Zinzerling. Prom. Crit. c. 38. sed praefero *prensarent*, quod est, cum nisu prehenderent. Virgil. II. Aen. 444.

- - - - - *prensant fastigia dextris.*

664 ALTIUS] Al. *arctius* in vetusto Codice. sic alter quoque Codex. HORTENS. *Altius* exponunt summam navis partem. ut sit sensus, cum jam per navis latus eo adscenderant, ut summum navis marginem manu prehenderent. non male. *Artius* tamen, praeterquam in Hortens. & duobus Pulm. Codicibus, legitur quoque in Wittiano, Marp. Amstel. Vossiano pro var. lect. Ed. Veneta, & plurimis à N. Heinsio collatis libris, teste Drakenb. ad Silium VI, 194. Forsan melius. solent enim de vita periclitantes in aqua, artissime prehendere, quidquid attingere possunt. de re ipsa ceterisque rursus Silius consulendus Lib. XIV, 490. & qui sequuntur.

664 ULNIS] i. e. mensura manus, hoc est, unde incipit manus. Ut Virgilius.

Tres pateat coeli spatium, non amplius ulnas.

SCHOL.

668 A MANIBUS] Ut non ipsi remitterent manus,

[a] Avulsasque rotant [b] expulso [c] remige sedes.
In pugnam fregere rates. sidentia pessum
Corpora caesa tenent, [d] spoliantque cadavera ferro.
Multi inopes teli, jaculum letale revulsum
Visceribus [e] traxere suis, & vulnera laeva
[f] Obpressere manu, validos dum praebeat ictus
Sanguis, & hostilem [g] cum torserit, exeat, [h] hastam.
Nulla tamen plures hoc edidit aequore clades,

Quam

VARIAE LECTIONES.

a *Avolsasque* R. pr. *Evulsasque* B. 1. b vulgo *excusso*. c *milite* B. 1. d *spoliant* V. 1. *spoliantur* A. e *cepere* B. 1. f *compressere* B. 1. g *contorserit* B. 1. R. 1. *dum* Lutat. ad Stat. Theb. VIII, 727. male. h *astam* V. 2.

nus, sed remitterentur à manibus. SCHOL.

668 AMPLIUS] Sc. quam pendebant in navibus. IDEM.

670 JAMQUE OMNIS FUSIS] Alii codices *omni* legunt. HORTENS. *Omni*. Mscr. tria: *omnis*. & tert. *omni absusis*. forte *effusis*. BERSM. *Omnis* ediderunt Sulpit. Ascens. Versell. aliique. jungentes *omnis furor*, pro cujuscumque ira; eamque lectionem firmant quoque var. lect. Steph. quatuor Pulm. & octo mei ex optimis. Sic *omnis vox*, *omnis manus*. & sexcenta similia, de quibus adi N. Heinsium ad Ovid. Metam. L. IX, 425: vide etiam ad L. II, 704. IV. 86. VIII, 319. pro *omnis fusis* mallem tamen hic cum Bersm. legere *omni effusis*. offendit enim nimia repetitio sibili *s*. Amat autem praeter alios hanc compositionem auctor L. I, 287. Vide Indic. Silius L. I, 375.

Effundit vastos ballista molares.

Effusa tela praeterea clarius notabunt, nihil telorum reliqui fuisse, sed omnia ad unum emissa, ac consumpta esse.

671 INVENIT ARMA FUROR] Ut Virgilius *Telum ira facit*. SCHOL. Expressum ex Virgilii illo *furor arma ministrat*. Nostrum imitatus est Silius L. VI, 45.

- - - non hasta viro non ensis: in artis
Abstulerat fors arma: tamen certamine nudo
Invenit Marti telum dolor.

Plura vide in Schotti Observ. Hum. Lib. II. c. 47.

672 HI] *Hic* in vetusto Cod. HORTENS. *Hic* etiam quatuor Pulm. novem mei, & unus Bersm. cum Edd. Ven. Brix. Mediol. rectius, ut puto. Respondet melius τῷ *alter*. sed post *lacertis* tum ponenda major distinctio: ut Lucanus prius specialius dixerit de *hoc* & *illo*, dein cetera generaliter persequatur. nam male in Ed. Med. & quatuor Pulm. Codd. & meo *rotat*, licet sciam *t* in caesura non raro produci. V. ad L. I, 642. sic singulari subjungit plurale vs. 695.

Hostis, & implicitis gaudent subsidere membris.

& alibi. & quis non veterum?

672 TORTUM] More solito in vocibus *tortus*, & *totus* (V. ad Silium L. VII, 412.) hic quoque variatur. Praefero tamen hoc loco *totum* cum tribus Pulm. Bersm. sex meis, Edd. Rom. Parm. Aldi, Col. Steph. Gryph. Pulm. & Bersm. *Totum* etiam praestare, indicat vox *validis*. viribus enim opus erat, ad aplustre totum, quod erat tabulatum in puppe maxime conspicuum, adeoque non parvum, in hostes jaciendum. De *aplustri* plura versu 586. Nec juvat, quod passim missilia dicantur *torqueri*. nam illud satis expressit per verbum *rotare*, & versu praeced. jam habuimus *contorsit*.

673 EXCUSSO REMIGE] An itaque illi milites remiges suos transtris sublatis, in mare projecerunt? Hoc enim *excutere remigem* notet: quomodo *excutere equitem*, vel *aurigam* dicuntur equi apud Virgilium, Ovidium, Valer. Flacc., Senecam, & alios. Petron. c. 114. *Et illum quidem vociferantem in mare ventus excussit.* Nemo sanus hoc credet. Quare sine dubitatione rescripsi *expulso*, jubentibus id quatuor Pulm. & omnibus Bersm. ac undecim meis melioribus, nisi quod in Hulstiano a m. pr. est *avulso*. nec aliter ediderunt Veneti A. 1477. Brix. Mediol. Ascens. Versell. & Micyllus. *Expulso remige* est migrare jusso, & surgere coacto. *expulsa terris virtus* L. II, 242. Infra vs. 712. *Sedibus expulsi oculi*; ubi itidem variatur: & passim. Totus ergo locus ita concipiendus.

- - - - remum contorsit in hostem
Alter; at hic totum validis aplustre lacertis:
Avulsasque rotant expulso remige sedes.

673 SEDES] i. e. transtra. *expulso* aut occiso ab hostibus remige, aut quem expellebant, non habentes spem navigationis. SCHOL. Voss. pr.

674 IN PUGNAM FREGERE RATES] Pro quibus pugnabant, ut acute notat Servius hoc loco utens ad Aeneidos II, 446. GROT. Ed. tert. Similia Silius Ital. L. XIV, 544.

sese-

Quam pelago diversa lues. nam pinguibus ignis
Adfixus taedis, & tecto [a] sulfure vivax
Spargitur: [b] at [c] faciles praebere alimenta [d] carinae,
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.
Nec [e] flammas superant undae: sparsisque per aequor
Jam ratibus, [f] fragmenta [g] ferus [h] sibi vindicat ignis.
Hic [i] recipit fluctus, [k] exstinguat ut aequore flammas:
Hi, ne mergantur, tabulis ardentibus haerent.

Mille

VARIAE LECTIONES.

a MSS. & Edd. qdd. *sulphure.* b *at* P. 4. B. 2. V. 1. A. Edd. Rom. Parm. Sulp. A. C. G. Sc. Hort. &c. c *facilis* V. sec. a m. pr. d *carina* V. 1. e *flammam* B. 1. *sup. u. flammas* B. 1. f *fracmenta* W. g *ferox* P. 1. W. h *qui* V. 1. a m. pr. i *repetit* P. 1. k *extingat ut in* V. 1.

- - - - - sesequе in proelia rursus
Armat naufragio: remis male fervidus ille
Festinat spoliare ratem, discrimine nullo
Nautarum interdum convulsa sedilia torquens.
Non plectro ratis, aut frangendae in vulnera prorae
Parcitur, & pelago repetuntur nantia tela.

In pugnam ergo, ut pugnarent. de qua locutione multa congessimus ad Lib. II, 150. X, 492.

674 SIDENTIA PESSUM] In profundum cadentia retinent corpora mortuorum, & auferunt tela, quibus confixa erant. SCHOL.

674 SIDENTIA PESSUM] Non hic notat *stantia*, vel *manentia sub pedibus*, ut Omnibonus, & Sulpitius explicant, sed mergentia, intereuntia, ut bene reliqui. Nove autem *sidere pessum* à Lucano dictum esse, notat Hortensius. Usus tamen hac locutione etiam est patruus auctoris Seneca cap. 2. de Constant. sapientis *civitatis pessum sua mole sidentis.* Vide Priscian. c. 893.

676 INOPES TELI] *Telis* duo Bersm. Marp. Voss. quart. meus, Voss. tert. a m. pr. & sext. a m. sec. cum Ed. Hortensii male. L. IV, 264. *inops undae.* V, 398. *inops juris.*

677 VULNERIBUS T. S. ET VISCERA S.] Al. *visceribus*, in vetusto Cod. pro *viscera.* al. *vulnera laesa.* HORTENS. In Scholiaste, editionibus prima, & Parm., Sulpit. Ald. Col. Gryph. Steph. Pulm. Micyll. Bersm. aliisque, scribitur, ut exhibuit quoque Hortensius, & longe plurimi habent Codd. Unus Pulm. & Reg. prim. cum Edd. Ven. Omnib. Ascens. & Versell. *Vulneribus*, & *vulnera.* sed rectius meo judicio primus edidit Grotius *visceribus*; & *vulnera*, ut est in uno Bersm. & Vossiano, Hulst. & Marp. *opprimere vulnus*, idem est, quod *obducere* aliis.

677 VISCERA] Ubi vulnus acceperant. SCHOLIAST.

679 HOSTILEM] Bene *hostilem.* Ipsam enim miserat hastam, unde fuerat vulneratus. *Exeat*, ipse scilicet sanguis. IDEM.

681 DIVERSA] i. e. contraria. Ignem dicit, quem scimus, aquis esse contrarium. SCHOL.

682 ADFIXUS TELIS, ET TECTO SULPHURE.] *Quidam hic taedis* legunt. Telis picata, ac resinata cum sulphure stuppa affixi concepta flamma, in hostium naves aut urbes emissis horrendum incendium, & prope inextinguibile excitavit. Quod si *taedis*, legas, intellige pingue ejus arboris, de genere Laricum natura. HORTENS. *Telis*, quod praetulit Hortensius, inveni tantum in recentissimo Cod. Amstelaed. & Edd. Romana, Parm. & Paris. 1512. in ceteris rectius *taedis.* ut apud Silium L. XIV, 427.

- - - - per pingues unguine taedas.

682 TECTO SULFURE] Exponunt *tectum sulphur* interpretes pro sulfure, cera & pice contecto: sed cur tum non potius *immixto* dixisset? Nihil tamen mutant libri. In sola Ed. Veneta est *recto.* an *tetro*? *atro sulfure* alibi apud Silium in simili re. an *tacto* vel *tincto*? Vide ad L. X, 491.

- - - - - piceo jubet inguine tinctas
Lampadas immitti.

an potius *cocto*? *sulfur* enim *coctum* distinguitur à *vivo*, sive Graece ἀπύρῳ. Vide omnino Plin. L. XXXV. c. 50. Hinc *vivum sulfur* saepius apud poëtas. Virgil. L. III. Georg. 449.

- - - - - vivaque sulfura,
Idaeasque pices & pinguis unguine taedas.

Ovid. Rem. Am. 260. Adde Broukhus. ad Tibull. I, 5, 11.

- - - - - lustravit sulfure puro.

683 FACILES] Sc. quae facile praebent. *Liquida* i. liquefacta. *Superant* scilic. ut exstinguant. SCHOLIAST.

687 FLAMMAS] Veterrimus Voss. primus, Regius pr. Wittian. & Hulst. scribunt *fauces.* in Vossiano sec. pro var. lect. *fauces.* in Hulst. suprascript. *flammas.* Scholiastes ait, *fauces, quas ardebant.* *Legitur & flammas.* sed dubito, an *exstinguere fauces* notari possit *flammam à faucibus arcere*, sive exstin-

Mille modos inter leti, mors una timori est,
Qua coepere mori. [a] Nec cessat [b] naufraga virtus.
[c] Tela legunt dejecta mari, ratibusque ministrant:
Incertasque manus, [d] ictu languente, per undas
Exercent. [e] nunc, [f] rara datur si copia ferri,
Utuntur pelago. [g] saevus complectitur hostem
Hostis, & inplicitis [h] gaudent subsidere membris,
Mergentesque mori. Pugna fuit unus in illa
Eximius [i] Phoceus, animam servare sub undis,
Scrutarique fretum, si quid mersisset harenis,
Et nimis adfixos [k] unci convellere morsus,
Adductum [l] quoties non [m] senserat ancora funem.
Hic, ubi [n] compressum penitus [o] deduxerat hostem,

Victor

VARIAE LECTIONES.

a *ne* V. 1. b *naufrica* V. 1. c *vela* Ed. Elzev. & Farn. d *jactu* B. 1. Voss. sec. a m. pr. e *non* R. 1. f *rata* V. sext. sec. a m. pr. g *saevum* R. pr. V. pr. B. 1. h *gaudet* Edd. Sulp. Asc. Vers. Mic. V. ad vs. 671. i *Cepheus* VV. LL. Steph. *foceus* V. 1. *Phoceus* V. sec. k *uncis* V. 1. a m. pr. l *quotiens* MSS. & Edd. qdd. passim. m *senseris* B. 1. *sensit* R. 1. n *comprensum* P. 1. B. 1. V. 3. R. pr. Edd. Sulp. Asc. Vers. Mic. Hort. o *diduxerat* P. 1. V. 2. *deduxerit* R. 1.

flinguere. non credo. Latere aliud quid videtur. Paullo post mallem *disjecta*, si faverent MSS. i. huc illuc jacta. de hoc colligendi tela more V. Scheffer. de Mil. Nav. Lib. II. cap. 2. Efficacius etiam posita essent verba vs. 690. hoc modo *virtus nec naufraga cessat*.

690 COEPERE MORI] Sensus est. Cum mille genera mortis inirent, quisque hanc metuit, qua mori coepit. i. si mergi poterat, festinabat ad flammas. si poterat cremari, se in fluctibus obruebat. ita patiebatur alteram mortem, dum alteram fugit. SCHOL. *Mille modos inter leti.* Inter tot mortium genera eam solam mortem timent, quae prima ipsis occurrit: puta mergi, aut uri. GROT. Vitiose *timorem* scribitur in Editionibus Lutat. ad Stat. Theb. IX, 280.

Mille modis leti miseros mors una fatigat.

691 RATIBUSQUE] Non ratibus, sed his, qui in navibus erant. SCHOL.

693 EXERCENT] In variantibus Grotii lectionibus scribitur *exertant*. quod viris doctis quibusdam placet. Vox haec denotaret, illos natatores brachia ex aquis extendere ad ejiciendum telum. passim hoc verbo utuntur auctores ad denotandum militem, se pugnae parantem. Stat. Lib. I. Theb. 413.

- - - - - - - *erectus uterque*
Exertare humeros, nudamque lacessere pugnam.

Frontin. Lib. II. c. 1. §. 3. *Deposcentes pugnam, humerosque exerentes, & lanceas vibrantes:* uti recte emendant Keuchen. & Tennul. vulgo *exercentes*. *Exerere manus, humeros, brachia*, ubique invenias. Hoc tamen loco cum plurimis MSS. retineo *exercent*. quod servatur etiam Lutatio ad Stat. Theb. 384. & notat ipsum mittendi actum; sed ita, ut lassentur manus incertae sive irritae. Propert. L. III, 334.

Exercent teneras in sua dona manus.

Seneca Trag. in Thyeste 165.

- - - - *quae jubet irritas*
Exercere manus.

Philos. L. III. de Ira c. 18. ad Marc. c. XI. Consol. Plura dedit videre cupienti Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. L. III, 161.

Nec pharetram aut acres ultra Tirynthius arcus
Exercet.

Exercet spicula Ovid. L. XIII. Metam. 51. Sequentia imitatus est Silius L. IV, 591.

Hic hostem, orbatus telo, complectitur undis,
Luctantemque vado permixta morte coërcet.
Mille simul leti facies.

694 UTUNTUR PELAGO] Quid sit *utuntur pelago*, in sequentibus explanatur: scil. se invicem mergunt. solent enim poëtae obscure posita in sequentibus aperire. SCHOL.

696

Victor & incolumis summas [a] remeabat in undas,
Sed [b] se per vacuos [c] credit dum surgere fluctus,
Puppibus occurrit, tandemque sub [d] aequore mansit.
Hi super hostiles jecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam. Non perdere letum
Maxima cura fuit; [e] multus sua vulnera puppi
Adfixit moriens, & rostris abstulit ictus.
Stantem sublimi [f] Tyrrhenum culmine prorae
[g] Lygdamus excussa, Balearis tortor [h] habenae,
Glande [i] petens, [k] solido [l] fregit cava tempora plumbo.
Sedibus [m] expulsi, postquam cruor omnia [n] rupit
Vincula, [o] procurrunt oculi: stat lumine [p] rapto
Adtonitus, mortisque [q] illas putat esse tenebras.

At,

VARIAE LECTIONES.

a *redibat* R. I. b *super hic* VV. LL. Steph. c *dum credit* B. I. meus. Hortens. m. d *aequora* V. tert. e *vultus* A. f *Tyrrhetum* V. I. g *Lidamus* A. R. I. *Ligdanus* V. I. *Liddamus* V. I. h *abenae* V. I. i *perit* Ed. Ven. k *soluta* meus. Hort. m. l *perfregit* s. V. I, m *excussis* B. I. n *rumpit* H. A. o vulgo *procumbunt*. p *rupto* V. I. a m. pr. *adempto* Marp. q deest in V. I.

696 MERGENTESQUE MORI] i. e. dum moriuntur, occidere mergentes gaudent. SCHOL.

697 PHOCEUS] Hic esse de Graecorum parte cognoscitur; cum à Phocaïcis de patria nomen accepit. IDEM.

698 SCRUTARI] Ordo est. Eximius scrutari, si quid fretum harenis inmersisset. *Eximius* pro doctus. IDEM.

700 ADDUCTUM] i. applicitum, sc. ut extrahatur per eum. sunt, qui legant *abductum*. sed minus congruit. VERSELL. Hic & Lib. IV, 453.

Ad cautes adducto fune secuta est,

Sabellicus convenientius legi putabat *abductum*, & *abducto*. Tom. I. Thes. Crit. p. 183. pravo judicio. *adduci* notat, adtrahi. ut *adducere nervum, lora, manus*. apud Livium L. IX. c. 10. Ovid. Ep. Her. X, 104. Stat. VI. Theb. 424. *Adductaque funibus arbor* Ovid. L. VIII. Metam. 775. Valer. Flacc. Lib. V, 160.

Vincula prensa manu saxis adduxerat imis.
ubi consule viros doctos, & ad L. VI, 133.

- - *extremas laqueis adducere turmas.*

Caesar. L. III. B. Gall. c. IV. *Quum funes, qui antennas ad malos destinebant, comprehensi, adductique erant.*

701 SUMMAS REM. IN UNDAS] Vetertimus ille Vossian. prim. & Oxon. pr. *superas*. quod verum putem. *superas undas* sunt superficies aquae respectu fundi, & inferorum. quibus passim obponuntur *superi*. V. nostrum L. VI, 633. VII, 770. Stat. Theb. I, 295. III, 145. VIII, 31. Silium III, 485. *Superas veniebat* seu *remeabat ad auras*. Virgilio L. IV. Georg. 486. VI. Aen. 128. aliisque. infra L. VI, 633. *quem superis revocasse velis*. ubi id monet quoque Hortens. Adde Cl. Burm. ad Vellej. L. II. c. 48. *Quam apud superos habuerat magnitudinem, inlibatam detulisset ad inferos*. Pro *in undas* habent *ad undas* unus Bersm. & Voss. sec. ac tert. cum editionibus Sulpit. Aldi, Colinei, Steph. Gryph. Pulm. Bersm. aliisque. parum refert. porro ad sequentium versuum imitationem expressit sua Jos. Iscanius Lib. V. B. Troj. 175.

Tandem dum fluctus gravior rimatur opacos,
Incidit in puppes, frontemque infigitur uncis.

705 JECERUNT] Scilicet dum natant supra hostiles remos, jecerunt brachia, ut inpeditis remis cursum navium retardarent. SCHOL.

706 NON PERDERE LETUM] Hoc agebant, ne ita morerentur, ut nihil agerent in morte; sed aut alios secum mergerent, aut fugam navis tenerent, remis dum natant impeditis. IDEM.

707 MULTUS] Singularitas pro pluralitate accipienda est *multi*. IDEM.

708 ROSTRIS] Cum ipse infixus est rostris, non sic percussa sonuerunt, ut solent nuda. IDEM.

710 EXCUSSA] Glande excussa i. plumbo rotundo ejecto vi. Alii legunt *excussae*, sed divisim,

At, poſtquam [a] membris ſenſit conſtare [b] vigorem,
Vos, ait, ô ſocii, ſicut tormenta ſoletis,
Me quoque mittendis rectum componite telis.
Egere, quod ſupereſt animae, Tyrrhene, per omnes
Bellorum caſus. [c] ingentem militis uſum
Hoc habet ex magna [d] defunctum parte cadaver:
Viventis feriere loco. ſic fatus in hoſtem
[e] Coeca tela manu, ſed non tamen inrita, [f] mittit.
Excipit haec juvenis generoſi ſanguinis Argus,
Qua jam non medius deſcendit in ilia venter,
Adjuvitque ſuo procumbens [g] pondere ferrum.
Stabat [h] diverſa [i] victae jam parte carinae
Infelix Argi genitor; (non ille juventae
Tempore Phocaïcis ulli [k] ceſſurus in armis:

Victum

VARIAE LECTIONES.

a *ſenſit m.* B. 2. V. 1. W. R. 1. Ed. Hort. Mic. b *rigorem* V. 1. c *ingentis* VV. LL. Steph. d *defectum* B. 1. e *oenea* R. 1. f *miſit* VV. LL. Steph. P. 3. B. 1. V. 1. H. Marp. meus. g *pectore* B. 1. W. A. Edd. Rom. Parm. M. Hort. h *adverſa* V. 1. i *junctae* VV. LL. Steph. *jam v. div.* V. 1. W. Edd. Aſc. Verſ. Hort. *jam victa diverſae* B. 1. k *ceſſiſſet* B. 1. in M. *ceſſurus*.

ne duo ſint epitheta, ſic: *tortor habenae Balearis: excuſſae ſ.* a ſe, ſed malim cum Omnibono *excuſſa* legere. ASCENS. Jungit Omnibonus in notis *excuſſa glande.* ſed Taberius in textu edidit *excuſſae.* ut habent ceterae quoque editiones ante Gryphium, & omnes Berſm. plerique Pulmanni, & undecim mei Codices. *Excuſſae habenae* eſſet, ut *fundae amento excuſſo* apud Ammian. Marcell. L. XXXII. in eadem re *excuſſo lacerto* Statio Theb. x, 740. Tres tamen Pulm. Voſſ. quintus Oxon. unus, & Marpurg. *excuſſa* retinent cum aliis, à N. Heinſio inſpectis; qui plurima hujus locutionis exempla congeſſit ad Ovidium Lib. VII. Metam. 779.

Nec excuſſae contorto verbere glandes.

Sidon. Apollin. Carm. xv, 18.

Hic rotat excuſſum vibrans in ſidera Pindum.

vſ. 469. *Excutitur ſaxum.*

711 PLUMBO] Al. *ferro* in vetuſto Cod. HORTENS.

712 EXPULSI] Vel legitur *excluſi.* SCHOL. Sed vide ad vſ. 673. Melius tum foret *excuſſi*; niſi illa vox praecederet. *oculum excuſſerit* Seneca Epiſt. IX.

713 PROCURRUNT OCULI] Reſcripſi *procurrunt*, ut habent Mſti longe plurimi, & editiones pleraeque. *procumbunt* vulgo nunc legebatur, quae vox primum à Grotio in textum inmiſſa eſt. nam vitioſe, ſeu contra Sulpitii mentem, in Ed. quadam Sulpitii A. 1509. exaratum eſt *procumbunt*. Ipſe Sulpitius ediderat *prorumpunt* cum Ed. Veneta, Aſcenſ. Verſell. & Micylli. *procumbunt* eſt in uno tantum Berſm. Regio recent. Hulſt. Marp. & Amſtel. *prorumpunt* in duobus Voſſianis, & Variantibus Stephani. *diſſiliunt* unus Berſm. Non diſpliceret *prorumpunt*; niſi mox praecederet *rupit*. Cogitavi, aliquando ſcribendum eſſe *prociderunt* i. e. proni è ſedibus ceciderunt oculi. Ovidius ex emendatione Heinſii L. IX. Metam. 649.

- - - - cum tu laſſata ſequendo
Procidis.

Statius L. IX. Theb. 48.

Nudus in egregii vacuum jam corpus amici
Procidit.

Livius L. XXVI. c. 39. *praeceps cum armis procidit ante proram.* c. 49. *flens ad pedes imperatoris procubuit.* in Voſſiano Cod. eſt *procidit.* vel *proruerunt.* Nam omnia illa loca, ubi *proruere* ponitur ſine caſu, non auderem cum ſummo Viro J. F. Gronovio ſuſpecta habere, & mutare in *procidere* ad Taciti L. XV. Ann. c. 22. Penultimam autem in praeteritis ſaepe corripi, etiam pueri norunt. Num fuit, *proſiliunt?*

715

Victum aevo [a] cecidit robur, fessusque senecta,
Exemplum, non miles erat) qui, funere viso,
Saepe cadens longae senior per transtra carinae,
Pervenit ad [b] puppim, [c] spirantesque invenit artus.
Non lacrimae cecidere genis, [d] non pectora [e] tundit,
[f] Distentis [g] toto riguit sed [h] corpore palmis.
Nox [i] subit, atque oculos [k] vastae [l] obduxere tenebrae,
Et miserum cernens [m] agnoscere desinit Argum.
Ille caput labens, [n] & jam [o] languentia colla
Viso patre levat: vox fauces nulla solutas
[p] Prosequitur: [q] tacito tantum petit oscula vultu.
Invitatque patris [r] claudenda ad lumina dextram.
Ut torpore [s] senex caruit, viresque cruentus
Coepit habere dolor; Non perdam tempora, dixit,

A saevis

VARIAE LECTIONES.

a Sic V. 1. vulgo *robur cecidit*. b *puppem* B. 1. V. 1. *in p.* B. 1. c *spirantes in v.* B. 1. *spirantisque* V. pr. sec. tert. R. pr. W. d *nec* V. 1. Oxon. pr. e *tondit* H. f *distensis* VV. LL. Steph. P. 1. B. 1. g *tenso* Ed. Asc. Mic. h *pectore* A. i *subiit* B. 1. k *late* B. 1. l *obtexere* V. 1. m *cognoscere* Edd. Ven. Br. Med. n *etiam* B. 1. R. 1. A. o *labentia* B. 1. p *persequitur* V. 1. q *tacitoque tamen* A. r *claudentia* V. 1. s *senes* Ed. Ven.

715 MEMBRIS] Al. *nervis sensit* ut in vetusto Cod. HORTENS.

721 VIVENTIS] Hunc dicit esse ingentem usum militis, si loco viventis potuisset occidi. SCHOL.

722 COECA] Pro ipse coecus. IDEM.

723 JUVENIS GENEROSI] Miseratio facta de duabus rebus; de aetate, & de genere; quia & juvenis & nobilis fuit. IDEM.

424 JAM NON MEDIUS] Plus ergo, quam medius. HORTENS.

724 DESCENDIT] *Discedit* Vossianus prim. tert. Regius prim. & Voss. sec. pro varia lectione sollemni mutatione, ut jam saepius monui. Illustr. N. Heinsius curis secundis ad Ovidium legit *desidit* Lib. VI. Metam. 290. *Salientia viscera*. Verum ego vulgatum non temere damno; idque retinet Priscian. c. 611. Quidquid ex altiore loco inferne vergit, recte dicitur *descendere*. Sic Lib. II, 375.

Intonsos rigidam in frontem descendere canos.

Statius Lib. I. Theb. 134.

Ardua nodosos cervix descendit in armos.

Ovid. Lib. XII. Metam. 396.

Ex humeris medios coma descendebat in armos.

ubi vide Cl. Burm. Silius Ital. L. VI, 426.

- - - - - - horrida cano
Vertice descendens ingentia colla tegebat
Caesaries.

726 JAM VICTAE DIVERSA] Al. *diversa victae jam.* al. Vet. Cod. *stabat diversae victa jam par. car.* HORTENS.

727 ILLE] i. si juvenis tunc fuisset, nulli cederet. SCHOL.

730 NON MILES] Msc. *jam miles.* minus apte. BERSM.

731 CADENS] Aut senior, aut nimia festinatione. SCHOL.

736 DESINIT] Vossian. quart. *deserit*, sollemni errore. unde multa veterum loca sunt corrupta. Consule Heins. ad Ovidii Art. Amat. L. II, 726. *desino* restituendum puto etiam Terentio Heautont. A. II. sc. 3, 64 ex antiquissimo Bembi Cod. *Mulier telam desinit.* vulgo *deserit.* Dein *Argon* Sulpit. & Aldus edidere. non male. sed tum quoque vs. 723. rescribendum foret *Argos*.

738 VOX FAUCES] Malim cum amico, *fauces vox*.

746 TUA] In meo Codice scriptum est *sua*. Forsan vere. Vide, quae diximus ad L. I, 657. V, 311. *Jam manibus damnata suis.* Dein monet Bersmann. in aliis esse *Semianimusque*, frequentissima mutatione. sic Lib. II, 26. *Exanimes*, & *Exanimos* habuimus. Vide notas ad Gellium Lib. IV. c. 17. Giphan. Indice Lucret. in vocibus *gracilus*, *hilarus*, *proclivus*, *sterilus*. Fabric. ad Terentii Andriam

A saevis permissa [a] Deis, jugulumque [b] senilem
Confodiam. veniam misero concede parenti,
Arge, quod amplexus, extrema [c] quod oscula fugi.
[d] Nondum destituit calidus tua [e] vulnera sanguis,
Semianimisque jaces, & adhuc potes esse superstes.
Sic fatus, [f] quamvis capulum per viscera missi
[g] Polluerit gladii, tamen alta [h] sub aequora tendit
Praecipiti saltu. letum praecedere nati
[i] Festinantem animam morti non credidit uni.
Inclinant jam fata ducum: nec jam amplius anceps
Belli casus erat: Grajae pars maxima classis
Mergitur: ast aliae, mutato remige, puppes
Victores vexere suos: navalia paucae
Praecipiti tenuere fuga. Quis in urbe parentum
Fletus erat? [k] quanti matrum per litora planctus!
Conjux saepe sui, confusis vultibus unda,

Credidit

VARIAE LECTIONES.

a *diis* B. 2. W. b *senile* B. 1. V. 2 c *que* meus. d *necdum* M. Hort. e *viscera* B. 1. f *capulum qu.* V. 2. R. pr. g vulgo *polluerat*. h *per* R. 1. a m. sec. i *festinansque* B. 1. V. 1. k *quantus* vulgo.

driam IV, 2. Eunuch. II, 3, 23. ubi consuli etiam potest Rivius, & ad Sallust. B. Jug. c. 66. Scheffer. ad Phaedr. L. 1, 10. Heinsius ad multa Ovidii loca, & denique Drakenb. ad Silium v, 584.

747 SUPERSTES] Si ego me, antequam moriaris, occidam. SCHOL.

748 MISSI] Al. *mersi* in vetusto Cod. HORTENS. *Mersi* legitur in VV. Lect. Stephani, Pulm. tribus, duobus Bersm. duobus Vossianis Wittian. & Marp. cum Scholiaste *missi* legitur, & *mersi*. Latius de hac voce egi ad versum 426. *ferri* Amstel. & *missum* Voss. tert. dein pro *polluerat* rescripsi *polluerit*, jubentibus omnibus Pulm. duobus Bersm. Oxon. pr. & quinque meis melioribus cum Edd. Ven. & Omniboni. Male autem Ascensius & Versell. dederunt *polluerant*. nam liquet satis ex Lucano, patrem seipsum gladio confodisse, & dein in mare desiluisse, dum animam festinantem morti uni non credidit.

749 POLLUERANT] Alii habent *polluerat*. ut sit. ipse *sic fatus*, quamvis pollucrat capulum gladii missi per viscera S. sua, tamen &c. ubi alii legunt sic, *praecipiti saltu letum praecedere nati*. sed non video, cur mutem. VERSELL.

750 PRAECIPITI SALTU] Al. *praecipiti letum saltus*. Alias *praeceps*, *&* *letum gaudens praecedere nati*. al. *letum producere*. HORTENS. *Praeceps*, *&* *letum gaudens* est in uno Pulm. Edd. Veneta, Omniboni, Sulpitii, Ascens. Versell. & Micylli. Alii *saltu*, *&* *letum*. sed recte se habent vulgata, quae ceteris omnibus confirmantur MSS. Constructio est *festinantem praecedere*.

751 MORTI NON UNI] Quia post vulnera praecipitavit se in fluctus. SCHOL.

751 UNI] Atque ita non uni, sed duplici morti se tradidit, utpote & gladio confossus, & postea in mare praecipitatus. MICYLL.

752 INCLINANT FATA] Pompeji, ut vinceretur; Caesaris, ut vinceret. SCHOL.

752 FATA DUCUM] Massiliensium intellige, inter quos praecipuus fuit L. Domitius, nuper ad Corfinium à Caesare captus, & dimissus, ut libr. I. de bell. civil. idem Caesar meminit. Proximus autem ab hoc L. Nasidienus, qui post primam pugnam navalem, (duae enim praecipuè commissae fuerant) à Pompejo cum classe navium sedecim subsidio Massiliensibus, & Domitio missus fuerat, ut in iisdem Comment. lib. II. traditur. MICYLL.

756 QUIS] i. qualis, vel quantus. admirantis enim est. SCHOL.

757 QUANTI] Hoc rectius judicavi, quam *quantus*,

Credidit ora viri, Romanum amplexa cadaver:
Accensisque rogis, miseri de corpore trunco
Certavere patres. at Brutus in [a] aequore victor,
Primus Caesareis pelagi decus addidit armis.

VARIAE LECTIONES.

a *aequora* V. 1. Ed. Ven. Hack.

tus, motus auctoritate variarum lectionum Steph. trium Pulm. unius Bersmanni, & octo meorum ex vetustissimis Codicum cum editione Romana, & Parmensi.

760 CORPORE TRUNCO] *Trunci* Voss. tert. *caeso* meus. perperam. Seneca in Oedip. 1021.


- - *per has relliquias corporis trunci precor.*

762 PRIMUS &c.] C. Barthius Adversar. Lib. XXVII. c. 13. putat, Lucanum his verbis innuere, Caesarem, vel ejus duces numquam ante reportasse victoriam navalem. Falsum enim hoc esse, dicit, & Caesarem cum Germanis antea navali proelio prospere conflixisse. Sed nemo non videt, haec non cogitare Lucanum, qui tantum agit de rebus in bello civili gestis, in quo prima fuit Caesaris maritima victoria.



M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS
PHARSALIAE.
LIBER QUARTUS.

[a] *Sed quarti libri narrat pars prima, quod* [b] *ivit*
Caesar [c] *ad Hispanos, ad jussa ducesque reversos.*
Mortem Vulteji cum multis altera pars dat.
[d] *Ultimaque ut Varum pepulit campoque fugavit*
Curio, fraude Jubae cecidit [e] *qui strage suorum.*

T procul extremis terrarum Caesar in [a] oris
Martem saevus agit, non multa caede nocentem,
Maxima sed fati ducibus [b] momenta daturum.
Jure pari rector castris [c] Afranius illis,
Ac Petrejus erat: concordia duxit in aequas
Inperium commune vices, tutelaque valli
Pervigil, alterno [d] paret custodia signo.
His praeter Latias acies erat inpiger [e] Astur,
[f] Vettonesque leves, profugique à gente vetusta

Gallo-

VARIAE LECTIONES.

a *horis* V. 3. b *monumenta* vel *monimenta* B. 2. M. Ed. Ven. male. V. ad L. v, 340. c *Affranius* MSS. & Edd. qdd. d *cessit* Marp. e *Austur* Edd. Rom. Parm. *Hastur* Ed. Ven. f vulgo *vectonesque.*

a AT] MS. Barthii.
b INSTAT] Barth.
c IN] Barth.
d ULTIMA QUOD] MS. Amstel. & Barth.
e CUM] Amstel. *quoque* Barth.

1 AT] Consuetudo poëtarum est, ut finem praecedentis Libri initio consequentis jungant quibusdam particulis, ut saepe Maro. SCHOL.

1 EXTREMIS] In Hispaniae finibus. IDEM.

2 NOCENTEM] Msc. *nocentum*, h. e. hostium. aliud *rubentem.* BERSM.

3 MOMENTA] Ut, si vicisset in Hispania Caesar, etiam Pompeium superaret in civili bello. Victoria enim Caesaris maximum in Hispania Pompejo damnum intulit, & initio fuit victoriae belli civilis. SCHOL.

4 JURE PARI] i. aequali potestate. Hi videlicet relicti erant à Pompejo in Hispania, qui praeessent. SCHOL.

7 ALTERNO] i. modo Afranii, modo Petreji. IDEM.

8 ASTUR] Unum pro gente posuit; nam hi, quos dicit, Hispani sunt. IDEM.

9 VETTONESQUE] Vetustissimus Vossianus primus, Regius primus, & Wittianus sic exhibent. Voss. tertius *Vetones.* Alii *Vestones.* Vulgo autem erat *Vectones* etiam in Scholiaste, qui nugatur dicens *Vectones, qui equis vehi periti sunt.* quasi inde haberent nomen. Graecis vocantur Οὐέττωνες. Variant passim MSS. in hoc nomine. Vide Heins. & Drakenb. ad Silium L. III, 378. Casaubon. ad Strabon. L. III. p. 139. Ed. Paris. Scott. ad Cornel.
Ne-

Gallorum, Celtae miscentes nomen Hiberis.
[a] Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta
Surgit [b] Ilerda manu: [c] placidis [d] praelabitur undis
Hesperios inter Sicoris non ultimus [e] amnes,
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas passurus aquas. at proxima rupes
Signa tenet Magni: nec Caesar colle [f] minore
Castra levat: medius dirimit tentoria gurges.

Explicat

VARIAE LECTIONES.

a *collectum & modico* R. pr. b *Hilerda* vel *Hylerda* MSS. plerique, uti & infra. c *blandis* V. pr. d *perlabitur* H. e *amnis* H. & Serv. ad Aen. VIII, 328. f *minori* B. 3. V. 2. W. H. A. Ed. Ven.

Nepot. Hamilc. in fine. In aliis quoque scriptoribus *Vettones* exhibuerunt viri docti. Sequentia exponit Servius ad Virgil. Aen. L. I, 6.

Italiam, fato profugus, Lavinaque venit
Litora.

Ex nostro adumbravit sua verba Silius III, 340.

Venere & Celtae sociati nomen Hiberis.

10 CELTAE] Celtae gens Galliae, mixta Hiberis, qui sunt Hispaniae; unde *Celtiberi* nomen junctum acceperunt. SCHOL.

11 LENIQUE] Bersm. MS. & Marp. *levique*. contra metrum: unde aliquis scribendum putaret *acclivique*. sed non opus est. Livius Lib. II, 50. *In editum leniter collem*. ubi Vossian. sec. *leviter* Lib. V. c. 24. *Lenis* (Vossian. *levis*) *ab tergo clivus erat inter aciem & castra*. Ovidius L. V. Fast. 154.

Leniter acclivi constituere jugo.

Seneca de Const. Sap. c. 1. *Illis, quae praecipitia ex intervallo apparebant, redit lene fastigium*. Caesar de B. Civ. Lib. II. c. 22. *leniore fastigio*. Et saepissime. Eadem confusio apud Caesarem B. Gall. L. II. c. 8. *Collis in fronte leniter fastigatus*. *Leviter* ediderunt alii. quod tamen non ubique damno. Plinius Lib. V. Ep. 6. *Leviter & sensim clivo fallente*: at illic quoque Doctiss. Hearne ex duobus MSS. *leniter*. Seneca Troad. vs. 1123.

Aversa cingit campus, & clivo levi
Erecta medium vallis includens locum
Crescit theatri more.

16 HIBERNAS] Hunc enim pontem Sicoris supergreditur, cum per hiemem fluvius inundat. SCHOL.

18 CASTRA LEVAT] MSS. tres Pulm. unus Bersm. & mei duo *locat*. ut vs. 587. *primaque castra locat* Silius. XII, 541. *dimensaque castra locavit* & passim. Nihilominus hoc tamen loco male. *Levare*, *tollere* &c. dicimus ea, quae in altum struimus, vel collocamus, quae & ipsa *scandere*, & *surgere* dicuntur. Vide ad Lib. II, 222. Lib. IV, 418. *puppesque levant.*

18 MEDIUS DIRIMIT] *Henricus Glareanus* asserit, non esse locum hoc toto opere, qui lectorem magis suspensum teneat, atque à nemine hactenus, quod sciat, tractatum. Itaque libenter ejus explicationem hic adscribemus. In utroque, *inquit*, ut ut torqueamus verba, quatuor ingentes difficultates sese nobis hic offerunt. Prima de urbe Ilerda, in utra parte Sicoris fuerit, ad ortumne, an ad occasum: hoc est, citrane Sicorim, an ultra. Secunda, de fluminibus Sicori, & Cinga, uter magis ad ortum, uter magis ad occasum: nam utrumque à septentrione in meridiem fluere, fere convenit inter omnes. Tertia, de lapideo ponte Ilerdae, in quam partem ierit, occiduamne, an orientalem. Quarta, quomodo Gallica auxilia Caesarem sequi jussa Pompejani invadere potuerint ex Ilerda, Caesar adesse iis nequiverit, cum citra Sicorim adhuc esset. De prima dubitatione, unde fere aliae deinceps pendent, breviter dicam, quod sentio. Mihi quidem videri, Ilerdam citra flumen Sicorim fuisse, ac ea omnia, quae Caesar initio sui ad C. Fabium adventus egit, acta esse citra Sicorim. Afranii etiam castra citra & flumen, & urbem fuisse aliquo spatio, ita ut inter ea, ac urbem tumulum illum, de quo quinque horis pugnatum scribit Caesar, ac quem Afraniani tandem obtinuerunt, fuisse intelligamus. Verum si haec sit vera opinio, quid dicemus igitur ad propositum jam Lucani carmen?

Medius dirimit tentoria gurges.

Mihi sane vix explicabilis videtur locus, nisi

Explicat [a] hinc [b] tellus campos effusa [c] patentes,
Vix oculo [d] prendente modum, camposque [e] coërcet
Cinga rapax, vetitus fluctus, & litora cursu
Oceani pepulisse suo: nam gurgite mixto,
Qui praestat terris, [f] aufert tibi nomen [g] Hiberus.

Prima

VARIAE LECTIONES.

a *hic* A. b *campos t.* Edd. Ven. Br. Med. c *patentis* V. pr. W. d *pendente* B. 1. e *coheret* A. f *aufer* Ed. Rom *affert* Ed. Parm. g *Hibertus* V. tert. *Hyberris* meus.

συνεκδοχικῶς, intelligatur, ut aliqua Afraniorum pars ultra flumen fuerit. Habuerunt enim pontem lapideum in sua potestate. Caesariani autem duos aedificaverunt pontes ad pabulandum duntaxat: & erant temporarii, ita ut nulla Caesarianorum castra in altera ripa fuerint: nisi quis fortasse & hoc in Romana historia, ut pleraque alia, variatum contendat. Sed cui potius credendum, quam ei, qui historiam & gessit, & scripsit. Primum ut advenit Caesar, ipse inquit, ad C. Fabium relictis in ejus castris sex cohortibus praesidio, ac ponte, qui interierat, refecto, postero die omnibus copiis triplici instructa acie ad Ilerdam profectus est, ubi novis constructis castris tumulum inter urbem, & Afraniana castra medium invadit. In quo quidem duorum exercituum concursu nulla prorsus mentio est alicujus fluvii, aut superati, aut transiti. Unde satis constat, omnia haec citra Sicorim esse acta. Neque Caesarem transisse Sicorim, donec Afraniani in Celtiberiam abire festinarent. post inquam inundationem, & jam item novo facto ponte per Sicorim, quo tamen in traductione totius exercitus usi non sunt, propter nimis magnum circuitum non sane oportunum festinationi, sed diviso in aliquot fossas Sicori flumine, ac vadoso facto, cum equites transissent, tum incredibili audacia & pedites ausos transire. Sed haec de Ilerdae situ. Nunc de fluminibus Sicori, & Cinga dicendum: ubi lector primum admonendus videtur, ut etiam, atque etiam consideret, quid sibi haec Caesaris verba velint, &c. *Castra enim ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo Sicorim, & Cingam, spatio millium XXX. neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur.* Haec ille. In nostris commentariorum codicibus hoc adeo lib. ubi haec tractatur historia, nulla ante mentio fuit, duorum horum fluviorum simul nominatorum. Sicoris quidem seorsim meminit, sed castrorum inter duo flumina non item. Vel igitur Caesaris in tanta rerum difficillimarum cura oblitus est eorum, quae antea scripserat, vel existimabat, hoc se scripsisse, quod saepe usu venit, vel denique aliquis defectus libri injuria temporum accidit, quod hercle in III. hujus belli deinde lib. iterum atque iterum accidisse, sane constat, ut in annotationibus nostris obiter non semèl ostendimus. Caeterum in vulgaribus Hispaniae tabulis ita pinguntur, ut Cinga sit magis occiduus, Sicoris orientalior. Et ex hoc adeo poëta idem satis certum est, quippe qui Cingam in Iberum fluere asserat, qui est magis occiduus. At Caesar transito Sicori Iberi deinde mentionem facit, nullam vero Cingae. Videtur igitur Cinga supra Octogesam Iberum influere. Quare in magna illa inundatione cum citra Sicorim fuerit Caesar, & ad occasum habuerit eum, quodnam flumen ab ortu eum cingebat? Si igitur Cinga non erat, & qui magis ad occasum Sicore, necesse est aliud fuisse flumen. Etsi in tanta inundantia etiam ignobiles torrentes negotium facessere possunt. Quapropter nisi Caesar subinde mutaverit castra, quod tamen non meminit, locus mihi inexplicabilis videtur. Et plane in Caesaris Commentariis ita res est dubia, cum legas, ut jam Ilerda citra Sicorim, mox ultra credas, ita & ipsarum Caesarem nunc citra, nunc ultra. At id magis urget, cum Caesar pro tumulo conflixit, nullius in medio fieri mentionem fluminis, cum castra utrorumque starent opposita, & milites utrinque concurrerent, ut certe lectorem non possit non turbare, quod poëta hic dicit. *Medius dirimit tentoria gurges*, maxime cum ipse continuo eum pro tumulo conflictum subjungat. Quanquam & hoc quisquam cavillarit, cum Cinga, & Sicoris à septentrione in meridiem fluant, ac sub Ilerda Iberum influant, quid prohibuerit Caesarem (siquidem inter eos conclusus erat) recta sequi fluminum tractus ad fontes, septentrionem versus, praesertim equitatu, quo longe potentior erat Pompejanis. Sed id fortassis nimis argutum. Ad tertiam progrediamur dubitationem, in utra parte fuerit pons ille saxeus, *hibernas passurus aquas*, ut inquit Lucanus. Sed ex Caesare (quantum nos conjicere possumus) videtur ab occasu urbis Ilerdae fuisse. Nam cum Afraniani in Celtiberiam abire festinarent, & adhuc Ilerdae subsisterent, *duabus auxi-*

Prima dies belli cessavit Marte cruento,
Spectandasque ducum vires, numerosaque signa
Exposuit: ᵃ piguit sceleris: pudor arma furentum
Continuit: patriaeque, & ruptis legibus unum
Donavere diem. prono ᵇ tum Caesar Olympo

In no-

Variae Lectiones.

a *puduit* B. 1. V. 1. *peragunt* V. 1. b *cum* VV. LL. Steph. P. 4. B. 1. V. 4. R. 2. W. H. meus. Edd. Ven. Bri Med. Hack. *dum* P. 2. V. 1. *tunc* P. 1. V. 1. Edd. Sulp. Asc. Mic. aliaeque.

auxiliaribus cohortibus (inquit Caesar) *Ilerdae praesidio relictis, omnibus copiis Sicorim transeunt, & cum duabus legionibus, quas superioribus diebus traduxerunt, castra conjungunt.* Haec ille. Post hos jam Caesar per flumen jam vadosum factum equitatum mittit, qui equitatus cum in conspectu legionum Caesaris cum novissimis Afraniorum confligerent, traducti milites assequuti sunt celerrime hostes. Haec omnia ipse Caesar diligentissime descripsit. Ex quibus liquet (ut puto) satis clare, pontem illum ad occasum urbi fuisse. Sed enim hic nunc quasta subit dubitatio, quae non minus sollicitum tenet lectorem. Quo pacto, cum inundarent omnia, & Caesari, concluso fluminibus, magni comitatus (ut ipse inquit) ex Gallia venirent, ea invadere potuerint Afraniani, Caesar autem defendere nequiverit. Neque vero quis hoc ita solvet, pontem illis fuisse saxeum, qui in orientem quoque iter aperuerit, cum Caesar citra Sicorim esset, ad idem, inquam, latus. Hic quid respondeam, non hercle invenio. Sed fieri potest, ut Caesar aliquanto plus ad septentrionem sederit, viae vero publicae, quae plerunque in locis aquosis substruuntur, fuerint in Afraniorum potestate, ut quae ad oppidum ducebant: atque ita factum, ut Afraniani cum equites, tum pedites Gallica auxilia invadere potuerint, non etiam Caesar ea defendere. Haec quam eruditiss., ut multa alia explicata sunt à GLAREAN. Nunc ad poëtam redeamus. HORTENS. Cum *gurges* hoc loco poni nequeat simpliciter pro fossa, quam Caesar castris suis praeduxerat, (de ea enim loquitur versu 29.) manifeste errat Lucanus *Sicorim* intelligens. Clarissime enim patet ex Caesare, utriusque partes exercitus stetisse inter Cingam, & Sicorim, & post castra Afranii fuisse Ilerdam, & illum collem, quem volebat occupare Caesar, citra fluvium tamen. Vide L. 1. B. Civ. c. 41, 48, 49. Deinde mutata fortuna Afranius cum Petrejo Sicorim transire coacti sunt, Ilerdae praesidio relicto; ac tunc quoque transiit Caesar V. c. 63, 64. Et hinc maxime liquet error Lucani, credentis Ilerdam, & castra Pompejanorum fuisse ultra Sicorim. sic enim canit vs. 143.

- - - - - *postquam omnia fatis*
Caesaris ire videt, celsam Petrejus Ilerdam
Deserit.

eum vero flumen transiisse per pontem, ut recte Caesar, non dicit; at subjungit, Caesarem, explorato Petreji abitu, flumen cum copiis transnatasse.

Capere arma jubet, nec quaerere pontem,
Nec vada, sed duris fluvium superare lacertis.
Paretur.

Quod verum est, sed prius Sicorim transierant Pompejani per pontem, qui erat post Ilerdam, praesidiis ipsorum firmatam; ne Caesar illam urbem, aut pontem occupare posset. *Cinga* autem magis orientalior est, quam Sicoris: ita tamen, ut uterque à septemtrione versus meridiem fluat, & in Hiberum, qui itidem ex septemtrionali Hispaniae parte oriens in mare mediterraneum, haud procul insulis Balearibus, exit. Inter Sicorim, & Cingam, ut dixi, Ilerda est sita, & illic uterque stetit exercitus; ut bene tradit Caesar, errante Lucano.

20 Prendentes] Ut prope amplius sit, quam possimus oculo intueri. SCHOL.

21 Vetitus fluctus &c.] Ordo est. Vetitus pepulisse fluctus, & litora Oceani cursu suo. Vetitus ergo est ab Hibero flumine, qui eum excipit aquis suis, ne possit Oceanum impellere (*implere* Voss. sec.) & incitare. IDEM.

22 Nam] S. O. Cinga. Est autem apostrophe satis dura. nam cum in tertia persona dixerit *cursu suo* & *vetitus* subinfert *Ubi*, quod ad secundam personam spectat. VERSELLAN. Duram hanc apostrophen à Lucani manu non esse, indicant satis, ni fallor MSS. vetustiores. Nam in Vossiano primo, & tertio, ac Regio primo scribitur *coërcens*, & pro *suo* in Vossiano secundo pro varia lectione eadem manu *tuo*. pro *tibi* male *sibi* in Marpurg. & duobus Vossianis. V. Priscian. c. 698, 734. Quare legendum omnino arbitror *camposque coerces, & pepulisse tuo.* ut lenius tota procedat oratio.

In noctem subita circumdedit agmina fossa,
[a] Dum primae praestant acies, hostemque fefellit,
Et prope consertis [b] obduxit castra maniplis.
Luce nova collem subito conscendere cursu,
[c] Qui [d] medius [e] tutam castris dirimebat Ilerdam,
Imperat, [f] huc hostem pariter terrorque, pudorque
Inpulit: & [g] rapto tumulum prior agmine cepit.
His virtus, ferrumque locum [h] promittit: at illis
Ipse locus, miles rupes [i] oneratus in altas
Nititur: [k] adversoque acies in monte supina

Haeret,

VARIAE LECTIONES.

a *tum* O. b *adduxit* V. tert. a m. 2. *obtexit* M. Hort. c *quid* V. 1. d *melius* A. Ed. Farn. *mediis* in Prisciano c. 1002. male. e *totam* VV. LL. Steph. *castris tus*, P. 1. B. 1. H. f *hunc* V. 1. g *rapido* V. 2. Vid. ad L. III, 299. h *permittit* H. *praemittit* Edd. Br. Med. i *honeratus* V. 2. *honoratus* M. k *aversoque* W.

tio. Error natus est ex eo, quod subjungatur *vetitus*, librariis credentibus, à Lucano tunc debuisse dici *vetite*. sed tu, lector, vide, quae notavimus ad Lib. II, 116. *Degener o populus.*

23 NOMEN] Bis accipimus *nomen*. Hiberus tibi nomen aufert, qui terris nomen praestat. Ab hoc enim Hispania (*Hesperia* Voss. prim.) *Hiberia* nominatur. SCHOL. Sic recte Scholiastes, & ex eo Omnibonus, & Sulpitius, aliique hunc locum capiunt. *praestat*, praebet, dat. Ascensius, & Hortensius exponunt male *utilior*, *melior*, *praestantior est terris*.

28 DIEM] Quo à caede cessatum est. SCHOL.

30 PERSTANT] i. e. in armis persistunt, quasi progressuri. ASCENS. Aldus legit *praestant*. quod hic est, ante alios stant. VERSELL. Omnibonus autem *praestant*, legit, pro, antestant: à *prae*, & *sto*, ut ipse addit. Sic autem & Caesar, scribit libro primo. *Caesar ubi cognovit per Afranium stare, quo minus dimicaretur, ab infimis radicibus montis, intermissis circiter passibus quadringentis, castra facere cogitavit. Et ne in opere faciendo milites repentino hostium incursu exterrerentur, atque opere prohiberentur, vallo muniri, quod eminere & procul videri necesse erat, sed à fronte contra hostem pedum quindecim fossam fieri jussit. Prima & secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat. Post hos opus in occulto acies tertia faciebat: sic omne prius est perfectum, quam intelligeretur ab Afranio castra muniri.* MICYLL. *Praestant* i. antestant, ne ab Afranianis observarentur Caesarianorum molitiones. Msc. duo *perstant*, hoc est in armis permanent. BERSM. *Praestant* retinent MSS. plerique, & antiquiores cum plurimis editis, & Scholiastes. notans haec *praestant*. *Dum praeponuntur, Caesar noctis exordio primam aciem hostibus opposuit, quae resisterent, ne hostes viderent ambitum fossae, quam exstruxerat. Sicque aciem praeponendo hostem fefellit.* Non tamen penitus ausim damnare, quod Sulpitius, & Ascensius praetulerunt, *perstant* i. e. in armis perseverant, permanent, ut ait Caesar. praeter 2. Berlin. ita etiam habent unus Pulm. meus, & Amstelaod. cum editione Romana. Lib. VII, 690.

Ac testare Deos: nullum, qui perstet in armis,
Jam tibi, magne, mori.

ubi itidem in aliis est *praestet*. Silius Ital. Lib. VIII, 326.

- - - persta & lenti meditamina belli
Caussas ama.

Livius Lib. XXXIV, 47. *Pars certaminis studio & spe potiundi castris hostium perstitit ad vallum. perstat hiems* Ovidio Ep. XVIII. Her. 206.

31 CONSERTIS OBDUXIT] Ut expediret ambitum fossae, disposuit manipulos in circuitu. sic autem pene castra obtexit. SCHOL.

33 MEDIUS TUTAM] Quia separabat illam à castris Caesaris, & tutam esse faciebat. IDEM.

34 TERRORQUE PUDORQUE] *Terror*, ne periclitarentur, si Caesar occuparet hunc collem. *Pudor*, ne erubescerent, si amitterent locum. IDEM.

40 TELUM VIBRARE] Uti monuimus ad Lib. III, 433. ab auctoribus vulgo usurpari *librare*, quando res agitur bipenni, securi, & similibus, ubi semper aliquis certus petitur scopus, sic nunc videbimus eos adhibuisse *vibrare*, de emittendo tela, & cuncta missilia, praesertim quando in vagum, ut solet in proelio fieri, à militibus jaciuntur:

Haeret, & in tergum casura, umbone [a] sequentis
Erigitur. nulli telum vibrare [b] vacabat.
Dum labat, [c] & fixo firmat vestigia [d] pilo,
Dum scopulos, [e] stirpesque tenent, atque hoste relicto
Caedunt ense viam. vidit lapsura ruina
Agmina dux, [f] equitemque jubet [g] succedere bello,
Munitumque latus laevo praeducere gyro.
Sic pedes [h] ex facili, nulloque urguente receptus,
Inritus & victor subducto Marte pependit.
Hactenus [i] armorum discrimina. cetera bello

Fata de-

VARIAE LECTIONES.

a *sequenti* P. 1. b *vacavis* P. 3. V. 2. c *infixo* B. 1. d *telo* V. 1. resc. *pilo.* e *stipesque* P. 1. f *equitesque* P. 1. Ed. Mic. g *subducere* P. 1. h *e* V. 1. & V. 1. i *arvorum* V. pr. a m. pr. R. pr.

tur: Neque enim illud ubique in *librare* mutare debuerant viri docti, quos illic recensuimus, nisi plane jubentibus manu vetusta exaratis Codicibus. sic versu 386.

Excussis umquam ferrum vibrasse lacertis.

VII, 82.

Vibrant tela manus.

vs. 289.

- - coelumque tremens cum lancea transit,
Dicere non fallar, quo sit vibrata lacerto.

Hic quatuor locis omnes, quos vidi, MSS. *vibrare* servant. Ovidius Epist. III, 25. Heroid.

- - - - - vibrata lacerto
Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.

Ep. IV, 41.

Excusso telum vibrare lacerto.

Sidon. Apollin. Carm. XV, 18.

Hic rotat excussum vibrans in sidera Pindum.

Plinius Paneg. c. 13. *Nunc tela vibrare, nunc vibrata suscipere.* Male Aldus, & Lipsius *librare*, & *librata*. Ex hac observatione opinor rescribendum etiam esse in Statio L. V. Theb. 560.

- - - - quo turbine bellica quondam
Vibrati saliunt portarum in claustra molares.

& in Silio L. I, 236.

Saxum ingens vasto vibratum pondere, caeca
Venit in ora manu.

non *librati*, & *libratum*. Retinendum vero apud Sidon. Apoll. Carm. V, 155.

- - - - libravit in hostem
Spicula.

Ibi enim diriguntur spicula in destinatum sibi scopum; quod aliter dicunt *ab aure librare.* sic Seneca Herc. Oet. 1656.

Nec fallit umquam dexteram hic arcus tuam;
Librare telum didicit, & certam dare
Fugam sagittis.

Quinctil. Declam. I. c. 10. *Sic ergo libravit manum caecus, ut ipsam protinus feriret animam.* ubi vid. Doctiss. Schuking. Ceterum consule & Keuchen. ad Frontin. Strat. L. II. c. I. §. 3. *lanceas vibrantes.* de Phrasi *firmare vestigia* adi N. Heinsium ad Claudian. L. I. Rapt. Proserp. 19.

Ebria Maeonius firmat vestigia thyrsus.

& qui plura super eo loco notavit Dempster. ad Rosin. p. m. 138.

43 CAEDUNT ENSE VIAM] Caedendo perviam faciunt. GROT. Ed. prim. Caedendo viam sibi per invia faciunt. IDEM. Ed. tert.

45 PRAEDUCERE] Sic optime tacens restituit Grotius; cum antea legeretur *producere*, & in tribus Pulm. Voss. uno a m. pr. & Ed. Romana *procedere*. *praeducere* autem confirmant veterrimi duo Vossiani, Oxonienses, Regius unus, & Marp. notat vero praetendere, praetexere. Vide omnino notas ad Silium L. X, 411.

Fossas instans praeducere muris.

47 INRITUS ET VICTOR] Scilicet miles Caesarianus, hoc est, quantum ad occupationem collis voti compos, pependit irritus, hoc est frustratus spe sua. sperabat enim, ubi collem invaserit, pugnandi facultatem se habiturum, sed pependit Marte subducto, id est bellandi potestate sublata, nam priusquam in altum ascenderat, jam miles Pompejanus aufugerat, & se in castra sua receperat, & sic secun-

Fata dedit variis [a] incertus motibus aër.
[b] Pigro bruma gelu, siccisque Aquilonibus haerens,
[c] Aethere constricto pluvias in nube tenebat.
Urebant montana nives, [d] camposque jacentes
[e] Non duraturae conspecto sole pruinae:
[f] Atque omnis, propior mergenti sidera coelo,
Aruerat tellus, hiberno dura sereno.
Sed, postquam vernus calidum Titana recepit,
Sidera respiciens, delapsae portitor Helles,
Atque iterum aequatis ad justae pondera Librae
Temporibus vicere dies: [g] tunc, sole relicto,

Cyn-

VARIAE LECTIONES.

a *incertis* Edd. Brix. Med. b *primo* P. 1. c *aëre* A. d *campoque* A. e *nec* meus. f ponitur hic versus post seq. in Marp. g *tum* B. 1. W. V. 1.

eundum diversa erat victor & irritus: victor enim qui collem invito hoste obtinuerat; & irritus, qui pugnandi facultatem non habebat. Aliter sentiunt Commentarii superiores: sequere utros libet. ASCENS. Priores interpretes scilicet cum Scholiaste ad Pompejanos referunt. Ego putem, utrosque intelligi. Nam Pompejani fuere *victores*, quia collem retinuerunt, quem insederant, *irriti* tamen, quod non multos Caesarianos occidere potuerunt. *Victor* fuit Caesar; quia longe plures interempti sunt Pompejani. *Irritus* tamen, quod collem illum occupare nequiverit. Uterque quoque adscripsit sibi victoriam. Consule Caesar. Comment. L. 1. c. 46.

50 HAERENS] Vir Illustriss. N. Heinsius omnino legendum esse putat *horrens* ad Ovidium. Lib. 1. Fast. 495.

Nec fera tempestas toto tamen horret in anno.

Et certe passim *horrere hiems*, & *frigus* dicitur. Sic *horrentem laxare zephyris annum* sol dicitur Statio, L. IV. Theb. 1. Hoc tamen loco retinendum opinor cum omnibus MSS. τὸ *haerens* i. e. perstans, firma manens, aquilonibus sine intermissione flantibus, nec *pigro* gelu se solvente. Claudian. Lib. II. in Eutrop. 9.

- - - *immotis haesere piacula fatis.*

Infra L. VI, 462.

- - - - - - - - *dilataque longa*
Haesit nocte dies.

Valer. Flacc. L. III, 211.

- - - *lentis haeret non conscia bigis.*

Statius Lib. X. Theb. 136.

- - - - - *pigrius haerent*
Nubila,

ubi, ut hic, *piger*, & *haerere* junguntur, ac tandem in Seneca Herc. Fur. 704.

Immotus aër haeret, & pigro sedet
Nox atra mundo.

Rectius Heinsius pro *horrentes* emendavit in Claudian. IV. Cons. Honor. 348. *fluvios haerentes glacie.*

51 IN NUBE] In aëre. *Nubes* enim nihil aliud sunt, nisi aër densatus. Ergo illi debent substantiam, à quo habent, ut sint. SCHOL.

52 UREBANT] Caloris, & frigoris unus effectus est; nam de utroque *urere* dicimus. IDEM.

53 NON DURATURAE] Quia non solvuntur pruinae conspectu solis, quae sereno coelo fiunt. IDEM.

54 MERGENTI] Tellus, quae in occidente est, dicta autem est Hispania, quae illic sita est. IDEM.

56 SED POSTQUAM &c.] i. postquam sol coepit in signo arietis esse. Dicit autem Idus Martias, quando initium veris est. IDEM.

57 DELAPSAE] Msc. tria *dilapsae*. Delapsa autem ab ariete Helle in ponto, Hellesponto nomen fecit. BERSM. Recte Bersmannus, & sequentes editores cum Omnibono, Ascensio, aliisque dederunt *delapsae*. Vitiose, ut solet, MSS. & Edd. fere omnes *dilapsae*. quod aliud est. Dein Graeco more *Borean* scripsi auctoritate optimorum MSS. Vossiani, & Regii primi, pro *Boream*.

57 PORTITOR] Constanter hoc retinent omnes libri. Sed quia non fuit Helles portitor, cum delapsa sit, cuncti viri κριτικώτατοι malunt legere *proditor*. nec ego multum refragor. Consule Scriverium ad Martial. L. 9, 71.

Quid proditor Helles.

N. Hein-

Cynthia, quo [a] primum cornu dubitanda [b] refulsit,
Exclusit Borean, flammasque [c] accepit [d] ab Euro.
Ille suo nubes [e] quascumque invenit in axe,
Torsit in occiduum [f] Nabataeis flatibus orbem.
Et quas [g] sentit [h] Arabs, & quas Gangetica tellus
[i] Exhalat nebulas, quidquid concrescere primus
[k] Sol patitur, quidquid coeli fuscator Eoï
Inpulerat [l] Corus, quidquid [m] defenderat Indos:
Incendere diem [n] nubes oriente remotae,
Nec medio potuere graves incumbere mundo,
Sed [o] nimbos rapuere fuga. vacat imbribus [p] Arctos,
Et [q] No-

VARIAE LECTIONES.

a *cornu pr.* A. b *relaxit* P. 1. c *recepit* V. sec. Marp. d *in* V. tert. A. V. sec. a m. pr. Boh. e *quacumque* V. 1. f *Nabathaeis* vel *Nabatheis* MSS. & Edd. veteres pleraeque. *Nabateis* V. 1. meus. g *Araps* V. sec. *Arabas* V. 1. *Arax* A. h *sensit* B. 1. i *exalat* V. 3. W. meus. k Hic versus deest in meo. in Hulst. hoc ordine *sol &c. impulerat &c. exhalat* scribuntur. l *Chorus* MSS. & Edd. qdd. semper. m *defenderit* V. 1. n *nubesque* B. 1. V. 2. O. 2. P. o *nubes* meus a m. pr. p *Arcton* V. pr.

N. Heinsium, & Burmann. ad Ovidii Fast. IV, 715.

Qui prodidit Hellen.

& late de harum vocum usu disputantem J. F. Gronovium L. III. Observ. c. 20. Si retineamus *portitor* à portu est derivandum. Vide Baptist. Pium Syll. III. T. I. Thes. Crit. p. 547. & Jacob. Bononiens. ibid. p. 672.

57 HELLES] Helle enim ariete vehebatur cum *Phryxo* fratre. unde in mare delapsa est, & ab ea Hellespontiacum dicitur fretum. SCHOL.

58 ITERUM] Duo enim sunt aequinoctia Librae, & Arietis. Hic illud dicit, quod est XIII. (MSS. VIII.) Kal. Aprilis. IDEM.

59 VICERE] i. noctis spatium transierunt. *Relicto*, quia cum sole oritur recedens de eo signo, in quo sol fuerat. IDEM.

61 FLAMMAS] Καταχρηστικῶς *flammas* posuit pro lumine. nam in lumine ejus Boreas non videbatur, sed Eurus. Prognostica scilicet non serenitatis, sed pluviae. IDEM. Recte interpretes intelligunt flammeum lunae ruborem, praesagium ventorum & pluviae, adjecto Virgilii versu, *vento semper rubet aurea Phoebe.* noster L. V, 549. *Ventorumque nota rubuit.* & saepe alii.

62 NABATHAEIS] i. Orientalibus. Regio Nabathe est Orientis, unde Eurus nascitur. Vocatur autem à Nabath (*Nabaiot* Voss. tert. *Nabaioth* Isidor. c. 1036.) filio Ismaëlis, quae inter Judaeam, & Arabiam jacens surgit ab Euphrate, & in mare rubrum porrigitur. Est autem pars Arabiae. Alii dicunt, quod *Nabis* civitas sit Phrygiae, vel nomen regis Syriae. à quo Syri *Nabathaei* dicuntur. SCHOL. *Nabataeis.* Orientalibus. Nabataea regio ab Arabia incipiens, tendensque usque ad mare rubrum. Ovidius:

Eurus ad auroram, Nabataeaque regna recessit.

SULPIT. Stephanus Ναβαταῖοι inquit, ἔθνος τῶν εὐδαιμόνων Ἀράβων. ἀπὸ Ναβάτου τινός. Ναβάτης δὲ ἐστιν ἐκ μοιχείας γενόμενος. Dicitur autem & *Nabatena*, regio ipsa, & *Nabateni*, populus. MICYLL.

66 FUSCATOR] Mscr. *frustrator.* *fuscator* est σκοτίζων: opacans coelum. BERSM.

67 INPULERAT] Sic ante Grotium expresserant Sulpitius, Ascensius, Versellan. & Micyllus. Reliquae omnes editiones habent *intulerat.* Et sane ita quoque manu exarati libri fere omnes. Retineo tamen *inpulerat* cum Vossianis duobus Marpurg. & uno Pulmanni infra vulgo, sed male, vs. 447.

Inpulit ad noctem jam lux extrema tenebras.

L. VII, 452.

- - - - - - *astra Thyestae*
Inpulit, & subitis damnavit noctibus Argos.

in quibus locis itidem variatur, praeterquam quod in ultimo vulgatae pejus habeant *abstulit.* Statius L. II. Theb. 135.

- - - - - - - - *alto*
Inpulerat coelo gelidas Aurora tenebras.

III. Theb. 35.

Inpulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto.

 Sene-

Et [a] Notus; in solam [b] Calpen fluit [c] humidus aër.
Hic ubi [d] jam Zephyri fines, & summus Olympi
Cardo tenet [e] Tethyn, vetitae transcurrere, densos
Involvere globos, congestumque aëris atri
Vix recipit spatium, quod separat aethere [f] terram.
Jamque polo [g] pressae largos densantur in imbres;

Spissatae-

VARIAE LECTIONES.

a *Nothes* W. b *Calpem* V. 3. R. Marp. M. Hort. c *umidus* W. d *sunt* in M. *jam* B. 1. e *Thetyn* V. 5. meus. O. 1. Ed. Ven. f *terras* P. 2. B. 1. g *sparsae* VV. LL. Steph.

Seneca Trag. in Hippol. vs. 955.

- - - - ventis nubila inpellentibus.

Philosoph. L. III. de Ira c. 6. *Pars superior mundi nec in nubem cogitur, nec in tempestatem inpellitur* &c.

67 CORUS] Chorus enim ab occidente flat, & nubes pellit in Orientem. Chorus autem dicitur, quod nubes colligat, & velut in chorum ducat. SCHOL.

67 DEFENDERAT] i. praetexerat à solis ardore Indos, scilicet *torsit in occiduum* & Hispaniam. IDEM.

68 INCENDERE DIEM &c.] Atqui nubes non possunt *incendere diem* sed sol. Hinc viri docti quidam mallent hic legere *inpedière*, vel *insedere diem* pro obfuscarunt: sic versu 103. *nox subtexta polo*; & remotis jam nubibus *visus dies* vs. 129. *Incendit*, & *insedit* confunduntur etiam apud Florum L. III. c. 21. §. 7. & alibi. Sed nihil mutant scripti, & bene se habet locus. Neque enim intelligendum de aëre, sub quo erant jam Romani exercitus, sed de plaga orientali, unde nubes *remotae* praebuerunt caussam, ut sol ibi nasceretur ardentior, ut recte exponunt scholia, & interpretes. Nubes ergo, in occidentem inpulsae, & ita ab oriente remotae in caussa fuerunt, fecerunt, ut illic magis incenderetur dies, & intolerabilior fieret sol, ablatis nebulis, quae orientales *defenderant*. quod verbum hic accurate notandum est. *Incendere diem* dixit quoque auctor Lib. IX, 498.

Utque calor solvit, quem torserat, aëra, ventus:
Incensusque dies.

Simili loquendi modo Horat. Ode penult. L. I.

- - - - - - minuit furorem
Vix una navis sospes ab ignibus.

Hoc modo forsan etiam capiendus locus ille Lib. I, 101.

- - - - - si terra recedat,
Ionium Aegaeo franget mare.

Non *franget se*, aut *frangetur*, sed *terra franget*, i. e. recessu suo erit caussa, cur frangatur. Vide infra quoque L. V, 156, 509. VI, 697. Virg. III. Aen. 68.

69 MEDIO] Ubi meridiana pars mundi est. SCHOL.

71 CALPEN] Mons Hispaniae. adeo nec oriens, nec septemtrio, nec meridies habebat imbres; sed solus occidens. IDEM.

72 OLYMPI CARDO] Post Calpen enim Oceanus est, quo quasi orbis limite cuncta cohibentur. Hoc ergo dicit, postquam venerunt ad Calpen nubes, ubi & venti habent finem, & Olympi cardo; non fuit, quo nubes longius tenderentur. IDEM.

74 CONGESTUM] Pro congestionem. Ipsam congeriem, & involutionem congestum dixit. IDEM.

76 LARGOS] Msc. *longos*. male. BERSM.

76 DENSANTUR] MSS. qui jam ab Ill. Heinsio collati, & Regius primus *densentur*. Vide ad Claudian. IV. Cons. Honor. 325. Infra vs. 779. etiam mavult Grotius *denseturque globus*. ubi plura. de hac interim terminatione *densere* consule Cerdam ad Virgilii Georg. L. I, 419.

- - - - - - Juppiter uvidus austris
Denset, erant quae rara modo.

& Collectanea Drakenburg. ad Silium IV, 159.

- - - - - - sociata examina densent.

77 FLUUNT] Multum praefero lectionem unius Berlin. Codicis, & veterrimi Vossiani primi *ruunt*. Martial. L. III. Epigr. 100.

Imbribus inmodicis coelum nam forte ruebat.

Adde paullo ante adductum doctiss. Virum ad Silium L. XII, 619. *fluunt agmen aquarum*. qui hoc quoque loco *ruunt* malit.

78 QUAMVIS CREBRA MICENT] Versus hic jam olim mihi suspectus fuit. Et certe deest in MS. P. & in MS. T. adscriptus demum manu recentiore. GROT. Ante Grotium vulgo edebatur *moriuntur fulgura nimbis*, habentque ita MSS. Oxon. prim. & alii, sed recentiores. Alii, ut cum editione-

Spissataeque fluunt: nec servant fulmina flammas,
(*Quamvis crebra micent: exstinguit fulgura nimbus.*)
[a] Hinc imperfecto complectitur aëra gyro
[b] Arcus, vix [c] ulla [d] variatus luce colorem,
[e] Oceanumque bibit, [f] raptosque ad nubila fluctus
[g] Pertulit, & [h] coelo diffusum reddidit aequor.

Jamque

VARIAE LECTIONES.

a *hic* B. 1. A. b *arquus* Ed. Rom. c *nulla* V. 1. *ullum* V. 1. d *variatur* V. 1. e *Ocëanum* H. f *raptos* meus VV. LL. Steph. g *praetulit* V. sec. pro var. lect. h *de coelo fusum* V. tert. *defusum* Ed. Grot. Farn. Hack &c. *fusum de coelo* Boh. -

tione Veneta edidit Grotius *extinguit fulgura*, vel *fulmina nimbus*. Unus Pulm. & Marpurg. *exstinguunt ful. nimbi*. Utrumque tam *mori*, quam *exstingui* recte dicitur. Ovidius L. I. Amor. El. II.

Vidi ego jactatas mota face crescere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

Statius L. VI. Theb. 547.

- - - - *moritur quoque conscius ignis.*

Jul. Obseq. c. 86. *Intermortuo igne*. Hinc *necare* ventus dicitur flammam Ovidio Rem. Am. 808. plura vide apud Passerat. ad Propert. L. IV. El. 3, 50. Vossium ad Vellej. L. II, 88. Duker. ad Flor. L. III, 5. *Exstincta parum fideliter incendia reviviscunt.* Verum, ut dicam, quod sentio, spurium plane hunc versum cum Grotio putem. quod docet satis varietas dictionis in MSS. Immo in veterrimis quoque Vossianis primo & tertio à recentiore manu margini est adscriptus hic versus. pro *nimbus* in Amstel. & duobus Voss. est *membris*. Amplius dico, me capere non posse, quid hoc loco faciant *fulmina*, ubi simplex est descriptio pluviosae tempestatis, & humidae: porro quis credat, Lucanum inter verba, quae agunt de effusione aquarum, & Iridis facie, interposuisse fulminis mentionem putidam? praeterea quid insolitum est in illo, quod fulmina flammas non servarint? Hoc enim non tantum in pluviosa tempestate, sed etiam in calidissimo, & vacuo nimbis aëre non faciunt. Rectius *fulguris* mentionem facit Lucanus in illa subita, & horrida tempestate, quae oppressit Caesarem. Illae enim solent nimbis, tonitribus, & fulminibus per ventos expressis constare, earumque descriptiones amplas dant passim poetae. L. V, 630.

Lux etiam metuenda perit, nec fulgura currunt
Clara, sed obscurum nimbosus dissilit aër.

Pro *fulmina* in Amstel. Vossian. pr. & tert. à manu pr. Hulstiano a m. sec. & Ed. Veneta Marg. Hortens. *flumina*. & in Vossiano sec. a manu prima *nec servans flumina cursum*. ut indicaretur statim fluvios ob ingentem pluviarum vim abundasse, & solitis alveis excessisse. Verum hanc rem demum versu 85. late describere incipit Lucanus. unde conjicio, potius scribendum esse,

Spissataeque ruunt, nec servant flumina nubes.

Inmensas pluvias, & imbres vocari *flumina* nemo, credo, negabit, cum & *flumen* dici sciamus de lacrimis. quod ab aliis etiam *imber* solet nominari. Tantam aquarum in nubibus copiam appellat auctor statim *aequor*, & Valer. Flacc. Lib. III, 500. Vox *nubes* depravata fuit in τὸ *nimbus* sequentis spurii versus.

81 OCEANUMQUE BIBIT] Ut Virgilius. *Et bibit ingens arcus.* De Oceano enim dicitur bibere. SCHOL.

82 COELO] i. e. de coelo fusum, aequor aequori reddidit, quod ante biberat. IDEM.

82 COELO DEFUSUM] Ita emendavimus pro *diffusum*. Aquas è coelo lapsas coelo reddidit. GROT. Interpretes priores cum Scholiaste *coelo* capiunt in ablativo, & jungunt *diffusum coelo*. Verum ego malim cum Grotio construere *reddidit coelo* illas aquas, quae ante erant defusae, vel potius *diffusae*, ut iterum diffundantur, nam *diffusum* servant constanter editi, & scripti praeter Hulstian. Codic. & Marpurg. *diffundere* notat largiorem aquarum copiam, quae est defusa. sic L. I, 615.

- - - - - - *vulnere largo*
Diffusum rutilo nigro pro sanguine virus.

Adde vers. 301. Ovidium L. X. Metam. 25.

- - - - *in quam calcata venenum*
Vipera diffudit.

Sic *diffundere* vinum est in cados majores fundere ad condendum. *Defundere* vero in pateram, vel craterem ad bibendum. ut docet Turnebus Lib. I. Advers. c. 1. Ovidius Lib. V. Fast. 517.

Jamque Pyrenaeae; quas numquam ſolvere Titan
Evaluit, fluxere nives, fractoque madeſcunt
Saxa gelu. [a] tum, [b] quae ſolitis [c] è fontibus exit,
Non habet unda [d] vias: [e] tam largas alveus omnis
A ripis accepit aquas. jam naufraga [f] campo
[g] Caeſaris arma natant, inpulſaque gurgite multo
Caſtra labant: alto [h] reſtagnant flumina vallo.
[i] Non pecorum raptus [k] faciles: non pabula merſi
Ulla ferunt ſulci: tectarum errore viarum
Fallitur, occultos ſparſus populator in agros.

Jamque,

VARIAE LECTIONES.

a *tunc* MSS. & Edd. qdd. b *qua* A. *quae ſolutis* V. tert. c *ex* B. 1. H. *&* Ed. Hort. d *viam* VV. LL. Steph. e *tunc largis* B. 2. *tum* R. 1. f *campis* VV. LL. Steph. P. 1. V. 2. R. pr. Ed. Hort. Par. V. ſec. pro var. lect. g *Caeſaris* hic verſus deeſt in R. ſec. h *ſtagnant &* V. 1. i *nec* B. 1. V. 1. k *facilis* V. ſec.

Quaeque puer quondam primis diffuderat annis,
Prodit fumoſo condita vina cado,

Apud noſtrum verſu 379.

Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus.

Pro *diffundere* hoc ſenſu *dimittere* dixit Ovidius Lib. I. Metam. 260.

- - - - - *genus mortale ſub undis*
Perdere, & ex omni nimbos dimittere coelo.

Lib. II, 310.

- - - - *quos coelo dimitteret imbres.*

Statius Lib. XI. Theb. 274.

Ceu coelo dimiſſa lues.

quod non mutandum eſt in *demiſſa*.

86 ALVEUS OMNIS] Berſm. duo Voſſian. tert. & à manu prima ſecund. cum Wittiano, & Ed. Veneta *amnis*; ut foret genitivus. Ego tamen malim retinere *omnis*. non enim de uno, ſed de cunctis ejus tractus fluviis loquitur. ſic *omne vulnus* L. VIII, 728. *Omnis hora* IX, 886. & paſſim. vide ad L. III, 673. Pejus Hortenſius cum Pariſ. 1512. exhibuit *omnes*.

87 A RIPIS] Inundatae enim terrae dabant fluminibus undas. ſic fiebat, ut à ripis acciperent undas, qui ripis dare conſueverant. SCHOL.

89 RESTAGNANT] Supergreſſa eſt enim unda foſſas caſtrorum, quas fecerat Caeſar. IDEM.

92 FALLITUR] Ut quo debeat, redire non norit. IDEM.

92 OCCULTOS SP. P. IN AGROS] Nolui rurſus inmutare, quod reſcripſit Grotius *occultos in agros*. Sic enim exhibent quoque tres Pulmanni libri, & tres ex meis cum Edd. Rom. Parm. & Omniboni ac Hortenſ. Marg. Pariſ. 1512. Ceteri omnes tam ſcripti, quam editi *occultis in agris*.

95 TOTO CENSU] i. omni patrimonio emit, qui non eſt prodigus, ſed parcus. SCHOL.

97 JEJUNUS] Cupiditatem nimiam oſtendit, dum deſiderio auri quilibet jejunus cibos vendebat. IDEM.

97 NON DEEST PROLATO JEJUNUS VENDITOR AURO] Simile illud. quod de obſidio Caſilini narrant Plin. lib. VIII. cap. 57. & Frontinus, venditorem muris fame periſſe, emtorem autem vixiſſe. Strabo: ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος. Narrat idem diſerte ſuo more Val. Max. lib. VII. c. 6. ubi verba Lucani verbis paria: *evenit, ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quam ipſe leniendae famis gratia conſumere vellet.* GROT. Ed. tert.

99 UNA PALUS] Tota enim Hiſpania quaſi una palus erat facta; dum tota tegebatur aquis. SCHOLIAST.

100 ABSORPSIT] Voſſ. ſec. Reg. prim. *abſorbſit*. tres alii *abſorſit*. *Notandum*, dicit Scholiaſtes, *abſorbſit, cum abſorbui declinetur.* Recte: nove enim dictum eſt à Lucano *abſorpſi*. Conſule J. G. Voſſium de Analog. L. III. c. 22.

101 DETULIT] Male in quatuor Pulm. uno Berſm. Voſſian. Marp. Oxon. & Wittiano pro var. lect. eſt *depulit* ut paſſim, & praeſertim in Lucano turbant librarii. *Detulit* recte, i. e. ſecum abripuit. Congeſſit multa Cl. Drakenburg. ad Silium L. IX, 395.

Tum ſilicem ſcopulo avulſum, quem montibus altis
Detulerat torrens.

102 REPULIT] Sic rurſus edidi cum primis Edd. & Hortenſii, aliiſque, auctoritate multorum MSS. & Priſciani. de hac re dixi latius ad L. I, 499. III, 113. & alibi.

102

Jamque, comes semper magnorum prima [a] malorum,
Saeva fames aderat: nulloque obsessus ab hoste
Miles eget: toto censu non prodigus emit
Exiguam Cererem. [b] Prô lucri pallida tabes!
Non deest [c] prolato jejunus venditor auro.
Jam tumuli, collesque latent: jam flumina cuncta
Condidit una palus, vastaque voragine mersit.
Absorpsit penitus rupes, [d] & tecta ferarum
Detulit, atque ipsas hausit: subitisque frementes
[e] Verticibus contorsit [f] aquas, & [g] repulit aestus

Fortior

VARIAE LECTIONES.

a *laborum* meus. b *Proh* MSS. & Edd. quaedd. & semper. c *praelato* Amst. non male. d MSS. qudd. & vulgo *ac*. e *verticibus* MSS. & Edd. qudd. V. ad L. I, 371. f vulgo *equos*. *gurgitibus* V. pr. a m. pr. V. sec. pro var. lect. Vid. L. VIII, 374. g *reppulit* MSS. & Edd. qudd.

102 VERTICIBUS CONTORSIT EQUOS, ET REPPULIT AESTUS FORTIOR OCEANI] Ita vulgo hunc locum edunt: & construunt. ipsa palus vi aquarum contorsit, & abripuit vertice equos frementes, & fortior repulit aestus Oceani. Alii jungunt; contorsit, & repulit equos aestus fortior scilicet aestibus Oceani. Sic etiam Priscianus c. 1180, 1191. & Scholiast. Vossiani primi: In hoc ergo conveniunt, ut sermo sit de rapiditate inundantium aquarum, quae equos abstulerunt, & ipsum Oceani sollemnem aestum repulerunt. Neutrum placere mihi potest. Nam primo non dicunt, aut docent, qui equi intelligantur. Militares certe non potuerunt esse, quoniam illi in castris, sub colle positis, locati erant; neque enim credibile, Lucanum voluisse innuere, illa castra adeo inundata fuisse, ut etiam equi sub aquis perierint. De bestiis etiam per campos vi aquarum haustis jam est locutus. praeterea tanto impetu, quantum hic describit, ad equos submergendos non opus erat. Multo minus opinor, aliquem per *equos* hic intelligere velle equos Neptuni, seu patris Oceani, quorum meminit Virgilius Lib. I. Aen. 160. *Flectit equos*, ubi videndus La Cerda. Apertius enim, & clariore metaphora se explicuisset. Neque adduci huc potest locus Pedonis Albin. Eleg. in Obit. Drusi. 229.

Sustentabat aquas, cursusque inhibebat equorum.

Corruptus enim est locus. Consule N. Heinsium ad eum, & in Epistola ad Ampl. Cuperum ipsius observationibus L. IV. c. 3. inserta. Dein si hae aquae repulissent aestum Oceani, debuissent minui, non augeri; quoniam tunc citissimo cursu in mare labi potuissent. Quare cum Doctiss. G. Cantero L. III. Nov. Lect. c. 2. legendum duxi *aquas*. ut diserte habent duo MSS. Pulm. & ex meis Oxon. prim. Marpurg. Hulst. Vossian. tertius, & sextus; item Vossian. primus à manu pr. Vossian. sec. & Wittianus à manu secunda; uti & in sua editione R. Stephanus. & Hortens. margo. Totum autem locum ita construendum, puto. Aestus fortior Oceani, subitis verticibus contorsit, & repulit aquas cum fremitu de editioribus locis cadentes torrentis instar, quo fiebat, ut campi magis magisque aquis opplerentur, ne illae se in mare effundere possent. Hoc clare patet ex versu 110, & seqq.

Tu remeare vetes, quoscumque emiseris, aestus;
Non habeant amnes declivem ad litora cursum,
Sed pelagi referantur aquis.

De repulsis aquis vs. 460.

- - - - - *contortae verticis undae.*

Horatius O. 2.

Vidimus flavum Tiberim, retortis
Litore Etrusco violenter undis,
Ire dejectum monumenta Regis,
Templaque Vestae.

Neque objiciat mihi quispiam; proprium equis esse verbum *fremere*. ut praeter alios loquuntur Ovidius, Horatius, & Virgilius, apud quem vide Servium ad L. I. Georg. 13. monentem, eamdem illic esse varietatem in scriptis Codicibus, pro *equum*, *aquam* exhibentibus. Nam etiam de aquis non infrequens est hujus vocis usus. Valer. Flacc. L. IV, 687.

Verset aquas, sic una fremunt, fluctuque coacto
Angitur, & clausum scopulos super effluit aequor:

 Sta-

Fortior Oceani: nec Phoebum surgere [a] sentit
Nox subtexta polo: rerum discrimina miscet
Deformis coeli facies, junctaeque tenebrae.
Sic mundi pars ima jacet, quam zona nivalis,
Perpetuaeque [b] premunt hiemes: non [c] sidera coelo
Ulla videt, [d] sterili [e] non quidquam [f] frigore gignit;
Sed [g] glacie medios signorum temperat [h] ignes.
Sic, ô summe [i] parens mundi, sic, sorte secunda
Aequorei rector, [k] facias, Neptune, tridentis:
[l] Et tu perpetuis [m] inpendas aëra [n] nimbis:

Tu re-

VARIAE LECTIONES

a *sensit* P. 3. B. 1. V. 4. O. 1. W. H. Edd. Ven. Br. Med. b *tenent* W. pro var. lect. c *secula* V. 1. d *sterilis* A. e *nec* MSS. & Edd. quadd. *ne* A. f *a frig.* V. 2. g *glacies* V. sec. R. 1. h *aestus* B. 1. i *pater* B. 1. O. 1. Edd. Rom. Parm. Alc. Vers. Par. 1512. Hort. k *facies* Ed. Ven. l *ut* B. 1. V. 1. O. 1. W. pro var. lect. *at* Ed. Br. m *infundas* VV. LL. Steph meus. Ox. pr. *intendas* V. 1. *inpendens* V. 1. *intendens* M. Hort. n *membris* V. 1.

Statius L. IV. Theb. 816.

Fremunt undae, longusque à fontibus amnis.

Rutilius L. II. Itiner. 16.

Qua fremit aërio monte repulsa Thetis.

L. VI, 329.

Vel tumida fremit Hister aqua.

Claudian. de Mallii Cons. 237.

Torrentes inmane fremant.

Boëthius L. IV. Metro. 5.

- - - - - - flamina Cori
Litus frementi tundere fluctu.

Hinc *fremitus maris* apud Ciceronem, Horatium, Virgilium, aliosque. *Trementes* vitiose exaratum est in Ed. Elzev.

102 AESTUS] Cum solitus sit Oceanus ultra ripas suas exire de aquis, terram influentibus. SCHOLIAST.

104 NOX SUBTEXTA POLO] Miror, Grotium hic nihil monuisse de sua immutatione. ab ipso enim est *subtexta*; cum antea legeretur in editis, & omnibus fere MStis *subjecta*. i. e. supposita. In Vossiano tert. Huls. & Hortensii margine habetur *subsecta*: unde aliquando conjiciebam, scribendum esse *subvecta*. Ut noctem tamquam Deam, bigis invectam coelo, describeret poëtarum more, de quo vide Broukhus. ad Tibull. Lib. II. El. 1. in fine.

Jam nox jungit equos.

Sumsisse etiam mihi videbatur locutionem Lucanus ex Virgil. L. V. Aen. 721.

Et nox atra polum bigis subvecta tenebat.

Sic Statius L. I. Theb. 337.

Titanis late mundo subvecta silenti.

ubi in Codicibus nonnullis etiam *subjecta*. Opposuissetque noctem soli, ut lunae Lib. IX, 692.

Nox cadit in coelum, lunaeque meatibus obstat.

Jam vero nihil muto, & Grotium sequor in τῷ *subtexta*; quod confirmatur Vossiano sec. & Marp. Nubila, & tenebrae *subtexere coelum* passim à poëtis dicuntur; ut vel Indices inspicienti patebit. Atque illa vox majorem tenebrarum diuturnitatem, & quasi continuam noctem exprimit, quam altera. Appolite Seneca in Hippol. vs. 955.

Nunc atra ventis, nubila inpellentibus,
Subtexe noctem; sidera & coelum eripe;
Effunde pontum &c.

Statius L. I. Theb. 346.

Densior à terris, & nulli pervia flammae,
Subtexit nox atra polos. Jam claustra rigentes
Aeoliae percussa sonant.

& passim, ut dixi. Vide inf. L. VII, 519. Heins. ad Claudian. L. II. in Eutrop. 451. Burmann. ad Valer. Flacc. L. V, 414.

104 DISCRIMINA] Ut Virgilius. *rebus nox abstulit atra colorem. junctae* i. e. continuae. SCHOL.

106 PARS UNA] Aut potius *ima*, pars mundi scil. tam antarctica, quam arctica; quia nix tenet alta duas. VERSELL. Recte *ima* praetulit Versellan. cum Ascensius dederat *una*, ut est quoque in Edd. Veneta, Omniboni, & Micylli, ac duobus Bersm. & quinque meis libris. Et sane passim

unus

Tu remeare vetes, quoscumque [a] emiseris, aestus.
Non habeant amnes [b] declivem ad litora cursum,
Sed pelagi referantur aquis: concussaque tellus
[c] Laxet iter fluviis. hos campos Rhenus inundet,
Hos Rhodanus: vastos obliquent flumina [d] fontes.
[e] Rhipaeas [f] huc solve nives, huc stagna, lacusque,
Et pigras, ubicumque [g] jacent, [h] effunde paludes;
Et miseras bellis civilibus eripe terras.
Sed parvo Fortuna viri contenta pavore,
Plena redit; solitoque magis [i] favere secundi,

Et ve-

VARIAE LECTIONES.

a *inmiseris* VV. LL. Steph. P. 2. V. 2. meus. b *declinem* H. c *laxetur* B. 1. d *montes* V. pr. pro var. lect. e *Ripheas* vel *Rhiphaeas* MSS. & Edd. f *hic hic* R. 1. g *vacent* V. 1. a m. pr. h *dissolve* VV. LL. Steph. P. 2. B. 2. V. 2. W. a m. pr. Ox. pr. a m. sec. V. 1. pro var. lect. *infunde* P. 1. i *favore* V. 1.

unus in *imus* apud nostrum corrumpitur à librariis. ut L. 1, 56.

Aetheris immensi partem si presseris unam.

3, 202.

Multifidi Peucen unum caput adluit Histri.

492, 648.

Unius turba carinae.

hoc libro 548.

- - - - - *in partibus unis.*

& alibi. *una* tunc notaret plagam Antarcticam. Sed malim cum plurimis MSS. retinere *ima*, quae est, (Scholiastae verbis utor) *aut australis, aut septemtrionalis, aut frigore inhabitabilis utraque.* De his plura adfert Hortensius. pro var. lect. in Vossiano sec. est *illa*.

109 TEMPERAT] Quia media semper corusco sole rubet, duae extremae glaciales dant frigus ad temperandum zonas, quas juxta se habent, & media dat calorem (*glacies, quas intra se habent temperant, dum ipsae dant frigus & m.* &c. Voss. pr.) SCHOL.

112 ET TU] O Jupiter. i. summe parens mundi. Petit à singulis poëta, quod in eorum est potestate. IDEM.

112 INPENDAS] Non cepit mentem auctoris Hortensius, qui exponit. *ut nimbi perpetuo in aëre pendeant, neque remeent umquam eo; unde sunt profecti.* Male. *Inpendere aëra nimbis*, est aëra consumere in nimbos, uti aëre ad imbres inde tantum effundendos. unde orta est glossa *infundas*. quomodo hae voces alibi quoque commutantur. Vide Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. IV, 581.

Ne vanas inpende preces.

114 AMNES] Ut his occurrat mare; & dum in se ingredi prohibet, eos faciat terras inundare. SCHOL.

114 DECLIVEM] Hic quoque Ascensius, Micyllus, & Hortensius ediderunt *declivum*. Sic *decliva ripa* Ovidio L. III. Fast. II. idque passim in *acclivis, declivis, proclivis* &c. accidere notarunt viri docti. Ut monuimus ad Lib. III, 747. Constanter tamen *declivem* retinent hic manu exarati codices.

116 LAXET ITER] i. omnis ripa solvatur. *Obliquent*, i. e. ne vias suas habeant; sed contorto meatu in se invicem cadant. SCHOL.

119 UBICUMQUE] Etiam de altera parte terrarum. IDEM.

120 BELLIS] Ostendit, cur illud optaverit. IDEM.

122 PLENA] i. felicitate plenissima. IDEM.

123 VENIAM MERUERE] Diis veniam dare est, ea, quae Dii jusserunt, patienter ferre; ut ipse supra ait:

- - - *pariterque jacentes ignovere Deis.*

Sicut Virgilius.

- - - - - - *nec divûm parcimus ulli.*

Potest tamen hic accipi, *veniam meruere.* i. dum modo amplius solito dii favent, meruerunt veniam ejus facti, quod contra Caesarem fecerunt. IDEM.

123 RARIOR AER] Msc. duo *clarior.* al. *clarior aether.* BERSM. Vulgo nunc exhibetur *clarior*; quia id in suam *ekdosin* recepit Grotius; atque ita scribitur etiam in uno Pulm. Wittiano, Hulst. Regio recent. Amstel. & Vossiano tertio pro var. lectione item in Ed. Veneta. Ceteri omnes *rarior*; quod

Et veniam meruere [a] Dei. [b] jam [c] rarior aër,
Et par Phoebus aquis, densas in [d] vellera nubes
Sparserat, & noctes ventura luce [e] rubebant:
Servatoque loco rerum, [f] discessit ab astris
[g] Humor, & ima petit, quidquid pendebat aquarum.
Tollere silva comas, stagnis emergere colles
Incipiunt, visoque die durescere valles.
Utque habuit ripas Sicoris, camposque [h] reliquit,
Primum cana salix madefacto vimine parvam
Texitur in [i] puppim, caesoque inducta juvenco,
[k] Vectoris patiens, tumidum superenatat amnem.
Sic Venetus stagnante Pado, fusoque Britannus

Na-

VARIAE LECTIONES.

a *Dii* V. 1. W. b *nam* A. c vulgo *clarior.* d *vellere* V. 1. H. e *rubescunt* A. f *discedit* V. 1. g *umor* R. pr. W. V. 1. h *relinquit* V. sec. a m. pr. H. i *puppem* B. 1. k *victoris* V. 1.

quod magis placet. *rarior* est tenuior, & eleganter opponitur *denso.* ut Lucretius L. I. 648. *Denseri, & raresieri,* & *rara nubila* L. IV, 445. Statius L. I. Silv. 2.

Cum pluviis rarescunt nubila.

Servius ad Virgilii Georg. I, 393. *Aër enim densatur nubilo & rarescit sereno ut*

Densat quae rara modo & quae densa relaxat.

Est locus ille vs. 419. Adde Lib. II. Georg. 227. Hoc sensu forsan dixit quoque Ovidius Lib. XV. Metam. 246.

- - - - - - *resolutaque tellus*
In liquidas rarescit aquas.

ubi in MSS. quibusdam *clarescit.* N. Heinsius *rorescit* conjecit. Statius Lib. II. Theb. 74. *Rarescunt tenebrae.*

124 PAR PHOEBUS AQUIS] Male Sulpitius, & Ascensius hunc locum ita capiunt, quasi voluisset dicere Lucanus, nunc solem tam vehementem fuisse, quam antea aquae erant. Melius alii *par* exponunt per satis potens ad aquas siccandas; nam antea nimio aquarum humore vincebatur sol. Et sic Scholiastes, *par. Ante enim impar, cum siccare non potuit. Ipse alibi contrario de Pado dicit;*

Hunc habuisse pares Phoebeis ignibus undas.

Sunt verba auctoris Lib. II, 415. L. VIII, 55.

- - - - *ratis ventis ac fluctibus impar.*

124 VELLERA] Ut Virgilius.

Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri.

SCHOL. Lib. I. Georg. 397. ubi V. la Cerdam.

125 NOCTES VENTURA LUCE RUBEBANT] Longae tenebrae adventante luce paulatim fugiebantur, ea ferme facie, quae est diei illucescentis primulum. GROT.

126 SERVATO] Quia supra dixerat *rerum discrimina miscet Deformis coeli facies.* Ideo nunc addidit *servato loco rerum.* SCHOL.

129 VALLES] *Tellus* Voss. unus. Wittian. & Hulst. *calles.* non placet. dicit alta & plana loca jam siccari. ut Ovidius L. I. Metam. 344.

Flumina subsidunt colles exire videntur:
Surgit humus: crescunt loca decrescentibus undis:
Postque diem longam nudata cacumina silvae
Ostendunt.

131 MADEFACTO VIMINE] Mirum, quod in optimis Codd. Vossiano primo, & Regio primo, item in Editione Romana, Parmensi, Paris. 1512. & Hortens. Marg. immo etiam vulgo apud Priscian. c. 761. scribatur *robore.* cum sine dubio hoc sit corruptum: ut patet vel ex solo Caesare L. I. B. Civ. c. 94. *Imperat militibus Caesar, ut naves faciant, cujus generis eum superioribus annis usus Britanniae docuerat. Carinae primum, ac statumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium, viminibus contextum coriis integebatur.* Isidor. L. XIX, 1. *Carabus parva scapha ex vimine facta, quae contexta crudo corio genus navigii praebet.* & alia, quae illic adducit Doctiss. D. Vossius. Vimina autem madefieri, ut flexibiliora sint, quis nescit? praeterea proprium de illis verbum est *texere.* Consule Broukhus. ad Tibull. II, 3, 15.

132 INDUCTA] Optime revocavit Grotius suo more tacens participium *inducta.* pro quo prima

Sul-

Navigat Oceano: ſic cum tenet omnia Nilus,
[a] Conſeritur bibula Memphitis [b] cymba [c] papyro.
His ratibus trajecta manus feſtinat [d] utrimque
Succiſum curvare nemus: fluviique ferocis
Incrementa [e] timens, non primis robora [f] ripis
Inpoſuit; medios pontem diſtendit in agros.
[g] Ac, ne quid Sicoris repetitis audeat undis,
Spargitur in ſulcos, &, [h] ſciſſo gurgite rivis,
Dat poenas majoris aquae. Poſtquam omnia fatis
Caeſaris ire videt, celſam Petrejus Ilerdam
Deſerit: & [i] noti [k] diffiſus viribus orbis,
Indomitos quaerit populos, & ſemper in arma
Martis

VARIAE LECTIONES.

a *cum ſeritur* A. b *cumba* R. pr. c *papiro* MSS. multi, & Edd. qdd. d *utrique* Edd. Rom. Ven Parm. e *tenens* B. 1. f *rivis* P. 1. g *at* B. 1. Ed. Verſ. h *fiſſo* P. 1. i *notis* Ed. Mic. M. Hort. k *diffuſus* B. 1. Ed. Ven.

Sulpitii culpa vulgo legebatur *induta:* ut eſt quoque in paucis recentiſſimae notae Mſtis. Multis exemplis id probant viri docti ad Valer. Flacc. L. II, 109. noſtri verba imitatum,

Dux Lemni, puppes tenui contexere canna
Auſus, & inducto cratem defendere tergo.

Adde N. Heinſium ad Ovidii L. IV. Epiſt. ex Ponto El. 12, 32. Caeſar B. Civ. II, 10. *Supra lateres coria inducuntur*. B. Gall. L. II, 33. *Viminibus intextis, quae pellibus induxerant*. Apud Valer. Maxim. L. III. c. 6. §. 7. *Nulla indutus tunica* in MSS. quibuſdam legitur *inductus*. male Cerda ad L. VI. Aen. 414. citat *caeſos inducta juvencos*.

132 JUVENCO] Tergo tauri tecta. SCHOL. V. Drak. ad Silium IV, 293.

133 SUPERENATAT.] Alii legunt *ſuper emicat* ſ. natando. VERSELL. Variant hic magnopere ſcripti, & editi. *Supereminet* eſt in rec. Voſſiano, Amſtel. & uno Berſm. quomodo citat Cerda ad d. Virgilii loc. *Superemicat* habent MSS. omnes Pulm., unus Berſm., & duodecim ex meis cum Editionibus Rom. Parm. Omnib. Verſell. Sulpic. Aldi, Colin. Steph. Pulm. aliisque. quod non temere damnare auſim, cum id Codicum conſenſus efflagitare videtur. niſi potius dicamus, Librarios *ſuperenatat* mutaſſe, quia nove à Lucano dictum eſt; & ad ejus imitationem Alcimus, ex quo citant *fluctus ſuperenatet omnes*. Servatur autem *ſuperenatat*, ſive duobus verbis, ſive uno ſcribas, ſuprascriptum in Voſſiano primo, & Wittiano a manu ſecunda, Marpurg. & duobus Berſm. libris, expreſſum etiam eſt in Ed. Veneta 1477. Aſcenſ. Micyll. Gryph. Hortenſ. Berſm. & ſeqq. maxime etiam juvat Servius, ad Virgil. Aen. IV, 72. ubi tamen vitioſe ſcribitur *ſupernatat*. *Natare* vero paſſim uſurpatur de navibus. Vid. Virgil. Aen. IV, 398. Propert. III, 21, 13. Tibull. I, 7, 38. Senec. de Benef. VI, 32. Sic *innare* Virgil. Georg. II, 451.

- - - - *undam levis innatat alnus.*

Silius XII, 448.

Innabat pelago veniens ſine remige claſſis.

Seneca Thyeſt. 182.

- - - - - - *& geminum mare*
Innare claſſes.

ut ante Gronovium legebatur, & cum plurimis MSS. eſt quoque in Ultrajectinenſi. diſpiciat judicioſus lector. Non tamen offendere quemquam debet, quod *ſuperenatare* nove dixerit noſter. plura alia verba primus formavit, & eodem modo *ſupervolare* L. III, 299. Vide plura ad L. VI, 484.

136 CONSERITUR] Recte hunc locum laudat Servius ad Virgilii Georg. IV, 287.

Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis.

Male Iſidorus *conficitur*. Vide Cerdam ibid. & ad L. VI. Aen. 414.

Gemuit ſub pondere cymba Sutilis.

137 TRAJECTA] Et hic multa varietas. *Transjecta* ſcribitur in tribus Berſm. duobus Voſſ. & meo. *Transvecta* in Marpurg. Voſſ. qu. a m. ſec. Amſtel.

Martis amore [a] feros, & tendit in ultima mundi.
Nudatos [b] Caesar colles, desertaque castra
Conspiciens, capere arma jubet: [c] nec quaerere pontem,
[d] Nec vada, sed duris [e] fluvium superare lacertis.
Paretur: rapuitque [f] ruens in proelia miles,
Quod fugiens timuisset, [g] iter. mox uda receptis
Membra fovent armis, [h] gelidosque à gurgite cursu
[i] Restituunt artus, donec decresceret umbra,
In medium surgente die. jamque agmina summa
Carpit eques, dubiique fugae, pugnaeque tenentur.
Adtollunt campo geminae juga saxea rupes
Valle [k] cava media: tellus [l] hinc ardua [m] celsos

Continuat:

VARIAE LECTIONES.

a *ferox* A. b *coll.* C. B. 1. c *non* meus. d *non* V. 2. e *fluvios* R. 1. A. f *furens* B. 1. g *tunc* A. h *gelidos* B. 1. i *restituit* A. k *cavae* Ed. Grot. Farn. Hack. l *tunc* Ed. Hort. m *celos* R. pr.

Edd. Ven. & Omniboni. Forsan reliquit Lucanus *travecta*. quamvis vulgatum bene probum sit. Vide J. F. Gronovium ad Livium L. XXXII. c. 6. *Vere primo in continentem trajectus.* ubi eadem in manu exaratis, & impressis libris varietas. Verum in veterrimo Vossiano primo exhibetur *transmissa*. quod putem verius. Inspice, quae notavimus ad Lib. III, 539. Claudian. I. Cons. Stilich. Lib. I, 332.

Tyrrhenum poteras junctis transmittere signis.

138 CURVARE] Ut pons fiat. SCHOL. Materiam quaerere ponti faciendo. GROT.

140 MEDIOS] i. e. ut pons à mediis agris inciperet, ne iterum deesset, si iterum fluvius inundaret. SCHOL.

142 SULCOS] Fossas dicit factas, in quas fluvii impetus verteretur. IDEM.

142 SCISSO GURGITE RIVIS] Vossian. primus & quartus, Hulsian. unus Bersm. Amstel. Oxon. pr. & meus *rivus*. Elegantius, ut puto. Sicoris magnus antea fluvius, nunc scisso gurgite *rivus* factus dat poenas &c. Et ita videtur non obscure legisse Scholiastes. *detrimenta perpetitur sui gurgitis, in sulcos divisus, qui* (*quia* Voss. pr.) *nuper ingentibus aquis aestuavit.* Quin etiam *rivus*, non *rivis*, legit Lutatius, haec citans ad Statii L. IV. Theb. 106. ubi pro *fluvium anse* invium *ab Hercule in fossam deductum vires amisisse*, malim *invictum*. Notum est, fluvios, qui transmittuntur, passim dici *vinci*, & *superari*. Eamdem autem rem fecerunt multi ante Caesarem. Vide Drakenb. ad Silium L. IV, 645.

Magnas, o Trebia, & meritas mihi, perfide, poenas
Exsolves, inquit. lacerum per Gallica rivis
Dispergam rura, atque amnis tibi nomina demam.

146 INDOMITOS] Barbaros dicit, qui sunt in Hispania ultra Oceanum SCHOL.

147 MARTIS AMORE] *Mortis amore* Vossian. prim. Reg. prim. Vossian. sec. & tert. a m. pr. non ausim tamen damnare vulgatum. vide ad Lib. I, 461. L. VIII, 364.

Indomitus bellis & Martis amator.

Sed & illic in optimis MSS. & Edd. *mortis*; ut videbimus suo loco, & alibi sexcenties. sic vs. 283, 538. VII, 129.

150 DURIS] Ingeniose conjiciebat amicus meus, *ductis*. *ducere brachia, lacertos*, est natare. Propert. L. II, 20, 2.

Ionio lassas ducere rore manus.

Ovidius L. IV. Metam. 353.

- - - - *alternaque brachia ducens*
In liquidis translucet aquis.

Adde J. F. Gronov. Observ. L. I, 13. aliosque. vide etiam ad L. V, 706. Sed scripti constantes sunt in *duris* i. e. fortibus, ut ajunt Glossae Wittiani Codicis. Sic *durus Mars*, *homo*, qui incommoda pati potest. Contra *fortis* pro duro posuit L. VI, 192. ubi v.

151 RAPUITQUE] In Rotendorf. Codice *rupitque*. *Rumpere iter*, & similia, passim apud poëtas. maxime juvat locus L. I, 221.

- - - - - *molli tum cetera rumpit*
Turba vado fracti faciles jam gurgitis undas.

Con-

Continuat colles: [a] tutae quos inter opaco
Anfractu latuêre viae: quibus hoste [b] potito
Faucibus, emitti terrarum in devia Martem,
Inque feras gentes Caesar [c] videt. [d] Ite sine ullo
Ordine, ait, raptumque fuga convertite bellum,
Et faciem pugnae, vultusque [e] inferte minaces:
[f] Nec liceat pavidis ignava occumbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit: & ad [g] montes [h] tendentem praevenit hostem.
[i] Illic exiguo paullum distantia vallo
Castra locant. postquam spatio languentia nullo
Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus;

(* *Et fra-*

VARIAE LECTIONES.

a *tute* Edd. Ven. Br. Med. b *petito* H. V. 1. a m. pr. c *jubet* H. d *ire* H. V. 1. e *ferite* R. 1. f *ne* B. 1. V. pr. *non* meus. g *montem* R. 1. meus. a m. pr. h *fugientem* meus. i *illinc* A.

Consule Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. L. 1, 3.

- - *mediosque inter juga concita cursus*
Rumpere.

Sed non minus frequens est, quod ceteri servant MSS. *rapuitque*, praesertim nostro. Vide ad Lib. III, 299.

Agmine n. rapto superevolat Alpem.

152 FUGIENS TIMUISSET] Quod non nataret armatus, nec si bella fugeret (*fugerentur* Voss. sec.) SCHOL.

153 CURSU] Ut incalescant, currere jubentur à Caesare. IDEM.

154 DECRESCERET] Accessu enim solis omnium rerum umbra contrahitur. IDEM.

155 AGMINA SUMMA] Sc. Petreji, i. e. extremos fugientium. *eques* Caesaris. *dubii* ipsi, qui per agmen incedunt. IDEM.

158 VALLE CAVAE MEDIA] Haec lectio à Grotio intrusa est ex tribus Pulm. & uno Bersm., quibus accedant duo ex nostris. Sed quid sint *rupes cavae in valle media*, non intelligo. Quare restitui ex ceteris scriptis, & editis *cava*. Dicit Lucanus, ab utraque parte esse altiores colles; sed inter illos mediam esse vallem, quam passim *cavam* auctores vocant ob circumjacentes montes. Ante hanc vallem igitur prae obstruentibus eam montibus erant angustiae, quas recte vs. 161. *fauces* proprio huic rei verbo nominat. Livius L. VII, 34. *Exercitum incaute in saltum cava valle pervium, circaque insessum ab hoste induxit.*

160 POTITO] Msc. *petito*. perperam: quibus angustis itineribus si Afraniani potirentur. BERSM.

161 FAUCIBUS] i. e. videt Caesar; quod si angustias ipsas Pompejani occupassent, Mars emitteretur in terrarum devia, & in feras gentes i. ad barbaros, ad quos si pervenisset hostis, non posset superari à Caesare. SCHOL.

166 EXCIPIANT] Hoc ita fieri potest, si fugientibus Pompejanis Caesaris milites occurrant. IDEM. Scilicet praeveniendo eos ante angustias, & celeriore itinere illas occupando, & sic fugientibus occurrendo. Captavit Lucanus antitheta *recto* & *fugientes*. quae figura apud Horatium, nostrum, & alios non raro occurrit. Male editio Micylli *tecto*. Vide Caesar. Comment. Lib. 1. B. Civ. 69, 70. de *recto pectore*, *recta cervice* &c. V. ad Lib. II, 510.

168 EXIGUO P. D. VALLO] Forsan rectius legas *exigua valle*. nisi *vallum* pro *intervallo* posuerit, aut mecum jungere malis *castra exiguo vallo*, quae cincta, & munita vallo illic locabantur utrimque. L. 1, 516.

Effugit exiguo nocturna pericula vallo.

169 LANGUENTIA] i. quae non languescerent, propinque cernendo. *Mutua* i. e. ut viderentur pariter, & viderent. SCHOL.

171 ET FRATRES &c.] Indignus hic Lucano est versus, quo certe nihil humilius dici possit, adeo ut vix in soluta oratione ferendum foret. Quare auctori nostro abjudicavi, ut etiam non compareat in Codd. Bohursii & Vossiano tertio, à manu prima.

172 DEPRENSUM] Mscr. duo *depressum est*. quasi dicat; arma utrimque repressa sunt. BERSM. Non

(*[a] Et fratres, natosque suos videre [b] patresque;*)
Deprensum [c] est civile nefas. tenuêre parumper
Ora metu: [d] tantum nutu, [e] motoque salutant
Ense suos. mox, ut stimulis majoribus ardens
[f] Rupit amor leges, audet [g] transcendere vallum
Miles, in amplexus effusas tendere palmas.
Hospitis ille ciet nomen; vocat ille propinquum:
[h] Admonet hunc studiis consors puerilibus aetas:
[i] Nec Romanus erat, qui non [k] agnoverat hostem.
Arma rigant lacrimis, singultibus oscula rumpunt:
Et, quamvis nullo maculatus sanguine, miles,
Quae potuit fecisse, timet. Quid pectora pulsas?
Quid vesane [l] gemis? fletus quid fundis inanes?
[m] Nec te sponte tua sceleri parêre fateris?
Usque adeone times, quem tu facis [n] ipse timendum?

Classica

VARIAE LECTIONES.

a *hic fr.* V. pr. sec. b *parentes* Marp. M. *potentes* V. 1. c deest in V. 1. A. d *tantumque manu* Ed. Ven. e *vultuque* V. 1. a m. pr. f *rumpit* B. 1. g *transcurrere* B. 1. Cantab. h *admovet* meus. Ed. Parm. i *non* VV. LL. Steph. V. 1. k *cognoverat* P. 1. meus. Edd. Ven. Br. Med. Hort. a iaeque *agnosceret* VV. LL. Steph. B. 1. V. 1. l *times* B. 1. V. 2. R. 1. W. H. M. V. 1. pro var. lect. m *non* B. 1. n *esse* VV. LL. Steph. P. 3. B. 2. V. 2. H. meus. Edd. Ascens. Mic. Hort.

opus est mutatione. viderunt tum demum, quale nefas committerent in civili bello, singulis suos consanguineos agnoscentibus. Eadem autem dilucide narrat Caesar loco à viris doctis citato L. 1. B. Civ. c. 74. *Quorum ducum discessu milites liberam nacti colloquiorum facultatem, vulgo procedunt, & quem quisque in castris notum aut municipem habebat, conquirit, atque evocat* &c.

173 METU] Dum timent duces. SCHOL.

177 VOCAT ILLE PROPINQUI] Plerique libri *propinquum*, sicut & Mic. HERSM. *Propinquum* hic recte praetulit primus Sulpitius, cum ante eum legeretur *propinqui*. ut habent quoque sex ex meis, & MSS. Cantabr. praecedente versu sine commodo sensu Hortensius exhibuit *& amplexus*. tum melius fuisset *& amplexu*. sed vulgata lectio sana est.

182 QUID &c.] Verba Poëtae milites increpantis. SCHOL.

185 TIMENDUM] i. e. Pompeium, à quo recedat exercitus. Item in altera parte, si de Caesare accipiatur, *non timebitur*. SCHOL.

186 CLASSICA DET BELLO] Ita emendandum pro *dent bellum*. Caesar classicum canere jubeat: tu ne audi. signa moveat: ne sequere. jam pax erit. GROT.

186 DENT BELLUM] Sic vetus scriptura, cui subrogavit vir summus: *Classica det bello*. Quid? an non classica bellum dare, juxta bene dicuntur, atque buccinae vel signa canere? Nam vulgatis sensus idem. *Classica* jussa cani ab Caesare, *dent* potestatem pugnae (nam qui pugnat injussu capital est) sed si classica faciant copiam proelii, tu ne audi. Nec enim, quia, cum insequenti versu dicitur, *Signa ferat*, intelligitur *Caesar*; ideo necesse est superius tale verbum poni, ad quod idem nominativus subaudiatur. Classica igitur, puta Caesaris, ad pugnam vocent. Tale est illud Ennii in annalibus:

- - - - - Tonsamque tenentes
Parerent, observarent, portisculus signum
Cum dare coepisset.

GRONOV. L. IV. Observ. c. 26. Recte summus Gronovius, cujus verba hic adtexere malui, defendit vulgatum. Mulier enim adscribitur rebus, quod est hominum. Lib. III, 659.

Postquam inhibent remi puppes, & rostra reducunt.

ubi vide. Seneca Phoen. 389. loco apposito.

Acies in armis. aera jam bellum cient,
Aquilaque pugnam signifer mota vocat.

Silius

Classica [a] dent bellum; saevos tu neglige cantus.
Signa ferat; [b] cessa. jam jam civilis [c] Erinnys
Concidet, & [d] Caesar generum privatus amabit.
[e] Nunc ades, aeterno complectens omnia [f] nexu.
O, rerum, [g] mixtique salus, Concordia, mundi,
Et sacer orbis amor! magnum nunc secula [h] nostra
Venturi discrimen habent. periêre latebrae
Tot scelerum: populo venia est erepta nocenti:
Agnovêre suos. prô numine fata sinistro,
Exigua requie tantas augentia clades!
Pax erat, [i] & castris [k] miles, [l] permixtus utrisque,
Errabat: duro concordes cespite mensas
Instituunt, & permixto libamina Baccho.
Graminei [m] luxêre foci: [n] junctoque cubili
Extrahit [o] insomnes bellorum fabula noctes:

Quo pri-

VARIAE LECTIONES.

a *det bello* Ed. Grot. &c. b *cessa* VV. LL. Steph. *Caesar* V. 1. c *Erinis* & *Herinis* MSS. qdd. d *generum* C. V. 1. e *hue* P. 1. B. 1. VV. LL. Steph. f *giro* A. g *mixti* R. pr. h *nostri* R. pr. i *in* B. 1. k MSS. & Edd. qdd. *miles cast.* l *perductus* Marp. m *fulsere* V. tert. n *vinctoque* V. 1. Ed. Ven. o *insomnis* V. pr. sec. W.

Silius xv, 478.

Tacitum dat tessera signum.

Valde autem variant Codices. *Dent bellum* est in Codicibus Stephani, Bersm. tribus Pulm. & octo meis. *det bello* Pulm. quatuor. tres mei, & Vossianus primus a m. sec. & Hort. M. *dat bello* Voss. sec. & tert. Voss. primus a m. pr. & Edd. Sulpit. Ascens. Mic. Hortens. aliisque *dant bellum*. Verum in Regio primo, optimo sane codice habetur *Classica dent bello*; uti & *ferunt*. quod praeterea legitur in MSS. Stephani, duobus Pulm. tribus Bersm. Vossiano pr. & sexto, Wittiano, Oxon. utroque, Hulst. & meo, cum editis omnibus, nisi quod quidam habeant *ferunt*, ante Gryphium. Forsan rectius, ut *dent classica*, & *ferant signa* sumatur generaliter tam de Pompejo, quam Caesare. Atque ita hunc locum cepit Scholiastes.

188 GENERUM] *Privatum* & *generum* subaudimus, nam hoc vult poëta, ut ab utroque recedat exercitus. SCHOL.

189 COMPLECTENS] Innuit φιλίαν Empedoclis, quam inter ἀρχικὰς δυνάμεις fecit ἑνωτικὴν Plutarchus 1. de Placit. cap. 3. BERSM.

190 SALUS CONCORDIA] Τὸ αὐτὸ i. bis idem dicit nam hoc est concordia mixti mundi, quod salus rerum. Amorem mundi, nil melius, quam deum accipere debemus, quo rerum universitas connectitur. Unde Boëthius.

O felix hominum genus!
Si vestros animos amor,
Quo coelum regitur, regat.

SCHOL. Voss. primi.

192 VENTURI DISCRIMEN HABENT] Loquitur, ut saepe, tanquam in re praesenti. Hactenus quae facta sunt, excusari aliquo modo possunt. in posterum vero magnum imminet periculum. nam, nisi abstinetur à bello, omnes manifesto scelere contaminari necesse est. Pugnabunt in cives jam non ignotos GROT.

194 AGNOVERE] Nam se jam non poterunt ignoratione defendere, cum modo agnoverunt, quos sunt perempturi. SCHOL.

199 GRAMINEI LUXERE FOCI] Notat Glossator Cod. Voss. primi in aliis scribi *gramineis focis*. Scholia vero Voss. secundi dicunt in aliis esse *duxere thori* vel *chori*. *Graminei, in gramine constituti.* Vulgata certe lectio mihi non placet. Puto ergo scribendum

- - - - - - mensas
Instituunt, & permixto libamina Baccho
Gramineis duxere tori

Quo primum [a] steterint campo, [b] qua lancea dextra
[c] Exierit. dum, quae gesserunt fortia, jactant,
Et, dum multa negant, quod solum fata [d] petebant,
Est miseris renovata fides, atque omne futurum
Crevit amore nefas. nam postquam foedera pacis
Cognita Petrejo; seque, & sua tradita venum
Castra videt, famulas scelerata [e] ad proelia dextras
Excitat, atque [f] hostes turba stipatus inermes
Praecipitat castris, [g] junctosque amplexibus ense
Separat, & multo disturbat sanguine pacem.
Addidit ira ferox, moturas proelia, voces:
Inmemor ô patriae, signorum oblite tuorum,
Non potes hoc caussae miles praestare Senatus,
[h] Adsertor victo redeas ut Caesare: [i] certe

Ut

Variae Lectiones.

a *steterant* P. 1. V. pr. sec. a m. pr. *steterunt* V. 1. *steterit* m. Hort. b *quo* Ed. Hort. c *Exiret* Ed. Farn. d *parabant* R. 1. e *in* B. 1. f *hostis inermis* V. tert. g *junctos* H. Ed. Bersm. *vinctosque* V. 1. *victos* V. 1. h *asserto* V. 1. i *recte* V. 1.

Ducere enim notat haurire. Propert. Lib. II, VII, 59.

Quin etiam multo duxisti pocula risu.

Consule omnino Ill. Heinsium ad L. XII. Ovid. Met. 386.

- - - - - ductis sine fine jacebat
Sopitus vinis.

Vel quia sequitur de noctibus in diem extractis, *ducere libamina* posset capi de convivio in multum temporis habito. Tibull. L. I. El. X, 61.

Illam saepe ferunt convivia ducere Baccho,
Dum rota Luciferi provocet orta diem.

Si vero pro *gramineis toris* malit quis *graminei chori*, non refragabor. i. e. milites chori instar ut solent in gramine sedentes.

204 Renovata] Duo Bersm. Codices, Regius prim. Vossian. unus, Oxon. unus, & Marpurg. *revocata*. quae verior videtur esse lectio, eodem sensu, quo *renovata* vulgo. Vide J. F. Gronov. Observ. L. II, 19. & N. Heinsium ad Metam. Ovidii L. VII, 176.

- - - - - tentabimus aevum
Non annis revocare tuis.

204 Fides] Amicitiae scilicet, & pristinae caritatis. SCHOL.

205 Crevit] Cum eum, quem amasset, occideret. IDEM.

207 Famulas] i. omnes servos armat in proelium. SCHOL.

209 Junctos] Plerique libri, & Codices *junctosque*. BERSM.

212 Inmemor] Facit enim fortiores memoria affectuum suorum. SCHOL.

214 Adsertor] Qui in libertatem defendis Senatum. Verbum juris. ut Terentius. *Nam ego hanc liberali adsero caussam manu*. Bene autem *Senatus adsertorem* militem dicit; quia & senatus in parte Pompeji est, & major invidia est, si dicat, eos ordinem copia decepisse. Bis subaudiendum *senatus* i. e. *adsertor Senatus*, & *caussae senatus*. IDEM. Quidam autem post *patriae* distinguunt per interrogationis signum, ut subaudiatur *an*. Non quidem male. sed non opus est, subintelligendo *si*. ut saepe solent auctores. Consule notata ad L. IX, 288. Mallem etiam distinguere hoc modo. *Praestare, Senatus Adsertor v.* cum Scholiaste.

215 Ut vincare] Qui enim vincitur, non se dedit, sed liber occumbit: quae in bello secunda fortuna est. Est autem hoc cum indignatione legendum, *potes* sc. caussae praestare. SCHOL.

215 Incerta] i. adhuc dubia, dum nemo superarit. IDEM.

218 Nullo discrimine] Ex illo Virgilii:

Tros Tyriusve mihi nullo discrimine agetur.

Hoc ne, inquit, orandus est Caesar, ut vos sibi servire patiatur, hac sola lege, ne durius vos Pompeja-

Ut vincare, potes. dum ferrum, incertaque [a] fata,
[b] Quique fluat, multo non deerit vulnere sanguis,
Ibitis ad [c] dominum, damnataque signa feretis?
Utque habeat famulos nullo discrimine, Caesar
Exorandus erit? ducibus quoque vita petenda est?
Numquam nostra salus pretium, mercesque nefandae
Proditionis erit: non hoc civilia bella,
Ut vivamus, agunt. trahimur sub nomine pacis.
Non [d] chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent, nulli vallarent oppida muri,
Non sonipes in bella ferox, non iret in aequor
Turrigeras classis pelago sparsura carinas,
Si bene libertas [e] umquam pro pace daretur.
Hostes nempe meos sceleri jurata nefando

Sacramen-

VARIAE LECTIONES.

a *signa* A. b *cuique* Ed. Rom. Parm. c *dominos* V. 1. a m. sec. d *calibem* MSS. quidam. e *nunquam* V. 1.

pejanos habeat, quam Caesarianos suos? Nam alioqui, ut Tacitus inquit, *recentissimus quisque servorum & conservis ludibrio est.* GROT.

219 EXORANDUS] Rogat enim, quisquis se dedit. *Exorandus* invidiosius dixit, i. tamdiu, quamdiu concedat orandus. SCHOL.

219 DUCIBUS QUOQUE VITA PETENDA EST] In Vossiano secundo, & tertio à manu prima est *petita*. atque ita Scholiastes. i. e. *nobis vita petita* (*petenda* Voss. pr.) *est à Caesare. Hoc per ironiam dicit milites fecisse.* Acerrimo itaque opprobrio rogat, quod illos egisse sciebat. Revera enim vitam ducibus suis à Caesare petiverant, ut ex ipso constat L. 1. B. Civ. c. 74. *Fidem ab imperatore de Petreji, & Afranii vita petunt, ne quod in se scelus concepisse, neu suos prodidisse videantur.* Attamen ingratum reddunt sonum *vita petita*, & vulgaris lectio habet suam quoque emphasin. An nos quoque vitam à Caesare rogare debemus, ut nostra salus sit quasi merces vestrae, nostraeque proditionis &c.? id fiet numquam, & mori, quam turpi foedere vitam pacisci malumus.

222 SUB NOMINE PACIS] Pacem ideo accepisse videbimur, ut & pejora patiamur, nec repugnare jam possumus, pace facta. SCHOL. Optime Hortensius. *Specioso praetextu pacis impetrandae in servitutem videntes, volentesque deducimur. Praeclara vox pax est, si non sequatur jugum, nunquam excutiendum.*

223 CHALYBEM] Chalybs fluvius in Hispania, à quo Chalybes dicuntur ejus accolae, qui ferrum effodiunt, quod & chalybs appellatur. Virgil. *Vulnificusque chalybs.* Sunt alii Chalybes juxta Paphlagoniam in Ponto. SULPIT. Quae de flumine Hispanico & ejus accolis hoc loco Sulpitius addit, de iis ipse viderit. Strabo certe, & post eum Stephanus, Chalybum genti, quae Pontica est, & ad Thermodontem aliquando habitasse dicitur, ferri metallaria adscribunt. Eosdemque Homero Ἀλιζώνους in Catalogo dictos volunt, ubi inquit:

Αὐτὰρ Ἀλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον

(sive Ἀλύβων legendum est, ut Stephanus habet)

Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

ἤτοι τῆς γραφῆς μετατεθείσης, ut idem Strabo addit, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν ἐκ Χαλύβης ἢ τῶν ἀνθρώπων πρότερον Ἀλύβων λεγομένων ἀντὶ Χαλύβων. οὐ γὰρ νῦν δυνατὸν γέγονεν ἐκ Χαλύβων Χαλδαίους λεχθῆναι, πρότερον δ' οὐκ ἐνῆν ἀντὶ Ἀλύβων Χάλυβας. Quod autem Chaldaei postea vocati sint, supra paulo idem indicat, οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι, inquiens, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο. Et addit, ἐν δὲ τῇ γῇ τὰ μέταλλα νῦν μὲν σιδήρου, πρότερον δὲ καὶ ἀργύρου &c. MICYLL. Recte Sulpitius ait *Chalybem* fluvium in Hispania, & accolas dictos *Chalybas*, quod miror fugisse Micyllum. Diserte Justinus id tradit Lib. XLIV. c. 3. *Nec telum probatur, quod non aut Bilbili fluvio, aut Chalybe tinguatur. Unde etiam Chalybes, fluvii hujus finitimi appellati,* ferro-

Sacramenta tenent: at [a] vobis vilior hoc eſt
Veſtra fides, quod pro cauſſa [b] pugnantibus aequa
Et veniam ſperare licet. [c] prô dira [d] pudoris
Funera. [e] nunc toto fatorum ignarus in orbe,
Magne, paras acies, mundique extrema [f] tenentes
Sollicitas reges, cum forſan foedere noſtro
Jam tibi ſit promiſſa ſalus. Sic [g] fatur, & [h] omnes
Concuſſit mentes, [i] ſcelerumque reduxit amorem.
Sic ubi, [k] deſuetae ſilvis, [l] in carcere clauſo
Manſuevêre ferae, [m] & vultus poſuêre minaces,

Atque

Variae Lectiones.

a *nobis* & *noſtra* V. 1. b *pugnabitis* Ed. Grot. & ſeqq. uti etiam *ſed*. c *proh* MSS. & Edd. qdd. ac ſic deinceps. d *furoris* Marp. e *item* ſupraſc. *nunc* W. f *tenentis* R. pr. W. g *fatus* Ed. Br. h *omnis* V. pr. i *ſcelerum deduxit* A. k *conſuetae* A. *devictae* meus. l *&* V. pr. m *&* deeſt in Oxon. pr.

ferroque ceteris praeſtare dicuntur. ubi vide Comment.

227 Libertas] Senſus eſt, ſi homines ſcirent, quod pax melior eſſet libertate, nullo modo pugnarent. Ergo non detur pro pace libertas. nam qui accipit pacem, accipit ſervitutem. Hoc ergo dicit: non bene datur à nobis noſtra libertas, ut pacem poſſimus accipere; & ideo dimicandum eſt. SCHOL.

229 Sacramenta] Senſus hic eſt. Hoſtes noſtri, quamvis malam cauſſam habeant, tamen in fide eadem perſeverant. Vos contra, qui cauſſam meliorem habetis, à propoſito receſſiſtis, ea ſcilicet ſpe, quod tam juſtam cauſſam habetis, ut, quia eam ſecuti eſtis, victis vobis poſſit ignoſci. IDEM.

229 At vobis] Mſc. *hac vobis*; male. BERSM.

230 Quod pro caussa pugnabitis aequa] Ita recte MS. Non alia cauſa vos hoſtibus ignaviores eſtis, quam quod juſtum bellum geritis. nam illos ſcelera obdurant. GROT.

231 Et veniam sperare licet] Ut vobis victor ignoſcat, quia cauſa aequiſſima dimicatis. Illi autem ideo pertinacius pugnant, quia ſecuti peſſimam cauſſam victi veniam non merentur. SCHOL.

231 Sed veniam] Ita emendavimus, pro *Et*. Eſt enim *ἀσυνδετόν*. GROT. Pace ſummorum manium dixerim; nimis temere *pugnabitis* & *ſed* in textum recepit magnus vir. *pugnabitis* habet tantum unus Berſm., & recentior regius. *pugnantibus* atque *&* retinent omnes omnium & mei Codices cum Scholiaſte, eodem, ſed ironico magis ſenſu. Hoſtes obdurant, quia ſe ſcelere obſtrinxerunt, atque adeo veniam ſperare nequeunt. at vos facile flectimini, quia etiam veniam ſperare vobis licet, quia pugnatis pro aequa cauſſa, ſed ah! pudere vos deberet, niſi in vobis eſſet ſepultus pudor, & exſtinctus. Quare manuſcriptorum auctoritate reſtitui veterem lectionem.

232 Pudoris foedera] *Funera* C. L. F. & Canter. Nov. Lect. Lib. III. cap. II. PULM. *Funera.* Ita reſtituimus ex Cantero, & duobus Mſc. Prudent. *Qui me pudoris funere perderet.* BERSM. Optime viri docti *funera* reſcribendum docuerunt pro *foedera*. quae vox mox verſu abhinc ſecundo ſequitur. *Funus pudoris* eſt ſepultus, & exſtinctus pudor. Eamque lectionem comprobant vetuſtiores Voſſiani quatuor, & quintus pro var. lect. uterque Regius, Wittianus, Hulſ. & Marpurg. (niſi quod in nonnullis à manu ſec. repoſitum eſt *foedera*) aliique. Variae etiam lectiones Stephani, & Hortenſii. *prô damna pudoris* dixit Claudian. IV. Conſul. Honor. 86. vide etiam in B. Gild. vſ. 94.

234 Sollicitas] Ad auxilia ſcilicet deſtinanda. *Noſtro* bene, ut majorem faciat indignationis invidiam, ſe jungit ad crimen. SCHOL.

242 Abstinet ira] Sunt, qui legant *vix abſtinet ora*, ſed cum de feris plurative locutus ſit, dicendum fuerit *fervent*, & *abſtinent* contra legem carminis. ASCENS. & VERSELL. *Ora* quidem legitur in duobus Pulm. tribus Berſm. novem meis, aliiſque duobus a m. ſec. & in editis omnibus ante Aſcenſium, uti & Colin. & Hortenſ. Sed perperam. Loquitur enim de feris, non de fera, ut bene monet Aſcenſius. *Abſtinere* autem ſine caſu accuſativo paſſim invenias, in hac ipſa re. Seneca L. II. de Ira c. 8. *Ferae morſu ſimilium abſtinent.* Imitatus autem hunc locum eſt Statius L. IV. Achill. 184.

Uſ

Atque hominem didicêre pati: si torrida parvus
Venit in [a] ora cruor, redeunt rabiesque, furorque,
Admonitaeque tument gustato sanguine fauces:
Fervet, & à trepido vix [b] abstinet ira magistro.
Itur in omne nefas: & quae Fortuna, Deorum
Invidia, coeca bellorum [c] in nocte tulisset,
Fecit [d] monstra fides: inter mensasque, torosque,
Quae modo [e] complexu foverunt, [f] pectora caedunt.
Et quamvis [g] primo ferrum strinxêre gementes,
Ut dextrae justi gladius dissuasor adhaesit,

Dum se-

VARIAE LECTIONES.

a *hora* V. 1. b *detinet* B. 1. c abest *in* ab B. 1. W. R. 1. O. 1. d *nostra* Ed. Gret. Hack &c. e *fov. comp.* W. f *corpora* B. 2. VV. LL. Steph. g *primum* meus. *ferr. pr.* V. 1.

Ut leo, materno cum raptus ab ubere, mores
Accepit, pectique jubas, hominemque vereri
Edidicit, nullasque rapi nisi jussus in iras.

& quae sequuntur. Boëthius Lib. III. Metr. 2.

Quamvis Poeni plura leonei
Vincula gestent, manibusque datos &c.
Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi &c.
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.

quibus locis nota etiam vocem *iras*. *Pati hominem* dixit, ut Lactantius Argum. Ovid. L. VII. Met. Fab. 13. *Ac leonem manu pati coegisset*: ubi vide Cel. Burm. Statius L. IV. Theb. 732. de equis

Nec legem dominumve pati.

Seneca de Benef. L. VII. c. 19. *Quantum à veris feris & numquam humanum manum passis absunt.* Virgilius Aen. VII, 490. de cervo *ille manum patiens.* ubi male Servius putat, esse synеresin pro *manuum*. Plura addi possent, sed ad alia vocamur.

244 IN NOCTE] Meus, & unus Burm. in marg. *nube.* ut vs. 488.

Non tamen in coeca bellorum nube cadendum est.

ubi Omnibonus edit *nocte.* simile est L. II, 262.

- - - - *coeca telorum in nube.*

Nihil notius est, quam à poëtis dici passim *fumi, pulveris, telorum* &c. *nubem.* & ita saepe noster. vide Indicem. sed hic cum plurimis MSS. retineo vulgatam lectionem. *coeca* enim *bellorum nox* est incerta confusio proelii. Vide L. VII, 571.

Nox ingens scelerum & caedes oriuntur.

Quis nescit vero *noctem* pro obscuritate quacumque, & ignorantia fumi? L. VII, 520.

Noxque super campos telis conserta pependit.

Cupressi noctem pro umbra Virgilius dixit. *nimborum noctem* idem, Propertius, aliique.

245 FECIT MONSTRA FIDES] Ordo est. Et fecit fides monstra, quae tulisset Fortuna in coeca bellorum nocte invidia Deorum i. e. quae Fortuna incerti belli attulisset, sive fecisset excitata invidia deorum. Nam sic disputaretur, quidquid esset admissum; si se uterque non agnovisset exercitus. Jam vero monstra sunt, quae sequuntur, quia se milites recognoscunt. SCHOL.

245 FECIT NOSTRA FIDES] Sic emendavimus, pro *monstra.* quod sane monstro erat simile adeo nullus inde commodus elici poterat sensus. Hoc vult. Potuerat bellum civile Deorum, & fati iniquioris videri culpa: praesertim si fortuita praelia ignotos ignotis implicuissent: nunc profecto nostra est, quia alter alterum novimus, ejusque rei certi, & nobis conscii sumus. Nam quae aut ignorantia, aut impetu fiunt, eorum culpa facile fato assignatur; quae destinato καὶ ἐκ προαιρέσεως aguntur, ea non ἀτυχήματα sunt, sed ἀδικήματα. GROT. Si *nostra* antiquitus quoque lectum esset, facile paterer illam vocem. Nunc cum *monstra* exhibeant Msti omnes (dubito de nonnullis, quos ipse non contuli) non video, cur *nostra* in *monstra* mutassent librarii. Nec videtur mihi adeo monstro simile esse illud: sensus Lucani est. Iri in omne nefas, & fidem, sive homines, qui fidem invicem dederant, talia *monstra* i. e. scelera perpetrasse, qualia si facta fuissent in ipso belli & proelii tumultu, antequam se invicem cognovissent, diceretur Fortuna fecisse, per invidiam Deorum excitata, ut recte Scholiast. *Tulisset* alii sumunt pro abstulisset, abscondisset. quod non puto.

Dum feriunt, odêre suos, animosque [a] labantes
Confirmant [b] ictu. fervent jam castra tumultu,
(*Et scelerum turba: rapiuntur colla parentum.*)
[c] Ac velut occultum pereat scelus, omnia monstra
[d] In faciem posuêre [e] ducum: juvat esse nocentes.
Tu [f] Caesar, quamvis spoliatus milite multo,
Agnoscis superos: [g] neque enim tibi major in [h] arvis
Emathiis fortuna fuit, nec [i] Phocidos undis
Massiliae, [k] Phario [l] nec tantum est aequore gestum.
Hoc siquidem solo civilis [m] crimine belli
Dux caussae melioris eris. [n] polluta nefanda
Agmina caede duces [o] junctis committere castris
Non audent, altaeque ad moenia rursus [p] Ilerdae

[a] Inten-

VARIAE LECTIONES.

a *labantis* V. pr. W. b *dictu* Ed. Ven. c *&* V. 1. d *&* Ed. Elz. e *ducis* A. f *qu. Caes.* B. 1. g *nec* B. 1. V. 1. h *armis* VV. LL. Steph. P. 1. B. 2. R. 1. W. A. Edd. Ven. Br. Med. i *Focidos* V. 2. W. k *Fario* V. 3. *Pharao* V. 1. l *tantum nec in aeq.* VV. LL. Steph. *est* deest in A. m *sanguine* Marp. n *spoliata* P. 1. o *victisque* V. 1. *victis* meus. p *Hilerdae* MSS. quidd.

to. *Fides* ergo *facit monstra*: cum homines sibi invicem fide obstricti scelera in se perpetrant. *Monstrum* enim hoc sensu non semel adhibetur. Statim vs. 252.

- - - - - omnia monstra
In faciem posuere ducum.

L. x, 337.

Ultricesque deas dant in nova monstra furorem.

474.

Tot monstris, Aegypte, nocens.

Statius Lib. iv. Theb. 395.

Monstra ducum stirpemque profanam
Eloquar.

Livius L. iv, 15. *Non pro scelere id magis, quam pro monstro habendum.* & saepe. *facere monstra* Catullus c. 105. & ipse noster Lib. vii, 464.

Facturi quae monstra forent.

ubi vide. Quare merito, ni fallor, suam Lucano vocem adserui, & restitui.

248 JUSTI DISSUASOR] Definivit, quid sit gladius in manibus eorum; *dissuasor justi* i. qui non patiatur, eos servare justitiam. SCHOL.

249 ANIMOSQUE] Veterrimus Vossian. prim. *animasque*, recte. Sic L. v, 522. *Detegit imbelles animas* ex optimis MSS. scribendum, non *animos*; ubi plura. dein *ictus* pro *ictu*, itidem non male Voss. tert.

249 LABANTES] Deficientes. *Labantes* legendum est, non *labentes*, ut Sulpitius Verulanus legit, exponitque, cadentes: cum *labi* primam producat: *Labare* vero corripiat. HORTENS. Operarum culpa *labentes* inrepsit in editionem à Micyllo procuratam; ut librariorum errore etiam in duos Vossianos Codices. & sic alibi quoque.

250 CONFIRMANT ICTU] Ut ideo in multos ira saeviret, quia jam vel unus videbatur occisus. quod maxime erat criminosum. SCHOL.

251 ET SCELERUM TURBA &c.] Hic versus in Mscr. tertio deinceps loco sequitur. BERSM. Versum hunc esse spurium, plane arbitror. illa certe *rapiuntur colla parentum.* hic non possunt locum habere, nam praeter alia argumenta, quis credat, Petreji milites in hoc tumultu decollasse capita, & non tantum occidisse Caesaris milites. Tumultus enim magis fuit, quam magna caedes. Sedato tumultu, & productis latentibus Caesarianis, parentes à filiis interfectos fuisse, ab omni veri similitudine abhorret. Consule omnino Caesar. L. 1. B. Civ. c. 75, 76. unde simul patet, quid sit, *in faciem posuere ducum.* Ait enim, *edicunt, penes quem quisque sit miles Caesaris, ut producatur. productos palam in praetorio interficiunt. Sed plerosque hi, qui receperant, celant, noctuque per vallum emittunt.* Sed nec *scelerum turba* satisfacit hoc loco. sequitur etiam statim *τὸ scelus.* Quin abest hic versus ab antiquissimis Vossianis quatuor, Bohur. & Wittiano, licet

[a] Intendêre fugam. campos eques obvius [b] omnes
Abstulit, & siccis [c] inclusit collibus hostem.
Tunc inopes undae praerupta cingere fossa
Caesar avet, nec castra pati contingere ripas,
Aut circum largos curvari brachia fontes.
Ut leti vidêre viam, conversus in iram
Praecipitem timor est. miles non utile clausis
Auxilium mactavit equos: tandemque coactus,
Spe posita, damnare fugam, casurus in [d] hostem
Fertur. [e] Ut effuso Caesar decurrere passu
Vidit, & ad certam devotos [f] tendere mortem:
Tela tene jam miles, ait, [g] ferrumque ruenti
Subtrahe: [h] non ullo constet mihi [i] sanguine bellum:

Vin-

VARIAE LECTIONES.

a *incendere* V. sec. b *omnis* V. 2. H. c *induxit* V. 1. d *hostes* vulgo. e *Et* Ed. Maitt. f *currere* B. 1. g *ferroque* Ed. Ven. h *jam nullo* B. 1. i *vulnere* P. 1. B. 1. W. V. 1. aliique V. Burm. ad Val. Flacc. III, 688.

licet in quibusdam recentiore manu margini adjectus sit. Unde etiam non vestigium ejus apparet in Scholiaste. in Amstelaed. ponitur post sequentem, qui pro *&* habet *a. ac turb. sc.* V. 1. & VV. LL. Steph. e aliis. Hanc autem actionem tangit Silius L. III, 359.

Non, quae Dardanios post vidit, Ilerda, furores.

252 AC VELUT &c.] Tamquam minus scelus sit, si nefas, quod admiserunt, celent. SCHOL.

253 JUVAT] i. e. Delectat illos, ut videantur à ducibus. IDEM.

255 AGNOSCIS SUPEROS] Vereris superos, non saeviendo rursus in Pompejanos. Bis vincit, qui se vincit in victoria. BERSM. Deos tibi faventes agnoscis; qui causam tuam non felicem tantum, sed & favorabilem faciunt. GROT. Sic etiam ceteri interpretes hunc locum recte accipiunt cum Scholiaste, *agnoscis scilicet esse fautores.* de *Phocide* pro *Phocaide* posito dictum ad L. III, 340.

259 DUX CAUSSAE MELIORIS] Hoc autem modo comparet, quod post futurum est civilis belli crimine, quod priores Pompejani foedera resciderunt. SCHOL. In contrarium Seneca in Thyeste 515.

- - - pessimam caussam meam
Hodierna pietas fecit.

263 ABSTULIT] Obviam his venerunt equites Caesaris, ut ad Ilerdam pervenire non possent, & hos in colle obsidere coeperunt, ubi aqua non erat. SCHOL.

265 AVET] i. avide cupit, ut saepe Lucretius ponit. *Castra* Pompejana scilicet contingere ripas. Utrumque convenit ad intellectum, quod ἀμφίβολον posuit; sive *ripis castra*, quae castra ripas contingant. SCHOL.

265 PATI] *Pati* ἐναλλαγματικῶς, modus pro modo, hoc est, *patiebatur* dixit, historiographorum more. HORTENS. Immo pendet hic à voce *avet*.

266 BRACHIA] Castrorum videlicet ambitus, ne quos includerent fontes. SCHOL. Sic Lib. III, 365.

- - - fontesque & pabula campi
Amplexus fossa, densas tollentia pinnas
Cespitibus, crudaque exstruxit brachia terra.

270 DAMNARE FUGAM] Exponit, quid sit *ira praeceps. Damnare fugam* acute dictum. Ille enim damnare fugam non debet, qui spem habet, sed illi, quia & desperabant, & equos occidebant, ideo spe posita fugam damnabant. SCHOL.

270 IN HOSTEM] Alii legunt *in hostes*; sed parvi refert. VERSELL. *Hostes.* Rescripsi *hostem* auctoritate Pulm. duorum Bersm. & septem meorum Codicum ex antiquioribus. praeter Ascensium ediderunt sic Veneti A. 1477. Omnibon. Sulpit. Mic. & Hort.

274 NON ULLO] Sive nostro, sive illorum, qui morituri venerant trucidare. SCHOL. Intelligit potius *nostro*, ut patet ex sequentibus.

Vincitur haud gratis, [a] jugulo qui provocat hostem.
En! sibi vilis adest invisa luce juventus,
[b] Jam damno peritura meo: [c] non sentiet ictus;
Incumbet gladiis, gaudebit sanguine fuso.
Deserat [d] hic fervor [e] mentes, cadat impetus [f] amens,
[g] Perdant velle mori. Sic deflagrare minaces
Incassum, [h] & vetito [i] passus languescere bello,
[k] Substituit merso dum nox sua lumina Phoebo.
Inde, ubi nulla data est miscendae copia mortis,
Paullatim cadit ira ferox, mentesque [l] tepescunt.

San-

VARIAE LECTIONES

a *bello* B. 1. b *in* Ed. Elz. c *nec* P. 1. Edd. Mic. Hort. d *iste furor* VV. LL. Steph. *hic furor* meus. e *mentis* A. f *omnis* V. 1. R. 1. Ox. pr. Ed. Rom. Parm. g *perdens* O. pr. h deest in A. *vetitoque* V. 1. i *est p.* O. pr. k *substinuit* meus. *sustinuit* Ed. Parm. l *tabescunt* V. tert. W. pro var. lect.

274 CONSTET] Msc. *constat.* male. BERSM. & Voss. unus.

275 VINCITUR] Hanc lectionem constanter nunc tuentur omnes libri. Priscianus tamen sive memoriae vitio, sive ita in suo Codice scriptum fuerit, locum hunc adducit, ut ostendat *morior* declinare *moreris* hoc modo, *non gratis moritur* c. 880. Ed. Putsch. ut Virgil. L. IV. Aen. 659. & L. II, 670.

Numquam omnes hodie moriemur inulti.

275 HAUD GRATIS] Miles in articulo mortis positus, & ab hoste possessus haud gratis vincitur. i. e. priusquam ab hostibus vel vincitur, vel occiditur. acriter sanguinem suum pro certo ulciscitur. SCHOL.

276 CONTEMPTA LUCE] Alii legunt *invisa*: sed nolim mutasse. VERSELL. Cum Ascensio & Verseilano, etiam *contempta* praetulerunt Sulpit. Micyll. & Hortens. habentque ita variae lect. Steph. unus Bersm. & Wittian. a m. prima. Sed efficacius est *invisa.* Contemnebant enim non modo jam vitam, sed etiam oderant, & mori, quam vivere malebant. *damnata luce* dixit noster hoc lib. 534. & *invisi venti* Lib. IX, 77. Seneca de Brevit. Vitae c. 16. *Non sunt illis longi dies, sed invisi.* Consol. ad Marciam c. 3. *invisam habebis lucem.* plane eodem modo Tragicus in Troad. 940.

Abrumpere ense lucis invisas moras.

278 INCUMBET GLADIIS] i. se ultro inmittet gladiis. supple *&*, quod subaudiendum non est legentibus *incumbens.* Verum vim habet majorem *incumbet gladiis* &c. VERSELL. *Ictus incumbens gladio; incumbet* plerique libri, & Codices. BERSM. Uti Bersmannus, sic quoque exhibent Edd. Veneta, & Omniboni, Mic. & Hortens. aliique. Ascensius distinguit post *ictus*; & jungit *incumbens gaudebit.* Scripti omnes retinent *incumbet*, & recte. paullo major distinctio ponenda est, ut feci, post *ictus.* & ex nostri more subaudiendum *sed. vic. glad.* Vide vs. 500. & quae notavi ad L. II, 86. Dicit Caesar, hostes non sensuros ictus, à suis militibus inlatos, sed eos fame, & siti adactos in suos gladios casuros, & sanguine suo per se ipsos fuso, non Caesarianorum manu, gavisuros. simili modo vs. 560.

- - - - *nec vulnus adactis*
Debetur gladiis: percussum est pectore ferrum,
Et juguli pressere manum.

278 GAUDEBIT] Quia cum ipsa desideret mori, non sibi, sed Caesari moritur, quippe victoris est: sive quia, dum libens moritur, aliquos occisura est milites Caesaris. SCHOL.

280 PERDANT VELLE MORI] Non hoc notat, ut visum est interpretibus, *abjiciant desiderium moriendi*, sed *frustra mori desiderent.* Sic passim noster adhibet *τὸ perdere*, & *perire*; ut *perdere letum, nefas, tempus*, & sic *perire.* quod sine fructu fit. V. L. II, 190. III, 706. IV, 252. VI, 54. VIII, 53. X, 371. & alibi. adde Senec. Herc. Oet. 1175. Thyest. 1096. Drakenb. ad Silium IV, 607.

282 SUBSTITUIT] Msc. *sustinuit merso dum mox.* perperam. BERSM.

283 MISCENDAE COPIA MORTIS] Ita quidam MS. efficacius, quam alii libri *miscendi Martis.* In septimo similiter: *mortesque suorum Permiscere meis.* GROT. Verissime Grotius restituit *miscendae mortis.* quod firmant libri duo Pulm. uterque regius, Voss. sext. & prim. cum sec. pro var. lectione.

item-

Saucia majores animos ut pectora gestant,
[a] Dum dolor est, ictusque recens, & [b] mobile nervis
Conamen [c] calidus praebet cruor, ossaque [d] nondum
[e] Adduxêre cutem: [f] si conscius ensis adacti
Stat victor, tenuitque [g] manus; [h] tum frigidus artus
Adligat, atque [i] animam, subducto [k] robore, torpor,
Postquam sicca rigens [l] adstrinxit vulnera sanguis.
Jamque inopes undae, primum tellure refossa,
Occultos latices, abstrusaque flumina quaerunt:
[m] Nec solum rastris, durisque ligonibus arva,

Sed

VARIAE LECTIONES.

a *cum* A. b *nobile* Ed. Br. c *validus* Marp. d *nudum* V. 2. e *abduxere* P. 1. Edd. Grot. & seqq. f *sic* R 1. Edd. Gryph. g *manum* B. 1. h *tunc* V. 2. *dum* B. 1. V. 1. Hort. M. i vulgo *animum*. k *corpore* V. 1. l *adstringet* W. *adstringis* P. 2. H. Edd. Asc. Mic. Hort. m *non* B. 1.

itemque Ed. Romana, & Margo Hortensii. Aliud est *miscere Martem, pugnam*, & quae similia dici solent. illud enim simpliciter notat pugnare. *Miscere vero mortem* est mori cum hostibus una morientibus, quod hi optabant. Sic Lib. III, 354.

Vulnera miscebunt fratres.

Juncta mors Petronio c. 114. ubi vide notas.

284 CADIT IRA FEROX] Variantes Stephani, Pulm. Codd. duo, & Vossianus secund., & tert. cum Oxoniensi uno *fugit*. supra habuimus *cadat impetus*. L. I, 536.

- - - *sed non auctore furoris*
Sublato cecidit rabies.

Ovidius, qui passim etiam *cadere spem, metum, pudorem* & similia dixit, Lib. II. Amor. 13, 4. *sed cadit ira metu.* Epist. Leandr. 2. *si cadat ira maris.* Propert. Lib. II, 1, 2. *cecidit spiritus ille tuus. cadit cura* Virgil. L. III. Georg. 138. *cadere* pro *minui* de aliis ubique. V. Cerd. ad Ecl. IX, 58. I Georg. 354. Hic tamen, cum mox praecedat *cadit*, & elegantior, ac in hac significatione rarior vox *fugit* esse videatur, quam ut ab inscitis librariis proficisci potuerit, ab nova hac lectione non alienus sum. Ovidius L. VII. Metam. 859.

Labitur, & parvae fugiunt cum sanguine vires.

Sic *cedere* apud Valer. Flacc. L. IV, 483. *jam tandem cessere irae. Decedere* Seneca L. I. de Ira c. 8. *Ira evanescit, & sua sponte decedit.* L. III. c. 28. *sua sponte ira decedet, & vires illi dies subtrahit.* sic illic quoque malo, quam *discedet*, ut vulgo legas.

285 SAUCIA] Metaphora à gladiatoribus translata est. SCHOL.

286 MOBILE] Msc. *nobile*. male. BERSM.

288 ADDUXERE] Attraxerunt rugas deposito tumore. *Nondum* dum spiritus perseverat. nam post mortem cutis ad ossa haeret, & trahitur. SCHOL.

288 ADDUXERE] Ita rescribi curavi pro *abduxere*. quod, nescio, qui, irrepsit in editionem Grotii, & ex ea in sequentes. Ex omnibus, quos vidi MSS., unus tantum Pulm. *alduxere* perperam exhibet. *Adducere* est contrahere, adstringere. Virgil. L. III. Georg. 483.

- - - - - - *ignea venis*
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus.

Ovid. L. III. Metam. 397.

Adducitque cutem macies.

Epist. XI, 27.

Fugerat ore color, maciesque adduxerat artus.

Adde, quae diximus ad Lib. III, 700. & not. vir. doct. ad Silium L. X, 18.

289 MANUS] Ejus scilicet, quem vulneravit, manus tenet, donec ira torpescat. SCHOL. Alii *tenere manus* exponunt pro detrectare proelium, continere manus suas à pugnando. quod sequi malim.

290 ADLIGAT, ATQUE ANIMAM] Sic rectius legas ex Voss. primo, & secundo, quam *animum*. ut L. IX, 59.

Atque animam clausit dolor.

ut recte Grotius, aliique. multi illic quoque *animum*. sed vide modo Indicem. de verbo *adligat*, pro quo Ill. Heinsius ad L. I. Metam Ovid. 548. videtur maluisse *aggelat*. ut *corda metu glaciante* Statio L. X. Theb. 617. Consule notata ad Lib. I, 246.

- - - - - *gelidus pavor adligat artus.*

291

Sed gladiis fodêre suis: [a] puteusque cavati
Montis ad inrigui premitur fastigia campi.
Non se tam penitus, tam [b] longe luce relicta
Merserit [c] Asturii scrutator pallidus auri.
Non [d] tamen aut [e] tectis sonuerunt cursibus amnes,
[f] Aut micuêre novi, percusso pumice, fontes:
Antra [g] nec exiguo stillant sudantia rore,
[h] Aut inpulsa levi turbatur glarea [i] vena.
[k] Tunc [l] exhausta [m] super multo sudore juventus
Extrahitur, duris silicum lassata metallis.
Quoque minus [n] possent siccos tolerare vapores,
Quaesitae fecistis aquae. nec languida fessi

Corpora

VARIAE LECTIONES.

a *puteisque* Ed. Rom. b *longa* Ed. Mic. Hort. m. c *Assyrii* vulgo. d *tantum* V. 1. e *tecti* V. 3. R. 1. *recti* B. 1. A. f *haud* Edd. Ven. Omn. Hort. m. g *neque* MSS. & Edd. qdd. h *haud* Ed. Ven. Br. i *venae* W. pro var. lect. k *sic* P. 4. V. 1. R. 2. A. meus. W. a m. pr. Edd. Rom. Parm. Asc. Mic. Hort. l *exausta* V. 2. m *simul* W. a m. pr. n *siccos poss.* B. 2. V. 2. W. *possit* B. 1. *possint* W.

291 ADSTRINXIT] Msc. *abstringit*, & alter *astringit*. lege *adstrinxit*. BERSM.

291 VULNERA] Non damno hanc lectionem; si tamen Mss boni addicerent, mallem cum doct. Barthio legere *viscera*, ad Statium Lib. IV. Theb. 727.

- - gelant venae, & siccis cruor aeger adhaeret
Visceribus.

qui locus ex nostro videtur esse desumptus.

293 ABSTRUSAQUE] Pulm. libri duo, omnes Bersm. & tres mei *obstrusa*. quomodo passim turbatur, quodque non raro viris doctis ansam mutandi dedit. sed male. *Abstrusa* dicuntur, quae ita latent, ut vix inveniri queant. Ovidius Ep. VII. Her. 147.

Utque latet, vitatque tuas abstrusa carinas.

Claudian. IV. Cons. Honor. 274.

Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, & abstrusos explorat fama recessus.

Ut recte iis locis restituerunt. Heinsius, & Barthius. male vulgo *obstrusa*, & *obstrusos*. Noster L. V, 604.

Abstrusas penitus vada fecit harenas:

ubi itidem variatur. Adde Virgil. L. I. Georg. 135. VI. Aeneid. 7. & alios.

296 INRIGUI] i. qui inrigari possit. *Fastigia*. Fastigia dicimus, & de fundo, & de culminis summitate. Intelligendum est, illos tam altas fossas in collibus fecisse, & montis duritiam transfodisse, ut usque ad campi planitiem (*aequitatem* Voss. pr.) venirent. SCHOL.

296 PREMITUR] Deprimitur, effoditur puteus excavati montis ad profunda campi, quae *fastigia* hic nominat, proprie tamen altitudinem, & summitatem operis significat *fastigium*. Aliquando pro imo accipitur, ut hoc loco. Maro. II. Georg. 288.

Et quae sint scrobibus fastigia quaeris.

Est autem hic sensus: eousque mons effossus est, ut putei altitudo ad situm campestrem descenderet. Ilerda enim, ut toties jam dictum est, in monte sita fuit. HORTENS. *Ad inrigui* Msc. *& inrigui.* male. usque ad profunditatem campi effoditur. Virg.

Et quae sint scrobibus fastigia quaeris.

BERSM.

298 ASSYRII] Aurum in Assyria effodi, quis umquam dixerit, nescio. Nihil tamen mutant scripti; nisi quod in Barthii membranis *Assirii* erat à manu secunda, erasa voce priore; in Vossiano tertio *Assirici*. in meo *Asyrii*. Nihilominus sine haesitatione rescripsi *Asturii*, vel si mavis *Astyrii*, praeeuntibus Daulquejo, & Barthio Advers. L. XI. c. 10. & Heinsio ad Silium Ital. L. III, 335. & ad Claudian. Consul. Prob. & Olybr. 50.

- - - quidquid tellure revulsa
Callaicis fodiens rimatur collibus Astur.

Silius

Corpora sustentant epulis, mensasque perosi,
Auxilium fecêre famem. si mollius arvum
Prodidit humorem, [a] pingues manus utraque glebas
Exprimit ora super. nigro si [b] turbida limo
Colluvies [c] inmota [d] jacet, cadit [e] omnis in [f] haustus
Certatim obscoenos miles: moriensque recepit,
Quas [g] nollet victurus, aquas: rituque ferarum
[h] Distentas siccant pecudes, & lacte negato,
[i] Sordidus exhausto sorbetur ab ubere sanguis.
Tunc herbas, frondesque terunt, & rore [k] madentes
[l] Destringunt ramos: & si quos palmite crudo,
Arboris aut tenera sucos, pressêre medulla.

O fortu-

VARIAE LECTIONES.

a *pinguis* V. 1. b *turpida* Edd. Asc. Mic. c *immunda* B. 1. d *manet* VV. LL. Steph. e *haustus in omnis* B. 1. f *astus* Ed. Rom. g *nolet* V. 1. h *distensas* V. 2. Ed. Rom. *distentus* A. i *sordibus* V. 2. a m. pr. k *madentis* V. pr. l vulgo *distringunt*. *distingunnt* V. 1. a m. pr. Edd. Asc. Vers.

Silius L. I, 231.

- - - - - - *Astur avarus*
Visceribus lacerae telluris mergitur imis,
Et redit infelix effosso concolor auro.

noster quoque L. VII, 755.

- - - - - - - *Quidquid fodit Hiber.*

i. e. Astur. Mitto plura.

298 PALLIDUS] Hoc enim colore sunt, qui metalla exercent. SCHOL.

299 TECTIS] Ut adhuc amplius foderent spe vicinae aquae. SCHOL.

304 SILICUM LASSATA METALLIS] In Vossiano primo scriptum erat *medullis*. sed supra posito *metallis*. Argute id dictum, aliquis forsan nimis acutus putaret: quia lapides sunt *ossa* terrae, cui & *venas*, *viscera*, & *terga* passim adscribunt poëtae; sed illa hic locum non habent. *Metalla silicum* dicit, ut *metalla auri*, *aeris*, *argenti*, & similia. L. VI, 34.

Ingentes cautes, avulsaque saxa metallis.

306 QUAESITAE] Quia post sudorem siti majore succensi sunt. SCHOL.

308 AUXILIUM] i. e. ut minus sitirent, à cibis abstinent. IDEM.

313 NOLLET VICTURUS] Sensus hic est, moriturus siti eas hausit aquas, quas alius nollet haurire, etiamsi inde esset victurus. IDEM.

317 DISTRINGUNT] Amstel. & meus *adstringunt*. Vossian. primus, & quint. a m. pr.: Regius unus, & Wittianus cum editione Veneta *destringunt*. optime. *distringere* enim est in diversa trahere, vel dissecare. *Destringere* vero decerpere, aliquid quadam re nudare. Sive itaque hic capias pro ab arbore decerpere, sive corticem rore madentem ramis detrahere, *destringere* scribendum est. Idque jam olim monuit G. Cuperus Lib. IV. Observ. c. 5. ubi multa videri possunt. Virgil. L. IV. Georg. 300.

Aut summa destringe ex arbore plantas.

Sic *destringere gladium*, non *distringere*. de quo ad Lib. VII, 312.

317 RAMOS ET SI QUOS] Variant scripti: *si quos & si quos* Vossian. quart. à manu prima. pro *si quos* Vossian. sec. & Reg. prim. pro var. lect., item Hulst. *Siccos*. Voss. sext. *Sicos*. dein pro *tenera medulla* in Bersm. uno, Voss. tribus, Regio utroque, Oxon. utroque, Marp. Amst. meo, Wittiano a m. sec. est *tenerae medullae*. pro *sucos*, ut hic quoque fide veterrimorum septem Codicum scripsi, in Amstel. est *siccos*. Latere aliquid videtur. Vulgo exponunt hunc locum supplendo *bibunt*, *sugunt* sucos, si presserunt aliquos è palmite crudo, aut tenera medulla arboris. Ampliandum ego censeo; & *ramos rore madentes* & *siccos* opponendos sibi. Silius Ital. L. II, 471.

Humentis rores noctis, terramque madentem
Solamen fecere mali, cassoque labore
E sicco frustra presserunt robore sucos.

Infra 414.

Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.

Si

O fortunati, fugiens quos barbarus [a] hostis
Fontibus inmixto stravit per rura veneno.
Hos licet in fluvios saniem, tabemque ferarum,
Pallida Dictaeis, Caesar, nascentia saxis
Infundas aconita palam, Romana juventus
Non [b] decepta bibet. torrentur viscera flamma,
Oraque sicca rigent, squamosis aspera [c] linguis.
Jam marcent venae, nulloque humore [d] rigatus
Aëris alternos [e] angustat pulmo meatus,
[f] Rescissoque nocent suspiria dura palato.
[g] Pandunt ora [h] tamen, [i] nocturnumque aëra captant.

[a] Ex-

VARIAE LECTIONES.

a *ensis* meus. a m. pr. b *despecta* Edd. Br. Med. c *venis* M. d *rigatur* VV. LL. Steph. e *gustabat* VV. LL. Steph. *ang. alt.* A. f *rescissoque* V. 2. *recisoque* V. 1. H. W. A. g *panditur* A. h *siti* vulgo. i *nocturnaque* V. 1.

Si retines *si quos*, sensus debet esse; *& pressere sucos, si qui sunt in palmite crudo, aut pressere sucos tenera medulla arboris.* L. VIII, 160.

Nec quibus abscondit, nec si quibus exerit orbem.

319 BARBARUS HOSTIS] Aut Jubam dicit Maurum, qui cum fugeret Aethiopas, fontibus eorum venena commiscuit, & sic eos peremit. Aut Aquilum (sic lege, *Equinium* & *Tarquinium* MSS.) dicit ducem Romanorum, aut Horsilocum (*Horsilicum* Voss. pr. vel *Cyrum*.) Hi enim venena miscuerunt fontibus hostium; sed alter mortis, alter soporis. Possumus autem *barbarum hostem* Romanum accipere. nam praeter Graecos omnes *barbari* dicebantur. SCHOL. Recte alii interpretes, vel Jugurtham, vel Mithridatem, vel Jubam intelligunt. Vide praeter alios Beroald. T. I. Thes. Crit. p. 216. Numquam enim Romani se ipsos vocarunt *barbaros*. nisi *barbarum* velles sumere non generaliter, sed pro homine effero, & inmani.

322 DITEIS SAXIS] A dite i. e. Plutone derivat ditea saxa. & hoc magis placet, quam ut intelligas *Dicteis* i. e. Cretensibus, a Dicteo monte Cretae. *Diteis* ergo i. e. Plutoniis. *Infundas aconita palam.* Aconitum omnium venenorum ocissimum est. folia habet cucumeris, radicem modicam cammaro similem marino, quare quidam Cammaron appellavere. Nascitur in nudis cautibus, quas *Aconas* vocant. & ideo *aconitum* dixere, ut Ovidius; & Solinus tradunt. Fabulae narravere è spumis Cerberi natum aconitum, extrahente ab inferis Hercule, quod etiam non tacuit Plinius. Illa saxa, in quibus nascitur aconitum, ideo Lucanus appellat *Ditea* i. e. Plutonia, quoniam ab inferis est ejus origo, sive quia est mortiferum, vel quia apud Heracleam Ponticam gignitur, ubi monstratur aditus ad inferos. BEROALD. *Dictaeis.* Quod hic poeta de montibus Cretae scribit, hoc ante eum Nicander ad Idam Phrygiae rettulit. Nam in Alexipharmacis ita de aconito meminit:

Οἱ δὲ τε παρδαλιαγχὲς ἐπὶ Θήρεσσι πελάζεις
Πετραῖον βουπλάνες τε καὶ αἰγονομῆες ἔδεντο,
Ἴδης ἐν κνημοῖσι Φαλακραίης ἐνὶ βήσσης.

Est enim Phalacra pars Idae quaedam, ut & Gargarum, & caetera, ut ibidem Interpres. Porro dicitur aconitum ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, hoc est, à cautibus, in quibus nascitur, ut idem autor ait, his versibus:

- - - - - *ἐν ἀκοναίοις*
Θηλείης ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις.

Et Ovid. septimo Metamorph. 417.

Quae quia nascuntur dura vivacia caute,
Agrestes aconita vocant.

Eadem autem haec herba è spuma Cerberi nata dicitur, juxta Heracleam Ponti civitatem, quo loco illum Hercules ab inferis attraxisse, & in lucem protulisse primum fertur. Ovidius eandem & Hecateidem alibi vocat, quod ab Hecate primum sive ipsa, sive vis ejus deprehensa fuerit. MICYLL. Inspici hic etiam potest Hortensius, Plinius Lib. VI. c. I. XXVII. c. I. Scottus ad Melam L. I. c. 19. Verum nemo praeter Lucanum dixit, aconitum nasci in Creta, ubi vulgo herbae omnes salubres nasci credebantur. Vide Broukhus. ad Propert. Lib. II. El. I, 63.

Cressis Epidaurius herbis.

Dicen-

[a] Exspectant imbres, quorum modo cuncta natabant
Inpulsu, & siccis vultus in nubibus haerent.
Quoque magis miseros undae jejunia solvant,
Non super [b] arentem Meroën, Cancrique sub axe,
Qua nudi Garamantes arant, sedère: sed inter
Stagnantem Sicorim, & rapidum [c] deprensus Hiberum
Spectat vicinos sitiens exercitus amnes.
Jam domiti cessère duces: pacisque petendae
[d] Auctor damnatis supplex Afranius [e] armis,
[f] Semianimes in castra trahens hostilia turmas,
Victoris stetit ante pedes. servata precanti

Majestas,

VARIAE LECTIONES.

a *expectantque* V. 1. b *ardentem* Marp. c *depressus* VV. LL Steph. P. 1. B. 1. Ed. Ven. d *actor* P. 1: B. 1. e *annis* Marp. f *semianimesque trah. in castra* Edd. Asc. Mic. Hort.

Dicendum igitur, quod Lucanus legens, aconitum nasci in monte Ida, male illud intellexerit & Idam Cretae cum Ida Phrygiae confuderit. Quae confusio certe iis montibus accidit circa Jovis natalem locum; ut docent Scaliger ad Propertium Lib. III. El. 1, 23.

Idaeum Simoenta Jovis cunabula parvi.

& E. Spanhemius ad Callimach. p. 8. Malim tamen ego locum corruptum pronunciare cum aliis, & non *Diseis*, quae vox est nihili, cum Beroaldo, sed cum saepius jam laudato amico meo Orvilio legere *pallidaque Idaeis*; vel *pallida & Idaeis*. Sic enim ille in Epistola ad me data verissime scribit: Solo sententiae ductu, & orationis filo emendaram *pallidaque Idaeis*. quam emendationem non leviter stabilire, mihi visus est Codex Mst. Hulstii, in quo habetur *Pallida & Dicteis*. At extra dubium meam conjecturam ponit locus Nicandri in Alexipharmacis vs. 42. ubi loquitur de aconito Ἰδαῖς ἐν κνημοῖς &c. Idam intelligit Troicam; ubi aconita nascuntur, & non in Dicte, monte Cretae, ut docet Salmas. in Plin. Exercit. p. 621. Cum igitur orationis nexus, manuscripti auctoritas, Nicandri similis locus, & aconiti crescendi solum huic emendationi faveant, mirum erit, si non vera sit.

327 ALTERNOS] Quia aërem ipse recipit, & emittit, duas enim arterias habemus; unam, qua spiritum accipimus; alteram, qua reddimus. SCHOL.

328 SUSPIRIA DURA] *Dira* meus. Vossianus unus cum Stephani variis lectionibus, Omnibono, & Hortensio exhibent *longa*. ut versu 757.

Et deserta gravis longe trahit ilia pulsus.

Virgil. L. III. Georg. 505.

- - - - *attractus ab alto*
Spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo
Ilia singultu tendunt.

ubi vide Cerdam. Stat. L. VI. Theb. 473.

Longi suspendunt ilia flatus.

Sed rectius optimi, & plurimi scripti *dura* servant: quod majorem notat vim palati rescindendi, quod nimio sitis ardore quasi clausum erat. Non bene enim *rescisso* exponunt per *exulcerato* interpretes. Apposite Ovidius Lib. VII. Metam. 554.

Viscera torrentur primo, flammaeque latentis
Indicium rubor est, & ductus anhelitus aegre.
Aspera lingua tumet; trepidisque arentia venis
Ora patent, auraeque graves captantur hiatu,

329 PANDUNT ORA SITI] Nimium friget mihi vox *siti* hoc loco, quam ut credam, à Lucani manu esse. Optime, ut exarandum curavi *pandunt ora tamen* scribitur in uno Bersm. Vossiano primo, & secundo, utroque Regio, Wittiano, Oxon. primo, & Editione Veneta. Aperto sensu. quamvis ora vix prae adstringente illa ardore sitis aperire possint, pandunt tamen ora, ut nocturnum aëra captent.

332 QUOQUE MAGIS] Ut major sit caussa inpatientiae, quod habent flumina vicina sitientes. SCHOL.

333 SUB AXE] Hulstii codex, & meus cum Edit. Romana, Parmensi, aliisque *sub axem*. v. 23.

Hyperboreae plaustrum glaciale sub ursae.

VII, 363.

Sub Noton & Borean hominum sumus.

Sil. VI, 150.

Sub terras specus, & tristes sine luce tenebrae.

Majeſtas, non fracta malis, interque priorem
Fortunam, caſuſque [a] novos, gerit omnia [b] victi,
Sed ducis, & veniam [c] ſecuro pectore poſcit.
Si me [d] degeneri [e] ſtraviſſent fata ſub hoſte,
Non deerat fortis rapiendo dextera leto:
At [f] nunc [g] ſola mihi eſt [h] orandae cauſſa ſalutis,
Dignum donanda, Caeſar, te credere vita.
Non partis ſtudiis agimur, [i] nec ſumſimus arma
Conſiliis inimica tuis. [k] nos denique bellum
Invênit civile [l] duces: cauſſaeque priori,
Dum potuit, ſervata fides: nil fata [m] moramur.
Tradimus Heſperias gentes, aperimus Eoas,
Securumque orbis patimur poſt terga relicti.
[n] Nec cruor effuſus [o] campis tibi bella peregit,
Nec ferrum, [p] laſſaeque manus. hoc hoſtibus unum,
Quod vincas, ignoſce tuis. nec magna petuntur.

Otia [a] des

VARIAE LECTIONES.

a *ſuos* A. b *ducis ſed victi* meus. c *ſecurus* V. 1. *ſecure* V. 1. d *degenero* V. tert. e *ſtatuiſſent* Ed. Hort. f *non* V. 1. g *cauſſa m. e. o ſola* MSS. & Edd. multae. *magna* P. 1. (A. meus. Edd. Rom. Parm. M. Hort. h *optandae* Marp. i *non* B. 1. V. 1. k *non* Edd. Mic. Hort. l *decus* Edd. Mic. Hort. m *ſub hoſte* A. n *non* Edd. Mic. Hort. o *campi* M. p *laxaeque* O. 1.

Tacitum, & Florum quoque hanc praepoſitionem hoc ſenſu in accuſativo adhibuiſſe, notant in Theſauro Fabri.

334 QUA NUDI] Mſc. *quam nudi.* vitioſe. BERSMANN. *Quam* exhibent etiam Edd. Veneta, & Omniboni, male. *Arare* ſine caſu L. VI, 354.

- - - - ubi nobile quondam
Nunc ſuper Argos arant.

pro quo male in Servio *erat* corruptum circumfertur. Conſule Heinſium ad Claudian. L. II. in Eutrop. 246.

Thyni Thraces arant, quae nunc Bithynia fertur.

334 GARAMANTES] Garamantes populi ſunt Africae prope Cyrenas inhabitantes, nominati à Garamante rege, Apollinis filio, qui ibi ex ſuo nomine oppidum condidit; ſunt autem proximi gentibus Aethiopum, de quibus Virgilius. *extremi Garamantes. nudi* propter ardorem. SCHOL. Voſſ. primi.

345 RAPIENDO] Unus Pulm. Berſm. Voſſ. *capiendo.* ſed nil muta. Valer. Flacc. L. VI, 191. *Rapit ille necem.* Plura vide ad Lib. I, 461.

347 DIGNUM] Propter hoc rogo ſolum, quia ſcio, te dignum eſſe, qui praeſtes. SCHOL.

349 CONSILIIS] Tuis rebus, tuae dignitati adverſantia. GROT.

351 NIL FATA MORAMUR] Quae tibi ſcilicet favere feſtinant. SCHOL. Mſc. *morantur.* minus bene: non adverſamur voluntati fatorum, quo minus tempori cedamus. BERSM. *Nil fata moramur.* Videmus, hoc agere Fortunam, ut te Orbi imponat. nos ei moram injicere nolumus. GROTIUS.

353 SECURUMQUE &c.] Et patimur, ut nihil timeas, quod totum orbem poſt terga reliquiſti; dum vis ire ad Orientem: ſemper enim à dorſo veremur. Ut Virgilius, *ſecurus amorum Germanae.* SCHOL.

356 QUOD VINCAS] i. e. non ideo nobis ignoſce; quia contra te pugnavimus; nam negat factum; ſed ideo, quia fuimus, quos vinceres. IDEM.

357 OTIA DES FESSIS] Pro *feſſis* in duobus Pulm. uno Berſm., & duobus vetuſtiſſimis Voſſianis eſt *victis.* ſed in uno à manu prima videtur fuiſſe *deſuetis. defeſſis* Oxon. unus. Bene autem ait *feſſis*, ſiti ſcilicet, aliiſque malis, quibus homines *feſſos* paſſim dicunt poëtae. Virg. Ecl. II. Aen. III, 145. Tibull. I, 5, 9. IV, 11, 2. Horat. O. III, 29, 22. Ovid.

Otia [a] des fessis; vitam patiaris inermem
[b] Degere, quam tribuis: campis prostrata jacere
[c] Agmina nostra putes: [d] nec enim [e] felicibus armis
Misceri damnata decet, partemque triumphi
Captos ferre tui: turba haec [f] sua fata peregit.
Hoc petimus, victos [g] ne tecum vincere cogas.
Dixerat: At [h] Caesar facilis, vultuque serenus
Flectitur, atque usum belli, [i] poenamque remittit.
Ut primum [k] justae placuerunt foedera pacis,
[l] Incustoditos [m] decurrit miles ad amnes;
[n] Incumbit ripis, [o] permissaque flumina [p] turbat.
Continuus [q] multis subitarum [r] tractus aquarum,
Aëra non passus vacuis [s] discurrere venis,
Artavit, [t] clausitque animam: nec fervida pestis
Cedit adhuc: sed morbus egens, jam gurgite plenis
Visceribus, [u] sibi poscit aquas. mox robora nervis,

Et vires

Variae Lectiones.

a *da* P. 1. Marp. A. Edd. Sulp. Asc. Mic. Hort. *defessis* V. tert. W. b *ducere* Edd. Rom. Parm. c *agmine* V. 1. d *neque* meus. e *feliciter* P. 1. f *tua* Ed. Ven. g *tecum ne* B. 1. V. pr. sec. h *facilis* C. P. 2. Edd. Grot. Hack. *facili* Ed. Ven. i *poenasque* H. k *victas* A. l *incustoditus* M. Hort. m *percurrit* B. 1. *miles dec.* V 2. meus. n *incumbunt* R. pr. non male. V. 1. 314. *incubuit* V. 1. o *promissaque* Ed. Ven. p *turbant* R. pr. non male. q *multos* R. 1. r *tectus* R. 1. s *decurrere* VV. LL. Steph. P. 2. V. sec. a m. pr. Edd. Ven. Br. Med. t *clusitque* Ed. Rom. *clauditque* R. 1. u *suscepit* B. 1. *sibi cepit* R. pr. W. V. pr. a m. pr.

Ovid. IX. Metam. 293. aliique. Statius L. IV. Theb. 756.

Da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis,
Seu tibi foeda palus.

357 Vitam inermem] Sic olim jam legit Omnibonus, ac deinde Bersmannus, & Grotius, ac sequentes nam male vulgo distinctio ponebatur ante *inermem.* idque praeferunt MSS. plurimi. duo tamen optimi Vossiani, & veterrimus Regius cum aliis, ceterique editi habent *inermes.* Eodem res redit. quare vulgatum, ut magis poëticum, retinui.

358 Prostrata] Sit tibi talis securitas, quasi omnes in campis prostrati jaceremus. SCHOL.

360 Damnata] Subtiliter vacationem (*pacem* Voss. pr.) petit, dicens, dignum se non esse, qui vincat cum Caesare. IDEM.

363 Vultuque serenus] Malim *vultumque serenus* cum Lutatio ad Statium, ita citante Lib. II. Theb. 655.

Dixerat. ille nihil vultum mutatus.

Sed videtur tamen Lutatius commisisse μνημονικὸν ἁμάρτημα: nam ejecto τοῦ *dixerat* exhibet hunc locum hoc modo

At Caesar facilis vultum, mentemque serenus.

Verius conciperetur hic versus, si tum legas *facilis mentem, vultumque serenus.* Nam quamvis apud Senecam L. II. de Clem. c. V. legatur *serena ejus mens.* concinnius tamen adhaerebit *mens* τοῦ *facilis*, & *vultus* τοῦ *serenus.* passim *serenus vultus.* quam serenitatem ori adscribunt, metaphora à coeli facie ducta. Silius L. VII, 461.

- - - - pacemque serenis
Condiscens oculis.

Graecus autem iste accusativus, uti apud alios, sic quoque apud nostrum non uno loco abiit in vulgarem ablativum.

364 Usus belli] Ne pro se post modo pugnent, vitam donat, & solvit à militia. *Poenam* dat veniam, quod adversus se paullo ante pugnaverant. SCHOL.

Et vires rediêre viris. O prodiga rerum
Luxuries, numquam parvo contenta paratu,
Et quaesitorum [a] terra, pelagoque ciborum
Ambitiosa fames, & lautae gloria mensae.
Discite, quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura [b] petat! non [c] erigit aegros
Nobilis ignoto [d] diffusus consule Bacchus:
Non auro, [e] murraque bibunt: sed gurgite [f] puro
Vita redit. satis est populis fluviusque, Ceresque.
Heu miseri, qui bella gerunt. Tunc arma relinquens
Victori miles spoliato pectore tutus,
Innocuusque, suas curarum liber in urbes

Spar-

VARIAE LECTIONES.

a *pelago terraque* A. Edd. Ven. Br. Med. b *petit* B. 1. *peccat* L. *queat* H. c *egerit* V. 1. a m. pr. d *diffusis* m. Hort. *deffusus* R. 1. e *murrha* vel *myrrha* vulgo. *mirrave* meus. *myrrhave* Edd. Asc. Mic. *mirraque* V. 2. f *pleno* A.

364 USUM BELLI] Bersm. unus, & duo vetustissimi Vossiani *usus*. recte L. x, 512.

Illa duci geminos bellorum praestitit usus.

Livius L. XXXVI, 26. *Quae ad usus belli necessaria.* & saepe.

370 ANIMAM] Vitiose *amnem* editur in Eutyche c. 2181. Ed. Putsch.

372 SIBI POSCIT] Dicit autem sitim, quae talis erat, ut ipsa non satiaretur, cum viscera essent cuncta satiata. SCHOL.

374 PARVO CONTENTA PARATU] *Parco* Ang. Decembrius Lib. v. de Polit. Liter. p. 461. seq. BROUKHUS. Scio, saepissime *paratum* sumi pro apparatu, & sic in re cibi ab Ovidio L. VIII. Metam. 683.

Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.

Praefero tamen hic lectionem nobis servatam à MSS. optimis, Vossiano primo, secundo, & Wittiano *paratis*. Neque aliter legit Scholiastes. *Ordo*; numquam contenta parvo paratis, *id est parvo emptis. nam emere dicitur* parare. Cicero de Finibus B. & M. L. I. c. 13. *Natura divitias, quibus contenta sit, & parabiles, & terminatas habet.* Seneca Ep. IV. & V. *res non magno parabiles. cibum parare.* idem ad Helv. c. 10. aliter mallem cum Decembrio *parco*; sed *paratis* praestat.

375 TERRA] Mscr. *turba pel.* male. pro *discite* Mic. *dicite*, mendose. BERSM.

378 ERIGIT] Petrejanos scilicet non relevat à languore. SCHOL.

380 MURRAQUE BIBUNT] *Murra* gemina est, quae in oriente nascitur. Humor enim sub terra ex calore durescit in morem crystalli, & habet purpureum colorem. Alii dicunt, *murram* esse genus ligni; unde fiunt pocula odorata. Ut Virgil. *murraque madentes.* unde *murratum* dicimus vinum. vel *murra* genus est vitri optimi: unde & *murrina* pocula dicuntur. SCHOL. Male Scholiastes *myrrham* cum *murra* seu *μόῤῥᾳ* lapide, unde murrina fiunt pocula, cum aliis confundit. Consule tu Salmasium in Plinian. Exerc. p. 143. Ed. Ultraj. & Scalig. ad Propert. Lib. IV. El. V, 26.

Murreaque in Parthis pocula cocta focis;

ubi & docent, *murra*, ut edidi secutus auctoritatem novem meorum Codicum ex vetustissimis, non *murrha*, vel *myrrha*, ut alii exhibent, esse scribendum.

382 HEU MISERI, QUI BELLA GERUNT] Nimis abrupta haec paroemia mihi hoc loco videtur. In Vossiano tertio, & sexto scribitur *quid*; ita ut in sexto deleta esset littera *d*. Forsan legendum

Heu! miseri qui (vel *quo*) *bella gerunt!*

Velit dicere Lucanus. si fluvii haustus puri, & Ceres modica satis est homini ad sustentandam vitam, cur bella ergo à miseris geruntur?

384 INNOCUUSQUE] Msc. *innocuisque*. perperam. miles illaesus dimittitur in sua oppida. BERSM. Recte exposuit cum aliis Bersmann. vitiose etiam

in

Spargitur. ô quantum donata pace [a] potitos,
Excussis umquam ferrum [b] vibrasse lacertis,
Poenituit, tolerasse sitim, frustraque [c] rogasse
Prospera bella Deos. nempe usis Marte secundo
Tot dubiae restant acies, tot in orbe labores:
Ut [d] numquam fortuna labet successibus anceps,
Vincendum [e] toties: terras [f] fundendus in [g] omnes
Est cruor, & Caesar per tot sua [h] fata sequendus.
Felix, qui potuit, mundi [i] nutante ruina,
Quo jaceat, jam scire, loco. non proelia fessos
Ulla vocant, certos non rumpunt classica somnos.
Jam conjux, natique rudes, & sordida tecta,

Et non

VARIAE LECTIONES.

a *petitos* B. 1. V. 2. a m. pr. A. b *vibrare* V. 1. c *negasse* Ed. Br. d *fort. l. n.* meus. e *totiens* MSS. plurimi. f *spargendus* Marp. g *omnis* V. pr. H. h *signa* pro var. lect. W. i *natante* V. sec. a m. pr.

in Amstel. *ignotusque*. *Innocuus est* tam qui non laeditur, quam non laedit. Vide Barth. L. xxxv. Adverf. c. 19. Qua duplici significatione multa inveniri adjectiva, monuerunt viri docti; & nos post paullo dicemus ad vi. 719. Distinctione aut m juvi locum. non enim jungenda *innocuusque liber*, ut fiebat, sed *tutus & innocuus*.

386 UMQUAM] Dubium autem est hoc loco, *Nunquam, an unquam vibrasse*, potius legendum sit. Ut sit sententia: O quantum poenituit eos, unquam vibrasse ferrum, tolerasse sitim &c. MICYLL. Rectissime Bersmann. reposuit *umquam*, ut habent scripti omnes, excepto Voss. sexto, & editiones ante Taberianam Omniboni. De qua lectione dubitasse non debuerat Micyllus; multo minus *numquam*, revocasse alius. Plane enim est contra Lucani sensum. Turpiter autem se hic dat Ascensius haec verba exponens per *vix nunquam prius strictis gladiis dedisse signum deditionis spoliatis armis. Vibrare ferrum, excussis lacertis*, est missile jacere. Ovidius Ep. iv. Her. 43.

Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto.

& saepe. aliud quid est. Lib. 1, 118. *excusso ferro jungere dextras.*

387 FRUSTRAQUE] Subaudimus, ô quantum poenituit frustra rogasse deos, quia non impetraverint. Ideo *frustra*; sive quia eamdem habent victi parem, quam haberent, cum erant victores. SCHOL.

388 USIS] Caesarianis victoribus. Msc. *usu*. vitiose. BERSM. *Usis*. Si jam ipsi victoria potiti fuissent.

393 FELIX] De illis dicit, qui cunctis pugnantibus se dederunt otio, & securi sunt, scilicet hoc per similitudinem dicit. Cum enim adhuc impendet ruina mundi, incertum est: unde quisque post casurus sit. Sed hic accipimus dictum, felicem eum esse, qui ancipiti omnium statu jam scit, in quo loco ejus fortuna consistat. SCHOL.

397 ET NON DEDUCTOS] Msc. *diductos*. alio ad habitandum in nimia urbis frequentia missos. BERSM. Antequam deducerentur. quod non contingebat, nisi veteranis, & victoribus. GROT. Hinc Caesar L. 1, 341.

His saltem longi non cum duce praemia belli
Reddantur &c.
Quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur?
Quae noster veteranus aret? quae moenia fessis?

& L. vii, 257.

Haec eadem est hodie, quae pignora, quaeque penates
Reddat, & emerito faciat vos Marte colonos.

& passim alii, ut notum est. Recte exponit locum Scholiastes. *Mos pop. R. erat, ut, cum aliquis victor agros cepisset hostiles, in eas terras novos deduceret colonos. Bene ergo hos non deductos colonos esse dixit; quia ad suas patrias revertuntur.* In duobus Vossianis, Regio primo, Wittiano a m. sec. & meo est *diductos*. quod esset huc illuc in diversa loca missos. Nil temere muto. propria in hac re formula est *deducere coloniam*. ut saepe apud Livium, Vellejum, aliosque.

398 REMISIT] Msc. *remisi*, vitiose. BERSM.

399 QUOD ABEST PAVOR] Quod nec Pompejum,

Et non deductos recipit sua terra colonos.
Hoc quoque securis [a] oneris Fortuna remisit,
Sollicitus [b] menti quod abest favor: ille salutis
Est [c] auctor, dux ille fuit. sic proelia soli
Felices nullo spectant civilia voto.
Non eadem belli totum fortuna per orbem
Constitit: in partes aliquid sed Caesaris ausa est,

Qua ma-

VARIAE LECTIONES.

a *honeris* V. 2. *hominis* VV. LL. Steph. b *mentis* Ed. Ven *mortis* suprascr. in V. 1. *fati* Marp. c *actor* B. 1.

jum, nec Caesarem timent. Legitur & *favor*, hoc est studium, vel in Pompejum, vel in Caesarem. SULPIT. Quod sint periculorum securi, tum à Pompejo, tum à Caesare in praeliis futuris. Quod si legas, *favor*, ut quaedam exemplaria habent, erit tum hic sensus, quod neque in Caesarem, neque in Pompejum animum propensum habeant. Sed hoc coactius est. HORTENS. MSS. quatuor: *favor:* quo studium indicatur erga Pompejum, vel Caesarem. Cicero *sollicitudines meas magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore, aut ex judicio deperdam.* BERSM. *Quod abest favor.* Ita rectius MS. quam *pavor.* Liberavit illos Fortuna ab una maxima molestia, partium studio. Utercunque vicerit, ferent facile, alteri parti ob sacramentum vetus, alteri ob recens beneficium benevolentes. GROT. Optime Grotius τὸ *favor* Lucano restituit, quod exsulabat Sulpitii, & Aldi culpa, qui primi ex editoribus *pavor* intruserunt. *favor* etiam est in variis lectionibus, Steph. sex Pulm. Vossiano primo pro var. lect. sec. & quarto, Hulst. Witt. Regio uno. Oxon. pr. Amstel. aliisque à N. Heinsio inspectis. *timor* Marp. Ipse auctor exponit per sequentia quid sit *sollicitus favor abest*, quod vidit olim jam Scholiastes dicens, *pro favore Caesaris non erant solliciti; quia Pompejus dux eis fuit, neque pro Pompejo, quia Caesar donavit eis vitam. Positi itaque extra bellum nullis partibus favent; quia obnoxii sunt utrisque.* De harum vocum variatione consule Drakenborch. ad Silium L. III, 690. & Heinsium ad Claudian. in Prob. & Olybr. Cons. vs. 11.

His neque per dubium pendet Fortuna pavorem.

403 IN PARTES ALIQUID SED CAESARIS AUSA EST] Et hoc, ut alia quaedam, de Lucano sumsit Florus: L. IV. c. 2. *Aliquid tamen adversus absentem ducem ausa Fortuna est.* in eadem historiae parte. GROT. Ed. sec. Monuerunt id quoque ceteri interpretes.

404 SALONAS] Salona civitas est Dalmatiae, quam Pollio consul expugnavit, unde & filium suum, qui eo anno, quo eam devicit, natus est, ex ejus nomine *Saloninum vocavit.* SCHOL. Urbis hujus πολυωνύμως meminit quoque Stephanus; sed male à *Salona* distinguit. Item Orosius L. VI. c. 15. *Octavius Salonas oppugnare conatus.* aliique. Sic saepissime *Lipara*, & *Liparae* de una insula: quamquam non raro possint intelligi omnes insulae Aeoliae, seu Liparenses. de qua re attuli quaedam ad Obsequent. c. 89. & Doctiss. Dukerus ad Flor. L. II. c. 2. Adde nunc Valer. Maxim. L. VI. c. 9. §. 11. *Qui consul a Poenis apud Liparas captus.* sed & illic de omnibus insulis capi posset. pro una tamen sumsit, ni fallor, Frontinus L. IV. Strateg. c. 1. §. 31. *Quem obsidioni Lipararum ipse praefecerat.* Ceterum Modius Epist. 80. Novantiq. LL. monet in editionibus quibusdam male circumferri *feris.* Ovid. L. 1. Art. Am. 528.

Qua brevis aequoreis Dia feritur aquis.

405 IADER] Dalmatiae in Adriacum mare excurrens oppidum, quod *Iadera* appellatur. SULPIT. Recte hoc loco Omnibonus, qui *Iader*, fluvii nomen exponit. Nam & Vibius Sequester, *Iader*, inquit, *juxta Salonas mare influit Adriaticum.* Iaderae autem coloniae, quae à fluvio nomen accepisse videtur, meminit Plinius lib. IV. cap. 21. & sequenti. Caeterum quod ad *Salonas* attinet, quae Dalmatarum navalia aliquando fuerunt, sciendum, Strabonem tertia declinatione *Salonem*, Plinium (Meam) prima, & singulariter *Salonam*, caeteros plerosque *Salonas*, pluraliter eandem appellare. MICYLL.

406 CURETUM] Recte Sulpitius, qui locum hunc de Corcyra exponit: sed tamen hoc ipsum non de Phaeacum illa, quae Homero Σχερία, Callimacho etiam Δρεπάνη, ut Plinius indicat, aliquando dicta fuit, & in Ionio mari, è regione Epiri sita est, sed de ea, quae in Adriatico sinu ex adverso Dalmatiae posita, cognomento Melaena dicitur, accipiendum videtur. Id enim & ea, quae prae-

Qua maris Hadriaci longas ferit unda [a] Salonas,
Et [b] tepidum in molles Zephyros [c] excurrit Iader.
Illic [d] bellaci confisus gente [e] Curictum,
Quos alit Hadriaco tellus [f] circumflua ponto,
Clauditur [g] extrema residens Antonius ora,
[h] Cautus ab incursu belli, si sola [i] recedat,
Expugnat quae tuta, fames. non pabula tellus

Pascendis

VARIAE LECTIONES.

a *Solonas* V. 1. meus. b *tepidus m.* V pr. c *decurrit* VV. LL. Steph. P. 1. V. 1. *discurrit* P. 2. B. 3. R. pr. d *belligera* Marp. e vulgo *Curetum.* f *circumfula* V. 1. g *extremis oris* P. 1. Marp. V. sec. a m. pr. h *tutus* A. i *recedit* V. 1.

praesenti loco de Salonis, & de Ponto Adriatico adduntur: & illa item, quae infra de Illris, & Liburnis dicuntur, manifesto arguunt. Et accedit, quod Florus quoque scribit, Dolabellam, & Antonium *fauces Adriatici maris occupare jussos &c.* quod de Corcyra Phaeacum, quae in Ionio sita est, haudquaquam intelligi potest. Quanquam fortassis ab hac altera illa, quae Melaena cognominatur, nomen accepisse videri queat, perinde ut & portus Corcyraeus, qui in littore Illyrico circa Dyrrhachium fuit. De qua Appianus meminit libro secundo. Sed hoc nihil ad rem praesentem. Illud autem, quod ejusdem loci populum poëta vocat, difficultatis non parum habet. Nam hos Sulpitius Brundusinos exponit, ut qui à Cretensibus oriundi fuerint. Omnibonus autem de Cretensibus auxiliaribus dictum accepit, quorum pars aliquando Curetes appellati fuere. Utriusque autem expositioni repugnat, non solum, quod eodem hoc loco additur:

Quos alit Adriaco tellus circumflua Ponto;

propterea quod neque Brundusini insulares sunt, neque Cretenses in Adriatico siti, sed & illud, quod *Curetum* nomen, sive cum de Cretensibus, sive cum de Acarnanum populo dicitur, prima longa ubique ponitur. Ut IV. Georg. Virgilii:

Curetum sonitus, crepitantiaque aera secutus.

Et apud Martialem:

Curetes texere Jovem crepitantibus armis.

Et apud Homerum, Iliad. IX. de Acarnanum populo:

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

Quare verisimilior eorum sententia videtur, qui peculiarem Dalmatarum, sive Liburnorum populum *Curetas* accipiunt, sive nomen ipsum hoc integrum, sive etiam parte aliqua corruptum putemus. Nam & Plinius libro IV. cap. 26. Cretaeas quasdam insulas vocat, contra Liburnos sitas, & Ptolemaeus II. Geograph. in eodem tractu Liburnorum *Curictam* (ut quidem vulgaris editio habet) insulam quandam recenset, & in eadem oppida duo, *Fulminium* & *Curicum.* MICYLL. Gentem Curetum exponit Micylius, tum diligenter, tum oppido quam erudite. Insulae Liburniae adjacent potissimum tres, ad summum quatuor, Apsorus, Curicta, & Scardona. Verum illud in Floro urget, quod dicat C. Antonium castra in *Corcyraeo littore*, idque in faucibus Adriatici maris posuerit, accipiendum omnino est de *Corcyra* è regione Epyri, aut si ea, quae Dalmatiae adjacet, est intelligenda, mendum subest, in una litera mutata ι in ο. scribarum vitio admissum pro *Cercyra.* Strab. lib. Geogra. VII. tradit, montem esse, quae intersecat Dalmatiam mediam maritimam alteram partem, alteram parte diversa. Deinde, inquit, Naron fluvius, adversus quem Melaena, sive Nigra insula est, quae & *Cercyra* vocatur, Gnidiorum conditio. De Corcyra vero alibi fuit narratio. HORTENS. MS. *Curitum*, ac de gente Illyrici exponit. Plinius *Curictas* nominat insulam Illyrici. BERSM. Omnino cum MSS. legendum est *Curictum.* Curictas vocat Plinius III, 21. Κουρικτικὴ haec pars Straboni. GROT. Cum Hortensio Doctiss. D. Vossius etiam intelligit incolas Cercyrae Nigrae à Curetibus, seu Cretensibus, ibi in coloniam ductos, ad Caesarem L. III. B. C. 10. *militumque deditione ad Cercyram.* Et sane lectioni *Curetum* non obstaret, quod primam fecisset brevem Lucanus. Id enim & in aliis multis fecisse, vidimus ad L. I, 675. III, 249. Rectius tamen putem esse *Curictum*, quod vetustissimi servant libri, & jam dudum viri docti in Floro restituerunt L. IV. c. 2. *Dolabella & Antonius, ille Illyrici, hic Curictico litore castra posuissent.* hic *Curictum*, quod adeoque reposui, clare legitur in Regio primo, Vossianis primo, & secundo cum Glossa *Gente Illyrici*, & tertio a m. prima.

In

Pascendis submittit equis, non [a] proferit ullam
Flava Ceres segetem: [b] spoliabat [c] gramine campum
Miles, &, adtonso miseris jam dentibus arvo,
Castrorum siccas de [d] cespite vulserat herbas.
Ut primum [e] adversae socios in [f] litore terrae,
Et Basilum vidêre ducem: nova furta per aequor
Exquisita fugae. [g] neque enim de more carinas
Extendunt, puppesque levant; sed firma gerendis
Molibus insolito contexunt robora ductu.
Namque ratem vacuae sustentant undique cupae,
Quarum porrectis series constricta catenis
Ordinibus geminis obliquas [h] excipit alnos.

Nec ge-

VARIAE LECTIONES.

a *prompserit* V. I. b *spoliavit* V. I. c *germine* Marp. d *vertice* meus. e *adverso* B. I. R. I. f *litora* V. I. R. pr. g *nec* B. I. A. h *accipis* A.

In meo a m. pr. *Curitbum. Curictum*, vel *Curitum* praetulit etiam A. Rubenius L. I. Elect. p. 24. dein pro *alit* verior mihi videtur lectio Vossiani primi *tenet*. *Alere* an possit Curictas dici insula tam sterilis, dubito vehementer.

408 ANTONIUS] De tempore, quo haec gesta sunt, utcunque paulo ante diximus, & de loco disputatum nunc est. De tempore, & de Antonio libens *Glareani* judicium adscribam, quod omnium interpretum exactissimi judicii ille vir sit. Ego puto, *inquit*, haec ante Caesaris in Macedoniam adventum (quemadmodum ex Floro colligitur) facta. Caesar autem in III. Comment. de bello Civili lib. Opiterginorum historiae non meminit, nisi in eo libro sit aliquis defectus, quod equidem puto. Maxime ante illa Caesaris verba, non ita longe ab initio. *Sed post discessum Liburnarum, ex Illyrico M. Octavius cum iis, quas habebat, navibus Salonas pervenit*, & quae inde sequuntur reliqua. Haec certe verba ad priora non cohaerent. Et hoc loco militum deditionem ad Corcyram factam, (cujus paulo post Caesar meminit) intelligo, & Opiterginorum cladem omissam, aut perditam potius. Neque enim verisimile est, Caesarem omisisse, cum Crastini, in pugna Pharsalica caesi, unius tantum viri, tam claram mentionem postea fecerit. De hominibus item non convenit, nam Antonius se hostibus dedisse, item Antonium Brundusii substitisse, ad reliquam Caesariani exercitus partem deportandum. Denique Antonium cum Dolabella maritimis bellis in maris Adriatici angustiis praefuisse, in hac historia traditur. Sed duos hoc tempore fuisse Antonios pro Caesare, notandum est. Alterum Marcum, qui Brundusii subsistebat ad transferendum exercitum, cujus Caesar lib. III. de bel. Civili meminit. Alterum. C. Antonium, qui Corcyrae ad deditionem coactus videtur, cujus & Opiterginorum classis fuit. Poëta & loca, & homines egregie confundit. Cum enim de Salonis proponeret, statim de Curetibus, & insula mentionem ingerit. Curetas hic Brundusinos intelligi vult *Sulpitius*, insulam vero Corcyram. Antonios duos commisit pro uno; quamvis unus solus in periculo fuerit. Porro in navi Opitergina plenam vix cohortem fuisse, hic poëta ait, cum Florus dicat vix mille. huc usque *Glareanus*, ut vere, ita exacto judicio. HORTENS.

411 PROTULIT] Emisit. Legitur & *proferit*. id est, exerit. SULPIT. Sulpitium secuti sunt Ascens. Versell. Micyll. & Hortensius; atque ita est in Vossiano quarto Marp. & Amstel. sed ceteri omnes rectius *proferit* habent. Vide N. Heinsium ad Silium L. III, 448. praecedentem vocem *submittit*, sive *summittit*, ut MSS. mallem cum Celeb. Burmanno ad Valer. Flacc. L. III, 528. *teneris submittit gramina plantis*, exponere per *sursum mittit*, *profert*, *crescere facit*, quam ut vulgo solent, per *subministrat*, qui tamen sensus includitur. Seneca Phoeniss. 306.

Nebulas, equestri fracta quas tellus pede
Submittit.

Oedipo 845.

Laetus Cithaeron pabulo semper novo
Aestiva nostro prata submittit gregi.

Plura videre potes in notis viri Celeb.

Nec gerit expositum telis in fronte patenti
Remigium: sed, quod trabibus circumdedit aequor,
Hoc [a] ferit, & taciti praebet miracula cursus,
Quod nec vela ferat, nec apertas [b] verberet undas.
[c] Tunc freta servantur, [d] dum se declivibus undis
Aestus [e] agat, refluoque mari nudentur harenae.
Jamque relabenti crescebant litora ponto;
Missa ratis prono defertur lapsa profundo,
Et geminae comites. cunctas super ardua turris
Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis.
Noluit Illyricae custos Octavius [f] undae
Confestim tentare ratem, celeresque [g] carinas

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *referis* H. b *vulneret* Edd. Br. Med. c *tum* MSS. qdd. d *cum* V. pr. R. pr. e *agit* V. 1. f *orae* B. 1. V. sec. pro var. lect. g *cathenas* V. 1.

418 SED FIRMA] *Non firma* Msc. male. BERSMANN.

420 NAMQUE RATEM &c.] Quod hic poëta circa littus Corcyraeum, & ad Dalmatiam factum scribit, idem Caesar ab Antonio ad Brundusium excogitatum dicit, aliquanto post deditionem ad Corcyram factam. Vide librum tertium Comment. de bell. civil. c. 24. MICYLL. Hortensius quoque, & Bersmannus putant, in eadem historia dissentire à Caesare Lucanum, & ab Antonio scaphas tales 60 instructas esse. cum tamen in vulgaribus Caesaris editionibus tantum novem ponantur; & eae, cratibus pluteisque contectae, ac militibus impletae, unam Octavii Libonis quadriremem intercepisse dicantur &c. quae sane historia nihil commune habet cum illa, quae hic narratur. Mihi autem videtur hic esse Lucani sensus. Rates esse factas ex cupis, super illas positis trabibus, seu tabulatis, & ab utroque obliquo latere majoris navis fuisse collocatas; unde dicit *ordinibus geminis*; ita ut inter navim, & rates istas ex cupis constructas tantum maris interesset spatium, ut latentes remiges remos in eo movere facile, & sic navem cum ratibus propellere potuerint. sub *tela nec gerit* subintelligitur *ratis*. de qua constructione jam saepe dictum. Mire haec exponunt alii interpretes, ac Scholiastes. Fuerunt autem tres ejusmodi cupis munitae, & constructae naves. V. vs. 431, 452. Flor. L. IV, 2, 33.

420 RATEM VACUAE S. U. CUPAE] Confer cum hoc loco similes Herodiani, & Capitolini in Maximino. GROT. Ed. tert. Has rates à Basilo esse adductas, non ab Antonio factas ait Florus, ut jam notaverunt Interpretes, Lib. IV. c. 2. *Missae quoque à Basilo in auxilium ejus rates, quales inopia navium fecerat. Vacuae cuppae*, sive, ut potius legendum, hic & apud alios scriptores cum multis MSS. *cupae* sunt κενὰ οἰνοφόρα σκεύη, quae in simili re Maximino ad Aquilejam usui fuere. Consule, quem laudat Grotius, Herodianum L. VIII. c. 4. & Casaubon. Salmasiumque ad Julii Capitolini Maximinos c. 22. *Ponte itaque cupis facto.*

420 CUPAE] Cupas in ordinem collocarunt, & superpositis materiis ratem stravere. Extrinsecus autem aliae cupae sunt, quae summitatibus ad navim hinc inde religantur; in occulto remiges sunt, qui inclusum mare verberant (*feriunt* Voss. sec.) remis. SCHOL.

423 EXPOSITUM] Ad quod telis esset occursus. IDEM.

427 DECLIVIBUS] In uno Bersm. est *cedentibus*, quod natum ex glossemate. in Vossiano secundo pro varia lectione habetur *declinibus*. Forsan pro *reclinibus*. de qua voce consule Zinzerling. Promuis. Critica c. 28. & Drakenb. ad Silium L. V, 470. sed mutatione non opus est. vs. 118.

Non habeant amnes declivem ad litora cursum.

Ovidius L. I. Metam. 39.

Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis.

428 REFLUO] Dum recedente unda arenae nudantur. SCHOL.

431 GEMINAE COMITES] i. e. rates sociae; unde ostenditur, tres fuisse. IDEM.

431 SUPER ARDUA] i. ratis ardua super cunctas eminet turres. *Pinnis.* Pinnae proprie murorum

sunt:

Continuit, cursu [a] crescat dum praeda secundo:
Et temere ingressos [b] repetendum invitat ad aequor
Pace maris. Sic, dum pavidos formidine cervos
Claudat odoratae metuentes aëra pennae;
[c] Aut, dum dispositis adtollat retia varis
Venator, tenet ora levis clamosa Molossi;
Spartanos, Cretasque ligat: nec creditur ulli

Silva ca-

Variae Lectiones.

a *dum cr.* B. 1. Ox. 1. b *repetundum* W. c *at cum* B. 1. *ac d.* B. 1.

sunt: Hic quia navis pinnas dixit, addidit *tremulis*. SCHOL. Male *turris* in accusativo casu cepit Scholiast. & Voss. sec. *turres* dedit. Constructio est. Ardua turris eminet super cunctas, & tabulata, quae pinnis erant instructa, ut solebant veteres turres; hic autem *tremulis minantia* propter perpetuam ratium mobilitatem.

436 Repetendum &c.] Volebat, eos in altum progredi, ne possent ad insulam, de qua egressi fuerant, dum viderent mare tranquillum, & ab hostibus vacans, regredi. Alii. *repetat, dum invitat.* SCHOL.

437 Pavidos formidine] Hinc & Virgilius dixit:

- - - *Rubrae pavidos formidine pennae.*

Has pennis adeo dicunt cervos formidare, ut, antequam illas videant, earum odorem sentiant. *Omnibonus.* MICYLL. Virgil. III. Georg.

Puniceaeve agitant pavidos formidine pennae.

Intelligit autem certum formidinis genus, suspensis funiculo pennis discoloribus ad terrendas feras, inprimis vero cervos. Oppian. *δεῖμα πολύχροον* & *δειμαλέων μήρινθον* appellat. Dicit autem *odoratam*, quia ustulantur illae pennae. Cael. Lib. XVI. c. II. Msc. habet *indagine cerv.* BERSM. Ex meis quoque Hulst. & Amstel. *indagine* ut Lib. VI, 42.

Vastaque feras indagine claudit.

Hoc tamen loco retinendum *formidine*, cujus *indago* est glossa, propter *pavidos*, & *metuentes*. Passim talem indaginem, variegatis, & odoratis pinnis distinctam, *formidinem* praecipue in cervorum venatione appellant poëtae. Virgil. Lib. XII. Aen. 750.

Cervum aut puniceae septum formidine pinnae
Venator cursu canis & latratibus instat.

Consule Cerdam ad Virgilii Georg. III, 372. Dempster. ad Rosin. L. II. c. 7. Delrium ad Senecam Hippol. 46.

Picta rubenti linea pinna
Vano cludat terrore feras.

Pavidos formidine cervos non semel etiam junxit Ovidius, ut L. v. Fast. & de Remed. Amor. 203. *Metum* dixerunt alii. Gratius Cynegetic. 83.

Ne deprensa suis properantem linea pinnis
Implicet, atque ipso mendosa coarguat usu.
Hic magis in cervos valuit metus.

Ubi omnino videndus Vlitius, qui vs. 80. *Turbat odor silvas* pluribus, pinnas fuisse odoratas, docet. Pro *claudat* in variis Stephani Lectionibus, uno Pulm. & in Servio ad XII. Aen. est *claudit*. *attollit* etiam in variis Stephani. Deinde *pinnae*, non *pennae* scribitur in antiquissimo Regio primo, & aliis libris à N. Heinsio inspectis, qui in omnibus auctorum locis, qui permulti sunt, una cum Pierio ad Virgilii loca, & Vlitio ad Gratium, ubi operose docet, quid sint illae *pinnae*, censet ita rescribendum ad Ovidium L. XV. Metam. 475.

Nec formidatis cervos includite pinnis.

In textu nihil hic mutare ausus sum: quia forsan Lucanus hic ad distinctionem *pinnarum* in turri, has avium pennas sive pinnas per *e* maluit efferre, quam per *i*: nam parum, aut nihil refert.

439 Varis] Vari sunt furculae, quibus retia subriguntur, & sustentantur. SCHOL. Adde Bosium ad Ciceron. Epist. ad Attic. v, 11. p. 504. Male itaque *furcis* in Marpurgensi. *varris* in Edd. quibusdam. dein *depositis* vitiose in aliis. Seneca in Thyest. 491.

Plagis tenetur clusa dispositis fera.

440 Levis clamosa Molossi] Recte notat Vlitius, auctorem nostrum, cum haec scripsit, ob oculos habuisse, sed non bene intellexisse locum Senecae in Hippol. 32. &c.

Teneant acres lora Molossos,
Et pugnaces tendant Cressae
Fortia trito vincula collo.
At Spartanos (genus est audax,

Avi-

Silva cani, nisi qui [a] presso vestigia rostro
Colligit, & praeda nescit latrare reperta,
Contentus tremulo monstrasse cubilia [b] loro.
Nec mora. complentur moles, avideque petitis
Insula deseritur ratibus: quo tempore primas
[c] Inpedit ad noctem jam lux extrema tenebras.
At Pompejanus fraudes innectere ponto

Antiqua

VARIAE LECTIONES.

a *rost. v. presso* B. 1. b *ferro* a m. pr. V. tert. c vulgo *impulit.*

Avidumque ferae) nodo cautus
Propiore liga. veniet tempus
Cum latratu cava saxa sonent:
Nunc demissi nare sagaci
Captent auras, lustraque presso
Quaerant rostro.

Nam male Lucanus ad ἰχνευτικὴν traxit, quibus Seneca πολεμικὴν venationem instruit. Deinde Molossi non leves, & clamosi sunt, sed graves, acres, magisque bellicosi. Quamvis & alii poëtae clamorem Molossis dent. Vide Cerdam ad Virgil. Georg. L. III, 405.

Veloces Spartae catulos acremque Molossum.

Excusari itaque in hoc potest Lucanus. sequentia quoque. *praeda nescit latrare reperta* nimis studiose carpit: quasi contra naturam canum sagacium, seu inductorum esset non latrare, cum jam praedam invenerint; iique tantum silerent, cum nondum invenerint. Verum hic bene distinguenda ἰχνευτικὴ, de qua agit Lucanus, & πολεμικὴ, in ἰχνευτικῇ enim canis numquam debet latrare, etiamsi praedam invenerit, si bonus sit, sed sistere se tantum, & motu caudae cubile monstrare. Quamquam haec confundere solent poëtae, non magni vulgo venatores. Eleganter Seneca in Thyeste 497.

Sic cum feras vestigat, & longo sagax
Loro tenetur Umber, ac presso vias
Scrutatur ore; dum procul lento suem
Odore sentit, paret, & tacito locum
Rostro pererrat: praeda cum propior fuit,
Cervice tota pugnat, & gemitu vocat
Dominum morantem, seque retinenti eripit.

Silius L. X, 77.

Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros,
Erroresque ferae sollers per devia mersa
Nare legit, tacitoque premens vestigia rostro
Lustrat inaccessos venantum indagine saltus:
Nec sistit, nisi conceptum sectatus odorem
Deprendit spissis arcana cubilia dumis.

ubi vide Comment. Sed de tota re vide Vlitium ad Gratium in praefat. p. 81. & ad vs. 181, 208, 213, 231. Quod autem noster dicat, canem ostendere cubile moto loro, sive colli concussione, unde tremit lorum, id alii cum Gratio ibid. vs. 237. dicunt rectius à cane fieri mota cauda, vel rostro. Unde forsan Sulpitius male *lorum* hic pro cauda per translationem dici opinatur. In Wittiano, & meo est *lustrasse.* ut tantum notet, canem loco retentum investigasse cubile, eaque re contentum esse. in Vossiano sec. pro var. lectione *laxasse.* De taciturnitate canis investigatoris consulendus etiam Harduinus Lib. VIII. Plinii c. 61. *Scrutatur vestigia, atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro trahens: qua visa, quam silens & occulta, quam significans demonstratio est, cauda primum, deinde rostro &c.*

444 LORO] Catenula, vel vinculo colli, i. collario. SCHOL.

447 IMPULIT AD NOCTEM] Ita legendum: non *impedit* aut *impetit.* GROT. *Impulit.* Sic vulgo nunc legas, auctore Grotio, cui adstipulantur Vossiani sec. quint. & tertius à manu prima, Regius prim. Bohur. Marp. & Hulst. cum uno Pulm. & Edd. Omniboni. Consule etiam, quae diximus ad vs. 67.

Quidquid coeli fuscator Eoi
Inpulerat Corus.

Verum cum ceteri omnes editiones & MSS. habent, vel *inpetit* vel *inpedit*, in quibus optimi Wittianus, & primus Vossianus suprasc. *incipit*, vel *impellit*, & praeterea Priscianus, ut probet Latinum esse *impedire rem*, hunc locum adducat cap. 1166, 1175. restitui ego Prisciani lectionem. Male vero Scholiastes Vossiani primi subintelligit *tendere.* Ascensius autem *ad noctem* scilicet inducendam. Cum sensus sit: lux extrema inpedit primas tenebras circa noctem, inminente nocte; sic dicitur *ad meridiem, ad horam*, & alia. Notat mixtas tenebras cum luce in crepusculo, cum nec dies nec nox dici posset. Pluribus hoc verbum vindicavit

Antiqua parat arte Cilix, passusque vacare
Summa freti, [a] medio suspendit vincula ponto,
Et [b] laxe fluitare sinit; religatque catenas
Rupis ab Illyricae scopulis. nec prima, nec illa,
Quae sequitur, tardata ratis: sed tertia moles
Haesit, & ad cautes adducto [c] fune secuta est.
[d] Inpendent cava saxa mari: ruituraque semper
Stat (mirum) moles, & silvis aequor inumbrat.
Huc fractas Aquilone rates, submersaque pontus
Corpora saepe tulit, coecisque abscondit in antris:
[e] Restituit raptus tectum mare, cumque cavernae
Evomuêre fretum, contorti verticis undae

[a] Tauro-

VARIAE LECTIONES.

a *in* A. b *laxas* vulgo. c *fine* V. 1. d *inpendunt* V. 1. A. meus. e *destituit* Marp.

cavit summus vir J. F. Gronovius Diatr. Stat. c. 48.

448 POMPEJANUS] Pompejanum accipimus, Pompeji partium, & ab eo victum. SCHOL.

448 INNECTERE] Male duo Vossiani *inmittere*. Virgilius Aen. 6, 609.

Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti.

passim *nectere fraudem*, *dolos* &c. invenias. *adnectere* unus Bersm.

449 ANTIQUA] Ut ante consueverat. Nam ipsi sunt piratae. SCHOL.

449 ANTIQUA PARAT ARTE CILIX] Hinc sua desumsit Florus L. IV. c. 2. *Rates nova Pompejanorum arte Cilicum jactis sub mare funibus captae quasi per indaginem.* Notandum tamen, Florum *nova arte* dicere, quod noster *antiqua*. Hic scilicet ad dolosam circa res nauticas ab antiquo jam tempore Cilicum indolem respiciens; ille ad ipsum hoc strategema, quod erat novum, referens. Dein, cum quinque Pulm. variaeque lectiones Steph. & undecim mei cum editis ante Sulpitium habeant *laxae* vel *laxe*, ut debet, ita secure rescripsi pro *laxas*. Pertinet haec ad vincula, sive funes in mari pendentes, non ad catenas, quibus illos adligaverunt ad terram.

454 ADDUCTO FUNE] Regius primus *abducto*: quomodo legi volebat Sabellicus Annotat. Syll. II. T. I. Thes. Crit. p. 183. & ediderunt Colin. & Steph. sed male. vide ad L. III, 700.

Adductum quoties non senserat ancora funem.

456 STAT &c.] Topographia. Mirum, quod stat, cum semper ruitura est. SCHOL. Vide, & emenda Priscian. c. 882, 921.

457 AQUILONE] Pro quolibet vento. *Corpora* ait navium, aut hominum, ut Virgilius de navibus.

Aut age diversos & disjice corpora ponto.

SCHOL. V. Serv. ad Aen. 1, 70. & Pierium. *diversas* in Virgilio plerique, etiam Heinsius, ediderc, ad naves referentes.

459 RESTITUIT RAPTUS TECTUM MARE] Evomuit rapinas i. ea quae rapuit, & melius *ruptus*, quam *raptus* legendum est. SCHOL. Voss. pr.

459 RESTITUIT RUPES T. M.] Ita emendavimus pro *raptus*. Scopuli absorptos fluctus refundunt. GROT. Ed. pr. *Restituit rupes tectum mare.* Damno hanc conjecturam, cui refragantur omnes MSS. *Raptus* vocat ipsas res raptas, corpora scilicet, & naves, quae pertracta ad has cavernas deinde iterum evomuntur. IDEM. Ed. sec. *Rupes* sensus erat commodus, nisi refragarentur MSS. qui *raptus* habent. *raptus* igitur intellige rapinas, res ipsas raptas &c. IDEM. Ed. tert. MSS. constanter retinent *raptus*: & cum Grotio, in Accusativo casu vocem hanc sumunt interpretes. At non video, quomodo mare sub scopulo latens posset dici *restituere raptus*. pro *tectum* debuisset potius scribi, *repulsum* sive aliud hujus significationis verbum. Quare placeret mihi magis prima Grotii conjectura *rupes*, ejusque explicatio. sed hanc lectionem abnegant MSS. *Tectum* tamen *mare* in accusativo casu sumendum esse, docent sequentia *cumque cavernae Evomuere fretum.* Hinc videtur etiam esse motus ἀπὸ κάτω J. F. Gronovius, qui *raptus* adjective in nominativo accipit casu, i. e. pontus reciprocante aestu relatus, & revocatus, tectum mare,

[a] Tauromenitanam vincunt fervore Charybdin.
Hic [b] Opiterginis moles onerata colonis
Conftitit: hanc omni puppes ftatione folutae
[c] Circueunt: alii rupes, [d] ac litora complent.
Vultejus tacitas fenfit [e] fub gurgite fraudes.
(Dux erat ille ratis) fruftra qui vincula ferro
Rumpere conatus, pofcit fpe proelia nulla,
Incertus, qua terga daret, qua pectora bello.
Hoc [f] tamen in cafu, quantum [g] deprenfa valebat,
Effecit virtus: [h] inter tot millia captae
Circumfufa rati, [i] & plenam vix inde cohortem,
Pugna fuit, non longa quidem. [k] nam condidit umbra
Nox [l] lu-

VARIAE LECTIONES.

a *Tauromitaniam* V. 1. *Taromitanam* V. 1. *Thauromeritaniam* A. b *Opiterrigenis* V. 1. A. *Opitarg.* H. c MSS. Steph. 4 Pulm. B. 1. V. 3. W. Edd. plurimae *circumfunt.* d *&* B. 2. V. 1. W. H. meus. e *de* V. fec. a m. pr. f *tantum* R. 1. g *depreffa* B. 1. V. 1. h *intra* V. 1. i deeft in R. pr. meo. k *jam* V, fec.

mare, i. fluctus fuos, quos invehendo in cavernas texerat, reftituit, Diatr. Stat. c. 18. Neque aliter videtur intelligere voluiffe Scholiaftes, cum dicat, melius legi *ruptus.* quod notaret vulgari magis verbo *fractus*, elifus in fcopulos, & fic repulfus. Utrum placuerit, mihi perinde. modo *ruptus* fumatur nominative. nifi praeferres in hac re ingeniofam viri docti conjecturam *ructus.* quod optime refponderet τῷ *Evomuere. Scopuli revomere aequor* dicuntur Lib. VI, 24. & fimilia paffim ludunt in hoc negotio poëtae. Adi notata à viris Celeberr. ad Silium L. II, 306.

Nos ratibus laceris Scyllaea replevimus antra,
Claffibus & refluo fpectavimus aequore raptis,
Contorta è fundo revomentem tranftra Charybdin.

propius accedit Sidonius Apollin. Carm. IX, 162.

Vel Taurominitana quos Charybdis
Ructato fcopulos cavas profundo.

ubi fcribendum *Tauromenitana*, & apud Valerium Maxim. L. II. c. 7. §. 3. ex MSS. *Tauromenitanam arcem*, ceterosque, ut recte hoc loco edidit prius Bersmann. Antea etiam legebatur per *i*; ut eft quoque in quibusdam fcriptis, vitiofe. Nummi funt TAUPOMENITAN. Vide N. Heinfium ad Silium L. XIV, 216.

Tauromenitana cernunt de fede Charybdin.

Valer. Flacc. L. IV, 345.

Qua rigidos eructat Bofporos amnes.

Deinde ut paffim, hic quoque MSS. fere omnes & Edd. priores *vertitis.* de quo faepius fupra. Malui etiam Graece *Charybdin*, quam ut circumfertur per *m.*

461 TAUROMENITANAM] Proximam *Tauromenio.* (*Tauro* Voff. pr. *Taurominiae* V. fec.) civitas eft Siciliae, vel mons. ubi Charybdis eft, locus periculofiffimus in mari. SCHOL.

462 OPITERGINIS] Opitergium oppidum Italiae. (*Illyriae* V. fec) Ratem dicit, quae Opiterginos vehebat, fautores Caefaris contra Pompejum. IDEM.

466 VINCULA FERRO] Mfcr. tria *ferri*, hoc eft vincula ferrea, catenas. BERSM. *Ferri* ex meis etiam habent Voff. pr. quart. & fext. Reg. uterque, Witt. Oxon. unus Hulft. Marp. Amft. & meus cum Edd. Rom. & Parm. &c. Cave tamen credas. Non è ferro, fed è funibus erant catenae vide vf. 454. & Florum dicto loco *actis fub mare funibus.* fic ibi praeter alios quatuor Leidd. qui exhibent quoque *fub mari.*

471 PLENAM VIX INDE] De rate Antonii, five de parte Caefaris. *Vix plenam.* Quia non habuit D homines. (*vix mille juvenum* Florus) Pauci ergo erant, & vix numerum unius cohortis impleverant. SCHOL.

472 CONDIDIT UMBRA NOX L. D.] Ita refcripfi auctoritate MSS. omnium Stephani, Pulm. Berfm. & meorum, cum editis Sulpitii, & Aldi, antiquioribus, item Afcenf. & Micyll. vulgo nunc *atra* legas, quod in folo Oxon. & Regio recentiore eft pro varia lectione. Paullo poft *anguſto tempore* contra omnes MSS. fine *in* exhibetur in Edd. Rom. Parm. Sulpit. Ald. Col. Steph. Gryph. Pulm. aliis-

Nox [a] lucem dubiam, pacemque habuêre tenebrae.
[b] Tunc sic adtonitam, venturaque fata [c] paventem
Rexit magnanima Vultejus voce cohortem:
Libera non ultra [d] parva quam nocte juventus,
Consulite extremis angusto in tempore rebus.
Vita brevis nulli superest, qui tempus in illa
Quaerendae sibi mortis habet: nec gloria leti
Inferior, juvenes, admoto occurrere fato.
Omnibus incerto venturae tempore vitae
Par animi laus est, &, quos speraveris, annos
Perdere, & extremae [e] momentum abrumpere lucis,
Arcessas dum fata manu. non cogitur ullus

Velle

Variae Lectiones.

a *dubiam l.* B. 1. R. pr. V. pr. sec. b *tum* P. 1. B. 1. V. 1. c *timentem* VV. LL. Steph. B. 2. V. 1. Marp. d *quam p.* V. 2. e *momenta* B. 1.

aliisque; male multi *angustum* hoc loco exponunt difficile, & periculosum. brevitas, & exiguum temporis spatium, in quo extremis, & desperatis rebus consulere debebant, à Lucano innuitur.

476 Non ultra] Nam primo lucis ortu erant bella reditura. SCHOL.

478 Vita brevis nulli] Sensus hic est. Non potest putanda *brevis* jam vita superesse, in qua unusquisque habet spatium, quo sibi quaerat exitium. i. e. multum vitae superest; si habemus, ut mortem nobis singuli requiramus. SCHOL.

480 Admoto occurrere fato] i. e. nec minus laudis in morte est, si vicinae morti anima fortis occurrat. IDEM. Non ideo minor nostra laus erit, quod mortem nobis inferemus, quae vitari jam, aut diu differri ob vim hostium, non potest. Quamdiu enim victurus sit, nemo scit. GROT. *Admotum fatum* alibi *vicinam mortem* dicit auctor & *viciniam fati*, vel *leti* versu 518. & L. VII, 50.

Mortis vicinae properantes admovet horas.

481 Omnibus &c.] Sensus hic est. Cum apud omnes incertum sit, quo usque quis victurus sit, aequalis laus in morte voluntaria est, si multos perdidit annos, quam si paucos, dummodo ipsi nobis ultima fata faciamus. SCHOL.

482 Speraveris annos Perdere] Minime damno, sed praefero hanc lectionem, plurimis MSS. & Prisciano c. 691. firmatam. Forsan tamen non male in Vossiano primo à manu prima est *spiraveris* i. e. optaveris magna cum confidentia tamdiu vivendi. *Superaveris* Voss. tres Amst. & unus Bersm. ait. *Spumaveris.* Dein MSS. virisque doctis passim jubentibus pro *accersas* reposui *arcessas.* de verbo *spirare* plura vide ad Lib. II, 138.

484 Non cogitur ullus Velle mori] i. e. dum nullus cogi possit, ut mori velit; laudetur, necesse sit, si sponte moriatur. Non potest autem cogi voluntas. Generalis sententia est. Voluntas moriendi ex nobis est; quia non ab hostibus. nam si ab hostibus velle mori haberemus, nulla laus remaneret. SCHOL.

486 Cives] Sic quidem exhibent scripti, & editi omnes. sed praeterquam quod Romani, ut intelligunt interpretes, non recte dici possint Opiterginorum cives, nimis honesta foret appellatio, quam ut ea hostes suos vocaverit. Quare omnino probo ingeniosam politissimi Viri J. Rutgersii conjecturam *Cilices.* Auctor enim supra, & Florus *Pompejanos* eos vocant *Cilices.* Vide laud. Vir. L. I. V. LL. c. 12. *Nostris* vero in *vestris* cum eodem mutari non opus est.

487 Et metus omnis abest] Non erit enim, quod timere possitis morte decreta. SCHOL.

487 Metus hinc absit] Ita rectius quidam libri, quam *omnis abest.* Hortantis enim est oratio. GROT. Vellem addidisset Grotius, quales libri id habeant. Nihil certe è suis notaverunt Stephan. Pulm. aut Bersm. nisi quod in variis Steph. & duobus Pulm. MSS. ac Vossiano tertio sit *abit.* quod videtur fluxisse ex vs. 491. *In medium mors omnis abit.* Ceteri omnes vitiose servant *omnis abest.* quamquam de Codd. Bohurii, & Marpurg. dubitem, & non plane negare ausim, cum tantum excerpta ex illis libris habeam. Forsan scribendum est *hinc abeat*, vel potius *omnis eat* i. e. recedat, à

vobis

Velle mori. fuga nulla [a] patet: stant undique nostris
Intenti cives jugulis. decernite letum,
Et metus omnis abest: [b] cupias, quodcumque necesse est.
[c] Non tamen [d] in coeca bellorum nube cadendum est;
Ut, cum permixtis acies sua [e] tela tenebris
Involvunt, conserta jacent [f] cum corpora campo,
In [g] medium mors omnis abit: perit obruta virtus.
[h] Nos in conspicua sociis, hostique carina
Constituêre Dei. praebebunt aequora testes,
Praebebunt terrae, [i] summis dabit insula saxis.
Spectabunt geminae [k] diverso litore partes.
Nescio quod nostris magnum, & memorabile [l] fatis

Exem-

VARIAE LECTIONES.

a *latet* V. pr. a m. pr. b *placeat* V. sec. pro var. lect. c *nec* V. sec. d *incerta* Ed. Rom. e *bella* B. 1. f *aut* A. g *medio* V. pr. a m. sec. h *non* W. i *a summ.* B. 1. k *diviso* V. sec. l *factis* A. meus. Edd. Rom. Parm.

vobis abeat: simpl. pro composito.

488 BELLORUM NUBE] Solatium quaesitum de genere mortis. SCHOL.

489 UT CUM PERM.] Ita restituimus pro *aut*. GROT. Retinui lectionem, quam reduxit Grotius pro *aut*. ejusque emendatio firmatur uno Cod. Bersmann. Regio utroque, in quorum recentiore in marg. est *nam*, & editionibus Romana, & Parmensi, concinnius tamen esse putavi, pro τελείᾳ στιγμῇ post *involvunt*, ponere minorem distinctionem. nam junxerit haec tum Lucanus, cum tela sua acies diversas (male aliis *acies* est nominativus) involvunt tenebris, & cum corpora conserta campo jacent. Verum commodo sensu *aut*, quod habetur in ceteris scriptis, & editis, retinere possemus. Dicit scilicet, non cadere debemus in bellorum nube, & confuso tumultu (quasi per expositionem sui dicti) cum prae crebro telorum jactu acies adversae tenebris involvuntur, & inter se commiscentur. Tunc enim, cum cadavera mixta in campis jacent, in medium mors abit, & virtus frustra perit, & conspici singillatim nequit. Paullo ante pro *nube* Omnibonus *nocte* videtur legisse. Hanc enim vocem, non *nubem* exponit in Commentar. vide, quae dixi ad vs. 244. Malim vero delere τὸ *est*. quod ingrate repetitur. cum v. praeced. fit *necesse est*.

490 CONSERTA] Mscr. *constrata*. & alii *conserta*. BERSM. Ex meis *conserta* habent Vossiani sec. tert. quart. & Wittian. Quatuor item Pulm. de quo verbo egimus ad Lib. III, 575. Praeferendum autem hic *conserta* i. e. confusa, conmixta cadavera diversarum partium tam victorum, quam recentium. Vide cit. l. Lucem huic loco dat Valerius Flaccus nostrum imitatus Lib. VI, 200.

Mixta perit virtus; nescit cui debeat Oebreus,
Aut cui fata Tyres.

ubi adi Cl. Burm.

492 SOCIIS] Socios eos dicit, qui evaserunt in ratibus duabus hostes, qui imminent capiti. SCHOL.

495 DIVERSO E LITTORE] Msc. tria *diverso litt.* quart. *diverso in litt.* Scilicet Dalmatio, & Illyrico. BERSM. Delevi praepositionem auctoritate MSS. quos ego vidi, omnium, duorum Pulm. & editionum, praeter Parmens. Sulpitio, Aldoque priorum, quos rectius Ascensius, & Micyll. non secuti sunt.

496 NESCIO QUOD] Stephanus, Micyll. & Gryph. cum Maittaire edunt. *quid.* Cave vero, hoc profectum esse à Lucano, credas. Non enim est Latinum. *Nescio quid* usurpant scriptores simpliciter positum, vel adjuncto adjectivo, sive genitivi casus substantivo. Cum illis *nescio quod*, *quem*, *quot* &c. jungunt substantivum ejusdem generis, & numeri, ut hic. Ovidius Lib. I. Metam. 460.

Tu face nescio quos esto contentus amores
Irritare tua.

Tibull. L. I. El. VII, 61.

Et mihi nescio quas dixit mea Delia poenas.

Virgil. Lib. II. Aen 72.

Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum.

& passim.

Exemplum, Fortuna, paras. quaecumque per aevum
Exhibuit monimenta fides, servataque [a] ferro
Militiae pietas, transisset nostra juventus.
Namque suis pro te gladiis incumbere, Caesar,
Esse parum scimus: sed non [b] majora supersunt
Obsessis, tanti quae pignora demus amoris.
Abscidit nostrae multum [c] sors invida laudi,
Quod non cum senibus capti natisque tenemur.
Indomitos sciat esse viros, [d] timeatque furentes,
Et morti faciles animos, & gaudeat hostis,
Non plures [e] haesisse rates. tentare [f] parabunt
Foederibus, turpique [g] volent corrumpere vita.
O utinam, [h] quo plus habeat mors unica famae,
Promittant [i] veniam, [k] jubeant sperare salutem!
[l] Ne nos, cum [m] calido fodiemus viscera ferro,

Desperas-

VARIAE LECTIONES.

a *bello* B. 1. b *invota* V. 1. c *fors* V. sec. d *teneatque* VV. LL. Steph. e *exisse* O. 1. f *parabant* VV. LL. Steph. g *volunt* VV. LL. Steph. V. 1. h *quod* B. 1. i *vitam* P. 1. V. sec. a m. pr. k *&* *jub.* V. 1. Edd. Ven. Br. Med. l *&* meus. *nec* Ed. Rom. m *valido* V. 2. & alii V. Drak. ad Sil. 1552.

499 TRANSISSET] Sensus est, transisset, & tolerasset, vel peregisset nostra juventus pro Caesare, quodcumque fides promissa reipublicae, & pietas militiae servata ferro exhibere potuit per ullum aevum. Sed nihil est aliud, quod facere possumus; nisi moriamur. SCHOL. Voss. pr.

499 TRANSIBIT] i. superabit, ut bene explicant interpretes; plura videbimus ad Lib. VI, 437. Sed an mors, quam intulerunt sibi obsessi sine libertatis spe, tantum in se habet laudis, ut superet omnia historiarum monimenta, quae per fidem, & pietatem sunt umquam exhibita? Non puto. praesertim cum ante Vultejum toti populi sibi manum consciverint, ne in potestatem hostium venirent: de quibus consule Drakenb. ad Silium L. II, 579. & alios. Non potuit itaque Vultejus dicere, suam juventutem superaturam, voluntaria morte, omnia praeclara facinora, quae olim fides, & pietas praestitit. Sed excusat se Caesari Vultejus; ut ex sequentibus patet, quod non majora ipsi fidei, & pietatis pignora dare potuerit, quam voluntariam mortem. unde patebat tamen satis, hanc juventutem fuisse superaturam sua virtute omnes res antea gestas; nisi perpauci à plurimis obsessi, & inclusi fuissent. Quare audenter rescripsi *transisset*, cum vetustissimis libris Vossiano primo, & Regio primo. *transivit* Voss. tert.

503 ABSCIDIT] Ut edidi, exhibent Vossian. prim. cum duobus aliis Reg. prim. Witt. Oxon. meus. & aliorum libri cum editionibus Rom. Sulpit. Aldi Ascens. Steph. Mic. Hort. Gryph. Pulm. Bersm. &c. à *caedo* scilicet. Consule notata ad Lib. III, 33. & J. F. Gronov. ad Senec. Phoen. 193.

Qui fata proculcavit, ac vitae bona
Projecit, atque abcidit.

Vulgo *abscindit*. Reg. recent. *abscidit* &.

503 LAUDI] Variat hic lectio, quidam codices habent *laudi*, ut acquisitive dandi casus ad verbum *abscidit* referatur: qui legunt *laudis*, applicant ad *multum* adjectivum substantive positum. Laus militum à pietate, & fide, ex demonstrationis locis sumpta est. HORTENS. *Laudis* solus Ascensius praetulit, inventum scilicet in suis MSS. Namque etiam in duobus Pulm. & Bersm. ac in Voss. sec. Wittian. & Amstel. *laudis* exaratur. Vulgatum ego rectius judico.

506 MORTI FACILES] i. e. ad mortem. quod facile patiamur interitum: SCHOL. Vide Drakenb. ad Silium L. XV, 721. *Et soli faciles.*

510 PROMITTANT] Ut etiam veniam contemnant mori cupientes. SCHOL.

514 RECESSUM] Occasionem fugae. IDEM.

516 PROJECI VITAM] Elegantem hanc, & efficacem locutionem sumsisse noster videtur ex adducto

[a] Desperasse putent. magna virtute merendum est,
Caesar ut, amissis inter tot millia paucis,
Hoc damnum, cladem que vocet. dent fata [b] recessum,
[c] Emittantque licet, vitare instantia nolim.
Projeci vitam, comites, [d] totusque futurae
Mortis agor stimulis: [e] furor est. agnoscere solis
Permissum est, quos jam tangit vicinia [f] fati,
[g] Victurosque Dei celant, ut vivere durent,
Felix esse mori. Sic cunctas [h] extulit ardor
Nobilium mentes juvenum: cum sidera coeli,
Ante ducis voces, oculis [i] humentibus omnes
Adspicerent, [k] flexoque Ursae temone paverent:
[l] Idem, cum fortes animos praecepta [m] subissent,
Optavêre diem. nec segnis [n] vergere ponto
Tunc erat astra polus: nam sol Ledaea tenebat
Sidera,

VARIAE LECTIONES.

a *desperare* V. 3. b *recessus* meus. Ed. Ven. c *permittantque* B. 1. *promittantque* R. 1. a m. sec. *demittantque* V. 1. d *tutusque* V. 1. e *furoremque* V. 1. f *leti* P. 1. B. 3. V. sec. tert. W. O. H. A. Marp. M. V. pr. pro Var. lect. aliique V. Drak. ad Sil. XIII, 612. *mortis* P. 4. R. 1. V. 2. Ox. pr. Edd. Rom. Parm. & Omnib. male. g *victoresque* V. sec a m. pr. *victurisque* A. h vulgo *sustulit*. i *umentibus* R. pr. k *flexo U.* B. 1. l sic MSS. plerique & Edd. veteres: non *udem*. m *subirent* B. 1. n vulgo *mergere*.

ducto mox Senecae loco, vel ex Virgilio L. VI. Aeneid. 434.

Proxima deinde tenent moesti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemque perosi
Projecere animas.

ubi videndus La Cerda, & Drakenb. ad Silium L. X, 42. *Projecto lucis amore.* dein malim rursus sine substantivo *est* scribere cum uno Cod. Bersm. *permissum, quos.*

519 VICTUROSQUE DEI CELANT UT VIVERE DURENT FELIX ESSE MORI] Vide locum Aristotelis, quem adfert Plutarchus consolatione ad Apollonium, ubi hoc, velut arcanum, prodit Silenus. GROT. Ed. tert.

520 FELIX ESSE MORI] Sensus hic est. Solis his, qui morituri sunt, permissum est agnoscere, mori felix esse. Victuros autem ideo celabant Dei, felix esse mori, ut velint vivere. Nam si noverint felicitatem mortis, perire properarent, & ita in orbe nemo remaneret. Ordo est. Solis, quos tangit vicinia fati, (*leti* Voss. pr.) permissum est agnoscere, felix esse mori. Victuros autem, ut velint vivere, celant, felix esse mori. SCHOL.

520 SUSTULIT] Micr. *sustinuit*, vitiose. & alia duo *extulit* h. e. erexit. probe. BERSM. Nequaquam damno vulgatam lectionem. *sustulit* enim idem est, quod *erexit*, ut alibi dicit Lucanus, ceterique passim. Plinius Panegyr. c. 11. *Ergo sustulerant animos, & jugum excusserant.* Veterrimi tamen Codices, ut Vossianus primus, Regius primus, & Wittianus, quibus accedunt Vossian. quart. & Hulst. scribi jubent *extulit*. eodem sensu. Sic passim gaudio dicitur quis *efferri*, & *extolli*. Vide Cic. L. II. ad Fam. Ep. 10. ad Phaedr. F. 73. & ubique Inf. L. VIII, 345.

Extolletque animos Latium vesanus in orbem.

521 NOBILIUM MENTES JUVENUM] Vir magnus R. Bentlejus putat ipsius loci, & sententiae ductu contra omnes MSS. scribendum esse *mobilium* ad Horat. L. I. O. I.

Hunc si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus.

maxime motus Virgilii loco ex III. Georg.

Dum facilis animi juvenum, dum mobilis aetas.

Sed ad innatam juvenili animo levitatem respexisse auctorem nostrum, non credo. quippe quae in re tam gravi non conveniret. Verum ad nobilem animi virtutem, & generosum mentis ardorem, quo juvenes hi, qui Vultejo statim adsen-

Sidera, vicino cum lux altissima Cancro est.
Nox tum Thessalicas urguebat parva sagittas.
Detegit orta dies stantes in rupibus Histros,
Pugnacesque mari Graja cum classe [a] Liburnos.
Tentavêre prius suspenso vincere bello
Foederibus, fieret captis si dulcior ipsa
Mortis vita mora. stabat devota juventus,
Damnata jam luce ferox, securaque pugnae,
Promisso sibi fine [b] manu: nullique tumultus
Excussêre viris mentes ad summa paratas:

Innume-

VARIAE LECTIONES.

a *Liburnas* V. 1. b *manus* V. 1. & sec. pro var. lect.

sentiebant, debuerunt esse inflammati. quo sensu Rutilius L. 1. Itiner. 76.

Factus & Alcides nobilitate Deus.

quod mutari non debuit propter virtutem, inquit Phaedrus F. 69. saepe *nobilis ardor*, *nobilis ira* (L. III, 614.) sic dicitur. Eleganter Vellejus L. II. c. 112. *Vir animo etiam, quam gente nobilior.* Valer. Max. L. III. c. ult. Ex. 8. *Sine ullis imaginibus nobilem animum.* L. V. c. 3. §. Ext. 3. *Quorum animus origine fuit nobilior.* Seneca Hippol. 460.

Ingenia melius recta se in laudes ferunt,
Si nobilem animum vegeta libertas alit:

ubi in Cod. Ultraject. pro var. lect. est *agit.*

523 FLEXOQUE URSAE TEMONE] Vicino die tantum septemtrionis flectitur sidus. SCHOLIAST. *Flexoque Ursae temone paverent.* Quod signum erat praecipitantis noctis. Anacreon:

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις
Στρέφετ') ὅτ' ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου.

GROT.

525 NEC SEGNIS VERGERE] Hoc est. Nox non erat longa, sed celeriter finiebatur. Tempus enim erat aestatis. SCHOL.

525 NEC SEGNIS MERGERE PONTO] Ita hoc libro vs. 54.

Atque omnis propior mergenti sidera coelo
Aruerat tellus hiberno dura sereno.

& passim sol, & sidera se abscondentia in occasu *mergi* dicuntur, ut alibi fuit ostendendum. Verum hoc loco MSS. Pulm. sex, & tres Bersm. meique omnes, (nisi quod in Voss. sec. pro var. lect. sit *mergere*, & in Hulst. a m. pr. *cingere*,) uti & editi priores Sulpitio exhibent *vergere*, quod bene servavit Ascensius. reliqui male *mergere* praetulerunt. *Vergere* è suis hic scribendum esse, monuit jam quoque J. F. Gronov. Lib. II. Observ. c. 7. p. 262. Plura vide ad L. I, 54.

Nec polus aversi calidus qua vergitur austri.

In noctem vergente die Seneca Thyest. 796.

526 LEDAEA SIDERA] In Geminis erat. Castor, & Pollux, filii Ledae, fratres Helenae fuerunt, qui inter sidera locati Gemini dicuntur. Zodiacus circulus in geminis altior est, vel ut quidam dicunt, in Cancro. Julium mensem significat. cum de Geminis sol transit in Cancrum. Si ergo *Ledea* legimus, Pollucem, & Castorem consecratum, si *Idea* Herculem, & Apollinem significat: alter enim evertit Idam, alter Idea. SCHOL.

528 NOX TUM THESSALICAS] Sic quidem primus edidit Sulpitius: nec male. nam est ita quoque in Vossiano sec. & quarto a m. pr. Marp. Oxon. Hulst. &c. In Pulm. vero, Bersm. ceterisque meis libris, & priscis editionibus *cum.* quod si praeferas, post vocem *sagittas* tollenda est *τελεία στιγμή.* cum, sagittarius occidebat, oriebatur dies, & detegebat Histros.

528 THESSALICAS SAGITTAS] Sagittarium dicit, quod signum contrarium est Geminis. Cum enim sol in Geminis est ortus, Sagittarius occidit per diem, & oritur per noctem. *Thessalicas* autem dicit, quia in Thessalia fuit Centaurus Sagittarius, qui vocabatur Chiron. Graece *τοξοχόος*, Latine *Sagittarius*, ut *αἰγόκερως capricornus*; *Ὑδρόχοος, aquarius.* SCHOL.

529 DETEGIT ISTROS] Ostendit hostes Opiterginorum. Istri populi ultra Venetiam, dicti à fluvio Istro, qui Danubius est. SULPIT. Fuerunt enim, qui per Istros Istrum fluvium in Adriaticum emitti tradiderunt, Ut & Mela libro secundo.

Innumerasque simul pauci terraque marique
Sustinuêre manus: tanta est fiducia [a] mortis.
Utque satis [b] bello visum est fluxisse cruoris,
Versus ab hoste furor: primus dux [c] ipse carinae
[d] Vultejus jugulo poscens [e] jam fata [f] retecto,
Ecquis, ait, juvenum est, cujus sit dextra cruore
Digna meo, certaque fide per vulnera nostra
[g] Testetur, se velle mori? nec plura locuto
Viscera non unus jamdudum transigit ensis.
Collaudat cunctos: sed eum, cui vulnera prima

Debebat,

VARIAE LECTIONES.

a *martis* V. sec. a m. sec. b *vis. e. b.* V. 1. c *ille* B. 1. V. 1. A. d *ulterius* Ed. Parm. e *sibi* meus. f *recedo* A. g *testatur* R. 1. Edd. Rom. Parm. h *non* B. 1.

do. Alii ex Istro majore illo, qui & Danubius dicitur, minorem hunc derivari, & in Adriaticum exire putârunt. De quibus & Strabo meminit libro primo. Sed illorum opinionem reprehendit Plinius, libro tertio capite decimo octavo. MICYLL.

530 GRAJA CUM CLASSE] Corcyraea. Nam, ut Strabo docet, Chersicrates Archiae, qui Syracusas condidit, socius, ad deducendos Corcyram accolas, ex Heraclidarum genere procreatus, expulsis Liburnis insulam habitatorum frequentia refersit. SULPIT. Sec haec Strabo de Corcyra Phaeacum, quae *Scheria* aliquando dicta fuit. Quare nescio, an eadem huic loco satis conveniant. Omnibonus autem Grajam classem eas naves exponit, quas Pompejus ex diversis locis accitas, ac pluribus legionibus stipatas usque ad sexcentarum numerum compleverat, teste Appiano. Et ipse poëta quoque supra libro tertio in catalogo dixit, plerosque Graecorum Pompeji partes secutos fuisse. MICYLL. Assentior hic judicio Micylli, qui Strabonis verba ad Corcyram Phaeacum refert, de Chersicrate, qui prognatus ex Heraclidarum genere, expulsis Liburnis Corcyram coloniam deduxit: tum autem quod Pompejana auxilia tota Graecia erant contracta, unde & ex Italicis classem validam sexcentarum navium confecerat, ut in catalogo poëta recensuit. Tenebat passim omnia maria, maxime circa Epirum, & Liburniam, & insulas Creteas contra Liburniam. Caesar enim paulo post è Brundusio per medias hostium stationes in oram Macedoniae transmisit. HORTENS.

530 LIBURNOS] Nomen est gentis. populos Liburniae. SCHOL.

535 PROMISSO SIBI FINE M.] Aldus, Colin. Steph. Gryph. Pulm. aliique *permisso*. de quo loquendi modo vide Tennul. ad Frontini Praef. *Unde multa transire mihi ipse permisi.* Verum Codices MSS. tantum non omnes *promisso* servant, quod magis exponit ardorem mori volentium, quam alterum. De phrasi *sibi promittere* plura dicemus ad Lib. VI, 119.

- - *cunctasque sibi permittere terras.*

537 INNUMERAS] Pompejanorum. *pauci* Caesaris milites. SCHOL.

538 TANTA FIDUCIA] Ut possit hoc fieri, ut pauci plurimos sustinerent. IDEM.

538 FIDUCIA MORTIS] Sic *fiducia fati* L. VII, 75. *fiducia veneni* VIII, 388. Apposite Silius L. X, 219.

Atque animos jam sola dabat fiducia mortis.

ubi vide.

542 ECQUIS, AIT] *Et quis.* P. G. F. Vide Diomedem Lib. I. de conjunctione. *En quis.* O. PULMANN. Msc. *En quis.* Forte legendum *&* *quis.* BERSM. *Enquis* scribitur quoque in duobus Vossianis, & meo, omnibusque editionibus ante Sulpitium. *Et quis* vero in Vossian. sec. & tertio ac Wittiano. Sed nihil est mutandum hoc loco, ut patet abunde ex iis, quae adduxi ad Lib. III, 38.

544 SE VELLE MORI] Legis est enim militaris, ut quicumque ducem occiderit, & ipse feriatur. SCHOL.

545 TRANSIGIT] Vossianus quartus, & Hamburg. cum Edit. Veneta *transsit.* quod non ineleganter notaret celeritatem juvenum in exsequendo voluntatem Vulteji. passim *transire* corpus dicitur adactus ensis. Ovidius Epist. III. Heroid. 126.

Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.

Adde

Debebat, grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alii, totumque in partibus unis
Bellorum fecêre nefas. sic semine Cadmi
[a] Emicuit [b] Dircea cohors, ceciditque suorum
Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen.
Phasidos [c] & campis insomni dente creati
Terrigenae, missa [d] magicis è cantibus ira,
Cognato tantos [e] inplerunt sanguine sulcos:
Ipsaque, inexpertis quod primum fecerat herbis,
Expavit Medea nefas. sic mutua pacti
Fata cadunt juvenes: minimumque in morte virorum

Mors

VARIAE LECTIONES.

a *commicuit* B. 1. b *directa* V. 1. c *inc.* V. 1. R. 1. H. d *magis est cantantibus* 1. V. tert. e *complerunt* P. 1. B. 3. R. pr. V. pr. qu. H. meus. Edd. Sulp. Asc. Mic.

Adde vs. 146. Silium L. x, 253.

Ilia cornipedis subrecto cuspide transit.

Idem L. xiii, 166.

- - - - mediam tunc transiit ictu
Parmam, sed grato fraudata est sanguine cuspis.

Prudent. Psychom. 154.

- - - calido pulmonem vulnere transit.

Eodem modo adhibent *transabire corpus* Virgilius L. ix. Aen. 431. Statius ix. Theb. 126. Silius L. xii, 264. *Transcurrere* L. xii, 414. *Intrare*, & *exire* &c. de quibus agit Drakenb. ad Silium. De verbo *transigere* vide ad L. iii, 588. *Jam dudum* cum praesenti tempore composuit noster quoque Lib. ii, 524.

546 Cui v. prima d.] Qui primus se percusserat. SCHOL.

548 In partibus unis] Scil. Caesaris; se enim occidunt, & ipsi tantum moriuntur. IDEM.

548 In partibus unis] Msc. duo *imis* h. e. ima parte navis. BERSM. Variae item Lectiones Stephani, & tres mei cum Edd. Rom. habent *imis*. perperam. Dicit Lucanus, ut bene notat Schol., Caesarianos inter se solos bellum gessisse non mixtos Pompejanis, adeoque in una tantum parte, ut reddit quoque Priscianus hoc exemplo docens *unus* in plurali efferri Col. 1354.

549 Semine Cadmi] Hinc *Cadmeo semine fratres* vocantur Virgilio in Cul. 253. ut scribendum esse, monui ad Obseq. c. 118. non *sanguine*. quod insidet etiam vulgatis Libris Statii Lib. x. Theb. 658.

Certius armifero Cadmi de sanguine Mavors.

Immo vero *semine*, ut scripti habent Behotiani, Lutatius, & Gronovii Ed. Claudian. L. i. Cons. Stilich. 321.

Dirceis qualis in arvis &c.
Cognatos strinxit gladios, cum semine jacto
Terrigenae galea matrem nascente ferirent.

550 Dircea] Thebana, à fonte Dirce (*Dirceo* Voss. pr. & sec.) qui est apud Thebas. Eos autem dicit, qui seminatis Hydrae dentibus nati sunt, ut Virgilius.

Satis immanis dentibus Hydri?

SCHOL.

551 Fratribus] Eteocli videlicet, & Polynici. Et ipsi enim se mutuis vulneribus occiderunt. IDEM.

552 Insomni dente] Pervigili; serpens pervigil, qui vellus aureum apud Colchos servabat, contra Jasonem, qui illud rapere volebat, bellum gessit; sed Jason Medeae magae adjutorio illum vicit; atque dentes illius in terrae sulcis juxta Phasidem seminavit: ex quibus multitudo militum armatorum terra emergens contra Jasonem primitus impetum fecit; sed Medeae incantationibus, Jasone erepto, illi mutuo se occiderunt. IDEM. Voss. pr.

553 Missa ira] Bersm. unus *emissa*. Voss. sec. pro var. lect. *mixta*. frustra. *missa* hic notat, inmissa, admota; simplex pro composito. Propert. L. iii, 1, 13.

Quid frustra missis in me certatis habenis.

ubi vid. Broukhusius, & viri docti ad Phaedri Fab. 2, & 23 Sequenti versu pro *tantos* malim *totas*, vel *cunctas*.

554

Mors virtutis habet: pariter sternuntque, caduntque
Vulnere letali: nec quemquam dextra fefellit,
Cum feriat moriente manu. nec vulnus adactis
Debetur gladiis: percussum [a] est pectore ferrum,
Et jugulis pressêre manum. cum sorte cruenta
Fratribus [b] incurrunt fratres, natusque parenti,
Haud trepidante tamen [c] toto cum pondere dextra
Exegêre enses. pietas ferientibus una,
[d] Non repetisse, fuit. jam [e] latis viscera [f] lapsa
Semianimes traxêre foris, multumque [g] cruoris
Infudêre mari. despectam cernere lucem,

Victores-

VARIAE LECTIONES.

a deest in V. 1. b *incurrant* MSS. 5. Ed. Grot. &c. *occurrunt* VV. LL. Steph. V. 1. c *cum toto* V. 1. d *nec* P. 1. Edd. Asc. Vers. e *leti* R. 1. a m. sec. f *laxa* H. g *cruorem* V. 2. Ed. Ven.

554 COGNATO] i. e. mutuo. de uno enim sunt semine creati. SCHOL.

557 MINIMUMQUE IN MORTE VIRORUM EST] Ita ex MS. restituimus. Antea fuit *nimiumque*. Sensus hic: Minima pars fortitudinis erat mortem oppetere, in ipsa morte militariter pugnare, id vero plus erat. GROT. Sicco pede haec transiliunt reliqui interpretes; nisi quod Omnibonus legens, ut vulgo, *nimium*, dicat, *quando mors contemnitur, nimium virium habet*. Verum sensu contemtae mortis necessario debet scribi *minimum*. ut fecit Scholiastes notans. *Minimumque*. Sensus hic est. *In morte virorum jus integrum, & potestatem mors ipsa non habuit, quippe contempta est; cum singuli sponte periere, non fato.* Hanc autem lectionem etiam praefero firmatam auctoritate duorum antiquissimorum Codicum Vossii pr. & quarti pro var. lect. item utriusque Regii, Hulstii, trium Pulm. unius Bersm., aliorumque. eo tamen sensu, quo cepit summus Grotius. Hoc enim voluisse Lucanum, patet ex sequentibus *pariter sternuntque*. Si praeferas *nimium*, sensus fore videtur: Mors habet nimium virtutis in morte virorum: quia non solum vulneratus moritur; sed eo ipso momento alium quoque mori facit. Vitiose vero pro *morte* Hortensius dedit *nocte*. Ludit auctor in repetitione ejusdem vocis: de qua vide ad Lib. III, 566.

560 ADACTIS] Ut solet fieri, cum percutiuntur inviti. SCHOL.

562 ET JUGULIS PRESSERE MANUM] Msc. *jugulo pressere manus*. Jugulo manum ferientium tetigerunt irruendo in gladios; alt. *jugulos pr. manus*. BERSM. *Jugulo* Wittian., & Oxon. unus. *juguli* a m. pr. Voss. quart. pro *manum* tres Pulm. tres Voss. Reg. prim. Witt. Hulst. meus cum editis quibusdam *manus*. placet scribi.

Et juguli pressere manus.

Sponte inciderunt in gladios aliorum; dat rebus, quod est personarum; ut L. III. *postquam inhibent remi naves*. ubi vide. dixit supra VI. 277.

- - - - - non sentiet ictus,
Incumbet gladiis.

Juguli eleganter legi posse jam monuit Magnus Gronovius ad Senecae Phoen. 178.

Ille animus haeret, cum recusantem manum
Pressere vultus.

Totus autem hic versus abest à duobus Vossianis.

562 CUM SORTE CRUENTA &c.] Msc. duo *sic*. quamvis frater fratrem, & filius patrem interficeret. BERSM.

563 FRATRIBUS INCURRANT FRATRES] Ita scribendum, non, *incurrunt*. GROT. Non ceperunt viri docti hunc locum, *cum* hic notat *quando*, & haec cum sequentibus jungenda sunt. Quando forte sibi occurrebant consanguinei, tamen intrepidi alter alterum percutiebant. Male in Wittiano quoque, & quatuor Pulm. est *sic*. in Amstel. *tunc*. posset legi *si*. *Sorte cruenta*: hic est fato cruento, fortuna deplorabili. non enim sorte lecti duo se occidebant, sed forte fortuna occurrentes. unde etiam in editione principe, & Parmensi scribitur *forte*. de qua voce vide supra ad Lib. II. Init. ad Valer. Flacc. L. V, 485. Silium L. XV, 105. praefero tamen *forte* cum Heinsio ad Silium L. IV, 803.

Victoresque suos vultu spectare superbo,
Et mortem sentire juvat. jam strage cruenta
[a] Conspicitur [b] cumulata ratis: bustisque remittunt
Corpora victores; ducibus mirantibus, ulli
Esse ducem tanti. nullam majore locuta est
Ore ratem, totum discurrens fama per orbem.
Non tamen ignavae post haec exempla virorum
[c] Percipient gentes, quam sit non ardua virtus,
Servitium fugisse manu. sed regna timentur
Ob ferrum, & saevis libertas [d] uritur armis:
[e] Ignorantque datos, [f] ne quisquam serviat, enses.

Mors

VARIAE LECTIONES.

a *conficitur* V. tert. b *tumulata* meus. c *percipiunt* B. 1. *praecipient* V. 1. d *utitur* Edd. quaedd. e vulgo *ignoratque*. f *nec* B. 1.

- - - - *olim si forte cruenta*
Esset tanta mei virtus praerepta mariti.

ubi eadem est variatio.

566 NON REPETISSE] h. e. hoc tantum pie faciebant, si uno vulnere occiderent, quos ferissent. SCHOL.

568 DESPECTAM CERNERE LUCEM] Msc. *despectant* h. e. spernunt. BERSM. Quinque etiam Vossiani, Regius recentior, & Hulsii Cod. cum Veneta *despectant*. sed perperam. Juvat eos cernere lucem, à se contemtam, & hostes suos, qui se jactabant victores, superbe intueri, iisque hac voluntaria morte insultare &c. Contra Lucani mentem satis nugacem foret *despectant*. Ideo enim viscera extrahebant foris navigii, ut cernerent per illos lucem; non quia spernebant lucis visum.

572 DUCIBUS MIRANTIBUS] i. e. ipsi duces mirabantur, quod apud aliquem tanti haberentur, ut pro his cuperent interire milites. ut factum videbant esse pro Caesare. *Locuta est*. laudavit. SCHOLIAST.

576 PERCIPIENT] Solae scilicet fortes gentes hoc facile possent cognoscere, arduam non esse virtutem, si quis servitium morte devitet. Nam apud ignavos difficillimum judicatur. IDEM. In Vossiano tertio est *mentes*. non male. Crebro hae voces confunduntur. Vide praeter alios Heinsium ad Ovidii Metam. 1, 99.

Mollia securae peragebant otia mentes.

577 SERVITIUM] Est dictum pro servitute. Nam *servitus* ipsa conditio est; *servitium* turba servorum. SCHOL. *Servitium* tamen pro servitute dixerunt Virgilius, Sallustius, Statius &c.

577 TIMENTUR OB FERRUM &c.] Sensus est. Cum ideo quisque gladios accipiat, ne servire cogatur, miror, quam ob rem timentur regna ob ferrum, & cur libertas uritur saevis armis. Nam si pulcrum est, fugisse servitium manu; quisquis arma timet, ignorat sibi datos enses, ne serviat. Honestum autem judicat, propriâ manu occumbere propter libertatem. SCHOL.

579 IGNORANTQUE DATOS &c.] Ita rescripsi pro *ignoratque* auctoritate vetustissimi Vossiani primi cum sexto, Regio primo, & Wittiano pro varia lectione. Gentes seu mentes ignavae non percipient, facile esse manu propria servitutem effugere, quia regnum patiuntur metu ferri, & armorum, quibus armati sunt tyranni, libertatem opprimentes, & quia illae ignorant, enses hominibus datos esse, ut se servitute per voluntariam mortem eripere possent. Sollemnis est ellipsis, ἀπὸ κοινοῦ repetendo nominativum, vel generale τὸ *homines* &c. subintelligendo. Vide etiam L. VI, 252. VII, 153. &c. & sexcenties.

582 IN ARVIS] More solito hic variant libri in *oris*; ut habent VV. LL. Steph. & Voss. unus, sive *horis*, & *armis*, quod est in uno Bersm. Reg. pr. & duobus Voss. male. L. I, 301.

Hoc cruor Arctois meruit diffusus in arvis.

supra vs. 254.

- - - *neque enim tibi major in arvis*
Emathiis Fortuna fuit.

& passim. Vide etiam ad L. VI, 814.

583 LILYBAEO] Tria sunt promontoria Siciliae; Pelorum, Pachinum, & Lilybaeum, Africam respiciens. SCHOL.

584

Mors utinam pavidos [a] vitae subducere nolles,
Sed virtus [b] te sola daret. [c] Non segnior illo
Marte fuit, qui [d] tunc Libycis exarsit in arvis.
Namque rates audax Lilybaeo litore solvit
Curio: nec forti velis Aquilone recepto,
Inter semirutas magnae Carthaginis arces,
Et Clupeam, tenuit stationis litora notae:
Primaque castra locat cano [e] procul aequore, qua se
[f] Bagrada lentus agit siccae sulcator harenae.
Inde petit tumulos, exesasque undique rupes,
Antaei quae regna [g] vocat non vana vetustas.

Nominis

VARIAE LECTIONES.

a *morti* VV. LL. Steph. b *se* O. c *nec* H. meus. d *tum* MSS. qdd. e *prope* R. 1. f *Bacrada* B. 1. *Barchada* V. 1. *Bragada* R. 1. V. 1. VV. LL. Steph. g *vocant* R. pr.

584 CURIO] Dixit enim supra, quod Curio missus sit ad Siciliam à Caesare, ut annonam pararet. SCHOL.

585 SEMIRUTAS] Quam Romani antea destruxerant, Punico siquidem bello. IDEM.

585 INTER SEMIRUTAS MAGNAE CARTHAGINIS ARCES ET CLUPEAM] Locum *Aquilariam* vocant Caesaris commentarii. sed in manuscripto Lucani Scholiaste scribi video, *Anguillariam*. GROT. Ed. tert. In vetustissimis libris, quos ipse vidi, haec Scholiastae nota non reperitur. In illis etiam, quos ego descripsi, saepissime variatur, & in uno legitur, quod in alio deest. Unde persuadeo mihi, variorum hominum esse adnotationes, quas librarii pro suo captu transscripserunt, vel omiserunt. Locus autem Caesaris est L. II. B. Civ. c. 23.

586 CLUPEAM] Plin. Lib. V. cap. 4. *Clupeam Africae opidum liberum* nominat, *in promontorio Mercurii*. Msc. habet *Clipeam* cum τελείᾳ. Alter *Clepheam*. male. BERSM. Ut apud alios auctores, ita & haec urbs Ἀσπὶς in Edd. priscis, & MSS. varie scribitur vel *Clepeam*, vel *Clipeam*, *Clypeam*: sed meliores *Clupeam*. Caesar loco cit. *à Clupeis* effert in plurali. Sed Ciacconius ibi praefert *Clypea*, sane ipse Caesar postea dicit ad *Clupeam*, ut nominant scriptores omnes. Vide vero lector, an *Anguillaria* juvetur ex eo, quod Plinius dicat, Clypeam esse *in promontorio Mercurii*; ut sic à caduceo Mercurii esset vocatus locus.

588 BAGRADA] Fluvius Libyae tardus. *Siccae*, quia Libye sicca regio est. Ut Virgilius *sitientes ibimus Afros*. SCHOL.

588 BAGRADA] Sic recte libri scripti, & editi, non *Bragada*; quomodo edidit Hortensius; & in impressis apud alios auctores saepe invenitur: ubi tamen optimi Codices passim *Bagrada* habent. Consule Doctissim. Duker. ad Florum Lib. II. cap. 2. *Posita apud Bagradam castra*. Expressit hunc locum Silius Lib. VI, 140.

Turbidus arentes lento pede sulcat harenas
Bagrada.

589 TUMULOS] Sive colles, sive sepulchrum Antaei intelligit, in quo, autore Strabone, inventa est à Sertorio tibia sexaginta cubitis longa. SULPIT. Apud Strab. lib. ult. ita legitur: καὶ Γαβίνιος δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς, οὐκ ἀπέχεται τῆς τερατολογίας τῆς περὶ τὴν Μαυρουσίαν πρὸς τῇ Λυγγὶ (sive Τιγγὶ potius scribendum, ita enim & apud Plinium legitur) Ἀνταίου μνῆμα ἱστορεῖ καὶ σκελετὸν πηχῶν ἑξήκοντα. ὃν Σερτώριον γυμνῶσαι, καὶ πάλιν ἐπιβαλεῖν γῆν &c. Quo loco interpres σκέλος, pro σκελετὸν legisse videtur, quando *Tibiam*, pro corpore, sive ossea corporis compage vertit. Plinius autem libro V. cap. primo, de Mauritania loquens, ita inquit: *Oppida fuere Lissa, Cotes, ultra columnas Herculis, nunc est Tingi, quondam ab Antaeo conditum, postea à Claudio Caesare cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia* &c. Verum poeta neglecta, ut videtur, loci regione, ac situ, fabulam ad suum institutum accommodavit, praesertim quando & Tingitana Mauritaniae pars est, & idem Juba (de quo infra paulo dicitur) Maurorum, & Numidarum rex fuit. Reliquam historiam Appianus, & Caesar prosequuntur. MICYLL. Vide etiam Hortensium. per *tumulos* intelligit auctor *colles*, ut vocat vs. 655.

Nominis antiqui cupientem noſcere cauſſas,
Cognita per multos docuit rudis incola patres.
Nondum poſt genitos Tellus effeta Gigantas,
Terribilem Libycis partum concepit in antris.
[a] Nec tam juſta fuit terrarum gloria Typhon,
Aut Tityos, Briareuſque [b] ferox: coeloque pepercit,
Quod [c] non [d] Phlegraeis Antaeum ſuſtulit arvis.
Hoc [e] quoque tam vaſtas cumulavit [f] munere vires
Terra ſui foetus, quod, cum tetigêre parentem,
Jam [g] defecta vigent, [h] renovato [i] robore, membra.
Haec illi ſpelunca domus: latuiſſe ſub alta
Rupe ferunt, [k] epulas raptos habuiſſe leones.

Ad ſo-

VARIAE LECTIONES.

a *non* B. 1. Hort. m. b *ferax* B. 1. c *nec* B. 1. d *flegreis* V. 3. W. H. meus. & ſemper. e *quamquam* B. 1. f *numine* H. g *defeta* B. 1. W. *defeſſa* V. 1. h *revocato* B. 1. i *corpore* A. k *epulis* Ed. Maitt. *raptos ep.* V. 1.

593 NONDUM &c.] Oratio Afri paſtoris ad Curionem, ſive quemcumque. SCHOL.

593 GIGANTAS] Gigantes dicuntur quaſi *Gegentes*. i. e. terrae gentes. Nam ſunt filii terrae. γῆ enim Graece, Latine dicitur *terra*; unde *Gigantes*. IDEM.

593 GIGANTES] Vetuſtiſſimi Codices, Regius prim., & Voſſian. tert. *Gigantas*. ut reſcribendum curavi, hic & Lib. VII, 145. IX, 657. ex optimis itidem Mſtis, tam à N. Heinſio, quam me inſpectis. Paſſim Graecum hunc accuſativum in poëtis reſtituit Heinſius. Vide loca, quae laudat Doct. Drakenb. ad Silium Lib. IX, 309. Sic *Cyclopas* Mſti apud Statium Lib. I. Theb. 457. quod etiam in ſua editione occupavit Gronovius; non *Cyclopes*.

595 JUSTA] Vera. legitur & *vaſta*. SULPIT. Sic Amſtel. & variae lect. Steph. ſed male

595 TYPHON] Qui & dicitur *Typhoeus*. Lib. VI, 92. *letiferum Typhona* vocat quoque noſter. Notandum, quod in Voſſiano primo, uti & in ſecundo pro varia lectione ſcribatur *Python*, ut intelligatur ſerpens ab Apolline occiſus. de cujus creatione bene Ovidius Lib. I. Metam. 437.

Terra quidem nollet; ſed te quoque, maxime Python,
Tum genuit.

Ex praecedentibus, & iis, quae ſequuntur, clare ſatis patet, Lucanum loqui de ſolis Gigantibus, qui in Phlegraeis campis Jovi bellum intulerunt.

596 TITYOS] Primo monendum in ſcriptis optimis eſſe *Tityos*, non *Tityus*; ut ex aliis Micyllus, Hortenſius, aliique edidere. Vide Heinſ. ad Ovidii Metam. IV, 457. Dein in quibusdam eſt *Tichios*, vel *Ticios*, *Titheus* in Hulſt. *Titygos* in Witt. a m. pr. in Regio recentiore *Cyphios*. Unde facile quis emendare poſſet *Cottos*: quomodo olim legendum eſſe, unice putabam. Quia *Tityos* vulgo non recenſetur inter Gigantas contra Jovem bellantes, ſed ut *terrae filius*, & *alumnus* (Vide Apoll. L. I. c. IV. Stat. L. I. Theb. 710. Serv. ad Virgil. Aen. VI, 595.) qui in inferna detruſus ob Latonam de ſtupro interpellatam, & vim ei illatam, & per membra erat diſtentus. *Tityon Coeo*, Phlegraeo Giganti jungit quidem Valer. Flacc. Lib. III, 226. Sed & *Saturno*, ſcilicet propter vincula, quibus illi quoque apud inferos tenebantur. Huc accedit quod *Cottos* & *Briareus* paſſim ſe comitantur apud Poëtas; uti apud Heſiod. in Θεογον. Sic vſ. 149.

Κόττος τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ' ὑπερήφανα τέκνα.

Plura exempla vide ſis in notis Magni Bentleji ad Horat. Lib. II. O. 17. Saepe quoque hoc nomen depravatum fuiſſe, diſcere potes ex notis Tollii ad Palaephatum p. 203. & Munkeri ad Hygini prologum. Quin etiam hoc nomen reddendum puto Virgilio in Culice vſ. 26. ubi vulgo ſine ſenſu legas.

Sancte puer, tibi namque canit non pagina bellum
Phlegra Giganteo ſparſa eſt quo ſanguine tellus.

MSS. Contii, aliique ab If. Voſſ. collati *Triſte Jovis pontique.* unde lego *Triſte Jovis, Cottique c.* Hic tamen nunc nihil muto. Nam, praeterquam quod

Ad somnos non terga ferae praebere cubile
[a] Adsuerunt, non silva torum: viresque resumsit
In nuda tellure jacens. periere coloni
Arvorum [b] Libyes: pereunt, quos adpulit aequor,
Auxilioque diu virtus non usa cadendi,
Terrae spernit opes: invictus robore cunctis,
[c] Quamvis staret, erat. tandem vulgata [d] cruenti
Fama mali, terras monstris aequorque levantem,
Magnanimum Alciden Libycas excivit in oras.
Ille [e] Cleonei projecit terga leonis,
Antaeus Libyci. [f] perfudit membra liquore
Hospes, Olympiacae servato more palaestrae.

Ille,

VARIAE LECTIONES.

a *assuerant* B. 1. b *Libyas* B. 1. V. 2. R. 2. meus. & Edd. quaedd. *Libye* V. 1. H. A. Oxon. 1. sed V. ad L. 1, 368. c *quamquam* B. 1. d *per orbem* V. tert. a m. sec. e *Dionaei* V. 1. f *perfundit* B. 1. W. Marp. Ox. pr. *profudit* Edd. Rom. Parm.

quod potuerit fuisse aliquis scriptor deperditus, qui Gigantea condens inter Gigantas *Tityum* recensuit; unde hoc hauserit Lucanus, non obscure illum adnumerat Gigantibus Seneca in Thyeste 805.

- - - numquid aperto
Carcere Ditis victi tentant
Bella Gigantes? numquid Tityos
Pectore fesso renovat veteres
Saucius iras? num rejecto
Latus explicuit monte Typhoëus?
Numquid struitur via Phlegraeos
Alta per hostes, &c.

597 PHLEGRAEIS] Thessalicis, sive regionibus Macedoniae, in qua terra Gigantes procreati sunt. In hoc, inquit, Terra diis pepercit, quod Antaeum cum aliis Gigantibus non genuit: quia, si cum eis fuisset, Dii à Gigantibus vincerentur. SCHOL. Thessalicis, ubi gigantes contra deos congestis montibus insurrexerunt. Phlegra Macedoniae oppidum in Thermico sinu, ut inquit Plinius. Est & in Campania locus, juxta Puteolos, in quo gigantes alii fulminati sunt. SULPIT. Non alii, sed eadem fabula diversis locis ab aliis atque aliis adscribitur, propter nominis similitudinem. MICYLL. V. Glarean. & Hortens. ad Lib. VII, 145.

597 HOC QUOQUE TAM VASTAS CUMULAVIT MUNERE VIRES TERRA SUI FOETUS] Quid veri in hac fabula lateat, qui scire volet, consulat Solinum cap. XXIV. quaeque ibi ex Hieronymo, & ex Eusebio adfert Salmasius (p. 205.) GROT. Ed. tert. Allegoricam Herculis cum Antaeo pugnae interpretationem edidit Nicol. Winmannus Norimb. 1537.

603 AD SOMNOS NON TERGA FERAE PRAEBERE CUBILE] In uno Bersm. Wittiano, Reg. primo, duobus Vossian. item in primo, & quarto pro varia lectione scribitur *cubili.* ut sit ordo; ferae non adsueverunt praebere terga sua cubili, i. ad cubile inde faciendum. qui ordo placet Ascensio, retinenti tamen *cubile.* rectius per appositionem, ut versu praecedente *epulas leones.* nam male quidam *epulis.* Valer. Flacc. VI, 333.

Ast epulae, quodcumque pecus.

Posses etiam melius meo judicio hunc locum ita digerere. *terga ferae non adsueverunt Antaeo praebere cubile.* i. e. non solet Antaeus cubare in pellibus ferarum. Dein ex uno Pulm., duobus Bersm. Voss. primo, Reg. primo, Wittiano, & aliis quatuor cum Ascens. Mic. Hortens. *resumsit* scripsi pro *resumit.* Nam in praeterito dixit *latuisse*, *habuisse.*

605 VIRESQUE RESUMSIT IN NUDA] Quippe super matrem. SCHOL.

605 PERIERE] Quippe ipse eos devastavit, & devoravit. IDEM.

612 CLEONEI] Cleone regio est juxta Nemeam silvam, qua interemit Hercules leonem. Ut ait Virgilius.

Et vastum Nemea sub rupe leonem.

SCHOL. V. Serv. ad Aen. VIII, 213, 275, 295.

613 ANTAEUS LIBYCI. PERFUDIT &c.] Pro

Ille, parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas [a] infudit harenas.
Conseruêre manus, & multo brachia nexu.
Colla diu [b] gravibus frustra tentata lacertis;
Inmotumque caput fixa cum fronte tenetur.
[c] Miranturque habuisse parem. [d] nec viribus uti
Alcides primo voluit certamine totis,
Exhausitque virum: quod creber anhelitus illi
Prodidit, & [e] gelidus fesso de corpore sudor.
[f] Tunc cervix [g] lassata quati: tunc pectore pectus
Urgueri: tunc obliqua percussa labare
Crura manu. jam terga viri cedentia victor

Adligat,

Variae Lectiones.

a *infundit* B. 1. V. 1. W. O. 1. H. A. *perfudit* Marp. b *frustra gr.* B. 1. V. 1. c *miraturque* V. sec. tert. pr. a m. sec. meus. d *neque* B. 1. V. 2. W. e *fesso gel.* R. pr. V. pr. qu. 1. H. f *tum* MSS. qdd. g *laxata* V. 2.

Libyci in sec. Voss. & *Libyae.* in primo, & tertio Voss. Reg. primo. Wittiano, & meo est *Libyco.* omnesque hi Codices jungunt *Libyco liquore* cum Scholiaste, qui notat ad haec verba. *Harenis pro olivo usus est, ut vires terra firmaret.* Nisi potius haec errore librariorum traducta sunt à versu 616. quo pertinent. Illic enim dicitur Antaeus sibi infudisse harenas, ut Hercules oleum, more Graecae palaestrae. Mirum tamen in tot optimis codicibus scribi *Libyco*, quod aperte est falsum. Opponuntur enim Hercules, & Antaeus in occidendis leonibus primo, dein in perfundendo membra oleo per Herculem, & harenis per Antaeum. Possetne legi *Libycos?* scilicet Leones. nam plures uno projecit leones Antaeus. utpote quem versu 602. cecinit poëta.

- - - - - *epulas raptos habuisse leones.*

614 More palaestrae] Secundum consuetudinem luctationis *Olympiacae*, quia fiebat in honorem Jovis Olympiaci. SCHOL. *More palaestrae.* *Mos* est lex, & institutum, regula. consule omnino magnos Viros, Gronovium, loco mox citando, & Bentlej. ad Horat. O. I, 10, 4.

- - - - - - - *decorae*
More palaestrae.

Ceterum excellentem hunc locum, in quo optima luctae est descriptio, in multis reprehendit J. C. Scaliger, Hypercrit. L. vi. c. 6. & effusi nimis caloris, & impetuosae licentiae poëtam accusat. Verum infeliciter. Omnia enim, quae illic taxat ὁ πάνυ, invictis argumentis propugnavit, ac defendit summus Gronovius, de hoc palaestrae more, de calidis arenis, nexu, nodis, adligatione, crurum percussione &c. contra eum egregie disputans in Diatribes Statianae cap. 24. ad illa verba.

Seu sibi dulce manu Libycas nodare palaestras.

De *nodis*, & *nexibus* Graece συμπλοκαῖς, & ἅμμασι; consule quoque Salmasium Plin. Exerc. p. 205. H. Valesium ad Ammiani Marcelli L. xv, 3. G. Cuperum Observ. L. 1, c. 12. A. Drakenb. ad Silium L. iii, 33.

Nexuque elisa leonis Ora.

615 Parum fidens] i. e. cui non sufficeret ad fiduciam, terram tantum pedibus contigisse. *Calidas*, quia Libya calida regio est. SCHOL.

620 Parem] Ambo mirantur, inventum esse, qui contra eum dimicet. IDEM.

620 Nec viribus uti] Distulit vires suas, & palaestricis coepit uti artibus. *Exhausit* i. fatigavit, & lassavit. *Illi* Herculi scilicet. IDEM.

628 Distendit] In meo Codice legitur frequentativum *distentat.* ut apud Virgilium Ecl. ix, 31.

- - - - *distentent ubera vaccae.*

ubi contra in quibusdam Codd. est *distendant.* Efficax autem est locutio, *explicuit per membra.* i. e. ita prostravit, ac dejecit, ut, quantus quantus esset, extensus in terra jaceret. L. v, 81.

- - - - *Paean Pythona sagittis*
Explicuit.

Sta-

Adligat, & medium [a] compressis ilibus artat:
Inguinaque insertis pedibus distendit, & omnem
Explicuit per membra virum. rapit arida tellus
Sudorem: calido complentur sanguine venae.
Intumuêre tori, [b] totosque induruit artus,
Herculeosque novo [c] laxavit corpore nodos.
Constitit Alcides stupefactus robore tanto:
Nec sic Inachiis, quamvis rudis esset, in undis
Desectam timuit reparatis anguibus [d] hydram.
[e] Conflixêre pares, telluris viribus ille,
Ille suis. numquam saevae sperare novercae
Plus licuit. videt exhaustos sudoribus artus,

Cervicem-

VARIAE LECTIONES.

a *comprensis* meus. b *notosque* Edd. Br. Med. *totos* A. c *lassavit* Marp. d *ydram* MSS. qdd. e *conseruere* V. tert. a m. sec.

Statius Lib. x. Theb. 271.

Hunc temere explicitum stratis.

ubi vide Lutatium, nostri verba adducentem. de *voce per membra* egi ad Lib. II, 58. versu 632. pro *corpore* in Vossiano primo est *robore*: quod natum est è glossa. seq. versu *robore* sequitur. Valer. Flacc. L. IV, 283.

Terga sonant: nova vis iterum, nova corpora surgunt.

ubi vide Cl. Burm. contra pro *robore*, in aliis est *corpore* vs. 290.

634 IN UNDIS] Vitiose *arvis* MS. Amstel. & Edd. Brix. ac Mediol. significat *prope undas* Lernaeas. dicam latius ad Lib. VIII, 862.

635 DESECTAM] Sic rescripsi, cum vulgo nunc legebatur *defectam*, ut & in nonnullis Sulpitii, Pulm. Bersm. & Grotii Editionibus. Sed contra Lucani mentem, & Codices scriptos. Desecta enim ab Hercule perpetuo fuisse capita, quis nescit? unde in proverbiis *ὕδραν τέμνειν. tota cervice desecta* Livius L. XXXI. c. 34. *Exsectam* est in Voss. recent. *disjectam* in meo. unde quis facere posset *dissectam*.

635 HYDRAM] Hydra erat serpens L. habens capita, vel, ut quidam dicunt, VII. quae omnem regionem devoravit. Quod cum audisset Hercules, adiens eam debellavit, & pro uno capite inciso tria insurgebant, quae postea igne vicisse dicitur. Re autem vera palus fuit, quae totam regionem devastavit, quam cum Hercules exsiccare vellet, pro uno fonte exsiccato tres emergebant. Sed Hercules cum grandi labore eam desiccavit, & eam habitabilem fecit. L. etenim, vel VII. fontes habebat. SCHOL. Voss. pr. In his numeris facile quis putaret, latere mendam, & pro VII. rescribendum esse VIII. vel IX. quot capita alii adscribere solent Hydrae, plerisque tamen ad centenum numerum ea augentibus. V. Serv. ad Aen. VI, 287, 576. VII, 758. Isidor. L. XI. & XII. Hygin. Praef. & F. 30. ubi vide, quos laudat Munkerus. Verum ut ibidem vir doctus monet, in nummis Graecorum, quos laudat, & profert Illustr. Spanhem. de Praest. num. p. m. 230. & 233. Hydra itidem septiceps conspicitur. in qua sententia adeoque noster commentator etiam fuisse videtur. Immo alios illi adsignasse quoque VII. capita, notat Delrius; quo vero auctore non addit ad Senecae Herc. Fur. 240. ubi plura habet. sed jam super his nugis nimis multa: pro lubitu haec variasse fabulatores, ut cetera fabulosa, certissimum est. Notandum putem; quod Hydra illa non tantum habuerit tot anguinea capita, sed tot angues pro capitibus. ut clare videre est in nummo, per Spanhemium prolato. Quare noster etiam dicit, *reparatis anguibus*. sic etiam Virgilius L. VII. Aen. 658.

Centum angues, cinctamque gerit serpentibus Hydram.

Seneca Herc. Oet. 1193.

- - - - - centum anguibus
Vallatus Hydram tabe pavissem mea.

Silius Ital. L. III, 33.

- - - Lernaea recisis
Anguibus Hydra jacet.

Hinc Propert. L. II, 19, 9.

Lernaeas pugnet ad Hydras.

Cervicemque viri, siccam, cum ferret Olympum.
Utque iterum fessis injecit brachia membris,
Non exspectatis Antaeus viribus hostis,
Sponte cadit, majorque, accepto robore, surgit.
Quisquis inest terris, in fessos spiritus artus
Egeritur: tellusque, viro luctante, laborat.
[a] Ut tandem auxilium [b] tactae prodesse parentis
Alcides sensit: standum est tibi, dixit, & ultra
Non [c] credêre solo, sternique vetabere terra.

Haerebis

Variae Lectiones.

a *at* W. b *tacitae* R. pr. W. *tectae* H. Mor. c *condere* B. 1.

639 Cum ferret Olympum] Gigantes contra Deos bella gesserunt. Cumque illi in uno angulo coeli congregati propter metum illorum fugissent, coelum illorum pondere vergere coepit. Atlas vero, quod suis humeris coeli sustentabat pondus, nimium fatigatus Herculi sustentandum commisit. Quod ideo fingitur, quod Atlas astrologus doctissimus fuit, adeo ut coelum sustentare diceretur, qui Herculem ipsam artem docuit. SCHOLIAST. Voss. pr.

639 Cervicemque viri, siccam, cum ferret Olympum] Sc. exhaustam sudoribus, quae sicca fuerat, cum coelum ferret, h. e. tunc non sudaverat. Ita enim hunc versum distinguimus, & explicamus ex duobus nostris Msc. In tertio erat *siccam conferret*, mendose. BERSM. Optime haec emendavit Bersmann., & jam ante eum G. Canterus è suis codicibus Nov. LL. III. c. 2. nec aliter habetur in Pulm. Codd. sex, & meis tredecim cum Ed. Veneta, ac Scholiaste *siccam cervicem eo scilicet tempore, quando Olympum sustinuit.* Vulgo erat *c. v. siccam, qua f.* vel *quae ferret. qua* est in duobus meis, & Voss. rec. à m. sec. *conferret* in Hulst. male. *ἀνδρωτὶ* Hercules sustinuit coelum, unde apud Ovid. Ep. Deïan.

Cui coelum sarcina parva fuit.

In pugna vero Antaei cervix exhausta est sudoribus. unde tantum Junoni sperare licuit. Distinctione autem posita tam post, quam ante vocem *siccam* juvi locum, ut fecit etiam Canterus. Multi autem interpretes *ferret* accipiunt in futuro tempore, quasi tunc coelum non tulisset. Quod si verum esset, posset etiam scribi *sicca qua*. sed malo prius.

644 Egeritur] Mscr. duo *Erigitur*; h. e. emittitur, exspirat. BERSM. *Erigitur* exhibent quoque Vossian. tert. & quint. ac Wittian. a m. prima, & pro var. lect. Voss. sec. cum 2 Pulm. aliisque à N. Heinsio collatis libris, & Edd. Romana, ac Parmensi. Quo sensu *erigitur* notaret, spiritum, & vim terrae surrexisse in membra Antaei. Nihil tamen muto. Copiam omnis spiritus, quisquis terris inest, exprimit optime Lucanus hoc verbo; de quo, ejusque commutatione cum altero *erigitur* consule notata ad Silium Ital. L. VI, 280. & Cl. Burm. ad Valer. Flacc. L. VI, 186.

Volvit ager galeas, & thorax egerit imbres.

Justin. L. IV, I. *Ubi acrior per spiramenta cavernarum ventus incubuit, harenarum moles egeruntur.* *Ingessit* non multum dissimili modo ait noster Lib. V, 165.

Quod non exhaustae per tot jam secula rupis
Spiritus ingessit vati.

Dirigitur suprascr. in Reg. recent. Eadem perturbatio L. VI, 295.

- - - *cum tota cavernas Egerit.*

646 Sensit] Dissimulat poëta, Minervam hoc invenisse consilium, ut Hercules fecit. SCHOL.

646 Standum est tibi] Doctiss. Barthius ad Statium L. VI. Theb. 892.

Raptus in excelsum, nec jam spes ulla cadendi,
Nec licet extrema matrem contingere planta;

legit *mihi.* quia cum stabat Antaeus, terram quoque contingebat; quod offendit quoque Scangerum cit. loco. Sed nihil est mutandum. Stans enim Antaeus aliquas è terra, non autem tantas vires habebat, quantas jacens: unde auctor dicit supra,

- - - *invictus robore cunctis,*
Quamvis staret, erat &c.

Ante Herculem scilicet. &

- - *parum fidens pedibus contingere matrem.*

Quae verba recte notat Gronovius non eo spectare, quasi in statu ipso esset aliqua fiducia; sed quod

Haerebis [a] pressis [b] intra mea pectora membris:
Huc, Antaee, cades. Sic fatus, sustulit alte
Nitentem in [c] terras juvenem. morientis in artus
Non potuit nati Tellus [d] permittere vires.
Alcides medium tenuit. jam pectora pigro
Stricta gelu, terrisque diu non [e] credidit hostem.
Hinc, aevi veteris custos, famosa vetustas,
Miratrixque sui, signavit nomine terras.
Sed majora dedit cognomina collibus istis,

Poenum

VARIAE LECTIONES.

a *pressisque* V. 1. H. b *inter* A. Edd. Br. Med. c *terris* B. 1. R. 1. *nit. terris* V. 1. d *summittere* vulgo. e *edidit* meus.

quod stans facile cadere posset. Plura huc pertinentia vide cap. 24. Diat. Stat. Hercules itaque sentiens, Antaeum cadendo, & jacendo bis novas vires acquisivisse, ait, eum non amplius casurum esse, sed ipsum stare debere, ut novas vires non acciperet, & ut eo facilius ipsum medium, ne rursus caderet, prehendere, ac inter latus, & lacertum suum elidere posset. Praeterea *mihi* frigidissimum foret. in lucta enim Herculem stare debuisse, per se patet, nec ipso monitore opus erat.

647 STERNIQUE VETABERE TERRA] Msc. duo *terrae*, poëtica casus ἐναλλαγῇ. probe. BERSM. *Terrae* è suis Codicibus prolatum probat etiam ibidem Gronovius. Mei tamen omnes habent *terra*, excepto recent. Amstelaedamensi. Quare, licet placeat *terrae*, nihil temere muto. Virgilius L. XI. Aen. 87.

Sternitur & toto projectus corpore terrae.

Statius L. VII. Theb. 755.

Sternuntur terrae.

ubi in Lindenbrogii Ed. male *terra*. MSS. quidam Valerii Maximi L. I. c. 7. Ext. 3. *Inhumatumque corpus terrae jacens.* Noster L. V, 360.

- - - - - *procumbite terrae.*

ubi item variatur. Sic *demittere*, & *deponere terrae* Ovidio El. 2. & 3. Amor. L. III. quamvis *terra* in illis locis malit N. Heinsius. *figere terrae*. Lib. VII, 486. *deturbare terrae* Virgil. Aen. X, 555. *flare terrae*. Aen. VI, 652. ubi tamen in multis *terra* rectius. plura exempla vide in Sanctii Minerva L. IV. c. 4. p. 641.

650 NITENTEM] i. cadere in terras cupientem. SCHOL.

651 SUMMITTERE VIRES] Msc. duo *permittere*. & alter. *premittere*, quasi porro mittere, non inscite. BERSM. *Submittere vires.* Sequor MS. T. & P. qui habent *permittere*, non vulgari significatu; sed eo, qui indicat, mitti aliquid tam feliciter, ut pertingat. GROT. Ed. sec. Verissima est Grotii emendatio, quam idcirco non tam in textum admisi primus, quam restitui. nam praeter tres Pulmanni Codd. scribitur etiam *permittere* in Vossianis primo, quarto, & sexto, Reg. primo, Oxon. utroque, & Wittiano pro var. lect. (in quo à prima manu est *premittere*; uti & in Voss. quinto, & Reg. recent.) & omnibus editis ante illos, qui ex Sulpitii, & Aldi officina provenerunt. Eodem sensu usus hac voce est Ovidius Lib. XII. Metam. 282.

Inque humeros limen tellure revulsum
Tollit, onus plaustri, quod ne permittat in hostem
Ipsa facit gravitas.

i. e. gravitas prohibet, ne ita mittere posset, ut tangat hostem. Seneca de Const. Sapient. c. 3. *Eo loco ponere, quo nulla permittatur injuria.* de Clem. c. 6. *Etiam ad calamitosos bonitatem suam permittet.* Non raro hoc sensu etiam vocem adhibuit Lucretius. Vide J. F. Gronovium L. II. Observ. p. 316. Adde & Ciacconium ad Melam Lib. I. c. 3. *Gallia huc usque promissa.* ubi MSS. *permissa:* & Heinsium ad Silium L. III, 534.

Quacumque datur permittere visus.

Eadem vis est in voce *perferre*, de qua agendum erit ad vs. 763. V, 674.

652 MEDIUM TENUIT] Proverbii speciem habet, *Medius teneris*, de eo, qui sic tenetur, ut extricare se nulla ratione possit. Aristoph in Ranis, νῦν ἔχῃ μέσος, id est, nunc medius teneris. A Palaestritis hoc genus sumpta metaphora, atque athletis, qui si quem medium fuerint complexi, facile superant: id quod indicat hoc loco etiam Lucan. Erasmus admonet eodem pertinere illud Te-

Poenum qui Latiis revocavit ab arcibus hostem,
Scipio. nam sedes Libyca tellure potito
Haec fuit. en! veteris cernis vestigia valli.
Romana hos primum tenuit victoria campos.
Curio laetatus, tamquam Fortuna locorum
Bella [a] regat, servetque ducum sibi fata priorum,
Felici non fausta loco tentoria ponens,
Indulsit castris, & collibus abstulit omen,
Sollicitatque [b] ferox non aequis viribus hostes.

Omnis,

VARIAE LECTIONES.

a *gerat* vulgo. b *feros* vulgo.

rentianum. *Sublimem medium arriperem.* Huic confine est illud: *Folio ficulno anguillam tenes.* τῷ δρίῳ τὴν ἐγχέλυν. HORTENS. Msc. *medio* h. e. in aëre. Aristoph. νῦν ἔχῃ μέσον. BERSM.

655 MIRATRIXQUE] Sunt, qui legant *laudatrix.* sicut Flaccus dicit de sene. *Laudatrix temporis acti Se puero.* ASCENS. Frustra omnino. cum sit notissimum, *mirari* sumi pro laudare cum admiratione. Recte autem ex Plinio L. v. c. I. Interpretes *nomen* intelligunt *Antaei regiam.* sic enim dixerat ipse noster vs. 590.

Antaei quae regna vocat non vana vetustas.

656 COGNOMINA] Quia postea Africa vocata est, *regnum Scipionis.* Unde & *Africanus* dictus est. *Poenum* Hannibalem. SCHOL. Vocatur enim locus *Castra Corneliana.* GROT. Vere cognominis rationem dat Grotius, & cum eo ceteri quoque Commentatores. *Corneliana* autem *castra* dicit Caesar Lib. II. c. 24, 25. B. Civ. reliqui *Cornelia.* quomodo in MSS. Caesaris exstare praedicat Ciacconius ad Melam L. I. c. 7. § 9. Pro *cernis* mallem *cernas* i. e. cernere licet, possis. Sed indicativum mordicus retinent manu exaratae membranae.

661 FORTUNA LOCORUM B. REGAT] Tamquam loco debeatur, uti in eo Romani superent, qui ad eum venerint, & amittat eumdem, qui tenebat. SCHOL.

661 TAMQUAM FORTUNA LOCORUM] Eodem modo Ovidius Lib. IV. Metam. 565.

- - *Tamquam Fortuna locorum,*
Non sua, se premeret.

L. X, 335.

Fortunaque loci laedor.

Livius L. V, 54. *Fortuna certe loci hujus transferri non potest.* VI, 28. *Fortunae loci delegaverant spes suas.* Notissimae sunt *Fortunae Antiates*, *Fortunae Praenestinae*, de quibus supra L. II, 193. Hinc in Inscript. Gruteri p. M. V. N. 2. *Genio loci & Fortunae.*

662 BELLA GERAT] Praetuli hoc loco, quod est in optimis libris Vossiano secundo, & Wittiano, aliisque à N. Heinsio inspectis *regat* i. e. dirigat bella, ita ut fausto omine incepta bene cedant, & administret. Claudian. in Rufin. Lib. I. praef. 17.

Qui stabilem servat Augustis fratribus orbem,
Justitia pacem, viribus arma regunt.

Et ita *regere bellum*, *Martem*, dixit Silius; *pacem regere* Statius L. XI. Theb. 165. ubi V. Barth. aliique *regere disciplinam*, *imperium.* quod passim in *gerere*, & contra, est mutatum. Adi Drakenb. ad Silium V, 242. VI, 307. *jam Martem regere.* & Burm. ad Valer. Flacc. II, 396. sic Lib. V, 93. pro *terris regendis* in quibusdam libris est *gerendis.* Apud Livium L. XXXIX, I. *consules gerebant bellum* etiam in Voss. Cod. est *regebant.*

662 PRIORUM] Sicut antea, quando Scipio Poenum hostem pugnando vicit. SCHOL.

664 INDULSIT] i. e. lata castra posuit. ut Virgilius. *Indulge hospitio*, i. e. abundantius praebe. IDEM. Ita *indulgere lacrymis*, *amori*, *theatris*, & alia apud Ovidium, ceterosque.

664 OMEN] Hoc est felicitatem locorum sua infelicitate subvertit; quia non iisdem auspiciis pugnavit, quibus Scipio. Nam Curio victus est. SCHOL.

665 SOLLICITATQUE FEROX] Sic rescripsi auctoritate quatuor Vossian. & Oxon. pro vulgato *feros.* quod tantum posset pertinere ad Afros; cum tamen multi illic quoque Romani sub Varo. optimum vero ex Lucani sententia Curionis est epitheton *ferox*, qualem ubique auctor cum ceteris histo-

Omnis, Romanis quae cesserat, Africa, [a] signis,
Tunc Vari sub jure fuit: qui robore [b] quamquam
[c] Confisus Latio, regis tamen undique vires
Excivit, [d] Libyae gentes, extremaque mundi
Signa, suum comitata Jubam. non fusior ulli
Terra fuit domino: [e] qua sunt longissima regna,
Cardine ab occiduo [f] vicinus Gadibus Atlas
Terminat: à medio, confinis Syrtibus Hammon.
At qua lata jacet, vasti plaga fervida regni

Di-

VARIAE LECTIONES.

a *terris* V. 1. a m. pr. b *quamvis* O. pr. c *confixus* H. d *Libycae gentis* vulgo. e *quam* Edd. Rom. Parm. f *vicina* V. 1. *vicinis* H. margo.

historicis eum inducit vs. 730. de eodem.

- - - - - - *feroxque*
Non exploratis occulti viribus hostis
Curio.

669 EXCIVIT LIBYCAE GENTIS] Malim (omnino rectius Ed. tert.) *Libyae gentes*, ut sit expositio ejus, quod praecessit, *regis vires* & cohaereat cum sequentibus. GROT. Ed. sec. Verissima est Grotii correctio, quam recepi, firmaturque uno Bersm. in quo *Libyae*, & vetustissimo Vossiano primo, ac quinto *gentes* cum Marg. Hortensii. Regis Jubae vires sunt *gentes Libyae*, appositione poëtis frequenti. Nimis friget vulgatum, *vires regis Libycae gentis.* Error autem natus est ex veteri scribendi more, qui & servatur saepissime in antiquissimis Lucani Codicibus, accusat. scilicet plural. per *is*.

671 LONGISSIMA REGNA] Msc. *regni.* qua regnum longissime extenditur. BERSM. *Regni* ex nostris habent Vossian. sec. tert. & quart. a m. pr. non male. Sic *exusta zonae* &c. V. ad L. v, 782. VIII, 163. sed sequitur *regni. mundi* Var. LL. Steph.

673 HAMMON] Dicitur Juppiter harenarius, eo quod in harenosis Libyae locis templum habet. Ἄμμος (MSS. *Hamonia*, *Hamon*,) enim Graece *harena* dicitur. Liber cum à bello Indico victor reverteretur, ad loca Libyae harenosa Syrtibus vicina devenit; ubi cum exercitus ejus siti laboraret, Jovis subito in specie arietis ei apparuit. Cum enim (f. *eum*) exercitus insequeretur (f. *non f.*) subito ab diis paruit (sic MS.) & in eo loco fons lucidissimus apparuit. unde omnes refocillati sunt. ibique in honorem Jovis templum constructum est. SCHOL.

673 A MEDIO CONFINIS SYRTIBUS HAMMON. AT QUA LATA JACET] Libentissime fateor, me nequaquam capere posse hunc locum, ut vulgo editur, & ego non temere mutare quid ausus, retinui. Ut verba sonant, & explicant etiam interpretes, debet intelligi finis regni Jubae à meridie. Sed quid hoc? an in longitudinem terrae ponitur meridies? nam latitudinem hic non potest innuere Lucanus, quia statim sequitur. *At qua lata.* Praeterea, quomodo Syrtes, vel Hammon iis vicinus juxta Lucani mentem trahi possint ad meridianos regni Jubae terminos, supputare nequeo. debuisset ob utramque rationem, longitudinis scilicet, & Syrtium, sive Hammonis oraculi situm dixisse *ab ortu.* Quare, sit mirus licet Geographus auctor noster, quod non nego, & tam hoc ipso, quam multis locis patet, numquam tamen ego credam, tam puerilem errorem ab ipso commissum esse, praesertim, cum medicina aegerrimo huic loco praesens adhiberi possit. Nempe ex sequentium populorum coacervatione, & toto hujus descriptionis apparatu, satis patet, à Lucano sub regno Jubae comprehendi totam Africam sive Libyam in longitudinem, usque ad Aegyptum, & in latitudinem infinitam, ac veteribus incognitam sub zona torrida, & ultra. Filius tamen ejus, Ptolemaei pater latius regnavit, quam ille Pompeji studiosus. Vide Plinium L. v. c. 2. & ibi Comm. Jam vero pro *à medio* in Vossiano secundo, & tertio legitur *& medio.* pro *at qua lata jacet*, exhibetur *& qua* in duobus Bersm., duobus Vossianis, & Amstel. pro *jacet*, *jacent* duo Bersm. Voss. prim. & quint. *jacens* Ed. Versell. Minima igitur mutatione scribo. *Terminat. at medio confinis Syrtibus Hammon, & qua lata jacet. Vasti* &c. Hoc sensu: In longitudine Atlas terminat regnum Jubae; at in medio regni, ubi latissimum est, jacet Hammon. Inculta vero pertinent ab Oceano Occidentali ad Oceanum Indicum, sive Orientalem, in longitud.

Distinet Oceanum, zonaeque [a] exusta calentis
Sufficiunt spatio. populi tot castra sequuntur,
Autololes, Numidaeque vagi, semperque paratus
Inculto Gaetulus equo: [b] tum concolor Indo
Maurus, inops [c] Nasamon, [d] mixti Garamante [e] perusto
Marmaridae volucres, aequaturusque sagittas
Medorum, tremulum [f] cum torsit missile, Mazax:
Et gens,

VARIAE LECTIONES.

a *exuta* B. 1. *exhausta* meus. b *tunc* MSS. plurimi. c *Nason* VV. LL. Steph. d *mixto* V. sec. a m. sec. e *parato* V. pr. qu. R. pr. f *contorsit* R. 1. H. V. 1.

gitudinem; & *exusta* torridae *Zonae* sufficiunt inmensum spatium in latitudinem, vel prius *&*, ac deinde, *at* scribendum. Hunc ego puto verum esse Lucani sensum. Meliora si quis adferat, manus ei lubens dabo, veritatem doceri cupidissimus. Meam sententiam confirmat locus L. III, 294.

Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris,
Usque Paraetonias Eoa ad litora Syrtes.

De utroque glaciali Oceano quae adfert Hortensius, nihil ad rem faciunt. *Distinere vires, manum, copias hostium.* passim Caesar, Livius, alii.

674 FERVIDA] Quam Κεκαυμένην dicunt. SCHOLIAST.

674 LATA JACET VASTI PLAGA FERVIDA REGNI DISTINET.] Msc. duo, *jacent, vasti plaga fervida regni destinat.* h. e. sibi addicit. non male. Sed duo aliter habent *destinet* h. e. diversis partibus tenet. BERSM. *Destinat* unus quoque Pulm. Var. Lect. Steph. Voss. prim. Reg. Rec. & Amstel. male: de verbi *destinare* significationibus erudite agit D. Vossius ad J. Caesar. B. Gal. L. III. c. *Destinet* habent etiam nonnulli Pulm. Steph. & mei plerique, ut & *detinet* cum editionibus priscis. Recte Sulpitius, quod confirmatur multis MSS., primus *distinet* reposuit, i. e. hinc, & inde tenet, Oceanum scil. ut dixi ab Occidente, & Oriente sive disjungit, & separat. quo sensu passim hoc compositum adhibent auctores, sed saepe in MSS. depravatum. Adeatur omnino N. Heinsius ad Ovidii Epist. Her. VIII, 69.

Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmos.

& ad Rem. Amor. 486.

676 SUFFICIUNT SPATIO] i. e. cedunt in spatium. Vult ergo, ut haec pars ad Jubae regna pertineat. Ergo, si *spatio sufficiunt*, satis sunt, accipimus. Si *spatium sufficiunt* subministrant. ut Virgilius *sufficit humorem.* SCHOL. *Spatio* retinent MSS. omnes; quod varie exponunt interpretes. Omnibon. *finem imponunt regno Jubae.* Ascensius. implent *spatium.* Bersmannus. *prorogant spatium regni.* rectius. *Spatio* enim *sufficere* nihil aliud est, quam satis esse ad spatium magnum regno Jubae praebendum. Sed tamen *spatium* in accusat. mihi aliquo modo adridet. quod servavit nobis Scholiast. in utroque veterrimo Cod. Vossiano. Sic *sufficere vires* Ovid. L. IV. Metam. 586. *Sufficere abundantiam* Justin. L. XLIV, 1. &c. Videtur tamen Scholiastes prius praetulisse.

677 AUTOLALES] Hos Plinius in Tingitania collocat lib. V. c. 1. & 2. Hujus provinciae longitudinem 170. M. passuum esse scribit: gentemque in ea quondam Maurorum praecipuam fuisse, unde etiam provinciae nomen factum, *quos*, inquit, *plerique Maurusios dixere. Attenuata bellis ad paucas recidit familias. Proxima illi Massaesyliorum fuerat, sed simili modo extincta est. Getulae nunc tenent gentes, Bamurri, multoque validissimi Autololes, & horum pars quondam, Vesuvii, qui avulsi his, propriam fecere sedem, versi ad Aethiopas.* Ubi observandum est, quod etiam monuit olim Hermolaus Barbarus in Plinio, & post eum Henricus Glareanus in annotationibus, apud Ptolemaeum *Autolalas*, penultimam per, *a*, non *e*, vocalem scribi, & in *pri.* non, *tert. declinat.* usurpari. Sed Ptolemaeus *Autolalas* in interioris Libyae occiduo littore vicinos Atlanti majori versus meridiem, ubi & insulam habent, & civitatem haud procul à littore, eodem nomine, statuit. Atque haec quoque erudite à Glareano annotata sunt. HORTENS. *Autololes* recte. *Antolopes* V. *Et Dolopes* C. *Andolopes* R. mendose. PULM. *Autololes* Msc. duo *Autolopes* & tertium. *Et Dolopes.* quart. *Aut Dolopes.* Plinius in descriptione Tingitaniae provinciae *Gaetulae nunc tenent gentes, Bamurri, multoque validissimi Autololes.* Ptolemaeus *Autololas* nominat prima inflectione, & ita apud Plinium quoque aliqui legendum esse contendunt. BERSM. *Autolales* ediderunt Ascensius & Versellan. *Autololes* primus Sulpitius, quem reliqui sunt secuti. Monstra variarum lectionum recensere

Et gens, quae [a] nudo reſidens [b] Maſſylia dorſo,
Ora levi flectit, frenorum neſcia, virga:
Et ſolitus vacuis errare mapalibus Afer
Venator, ferrique ſimul fiducia non eſt,
Veſtibus iratos [c] laxis operire leones.
Nec ſolum ſtudiis civilibus arma parabat,
Privatae ſed bella [d] dabat Juba concitus irae.

Hunc

VARIAE LECTIONES.

a *in nudo* A. b *Maſſilia* MSS. & Edd. qudd. *Marſilia* V. 1. c *latis* V. 1. d *parat* P. 1.

ſere non lubet. Monendum tamen in omnibus meis, & editis primis pro ultima ſyllaba *les* ſcribi *pes*. niſi quod unicus Oxonienſ. habeat *Autolales*. Nihil muto. Apud Claudian. tamen in optimis MSS. hic populus *Autololae*, vel *Autolalae* nominatur. ubi eadem, quae hic eſt, varietas. L. 1. Conſ. Stilich. 355.

\- - - *Repetunt deſerta fugaces*
Autololes.

Sed *Autololes* Silius Lib. III, 306. II, 63. &c. *Autololis* in auferendi caſu uſus eſt Sidonius Apollin. ut recte edidit Sirmondus, loco mox adducendo. alii *Autholois*. *Automoli* etiam recenſentur in Africa. Vide N. Heinſium ad Claudianum, & Salmaſium in Plin. Exercit. p. 207, 212. Ceterum in Regio primo ita hic locus concipitur.

Autolopes, Numidaeque vagi; hinc concolor Indo
Maurus, i. N. mixti G. parato.

ut deſint illa

\- - - - *ſemper paratus*
Inculto Gaetulus equo.

678 TUM CONCOLOR] Mſc. duo *tunc conc.* vitioſe. BERSM.

681 MAZAX] Ita hoc loco, & apud Suetonium in Nerone c. 30. aliiſque auctoribus ſcribunt Barthius, & Heinſius ad dictum Claudiani locum è noſtri verbis expreſſum.

Pavidus projectat miſſile Mazax.

Quomodo etiam hic exhibent MSS., & ex veteribus typis exarati quidam, vel *Marax*, *Matax*, *Mazas*, *Macas* &c. Solummodo in meis membranis eſt *Mazos*. Graece haec gens vocatur Μάζυς. unde forſan, quod Salmaſius, & Holſtenius volunt, praeferendum eſt, ut ſcribatur *Mazux*, vel *Mazyx*. Conſule illos ad Solinum p. 226. & ad Stephanum hac voce, & Scriverium ad Vegetium Lib. III. c. 23. Fortaſſe ſic quoque legendum apud Sidonium Apollin. Carm. V, 337. ubi omnes etiam gentes, quae hic à Lucano recenſentur, jungit.

Gaetulis, Numidis, Garamantibus, Autololiſque,
Mazuge, Marmarida, Pſyllo, Naſamone, timetur.

Vulgo *Auxuge*. Sirmondus ſcribit *Arzuge*.

682 MASSYLIA] De his Virgilius. *Maſſylique ruunt equites.* SCHOL.

682 MASSYLIA] Ab equitandi ritu. *Maſſyli*, qui & *Maſſaeſyli*, ſive *Maſyli*, & *Maſaeſyli* ſimplici *ſ*. & per *y* partes ſunt Numidiae, quorum nobilitate celebres inter Afros. Hujus gentis urbs praecipua eſt Cirta, opulentiſſima tum temporis non ſolum, verum etiam ſuperioribus aetatibus, domus Syphacis, & Jubae, quorum ille ſecundo bello Punico, & captus, & regno exutus fuit à Scipione ſuperiore, hic praeſenti bello periit. Strabo tradit, Cirtam opera Micypſae filii Maſiniſſae munitam maxime, & frequentiſſimam factam fuiſſe. Porro autem hos Numidiae partem fuiſſe, teſtatur Dionyſius ſatis, cum ſcribat.

Τοῖσιν ἐπὶ Νομάδων περιναιετάουσιν ἀπείρονα φῦλα,
Ἔνθα Μασαισυλιοί τε, καὶ ἀγρονόμοι Μασυλῆες.

hoc eſt,

Poſt hos immenſae Nomadum de ſemine gentes,
Atque Maſaeſylii, nec non Maſylia proles.

Sunt vicini Mauritaniae in Numidia, quamvis non ignoro, eos à Plinio in Tingitania collocari. Loquens de Tingentanis praecipua quondam gente. Maurorum, proxima illi, inquit, Maſſaeſyliorum fuerat, ſed ſimili modo extincta eſt. De eorum moribus, & victus ratione idem Dionyſius.

Βόσκονται σὺν παισὶν, ἀν' ἠπείροιο καὶ ὕλην,
Μαιόμενοι βιότοιο κακὴν, καὶ ἀεικέα θήρην.
Οὐ γὰρ γειομόροιο τομὴν ἐδάησαν ἀρότρου.
Κείνοις δ' ἄπυστα τετριγότος ἀκουέμεν ὁλκὸς ἀμάξης,
Οὐδὲ βοῶν μυκηθμὸς ἐς αὔλιον ἐρχομενάων.
Ἀλλ' αὔτως, ἅτε θῆρες, ἀνὰ δρυμὰ βουκολέονται,
Νήϊδες ἀσταχύων, καὶ ἀπευθέες ἀμήτοιο.

id eſt

Salsibus hos duris aſper, ſylviſque vagantes
Victus alit, ſaevo quaeſitus more ferarum.
Scilicet ignaros terras proſcindere aratris
Argolicaſque boves plauſtris domitare ſineret,
Namque errant nemorum per dumos more ferarum.

 Quo

Hunc quoque, quo ſuperos humanaque polluit anno,
Lege Tribunitia ſolio depellere avorum
Curio tentârat, Libyamque [a] auferre tyranno,
Dum [b] regnum te, Roma, facit. memor ille doloris,
Hoc bellum, ſceptri fructum putat eſſe retenti.
Hac igitur regis trepidat jam Curio fama,
Et quod Caeſareis numquam devota juventus
Illa nimis caſtris, nec Rheni miles in undis
Exploratus erat; [c] Corfini [d] captus in arce,

Infidusque

VARIAE LECTIONES.

a *afferre* H. b *regum* B. 1. *regimen* V. 1. c *Corphini* MSS. & Edd. qdd. d *raptus* P. 1.

Quo loco Dionyſius, *Maſaeſylios*, à *Maſſyliis* diſtinguit, & diverſos facit, ſed tamen utrumque nomen *v.* habet. Nonnulli *ll.* geminato, *Maſſyllos* eos vocant. Haec gens, in equis, neque ephippiis, neque frenis utebatur, ut hoc loco teſtatur Lucanus. Porro autem non in extrema Numidia eam gentem Maro lib. IV. ſed circa Aethiopiam ſtatuere videtur, cum ait,

Oceani finem juxta, ſolemque cadentem
Ultimus Aethiopum locus eſt, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum,
Hic mihi Maſſylae gentis monſtrata ſacerdos.

Sed ſunt authores, qui *Maſylos*, *Maſules* à Polybio dictos, diverſos eſſe arbitrabantur. Utut res habet, conſtat, eam gentem quondam, ut Theſſalos, maleficiis infames fuiſſe, qui de ſe molliciei proverbium reliquerunt, *πλεύσειας εἰς τὴν Μασσαλίαν, naviga Maſſyliam.* Fuerunt & malis artibus, & luxu infames, ut teſtatur Athenaeus. Iidem in proverbium ceſſerunt de cultu viris indecoro, *ἐκ Μασσαλίας ἥκεις, è Maſſilia venis.* Atque hinc apparet perſpicue, *Maſaeſylios*, *Maſyloſque* diverſos fuiſſe, à *Maſſaliis.* Luxu hi perditi muliebri ornatu incedebant, capillis unguento delibutis religatiſque. De Gallica Maſſilia alibi diximus. HORTENS. Mſc. tria *Maſſalia. Maſſyli*, & *Maſſaeſyli*, & *Maſyli*, & *Maſaeſuli* dicuntur Numidiae populi. Virg.

Hinc mihi Maſſylae g. m. ſ.

BERSM. *Maſſylorum* nomen per *v*, vel *y* ſcribendum eſſe, operoſe jam monuit Servius ad Virgil. Aen. IV, 483. VI, 60. IV, 132. *Maſſylique ruunt equites*, ubi perperam *Lucretius* editur pro *Lucano.* *Maſſaeſylos* autem à *Maſſylis* diſtinguit cum Dionyſio Plinius Lib. V. c. 2. & 4. aliique veteres, eoſque ſequentes Sigonius ad Livium Lib. XXIV. c. 48. & Caſaubon. ad Strabon. p. 829. Ed. Par. & Drakenb. ad Silium L. XVI, 171. Verius puto ego, Graecos vocaſſe gentem illam *Maſſaeſulos*, Roman. *Maſſylos.* unde ex una duae gentes fabricatae ſunt. Errori anſam dedit varia regionis, quam inhabitaſſent, poſitio, cum hic eos ad Orientem, ille ad Occidentem, alius propius ad mare, alius introrſum magis collocaret: ut erant veteres horum tractuum valde ignari. In equitandi arte iis adſcribenda omnes conveniunt. Appoſite Strabo Lib. XVII. p. m. 828. *Μασσαισύλιοι καὶ κοινῶς Λίβυες γυμνοὶ τὸ πλέον μικροῖς ἵπποις χρώμενοι, ὀξέσι δὲ καὶ εὐπειθέσιν, ὥστ' ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι.* de regimine equorum per virgam à Numidis plura adfert Tennul. ad Frontini Strateg. L. I. c. 5. §. 16. Ceterum, quod attribuit Hortenſius proverbia illa Maſſylis, in eo Hecataeum, & Commentatorem Thucydidis ſibi ſuffragatores habet. Athenaeus tamen, quem citat, Gallicam Maſſyliam debuit intelligere, cum *Μασσαλιώτας* vocat. Jurene, an injuria, vide apud Brodaeum Miſcell. L. III. c. 27. in Theſ. Crit. T. 2.

688 BELLA DABAT]. CONCITUS IRAE] In Voſſiano ſec. pro var. lectione eſt *conſcius.* ſed male, & vulgato librariorum errore. Vide Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. L. I, 211. *Concitus* pro commoto, irritato, abſolute ſine caſu dixit, ut ſupra Lib. VII, 677. Ovid. L. IV. Metam. 518. VI, 594. &c. *bella irae privatae.* ſunt bella, quae dabat ex privata ira, nec tantùm ex ſtudiis partium. Niſi malis *privata concitus ira.* ut apud Virgil. Lib. IX. Aen. 695. *Inmani concitus ira.* Ovid. Lib. VII. Metam. 413.

- - - *rabida qui concitus ira*
Inplevit pariter ternis latratibus auras.

Verum tunc offendit nimia repetitio litterae *a.* Talia enim extra neceſſitatem non ſunt intrudenda, quamquam ſcio, plus ſemel in Ovidio id occurrere. Nec raro apud noſtrum. Sic Lib. III, 483.

ut

Insidusque novis ducibus, dubiusque priori,
Fas utrumque putat. sed postquam languida [a] segni
Cernit cuncta metu, nocturnaque [b] munia valli
Desolata fuga, trepida sic mente profatur.
Audendo magnus tegitur timor: arma capessam
Ipse prior: [c] campum miles descendat in aequum,
Dum meus est: variam semper dant otia mentem.
[d] Eripe consilium pugna: [e] cum dira [f] voluptas
Ense subit [g] presso, [h] galeae texêre pudorem,

Quis con-

VARIAE LECTIONES.

a *cernit* S. B. 1. b *moenia* B. 1. V. 1. a m. pr. c *miles c.* B. 3. V. 2. H. d *erige* VV. LL. Steph. e *dum* P. 1. R. 1. W. H. f *voluntas* vulgo. g al. *prenso*. h *& gal.* P. 1. R. 1. Edd. Sulp. Asc. Vers. Hort.

- - - - *ut grandine tecta*
Innocua percussa sonant; sic omnia tela.

L. IX, 500.

Arent ora siti, conspecta est parva maligna
Unda procul vena.

ubi in *malignae venae* facilis est mutatio. *Bella dabat* dictum, ut apud Virgilium Lib. III. Georg. 265.

- - *imbelles dant proelia cervi.*

690 SOLIO DEPELLERE AVORUM] Mense Majo, quando comitia dignitatum Romae fiebant, Jubam, quem Africani sibi regem optabant, Curio tribunus plebis voluit deturbare, & à regno Africae, quod à majoribus obtinebat, expellere. quare legem tulit. Sed non potuit, quia illa pars, quae Jubam elegerat, praevaluit. Inde semper odio habebat Curionem Juba. SCHOL.

692 REGNUM] Sensus hic est. Tentabat Africam tollere regi, cum te ipsam, O Roma, sub regnum, mittit alienum i. e. Caesaris, cui favebat. IDEM. Non tentabat modo Jubae regnum auferre, sed etiam publicum facere populi Romani. quare auctor addit *dum regnum te R. f.* i. e. dum ex Libya vult facere liberam Remp. & ex Roma regnum. Vide Caes. B. Civ. II, 25. Dion. L. XLI. Plutarch. & alios.

693 FRUCTUM] Ut passus injuriam vindicet se in illum. SCHOL.

693 SCEPTRI FRUCTUM PUTAT ESSE RETENTI] Retinuisse regnum vel ob hoc gaudet, ut Curioni possit malefacere. GROT.

695 CAESAREIS] Alia haec caussa, cur metuat: quod Pompejani fuissent milites, quos habebat. SCHOL.

697 CORFINII] Hi sunt, qui in Corfinii civitate Domitium ducem dediderunt productum, & ad Caesarem transierunt; quod ipse meminit in secundo. SCHOL.

699 FAS UTRUMQUE] Ut sic deserant Caesarem, quemadmodum ante Pompejum. IDEM.

702 AUDENDO] Sensus est. Licet timeas, tamen si te audacem simules, tegitur illa formido, quam pateris. IDEM.

704 VARIAM D. OTIA M.] h. e. qui in otio sunt (*positi* add. Voss. prim.) possunt diversa sentire; nam pugnantes impedit pugna, ne aliud velint. IDEM. Male Cod. Rottendorfii, & Amstel. *vanam*. V. ad Lib. III, 54. L. VIII, 163. *Et varias regum mentes.*

705 ERIPE CONSILIUM PUGNA] Id rectius, quam *pugnae*. Sequentia quoque aliter, quam ante distinximus. Vult enim à vacuo milite expendi caussarum justa, ducum merita: ubi in acie steterint, haec cessare. GROT. Ed. pr. Probant hanc nostram conjecturam MS. P. Etiam MS. T. manu secunda. IDEM. Ed. sec. *Eripe consilium pugnae* ediderant Parm. Ald. Colin. Steph. Gryph. & Pulm. & habent ex meis quinque libri. Ceteri omnes, quos vidi, editi, & scripti cum tribus Pulm. & Stephani libris *pugna*. Verissime. Omnibonus sic distinxit. *Eripe consilium. pugnae quum d. v.* In hunc sensum intelligendus locus J. Caesaris B. Civ. II, 30. In eadem re. *Erant sententiae, quae conandum omnibus modis, castraque Vari oppugnanda censerent. Quod hujusmodi militum consiliis otium maxime contrarium esse arbitrarentur.* ubi adeantur Vossii, & Davisii notae.

705 CUM DIRA VOLUNTAS ENSE S. P.] *Dum dira voluptas* MSc. cum pugnandi cupiditas armis correptis animum incessit, non pudet eos manum cum civibus conserere. BERSM. Male exponit Hortensius. *Quando statuit tectis gladiis ad hostes meos deficere.* Reliqui interpretes haec melius capiunt.

Quis conferre duces meminit? quis pendere caussas?
Qua stetit, inde favet: veluti fatalis harenae
Muneribus non ira vetus concurrere cogit
Productos: odêre [a] pares. Sic fatus, apertis
Instruxit campis acies: quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit.
Nam pepulit Varum campo, nudataque foeda
Terga fuga, donec vetuerunt castra, cecîdit.
Tristia sed postquam superati proelia Vari

Sunt au-

VARIAE LECTIONES.

a *patres* V. 1. VV. LL. Steph.

piunt. Cum otiose sedent milites, conferunt ducum caussas inter se, & in diversa facile trahuntur. cum vero ad arma ventum est, & congrediuntur ense stricto, & galea pudorem tegente, voluptas, & ardor pugnandi, ceteraque eos abstrahunt à priore cogitatione, & pugnant solum pro suis partibus. Hinc autem patet, melius scribi *voluptas*, quam *voluntas*. quod hic locum fere nullum habet: cum intelliguntur milites jussi pugnare, sed qui pro militum indole pugnare gaudent. Est etiam in uno Pulm. & undecim meis optimis, ac Edd. Rom. Parm. Veneta, aliisque.

706 ENSE SUBIT PRESSO] Revocavi veterem lectionem, quam primus exsulare tacite jussit Bersmannus, quem secuti sunt reliqui, reponentes *prenso*, quod est in uno Pulm. & tribus, quatuorve meis recentioris notae. Recte *presso* i. e. firmiter prae ira, & pugnandi ardore adprehenso, & stricto. Lib. VII, 562.

Quae presso tremat ense manus:

ubi eadem est varietas. Silius Ital. L. I, 515.

Sic Poenus, pressumque ira simul exigit ensem,
Quae capuli statuere morae.

II, 615.

Pressit ovans capulum, cunctantemque impulit ensem.

V, 670.

- - - - premit omnis dextera ferrum,
Armatusque jacet servans certamina miles.

Seneca de Benef. Lib. II. c. 6. *Gladius idem, & stringit, & transforat, quam presso articulo venerit, refert.*

706 GALEAE TEXERE PUDOREM] h. e. qui armatus est, omnem verecundiam expellit; est enim tectus, & quod facit, non erubescit. SCHOLIAST.

708 QUA STETIT, INDE FAVET] i. e. in quacumque parte steterit, illam putat esse meliorem, qui (f. *qua*) pugnat. SCHOL.

708 FATALIS HARENAE] Gladiatorium ponit exemplum. Fatalem ergo harenam dixit, quod fiant illic fata pugnantibus. IDEM.

709 MUNERIBUS] Inde *munerarii* dicuntur, qui officia in theatro administrant. IDEM. Voss. pr. a m. recent. *munera arenae* jungit quoque Claudian. Lib. II. in Rufin. 395. ubi consulend. Heinsius.

710 PRODUCTOS] Sunt, qui ita distinguant. Non ira vetus cogit concurrere retiarium, & mirmillonem productos in arenam. Rursum alii, post *cogit*, distinguunt: ut *productos* conjungatur, cum, *odere*: ut sensus hic sit: gladiatores odere pares productos: sive pares odere productos, compositos ad pugnandum: utrique alteros videlicet, quod pares videri velint. Ut hic, ita multis in locis obscurus in compositione est poëta. Sed aetati condonandum fuit, per quam stilus nondum maturavit. HORTENS. *Productos odere pares* jungit Hortens. cum plerisque editoribus antiquis, & MSS. quibusdam. Veriorem putavi aliorum distinctionem, quam retinui. *pares* est in nominandi casu. par compositum est invicem in odio; non prae ira veteri; sed quod sunt duo illi compositi pares.

714 CASTRA] i. e. quamdiu castris Varus includeretur. SCHOL.

714 CECIDIT] *Cecidit* Witt. & Voss. tert. quartus *recidit* a m. pr. & Ed. princeps. non inepte, i. e. truncavit, abscidit membra à tergo, seu fugientium novissimos. *recidere membra* Lib. II, 141. *stirpem* Silius L. VI, 87. & passim.

716 GLORIA BELLI] i. e. ut victis subveniret, & victores superaret. *Jussa* i. ut cum nemo indicet esse venturum. SCHOL.

719 INCAUT AB HOSTE] i. improvido, videlicet Curione, i. volens ipsum obstabundum, & impro-

Sunt audita Jubae: laetus, quod gloria belli
Sit rebus servata suis, rapit agmina furtim,
Obscuratque suam per jussa silentia famam;
Hoc solum metuens [a] incauto ex hoste timeri.
Mittitur, exigua qui proelia prima lacessat,
[b] Eliciatque manu, Numidis à rege secundus,
Ut sibi commissi simulator Sabura belli:
Ipse cava regni vires in valle retentat:
Aspidas ut [c] Pharias cauda sollertior hostis

Lu-

VARIAE LECTIONES.

a *incautus ab* vulgo. b *eliceat* R. pr. W. Ed. Ven. c *Pharidas* R. pr.

providum opprimere, dum victoria securior erat. In metro autem non abjicitur *o* in dictione *incauto*; sed corripitur. Sunt tamen, qui legant *incautus*. ut sit, non satis callidus. ASCENS. *Incauto*. Ita quidem vulgo legitur: *Incauto ab hoste timeri*. Sed huic lectioni versus repugnat. Quare alii pro *incauto*, nominativo casu *Incautus*, legunt, ut ad Jubam referatur, quasi cui parum cautum sit, si ab hoste timeatur, & observetur. MICYLL. *Incautus ab hoste*. Quae lectio gemina mihi videtur, ut vel ad Jubam referatur, vel ut sit hypallage, *incautus*, pro incauto hoste Curione. Itaque hoc Jubae consilium erat, ut incautum opprimeret. HORTENS. Msc. quatuor: *incauto ab hoste*, repugnante metro. Videtur autem *incautus* hoc loco usurpari pro valde cautus. ut apud Maron.

- - - *nunquam imprudentibus imber*
Obfuit.

h. e. valde prudentibus, praepositione significante incrementum. Vel est hypallage. pro *incauto hoste*. BERSM. *Metuens incautus ab hoste timeri*. Improvisus hosti hactenus, hoc solum timebat, ne ab hoste timeretur, atque ita proelii negaretur occasio. GROT. Ed. pr. Sic Latinus Pacatus: *Quo quidem tuus maxime gaudebat exercitus, cum se videret ultro lacessi, qui nihil magis timuerat, quam timeri*. IDEM. Ed. tert. Valde hic sudant interpretes; & merito. Ut enim vulgo haec verba leguntur, vix intelligi possint, vel sana non sunt. Neque juvat nos Scholiastes exponens. i. e. *timebat, se timeri ab incauto hoste i. ne metu ille cautior fieret, si venturum ante timuisset* adeoque *incauto* etiam refert ad Curionem. Ridicula est illorum solutio, qui *incautus* legentes hypallagen à Lucano adhibitam esse statuunt. Qua figura, similibusque Grammaticorum sibi contaminatissima quaeque loca expedire solent. sed infelicissime, ut recte pronunciat magnus Bentlejus ad Horatii O. 37. L. 1. Optime omnium perspexit sensum Grotius *incautus* sumens passive pro inproviso; quo sensu accipitur iterum à nostro L. v, 500.

Sponte per incautas audet tentare latebras

Silio L. 11, 99.

- - - - *rueretque inopina sub ictu*
Ante fera incauto.

Atque id frequenter aliis adjectivis accidere notum est, docetque ibidem Drakenborch. Verum quomodo tum Juba esse incautus & simul timeri poterat. Nam quod Grotius sensum fulciat voce *hactenus* mihi non placet. Immo licet hoc modo sibi constet sensus, admitti hic nequit, cum in MSS. Pulm. Bersm. Steph. meisque ad unum, omnibus, & Edd. priscis scribatur *Incauto*. Quod defendi posset, ut jam fecit Ascensius, exemplis poëtarum, qui non elidentes longam vocalem, brevem faciunt. ut *Pelio Ossam*, *Ilio alto*. *An qui amant*. *Servant te amice* apud Virgilium, & Ovidium, aliaque apud alios. De quibus praeter ceteros late agit Doct. Manut. ad Ciceron. Lib. VII. Epist. ad Fam. 6. Sed eadem tunc manet tamen difficultas, quam esse in Grotii interpretatione dixi, & sensus τοῦ *hactenus* fulciri debet. Quid multa? Vir Doct. J. Wasse in Ind. Sallust. V. *Obscurabat* monet in MS. Anglicano scribi *incauto ex hoste videri*. Unde, si quid video, legendum omnino est *incauto ex hoste timeri*. Hoc sensu. Metuebat Juba, ne accideret per famam adventus sui, ut timeretur à Curione, & fieret hostis formidabilis ex hoste, sive loco hostis incauti, sive inprovisi, de quo nihil audiens Curio securus erat. Ante vs. 694. dixerat auctor, Curionem trepidasse ad famam Jubae, quare Juba nec opinum illum aggredi volens curabat, ut adventus suus lateat hostem, & incautus Curioni maneat. Passim ita adhibent praepositionem *ex*. Terent. And. 1, 1, 10.

E servo ut esses libertus mihi.

Ludit, & iratas incerta provocat [a] umbra:
[b] Obliquusque caput vanas serpentis in auras
[c] Effusae tuto comprendit guttura morsu
Letiferam citra saniem: tunc [d] irrita pestis
Exprimitur, faucesque fluunt pereunte veneno.
Fraudibus eventum dederat fortuna: feroxque,
Non exploratis [e] occulti viribus hostis,
Curio nocturnum castris erumpere cogit,
Ignotisque equitem late decurrere campis.
Ipse sub Aurorae primos excedere motus

Signa

V A R I A E   L E C T I O N E S.

a *ira* Marp. *unda* al. V. ad Sil. IV, 681. b *obliquansque* alii. c *effusi* B. I. O. Ed. Ven. d *incita* W. e *occultis* Hort. M.

Manilius L. IV, 46.

Quod consul toties, exsulque, ex exsule consul.

Livius L. XXXI. c. II. *ex hoste amicus factus.* L. X, 5. *Consul ex Dictatura factus.* MS. Voss pr. *dictatore.* Vellej. Paterc. L. II. c. 109. *Ex male dissimulato aemulum agebat.* Valer. Maxim. L. I. c. I. §. 14. *Ex victore speciosissimo ad miserabilem captivi formam deductus* L. VI. c. 9. §. II *Ex consule captivus, & ex captivo consul.* & alibi cum Sallust. ceterisque. Et cum verbo, sine addito alio nomine, ut hic, Livius L. II. c. 7. *Ex liberatore patriae ad Aquilios Vitelliosque recidisse.* Seneca L. III. de Ira c. 14. *Ex Macedone & libero in Persicam servitutem transire.*

721 SECUNDUS] Sc. potestate. Nam praefectus Jubae erat. SCHOL.

722 SABURA] Sic rectius octo MSS. cum Edd. quibusdam, quam *Sabbura.* Vide Vossium ad Caesar. B. Civ. II, 38. & Drakenb. ad Silium L. XV, 444. Male etiam *Sabora* vulgo editur in Frontino L. II, 5. §. 40.

724 ASPIDAS] Sic lusus est, inquit, Curio, ut aspis ab Ichneumone, Aspidemque Curioni, Saburam caudae ichneumonis, Jubamque capiti comparat. *Aspis*, ut ait Plinius Lib. VIII. *habet internecivum bellum cum ichneumone, notum animal hac gloria maxime in eadem natum Aegypto, mergit se limo saepius, siccatque sole, mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit. In ea cauda se attollens ictus irritos aversus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces.* Meminit ejusdem Strabo in XVII. SULPIT. Et Nicander in Theriacis, qui non solum naturam, & ingenium Ichneumonis, sed & formam describit, his versibus:

Ἰχνεύμων δ' ἄρα μοῦνος ἀκήριος ἀσπίδος ὁρμὴν
Ἠμὲν ὅτ' ἐς μόθον εἶσιν, ἀλεύεται, ἠδ' ὅτε λυγρῇ
Θαλπιούσης ὄφιος κεροτρόφου ὤεα γαίῃ
Πάντα διεσκήνιψε, καὶ ἐξ ὑμένων ἐτίναξε
Δαρδάπτων. ὀλοοῖς δὲ συνεῤῥαθάγησεν ὀδοῦσι.
Μορφὴ δ' ἰχνεύμονι κνωπίνη, οἷον ἀμυδρῆς
Ἰκτῖνος, ὅτ' ὄρνισι κροτοιαδίησιν ὄλεθρον
Μαίεται, ἐξ ὕπνοιο κυλοιστάζοντα πετεύρων,
Ἔνθα λέχος τεύχονται ἐπ' ἰκρίῳ, ἢ καὶ ἀφαυρῷ
Τίκτεσθαι Βάσσαισιν ὑπὸ πλευρῇσι θάμνοισι.
Ἀλλ' ὁπότ' Αἰγύπτοιο παρὰ θρυόεντας ἰάμνους
Ἀσπίδι μῶλον ἄγῃσιν ἀθέσφατον εἱλικοέσσαις,
Αὐτίχ' ὁ μετὰ ποταμὸν δ' ἐμβάλετο, τύψε δὲ κώλοις
Τάρφεσιν ἰλυόεσσαν. ἄφαρ δ' ἐφορύξατο γυῖα
Πηλῷ ἀλινδηθεὶς ὀλίγον δέμας, εἰσόκε λάχνην
Σείριος αὐξήσῃ, τεύξῃ δ' ἀνάγναμπτον ὀδόντα.
Τῆμος δ' ἢ κάρη λιχμήρεος ἑρπυστᾶο
Σμερδαλέης ἔβρυξεν ἐπάλμενος, ἢ καὶ οὐρῆς
Ἀρπάξας, βρυόεντος ἔσω ποταμοῖο κυλίσσει.

MICYLL. *Cauda solertior hostis.* Ichneumon, cui internecinum cum aspide bellum intercedere ait Plinius L. VIII. c. 24. & modum gerendi addit: *in caudam attollens ictus irritos aversus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces.* GROTIUS. Ed. sec. Adde Nicandrum, Strabonem, Oppianum de Venatu. IDEM. Ed. tert. Adde quos laudat Harduin. ad Plin. L. VIII. Sect. 36.

724 SOLLERTIOR] *Ichneumon* (*Cinemon* Voss. pr. *Acinemon* Voss. sec.) & aspis sibi nimis invicem adversantur, sed ichneumon, qui etiam minoris est virtutis, unde & dicit *sollertior hostis* adscenso (*accenso* MS.) foramine cubilis aspidis protendit caudam suam in initio antri; ut, quando aspis

Signa jubet castris, multum, frustraque rogatus,
Ut Libycas metuat fraudes, infectaque semper
Punica bella dolis. leti fortuna propinqui
Tradiderat fatis juvenem; bellumque trahebat
Auctorem civile suum. super ardua [a] ducit
Saxa, super cautes [b] abrupto [c] limite signa.
Cum procul è summis conspecti collibus hostes
Fraude sua cessêre parum, dum colle relicto
[d] Effusam patulis aciem committeret arvis.
Ille fugam credens, simulatae nescius artis,

Ut

VARIAE LECTIONES.

a *duxit* R. 1. b *obrupto* V. 1. *abruto* V. 1. *abrepto* Marp. c *milite* R. pr. Marp. V. 1. Edd. Rom. Parm. d *effusas acies* VV. LL. Steph.

aspis viderit umbram, suoque proruperit de antro volens caudam tenere, ille ichneumon ei inmineat; priusquam venenum de ventre emittat, & apprehenso ejus gutture strangulet eum. SCHOL. *In Vossiano primo adduntur etiam sequentia ad vocem Guttura.* Enydros bestiola est nuncupata, ex eo, quod in aquis versetur. Graece autem vocatur pneamon (sic MS. πνεμὼν Isidor.) eo quod odore suo salubria ciborum, & venenosa prodantur. de quo Dracontius, ait.

Praedicit suillus vim cujuscumque veneni.

Suillus autem nuncupatus est à setis. Serpentes autem insequitur, qui, cum adversus aspidem pugnat, caudam erigit: quam aspis maxime incipit observare, quasi minantem. ad quam vim suam transferens decepta corrumpitur. IDEM. Eadem legas apud Isidor. L. XII. Orig. c. 2. in Dracontii Hexaemero vs. 326. non *Suillus* est; sed *Psyllus*. De Suilio nugae sunt.

726 OBLIQUANSQUE CAPUT] Mscr. duo *Obliquumque*, & altera duo *Obliquusque caput* h. e. obliquus capite: poëtica ἐναλλαγῆ, ut *Nuda genu*, probe. BERSM. Tres item Pulm. & sex mei inter quos Voss. pr. cum Voss. sec. pro var. lect. *Obliquat*. *Obliquum* Voss. tert. & meus cum Oxon. primo. *Obliquat* quint. Voss. rectum omnino est *Obliquusque*, quod legas quoque in Edd. Romana, Veneta, Sulpit. Ascens. Micylli, ac Hortens. Ichneumon enim non obliquat caput, cum fauces invadit aspidis; sed obliquo capite speculatur, donec occasionem opportunam nactus hostem invadat. Clare id patet ex Plinii, & aliorum locis, quae à Viris Doctis hic adferuntur. Idque bene praetulit jam Bersmannus. Sic *spatiosus guttura. praesignis faciem*, apud Ovidium Lib. II. Met. 735. XII, 217. & sexcenta talia passim apud poëtas. Similes quoque mendas infra tollemus. In versu sequenti dum pro *toto* ex MSS. Anglicanis *tuto* emendat J. Wasse, nil nisi se deceptum esse pessimis Farnabii, vel Screvelii editionibus ostendit ad Sallust. B. Jugurt. p. 465. Omnes enim aliae *tuto* recte habent. *Toto* tamen sollemni errore obsidet quosdam recentiores Codices.

726 VANAS IN AURAS] MS. Bersm. & meus *varias*. de qua mutatione egimus ad L. III, 54. Drakenb. ad Silium X, 240. Recte se habet vulgatum: nisi malis *vacuas*. Consule Heins. ad Ovid. Metam. VII, 785.

Et vacuos exercet in aëra morsus.

vulgo *vanos*. alibi

- - - - vacuumque per aëre mittit.

Infra Lib. V, 94.

Aëre libratum vacuo.

Vanus, & *vacuus metus* confunduntur in Valer. Max. L. VIII. C. II. ext. 1.

727 GUTTURA] Ubi venena non habet serpens. SCHOL.

729 PEREUNTE] i. e. nihil nocituro. Eo autem perdito & ipsa moritur. IDEM.

733 DISCURRERE] Sunt, qui legant, *decurrere*; sed quia sequitur *late* & *ignotis*, nihil mutem. VERSELL. *Decurrere*. Sulpit. Ascens. Micyll. & Hortensius quoque legunt *discurrere* cum duobus Pulm. Bersm. & sex nostris MSS. Non male. Lib. I, 476.

Barbaricas saevi discurrere Caesaris alas.

& passim. Vetustiores tamen scripti retinent cum ceteris Edd. *decurrere*. quod huic loco convenientius videtur. Non enim ad vagandum aut popu-

lan-

Ut victor, [a] mersos [b] aciem dejecit in agros.
Tunc primum patuère doli, Numidaeque fugaces
[c] Undique completis clauserunt montibus agmen.
[d] Obstupuit dux ipse simul, perituraque turba.
Non [e] timidi petière fugam, non proelia fortes:
Quippe ubi non sonipes, motus clangore tubarum,
Saxa quatit pulsu, rigidos vexantia frenos
Ora terens, [f] spargitque jubas, & subrigit aures,
[g] Incertoque pedum [h] pugnat non stare tumultu.

Fessa ja-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *medios* & *ac. projecit.* b *acies* R. 1. c deest hic versus in R. rec. d *obstituit* P. 1. V. pr. sec. R. pr. W. e *tumidi* V. 1. f *sparsitque* B. 1. g *incertosque* Hort. m. h *certas* R. 1.

landum emiserat equites, sed ut hostes aggrederentur. Nisi velis *discurrere* eo trahere, quod Numidas oppressos somno, & dispersos adorti, magnum eorum numerum passim interfecerint, auctore Caesare L. II. B. Civ. 38. seq. versu pro *ipse* malim *ipsa*. Nam priora *ipse* quoque jusserat.

741 CONSPECTI] In veterrimo Vossiano primo, Regio primo, Marpurg. & uno Pulm. & Bersm. scribitur *conspexit*. Dubito, an non melius. Lenius certe, & concinnius ordo verborum procedit, si maximam distinctionem post *signa* tollas, & post *hostes* reponas. per se satis intelligitur *cessere* dictum de hostibus, qui nominativus hic subintelligeretur eodem modo, quo illa, de quibus egimus ad Lib. II, 218. & alibi.

742 FRAUDE SUA CESSERE] Saburae milites dicit, qui se fugere simulabant, ut insequentem Curionem illuc deducerent, ubi erat Jubae occultus exercitus. SCHOL.

745 MEDIOS ACIEM PROJECIT IN AGROS] *Mersos aciem dejecit in host.* Mic. quatuor. non male, h. e. depressos. BERSM. *Mersos* est etiam in duobus Pulm. & meorum vetustissimis, primo Vossiano, Regio utroque, Wittiano, uti & Vossiano quarto & Hulsin. *planos* Vossian. tert. deleta priori voce; unice veram arbitror *mersos* i. e. depressos, humiles. Ejus vocis glossa est *planos*. Quare eam eruditiorem certe, & reconditi magis sensus, quam ut ex cerebellis librariorum nata esse possit, recepi. *Mersum* dicitur omne id, quod depressum, sive demissum est. ut adstruendum erit latius ad L. VII, 163.

- - - - *oculos mersere tenebrae.*

745 PROJECIT IN AGROS] Magis probem, quod est in MSS. *dejecit*, ex colle scilicet in planitiem. GROT. *Dejecit* recepi cum Sulpitio, Ascens. Versell. Micyll. & Hortensio; quia sic jubent Pulm. Steph. Bersm. & nostri omnes praeter recentioris notae Codd. meum scilicet, Amstel. Voss. sextum & Marp. in quo *producit*. Aliter non temere damnarem, immo praeferrem *projecit*. cum ejusdem, sed rarioris sit usus quam *dejecit*. Frontin. L. I. c. I. §. 6. *Asseverabat se opportunitate collium usurum ad eludendos sagittarios. Omnia autem vereri, si se in patentes campos projecissent.* Ovid. Ep. II. Her. 135.

Ad sua me fluctus projectam litora portent.

Projecta Mevania pro depressa, humili, Silius L. VI, 646. *Regna projecta sub austro* noster L. VIII, 442. adde ad L. IX, 432. Praeterea hoc verbum incuriam quamdam, & negligentiam designat, quam in Curione reprehendit Lucanus. Vide Graevium ad Ciceron. Epist. ad Famil. XIV, 2. Virgil. Ecl. VII, 42.

Projecta vilior alga.

Supra 516.

Projeci vitam, comites.

ubi plura.

746 TUNC PRIMUM] Praecessit *ut*. Aliter sine haesitatione praeferrem, quod est in tribus vetustissimis Vossianis, Edd. Ven. & Omniboni *ut primum*, posita minori distinctione post *agmen*. solemnis est poëtarum locutio *ut primum*. praesertim nostri. Vide Lib. III. init. IV, 765. V, 15. VI, 69. IX, 174. X. init. Eadem in scriptis, & Edd. varietas L. V, 717.

Ut primum redeunte die &c.

746 NUMIDAEQUE FUGACES] i. e. fugam simulantes; dicendo *Numidas* bene autem intulit *fugaces*; quasi verbum de verbo. Nam *Numidas* instabiles interpretantur. SCHOL.

747 COMPLETIS] Nihil variant Codices à me visi; sed quidam à N. Heinsio consulti habent *repletis*. Syllabam vero *re* ancipitem esse in compo-

nitis

Fessa jacet cervix: fumant sudoribus artus:
Oraque projecta squalent arentia lingua:
Pectora rauca gemunt, quae creber anhelitus urguet,
Et defecta gravis longe trahit ilia pulsus;
Siccaque sanguineis durescit spuma lupatis.
Jamque gradum neque verberibus, stimulisque coacti,
Nec, quamvis crebris jussi calcaribus, addunt.
Vulneribus coguntur equi: nec profuit ulli
[a] Cornipedis [b] rupisse moras: neque [c] enim impetus illis

Incur-

VARIAE LECTIONES.

a *Cornipedes* V. pr. a m. pr. b *rapuisse moris* R. 1. c *enim* deest in B. 1. R. 1.

sitis saepius jam vidimus. passim ita Lucretius. Noster L. III, 630.

Ad summos repleta foros.

Quare recte hoc loco etiam sic legit Clar. Burmann., quem uti & Ill. Heinsium adi ad Ovidii L. VII. Metam. 628.

- - - - - *Inania moenia reple.*

750 QUIPPE UBI] Msc. *quippe ? ibi non fon.* Quod mirum. & alt. *Quippe ibi.* BERSM. *ibi* non male Pulm. unus Voss. pr. Hulst. & meus. V. ad L. V, 79.

752 ORA TERENS] Plerique libri, & Codices *tenens.* minus bene. BERSM. *Rigidos vexantia frenos ora terens.* Sic meliores MSS., & Edd. Omnibon. Micyll. Hortens. Haered. Gryph. & Matt. male *tenens*, Amstel. cum tribus Voss. & meo *terit.* *Ora vexantia frenos* autem exponunt Sulpitius, & Ascensius per hypallagen pro *terens frenos vexantes ora.* ut apud Ovidium Lib. I. Ar. Am. Init.

Frenaque magnanimi dente teruntur equi.

Stat. L. VIII. Theb. 393.

Sic frena terunt, sic proelia poscunt Hinnitu.

& alios. Verum ad hypallagen recurrere, non est necesse. Equi enim terunt ora mordendo, sive vexando frenos, & lupatum. Apposite ex emendatione summi Gronovii Claudian. Epigr. XX, 7.

Sanguineo virides morsu vexare smaragdos.

& Silius L. V, 147.

Stat sonipes, vexatque ferox humentia frena.

Statius in eadem re Lib. VI. Theb. 398. dixit *urere ferrum*; ubi videatur Lutatius. Idem L. V, 612. *Gramina vexare curru.* quae loca ad Claudianum partim laudavit Heins. *Terere ora* est atterere, ut *terere manus*, & alia membra dicimur. V. Cerd. ad Georg. Virgil. L. IV, 114. Broukh. ad Tibull. II, 4, 42. Joseph. Iscan. L. I, 312.

- - - *terit hic in frena jugales.*

Nec aliter totum hunc locum adducit Priscian. c. 1196.

752 SUBRIGIT] Ex Virgilio L. IV. Aen. 183.

- - - - *tot subrigit aures.*

Aure subrecta Seneca Herc. Fur. 790. ubi consule Gronov.

753 NON STARE] Sulpitius exponit *se prosternere.* Omnino male. Indicium est lassitudinis generosorum equorum, si quieti sunt, nec se crebro movent, & stare loco sciunt. Contra enim, quando inest equo alacritas, *stare loco nescit*, ut ait Virgilius, & Statius L. VI. Theb. 400. *stare adeo miserum est.* ubi plurima Lucani descriptioni similia vide. Adde Cerdam ad Virgil. L. III. Georg. 498. &c. Senec. Herc. Fur. 1145. Inf. L. VI. *que* ponitur rursus pro *& non.* ut passim apud Lucanum supra vidimus, & hic etiam Ascensius.

754 ARTUS] Revocavi hanc vocem, jubentibus hoc MSS., & Edd. omnibus. ante Grotium, qui ex uno Bersm. edidit *armi.* Imitatus est Statius L. VI. Theb. 470. de equis.

- - - *tepidis sudoribus artus Effoeti.*

755 ARENTIA] Msc. *horrentia.* male. *Arentia* dicit siti torrida. BERSM.

760 CALCARIBUS] Quasi non satis dixisset *verberibus, stimulisque*, quae jungit quoque Lib. V, 175. & Statius L. VI, 460. Addit etiam *calcaria:* quomodo solet noster bis idem, & omnia exaggerando, ne quid praetermittat, nimis multa dicere, non magna ejus laude. Quamvis excusari quoque Lucanus possit; si credamus, illum veliterata editione. ut putabat Grotius, quosdam versus emendasse, qui una cum ceteris dein in textum

 irrepse-

Incursusque fuit; tantum profertur [a] ad [b] hostes,
Et spatium jaculis oblato vulnere donat.
At, vagus Afer equos ut primum [c] emisit in agmen,
[d] Tunc campi tremuêre sono; terraque soluta,
Quantus Bistonio torquetur turbine pulvis,
Aëra nube sua texit, traxitque tenebras.
Ut vero in pedites fatum miserabile belli
Incubuit; nullo dubii discrimine Martis
Ancipites [e] steterunt casus, [f] sed tempora pugnae
Mors tenuit. [g] neque enim licuit [h] procurrere contra,
Et miscere manus. sic undique septa juventus
Comminus obliquis, & rectis eminus hastis

Obrui-

Variae Lectiones.

a *in* V. 1. b *hostem* V. 1. W. a m. pr. Marp. c *immisit* P. 1. B. 1. *misit* V. 2. H. d *tum* MSS. & Edd. qdd. e *steterant* & *stetere* MSS. & Edd. qudd. vitiose. f *et* B. 1. V. sec. g *nec* A. h *concurrere* VV. LL. Steph.

irrepserint, vel potius cum quosdam diversos ejusdem sententiae versus prae divite ingenii vena composuisse, & adscripsisse, ut dein accuratiore judicii lima eos perpoliret, & superfluos eraderet. quod per inmaturam mortem ipsi non licuit. Examinet attentus lector inprimis haec loca. Lib. IV, 299. &c. V, 434, 435. VI, 187, 208, 554. &c. IX, 632. &c. X, 123, 127. & alia. *Addere gradum*, ut hic, Livius quoque habet L. X, 20. XXVI, 9. Sed etiam sine substantivo *gradum*. Virgilius Lib. I. Georg. 512. & Silius L. XVI, 374. *Addere in spatio. In campum accipere habenas* supra L. II, 500.

761 Vulneribus] Vulnerant equos, ut dolore compulsi celerius ambularent, quia cogi calcaribus, & verberibus non possunt. SCHOL.

762 Neque enim impetus illis &c.] *Ullis* unus Bersm. item *ulli* cum Voss. tert. & Edd. Ven. Brix. Mediol. Scio, saepe auctores à singulari transire ad pluralem numerum, & contra: quod ipse, ni fallor, alibi monuisse debui. Hic tamen maxime mihi arridet lectio veterrimi Vossiani secundi *ille*. Motus ille, sive morarum interruptio, quam equi per vulnera fecerant, non fuit impetus, & incursus, sed tantum accessus propior ad hostes, quo facilius vulnerari possent.

763 Profertur] Bersm. unus. Vossiani quinque, Reg. pr. Witt. Hulst. Amstel. cum Edd. Ven. Brix. Med. *perfertur*. quod notaret accessum plenum ad hostes, ut cominus venerint. Hanc enim inesse vim praepositioni *per* diximus supra in V. *permittere*. Adde vs. 674. L. V, 673. Drakenb. ad Silium V, 326. Verum malim hoc loco cum Pulm. ceteris Bersm. Steph. & octo ex meis retinere *profertur*, sive promovetur. Si enim ad hostes plane perlati essent equi, abstulissent ictum jaculorum: quod contra Lucani mentem hic foret. Electio verioris lectionis in compositis cum praepositionibus *per*, & *pro* à solo dependet judicio. MSS. hic niti vix possumus; cum semper in illis confundantur.

764 Spatium donat] Dum occurrit hosti, & de proximo vulneratur. Donat ita jaculis spatium i. ne ad se longius dirigatur. SCHOL. i. e. facit, ut jaculis non opus sit longe eminus currere, cum prope cominus possit vulnerari eques. *ratibus donare flexus Maleae* VI, 58. Adde not. ad Sil. I, 487.

770 Nullo dubii &c.] Non utrique parti fuit casus Martis in dubio; sed, soli isti pedites interempti sunt. i. milites Curionis. Sive una pars occidebat tantum, altera occidebatur. SCHOL. male MSS. quidd. *duri*. V. Cel. Burm. ad Valer. Flacc. VI, 545. & nos ad L. V, 723.

771 Tempora pugnae Mors tenuit] i. e. non pugnant, sed occiduntur. Sive quando pugnare deberent, spatia pugnae mors virorum occupavit. SCHOL.

775 Soluta] i. in pulverem redacta, sc. incursu equorum. *Bistonio* i. Thracio, quia Aquilo de Thracia flat. IDEM.

775 Non sanguine solum, Telorum nimbo &c.] Sic distinguendus est hic locus. Vulgo *nec sanguine, solum telorum n.* Quod ortum est ex Edd. Micylli, & Pulmanni. Non enim vult Lucanus, juventutem tantum fuisse perituram telorum nimbo

Obruitur, [a] non vulneribus, nec sanguine solum,
Telorum nimbo peritura, & pondere ferri.
Ergo acies tantae parvum [b] spissantur in orbem:
[c] Ac, si quis [d] metuens medium [e] conrepsit in [f] agmen,
Vix inpune suos inter convertitur enses;
[g] Densaturque [h] globus, quantum pede prima relato
[i] Constrinxit gyros acies, non arma movendi
Jam locus est pressis; stipataque membra teruntur.
Frangitur armatum conliso pectore pectus.
Non tam laeta tulit victor spectacula Maurus,
Quam Fortuna [k] dabat: fluvios non ille cruoris,
Membrorumque videt [l] lapsum, & ferientia terram
Corpora:

VARIAE LECTIONES.

a *nec* W. V. 1. A. b *densantur* A. c *at* M. V. 1. B. 1. d *medium met.* V. 1. e *correxit* V. 1. f *agrum* R. 1. g *densanturque* V. tert. R. 1. h *globos* R. 1. i *constrixit* B. 1. *construxit* V. 2. *constringit.* Ed. Ascens. k *dedit* VV. LL. Steph. l *lapsus* V. 1. *lapsus, fer.* B. 2. P. 2. W. H. R. 1. Edd. Asc. Mic. & deest in A.

nimbo, & ferri pondere, non vero vulneribus sanguinolentis. Quod absurdum foret. Verum ait, eos non solum acceptis per hastas, gladiosque vulneribus, ex quibus sanguis profluit, perituros; sed etiam telorum nimbo, & pondere, quae velut nubes in confertos jaciebantur, & desuper cadentia irrita non esse poterant. Quam hujus loci explicationem res ipsa flagitat. Aldus, Colin. & Steph. ediderunt,

- - - - - nec sanguine solum
Telorum nimbo peritura, at pondere ferri.

Sed male, & contra MSS. codices, in quibus omnibus habetur &, vel *ac.* uti & apud Servium ad Virgil. Aen. IX, 808.

- - - - - injectis sic undique telis
Obruitur.

Disjunctiva particula *sed* subintelligenda est ante *telorum nimbo*, quam ellipsin in Lucano frequentem esse, vidimus ad L. II, 86. V, 175. Similis autem est locus Statii L. VIII. Theb. 414.

Hi pereunt missis, illi redeuntibus hastis &c.
Nec locus ad terram telis; in corpora ferrum
Omne cadit.

776 PERITURA] Legitur & *pereunt*, ipsi Juvenes accipimus; si *peritura* i. juventus. Non vulnerantur plurimi, sed obruuntur pondere tot hastarum. SCHOL.

778 SI QUIS METUENS] i. e. si quis timidus protraheret se in medium agmen, non poterat se sine damno convertere inter enses sociorum. Tantum enim constringebantur, quantum hi, qui extremi erant, se recolligebant & retrocedebant. SCHOL.

780 DENSATURQUE GLOBUS] Citat Servius *densetur que.* Et ait similiter scriptum Virgilio: *Extremi addensent aciem*, secunda conjugatione, quod apertum ex Lucretio:

- - - - - quod se condenseat aër.

Quod autem idem Servius in fine hujus versus *relicto* habet pro *relato*, aut memoriae ipsius, aut exscribentis est culpa. GROT. Ed. tert. Ubi Servius a Grotio (siquidem haec Grotii sunt, quae ejus nomine vulgo circumferuntur) laudatus citet *densetur* reperire non potui. Ter ab illo hujus terminationis in Virgilio mentionem factam, video. ut L. VII. Aen. 794. X, 432. XI, 650. secundo loco, qui hic innuitur, tantum haec verba citat. *Quantum p. p. relato* (quaedam Edd. ejus *relecto* non *relicto.* quod esset dictum; ut *relegere filum* &c. sed *referre pedem* proprium in hac re, & retinent omnes MSS.) *constringit gyros acies.* Immo contra Priscianus, ut ostendat, *densari* aeque dici, ac *denseri*, hunc locum adducit Col. 838. Servant id quoque libri omnes. Alias de hac terminatione, vide, quos laudavimus ad vs. 76. ubi quidam Codices *densentur.* Sed ut Lucanus praetulit secundam & *stridere* conjugationem, non tertiam, monentibus Grammaticis (confer. notata ad Lib. VI, 179.) ita fecisse etiam potuit in *densare. Adstrinxit*, non *constrinxit*, ibidem Priscianus, quod praeferrem; vel *adstringit*, si juvarent MSS. Sic *ad-*

Corpora: compressum turba stetit omne cadaver.
Excitet invisas dirae Carthaginis umbras
Inferiis Fortuna novis: ferat ista cruentus
Hannibal, & Poeni tam dira piacula manes.
Romanam, Superi, Libyca tellure ruinam
Pompejo prodesse, nefas, votisque Senatus.
Africa nos potius vincat sibi. Curio fusas
Ut vidit campis acies, & cernere [a] tantas
Permisit [b] clades [c] compressus sanguine pulvis,
Non tulit adflictis animam producere rebus,
Aut sperare fugam, [d] ceciditque in strage suorum
Inpiger ad letum, [e] & fortis virtute coacta.
Quid nunc rostra tibi prosunt turbata, forumque,
Unde Tribunitia plebejus signifer arce
Arma [f] dabas populis? quid [g] prodita jura Senatus,

Et ge-

VARIAE LECTIONES.

a *tectas* R. 1. b *strages* V. pr. pro var. lect. c *oppressus* Marp. d *cecidit* M. e *&* deest in H. f *dabat* B. 1. *dabis* Edd. Omnib. g *perdita* R. 1.

stringere vincula Ovid. Metam. XI, 75. quod non mutandum. *adstringere soccum* Horat. L. II. Epist. 1, 174. & alibi.

782 TERUNTUR] Mscr. duo *tenentur*: minus bene. atteruntur, colliduntur. BERSM. *Tenentur* etiam Voss. pr. & Reg. pr. *terentur* Witt. male.

784 NON TAM] i. e. non tantum spectabat, vel sentiebat Maurus, quantum Romani patiebantur. Nam omnes patiebantur; nec tamen hoc spectantibus Mauris. SCHOL.

788 EXCITET] Hoc cum indignatione dictum est. *Novis*, quod tot pariter occiderit. *Manes* à Scipione peremti. IDEM.

791 ROMANAM RUINAM] Haec, quae passi sunt Romani, melius pro Hannibale fierent, qui fuit hostis, quam Pompejo, qui & ipse Romanus est. *Sibi*, bene sibi; nam modo Pompejanis dicit. IDEM. *Romanam superi Libyca tellure r.* Clausula caedis constat exclamatione in Deos, qui hac clade visi fuerunt rem gratam Pompejo, & senatui facere, cum satius fuisset, id eos ruina Afrorum factitasse, quam cum internecione florentissimi exercitus Romani, idque in Africa. Vel ut *Glareanus* exponit, quod poëta velit, tum Pompejum, tum senatum tam pium, ac magnanimum videri, ut malit, Afros vincere Romanos sibi, quam Pompejo, ac senatui. HORTENS. Dicit auctor clare, nefas esse, & rem, quae Romanos pudore suffundat; Romanos tam multos in ipsa Africa periisse in utilitatem Pompeji, & Senatus: cum potius debuissent perire Afri, vel certe vicisse non Romanis ipsis, sed sibi.

795 COMPRESSUS] Quem commotum ab exercitu suorum sanguis exstinxerat. SCHOL.

796 ANIMAM] Vitam: alii *animum*, minus recte. pro *sperare*, Mscr. *superare*. male. BERSM. *Animum* typothetae culpa inrepsit in Edit. Haer. Gryph. & dein Pulm. quem errorem nugax Maittaire coecis oculis rursus admisit.

798 COACTA] Desperatione collecta. SCHOLIAST.

800 UNDE TRIBUNITIA PLEBEJUS SIGNIFER ARCE] Alii *arte*. BERSM. Bersmannum secutus est Grotius: cum vulgo legebatur *arte*; quomodo etiam in meorum MSS. duobus recentioribus, & Voss. tert. a m. sec. Artes tribunitiae ubique sunt decantatae, easque in primis exercuit Curio, ut ex Historia notum, & nostro L. I, 275. IV, 690. Sed verissimum tamen hoc loco est *arce*, quod habent longe plurimi libri, & variae lectiones Stephani cum Edd. Veneta, & Omniboni, qui exponit per *Tribunitiam potestatem*. Non ad amussim. *Arcem Tribunitiam* per appositionem auctor nominavit ipsa rostra, & forum, ut bene observat Scholiastes, unde quasi ex arce tyrannica arma dabat, & incitabat populum. quo sensu passim haec vox

ve-

Et gener, atque socer bello [a] concurrere [b] jussi?
[c] Ante [d] jaces, quam dira duces Pharsalia confert,
Spectandumque tibi bellum civile negatum est.
Has Urbi miserae [e] vestro de sanguine poenas
Ferre datis: luitis jugulo sic arma potentes.
Felix Roma quidem, [f] civesque habitura beatos,
Si libertatis Superis tam cura placeret,
Quam vindicta placet! Libycas, en! nobile corpus
Pascit aves, nullo [g] contectus Curio busto.
At tibi nos ([h] quando non proderit ista [i] silere
A quibus omne aevi senium sua fama repellit,)
Digna damus, juvenis, meritae praeconia vitae.
[k] Haud alium tanta civem tulit indole Roma,
Aut cui plus leges deberent recta sequenti.
Perdita tunc Urbi nocuerunt [l] secula, postquam

Ambi-

VARIAE LECTIONES.

a *consurgere* A. b *visi* O. 1. c deest hic versus in A. d *acies* W. e *nostro* V. 1. f *cives* V. 1. & *sivces* B. 1. g *contentus* V. 4. W. M. Edd. Omnib. h *quamquam* H. i *sileri* W. k *non* V. 1. M. l *foedera* VV. LL. Steph.

venit. De variis vũs *arcis* significationibus consulat, cui lubet, Barthium ad Claudian. Consul. Manl. vs. 6. Livius Lib. III, 45. *Tribunitium auxilium, & provocationem* vocat *duas arces libertatis tuendae* c. 57. *Tribunal castellum omnium scelerum. Arx*, & *ars* frequentissime confunduntur. V. ad Sil. XIII, 770.

803 CONFERT] i. committit, atque collidit. nam bene exposuit *Spectandum t. b. c. neg.* SCHOLIAST.

805 POENAS] Licet misera sit urbs Roma, tamen has poenas capit de vobis. IDEM.

806 FERRE DATIS] In Vossiano primo, & quarto à manu prima scribitur *nempe*. Non male quidem; sed tamen haud admittendum. Videtur librarius *ferre* mutasse; quia credidit sumi tantum pro poenas luere, dare, quod aliquomodo possis conjicere ex glossa Voss. secundi *ut illa vobis cadentibus puniatur*. *Ferre poenas* hic non est puniri, sed sumere, accipere poenas. ut L. IX, 104.

- - - *poenas animae vivacis ab ipsa*
Ante feram.

Dare cum infinitivo millies jungi, quis nescit?

806 POTENTES] Mscr. duo *petentes*. male. Est enim ἀποστροφὴ ad proceres urbis. BERSM. *Petentes* ex meis perperam habent quoque Vossiani duo, Wittian. & Reg. unus. sed jam in tribus prioribus correctum.

808 CURA] Hoc est. Si sic libertatem integram tuerentur, uti vindicant laesam. SCHOLIAST.

809 QUAM VINDICTA PLACET] Tacitus: *Nec unquam atrocioribus Populi Romani cladibus, magisve justis judiciis approbatum est, non esse curae Deis securitatem nostram, esse ultionem.* Vide & Ciceronem III, de natura Deorum, ubi de Cinna sermo. GROT. Tacitus I. Histor. c. 3. inibi Lipsius; quem nimis indigne habuit Trajanus Boccalin. Cent. I. Raggual. 23. p. 80. seqq. BROUKHUS.

811 PRODERIT] Sc. poëtae silere, quos numquam obscurat antiquitas, in ore omnium, & memoria constitutos. Est & alter sensus. sc. quum ista silere non proderit, à quibus omne aevi senium repellitur (*reparatur* Voss. pr.) nec si taceamus, obscura sunt. (MSS. *sis* vel *sit* sine *nec*) Non enim ista, quae passus es, ulla aetate poterunt obscurari. sunt enim famosa. SCHOL.

814 HAUD] Epitaphium Curionis. IDEM.

816 URBI] Id rectius, quam *Orbi* ob ea, quae praecedunt. GROT. Videtur Grotius in quadam Ed. invenisse *orbi*. In qua vero id fuerit, nescio; cum omnes, quas ego viderim, cum MSS. *urbi* exhibent.

Ambitus, & luxus, & opum metuenda facultas
Transverso mentem dubiam torrente tulerunt.
Momentumque fuit, mutatus Curio, rerum,
Gallorum [a] captus spoliis, & Caesaris auro.
Jus licet in jugulos [b] nostri sibi [c] fecerit ensis
Sulla potens, Mariusque ferox, & Cinna cruentus,
Caesareaeque domus series; cui tanta potestas
Concessa est: emêre omnes, hic vendidit Urbem.

VARIAE LECTIONES.

a *spoliis c.* V. 1. b *nostros ense* vulgo. c *fecerat* R. 1.

818 TRANSVERSO TORRENTE] Metaphora est. i. e. veluti torrente verso, sive transversum currente, & non recto cursu. SCHOL.

819 MOMENTUM] Cum ipso cuncta mutata sunt. Sic è contrario Cicero. *Cum sis post vitam sine momento futurus* i. nullius momenti. IDEM. Vide omnino Ciceronis ad hunc Curionem Epistolam Lib. II. ad Fam. Ep. 7.

820 GALLORUM] Decies (forte DC. Vide Hortens. & Viros Doctos ad Vellej. L. II. c. 48.) enim Sestertium ei dederat Caesar, ut ad se transiret, quod ipse acquisierat victor in Gallia. SCHOL.

821 JUS LICET IN JUGULOS NOSTROS SIBI FECERIT ENSE] Non improbanda haec lectio: At MS. P.

Jus licet in jugulos nostro sibi fecerit ense
Sylla potens.

Quasi dicat, Romanos Romanis armis subactos, sicut alius dixit, provincias provinciarum sanguine vinci. GROT. Placeret lectio à Grotio producta *nostro ense.* non dissimile illud L. X, 352.

Et dederat ferrum, nullo sibi jure retento,
In cunctos, in seque simul.

Nisi veriorem, sed ejusdem sensus, suppeditarent nobis optimi libri. nam in tribus veterrimis Vossianis à m. pr. Wittiano, Oxon. primo, & Regio primo est *ensis. Jugulis nostris* Voss. prim. Immo *nostri* aperte Regius prim. & Berlin. unus. *Sulla potens ensis nostri* elegantissime mehercule. quare restitui. Sic *pelagi terraeque potens* L. I, 83. V, 50. VIII, 554. *Regum potens.* ubi vide plura.

823 DOMUS SERIES] Vitiose in variis Stephani lectionibus *acies* exhibetur. *Series* continuam notat familiam, ut bene interpretes. Consule Ill. Heinsium ad Claudiani Lib. I. in Eutrop. 456.

- - - - *gens Claudia surgat,*
Et Curii series.

824 CONCESSA EST] Recte delevit interrogationis signum in sua *editione* Grotius, quod Aldus, & omnes post eum editiones, Ascensianas si excipis, expresserunt. Adulatur, sive vere sive ficte, Neroni; ut Lib. I. init.

Multum Roma tamen debet civilibus armis,
Quod tibi res acta est.

824 EMERE &c.] Quia & alii dona dando emerunt urbem, ut in ea dominarentur. Curio solus omnium vendidit Caesari, ut in ea dominaretur. De quo Virgilium volunt dixisse,

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Imposuit.

SCHOL. Est L. VI. Aen. 621. ubi Vid. Serv. & Senec. de Const. Sapient. c. 2.


M. AN-

M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE.

LIBER QUINTUS.

In [a] primo Quinto [b] Pompejo Roma [c] regenda
Est data. multa timens [d] pro se responsa recepit
[e] Appius. exponit pars proxima seditionem
[f] Sedatam [g] poena. mare [h] transiit urbe relicta
Caesar, qui questus, quod non Antonius ultra
Iverat, expertus fuit [i] ipse pericula [k] ponti.
Ultima, [l] quod posita mansit Cornelia Lesbo.



Ic alterna duces bellorum vulnera passos
In Macetûm [a] terras, miscens [b] adversa secundis,
[c] Servavit Fortuna pares. Jam sparserat Haemo
Bruma nives, gelidoque cadens Atlantis Olympo;
Instabatque dies, qui dat nova nomina fastis,
Quique colit primus ducentem tempora Janum.
Dum [d] tamen emeriti remanet pars ultima juris,
Consul uterque vagos [e] belli per [f] munia [g] Patres

Elicit

VARIAE LECTIONES.

a *campos* Marp. *terris* Edd. Mic. Hort. b *aversa* A. c *servabit* Hort. m. d *tantum* A. e *per belli* Edd. primae. f *numina* B. 1. *mutua* M. g *vagas partes* Rottendort. Cod. male.

a PRIMA] MS. Barth.
b POMPEJUM] MS. Barth.
c REGENDI] MS. Amst.
d PER] Barth. & Amst.
e APPIUM] B.
f SEDDATA] Meus.
g POENAM] B. & A.
h Deest in B.
i IPSA] Meus
k MARTIS] B.
l QUE EXPOSITA] Meus.

1 ALTERNA] Vicerat enim supra Caesar Massilienses; nunc Pompejanus Juba superavit Curionem. SCHOL.

2 MACETUM] Ut rescripsi pro vulgato *Macedûm*, habent Vossiani quatuor, & Regius prim. Vide ad Lib. 11, 647.

4 ATLANTIS] Mense Novembri, atque Decembri dicit, quando Vergiliae occidunt. Declinavit ergo, haec *Atlantis*, casu nominativi numeri singularis. Est patronymicum femininum. SCHOL. Cave illud *Atlantis* secundo casu accipias. Significat enim ex occasu Vergiliarum mensem Decembrem. GROT. Ed. sec. Ex Grotii verbis crederes, aliquem interpretum vocem hanc sumere in gignendi casu: Omnes tamen commentatores recte viderunt esse nominativum Patronymicum, & singularem pro plurali. Ut noster solet *Pleiadas* singulari numero describere. Lib. 11, 722.

Et jam Pleias habet.

VIII,

Elicit Epirum. peregrina ac sordida sedes
Romanos cepit proceres: secretaque rerum
Hospes in externis audivit curia tectis.
Nam quis castra vocet tot strictas jure secures,
Tot fasces? docuit [a] populos venerabilis ordo
Non Magni partes, sed Magnum in partibus esse.
Ut primum moestum tenuêre silentia coetum,
Lentulus [b] è celsa sublimis sede profatur.
Indole si dignum Latia, si sanguine prisco
Robur inest animis, non, qua tellure coacti,
[c] Quamque procul [d] tectis captae sedeamus ab urbis,
Cernite: sed [e] vestrae faciem cognoscite turbae;
Cunctaque jussuri primum hoc [f] decernite Patres,

Quod

VARIAE LECTIONES.

a *populum* Edd. Ven. Br. Med. perperam. *populos doc.* Voss. sec. b vulgo *excelsa.* c *quodque* V. 1. W. pro var. lect. *quaque* meus. d *castris* VV. LL. Steph. e *nostrae* V. 1. M. f *discernite* W.

VIII, 852.

Ibis & imbrifera siccas sub Pleiade Thebas,

aliique, & nostrum imitatus Claudianus,

\- - - - *madidaque cadente*
Pleiade.

Passim ita Graeci.

5 DIES] Kalendas Januarias dicit, cum Consules novi procreantur. SCHOL.

7 EMERITI JURIS] i. e. expletae potestatis. Mensis enim Novembris agebatur, in quo apud Consules jam pars est ultima dignitatis. IDEM.

8 UTERQUE] Lentulus, & Marcellus. (*Gellius* MSS.) IDEM.

8 VAGOS] i. e. dispersos per provincias ad exercitum colligendum, hoc est *per belli munia* i. officia. IDEM.

11 EXTREMIS] *Externis* C. P. O. G. & Canter. Nov. Lect. Lib. III. cap. 2. PULM. Alii *extremis.* minus apte. BERSM Omniboni, Sulpitii, Aldi, Colin. Steph. Gryph. aliaeque editiones habent *extremis:* quomodo locus hic citatur à Servio ad Virgilium L. XII. Aen. 519. Sed recte primarum editionum, & omnium, qui à me visi sunt, praeter Wittianum, multorumque aliorum Codicum scripturam revocarunt, atque exhibuerunt viri docti. Nec aliter Priscianus c. 749, 765. & ipse Servius ad L. III. Aen. 539. ubi agit de voce *hospes.*

12 CASTRA] Non Curiam. SCHOL.

14 NON MAGNI PARTES &c.] *i. e.* non Senatum in partibus esse Pompeji, sed Pompejum in partibus esse Senatus; quippe plus vult, Curiam esse, quam Magnum. SCHOL. Sunt, qui legant *patres*, & *patribus.* ASCENS. De V. *partibus* latius infra agendum. Hinc autem patet, uti monuit N. Heinsius, nihil esse mutandum in Vellejo Lib. II. c. 49. *Coss. Senatusque caussae, non Pompejo, summam imperii detulerunt.* Invidiosius dixit Florus L. IV, 2, 15. *De successione Caesaris Senatus, id est, Pompejus, agitabat.*

16 EXCELSA] Msc. duo. *excelsa.* alii *e celsa.* distinctis voculis, sicut & codex unus Msc. BERSM. *E celsa.* Restitui veterum editionum lectionem, quam primus mutavit Sulpitius, quem Ascens. Micyll. Hortens. Bersm. & Grotius sunt secuti. *e celsa* praeter codices aliorum ex meis habent optimi Vossiani quatuor, Regius prim. Wittian. & alii. Usum praepositionis è hoc sensu Viri Docti saepe ostenderunt. Vide, ut ceteros taceam, Richteri parerg. Crit. 44. & Zwartz. ad Tursellin. de particul. p. 369. Claudian. L. III. R. Prof. 18.

Ex alto genitor sic orsus Olympo.

plura dicenda erunt ad vs. 640. *Fluctibus e mediis.*

23 HYPERBOREAE] Septemtrionalem plagam dicit, & Australem. SCHOL.

24 CLAUSUSQUE VAPORIBUS AXIS] Ascensius haec exponit per *non recipiens vapores humidos.* Hortensius *clausum axem* putat dici, quia inter duos Tropicos concludatur. Uterque male. & reliqui interpretes hic tacent. Lucanus vero per *axem vaporibus clausum* intelligit plagam nimiis aestibus inhabitabilem, & inaccessam: quomodo scripto-

res

Quod regnis, populisque liquet, [a] nos esse Senatum.
Nam, vel Hyperboreae plaustrum glaciale sub Ursae,
Vel plaga [b] qua torrens, claususque vaporibus axis,
[c] Nec patitur noctes, nec iniquos crescere soles,
Si fortuna ferat, rerum [d] nos summa sequetur,
Inperiumque comes. Tarpeja sede perusta
Gallorum facibus, [e] Vejosque habitante Camillo,
Illîc Roma fuit. non umquam perdidit ordo
Mutato sua jura [f] solo. moerentia tecta
Caesar habet, vacuasque [g] domos, legesque silentes,
Clausaque justitio tristi fora. curia solos
[h] Illa videt Patres, plena quos urbe fugavit.
Ordine de tanto quisquis non exsulat, hîc est.

Igna-

VARIAE LECTIONES.

a *vos* V. pr. b *quae* W. c *non* H. d *vos* V. 1. e *Vejos h.* B. 1. f *loco* Marp. Edd. Sulp. Asc. Vers. Mic. Hort. g *domus* V. tert. h *ista* R. 1. V. 1. *jam* V. 1.

res passim, *mare tempestate, vel hyeme clausum*, dicunt, & contra *apertum*. Vide notas ad Flor. L. III, 6, 1. Ipse noster vs. 407.

- - - *clausas ventis brumalibus undas.*

Alpes hieme clausas scribit Livius L. XXVII. c. 36. Silius Ital. L. I, 546. *Aperire Alpes* Liv. ibid. c. 39. supra L. I, 405.

- - - - - *apertum gentibus orbem.*

Virgilius L. I. Aen. 234.

- - - - - *quibus tot funera passis*
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Similia vide ad Valer. Flacc. L. VII, 230. *Vapores* vero pro aestibus sumi, ostendemus ad L. IX, 588. *tolerare vapores.*

25 CRESCERE] Quia ibi numquam nox longior est die, nec dies nocte, sed semper est aequinoctium. SCHOL.

26 RERUM SUMMA] In MSS. nonnullis est *fama*. Eleganter, quod ad phrasin. Consule Cel. Burmann. ad Ovidium. L. IX. Metam. 14.

Ille Jovem socerum dare se, famamque laborum.

Verum hoc loco Lucanus simpliciter agit de jure Senatus, & dicit, eum, quocumque loco cogatur, summam habiturum potestatem, & *imperium*; quam vocem suo more, ut aliquoties jam monuimus, pro explicatione prioris *summae* addit. Sic *summa* pro imperio Ovid. Epist. Her. VII, 12.

Nec sceptro tradita summa tuo.

ubi vide, & ad Vellej. L. II, 76. *Parum habebat, summam accepisse. summa imperii, reip.* passim. Ut hic *summa rerum*, Terent. Phorm. II, 2, 3. *Ad te summa rerum redit.* Vellej. L. II, 68. *De rerum summa dimicare*, & saepe similia. vide Indicem nostri.

27 COMES] Hic, & haec *comes* facit. Adjungitur etiam plerumque neutro generi. Unde hoc dicit. *Imperiumque comes.* SCHOL.

28 VEJOSQUE HABITANTE CAMILLO] Illic enim Camillus exsulavit, qui signa Romana a Gallis reduxit. IDEM. Non exsulavit Vejis Camillus, sed Ardeae, ut recte Hortensius monet, sed eo evocatus est à Romanis, & dictator creatus. Nisi ergo haec verba capias post evocationem, erravit auctor. Certe ejus verbis deceptus esse Florus videtur, qui Camillum Vejis consenuisse ait Lib. I. c. 21. ubi omnino vide Salmasium, & Dukerum.

31 SILENTES] Quia illi, qui sunt Romae, non audent leges recitare. SCHOL.

33 CURIA SOLOS] Sensus hic est. Curia nos solos videt, & meminit Senatores, licet alios sibi fecerit Caesar. IDEM. Non bene haec cepit Scholiastes. Ait Lucanus. In Curia, sive Senatu illo, quem Romae coëgit Caesar, solos esse eos, quos fugavit antea Curia, sive Senatus ex urbe, & in exsilium ob crimina ipsorum ejecit, quosque revocavit Caesar, ceteros vero, qui non in exsilium pulsi erant, illic in Epyro convenisse. Male *fugavit* plerique interpretes de Caesare intelligunt.

34 EXSULAT] Exsilium in urbe Roma esse dicit, unde fugati sunt Senatores. SCHOL.

Ignaros scelerum, longaque in pace quietos
Bellorum primus sparsit furor: omnia rursus
Membra loco redeunt. en totis viribus orbis
Hesperiam pensant Superi: jacet hostis in undis
Obrutus Illyricis: [a] Libyae squalentibus arvis
Curio Caesarei cecidit pars magna Senatus.
Tollite [b] signa duces, fatorum inpellite cursum:
Spem vestram praestare [c] Deis: fortunaque tantos
Det [d] nobis animos, quantos fugientibus [e] hostem
Caussa dabat. nostrum exhausto jus [f] clauditur anno.

Vos,

VARIAE LECTIONES.

a *Libyes* P. 6. B. 4. V. 3. A. meus, & Edd. plurimae. *Libye* R. pr. b *magna* B. 1. c *Diis* P. 2. B. 2. V. sec. R. 1. W. M. d vulgo *vobis*. e *hostes* Ox. pr. f *redditur* Marp.

38 HESPERIAM] Ut nos totum orbem possideamus pro eo, quod amisimus Italiam, sic Dii metiuntur. *Hostis* i. e. Vultejus de Caesaris parte. SCHOL.

39 SQUALENTIBUS ARVIS] Alii legunt *squalentis in arvis*; ut sit *in arvis Libyae squalentis*. ASCENS. *Squalentis in* ediderunt Micyllus, & Hortensius. sed contra Mstos omnes. Lib. 1, 205.

- - - - sic cum squalentibus arvis
Aestiferae Libyes viso leo comminus hoste.

Hoc verbo utitur etiam Virgilius Lib. 1. Georg. 507.

- - - - squalent abductis arva colonis.

ubi vide Cerdam. Rutilius Itiner. L. 1, 363.

At contra ferro squalentia rura coluntur.

Squalentes campos saepe habet Silius. Vide Drakenborch. ad L. XII, 373. *Squalentia jugera Dirces* Stat. L. 1. Theb. 152.

42 SPEM] Id est. quia Dii nobis praestitere victoriam, ipsis debetis, ut speretis cuncta meliora. SCHOL.

43 DAT NOBIS ANIMOS] *Nobis*, ut reposui, habent hic plerique, & optimi MSS. cum omnibus vetustis Edd. non *vobis*. quamquam parvi interest. Variat enim saepius in hac oratione per primam, & secundam personam auctor.

44 CAUSSA] Tunc enim, cum fugeremus; spem evadendi habuimus, quod nos justiores partes secuti esse videbamur. Nunc ideo speremus, quia & superiores (*ultores* Voss. pr. *ulteriores* Voss. sec.) sumus. SCHOL.

44 EXHAUSTO] i. e. consumto per labores, & molestias. Nam Lucanus videtur hoc loco consularem annum tamquam onus, & laborem considerare, respectu Cos. Lentuli. Sic *exhaurire pericula*, & *labores*, apud Ovidium, aliosque occurrit. Dubito tamen, an ita simpliciter *exhaustus annus* pro finito, peracto, ad finem perducto, poni possit. quare monendum est, in duobus Pulm. tribus Bersm. Wittiano, Regio pr. & Vossiano *exacto* legi. Passim autem tempus elapsum vocari *exactum*, vidimus ad L. II, 577.

Exactum quam Cynthia conderet orbem.

Ubi itidem in nonnullis invenitur *exhaustum*.

44 CLAUDITUR] Finiunt enim, quem nunc habent, consulatum. SCHOL.

50 SPARSUS HONOR] i. e. divisus à senatu; collaudati sunt omnes, qui pro Magni parte faciebant. IDEM. *Honor* rescripsi pro *bonos* ob nimiam repetitionem sibilae litterae *s*, ex Pulm. uno, & quinque Vossianis Codd. cum Edd. Ascens. Micylli, Hortens. aliorumque.

51 RHODOS PELAGI POTENS] Rhodii enim plurimum navali robore (*proelio* Witt.) valuerunt, ideoque appellati sunt Romanorum navales (deest haec vox in Voss. pr. & Witt.) socii. *Phoebeia* quia ibi maxime Sol colebatur. *Exornata*. His enim missa sunt munera à Romanis. SCHOL. *Phoebeiam* vocat *Rhodum* poëta, non solum quia templum, & colossus Solis Rhodi fuerit, ut hic Interpretes sentiunt, sed etiam quod tota insula haec Solis quasi propria, ac sorte quadam eidem deo ab initio tradita fuerit. Ita enim scribit Pindarus Ode 7. Olympicorum:

Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
Ῥήσιες. οὔπω, ὅτε
Χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι.
Φανερὰν ἐν πελάγει

Ῥόδον

Vos, quorum finem non est sensura potestas,
Consulite in medium, Patres, Magnumque jubete
Esse ducem. Laeto nomen clamore Senatus
Excipit, & Magno fatum patriaeque, suumque,
Inposuit. Tunc in reges, populosque merentes
Sparsus [a] honor, [b] pelagique potens Phoebeïa donis
Exornata Rhodos, gelidique inculta juventus
Taygeti: fama veteres laudantur Athenae:
[c] Massiliaeque suae donatur libera Phocis.
[d] Tunc Sadalen, fortemque Cotyn, fidumque per arma

Dejo-

VARIAE LECTIONES.

a *honos* vulgo. b *pelagoque* Sulp. Ascens. c *Massaliaeque* B. 1. d *tum* Edd. qq.

Ῥόδον ἔμμεν ποντίαν.
Ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι
Νᾶσον κεκρύφθαι.
Ἀπεόντος δ' οὔτις ἔν-
Δειξεν λάχος ἀελίου,
Καί ῥά μιν χώρας ἀκλάρω-
Τον λιπόν' ἁγνὸν θεόν.
Μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἄμπαλιν μέλ-
Λεν θέμεν. ἀλλὰ μὲν οὐκ
Εἴασεν. ἐπεὶ πολιᾶς
Εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾶν ἔνδον θαλάσσας
Αὐξομέναν πεδόθεν
Πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώ-
Ποισι, καὶ εὔφρονα μήλοις.

Et mox addit:

- - ἔχει τέ μιν ὀ-
ξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ,
Πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.
Ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς
Τέκεν ἑπτὰ, σοφώ-
Τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων
Ἀνδρῶν παραδεξαμένους
Παῖδας. ὧν εἷς μετὰ Κάμιρον,
Πρεσβύτατόν τε Ἰά-
Λυσον ἔτεκε, Λινδόν τε.

Fuit autem *Rhodos* haec, à qua & insulae nomen factum, ut quidem Herophilus tradit, Neptuni, & Veneris filia. Id quod & ipse Pindarus approbare videtur, cum ait:

- - - - Τὰν ποντίαν
Ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας
Ἀελίοιό τε νύμφαν
Ῥόδον εὐθυμάχαν &c.

Epimenides autem contra Oceani filiam facit. Asclepiades, & alii plerique Neptuni, & Amphitrites. Unde etiam sunt, qui eodem hoc loco citato, pro Ἀφροδίτας, Ἀμφιτρίτας legant. Sed haec à re praesenti alieniora fortassis. MICYLL. Ex hoc loco luce meridiana clarius patet, per *Phoebea navalia*, quorum meminit auctor Libro III, 182. *Rhodon* intelligi, ut illic monuimus.

51 INCULTA] i. tristis. Lacones enim rigidi sunt. SCHOL.

52 FAMA VETERES] Rottendorfii Codex *famae veteris*. *Athenae famae veteris* dictum esset, ut L. VII, 541. *Extremi orbis Hiberi*. ubi vide. Lib. VIII, 223. *aeterni Martis Alani*. 158. *Cornelia stantis adhuc fati*. & similia apud nostrum, & alios. Clar. vero Drakenborch. malebat *famae veteres*. de qua constructione adi eum ad Silii Lib. XI, 26. *veteresque doloris*. Nihil mutant nostri Codd.

53 LIBERA PHOCIS] Secundum Atthidem Megaris est. deinde Locris, mox Phocis, inde Boeotis contra Euboeam insulam. Pausanias scribit, Phocenses quosdam Boeotiae incolas à Phoco Ornitionis filio Corinthio dictos, una aetate prius, quam Aeacides Phocus eo venisset, à quo universos Phocenses appellatos. De Phocensium fuga in Galliam, & Massiliae conditione fusissime alibi docuimus, quare nihil est, cur hic crambe recoquatur. Massiliae certe origo Phocaeensibus Asiae adscribenda, non Phocaeensibus Europae. Jam vero illud obiter admonuisse, non inutile fuerit, *Massiliae* hoc loco antepenultimam contrahi, cum *Massylia*, & *Massylus* Africae, *v*, fere apud Latinos extendet. Maro lib. IV. Aeneid.

Hic mihi Massylae gentis monstrata sacerdos.

Idem ibidem eodem.

Massylique ruunt equites, - - -

Quan-

Dejotarum, & gelidae dominum [a] Rhaſcupolin [b] orae
Collaudant: Libyamque jubent, auctore Senatu,
[c] Sceptrifero parēre Jubae. [d] prô triſtia fata!
Et tibi, non fidae gentis digniſſime regno,
Fortunae, [e] Ptolemaee, pudor, crimenque Deorum,
Cingere Pellaeo preſſos diademate crines

[a] Permiſ-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Rhaſipolin.* b *horae* MSS. qudd. c *ſceptrigero* Marp. d *proh* V. 3. W. & al. e *Ptolemaee* MSS. & Edd. pp.

Quanquam in ſuperiori video à doctis, non *Maſſylae*, ſed *Maſſiliae* gentes, non per *v*, ſed *iota*, brevi quoque antepenultima, legi, quam etiam *Maſſaliam* vocant Graeci, ut πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν, id eſt, naviga Maſſaliam, ſive Maſſiliam. Hic eruditis ſuum judicium relinquo, & arbitrari, quod videtur, praeſertim cum hic quoque *Maſſyliae* legatur. HORTENS. De confuſione *Phocidos*, & *Phocaeae* egimus ad L. III, 340. Quod autem Hortenſius hic de orthographia τῆ *Maſſiliae* dicit, nihil eſt. Manifeſtus enim eorum eſt error, qui *Maſſyliam* per *y* ſcribunt. *Maſſyla* gens, ſecunda producta, eſt in Africa. V. Lib. IV. 682. Graece Μασσύλοι dicti. *Maſſilia* Galliae Graece Μασσαλία, quam literam *α* crebro à Latinis in *i*, mutari diximus ad L. III, 307.

54 TUM SADALEM] Caeſar, non *Sadalem*, ſed *Saſalem*, non regem Ponti, ſed Coti Thracium regis filium fuiſſe, ſcribit, qui cum equitatu ad Pompejum miſſus erat. Verba Caeſaris ita habent. *Sagittarios ex Creta, Lacedaemone, Ponto, atque Syria, reliquisque civitatibus tria millia numero habebat; funditorum cohortes ſex: mercenarias duas: equites ſeptem millia, ex quibus* 600. *Gallos Deiotarus adduxerat: quingentos Ariobarzanes ex Cappadocia: ad eundem numerum Cotus ex Thracia dederat, & Saſalem filium miſerat. Ex Macedonia* 200. *erant, quibus Raſcipolis praeerat, excellenti virtute. Quingentos ex Gabinianis, Alexandria Gallos, Germanosque, quos ibi A. Gabinius praeſidii cauſſa apud regem Ptolemaeum reliquerat.* & quae ſequuntur. Caeſar Cotum, filium ſuum Saſalem cum equitatu miſiſſe ſcribit, ipſum autem non veniſſe Cotum: licet poëta videatur ita narrare, quaſi uterque adfuerit. Sed poteſt commoda interpretatio adhiberi, ut, cum filium Saſalem laudarit, abſentem patrem laudibus ſuis non defraudarit, à quo filius miſſus cum equitibus fuerat, ut ſenatui ſuam fidem probaret. Idem ſentio Glareano, non mirum hîc *Sadalem* legi, pro *Saſalem*, cum barbara vox ſit: in vocibus id genus, ſaepe litera variare ſolet, ut *Arioberzanes*, *Ariobarzanes*, *Raſcipolis*, *Raſipolis*, *Racipalis*, & ſimilibus id genus. HORTENS. Mſc. duo *Sadalam.* tert. *Salidam.* Caeſar tert. Comm. *Saſalem* nominat, & *Cotyn Cotum*, antiquo more. BERSM. In Caeſaris loco L. III. B. C. 4. jam dudum viri docti monuerunt, *Sadalem* eſſe ſcribendum, quem perperam Sulpitius, & Aſcenſius Ponti regem faciunt; Scholiaſtes Voſſ. pr. & Witt. *regem Licorum.* MSS. *Sadalam*, *Sadalan*, *Sadalim*, *Sadalem.* Witt. *Sadaram.* Amſt. *Sadolam.* *Sadalen* apud Lucanum, neſcio unde, ſcribi monuit ad Caeſaris locum Manutius. Retinui itaque ex veſtigiis optimorum Codd. cum accuratioribus editis *Sadalen.* *Cotyn* etiam, vel *Cotym*, *Cothim*, & ſimile exhibent omnes MSS. nullus *Cotum.* quare adſentior viris doctis apud alios pro *Cotus*, quod retinet Daviſius ad Caeſ. B. c. III, 36. reponentibus *Cotys.* V. ad Nepot. Iphicr. in fine, & Timoth. c. I. Conſule quoque Cel. Burmann. ad Vellej. L. II, 129. *Interemptorem fratris ſui filii Cotyis.*

55 DEJOTARUM] Regem Cappadociae, & Gallo Graeciae. *fidum per arma*, i. Pompejo fidelem, quia ei mittit auxilia. SCHOL.

55 RHASCUPOLIN] Vulgo hic vitioſe, ut factum etiam in aliis eſt auctoribus, edebatur *Rhaſipolin*, habentque MSS. quidam. Aſcenſ. *Rhacipalin.* Sed octo ex meis vetuſtiſſimi *Rhaſcipolin*, vel *Rhaſcypolin* cum Ed. Veneta jam exhibent. Scripſi per *v*, quia Graece hoc nomen, effertur per *ου* Verum ne ſic quidem forſan recte ſe habet, & ſcribendum vel *Rheſcuporin*, vel *Rhaſcuporin*; ut ſummi Viri Seguinus, Spanhemius, Graevius in Add. ad Sueton. & Bentlejus ad Horat. I, 26, 4. maluerunt, refragante tamen ſummo item Viro J. Perizonio, cujus doctiſſimum ſuper hac re commentarium, data ad Ill. Heinſium Epiſtola, nuper in Epiſtolarum corpore edidit Cel. Burmannus. ubi N. 51. multis probare conatur, hunc regem *Rhaſcupolin*, non alio modo fuiſſe vocatum; eadem ſcilicet forma, qua dicti ſunt *Ageſipolis*, *Abrupolis*, *Nicopolis* &c.

[a] Permissum: saevum in populos puer [b] accipis ensem:
Atque utinam in populos! donata est regia Lagi;
Accessit Magni jugulus: regnumque sorori
Ereptum est, soceroque nefas. Jam turba soluto
Arma petit coetu, quae cum populique, ducesque
Casibus incertis, & coeca sorte pararent;

Solus in

VARIAE LECTIONES.

a *perm. est* MSS. & Edd. quidd. b *accipit* V. tert.

&c. Contra vero nomina in *ris* definentia esse feminini generis. Ipsam quoque nummi Seguiniani fidem suspectam facit, in eoque tantum ΡΗΣΚΟΥΠ: exhiberi notat. Probabilem adeoque ejus viri conjecturam esse respondit Heinsius, monens insuper in praestantissimo Vossiano esse *Rasciporin.* Quod an verum sit, dubito. Potuit oculos meos effugisse; sed ego, dum Leidae eram, enotavi inde *Frascipolin.* Quod autem Celeb. Perizonius ipsam nummi ferrei & inconcinni inscriptionem, malae in hoc nomine orthographiae suspectam habet, minime fieri debuit. Nam plures supersunt nummi, in quibus totum hoc nomen exprimitur, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΑΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ. quales duo aenei apud Patin. ad Sueton. Tiber. c. 37. Ipse vidi argenteum; in cujus una parte caput laureatum est cum stella, in altera caput regis cum Epigraphe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΗΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ. Ex iis vero hoc discimus, quod ipsi sculptores variaverint in α, & η; in ου, & ο. Quare vel contra hos nummos, quos forsan ipsi Romani scriptores oculis numquam usurpaverant, Perizonio fere accedo. Neque etiam video, cur non potuissent barbarum, & Thracicum nomen *Rhascuporis* deflectere ad Graecam terminationem, vel suam pronunciationem leniorem; praesertim cum saepius Graecum Ρ mutarint in Λ, cognatissimam litteram. De permutatione λ, & ρ consule Salmasium Plin. Exerc. p. 814. b.; & Perizonium, ad Aeliani Var. Hist. L. II, 33, 8. Praeterea & hic Lucani locus multum facit pro *Rhascupolin.* Durissimum enim foret, *orin orae*, si scripsisset *Rhascuporin orae.* Simili tamen modo Lib. II, 358. *Matrona corona.* Forsan etiam à veteribus utroque modo pronunciatum est, & alius per L. alius per R extulit. Auctores, qui hujus nominis meminerunt, collegerunt viri docti ad Caesarem B. C. III, 4. & Velleji c. I.

56 COLLAUDANT] In meo Codice est *collaudat, & jubet*; ut ad Consulem Lentulum referatur, id ex consulto, & auctoritate Senatus agentem, nam additur *auctore Senatu.*

56 COLLAUDANT] Omnes autem hi in partibus Pompeji erant, miserantque auxilia, aut etiam ipsi adduxerant, ut equites sexcentos Gallos Deiotarus: quingentos Cotys ex Thracia, & cum his una filium Sasalen: ducentos ex Macedonia Rhascipolis, quibus ipse praeerat: quingentos ex Gabinianis Ptolomaeus, Gallos Germanosque, quos Alexandriae A. Gabinius praesidii causa apud regem reliquerat. Ut quidem ipse Caesar libro tertio Comment. de bello civili autor est. Et meminit Appianus quoque libro secundo. MICYLL.

57 SCEPTRIFERO] Ut & rex diceretur. SCHOLIAST.

58 ET TIBI] Msc. *En tibi.* non male. BERSM. *En* ediderunt Sulpit. Ald. Asc. Mic. Col. Hort. Steph. aliique. sed male. Pulm. sex, & mei omnes retinent *et.* particulae huic magnam exclamationis, & indignationis vim saepe inesse, norunt satis eruditi. L. VII, 784. *Et quantum poenae &c.* ubi itidem erat corruptum in *heu.* adde vs. 158. h. l. & alibi.

58 NON FIDAE &c.] Ordo hic est. Et tibi permissum, (*est* Voss. sec.) cingere crines Pellaeo diademate, non dignissime regno fidae gentis i. e. Romanae, o Ptolemaee. SCHOL. Dupliciter hic errat Scholiastes non jungens τὸ *dignissime*, & per *gentem* intelligens Romanam. *Dignissime regno non fidae gentis* construendum; Aegyptiae scilicet, quae erat infida, & fraudulenta. Unde tam acriter invehitur Lucanus in eam Lib. VIII. & X. Hac infida gente dignissimus erat Ptolemaeus, ipse perfidus, & Pompeji benefactoris sui interfector.

59 PUDOR] Exclamatio Poëtae; o Ptolemaee, qui Fortunae pudor es, & crimen Deorum, & est definitio nefandi hominis. SCHOL.

60 PELLAEO] Pellaeus Alexander fuit, qui Alexandriam condidit, cujus hic nunc accipit imperium. IDEM. De *Pellaeo diademate* consule Ill. Ez. Spanhemium D. V. de Praest. Num. p. 457. Ed. in 4to. & Baptist. Pium Syll. III. c. 166. T. I. Thes. Crit. p. 508.

61 IN POPULOS] Vult Aegyptios non esse homines, sed monstra. SCHOL. Voss. pr. Ridicule.

Solus in [a] ancipites metuit descendere [b] Martis
Appius eventus; finemque expromere rerum
Sollicitat Superos, [c] multosque [d] obducta per annos
Delphica fatidici reserat penetralia Phoebi.
Hesperio tantum, quantum [e] submotus Eoo
Cardine, Parnasus gemino petit aethera colle,
Mons Phoebo, Bromioque sacer; cui numine mixto
Delphica Thebanae referunt [f] trieterica Bacchae.
Hoc solum, fluctu terras mergente, cacumen
Eminuit, pontoque fuit [g] discrimen, & astris.

Tu [a] quo-

VARIAE LECTIONES.

a *incertos* V. 2. R. 1. *ancipitis* Ed. Hort. b *Marti* W. c *multos* B. 2. d *abducta* B. 1, Ed. Med. e *semotus* vulgo. f *triaterica* MSS. & Edd. qq. g *discrimine* V. tert.

cule. dicit Lucanus: utinam ensem acciperes in gentem tuam perfidam, & non potius in Pompejum &c. ut mox explicat.

63 SORORI] i. suae. Sc. Cleopatrae. nam ea exclusa est imperio. SCHOL.

64 EREPTUM EST] Mscr. duo *Ereptum socerque*. non male. BERSM. *Est* caret unicus Vossian. quint.

64 SOCEROQUE NEFAS] i. Caesari, ut Pompejum ipse Caesar non occideret. SCHOL. Vide L. VIII, 560. X, 1053.

69 OBDUCTA] Diu enim oracula jam non reddebantur. SCHOL. Vide Hortensium.

71 HESPERIO] Hic enim mons in medio orbe est constitutus. Jovis scire volens, quae pars terrarum media esset, duas Aquilas, alteram ab Oriente, alteram ab Occidente misit, ut pari volatu adversus se tendentes ibi consisterent; ubi sibi obviae factae essent: quae demum sibi in hoc loco occurrunt, ubi Delphicum oraculum est. Ideo *umbilicus terrae* dictus est. SCHOL. Vide omnino Strabon. L. IX. & ad eum Casaubon. p. 180. Ed. Paris.

71 SUBMOTUS] Sic rescripsi jubentibus Pulm. Bersm. & meis tantum non omnibus MSS. cum Edd. Rom. Parm. & Omniboni. Vulgo legebatur *semotus*, quod non temere damnarem. Sed aliud suadent libri veteres. *submotus*, sive *summotus*, i. e. remotus L. VIII, 445.

at inde
Gurgite septeno rapidus mare submovet amnis.

Plura exempla dat Passerat. ad Propert. Lib. IV, 9, 56.

Quae se submota vindicat ara casa.

73 NUMINE MIXTO] Communi cultu. Msc. duo habent *nomine mixto*. Sol autem, & Liber unus putatur Deus Orpheo. ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσι. BERSM. *Nomine* ex meis habent Wittian. & Hulst. minus bene. Esset enim quasi ex duobus Apollinis, & Bacchi nominibus unum fieret nomen in sacris illis. *Mixto numine* est juncto, quia & in uno loco, & simul festa illis peragebantur; de quibus praeter Commentatores, qui hic videndi, late agit Pierius ad Virgil. Georg. I, 5. Servius ad Aen. VI, 78. & in primis Ampl. Cuperus in Harpocrate p. 91. & seqq.

74 TRIETERICA] Trieterica dicebantur festa Apollinis, & Bacchi, quasi triennalia; eo, quod tertio anno celebrabantur. SCHOL.

75 FLUCTU] Cum diluvium fuit. SCHOL.

76 EMINUIT] Bersm. duo, Witt. Hulst. & Amst. *emicuit*; quomodo citari à Lutatio ad Statium monet vir doctus ad marginem Ed. cujusdam. Non audio. Lib. II, 666.

nullae tamen aequore rupes
Emineant.

VI, 349.

melius mansura sub undis
Emathis aequorei regnum Pharsalos Achillis
Eminuit.

IX, 341.

Eminet in tergo pelagi.

76 DISCRIMEN] Hic enim medius fuit aquae, & coelo: nam ista inter se mixta essent. SCHOLIAST.

77 TU QUOQUE] *Tunc quoque* fortassis. MICYLL. Praeferrem ego quoque *tunc*, vel *tum*, si vel unus addiceret codex. Immo flagitare videtur sensus & mens Lucani. Tota menda consistit in

Tu [a] quoque [b] vix [c] summam [d] seductus ab aequore rupem
Extuleras, unoque jugo, Parnase, latebas.
Ultor ibi expulsae, [e] premeret cum viscera partus,
Matris, adhuc rudibus Paean [f] Pythona sagittis
Explicuit, cum regna Themis, tripodasque teneret.
Ut vidit [g] Paean, vastos telluris hiatus
Divinam spirare fidem, ventosque loquaces
Exhalare solum, sacris se [h] condidit antris,
Incubuitque adyto, vates [i] ibi [k] factus, Apollo.
Quis latet hîc superûm? quod numen, ab aethere pressum,
Digna-

VARIAE LECTIONES.

a *quamquam* B. 1. b *seduct. v. s.* R. 1. V. 1. c *unam* P. 1. d *ductus* B. 1. *subductus* W. e vulgo *premerent*. f *Phitona* vel *Phytona* MSS. plerique, & Edd. primae. g *Phoebus* B. 1. h *condit in* H. i *ubi* B. 1. k *fatus* V. 1. Ed. Ven.

in neglectione lineolae super litteram *u* ductae. V. ad vs. 625. Ceterum de hoc loco vide Barthium ad Statii Theb. L. VI, 357.

79 ULTOR] Apollinem dicit vindicem matris. Apollo Jovis, & Latonae filius fuit. Juno autem, quae omnes pellices odio habebat, matri illius *Pythona* (*Pythium* V. pr. *Phitonem* V. sec. & infr.) serpentem misit, qui eam persequeretur. At illa fugiens ad Delon insulam pervenit, & ibi peperit primo Dianam, quae mox, ut nata est, matri suae obstetrix fuit: deinde Apollinem, qui mox natus Pythona serpentem sagittis interfecit. Quod ideo fingitur, quia Diana ipsa est Luna, quae nocti praeest. Nox vero diem praecedit. Apollo autem ipse est Sol, qui diem illustrat, atque suo occasu terminat. Ipse etiam divinationis Deus esse dicitur; quia Sol omnia, quae in nocte obscura fiunt, suo lumine facit aperta. Re autem vera Apollo homo fuit quidam sapientissimus, & clarissimus. unde & Apollo dictus est Sol. SCHOL. Eadem fere legas in Servio ad Aen. III, 73.

79 PREMERENT CUM VISCERA PARTUS] Pulm. Bersm. & mei plerique MSS. cum editionibus primis, aliorumque *premeret* habent, ut edidi, quod mutari à recentioribus non debuerat, licet in plurali etiam non damnem. Per *partum* autem, sive *partus*, non intelligit pariendi actum, & tempus, ut exponit Sulpitius, sed foetum maturum, ut recte Ascensius; ipsum scilicet Apollinem, & Dianam. sic L. I, 562.

Monstrosique hominum partus.

& alii saepe. Cui explicationi optime convenit verbum *premere*, proprium oneri, & ponderi: quomodo saepissime foetum vocari, notum est. Focas in vita Maronis.

Haec cum maturo premeretur pondere ventris.

Pro *ibi* male Ox. pr. Ed. Ven. Brix. Med. *ubi*. Vide ad L. III, 193.

81 THEMIS] Nomen Deae, quae tunc, nondum nato Apolline, dabat responsa mortalibus. SCHOL.

82 VASTOS HIATUS] Magnam cavernam. *Nam est illic media saxi rupes in formam theatri, in media fere montis altitudine, planicies exigua, atque in ea profundum terrae foramen, quod in Oraculo patet: ex quo frigidus spiritus, quodam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletosque deo responsa consulentibus dare cogit.* Haec Justinus Libro XXIV. & Strabo nono inquit: *Autores certi memorant, divinum ipsum domicilium profundam curvam esse speluncam, non tamen lato ore patentem. Unde auram quidem referri sacro efflante numine. Excelsum autem hostio imminere tripodem, quem quum Pythia vates inscenderit, hausto divinationis spiritu, dei responsa refert, & metro, & oratione soluta.* SULPIT. Caeterum non indignum fuerit, hoc loco & illa adjicere, quae de origine Oraculi hujus, & de Tripodis appellatione, atque usu Diodorus tradit libro decimo sexto: *Λέγεται γὰρ*, inquit, *τὸ παλαιὸν αἶγας εὑρεῖν τὸ μαντεῖον, οὗ χάριν αἰξὶ μάλιστα χρηστηριάζονται μέχρι τοῦ νῦν οἱ Δελφοί, τὸν δὲ τρόπον τῆς εὑρέσεως γενέσθαι φασὶ τοιοῦτον. ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἔστι νῦν τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον, καὶ περὶ τοῦτο νεμομένων αἰγῶν, διὰ τὸ μήπω κατοικεῖσθαι τοὺς Δελφοὺς, ἀεὶ τῷ χάσματι τὴν προσιοῦσαν καὶ προσβλέψασαν αὐτῷ, σκιρτᾷν θαυμαστῶς. καὶ προΐεσθαι φωνὴν διάφορον ἢ πρότερον εἰώθει φθέγγεσθαι. τὸν δὲ ἐπιστατοῦντα ταῖς αἰξὶ θαυμάσαντα τὸ παράδοξον, καὶ προσ-*

ελ-

Dignatur, coecas inclusum habitare cavernas?
Quis [a] terram coeli patitur Deus, omnia cursus
Aeterni secreta tenens, mundique futuri
Conscius, ac populis sese [b] proferre paratus,
[c] Contactumque ferens hominis, magnusque, potensque;
Sive canit fatum, seu, quod [d] jubet ille, canendo
Fit fatum? Forsan terris inserta [e] regendis,
Aëre libratum vacuo quae sustinet orbem,
Totius pars magna Jovis Cirrhaea per antra
Exit, & aethereo trahitur [f] connexa Tonanti.
Hoc ubi virgineo conceptum est pectore numen,

Huma-

VARIAE LECTIONES.

a *terras* R. 1. b *conferre* P. 1. B. 1. VV. LL. Steph. *praeferre* VV. LL. Steph. c *contactusque* vulgo. d *canis* B. 1. e *gerendis* Edd. Rom. Parm. Omn. f *convexa* P. 1. W. pro var. lect.

ἐλθόντας τῷ χάσματι, καὶ κατιδόντας, οἷον περ ἦν, ταὐτὰ παθεῖν ταῖς αἰξίν. ἐκείνας γάρ τι ὅμοια ποιεῖν τοῖς ἐνθουσιάζουσι, καὶ τούτους προλέγειν τὰ μέλλοντα γίγνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα τῆς φήμης παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις διαδοθείσης περὶ τοῦ πάθους τῶν προσιόντων τῷ χάσματι, πλείους ἀπαντᾶν ἐπὶ τὸν τόπον. διὰ δὲ τὸ παράδοξον τῶν ἀποπειρωμένων τοὺς ἀεὶ πλησιάζοντας ἐνθουσιάζειν. δι' ἃς αἰτίας θαυμασθῆναι τὸ μαντεῖον, καὶ νομισθῆναι τῆς γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον. καὶ χρόνον μέν-τινα τοὺς βουλομένους μαντεύεσθαι προσιόντας τῷ χάσματι ποιεῖσθαι τὰς μαντείας ἀλλήλοις. Μετὰ δὲ ταῦτα πολλῶν καθαλλομένων εἰς τὸ χάσμα διὰ τὸν ἐνθουσιασμὸν, καὶ πάντων ἀφανιζομένων δόξαι τοῖς κατοικοῦσι περὶ τὸν τόπον, ἵνα μηδεὶς κινδυνεύῃ, προφῆτιν τε μίαν πᾶσι καταστῆσαι γυναῖκα, καὶ διὰ ταύτης γίνεσθαι τὴν χρησμολογίαν. ταύτῃ δὲ κατασκευασθῆναι μηχανὴν, ἐφ' ἣν ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς ἐνθουσιάζειν καὶ μαντεύεσθαι τοῖς βουλομένοις. Εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, ἀφ' ἧς αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι. σχεδὸν δὲ παντὸς κατασκευάσματος ἀπομιμήματα γίνεσθαι τοὺς ἔτι καὶ νῦν κατασκευαζομένους χαλκοῦς τρίποδας. MICYLL.

84 EXHALARE SOLUM] In veterrimo Vossiano primo a m. sec. pro var. lect. scribitur *sonum*. ut dicat, ventos loquaces exhalare sonum, seu vocem humanae similem. sed rectum etiam est vulgatum. solum, sive locus illic exhalare dicitur ventos loquaces, sive auram sonum quemdam facientem.

85 VATES] Ipse enim loquitur, non sacerdos. SCHOL.

86 QUIS] Ἐκφώνησις poëtae admirantis sedem. Dubitat etiam, quis Deus hic responsa ferat, utrum Apollo, an aliud numen pressum ab aethere. IDEM.

86 QUOD NUMEN] Quantus Deus, qui non indignatur aures hominis introire, vel pectus, cum vatem numen impleverit. SCHOL.

88 TERRAM] *Terra* Msc. male. Terram dicit conversationem in hiatu terrae. BERSM.

91 CONTACTUMQUE] Vulgo erat *contactusque*. Sed Stephani variae lectiones, quatuor Pulm. & quatuor veterrimi Vossiani cum Edd. principe, & Parmensi *contactum* habent. quod nescio, cur mutatum sit, nisi ob sequens plurale *hominum*, ut olim edebatur, sed & illic optimi MSS. *hominis*, ut statim dicetur. De hac autem re multi multa congesserunt. Elegantem tamen Apuleji locum omittere non possum. De Deo Socratis pag. 288. Ed. Colv. *Nam, ut idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus, sed hoc praecipuum eorum sublimitatis specimen est, quod nulla contractione nostra contaminatur*. Pro *contractione* malim cum aliis *contrectatione*, vel potius *contactione* cum Acidalio ad Vellej. L. II. c. 130. Adde Senecam de Benef. L. IV. c. 19. *Deum divisum à contactu, & à conspectu mortalium.*

91 HOMINIS] Virginis, quam ingressus implet suo numine. plerique libri *hominum*. BERSM. *Hominis* recte reposuit Bersm. & firmant id tres Pulm. & duo veterrimi Vossiani, uterque Regius Wittian. & Marpurg. Qui *contactus hominum* substituerunt, nimis generaliter haec dicta sumserunt.

92 ILLE] Rursus auctori suum pronomen restitui; pro quo Grotius, forsan ex Regio uno, & uno Bersmanni, ac dein sequentes editores *ipse* contra ceteros omnes MSS. & Edd. & Lutatium ad

Humanam feriens animam sonat, oraque [a] vatis
Solvit, ceu [b] Siculus, flammis urguentibus Aetnam,
Undat apex; Campana fremens ceu saxa vaporat,
Conditus Inarimes aeterna mole, Typhoëus.
Hoc tamen expositum cunctis, [c] nullique negatum
Numen, ab humani solum se labe furoris
[d] Vindicat. [e] haud [f] illic tacito mala vota susurro
Concipiunt. nam fixa canens, mutandaque nulli,
Mortales optare, vetat: justisque benignus
Saepe dedit [g] sedem [h] totas mutantibus urbes,
Ut Tyriis: dedit ille minas inpellere belli,

[a] Ut Sa-

VARIAE LECTIONES.

a *vates* R. pr. b *Siculis* Edd. qq. male. c *nullisque* V. 1. Edd. Mic. Hort. d *vendicat* MSS. & Edd. qq. e *aut* V. 1. f *ulli* B. 1. g *sedes* P. 3. B. 3. V. 1. W. R. pr. a m. pr. Edd. Asc. Mic. Hort. h *tutas* P. 2.

ad Statii Theb. I, 213. reposuerant. *Ille* emphatice de potente Deo. Exemplorum agmen videre potes in commentariis doctorum, quos laudat Drakenb. ad Silium L. III, 181.

- - - *monet hoc pater ille Deorum.*

& infra ad L. VII, 449. & sic Homerus, Il. E. 604. κεῖνος, Ἄρης. Ad dictum Statii locum vitiose apud Lutatium pro *fit*, exhibetur *sit*, & in Reg. uno.

93 INSERTA] Insertam providentiam dicit divinam, quam adsignat Jovi. SCHOL.

94 QUAE] *Quem* Msc. vitiose. BERSM.

96 TRAHITUR] De coelo (*à terra* Voss. pr. rectius) cum nexa sit Jovi; scilicet ipsa pars Jovis. SCHOL.

101 INARIMES] Graecus Genitivus. εἰναρίμης. (ΝΟΙΝΑΡΜΕΟ MSS.) Sic Virgilius.

Inarime Jovis imperiis inposta Typhoëo.

SCHOL. Haec alias *Aenaria*, à statione navium Aeneae, & Pithecusa, à figulinis doliariorum, ut Plinius lib. III. cap. 6. autor est, appellata fuit, à qua olim profusa Prochyte, nomen inde accepit. Videtur autem Virgil. *Inarimen* dixisse primus, Homeri imitatione, qui secundo Iliados de eodem Typhoëo in hunc modum meminit:

Γαῖα δ' ὑπεστενάχιζε, Διῒ ὣς τερπικεραύνῳ
Χωομένῳ, ὅτε ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ
Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

Quod enim Homerus diversis vocibus de Arimis Ciliciae loco (ut quidem Interpretes exponunt) dixit, id Virgilius una dictione ad insulam Campaniae transtulit. Quanquam Plinius eodem loco supra citato, Homero quoque Inarimen hanc, de qua Virgil. meminit, dictam fuisse velit. Sed de hoc alii viderint. MICYLL. Vide Salmas. Plin. Exerc. p. 68. & Bochartum L. I. Can. c. 33. ubi etiam de Typhoëo.

103 AB HUMANI] Quia cum omnibus respondeat, homicidis non respondet. Quod autem dicit, *vindicat ab humana labe furoris*, ad illud retulit, quod homicidas constat furere. SCHOL. Voss. sec. Rectius haec exponunt Scholia Voss. primi. *Quia non audit injustas preces.* atque ita reliqui Commentat.

104 TACITO SUSURRO] i. e. nil mali illic precari audent; quia Deus in responso publicabat, unde consulebatur. unde bene dicit *susurro*, quia orantes non aperte orant, vel quia iniqua precaturus tacite susurrabat. SCHOL. Tacitarum harum precum insigne exemplum est apud Sophoclem Elect. 638.

Κλύοις ἂν ἤδη, Φοῖβε προστατήριε,
Κεκρυμμένην μου βάξιν· οὐ γὰρ ἐν φίλοις
Ὁ μῦθος, οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει
Πρὸς φῶς, παρούσης τῆσδε πλησίας ἐμοί,
Μὴ σὺν φθόνῳ τε καὶ πολυγλώσσῳ βοῇ,
Σπείρῃ ματαίαν βάξιν εἰς πᾶσαν πόλιν.

& quae sequuntur. Adde Casauboni notas ad Persii Sat. II, 5.

At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Haud cuivis promptum est, murmurque humilesque susurros
Tollere de templis, & aperto vivere voto.

106 MORTALES OPTARE VETAT] Responsa Apollinis tam stabilia, & vera erant, ut, postquam dixis-

[a] Ut Salaminiacum meminit mare: sustulit iras
Telluris sterilis, monstrato fine: resolvit
Aëra tabificum. non ullo secula dono
Nostra carent majore Deûm, quam Delphica [b] sedes
Quod siluit, postquam reges [c] timuêre futura,
Et superos vetuêre loqui. nec voce negata
Cirrhaeae moerent vates, templique fruuntur
Justitio. nam, si qua Deus sub [d] pectora venit,

Numinis

VARIAE LECTIONES.

a & meus. b *tellus* V. 1. c *tenuere* B. 1. d *pectore* R. 1.

dixisset, mutari non possent. Alii autem Dii decreta sua sacrificiis, vel alio more placati mutabant. Iste autem tam fixa dabat responsa, ut nullus post ejus responsionem, etiamsi laeva essent, bona optare auderet; quia mutari non poterant. Unde dicit; *M. o. v.* SCHOL.

107 TOTAS MUTANTIBUS URBES] Unus Pulm. tres Bersm. Oxon. pr. & meus *notas*. non male. *mutare urbem* pro ex urbe migrare, latius illustrabimus ad L. VIII, 217.

Et totum mutare diem.

De responsis Delphici oraculi copiose hic agit Hortensius.

108 UT TYRIIS] Ut Cadmus accepit, jussus bovem sequi, & ubi consedisset, ibi conderet civitatem, vel melius, ut dedit Didoni, quae de Tyro fuit. SCHOL.

108 INPELLERE] Wittian. pro var. lect. *depellere*. sed male. *inpellere* notat propellere. vs. 41.

- - - *fatorum inpellite cursum.*

Adde vs. 330, 757. VI, 36. VII, 576. contra Lib. IV, 436. pro *repelleret*, in MSS. quibusdam est *inp.* praeterea auctor hoc verbum inpense adhibere amavit. Ut patet ex Indice; & iis, quae alibi diximus.

109 UT SALAMINIACUM MEMINIT MARE] Ipsos Salaminienses dicit. Hic enim Themistocli, Atheniensium duci, respondit, ut navali bello potius dimicaret, victoriam ibidem recepturus. Ait autem, cito muros (*equos* Voss. pr.) ligneos necessarios esse i. naves. Tunc apud Salamina pugnavit. SCHOL. Fuit autem Oraculum illud tale:

Τεῖχος τριτογενεῖ ξυλινὸν διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς,
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν. τὸ σὲ, τέκνα τ' ὀνήσει.

Reliqua apud Herodotum vide, libro septimo, & deinceps. MICYLL.

110 STERILIS] Malo, quod est in quatuor Pulm. uno Bersm. duobus Voss. & Wittiano *steriles*, sive sterilitatem reddentes. Sequentia verba, *monstrato fine*, Omnibonus, & Ascensius, ad posteriorem, quam refert Lucanus, Phoebi opem, ceteri ad priorem haec verba referunt. quam distinctionem retinui. Verum perinde est. Utrique enim convenit monstratus finis per expiandi modum; ut patet ex exemplis, per commentatores adlatis.

113 REGES] Hic Nero tangitur, qui, cum consuluisset oraculum, respondit hoc numen. *Ego parricidis non respondeo.* Nero enim matrem suam occiderat. Hoc confusus dicto oraculum claudi jussit, & consuli vetuit, ne quis fatum inquireret, & ei insidiaretur. SCHOL. Caussam silentii Delphici adfert Cicero Lib. II. de Divin. c. 57. quem citat hic quoque Hortens. *Quando autem ista vis evanuit? an postquam homines minus creduli esse coeperunt? Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope CCC fuit, jam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere.* &c. Minucius Felix in Octav. c. 26. *De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa confinxit; cum jam Apollo versus facere desisset; cujus tunc cautum illud, & ambiguum defecit oraculum, cum & politiores homines, & minus creduli esse coeperunt.* ubi vide notas. Quo vero tempore cessarit oraculum, plane non liquet, licet multa, super ea re perscrutati sint viri docti antiqui, & recentiores, V. Barth. ad Claud. IV. Cons. Hon. 144. Videtur autem paullatim in contemtum devenisse hoc, & cetera oracula; unde desueverunt homines illa consulere. Certe Romanos jam diu ante tempora belli civilis illud non consuluisse, satis patet. V. etiam ad vs. 70. Plures cessandi caussas recenset noster infra: ubi vide Commentat.

114 SUPEROS] Deos. i. Apollinem vetuerunt loqui. SCHOL. Sic de uno Deo Apolline vs. 124.

- - *pavidamque Deis immittere vatem.*

vs.

Numinis aut poena est mors inmatura recepti,
Aut pretium: quippe stimulo, fluctuque furoris
Compages humana labat, pulsusque Deorum
Concutiunt fragiles animas. [a] Sic tempore longo
Inmotos tripodas, vastaeque silentia rupis
Appius, Hesperii scrutator ad ultima fati,
Sollicitat. jussus sedes laxare verendas
Antistes, [b] pavidamque [c] Deis inmittere vatem,

Ca-

VARIAE LECTIONES.

a *Hic* Hort. m. b *pavidumque* V. pr. c *Diis* B. 1. R. 1.

vs. 159.

Et Superis, quos fingis.

Unde patet, non opus esse mutatione aliqua in L. 1, 566.

- - - tum quos sectis Bellona lacertis
Saeva monet, cecinere Deos.

i. Bellonam. Vide illic notata, & hoc iis adde.

114 NEGATA] Msc. *rogata.* male. BERSM. Perperam etiam hic *Cyrrhaeas* edebatur pro *Cirrhaeas.*

115 CYRRHAEAE VAT.] Delphicae, antonomasia. Si non moerent, si non tristantur, gaudent ergo Pythiae vates, quod ob enthusiasmum prope perpetuum, brevis vitae essent fere. Valerius Maximus libro primo, capite de Miraculis, (8) de Appio responsum petente loquens, *Antistitem Delphicae cortinae in intimam sacri specus partem coëgit descendere: unde ut certae consulentibus sortes petuntur, ita nimius divini spiritus haustus reddentibus pestifer existit.* HORTENS.

115 FRUUNTUR] Mscr. duo *feruntur.* mendose. BERSM. *Feruntur* male Ed. Brix.

117 NUMINIS &c.] Sensus hic est. Ex quo non consuluntur Delphica Apollinis oracula; si aliquis Deum coeperit pati, aut moritur, aut poenam dat numinis recepti, aut pretio (*propitio* Voss. sec.) moritur, ut, quia sentire Deum meruit, hoc morte emerit. Alii sic intelligunt. Quod si quid (*quidam* Voss. sec.) vates adversi (*adversa* Voss. sec.) denunciaverint, occidantur. Ergo haec ipsa mors aut poenam dat, aut pretium divinitatis, quod solus futura divinavit, & cognovit, & idcirco moriatur, divinam invicem scientiam consecutus. Sed mihi videtur pretium pro stultitia ferre. Vel *poena* est; si sic inpletus Deo (*accepto numine* Voss. pr.) moritur, ut nemo adsequi futura cognoscat. *Pretium* autem, si moriturus dat tamen praesentibus fida responsa. SCHOL.

118 FLUCTUQUE FURORIS] In Vossiano uno est *ructu.* Male. Intelligit creberrimum furoris motum. Catull. Carm. 65, 97.

Qualibus incensam jactasti mente puellam
Fluctibus.

Sic *irae, curarum fluctus*, & similia passim. Vide quos laudat Cl. Drakenb. ad Silium Italic. L. VIII, 32. IX, 527.

Quantos Gradivus fluctus in Punica castra,
Respice, agit, quantisque furens se caedibus inplet.

119 COMPAGES] Mantice in duo divisa est i. e. in artem, & furorem. dicit caussam, unde moriuntur. SCHOL.

121 INMOTOS] Msc. *immotas*, & alter. *non motas.* femin. genere. BERSM. *Inmotas* Voss. sec. & Wittian.

124 ANTISTES] Quod ante numen stat. *Castalios latices* fontem illum dicit, de quo divinus Spiritus concipiebatur. SCHOL.

124 PAVIDAMQUE DEIS INMITTERE VATEM] More solito ridicule commentatores vulgo haec exponunt per hypallagen, pro *Deam vati inmittere.* Sic *numen animis inmittere.* Silio L. II, 516. Ascensius rectius explicat *Deis* i. inter Deos aut in manus Deorum. Farnabius per *Deos* adytum intelligit, ut eo vates inmittatur. Quod placet magis ob praecedens *sedes laxare*, & seq. *fores inr. templi*; sed malim tunc tripoda intelligere. *Dii* pro templis, & aris saepius ponuntur. Tibull. Lib. II, 5, 22.

- - - - quum moestus ab alto
Ilion ardentes respiceretque Deos.

ubi vide Broukhus., & Plutarch. in Iside pag. 379. Vel puto, *inmittere vatem Deis* idem esse, ac deducere eam ad Deorum, sive Apollinis contactum, & consortium. *Inrumpere, intrare Deos*, pro Deorum mentem inquirere, similiter Statius, & Silius dixere, ad cujus L. I, 124. consule notas. *Inferre se Deis* pro in consortium venire, Seneca Herc. Oet. 95.

Castalios circum latices, nemorumque recessus
Phemonoën errore vagam, curisque vacantem,
Corripuit, cogitque fores inrumpere templi.
[a] Limine terrifico metuens consistere Phoebas,
Absterrere ducem noscendi ardore [b] futura
Cassa fraude parat. quid spes, ait, inproba veri
Te, Romane, trahit? muto Parnasus hiatu

Conticuit,

VARIAE LECTIONES.

a *lumine* B. 1. b *futuri* vulgo.

126 PHOEMONOEN] Strabo ait, Phoemonoën primam divinantem Pythiam fuisse ferunt: urbis quoque vocabulum, à πυθίαξ, id est, interrogare, audire, discere, inclinatum esse. Mihi vero conjectare libet, *Phoemonoën* fuisse Arcadiam. *Phoemon* enim Arcadiae lacus. Ovidius:

Est lacus Arcadiae Phoemon dixere priores.

SULPIT. Fictio nominis videtur esse, seu speciale pro generali positum. Nam hoc nomine, quae prima Delphis vaticinata est, appellata fuit, Ut Strabo libro nono autor est. Neque autem Arcadiae locus *Phoemon* est, neque idem nomen apud Ovidium libro ultimo legitur, ut hic Sulpitius, nescio unde adductus, divinat. MICYLL. Hanc puellam *Phoemonoën* appellat, ab ea Phoemonoë, quae Pythia omnium prima oraculo in Phocide praefuit, cui Graecia hexametri carminis inventum acceptum retulit: quod tamen Mosi multi tribuunt. Claruit illa Phoemonoë ea tempestate, qua Sycio in Achaia regnabat. Plinius eam, libro x. capite 3. loquens de aquilis, Apollinis filiam dictam fuisse, scriptum reliquit. *Phoemonoë*, inquit, *Apollinis dicta filia, dentes ei esse (perono) prodidit, mutas alias, carentique lingua, eandemque aquilarum nigerrimam prominentiore cauda.* Idem libro eodem, capite 8. differens de accipitribus, *Triorchem Buteonem appellari à Romanis*, ait, *cui Phoemonoë principatum tribuit in auguriis.* Sulpitius credit, Arcadicum vocabulum esse, quod Phoemus ejus regionis lacus sit. Plinius cum non *Phoemum*, sed *Pheneum* appellat duobus libris, & capitibus diversis, & Lacum esse Arcadiae. Et Ovidius lib. Metam. ultimo, non *Phoemum*, sed *Pheneum* vocat etiam.

Est lacus Arcadiae, Pheneum dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte nocent potae, sine noxa luce bibuntur.
Sic alias, aliasque lacus, & flumina vires
Concipiunt.

Plinius libro XXXI. cap. 11. *In Arcadia ad Pheneum, aqua profluit è saxis, Styx appellata, quae illico necat.* Idem libro IV. capite 6. *Pheneus, & Erymanthus è monte ejusdem nominis in Alpheum defluens.* Proinde apud Ovid. non legendum *est*, *Phoemon*, ut Sulpitius citat, sed *Pheneum.* Neque vero Arcadica vox est *Phoemonoë.* sed conficta ad vocem Phoebi: cujus filia, authore Plinio, credita fuit. Sed ad rem. HORTENS. Hoc nomen non confictum est ad vocem Phoebi, ut putat Hortensius, deceptus vulgata hujus vocis scriptura *Phoemonoë.* cum scribi, ut recte in Ven. Bersm. & Grot. Edd. debeat *Phemonoë.* Graece Φημονόη.

128 METUENS] Post multos enim annos oracula ista repetuntur, & ideo metuit, ne & ipsa moriatur, ut ait supra. *Numinis aut p.* &c. SCHOL.

128 PHOEBAS] Nomen Virginis à Deo. IDEM. Non simpliciter Phoebi sacerdotem *Phoebas*, sed eam, quae vaticinatur, significat, ἀπὸ τοῦ φοιβᾶσθαι, quod furore, ac spiritu corripi est, id quod vaticinantibus accidere solebat. Soph. Aiace. δεινὰ λέγεις ἡμῖν τ᾽ ἄνδρα διαπεφοιβάσθαι νόσοις. MICYLL.

129 NOSCENDI] Ne ardeat ad futura noscenda. *Cassa.* non enim amplius hac voce terretur. SCHOL.

129 FUTURA] *Futuri* edidit Grotius, eumque sequentes, sed & ante eum Ascens. Micyll. & Hortens. habentque ita duo Pulm. Reg. pr. & Oxon. uterque. Ceteri tam scripti, quam editi *futura.* quod hoc loco malui. sequitur vs. 137. *fati futuri.* 179. *omne futurum.*

130 QUID SPES] Msc. *quae spes.* non male. quod desiderium tam audax noscendi futura. BERSM. *Quae* est etiam in Voss. tert. a m. pr. praefero omnino *quid.*

132 PRESSITQUE DEUM] *Pressit dominum* Msc. obruit Phoebum, cujus afflatu responsa edebantur. BERSM.

132 SEU SPIRITUS] Quatuor caussas posuit, quare Apollo sileat (*tacere videatur* Voss. sec.) quod aut casu factum est, ut terris infusum numen ab-

Conticuit, pressitque Deum: seu spiritus istas
Destituit fauces, mundique in devia versum
Duxit iter: seu, barbarica cum lampade Pytho
Arsit, in inmensas cineres abiêre cavernas,
Et Phoebi [a] tenuêre viam. seu sponte Deorum
Cirrha silet, fatique sat est arcana futuri
Carmine longaevae vobis commissa Sibyllae:

Seu Paean,

VARIAE LECTIONES.

a *tenuere* A.

abscederet; aut templi incendio clausa caverna sit, qua loquebatur oraculum: nam hoc Brennus incendit: vel quod possint sufficere Romanis ad scientiam futurorum, quae Sibylla praedixit; vel quod nunc tam scelerati sunt homines, ut nil à Diis mereantur audire, vel audeant quidquam quaerere. SCHOL.

134 SEU BARBARICA] Seu, inquit, quum Templum combustum est à Xerxe, & à Brenno rege, Gallorum cineres clauserunt spiracula templi, unde vox illa erumpebat, ut postea exire nequiverit. OMNIBON. Barbarorum facibus. Thraces enim, ut supra diximus, Delphicum templum combusserant, possumus intelligere & de Xerxe, qui *ante navalis praelii congregationem miserat quatuor millia armatorum Delphos, & ad templum Apollinis diripiendum, quasi non cum Graecis tantum, sed cum diis immortalibus bellum gereret, quae manus tota imbribus, & fulminibus deleta est. Post haec Thespias, & Athenas, & Plateas vacuatas hominibus incendit*, ut ait Justinus. De Brenno, & Gallis intelligendum non est, quoniam ante deleti sunt, quam templo nocerent, ut Valerius memorat. SULPIT. Brenni historiam prolixe prosequitur Pausanias in Phocicis. Sed videndum tamen, an hoc incendium, de quo hic poëta meminit, etiam ad posteriora tempora referendum sit, utpote Mithridatica: quando nuper adeo cum hoc, tum alia oracula conticescere coeperunt, sublata Daemonum licentia, ac potestate, CHRISTI adventu. Disputat autem & Plutarchus de caussis, ex quibus oracula tacere coeperint, sed suo, ac philosophico more, in libro περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. MICYLL. Diversas caussas inquirit, propter quas oraculum defecit. Extat Plutarchi liber, paulò ante à nobis citatus, περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. hoc est, de Oraculis, quae defecerint, in quo & ipse diversas caussas quaerit, cur cessarint illa ipsa, de quibus agimus, responsa. Sed mordicus tenendum duco, quod Micyllus admonet, sub Christi adventum, daemonum ludibria sublata fuisse: ut eo nascituro, qui praesens coelestia oracula ederet, vana impurorum responsa obmutescerent, sive per Syllam, sive per Mithridatem, sive quod vetustate templum dilapsum fuit, & obrutum antrum, quod propter Daemonis ludos, praestigias, & fraudes contemni coeptum fuit, & prorsus non frequentatum amplius. Herodotus Οὐρανίᾳ tradit barbaros à Xerxe missos ad diripiendum fanum horrendis prodigiis, fulminibus, & 60. virorum telis, qui post reliquorum fugam Delphis manserant, una cum propheta Acerato, obrutos, & cum tetra clade praecipitatos fuisse. Reliqui in fugam acti putabant, se videre duos armatos viros humana forma proceriores tergo haerentes, carpentesque caedendo, & persequendo. Itaque à Xerxe incendio deletum non fuit, neque à Brenno, qui consimili clade inde deturbatus periit. Caeterum historia de Brenno Gallorum duce, ejusque exercitu à Delphis victo, atque à Graecis internecione deleto, extat apud Justinum libro XXIV. Pausaniam in Phocicis. Sed à quibus incendio templum Delphicum, & antrum obrutum fuit, parum constare video. Sed ne poëta quidem aperte affirmare videtur, exustum ab hostibus fuisse, cum dicit, sive cortina Barbarorum injuria incendio eversa cineribus oppleta, inde posteris temporibus diu jacuit: unde factum, quod oraculum conticuerit. HORTENS. Quo tempore Delphi à Brenno incensi. Nam locus ipse Πυθὼ Graecis dicitur. GROT. Sequor magnum virum edentem *Pytho*. Ceteri scripti, & editi male *Phiton*, vel *Phyton*, vel denique *Python*, ut est in Voss. sec. tert. & Regio primo. Locus Graece Πυθοῖ, vel Πυθῶνι vocatur, quam terminationem per *o* efferre solent Latini, ut monuimus ad L. I. 214. Immo eodem modo Tibullus Lib. II, 3, 27.

Delos ubi nunc, Phoebe, tua est? ubi Delphica Pytho.

Vide ibi Muretum, & Broukhusium, qui haec etiam capit de Delphis, à Brenno incensis; eique ad-

Seu Paean, solitus templis arcere nocentes,
Ora quibus solvat, nostro non invenit aevo.
Virginei patuêre doli, fecitque, negatis
Numinibus, metus ipse fidem. [a] tunc torta priores
Stringit vitta comas, crinesque, in terga solutos,
Candida Phocaïca complectitur infula lauro.
[b] Haerentem, dubiamque premens in templa sacerdos
Inpulit. illa pavens adyti penetrale remoti

Fatidi-

VARIAE LECTIONES.

a *tum* MSS. & Edd. qq. b *errantem* R. 1.

adsentior, quidquid Micyllus, & Hortensius argutentur. Non audiendi itaque sunt Codd., in quibus *Phaeton*, monente N. Heinsio ad Ovidii Metam. I, 751. *Phoeton* Voss. pr. Fuit autem, cum pro *cavernas* mallem *cavernae*, ut cavernae abierint in cineres, seu combustae sint. passim *ire*, *abire in flammam* &c. pro uri poni, norunt docti. nunc nihil muto *cineres abiere in cavernas inmensas*, est, oppleverunt cavernas penitus, & texerunt, ita, ut vetus spiritus inde exhalare nequeat.

136 VIAM] Qua egrediebatur oraculum. SCHOLIAST.

137 SAT EST CARMINE &c.] i. e. sufficit esse commissa. IDEM. Quia sat fati futuri est, supple, vobis, carmina arcana Sibyllae longaevae, quae usque ad tempora Tarquinii Superbi, aut saltem Prisci ab Aeneae temporibus vixit, commissa sup. esse vobis. ASCENS. Alii legunt *carmine longaevae*; ut sit: *arcana* i. secreta futuri commissa vobis *carmine* i. per carmen Sibyllae longaevae. VERSELLAN. *Carmina*. plerique libri *carmine*. Seu Dii noluerunt Romanis dare responsa, quibus sufficerent libri Sibyllini. BERSM. Sensum Lucani perceperunt quidem omnes interpretes; sed de vera verborum lectione adhuc ambigitur. Jer. Marklandus in Epist. Crit. p. 59. ait ista *sat est* tam à sensu, quam à Latinitate abesse; quare legi vult *fatique patent arcana futuri Carmine*. Verum, praeterquam quod MSS. omnes cum Scholiaste retinent *sat est*; nisi quod in Vossiano uno a m. sec. sit *fati satis est*, & in Amst. *fatique satis est*, hac lectione non redditur ratio, cur Cirrha sileat: quam tamen hîc dare debuit ex instituto suo Lucanus. Praeterea falsum est *arcana* libris Sibyllinis inclusa *patere* Romanis. Patebant nullis nisi sacerdotibus, ut cetera oracula: Est & alius vir doctissimus, qui conjiciebat *fati quum sint arcana f. Carmine &c.* Non puto. à Latinitate vero abesse, quod dicit Marklandus, *sat est*, *arcana* sc. esse *commissa*, numquam concedam: Eodem fere modo Virgilius Ecl. VII, 33.

Sinum lactis, & haec te liba, Priape, quotannis
Exspectare, sat est.

Supra L. II, 109.

Sed satis est jam posse mori.

Retineo itaque illud *sat est*. Verum pro *carmine*, omnes Pulm. & mei MSS., excepto uno, & altero recentiore, & Oxon. primo, & cunctae editiones Sulpitiana priores cum Bersm. exhibent *carmina*. Ut haec sit constructio. Quia sat est, seu sufficit, *carmina arcana fati futuri vobis commissa esse à longaeva Sibylla:* vel *fati futuri arcana carmina longaevae Sibyllae:* ut *carmina* habeat duos genitivos, carmina scilicet Sibyllae, quae continent fatum futurum. quae constructio non est infrequens. Vide J. F. Gronov. ad Livium L. XXXIV. c. 26. J. Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 177. Vel denique posset exponi per appositionem *carmina Sibyllae*, quae sunt *arcana fati futuri*. Eodem modo, ut vs. 198. *tripodas* vocat *arcana mundi*. quia in illis latent, & continentur. Discernat studiosus lector, & eligat constructionem, quae placet. nam *sat fati futuri est, carmina commissa Sibyllae* non recte procedit: *Carmine* si haberent plures bonae notae Codices, minime damnarem.

139 SEU PAEAN SOLITUS TEMPLIS ARCERE NOCENTES] Et hanc causam, & alias quasdam apud Plutarchum habes libro, cur cessaverint oracula. GROT. Ed. tert.

142 METUS] Quoniam trepida, & prudens haec dicebat, prodit se mentitam. nam figmento suo fidem faceret, si hoc secura dixisset. Fecit ergo fidem, esse illic numina, loquentis virginis, quae hoc negabat, timor. SCHOL.

149 NULLO CONFUSAE MURMURE VOCIS INSTINCTAM] Msc. *invictam mentem sacro.* minus bene. BERSM. Si haec sana sunt, vox *nullo* sic exponenda esset, quasi esset non testata ullo murmure: quomodo hunc locum melius, quam alii, cepit

Fatidicum, prima templorum in parte resistit:
Atque [a] Deum simulans, sub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confusae murmure [b] vocis
Instinctam sacro mentem testata [c] furore;
[d] Haud aeque laesura ducem, cui [e] falsa canebat,
Quam tripodas, Phoebique fidem. non rupta trementi
Verba sono, nec vox antri complere capacis
Sufficiens spatium, nulloque [f] horrore comarum

Ex-

VARIAE LECTIONES.

a *diu* meus. b *Phocis* Ed. Rom. c *favore* P. 1. *f. est* Ed. Rom. d *non* V. 1. e *fata* B. 1. f *errore* B. 1. in m. R. 1. A.

cepit Ascensius; dixissetque Lucanus, Phemonoën simulasse quidem, se esse instinctam Deo, sed id non esse testatam murmure confusae vocis. Similis est locus Lib. 1, 331.

- - - - - nullus semel ore receptus
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.

i. e. sanguis semel receptus non patitur. Verum plus videtur mihi dicere voluisse Lucanus, & Phemonoën id non tantum non testatam esse, sed, licet simulare vellet Deum, & ficta verba referret, nullo murmure confusae vocis, solito enthusiasmi signo testatam esse, se non esse instinctam sacro furore: adeo ut deesset altera negatio. *Instructam* est in Pulm. uno & Hulst. quae voces sic saepius commutantur. V. Gronov. ad Senec. de Brev. vitae c. 9. *Divino furore instinctus. Instinctam* meus. Unde conjeceram *intactam*; & ecce conjecturam meam confirmatam dein vidi uno regio Cod. & Ed. Parmensi. Bene, ni fallor. cui lectioni favet etiam Bersm. Cod. *invictam.* quod ipsum forsan alii placeret. quia *domari*, & *vinci* à Deo alibi etiam vaticinantes dicuntur; quo facit sane sequens descriptio, & vs. 193. *domita Virgine.* Virgil. Aen. VI, 80. *fera corda domans.* Sed hoc participium minus huic loco, & sensui quadrat. quare *intactam* est praeferendum. *Tangi* frequenter dicuntur, qui divino afflantur furore. Vide Gebhardi crepund. L. 1. c. 15. & notas ad Ovidii L. III. Amor. 1, 64.

Jam nunc contacto magnus in ore sonor.

151 HAUD AEQUE] i. e. non tantum laedebat Appium, cui falsa dicebat, quantum Apollinem, cujus se numen habere simulabat. SCHOL. *Laesura* hoc loco significat *ludibrio habitura*: ut apud Tibull. L. 1, 10, 6.

- - - - aequum est, impune licere
Numina formosis laedere vestra semel.

ubi adi Broukhus.

152 TRIPODAS] Tripus (*tripos* MS.) est mensa Apollinis à tribus pedibus, quae & *cortina* dicitur. Haec corio Pythii serpentis tecta erat, quem Apollo interfecit. unde & *Pythius* dictus est. Dicitur autem *cortina*, & quia cor vatis tenebat, ne omnia diceret, quae audiebat, vel videbat: vel *cortina* dicitur, quasi *certina*, quia certa responsa inde dabantur; vel à Graeca etymologia *cortina* dicitur ἀπὸ τῆς κόρης τείνειν i. e. à puellae extensione. Nam vates Apollinis afflata numine extendebat se, ut major esse videretur. unde Virgilius; *majorque videri.* SCHOL. Voss. sec. Eadem iisdem fere verbis Servius refert, partim ad Aen. III, 92. partim ad VI, 347.

153 COMPLERE SPATIUM] Ut Virgilius

- - - - - - ostia centum:
Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.

SCHOL.

155 CULMINA TEMPLI] Vossian. prim. secund. Marp. & Voss. tert. pro var. lect. exarant *limina*; ut rescripsi, verissime. Dixerat paullo ante

- - prima templorum in parte resistit.

& confer seqq. ac vs. 128. *Limine terrifico* praeterea in hac re *limina templorum* magnum habent nomen. Consule Cerdam ad Virgilii III. Aen. 90. à viris doctis jam citati.

Vix ea fatus eram. tremere omnia visa repente,
Liminaque, laurusque Dei, totusque moveri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.

quem locum ante oculos videtur habuisse Lucanus. ibid. 370.

- - - - - vittasque resolvit
Sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit:
Atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos.

VI, 45.

Excussae laurus, inmotaque [a] limina templi,
Securumqne nemus, veritam se credere Phoebo
Prodiderant. [b] sensit tripodas cessare, [c] furensque
Appius; Et nobis meritas dabis inpia poenas,
Et superis, quos [d] fingis, ait, nisi mergeris [e] antris,
Deque orbis trepidi tanto consulta tumultu
Desinis ipsa loqui. [f] Tandem conterrita virgo
Confugit ad tripodas, [g] vastisque adducta cavernis
Haesit, & insueto concepit pectore numen,
Quod, non exhaustae per tot jam secula, rupis
Spiritus ingessit vati: tandemque potitus

Pectore

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *culmina.* b *sentit* vulgo. c *furitque* H. pro var. lect. *furentis* R. 1. d *fugis* V. 1. e *antro* P. 2. f *tandemque exterr.* VV. LL. Steph. g *vastis* R. 1. O. 1. A.

VI, 45.

Ventum erat ad limen; cum virgo, Poscere fata
Tempus, ait. Deus ecce, Deus. cui talia fanti &c.
Non comtae mansere comae. sed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument.

Culmina edunt, & propugnant quoque viri doctissimi pro *limina*; quod, vel *lumnia*, est in MSS. omnibus, & videtur restituendum apud Claudianum L. I. R. prof. init.

Jam furor humanos nostro de pectore sensus
Expulit, & totum spirant praecordia Phoebum.
Jam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus, & claram dispergere limina lucem
Adventum testata Dei.

Sed illic forsan Deus descendit per *culmina:* ut apud Justin. L. XXIV. c. 8. *Advenisse Deum clamant, eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia.*

156 VERITAM] Hoc est. omnes res, quae non fiebant, prodiderant virginem. Quod verita erat (*ausa non esset* Voss. pr.) se Apollini committere. SCHOL.

157 SENSIT] Sic Steph. var. lect. Pulm. quinque, Bersm. tres, & duodecim vetustiores ex meis cum Edd. Ven. Parm. Brix. & Mediol. quorum auctoritati cedo. alii *sentit.*

158 INPIA] Servius ad VI. Aen. 662. haec laudans citat *improba.* atque ita est in Voss. tertio. Sollemni scilicet mutatione. Confer, quae dicemus ad L. VII, 760.

161 IPSA] Bene *ipsa.* Numen enim loquens vult audire, non virginem. SCHOL.

161 TANDEM] Quasi (*tamquam* Voss. sec.) coeperit Appium plus timere, quam Apollinem. IDEM.

162 ADDUCTA] Msc. *obducta*, (Oxon. pr. a m. sec.) & alter. *abducta.* perperam. BERSM. *Abducta* tamen praetulit Grotius, & qui eum secuti sunt: eamque lectionem confirmant Voss. prim. à m. pr. Reg. recent. cum uno, & altero. Voss. sec. *inmersa*, quae glossa est ꝭ *abducta.* Huc pertinet, quod Valerius Maximus dicat, Appium coëgisse Virginem *in intimam sacri specus partem descendere.* Verum ex tota Lucani oratione liquido patet, eum hoc non voluisse, sed Phemonoën more prisco supra cavernam illam, unde spiritus exhalabat, & tripoda illi inpositum consedisse, deinde concepto numine per antrum totum, sive adyta templi, in quibus est illa caverna, bacchatam esse, atque adeo illam non *abductam*, sed *adductam cavernae* esse. Sic certe hunc locum intellexit etiam Servius ad III. Aen. 92. dicens. *Nam caverna quaedam in templo Apollinis fuit, ad quam Phoebas rapta vaticinabatur, ut* Lucanus *ostendit.* Restitui itaque *adducta.*

163 INSUETO] Quia diu Apollo tacuerat. SCHOLIAST. Male exponunt Interpretes *insuetum*; quia numen accipere desueverat Tunc enim sibi obloqueretur Lucanus. qui debuit dicere, numquam illam accepisse numen. quoniam, quae semel numine corripitur, moritur, ut ait vs. 117; & jam per tot secula oraculum tacuerat, vs. seq. Hac enim vates non vivebant annos Sibyllae. *Insueto* ergo est, numquam solito pectore, sed prima vice accipit. Sic L. VIII, 537.

- - - - - *laetatur honore*
Rex puer insueto.

&

Pectore Cirrhaeo, non umquam plenior artus
Phoebados [a] inrupit Paean; mentemque priorem
Expulit, atque hominem toto sibi cedere jussit
Pectore. bacchatur demens aliena per antrum
Colla ferens, vittasque Dei, [b] Phoebeaque serta,
[c] Erectis discussa comis, per inania [d] templi
Ancipiti cervice rotat, [e] spargitque vaganti
Obstantes tripodas, magnoque exaestuat igne,
Iratum te, Phoebe, ferens: nec verbere [f] solo
Uteris, & stimulis; flammas in viscera mergis:
[g] Accipit & frenos: nec tantum prodere vati,

Quantum

VARIAE LECTIONES.

a *irrumpit* B. 1. V. 2. b *Phoebeiaque* B. 1. V. pr. Marp. H. A. c *ereptis* B. 1. Marp. *erectas comas* V. sec. pro var. lect. d *templa* meus. e *sparsitque* O. pr. f *solum* B. 1. R. 1. g *accipis* B. 1. meus.

& alibi. Vel lege, si mavis, *invito*, quam lectionem, elegantem sane, suggerit nobis optimae notae Cod. Voss. tert. L. 1, 385.

Invita peragam tamen omnia dextra.

Sed explicatione hoc non eget.

168 HOMINEM] i. feminam, humanam rationem. SCHOL.

168 SIBI] Tanta insania dicitur mentem vatis corripere, ut homo non jam in ejus voce, sed Deus sonet, & vera obscuris involvat: unde Maro.

Obscuris vera involvens ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

SCHOL. Male apud Serv. ad III. Aen. 434. in Edd. quibusdam *tota* editur, & in aliis *dicere*.

170 COLLA FERENS] Bersm. unus *gerens*. quod placere alicui posset propter sequens *ferens* vs. 174. aeque enim *gerere membra*, ac *ferre* dicitur. Horat. L. 1. O. 8.

- - - - livida gestat armis
Brachia.

Propert. III, 11, 57.

Tu quoque ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos.

Ovid. L. v. Metam. 455.

- - - & qua modo brachia gessit,
Crura gerit.

Vellej. L. II. c. 74. *Nihil muliebre praeter corpus gerens.* & passim. V. Is. Voss. ad Catull. p. 259. & viros doctos ad Phaedri F. 13. Verum cum ceteri Codd. retineant *ferens*, non movere debet quemquam hujus vocis iteratio. In cavenda repetitione negligentissimus, si quisquam, fuit Lucanus, ut alibi monui, & hoc ipso loco patet. Nam ter repetit *pectore*. Adde vs. 317, 319, 520, 526, 756, 758. &c. multa possem talia congerere; sed quia res est lectu taediosissima, desino. *Ferre ora* noster dicit hoc L. vs. 549. *oculos* IX, 128. & passim alii. Graeci φέρειν.

170 ERECTIS DISCUSSA COMIS] Mirifice hic versus citatur, memoriae lapsu, à Scholiaste Cruq. Horat. Ep. v, 27.

Erectis discissa comis, & inhorruit armos.

MSS. nil variant, etiam non in *discussa*. *discissa* esset discerpta, direpta. Sed idem fere notat *discussa*, h. e. dissoluta, & per caput pendentia; alligatae enim infulae, sive laurus dissolutae sunt prae horrore comarum, quae erigi, & stare inceperant. *discutere* divulsionem, & dissolutionem passim notat, ut in *discutere nubes*, *tenebras*, *somnum*. & similibus. *discutere arcum* Ovid. Ar. Am. III, 29. Locum hunc videtur expressisse Statius verbis suis, haec explicantibus, Lib. x. Theb. 163. de Phoebade.

Sertaque mixta comis sparsa cervice flagellat.

ubi plura his similia invenias. De *erectis comis* vide multa ad Silium L. II, 668. *erecta comam.*

172 VAGANTI] h. e. dum discurrit, dejecit tripodas, quae sibi vaganti, i. e. bacchanti virgini, videbantur obstare. SCHOL.

174 IRATUM] Supra enim plenam se Phoebo simulabat. IDEM.

175 UTERIS ET STIMULIS; FLAMMAS IN VISCERA MERGIS] Ita, quod sciam, primus edidit Grotius, omisso *que* post *flammas*: qua particula carent etiam unus Bersm. Reg. pr. & Voss. recentior.

Quantum scire, licet. venit aetas omnis in unam
Congeriem: miserumque [a] premunt tot secula pectus.
[b] Tanta patet rerum series, atque omne futurum
Nititur in lucem; vocemque petentia fata
Luctantur: non prima dies, non ultima mundi,
[c] Non modus Oceani, numerus non deerat harenae.
Talis in Euboïco vates Cumana recessu,
Indignata, suum multis servire furorem
Gentibus, ex tanta fatorum strage, superba
[d] Excerpsit Romana manu. sic plena laborat
Phemonoë Phoebo, dum te, consultor operti
Castalia tellure Dei, vix invenit, Appi,

Inter

VARIAE LECTIONES.

a *prement* B. 1. b al. *tota* non male. c *nec* H. d *excerpis* B. 1. *extensis* V. 1.

Non male. solet enim noster omittere *sed*, & *sed etiam*: ut vidimus ad Lib. II, 86. Vide tamen, an tunc non melius scriberetur *solum*, pro *solo*, ut est in quibusdam MSS. Geminus plane locus foret illi ex L. IV, 775.

- - - - *non sanguine solum,*
Telorum nimbo peritura ac pondere ferri.

Quoniam vero ceteri MSS. & Edd. omnes habent *flammasque*, videndum, an non aliter scripserit Lucanus. pro *stimulis*. praeter aliorum Codd. etiam Voss. sec. tert. & quart. cum omnibus editionibus, si excipias Parm. Ascens. Mic. & Hortens., habent *stimulos*. pro *&* scribitur *ac* in Regio primo, Marp. Hulst. uno Pulm. & tribus Bersm. Voss. quart. *at*. Forsan vera erit lectio.

- - - - *nec verbere solo*
Uteris: at stimulos, flammasque in viscera.

v. l. *&* *stimulos* pro *etiam*, ut ante Grotium legebatur, cujus tamen lectionem, quae satis mihi placet, donec certius quid statuatur, retinui. Plus enim urgent *stimuli*, quam *verbera*. Et bene junxisset *stimulos*, & *flammas*, metaphora ducta ab equis, qui stimulis, & facibus ad cursum incitantur. de quibus consule J. F. Gron. ad Senec. L. II. de Ira c. 14. *Sicut tarde consurgentes ad cursum equos, stimulis facibusque subditis, excitamus.* *Mergere stimulos in viscera* dictum, ut *mergere ferrum in robora*, & similia apud nostrum, & alios. Vide ad L. III. 426. Fortasse etiam non voluit opponere Lucanus *verbera*, & *stimulos* &c. sed jungere, sic: Non tantum incitatur a te Phoebas verbere, stimulis, ac flammis, verum contra etiam reprimitur, & accipit frenos, ne tantum, quantum sciret, efferret. Ex hoc sensu *stimulis*, quod est in plerisque MSS., posset retineri. Insuave auribus est *stimulos, frenos*. male Ascensius *que* exponit per *quia*.

176 FRENOS] Apposite laudant hic Interpretes Virgilii locum ex L. VI. Aen. 100.

- - - - *ea frena furenti*
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

De jusso ceterorum silentio vide eumdem L. III, 379. & Servium, uti & ad L. VI, 80, 100.

177 LICET] Plus enim novit, quam Appius expetit, ut loquatur. SCHOL.

177 AETAS &c.] Omnem mundum collectum conspexit, & omne tempus, praeteritum, praesens, & futurum. IDEM.

180 NITITUR IN LUCEM] i. e. emitti, & vulgari conatur, ac luctatur, ut ipse exponit auctor, & viri docti bene interpretati sunt. Male itaque Colinaeus, Stephanus, & in secunda editione Pulmannus è duobus, ut videtur, Codicibus, quibus accedit unus Bersm., reposuit *mittitur*. quod falsum est, & contra Lucani mentem. *Niti* autem cum praepositione *in* frequens est apud Ovidium; sed saepe corruptum in *mitti*. L. II. Ep. 7. ex Ponto.

Et quot aves motis nitantur in aëra pennis.

Vide N. Heinsium ad L. III. Art. Am. 667.

- - *quid aperto pectore in hostem*
Nitor.

Stat. VII. Theb. 802.

- - - *nituntur in hastas.*

Seneca de Clem. cap. 24. *Humanus animus in arduum nitens.* Ipse noster L. IV, 650.

Nitentem in terras juvenem.

Pro

Inter fata diu quaerens tam magna latentem.
Spumea tunc primum rabies vesana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura: [a] tunc moestus vastis ululatus in [b] antris,
Extremaeque sonant domita jam virgine voces.
Effugis ingentes, tanti discriminis expers,
Bellorum, [c] Romane, minas: solusque quietem
Euboici [d] vasta lateris convalle tenebis.
Caetera subpressit, [e] faucesque [f] obstruxit Apollo.
Custodes [g] tripodes fatorum, arcanaque mundi,
Tuque potens [h] veri Paean, nullumque futuri
A Superis celate diem, suprema ruentis
Inperii,

VARIAE LECTIONES.

a *tum* B. 2. V. 2. b *agris* V. pr. pro var. lect. c *ô Rom.* Edd. Sulp. Asc. Mic. Hort. d *in vasta* P. 3. B. 1. e *fauces* R. 1. A. V. 1. f *obstrinxit* B. 1. V. 1. H. *obstrusit* V. 1. A. *obtrusit* B. 1. *extruxit* B. 1. g *tripodas* W. R. 1. h *Paean v.* B. 1.

Pro *vocemque* acute conjicit amicus, legi posse *faucemque*, quam petebant fata, ut in lucem mitterentur. vs. 197.

- - - *faucesque obstruxit Apollo.*

182 NON DEERAT] Cognitio rerum ab initio seculi usque ad finem &c. non deerat scientiae ejus. SCHOL.

183 EUBOICO] Euboea est insula, cujus civitas est Chalcis; de qua venerunt illi, qui Cumas condiderunt, quam *Cumas* appellaverunt, vel a potu κυμάτων i. e. ab undis; quia est super litus maris, vel à muliere praegnante ibi reperta, quae Graece ἔγκυος dicitur, nam κύειν dicunt Graeci *eniti*. IDEM. *Voss. sec.* Haec rursus eisdem fere verbis habet Serv. ad Aen. I, 342. III, 441. VI, 2. Duas Sibyllas confundit noster, & alii. V. omnino Vlitium ad Gratii Cyneg. vs. 35.

184 INDIGNATA] Sensus hic est. Sic Sibylla, cum aegre ferret, se furere, ut omnibus futura praediceret, de tot fatorum diversitate, & multitudine superba manu excerpsit *fata Romana*. i. libros Sibyllinos, ad solos Romanos pertinentes. SCHOLIAST.

187 DUM TE &c.] i. e. dum tua fata disquirit, dum te vix invenit, Appi, qui consulis Deum *opertum*. i. secretum, absconditum tellure Castalia. *Inter fata*, sive omnium, sive Romana. IDEM.

189 TAM MAGNA] Msc. *te magna*, ut ad Appium referatur. BERSM. Male. rectius pro *magna* in veterrimo Voss. primo est *multa*. Non enim hic quaeritur, quam *magna*, sed quam *multa* sint fata. Non temere tamen muto.

190 TUNC] Msc. *tum*. quasi dicat. invento Appii fato. BERSM.

191 CLARA] Quomodo *clara murmura*, si *anhelo meatu* eduntur? an *dura* vel *rauca*? an *clausa*, seu *clusa*? Seneca Agam. 712.

Stetere vittae: mollis horrescit coma,
Anhela corda murmure incluso fremunt:
Incerta nutant lumina &c.

Totus ille locus de Phoebade agens meretur inspici. plane enim geminus est nostro. an *elata* i. e. edita, producta? quae conjectura etiam est humanissimi, & doctissimi Waddeli. vel *elisa*? ut apud Silium Ital. L. 1, 531.

- - - - - - *nisuque elisus anhelo*
Auditur gemitus, fractumque in casside murmur.

193 DOMITA] Ut Virgilius:

- - - *tanto magis ille fatigat*
Os rabidum, fera corda domans.

SCHOL.

196 TENEBRIS] Obscure mortem denunciat; nam in Euboea ista periit, i. in civitate Chalcide, quae est juxta Caristum. IDEM. *Nihil est*, inquit, *ad te hoc, Romane, bellum, Euboicae Cellam obtinebis*, ut Valerius scribit. SULPIT. Fuit autem Euboeae Cella, locus inter Rhamnunta Atticae partem, & Caristum Chalcidico freto vicinam, ut idem Valerius tradit libro primo capite ultimo. Hic ante Pharsalicum certamen Appius morbo consumptus, praedictum à deo locum pro sepultura possedit, cum ratus, ab Apolline se moneri, ne illi

 discri-

Inperii, caesosque duces, & funera regum,
Et tot in Hesperio [a] conlapsas sanguine gentes
Cur aperire times? an nondum numina tantum
Decrevêre nefas? & adhuc dubitantibus [b] astris
Pompeji damnare caput, tot fata tenentur?
Vindicis an gladii facinus, poenasque furorum,
Regnaque ad ultores iterum redeuntia Brutos,
Ut peragat fortuna, taces? [c] tunc [d] pectore vatis
Inpactae cessêre fores, [e] expulsaque templis
[f] Prosiluit: perstat rabies, nec cuncta locutae,
Quem non emisit, superest Deus. ille feroces
Torquet adhuc oculos, totoque vagantia coelo
Lumina, nunc [g] vultu pavido, nunc [h] torva minaci:

Stat num-

Variae Lectiones.

a *collisas* Marp. b *hastis* R. 1. c MSS. & Edd. qq. *tum.* d *tempore* Mic. & Hort. m. e vulgo *exclusaque.* f *prosiliit* V. 1. g *pav. vul.* V. pr. h *torcta* A.

discrimini interesset, in eam regionem secessisset. MICYLL. Ex hoc loco patet, apud Valerium ex fide Mstorum legendum esse *Euboeas Coelen*, ut illic jam conjecit consobrinus meus Torrenius, non *Cellam*. Adhibuit Graecum Valerius τὴν κοίλην Εὐβοίας. sic ἡ κοιλὴ, τῆς γῆς scilicet, de qua vide ad L. 1, 400. Latini passim *cava vallis:* & cui est ignota *Coele Syria?*

200 Celare] Ut pendeat *à superis potens*, qui beneficio Deorum nullum tempus, cum voles, celare potes. HORTENS. Unde habeat suum *celare* Hortensius, cum ipse taceat, nescio. Errat vir doctus, licet *celare* invenerim in Voss. recent. a m. sec. Bene Scholiastes *celare* exponit. *Tu celate i. quem nullum diem Dii celaverint de futuris.* Lucanus enim dicit, Apollinem *veri potentem* esse (de qua locutione egi ad Obseq. c. 114. Adde Ill. Heinsium ad Claudian. 11. Cons. Stilic. 136. & sic Columella L. 1. c. 1. emendante Heinsio, *carminum potens*) & omnia futura ei à Diis patefacta esse, qui eum nullum futuri diem celavere. Offensus forsan fuit Hortensius participio *celatus* de homine sumpto. Ita vero Cicero Lib. 11. Epist. ad Fam. 5. *Debes existimare te maximis de rebus à fratre esse celatum.* & sic ille saepe. Adde Broukhus. ad Tibull. L. 1, 9, 1.

Non ego celari possim.

Arcana mundi hic ipsi dicuntur tripodes, in quibus inclusa sunt, & servantur. V. ad vs. 137.

200 Suprema] Mic. *sub prima*, perperam. BERSM. Adfert Servius ad illud VI. Aeneidos 47. *non color unus.* GROT. *Ed. tert.*

204 Decrevere] i. an adhuc Dii non constituerunt, ut talia Roma patiatur, & ideo ista non nosti. SCHOL.

204 Dubitantibus] Secundum Mathematicos, qui volunt, fata hominum in sideribus esse constituta. IDEM.

205 Tenentur] i. incerta sunt, atque suspensa. IDEM. Alii exponunt, *Silentio premuntur.*

206 Vindicis] Caesar positus in Senatu, auctore Bruto, & Cassio occisus est à patribus. Hunc gladium dicit *vindicem*, scilicet Pompeji mortis. SCHOL.

206 Furorum] Msc. quatuor *furoris*, h. e. belli civilis: non inscite. BERSM. In tribus Pulm. & quinque meis, sed recentioribus, uti & in Voss. pr. & Witt. a m. sec. ac Edd. Ven. Brix. Med. Sulp. Ascens. Mic. Hort. est *furoris:* sed idem, & fortius est *furorum*, sc. belli civilis, vel Julii, qui bellum intulit, censente Scholiaste.

207 Brutos] Brutus, cujus Cicero in Philippicis meminit, Tarquinium expulit, & post quingentos fere annos hic Brutus de illius Bruti stirpe ortus est, qui Caesarem peremit. Ideo dictum *ad ultores.* SCHOL.

208 Vatis] Ita scribendum, non *fatis.* Post *ille*, id est, Phoebus. GROT. *Fatis*, quod est sine sensu, & errori typothetarum est inputandum, invenerat Grotius in Bersmanni Editione.

209 Cessere] i. inpulsae patuerunt. SCHOL.

209 Exclusaque] Mic. tria *expulsaque*; non male. BERSM. Melius MSS. *expulsaque templis*, ejecta vi numinis. GROT. *Expulsa*, quod exhi-

Stat numquam facies: rubor igneus inficit ora,
[a] Liventesque genas: nec, qui solet esse timenti,
Terribilis sed pallor inest: nec fessa quiescunt
Corda; sed ut [b] tumidus Boreae post flamina pontus
Rauca gemit, sic [c] multa levant suspiria [d] vatem.
Dumque à luce sacra, qua vidit fata, refertur
Ad vulgare jubar, mediae venêre tenebrae.
[e] Inmisit Stygiam Paean in viscera Lethen,
Quae raperet secreta Deûm. [f] tunc pectore [g] verum
Fugit, & ad [h] Phoebi tripodas rediêre futura:
Vixque refecta cadit. nec te [i] vicinia leti
Territat ambiguis frustratum sortibus, Appi:
Jure sed incerto mundi, subsidere regnum

[a] Chalci-

VARIAE LECTIONES.

a *liventisque* V. pr. b *timidus* V. 1. *tumidi* R. 1. a m. sec. *tumido* Ed. Hort. c *muta* V. tert. a m. pr. d *mentem* Marp. e *jam misit* Edd. Br. Med. f *tum* MSS. & Edd. qdd. *cum* R. 1. g *numen* R. 1. h *trip. Ph.* B. 1. V. 1. Marp. i *victima* V. 1.

hibui, est in quatuor Pulm. & omnibus meis praeter Voss. duos, & Amst. Immo *expulsa* jam editur in Edd. Ven. Brix. Med. Sulp. Ascens. Vers. Micylli, & Hortens., aliisque. 11, 242.

Omnibus expulsae terris.

210 LOCUTA EST] Cel. Burm. verissime & eleganter scribendum hic putat *locutae* scilicet *superest*, ad Valer. Flacc. L. v, 237.

Tunc tibi regnorum labes, luctusque supersunt.

Ubi vide exempla. Juvat hanc emendationem, quod in Edd. Romana, & Parmensi *est* non reperiatur, uti nec in Amst. MS.

211 ILLE] Sc. Apollo, ut supplet Scholiastes, & optime restituit Grotius, & omnes omnino Codices cum Edd. Rom. & Veneta confirmant. Omnia enim Deus in ipsa egit, quia hominem cedere sibi jusserat. alii *illa*.

214 STAT NUMQUAM FACIES] Proprium hoc furibundis, faciem colore, & statu mutari. Similia vide in notis Cel. Burm. ad Valer. Flacc. iv, 639.

- - - *stant ora metu*;

& Doct. Drakenb. ad Silium L. xv, 29. *stans vultus*. Seneca de Brev. vitae c. 3. *in statu suo vultus*.

216 TERRIBILIS] i. qui deterreat. *Pallor* duobus modis fit, timore, & furore. SCHOL. Pallor est non *territae*, sed *terrentis*. GROT.

217 CORDA] Ut Virgilius. *Et rabie fera corda tument*. SCHOL.

217 POST FLAMINA] Mscr. *per flamina*, non inepte. BERSM. In meo etiam est *per*. Sed male omnino: postquam jam saeviit ventus, mare tamen adhucdum est tumidum, & murmur edit raucum. Si *per fl.* legas, tota perit comparatio. Ut noster, ita Claudian. L. 1. in Rufin. 70.

- - - - *seu murmurat alti*
Inpacata quies pelagi, cum flamine fracto
Durat adhuc, saevitque tumor.

ubi videndus est Barthius, & Lipsius ad Senecam de Tranquill. Animi c. 2. *Sicut est quidam tremor etiam tranquilli maris, aut lacus, cum ex tempestate requievit.* Tragicus in Herc. Fur. 1088.

- - - *nec adhuc omnes*
Expulit aestus. sed, ut ingenti
Vexata Noto servat longos
Unda tumultus, & jam vento
Cessante tumet.

Adde Herc. Oet. vs. 710. Corrigendus igitur hinc est Lutatius, apud quem pessime legas *timidus Boreas p. f. ventus*, in notis ad Statii Theb. 1, 479.

- - - *ventis ut decertata residunt*
Aequora, laxatisque diu tamen aura superstes
Inmoratur velis.

220 AD VULGARE JUBAR] i. e. ad Solem, qui vulget omnia, ducitur, extemplo passa est tenebras. *Stygiam Lethen* i. oblivionem infernalem SCHOL.

221 IN VISCERA] In meo Cod. *per viscera*. ut Lib. iii, 748.

- - - - *per viscera missi*
Polluerat gladii.

[a] Chalcidos Euboicae, vana ſpe rapte, parabas.
Heu demens; nullum belli ſentire fragorem,
[b] Tot mundi caruiſſe malis, praeſtare Deorum,
Excepta, quis, Morte, poteſt! ſecreta tenebis
Litoris Euboici, memorando [c] condite buſto,
Qua maris anguſtat fauces [d] ſaxoſa [e] Caryſtos,
Et tumidis infeſta colit [f] qua numina Rhamnus,
Artatus rapido fervet qua gurgite pontus,
Euripuſque trahit, [g] curſum mutantibus undis,
Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus Aulin.
Interea domitis [h] Caeſar remeabat Hiberis,
Victrices aquilas alium laturus in orbem.

Cum pro-

VARIAE LECTIONES.

a *Colchidos* & *Calchidas* MSS. & Edd. qdd. & vſ. 236. b *tunc* V. 1. c *credite* Marp. d *anguſta* Edd. Br. Med. e *Cariſtos* MSS. f *quae* V. ſec. pro var. lect. Edd. Alc. Verſ. Mic. m. g *curſu nutantibus* P. 1. h *rem. Caeſ.* B. 1. W. R. 1. V. 1. & Edd. qdd. *remeavit* V. tert.

601.

Excipit immiſſum ſuſpenſa per ilia ferrum.

Nihil tamen muto. iis enim locis *per* optime convenit, non vero hic.

224 VIXQUE REFECTA CADIT] i. e. mortua eſt juxta illud, quod dixerat vſ. 215.

Numinis aut poena eſt mors immatura recepti,
Aut pretium

Refecta dicitur, quia deſiit furor, & ad ſe reverſa eſt. L. 1. in f. ubi vid.

Haec ait, & laſſo jacuit deſerta furore.

Eſt vir doctus, qui mallit *Vox defecta cadit.*

226 JURE SED INCERTO &c.] Senſus hic eſt; cum adhuc eſſet incertum, quis in terris habiturus eſſet imperium totius orbis. hoc eſt *jure incerto mundi ſubſiſtere*, Appius Chalcida (*Calchidam* MSS.) regno poſſidere cupiebat. SCHOL.

226 SUBSIDERE] Suppoſitum iri tibi. SULPIT. Rectius Omnibonus, ut videtur, qui *ſubſidere*, inquit, id eſt, *tibi ſubjicere*. Nam verbum *ſubſidere*, non ſolum abſolute, pro *ſubſiſtere* accipi volunt: ut cum Cicero dixit in Epiſt. *A me conſilium petis, quid ſim tibi autor, in Siciliane ſubſidas, an ad reliquias Aſiaticae negociationis proficiſcaris* &c. ſed etiam furtim, & per inſidias *invadere*, ſive *occupare*, unde, & *Subſeſſores*, inſidiatores dicti, & *Subſeſſor* alieni matrimonii, apud Valerium. Nam ſi abſolute hoc loco accipias, *ſubſidere*, pro *ſubſiſtere*, & quaſi deliteſcere, non *regnum*, ſed *regno*, ablativo caſu legendum erit. MICYLL. Hoc verbum aliter ab aliis hoc loco exponitur. Sunt qui, pro *ſubjectum iri* accipiunt: ut ſit ſenſus. *Imperium orbis terrarum ſub incertum jus venturum.* Quidam pro *invadere* per inſidias, ut Beroaldus, & Omnibonus, ac furtim occupare, quae ſignificatio huc quadrare videtur. Nam ſi pro *ſubſiſtere* quis acceperit, ut recte Micyllus, non *regnum*, ſed *regno* rectius legendum eſſet. HORTENS. Ἐφιδρεύειν. Vide Servium ad illud in v. Aeneidos: *ſubſedit Aceſtes.* GROT. *Ed. pr.* Servius ad v. Aeneidos: Subſeſſores *vocantur, qui occiſuri aliquem deliteſcunt.* Et Libro xi. Subſedit adulter, *dolo poſſedit. Lucanus:* ſubſidere regnum Chalcidos Euboeae. *Unde &* ſubſeſſores *dicuntur, qui inſidiis tauros interimunt, & hoſtium dolos* ſubſeſſos *vocamus.* IDEM. *Ed. tert.* In Servii verbis non *Euboeae* legitur, ſed *Euboicae.* pro *vana* vero ſcribitur male *magna.* Recte autem viri docti cum Gloſſis Voſſ. pr. monent *ſubſidere* activae conjugationis eſſe, & ſignificare *ſubjicere ſibi* per inſidias, & fraudem. Exempla collegit J. F. Gronovius Lib. 1. Obſerv. c. 17. & qui laudantur à Drakenb. ad Silium Ital. L. XIII, 221.

- - - - *ſubſidere ſaepe leonem.*

Adde Pierium ad Virgil. L. XI. Aen. 268.

- - *devictam Aſiam ſubſedit adulter.*

Exaratur vitioſe in Edd. Ven. Brix. Mediol. *mundi ſub Sydere.*

230 MORTE] Senſus hic eſt. Cum tibi ſoli quietem in civili bello pollicerentur oracula, intelligere debuiſti, te eſſe moriturum. (*deberes mortem* Voſſ. pr.) Nam in tot hominum malis, ut aliquis quie-

Cum prope fatorum tantos per prospera cursus
Avertêre [a] Dei. nullo [b] nam Marte [c] subactus
[d] Intra castrorum timuit tentoria ductor
Perdere successus scelerum: cum paene, fideles
Per tot bella manus, satiatae sanguine tandem,
[e] Destituêre ducem: [f] seu moesto classica paullum
Intermissa sono, [g] claususque, & frigidus ensis
[h] Expulerat belli furias: seu, praemia miles
Dum [i] majora petit, damnat caussamque, ducemque,
Et [k] scelere inbutos etiam [l] nunc venditat enses.
Haud magis expertus [m] discrimine Caesar in [n] ullo est;
Quam [o] non è stabili, tremulo sed culmine cuncta

[a] Despi-

VARIAE LECTIONES.

a *Dii* V. 1. b *jam* P. 3. B. 1. W. meus. c *subactos* W. d *inter* A. e *deseruere* V. 1. vide ad fin. L. II. f *moesto seu* Marp. g *clausus* H. meus. h *compulerat* Ed. Ven. i *pejora* B. 1. k *scelerum* meus. l *num* Hort. Ed. m *Caes. discr.* Marp. n *illo* VV. LL. Steph. V. 1. o *nunc non st.* V. tert. a m. sec. *non ex s.* B. 1.

quietus sit, Deorum nemo, sed sola mors praestare potest. SCHOL. *Mortem* Lucanus hic, & alibi cum Poëtis, ut numen aliquod considerat. V. II, 100. & passim.

232 SAXOSA] Ob marmor Carystium, notante Lutatio ad Statii Theb. VII, 370. *non te, saxosa Caryste.*

233 NUMINA] Nemesis illic colitur, quae tumentes, & superbos dejicit, timidis non favet. SCHOL.

233 RHAMNUS] Mscr. duo *Rannus.* male. BERSMANN. MSS. multi, & Editiones primae cum Ascensio & Versell. *Rhamnis*, vel *Rhamniis.* perperam. Graece est Ῥαμνοῦς. *Aulin* ex vetustis codicibus, cum Ascens. mox reposui pro *Aulim.*

234 ARTATUS] Augustum mare, quod Euboeam separat à Boeotia. SCHOL.

235 EURIPUS] Angustia in mari Euripus dicitur, sed & Euripus dicitur reciprocus cursus aquarum, qui accedit, & recedit in angustis locis. IDEM. Multa de Euripo congerit Hortensius, qui à tirone consuli potest, & Lutatius haec citans ad Stat. Theb. VII, 333. *Iniquam classibus.* recte Sulpitius, & alii interpretes capiunt haec verba propter classem Graecorum ibi retentam. Male Scholiastes ait. *Ibi enim periclitatae naves Graecorum esse dicuntur*; intelligit, credo, naufragium redeuntis à Trojano excidio Graecae classis ad Capharea Euboeae. Non melius etiam Hortensius hic se gessit, qui haec exponit, quod *Aulis sit petricosus locus*, sive quod *plenis velis navigia saepe frustretur.*

245 FRIGIDUS] Nullo sanguine calefactus. SCHOL.

246 EXPULERAT] Voss. sec. & quint. *expulerant:* quia praecesserunt *classica.* Sed nihil esse mutandum, vidimus ad L. 1, 19, 422; & infra aliquoties sic occurret.

248 VENDICAT] i. sibi proprios facit, & usurpat ad usum suum, & quos enses prius ad scelus eduxerant; nunc ad reprimendum scelus in sceleris authorem usurpant. aut legemus *vindicat.* Ut sit: *& miles vindicat*, i. liberat à scelere etiam nunc, i. tandem enses imbutos scelere, quia desueti, sive quia exosi bella in Caesarem tumultuaverunt. ASCENS. *Venditat* crebro vult vendere. Alii legunt *vindicat*, & *vendicat*, minus probe. Idem alibi, *Venalesque manus.* BERSM. Bersmannum, & Grotium sequor in τῷ *venditat:* pro quo ceterae Edd. *vendicat.* *Venditat* est etiam in tribus Pulm. Voss. pr. tert. & quarto, Regio utroque, Witt. Boh. Marp. & Oxoniensibus. Nepos in Att. c. 11. *florentibus se venditare:* ubi eodem modo variatur. Justin. L. XVII, 2. *Omnibus se partibus venditabat.* Vendere volebant cariore pretio, suam operam Caesari, id renuenti; atque ideo seditionem fecerant, ut ostendit auctor his verbis: *praemia miles dum majora petit.* De parvis praemiis queruntur etiam vs. 270. &c. Testatur id quoque Appianus, monente Hortensio. Si tamen quis malit retinere *vindicat*, non valde repugno, ut significet, asserit sibi etiam nunc, sive tandem enses, & amplius Caesari commodare negat: quia non tam majora stipendia habere, quam dimitti velle in

hac

[a] Despiceret, staretque super titubantia fultus.
Tot raptis [b] truncus manibus, gladioque relictus
Paene suo, qui tot gentes in bella trahebat,
Scit non esse ducis strictos, sed militis, enses.
Non pavidum jam murmur erat, [c] nec pectore [d] tecto
Ira latens: nam, quae [e] dubias constringere mentes
Caussa solet, dum quisque pavet, quibus [f] ipse timori est,
Seque putat solum regnorum injusta gravari,
Haud retinet. [g] quippe ipsa metus exsolverat audax
Turba suos. quidquid multis peccatur, inultum est.
Effudêre minas. Liceat [h] discedere, Caesar,
A rabie scelerum: quaeris terraque marique
His ferrum jugulis, [i] animasque [k] effundere viles
[l] Quolibet hoste paras: partem tibi Gallia nostri

Eri-

VARIAE LECTIONES.

a *Respiceret* B. 1. b *manibus truncus* B. 1. c *sed* R. pr. suprascr. d *toto* V. 1. & a m. pr. V. 1. R. pr. H. e *pavidas* Marp. f *ille* O. g *sed quippe* B. 1. h *descendere* A. i *animas* V. 1. k *infundere* R. 1. l *quodlibet* B. 1.

hac oratione milites videntur. *A scelere liberat* male Omnibonus exponit cum Ascensio, qui frustra inter *vendicat*, & *vindicat* distinguit. Verbum enim *vendicare* est nihili, & solummodo à prava librariorum consuetudine profectum.

249 EXPERTUS] i. e. numquam, sicut nunc, expertus est Caesar, quam non firmum erat ejus imperium, sed vacillans. SCHOL.

249 IN ULLO EST] Verbum substantivum non agnoscit Regius prim. neque Edd. princeps, & Veneta, ut *expertus* pertineat ad verbum *scit*, & delenda sit major distinctio, quam rectius nunc, ni fallor, posuimus post *fultus*. Sed malim hic *est* retinere cum ceteris. Male autem in vulgatis Prisciani exemplaribus circumfertur, *& quam non sit.* c. 863.

254 SCIT &c.] Intellexit omnem imperii potestatem non in duce, sed in ipso milite constitutam: quid enim solus auderet. SCHOL.

254 STRICTOS] Enses, qui stringuntur, videt esse in militum potestate, non in sua. GROT. Ed. pr. & sec.

256 CONSTRINGERE] Sub imperio continere. Alii *confringere* h. e. terrefacere. BERSM. *Confringere* contra omnes MSS. edidit Sulpitius, & dein cum Micyllo Ascensius, qui exponit, *simul frangere, & evincere.* Male. Optime hic *constringere* adhibet auctor, respiciens ad metum & pavorem, mentes in officio continentem, qui passim *adstringere*, *adligare*, *vincire* pectus, & mentem dicitur. ut vidimus supra. Ipsum hoc verbum usurpat auctor L. VII, 466.

- - - *tamen omnia torpor*
Pectora constrinxit.

Immo patet, *constringere* legendum esse, vel ex solo contrario verbo *exsolvere*, quod sequitur.

257 CAUSSA SOLET] Sensus est. Dubias militum mentes, quae solet caussa revocare, nunc non revocat. Sunt autem caussae, quae revocant; dum timet miles Imperatorem suum, à quo ipse metuendus est, & cum unusquisque solum se injusto gravari credit imperio, & queri, aliis tacentibus, erubescit. Hîc ergo haec caussa non retinet milites; simul enim queruntur universi. SCHOL.

258 REGNORUM INJUSTA GRAVARI] Quidam sic exponunt *gravari*, *Tyrannidis injustitiam gravatim ferre*: ut verbum *gravari* deponentaliter, non passive accipiatur. Sulpitius interpretatur, *inferre molestiam injustis regibus.* Badius triplicem expositionem adducit: ut *gravari* deponentaliter, pro *opprimere* accipiatur: vel *opprimi*, sive *gravatim ferre*: vel *injusta*. hoc est, *per injusta*, ut fit, eclipsis. Postrema expositio videtur Glareano arridere. Dum miles putat, se per injusta regna, & injustam dominationem opprimi. HORTENS. Per injustam tyrannidem opprimi. BERSM. Inter-

Eripuit, partem duris Hispania bellis:
Pars jacet Hesperia: totoque exercitus orbe,
Te vincente, perit. Terris fudisse cruorem
[a] Quid juvat Arctois, Rhodano, Rhenoque subactis?
Tot mihi pro bellis bellum civile dedisti.
Cepimus expulso patriae cum tecta Senatu,
Quos hominum, vel quos licuit spoliare Deorum?
Imus in omne nefas, manibus, ferroque nocentes,
Paupertate pii. [b] finis quis quaeritur armis?
Quid satis est, si [c] Roma parum? jam respice canos,
Invalidasque manus, & [d] inanes cerne lacertos.
Usus abit vitae: bellis consumsimus aevum.
Ad mortem dimitte senes. en inproba vota!
Non [e] duro liceat morientia cespite membra

Ponere

VARIAE LECTIONES.

a *quo* Ox. pr. b *quis finis* V. 1. c *parum est* B. 1. mei 10. Edd. Rom. Parm. Steph. V. Valer. Prob. c. 1422. d *inanis* R. pr. V. pr. sec. e *lic. duro* B. 1. Edd. Asc. Mic. Hort.

terpretes hic se multum, & varie torquere cernimus: cum nulla in his verbis sit difficultas. *Gravari* est inpatienter ferre, nolle pati injusta regna. Sic Lib. VII, 284.

Romanos odere omnes, dominosque gravantur.

Plinius Panegyr. c. 45. *Non aliis esse principem gratiorem, quam qui maxime dominum graventur.* Docuit id jam dudum summus Gronov. ad Senecae Thyestem vs. 106.

- - - *jam tuum moestae pedem*
Terrae gravantur.

Plura vide apud Salmas. Plin. Exercit. p. 265. N. Heinsium ad Claudian. Lib. I, 1. Eutrop. 300. & Drakenb. ad Silium L. II, 598.

- - - - *lucemque gravantur.*

Atque hoc modo legendum esse putem in Frontino Lib. II. c. II. §. 2. *Intellexisset, eos, qui tunc praesidio illis erant, jam gravari belli incommoda.* vulgo *incommodo.*

260 QUIDQUID MULTIS &c.] Nam quis dux potest contra omnem exercitum dimicare? SCHOLIAST. Vide Senecam de Ira L. II. c. 10. Vegetium de R. Mil. L. III. c. 4.

266 HESPERIA] In Voss. tertio a m. prima *Hesperiae.* L. VIII, 128.

Siccaque Thessaliae confundit lumina Lesbos.

ubi vide, & ad vs. 428.

Et si Thessaliae bellum civile peractum est.

Pro *toto orbe* invidiosius foret *totumque e. orbem te vincente perit.*

268 ARCTOIS] Decem enim annis pugnavit in Gallia. SCHOL.

268 RHODANO] Msc. *Rhodanoque*, mendose. BERSM.

273 PAUPERTATE PII] Ita enim inopes sumus, ut putaremus, nil armis fecisse crudeliter, cum omnia mala fecerimus. SCHOL.

275 INANES CERNE LACERTOS] *Inanes lacerti* sunt sine carne, macilenti, ut senum. Sic simpliciter dicitur *inanis* nudus ab opibus, nil pecuniae habens. Vide Passerat. ad Propert. Lib. IV, 547. Hoc tamen loco incidit mihi conjectura, an non legi debeat *carne*, & probabat amicus meus. *Respice* satis erat. non necesse est addi verbum *cerne.*

276 USUS ABIT VITAE] Hoc est. Omne tempus, quo vita uti poteramus, absumptum est. Mors sola jam superest. SCHOL.

277 INPROBA VOTA] Iniquae petitiones. Ironice Sc. justa vota. Numquid malum petimus? IDEM.

278 NON DURO] i. e. mori volumus, sed non in proelio, immo in penatibus nostris. liceat ergo membra ponere non in duro cespite. IDEM.

279 GALEAM] Scilicet qua armati moriamur. Sunt, qui *glebam* legant, sed non probem. VERSELLAN. Libri quidam *glebam.* Sicut & Msc. BERSM. Quid sit *galeam ferire fugiente anima*,

Zz non

Ponere, non anima galeam fugiente ferire,
[a] Atque oculos morti clausuram quaerere dextram,
Conjugis inlabi [b] lacrimis, unique paratum
Scire rogum. liceat morbis finire senectam.
Sit praeter gladios aliquod sub Caesare fatum.
Quid, velut ignaros, ad quae [c] portenta [d] paremur,
Spe trahis? usque adeo soli [e] civilibus armis
Nescimus, cujus sceleris sit maxima merces?
Nil actum [f] est bellis, si nondum comperit, istas
Omnia posse manus. nec fas, nec vincula juris
Hoc audere [g] vetant. Rheni mihi Caesar in undis
Dux erat, hîc socius. Facinus, quos inquinat, aequat.
Adde, quod ingrato meritorum judice, virtus
Nostra perit. quidquid gerimus, fortuna vocatur.

Nos fa-

VARIAE LECTIONES.

a *ast.* V. 1. b *& l.* V. 1. c *tormenta* Marp. d *paramur* V. 1. e *in civ.* Ed. Ven. f deest in R. 1. g *vetat* V. sec. pro var. lect.

non bene capio propter interpretes, qui exponunt, animam morientis tangere galeam, ut per eam, sive ejus foramina exeat. Addit Beroaldus, militem, qui in pugna occiditur, dici *ferire galeam.* Quo sensu, & qua auctoritate, non probat. Passim auctor animam per vulnera exire canit. Quare forsan respicit ad motum, quem faciunt vulnerati capite, manibus, pedibusque. Sed tum clarior alicui videretur lectio, quae in nonnullis, non tamen optimis, reperitur, Codicibus, *glebam*, ut explicet, & persequatur sensum prioris versus. *Glebam* est in Marpurg. Hulst. Amstel. & pro var. lect. in Voss. quarto; item in Edd. Romana, Sulpitii, Ascensii, Micylli, & Hortensii, qui bene juxta hanc vocem ait, *pedibus capitibusque verberare frigidos cespites, & durum solum.* Huc facit etiam Scholiastes scribens, *more palpitantis elidere.* De palpitatione morientium, & pulsu terrae. Virgil. Aen. x, 349.

Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.

Horat. O. II, 7, 12.

Turpe solum tetigere mento.

Ovid. L. III, 125.

Trepido plangebant pectore matrem.

Seneca Herc. Fur. 895.

Terram cecidit ore.

Adde Heinsium, & alios ad Silium L. v, 527. & ad Ovidium L. v. Met. 40.

Qui postquam cecidit, ferrumque ex osse revulsum est, Palpitat.

Immo nihil muta, & sume *galeam ferire* hoc sensu. Liceat non caput galeatum terrae inpingere, & galeam inlidere duro solo, dum anima fugit, & morimur.

281 UNIQUE] Nam in bello non uni rogus fit. quia, quando multi interficiuntur, omnes comburuntur simul, & non habent singula busta; sed si unus moritur, illi soli rogus paratur. SCHOL.

286 MERCES] i. e. merces, quam promittis, scimus, cujus sceleris sit, dum ad bella civilia trahimur. Sensus est. Nescimus nos, quam magnam mercedem sumere debeamus, patrato scelere. εἰρωνικῶς dictum est. IDEM. Obscure innuunt, maximam mercedem fore sceleris, in ducem ipsum Caesarem patrati, ut jam monuerunt Interpretes.

288 FAS NEC V. JURIS] *Fas*, quantum ad Deos. *Juris* quantum ad homines: ut Virgilius. *Fas & jus sinunt.* SCHOL.

290 DUX ERAT, HIC SOCIUS] Obscure Caesari mortem minantur cuncti, dum ei ducis nomen eripiunt, & simul scelere esse pollutum, ostendunt. IDEM.

290 AEQUAT] Quos pariter maculat facinus, crimen aequales facit. SCHOL. Imperatores Leo, & Anthemius in Constitutione, quae est XXXI. Cod. Justin. De Episc. & Cler. *Ut eos, quos par facinus coin-*

Nos fatum [a] sciat esse suum. licet omne Deorum
Obsequium [b] speres, irato milite, Caesar,
Pax erit. [c] Haec fatus, [d] totis discurrere castris
Coeperat, infestoque ducem deposcere vultu.
   Sic [e] eat, ô Superi, [f] quando pietasque, fidesque
[g] Destituunt, moresque malos [h] sperare relictum est;
Finem civili faciat discordia bello.
Quem non ille [i] ducem potuit terrere tumultus!
Fata sed in praeceps solitus [k] committere Caesar,
Fortunamque suam per summa pericula gaudens
Exercere, venit: nec, dum desaeviat ira,
Exspectat: [l] medios properat tentare furores.
Non illis urbes, spoliandaque templa negasset,
Tarpejamque Jovis sedem, matresque Senatus,

Passuras-

VARIAE LECTIONES.

a *sciet* B. 1. Edd. Col. Steph. Gryph. Hort. Pulm. Bersm. aliaeque. b *fieres* B. 1. c *hoc* V. 1. d *totus* R. 1. e *placeat* S. R. 1. W. a m. pt. *fiat* Ed. Rom. V. ad L. 11, 304. f *postquam* A. g *destituit* V. 1. Marp. h *superare* W. i *ducum* meus. k vulgo *demittere* & *dim.* l *medius* W.

coinquinat, & aequat, utrosque similis poena comitetur. GROT.

292 FORTUNA] Caesaris felicitas nominatur, sed intelligat Caesar, fatum, & felicitatem suam in nobis esse, qui vincimus. SCHOL.

295 PAX ERIT] Acute dictum, quam scilicet non vis tu. nam iratus miles bellum debuit comminari. IDEM.

299 DISCORDIA] i. e. Si pax, finisque civilis belli ex fide, & pietate, unde deberet nasci, non oritur, saltem à vitiis, & à discordia inter milites, & ducem oriatur; scilicet si Caesarem occidat exercitus. IDEM.

301 COMMITTERE] Primus, quod sciam, Grotius edidit *demittere.* ut habent unus Bersm. Reg. pr. cum duobus recentioribus. Reliqui minus recte *dimittere.* Cicero Lib. IX. ad Famil. Ep. 1. *Cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demisissem.* Veriorem autem lectionem praebent nobis alii, quae est *committere*, ut Voss. sec. Marp. Codd. & Edd. Ascens. Versell., Paris. A. 1512. Micylli, & Hortensii. Hoc est, praecipiti & temerario aestui fata sua credere. L. 11, 372.

Audet in ignotas agmen committere gentes.

Terent. Hecyr. 1, 2, 34.

Numquam tam dices commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam.

Prol. 44.

- - - - *se in vostram commisit fidem.*

Livius Lib. XXVIII, 18. *Commisisse sese in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam, sed potiundae Africae spem affectantem.* Adde Lib. XXX, 14. & supra Lib. III, 512. *satis committere robur.*

303 VENIT] Qui fugere debuisset, nisi fortunam suam in difficultatibus suis soleret exercere, & experiri. SCHOL.

306 MATRESQUE SENATUS] i. e. Senatorum, & principum civium uxores. Loquitur autem sui temporis more: quo Augustis inditum est cognomentum *Patres Senatus*, Augustaeque appellari coeperunt *Matres Senatus*, vel *patriae.* De Livia Tacitus Lib. 1. Ann. c. 14. *Multa Patrum, & in Augustam adulatio: alii Parentem, alii Matrem patriae appellandam censebant.* Sic in rarissimo aeneo penes Francorum regem nummo Augusti, ab altera parte sedens mulier est cum Inscr. AUGUSTA MATER PATRIAE: apud Vaillant. de num. Impp. Rom. Plura videri possunt in dissert. Ill. Spanhemii de Usu, & Praest. Numm. p. 719. Ed. pr.

307 VULT OMNIA CAESAR] In quatuor Pulm. uno Bersm. & quatuor vetustissimis Vossianis, Wittiano, Hulst. & Marp. est *certe.* Bene, si quid video: quare scripsi ex stylo auctoris Lib. IV, 213.

Passurasque [a] infanda nurus. vult omnia [b] certe
A se saeva [c] peti, vult praemia Martis amari:
Militis indomiti tantum mens sana timetur.
Non pudet, [d] heu Caesar, soli tibi bella placere
[e] Jam manibus damnata [f] suis? hos ante pigebit
Sanguinis? his ferri grave jus erit? ipse per omne
Fasque nefasque [g] rues. [h] lassare, & disce, sine armis
Posse pati: liceat [i] scelerum [k] tibi ponere finem.
Saeve, quid insequeris? quid jam nolentibus instas?
[l] Bellum te civile fugit. Stetit aggere fultus
Cespitis, intrepidus vultu, meruitque [m] timeri
Non metuens: atque [n] haec ira dictante profatur:

Qui mo-

VARIAE LECTIONES.

a *nefanda* VV. LL. Steph. Marp. M. b *Caesar* vulgo. c *pati* V. 1. R. pr. a m. sec. d *ó* B. 1. e *in* Edd. Br. Med. f *tuis* vulgo. *p. is* margo V. 1. g *ruis* W. Edd. Ven. Br. Hort. m. *ruens* R. 1. h *laxare* O. 1. Edd. Rom. Parm. i *sceleris* R. 2. k *vel* V. 1. l *te b.* Edd. quaedd. m *videri* H. pro var. lect. n *hoc* Ed. Rom. Parm.

Non potes hoc caussae, miles, praestare, senatus
Adsertor victo redeas ut Caesare: certe
Ut vincare potes.

VII, 201.

Dissimilem certe cunctis, quos explicat, egit
Thessalicum Natura diem.

Adde 345. IX, 556, 562. & saepius.

309 MENS SANA] Hoc solum in indomito milite suo Caesar horrescit (*timuit* Voss. pr.) ne habere sanam mentem incipiat, & respuat bella civilia. SCHOL.

311 MANIBUS SUIS] Ab his scilicet, qui eadem gerebant, i. e. militibus tuis. IDEM. Rectissime exponit Scholiastes *manibus suis.* milites enim sunt *manus belli. Suis* enim, non *tuis*, ut vulgo fiebat, legendum est: & sic habent unus Pulm. Voss. prim. tert. quint. Regius uterque Wittian. Hulst. item Voss. sec. & quart. pro var. lect. & Edd. Rom. Parm. Ascens. Versell. Micylli. Recte, & eleganter. Mutarunt, qui non intelligebant. Lib. I, 657.

Succensusque suis flagrasset curribus aether.

ubi tamen vide. III, 747.

Nondum destituit calidus, sua vulnera sanguis.

VII, 77.

- - - ipsae sua signa revellent,
Prosilientque acies.

631.

- - - - mors nulla querela
Digna sua est.

quibus locis male quidam *tua.* Virgil. Ecl. VII, 54.

- - sua quaeque sub arbore poma.

ubi male Cerda *sua* capit in ablativo una syllaba. Silius Ital. L. II, 532.

- - - populumque ferocem
Dextris sterne suis.

Aliquoties id in Ovidio emendat Heinsius. Vide ad Epist. XVII, 254. L. III. Art. Am. 540. Rem. Am. 54.

Nec servum vitii pectus habere sui.

313 LASSARE] Id est fias lassus, & defatigeris, oro, aut moneo. Sunt, qui *lassere* legunt. Nam utrumque dicitur: *fac,* & *facias: Veni,* & *venias* &c. quia tamen dicit *& disce*, dicam *lassare.* ASCENS. Sulpitius nempe ediderat *lassere.* MSS. omnes *lassare.*

313 SINE ARMIS PATI] Hoc est, esse sine bello. SCHOL. Seneca:

Immane regnum est posse sine regno pati.

Eodem plane modo dixit Seneca lib. II. Contr. II. *Potes sine viro pati.* Lucanus ipse Nono: *Et nescis sine rege pati.* Notabilis ἰδιωτισμός. GROT. Ed. pr. Diu est, quod loquendi genus hoc annotavimus in tragoedia Senecae:

Immane regnum est posse sine regno pati.

Seneca pater controversia nona libri II. *Patrem putas pati sine liberis posse?* & paulo post: *non possum sine*

Qui modo in absentem vultu, dextraque furebas,
Miles, habes nudum, promtumque ad vulnera pectus.
Hic fuge, si [a] belli finis placet, ense relicto.
[b] Detegit inbelles animos nil fortiter ausa
Seditio, tantumque fugam meditata juventus,
[c] Ac ducis invicti rebus lassata secundis.
Vadite, meque meis ad bella relinquite fatis:
[d] Invenient haec arma [e] manus, vobisque repulsis,
Tot reddet Fortuna viros, quot [f] tela [g] vacabunt.
Anne fugam Magni tanta cum classe [h] sequentur
Hesperiae gentes, nobis victoria turbam
Non dabit, inpulsi tantum quae praemia belli

Auferat,

VARIAE LECTIONES.

a *finis b.* V. pr. Marp. b *protegit* B. I. c Hic versus deest in W. sed adscriptus est a m. sec. d *inveniant* R. I. e *viros* R. I. f *bella* Marp. g *vocabunt* R. pr. Marp. Hort. m. h *sequuntur* vulgo.

sine te pati. & controversia decima libri ejusdem: *Potes sine viro pati.* quod & in excerptis legitur eodem modo. Ipse infra Lucanus:

Et nescis sine rege pati.

Haec omnia sunt uniusmodi. GROT. Ed. tert. Adi Gronovium ad Senec. Thyest. 468. & ad Philosophi L. III. N. Q. in praef. *sine patria pati poterat.*

314 LICEAT] Malim, vel *libeat*, vel *sibi* i. e. militibus cum Voss. primo a m. pr.

316 AGGERE FULTUS CESPITIS] Mscr. tria *fulti* h. e. aggesti, elevati. BERSM. MSS. mei fere omnes, & Edd. pleraeque *fulti* pro exstructi, congesti, ut alibi loquitur. primus in *fultus* mutavit Gryphius, ejusque heredes. quod, quia duo Pulm. unus Bersm. Marp. & Oxon. pr. MSS. confirmant (*fulto* Hulst pro var. lect.) rursus ejicere nolui. Similiter enim noster vs. 251.

Staretque super titubantia fultus.

Aliter hoc participium magis jacenti convenit, quam stanti. Consule Servium ad Virgil. Ecl. VI, 53. *Molli fultus hyacintho.* Non autem intelligit Lucanus temere situm illic locum, neque etiam tum modo factum editiorem, sed solitum in castris tribunal. Consule omnino magnum Lipsium ad Tacit. L. I. Ann. c. 18. *Simul congerunt cespites, exstruunt tribunal, quo magis conspicua sedes foret.*

317 MERUITQUE TIMERI NON METUENS] Huc quadrat admonitio Severi apud Aelium Spartian. in vita Pescennii Nigri c. 3. *Emenda igitur primum tribunos, deinde militem: quem quamdiu timueris, tamdiu non timeberis.* ubi nihil mutari debet. Claudian. L. I. Consul. pr. Stilich. 340.

Ne timeare, times.

Livius L. II, 12.

Metuendus magis, quam metuens.

319 VULTU DEXTRAQUE] Sic MSS. habent constanter. Si minus tamen alicui placeat, quod paullo ante praecedit *vultu.* quamquam id saepe in Lucano occurrere monuimus: aut quia nimis debile est, posset conjicere, relictum esse ab Auctore *votis.* Consule omnino viros doctos ad Petronii Carm. de Bello Civ. c. 123.

- - - *absentem votis interficit hostem.*

& N. Heinsium ad Silium IV, 336. Nihil tamen ego muto. Utrumque & *vultum*, & *vota* locum hic habere, patet ex vs. 296. ubi ait auctor,

- - - *infestoque ducem deposcere vultu.*

321 HIC FUGE] Sic primus edidit Grotius. Ceteri omnes *hinc* exhibent, neque de ulla varietate admonent. Ex meis tamen *hic* praeferunt Vossiani pr. & sec. Reg. pr. Oxon. pr. & quart. a m. sec. *huc* Reg. recent. Scholiastes etiam *hic* dicens. *Ordo. si belli finis placet, fuge, hic ense relicto. Hic* δεικτικῶς scilicet in pectore meo, quod ostendebat Caesar nudum, & promptum ad vulnera. V. ad L. I, 363. Si *hinc* legas, in qua tamen voce contemptus, & maxima ira apparet, frustra dictum ante *habes nudum* &c. Immo mox addit: Si vero vos inbelles, me tamen occidere non vultis, vel non audetis, agite.

Vadite, meque meis ad b. relinquite fatis.

Ceterum, quam spurii, & a pretiosum tempus perdentibus monachis fabricati versus in textum intrusi

sint,

Auferat, &, [a] vestri rapta mercede laboris,
[b] Lauriferos nullo comitetur vulnere currus?
Vos, [c] despecta, senes, exhaustaque sanguine turba
Cernetis nostros, jam plebs Romana, triumphos.
Caesaris an cursus [d] vestrae sentire putatis
Damnum posse fugae? veluti, si cuncta minentur
Flumina, quos miscent pelago, subducere fontes,
Non magis ablatis [e] umquam decresceret aequor,

Quam

VARIAE LECTIONES.

a *nostri* O. 1. b *Laurigeros* V. 1. *Laniferos* A. c *defecta* vulgo. d *vestrum* meus. e *nunquam* Hortvit ose.

sint, hic locus argumento est clarissimo. nam additur in Vossiano sec. haec regula.

Si non feminei vultus, linguaeque tumultus.

322 ANIMOS] Sic Lib. VI, 416.

Degeneres trepidant animi.

Virgil. L. IV. Aen. 13.

Degeneres animos timor arguit.

& passim. Hic tamen vetustissimi tres Vossiani, Oxon. prim. Marpurg., & Ed. princeps *animas* legi jubent. Quod, nescio quid magis vile, & abjectius denotat. Clare, ut alia omittam, id patet ex Tacito L. IV. Hist. c. 32. in Oratione Civilis. *Vos autem Treveri, ceteraeque servientium animae.*

326 REPULSIS] Tamquam ipse eos projiciat ab armis, quia segnes sunt: non quasi sponte discedant, bellum civile fugientes. SCHOL.

328 SEQUENTUR] Sunt, qui legant *sequuntur*, quod & Beroaldus. VERSELL. *Sequuntur*. Mic. *sequantur*. non male. BERSM. Reposui *sequentur*, ut respondeat τῷ *dabit*, auctoritate MSS. Pulm. & novem vetustissimorum ex meis, ac primarum editionum. mutavit Sulpitius, quem omnes, excepto Stephano, & Hortensio, secuti sunt.

329 VICTORIA] Cum Pompejus habeat socios fugae, multo magis habebimus socios triumphi. SCHOL.

331 AUFERAT] Msc. *auferet*. perperam. BERSM. *Auferet* quoque Edd. Rom. & Parm. *afferat* Reg. unus a m. sec. pro *quae* est *qua* in Voss. sec. Est vir doctus, qui malit *quo*, vel pro *tantum*, *tandem*. Nil muta; turbam dicit, quae tantum auferat, sive nihil aliud agat, quam praeripiat illis praemia profligati belli.

332 LAURIFEROS] Praemia, & laboris vestri mercedem nullo vulnere consequatur. SCHOL.

333 DEFECTA] Alii legunt *despecta* i. contempta. VERSELL. Msc. tria *defecta* i. debilitata. BERSM. Pro *defecta* stant etiam Pulm. Codd. quinque, & novem, vel decem mei cum Edd. Veneta, Sulpit. Ascens. Micylli, Hortens. aliorumque, eamque vocem amplectitur Gudius ad Phaedr. Fab. 21. Non quidem male. Latius de *defectis* egimus ad L. III, 625.

- - - - - *defectis robore nervis.*

Hoc tamen loco praetuli ego *despecta*. quod confirmant praeter ceteros Pulm. aliorumque Codices vetustiores, & optimi ex meis, ut Voss. pr. sec. tert. Wittian. Hulst. & Amstel. cum Edd. principe, Omniboni, Aldi, Colin. Steph. Gryph. Plant. & pluribus. Ut Caesar praeter senectutem sanguine exhaustam, sive defectam, quae eadem est, in qua per se nihil est turpitudinis, illis minetur, futuros eos numerum modo, & obscuram ac senilem Quiritum plebem triumphi sui tempore. In uno, & altero pro var. lect. est *defessa*.

333 SENES TURBA. Appositio. turba fracta longo bello, jam non miles meus amplius, sed plebis Romanae fex, & sine nomine vulgus. Quare nonnulla exemplaria, *despecta*, legunt. quasi contemptam fecem civitatis. HORTENS. Recentior Voss. sextus, aliique Codd. à N. Heinsio collati *senex*. ut jungatur *senex turba*. quod satis placere potest. ut non displicuit Cel. Burmanno ad Ovidii Art. Am. L. III, 81. Notum est, *senex* non raro adjective sumi. Docuit id multis Doctiss. Broukhus. ad Tibull. L. I, 7, 88. Ita *homo senex*, *vir senex*, & similia saepe. Non ausim tamen hic contra plurimos, & optimos Codices vulgatum inmutare. Statius L. V. Theb. 258.

Hic juvenum manus, & nullis violabilis armis
Turba, Senes.

334 PLEBS] Non enim milites dicemini, qui signa deseritis, sed vulgus, & populus. SCHOL.

334 NOSTROS] Msc. tria *vestros* h. e. quos ipsi meruistis. BERSM. *Vestros* legit Omnibonus quoque, & est in Voss. quarto, & Amst. Acute, non tamen vere, ut puto.

335

Quam nunc crescit, aquis: an [a] vos [b] momenta putatis
Ulla dedisse mihi? numquam sic cura Deorum
Se premit, [c] ut [d] vestrae morti, vestraeque saluti
Fata vacent. Procerum motus haec cuncta [e] sequuntur.
Humanum paucis vivit genus. orbis Hiberi
Horror, & Arctoi, [f] nostro sub [g] nomine miles,
Pompejo certe [h] fugeres duce. fortis in armis
Caesareis Labienus erat; nunc transfuga vilis

Cum du-

VARIAE LECTIONES.

a *non* Ed. Ven. *nos* Br. b *augmenta* V. 1. sed corr. c *&* Edd. Mic. Hort. d *nostras* Ed. Ven. e *sequentur* V. 2. f *vestro* A. *sub nost.* B. 1. g *numine* V. 1. h *fuges* R. 1.

335 Cursus] Msc. duo *currus*. Successus Caesaris. BERSM.

338 Num magis] *Non magis* MSS tria, & aliquot libri. IDEM. *Num magis* per interrogationem exhibetur à Gryphio primum, quem secuti sunt Bersm. & more solito Maittaire. *non* retinent scripti omnes.

338 Decreverit] i. minuetur, i. e. quemadmodum nunc confluentibus fluminibus (*undis* Voss. pr.) aequor nihil sumit augmenti; sic nec tunc minui poterit, si flumina recedunt. SCHOL.

338 Decresceret aequor] Msc. quatuor *descenderet*: alii *decreverit*. BERSM. Quod ad sensum hujus loci attinet, nihil variant scripti, & editi: sed in varia lectione turbant vehementer. *Descenderet* est in quinque Pulm. Vossianis quatuor, Regio primo, Wittiano, & Oxon. pr. *pelagus descenderet umquam* Hulst. *descendet equorum* Voss. quint. *Descenderet* ediderunt etiam Rom. Parm. Sulpit. Ald. Paris. Colin. Steph. Hortens. & Pulm. *Decreverit* Pulm. tres, Voss. sec. Marp. Oxon. & meus cum Beroaldo, Ascensio, Micyllo, aliisque. Ita ut *decresceret*, tantum inveniatur in Regio rec. & Amstel cum Edd. Veneta, Omniboni, Gryphii, Bersm. & Grotii: Quod, vel saltem *decreverit*, probo. Nam, licet *aequor* posset dici *descendere*, ut montes *subsidere*, terrae *recedere*, & similia passim dicuntur, nimis clare liquet, ut opinor, Lucanum voluisse opponere *decrescere*, & *crescere*. Ut Ovidius Lib. I, 345. Metam.

- - - crescunt loca decrescentibus undis.

II, 292.

Aequora decrescunt, & ab aethere longius absunt.

Seneca Troad. 1049.

Terra decrescet, pelagusque crescet.

Eamdem autem similitudinem adhibet Claudian. L. I. in Ruf. 184.

Ac velut innumeros amnes accedere Nereus
Nescit, & undantem quamvis hinc hauriat Istrum,
Hinc bibat aestivum septeno gurgite Nilum,
Par semper, similisque manet.

339 Momenta] Aliquod emolumentum utilitatis. Sensus est. Non quia vos habui, ideo vici, sed mea vos felicitate superastis. SCHOL.

340 Dedisse] Fuit, cum hic mallem legere *fuisse*. ut L. III, 338:

- - - - - non pondera rerum,
Nec momenta sumus.

IV, 819.

Momentumque fuit mutatus Curio rerum.

Silius Ital. VIII, 253.

Momentum ut rerum & fati foret arbiter unus.

Livius L. XXI, 4. *Pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset.* Justin. Lib. XVII, 2. *Pyrrhus rex Epyri omissus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset.* ubi vide Berneccer. Nunc nihil muto: quia MSS. *dedisse* constanter retinent. i. e. addidisse meae parti tantum pondus, ut ex eo fata in me inclinaverint. Sic ipse quoque Lucanus L. IV, 2.

Martem saevus agit, non multa caede nocentem,
Maxima sed fati ducibus momenta daturum.

Livius Lib. XXVII, 45. *Eos ipsos quamtumcumque virium momentum addiderint, rem omnem inclinaturos.*

340 Numquam sic cura deorum Se premit] Ut Graecus dixerat:

- - - - τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται
Θεὸς: τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ.

GROT. Ed. tert.

341 Premit] MSS. quatuor *premet* h. e. inclinabit, ad vilia descendet. BERSM. *Premet* meus quoque, & Marp.

342

Cum duce [a] praelato terras, atque aequora lustrat.
Nec melior mihi vestra fides, si bella nec hoste,
Nec duce me geritis, quisquis mea [b] signa [c] relinquens,
Non Pompejanis [d] tradit [e] sua [f] partibus arma,
Hic numquam vult esse meus. sunt ista profecto
Curae castra [g] Deis, qui me committere [h] tantis,
Non, nisi mutato, voluerunt, milite, bellis.
Heu, quantum Fortuna [i] humeris jam pondere fessis
Amolitur onus! sperantes omnia [k] dextras
Exarmare datur, quibus hic non sufficit orbis.
Jam certe mihi bella geram: discedite castris:
Tradite [l] nostra viris ignavi signa, Quirites.

[a] At pau-

VARIAE LECTIONES.

a *privato* Marp. b *castra* V. sec. c vulgo *relinquit*, *nec. reliquis* B. 1. *relinquet. t.* B. 1. *relinquet* Marp. Ed. Ven. d *tradet* P. 3. R. 3. V. 4. R. 1. Marp. A. Ed. Ven. *tradat* O. 1. non male. e *mea* B. 1. f *patribus* Ed Br. g *Diis* P. 1. h *victu* B. 1. i *umeris* R. pr. k *testras* O. pr. l *vestra* R. 1. V. 1. a m. sec. Edd. Rom. Parm. Br. Med.

342 MOTUS] Nam vult omnia, quae majora sunt, fatis regi, minora fatis juncta esse potiorum. SCHOL.

343 PAUCIS] Ad fata paucorum omne genus humanum revocatur, & unus (*unus quisque* Voss. sec.) potior reliquis de se efficit fatum. SCHOL. Talis dativus est apud Horat. Ep. XV. *tibique pactum fluat* h. e. in tuos unius usus aurum omne gerat. BROUKHUS.

345 FUGERES] Qui horror fuisti sub me duce, Pompejum victum utique reliquisses, quippe non superat. Adeo vobis Imperator vester facit fortum: & hoc sic probat. SCHOL.

345 FORTIS &c.] Cicero L. VII. ad Att. Ep. 11, 12, 13, 15, 16. VIII, 2. XIV. ad Fam. 14. XVI, 12. Passim Caesar B. Civ. Hirtius B. Afric. & Hisp. BROUKHUS.

346 LABIENUS] Labienum dicit, qui sub se fortis fuerat, segnem esse sub Magno; nam ad eum transiverat (*transfugerat* Voss. pr.) à Caesare. SCHOL.

349 RELINQUENS] Sic rescripsi jubentibus tribus Pulm. duobus Bersm. & tredecim meis optimis Codd. item *non* pro *nec* ex tribus Bersm. & octo, vel novem meis. dein vs. 354. pro *fessis* variae lectiones Steph. exhibent *lassis*, & Edd. Ascens. Vers. Mic. & Hortens. *pressis*. Sed MSS. ceteri nihil variant, uti nec Priscian. c. 1176.

351 MEUS] Qui nunc cum Pompejo sunt; cum vicero, mei milites erunt. Hi autem mei milites esse non poterunt, qui nunc desertores fuerint. SCHOL. Scilicet totius belli, non autem Caesaris ex Lucani sententia.

353 MUTATO] Ideo vobis dant animum recedendi, quia estis ignavi, & inbelles, ut ego in tam magno certamine eligam mihi fortiores. SCHOL.

355 AMOLITUR] i. aufert, subtrahit. IDEM. Claudian. II. in Ruf. 454.

- - - - *tellusque nefandum*
Amolitur onus.

355 ONUS] Onus dicit felicitatis. i. magnam felicitatem, quam jam ferre non poteratis, à vobis Fortuna aufert. Ideo permittitur vobis, ut exarmetis dextras vestras. SCHOL. Male Scholiastes haec ad milites refert; cum Caesar sibi gratuletur, quod sibi liceat illos exarmare, quibus non satis ampla praemia reddere posset, quia singuli omnia sperabant. praeclare Seneca L. III. de Ira c. 30. *Divum Julium plures amici confecerunt, quam inimici, quorum non expleverat spes inexplebiles. Voluit quidem ille: neque enim quisquam liberalius victoria usus est, ex qua nihil sibi vindicavit, nisi dispensandi potestatem: sed quemadmodum sufficere tam improbis desideriis posset, cum tantum omnes concupiscerent, quantum poterat unus.*

357 MIHI] Meae utililitati, nam hactenus vobis etiam gessi. *Quirites*, non milites. SCHOL. De voce *Quiritium* ignominiosa vide Schott. Observ. L. III, 23. &, quos hic laudat Broukhusius Turneb. in Ciceron. Orat. T. 2. P. 1. p. 338. Gronov. Diatr. Stat. p. 307.

360

[a] At paucos, quibus haec rabies [b] auctoribus arsit,
Non Caesar, sed poena tenet. procumbite terrae,
[c] Infidumque caput, feriendaque tendite colla.
Et tu, quo solo [d] stabunt jam robore castra,
Tiro rudis, specta poenas, & disce [e] ferire,
Disce mori. [f] Tremuit [g] saeva sub voce minantis
Vulgus iners; unumque caput [h] tam magna juventus
Privatum factura, timet: velut ensibus ipsis
Inperet, [i] invito moturus milite ferrum.
Ipse [k] pavet, ne tela sibi dextraeque negentur
Ad scelus hoc, Caesar: [l] vicit patientia saevi
Spem ducis; & jugulos, non tantum praestitit [m] enses.

Nil ma-

VARIAE LECTIONES.

a *Et* V. tert. *ac* V. 1. b *actoribus* B. 1. Marp. c *infandumque* VV. LL. Steph. d *stabant* B. 1. e *redire* B. 1. f *timuit* W. pro var. lect. Ed. Asc. g *dura* VV. LL. Steph. h *jam* R. pr. Edd. Rom. Parm. Omnib. i *& manco* P. 1. k *timet* P. 1. l *vincit* VV. LL. Steph. Voss. 3. H. Ed. Ven. m *ensem*.

360 POENA TENET] i. e sed paucos de vobis seditionis principes hic jubeo remanere, quos non ego detineo, sed poena, quam sentient. SCHOLIAST.

360 TERRAE] Plerique scripti, & editi habent *terra*. Sed rectius cum Taberio, Aldo, Gryphioque posteriores edidere *terrae*; quod est quoque in variis Steph. Lectionibus, duobus Pulm. & Bersm. Regio primo, Bohur. Voss. uno, & Amstel. Codd. Vide ad Lib. IV, 646.

- - - - - *sternique vetabere terrae*.

Ovid. L. II. Metam. 347.

Cum vellet terrae procumbere, questa est.

363 DISCE] i. e. sub hoc exemplo ferire disce inbelles. *Disce mori*, si tu fueris inbellis. SCHOLIAST. Disce in poena, quod in proelio usurpes, ferire, & mortem contemnere. GROT. Scholiastis interpretationem sequuntur reliqui interpretes. Pro Grotii expositione stat Silius Lib. V, 636.

- - - - - *Sta miles & acres*
Disce ex me pugnas, vel, si pugnare negatum,
Disce mori.

Scire mori inf. L. IX, 211. Silius L. X, 286. *Disce arma pati* Stat. L. XI. Theb. 551. Confer autem cum hac intrepida Caesaris securitate, & oratione, ac seditiosorum militum terrore ad Imperatoris vocem, omnino eadem, quae de Scipione refert Livius L. XXVIII, 26. &c.

366 PRIVATUM FACTURA] Si eum deserere voluisset. SCHOL. *Velut ensibus ipsis Inp.*, quasi possit aliquis occidi, si ad occidendum de militibus nullus obtemperaret. IDEM.

369 AD SCELUS HOC] Ad occidendos eos, qui pacem optaverant. GROT.

369 VICIT PATIENTIA S. SPEM D.] Sensus hic est. Et jam ipse Caesar metuit, ne, cum scelus hoc jubere coeperit (*juberet* Voss. sec.) ut milites suos priores interficiant, nemo pareat imperatis (*imperanti* Voss. prim.) sed vicit, inquit, patientia militum spem saevi ducis. Aliud enim Caesar sperabat, aliud evenit. Nam cum crederet, quod parituri (*obedituri* Voss. pr.) non essent milites, si quos jussisset occidi, non solum illos occiderunt, sed etiam Caesari obtulerunt jugulos, ut interficerentur ab illo. Est ergo ordo. *Et jugulos praestitit, non enses tantum.* SCHOL. Turpiter hic se dat Scholiastes in expositione verborum, *vicit patientia spem*. Quae, ut recte Interpretes, notant, milites patientius imperata fecisse, quam ipse sperabat, vel sperare poterat.

370 PRAESTITIT] Duo Pulm., & unus Bersm. *praebuit*. male. est enim glossa, ut latius videbimus ad L. VIII, 615.

- - - *atque indignatus apertum*
Fortunae praestare caput.

371 NIL MAGIS, QUAM &c.] Nihil, inquit, magis timet Caesar, quam ne consuetae mentes ad scelera perpetranda desinant aliquid crudele com-

Nil magis, adſuetas ſceleri quam perdere mentes,
Atque perire, timet. [a] tam [b] diri foederis ictu
Parta quies, poenaque redit placata juventus.
[c] Brundiſium [d] decimis jubet [e] hanc [f] adtingere caſtris,
Et cunctas [g] revocare rates, quas avius Hydrus,
Antiquuſque Taras, ſecretaque litora Leucae,
Quas recipit Salapina palus, & ſubdita Sipus
Montibus:

VARIAE LECTIONES.

a *jam* B. 2. V. ſec. W. *tum* meus. b *diro* vulgo. *duri* Marp. c Sic MSS. plerique, & vſ. 407. non *Brundu-ſium*. d *decumis* al. e *hinc* B. 1. ad marg. R. pr. a m. pr. V. tert. & H. a m. ſec. f *contingere* VV. LL. Steph. g *retinere* V. pr. R. pr.

committere; gaudet ergo, quia illos occiderunt, quos juſſerat. SCHOL. Poteſt hic locus capi, tamquam generale poſt hiſtoriae narrationem epiphonema Lucani in Caeſaris truculentiam, qui nil magis timere ſoleat, quam ne perdat mentes ſceleri adſuetas, & ſic ipſe cum votis ſuis pereat. Neutiquam tamen ſpernenda eſt ingenioſa ſane Doctiſſimi G. Waddeli, conjectura.

Nil magis adſuetas ſceleri jam perdere mentes
Atque perire timet.

Hoc ſenſu. Poſt quam tam ſubito per poenam ad officium rediit exercitus, nihil ſive non amplius timet, ne in ſeditione ipſe debeat perire, aut ſaltem novum tironum exercitum conſcribere cogatur; ſed laetus videt reſtituros apud ſe milites veteranos iſtos adſuetos, ſive magis adſuetos ſceleri, ut *magis adſueto ſervitio*, apud Propert. L. I. El. 4, 4. Atque ita cenſet vir doctiſſ. praeciſe in his contineri, quod quivis poſt lectam pacatae ſeditionis hiſtoriam crederet auctorem eſſe dicturum. Juvant etiam aliquantulum MSS. quidam, in ſeq. verſu pro *tam* habentes *jam*; quae facillime potuerunt eſſe tranſpoſita. judicet prudens lector.

372 DIRI] Ita repoſui ex MSS. omnibus, & Edd. ante heredes Gryphianos: unde in Berſmanni, & dein ceteras Edd. irrepſit *diro*.

372 ICTU TAM DIRI FOEDERIS] Id eſt, caede autorum ſeditionis, quos decimavit, id eſt, ex decem ſingulos punivit. percuſſi itaque ſunt, autore Appiano, 12. SULPIT. Apud Appianum ita legitur: *Nonae itaque legionis* (inquit Caeſar) *quae ſeditionis cauſam inprimis praeſtitis, decimum quemque morte multabo. Gemitu igitur ab univerſa legione edito, Tribuni genibus affuſi, veniam ſuppliciter depoſcebant. Caeſar poſt modicum vix tandem ira liberatus, hoc ſolum conceſſit, ut centum duntaxat, & viginti ſeditionis principes ab omnibus eligeret, duodecimque ex his à caeteris ſelectos, ſupplicio afficeret.* Sueton. autem ſic: *Nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam adhuc Pompeius in armis eſſet, totam cum ignominia miſſam fecit, aegreque poſt multas & ſupplices preces, nec niſi exacta de ſontibus poena, reſtituit.* MICYLL.

373 REDIT] Sc. ad officium in viam, vel in gratiam cum Caeſare. Elliptice dictum, ut *continere*. de quo verbo adi viros doctos ad Phaed. Prol. L. II. vel ut dicitur *redire animus*.

374 DECIMIS] Hunc illis laborem celeritatis inpoſuit, ut die decimo Brundiſium pervenirent; hoc eſt *decimis caſtris*. In expeditione enim militum certo itinere confecto quotidie caſtra metabantur. SCHOL. i. *Decima deductione*, ait recte Servius ad Aen. L. XI, 445. V. Omnib. ſic alibi *decimo volatu*. ſupra *decem caſtra* habuimus pro decem expeditionibus L. I, 374. ubi vide.

375 HYDRUS] Fluvius Apuliae, qui in Adriacum effluit. Eſt etiam mons, autore Mela, à quibus eſt appellatum Hydrus oppidum, quod anno proximo ſuperiore à Turcis eſt crudeliſſime expugnatum, & vix demum à noſtris receptum. SULPIT. Ὑδροῦς, inquit Stephanus, φρούριον, ἀρσενικῶς, τὸ ἐθνικὸν Ὑδρούντιος. Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Ὑδρουνταῖος καὶ Ὑδρούσιος. Apud Strabonem Lib. VI. autem per I, ſi tamen integre, ſcribitur, qui ἐκ δὲ τῶν Λευκῶν, inquit, εἰς Ἰδροῦντα πολίχνην στάδιοι ρν'; ἐντεῦθεν δὲ εἰς Βρεντέσιον τετρακόσιοι. MICYLL. Mſcr. *Hydruns*. Hydrus Calabriae fluvius, & oppidulum, Steph. φρούριον. BERSM. *Hidruns* habet Regius uterque, & Wittian. Voſſ. tres, & Amſt. *Idrus*, vel *Idros* male. Graece Ὑδροῦς, Latine *Hydruntum* plerumque vocatur hoc oppidum; ſed etiam à multis *Hydrus* in nominativo effertur. Vide Pintian. ad Melam L. II. c. 4. *Hydrus mons*. quod corruptum puto. *Hydrus* eſt oppidum, non mons, neque fluvius, ut

Montibus: Ausoniam qua [a] torquens frugifer [b] oram,
Dalmatico Boreae, Calabroque obnoxius Austro
Apulus Hadriacas exit Garganus in undas.
Ipse petit trepidam tutus [c] sine milite Romam,
Jam doctam servire togae: populoque precanti
[d] Scilicet indulgens, summum Dictator honorem
Contigit, & laetos [e] fecit se Consule fastos.

Nam-

VARIAE LECTIONES.

a *torrens* Marp. b *horam* MSS. qdd. c *se* Ox. pr. d *si licet* meus. e *se sec.* H.

ut hic plerique interpretum volunt. *Avius* non notat flexuosum, sed devium, ut *avia nemorum*, *avii montes*, *aviae valles*, & similia passim.

376 TARAS] Fluvius juxta Tarentum, à Tara Neptuni filio, qui eam urbem aedificavit. SULP. Omnibonus pro *Taras*, *Bares* legit, & de oppido exponit, quod à posterioribus, ut Strabo L. VI. ait, *varetum*, sive *Veretum* dictum est, & à Tarento distat stadiis sexcentis. Sed de hoc ipse viderit. Neque enim *Bares*, sed Βάρις apud Strabonem scribitur, foemininoque genere usurpatur. MICYLL. Msc. *Thoras* mendose. *Taras* fluvius prope Tarentum. BERSM. *Tharas*, vel *Thares*, *Tares* MSS. nonnulli. In uno Pulm. Regio uno, & meo est *Tarax*: quomodo variant etiam Codices in Valer. Flacco L. VI, 102.

Quosque Taras, niveumque ferax Euarchus olorum. Graece constanter Tarenti conditor Τάρας vocatur; à Servio etiam *Taras* Latine, ubi de *Herculeo Tarento* agit ad L. III. Aen. 551. Adde H. Junii Animadvers. c. 9. L. I. *Tarax* tamen analogice defendi potest. Τάρας, Τάραντος, *Tarax Taracis*. ut Αἴας Αἴαντος, *Ajax Ajacis*, & similia. Neque obstat, quod dixerint *Tarantum*, vel *Tarentum*. Sic enim à Βύζας Βύζαντος, *Byzax Byzacis* factum est *Byzantium*. Consule Salmasium in Plin. Exerc. p. 226. infr. ad L. VI, 374. De hac urbe, & fluvio vide plura ad Stephanum Τάρας πόλις Ἰταλίας καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος παρὰ θαλάσσαν &c. Hoc vero loco glossator cum ceteris Interpretibus sumit pro fluvio: sed male. ut patet ex Epitheto *antiquus*. quod vetustam, & olim conditam urbem notat, non *antiquum fluvium*. Omnes enim fluvii *antiqui*. Omnibonus autem unde suum *Bares* habeat, nescio. *Baris*, vel *Barium*, non *Bares*, illa urbs passim vocatur.

376 LEUCAE] Apud Strabonem neutro genere Λευκὰ nominatur. Vide libro sexto. MICYLL. p. 281. Ed. Par. ubi vide Casaub. *Leuce* Ed. Rom.

377 SALAPINA] Msc. tria *Salpina*, probe. tert. *Scalpina*. BERSM. *Salapina palus*. Variant hic MSS. sed quam recepimus, vera est lectio. *Salapia* enim paludi nomen. Plin. III, 11. GROT. Ed. sec. Praeter Grotium etiam *Salapina* ediderunt Parmenses, Omnibonus, Ascens. Versell., Steph. Gryph. Pulm. & Bersm. Verum Pulm. & Steph. MSS. cum meis omnibus *Salpina* habent, ut & Edd. Rom. Veneta, ceteraeque. Neque aliter Vibius Sequester *Salpina in Hadriatico*. ubi vide. Per Syncopen videntur veteres expressisse *Salpia* pro *Salapia*: unde hodie remansit *Salpe*. *Salpiam* certe à Dionysio Halycarn. vocari notant viri docti. Apud Livium quoque L. XXIV, 37. in MS. Voss. est *Salpia*.

377 SIPUS] Msc. duo *Sippus*. tert. *Sipphus*. vitiose. BERSM. *Siphus*, & *Sippus* MSS. plurimi. *Siphas* Marp. Voss. sec. *Silphus*. Sed unice rectum est *Sipus*, Σιποῦς non autem palus, ut somniant interpretes, sed urbs. Vide ad Stephanum, & Melam L. II. c. 4. *Extra Sipuntum, vel, ut Graji dixere, Sipus*. Dein *Delmatico* mavult Sabellicus; atque ita Reg. pr. & Wittian. vide ad L. II, 402. *Apulus* rursus dedi non *Appulus*, ex MSS. fere cunctis, & Ed. Rom. Vide Vinet. ad Flor. L. I, 18. nos ad Lib. II, 600. De Gargano Serv. ad Aen. XI, 247.

384 CONTIGIT] Recte Hortensius. *Verius hoc, quam gessit; nam post undecimum diem dictaturam deposuit*. In Vossiano primo a m. pr. & in Wittiano pro var. lect. est *summo honore*. in Regio primo *summo honori*. quod notandum duxi. An *contigit fastos summo honore*, ut Dictator i. e. in fastos hoc nomine venit? *Laetos* &c. Ironice dictum, bene observant Interpretes. Vide ad L. I, 33.

384 FASTOS] Fasti sunt libri Annales, in quibus gesta regum, vel principum, vel consulum singulis annis scribebantur. Nominibus autem consulum res suas antiqui designabant, ut *Arcadio, & Honorio Coss.* Sed inter *Annales*, & *Historias*, hoc distat. Quod *Annales* sint earum rerum, quas

Namque omnes voces, per quas jam tempore [a] tanto
[b] Mentimur [c] dominis, haec primum [d] reperit aetas:
Qua, sibi [e] ne ferri jus ullum Caesar abesset,
Ausonias [f] voluit gladiis miscere secures.
Addidit & fasces aquilis, & nomen inane
Inperii rapiens, signavit tempora digna
Moesta nota. nam quo melius Pharsalicus annus
Consule notus erit? [g] fingit sollemnia campus,

Et non

VARIAE LECTIONES.

a *nostro* B. 1. Marp. b *metimur* Marp. c *dominos* W. pro var. lect. d *repetit* O. 1. Ed. Ven. e *nec* V. 1. Edd. Ven. Brix. f *gl. vol.* B. 1. g *cingit* V. 1. *finxit* V. 1.

non vidimus, & tamen audire potuimus. *Historiae* vero earum, quas vidimus, vel audire potuimus. & dicitur *Historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν* i. e. a videre. SCHOL. Voss. pr. V. Serv. ad Aen. 1, 377.

386 MENTIMUR] i. e. adulamur. SCHOL.

388 GLADIIS] Romani primum jubente Julio Caesare secures portabant cum gladiis, quibus reos interficerent. IDEM. Nugatur hic Scholiastes. Caesar non adjecit gladios fascibus; sed dicit Lucanus, Caesarem gladiis, & aquilis hoc est militari potentiae addidisse secures, & fasces, sive Imperium Consulare, ut sub legitimo titulo ageret, quae vellet.

389 INANE IMPERII] i. e. consulatum. Non enim illic erat imperium jam situm, sed in Caesaris potestate. SCHOL.

392 CONSULE] Quam ipso Caesare, qui tunc bella civilia gessit. IDEM.

392 CAMPUS] i. Martius, in quo comitia fiebant. nam populus timens fingebat sollemnia; cum ipse omnes in se reciperet dignitates. *fingit* ergo i. e. Sic omnia aguntur in comitiis, quasi Caesari dederint consulatum, & non ipse sibimet eum vindicarit. IDEM.

393 NON ADMISSAE] Corrigendus hinc est Priscianus c. 1002. ubi editur *amissae*. scribe *admissae*, ut etiam est in duobus MSS. Anglicanis, monente Cl. Viro J. Wasse ad Sallustii Indic. V. *dirimere*. proprie populus dicitur *mitti in suffragia*, ut notum est. *amissae* vitiose hic quoque Edd. Ven. & Brix.

393 DIRIMIT] i. interrumpit ita, quasi missa plebs videretur tulisse suffragia. SCHOL. In Voss. primo insuper haec nota additur. *Annis praecedentibus in mutandis dignitatibus populi favor appetebatur. Nunc vero plebe ejecta soli nobiles intromittebantur.* quod videtur arripuisse Omnibonus exponens suffragia *equitum, & senatorum.* Alii explicant: *dividit fautores.* Hortensius, *sustulit suffragia, & se & Servilium Consules dixit.* Quo sensu videtur cepisse etiam Doctiss. Cortius ad Sallust. B. Jugurth. c. 18. *Consilium diremit*, dum reddit per *sustulit*. Mihi videtur Lucanus non tam respexisse ad hunc Caesaris Consulatum, sed & ad sequentia, quae fecit. *dirimit* ergo erit, tollit, abrogat quasi morem suffragii ferendi à populo, qui revera non admittitur, licet Caesar more sollemni per praecones decantet tribus, & suffragia verset in urna. Huc pertinet locus Suetonii in ejus vita, c. 41. *Comitia cum populo partitus est: ut exceptis consulatus petitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur: pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per libellos circum tribus missos, scriptura brevi.* Caesar Dictator illi tribui. *Commendo vobis illum, & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.* Nam & seqq. quae addit Lucanus, pertinent ad postrema Caesaris tempora: cum, ut ait idem Sueton. c. 77. *Eo arrogantiae progressus est, ut haruspice tristia, & sine corde exta sacro quodam nunciante, futura diceret laetiora, cum vellet &c.*

394 TRIBUS] Tribus istae sunt, quae praerogativae appellantur. SCHOL.

394 URNA] Urna est vas, quod & *orca* (V. Souteri Palam. cap. 4.) dicitur, in quo antiqui sortes mittebant, & manibus conversantes movebant. Nam per sortes faciebant comitia. Non uno autem modo sortes fiebant. Quidam enim in urna, quidam in sinu etiam eas mittere solebant. Nabuchodonosor in sagittis sortes faciebat, in quibus nomina civitatum, quas vellet destruere, scribens, illam, cujus nomen per sagittam primum erigeret, primitus destruebat. SCHOL. Voss. pr.

395 COELUM SERVARE] Proprie augures, cum comitia sunt, dicuntur *servare de coelo*. IDEM. Multis praeter alios hoc docet Beroald. Syll. 11.

An-

Et non admissae dirimit suffragia plebis,
Decantatque tribus, [a] & vana versat in urna.
Nec coelum servare licet: tonat augure surdo,
Et laetae [b] jurantur aves, bubone sinistro.
Inde perit [c] primum quondam [d] veneranda potestas,
Juris inops: tantum [e] careat ne nomine tempus,
Menstruus in fastos distinguit secula consul.
Nec non Iliacae numen quod praesidet Albae,

[a] Haud me-

VARIAE LECTIONES.

a *nec* V. 1. b *minantur* H. Ed. Ven. c *primo* B. 1. d *venerata* Edd. Br. Med. e MSS. & Edd. qdd. *careat tantum.*

Annot. in T. 1. Thes. Crit. p. 217. cum quo tamen, cave, legas contra Mstos *coelo*. Vide nos ad Lib. 1, 601.

- - *volucres servare sinistras.*

& Lutatium haec citantem ad Statium Lib. VIII. Theb. 194.

Elysias dedit inservare volucres.

395 SURDO] Quia, quod tonat, ad eum non pertinet. SCHOL.

396 LAETAE] Boni ominis esse. IDEM.

398 CAREAT NE NOMINE] i. e. Ex illo ideo tantum creantur consules, ut dent annis nomina, non ut aliquam habeant potestatem. IDEM.

398 CAREAT TANTUM NE NOMINE TEMPUS, MENSTRUUS IN FASTOS] Hoc est, Consules in speciem tantum creantur, qui nomen hoc gerant, & fastos notent, (nam Consulum nominibus anni, & tempora antiquitus definiebantur) Caeterum neque autoritatem, neque potestatem pristinam retineant, tota ea ad Imperatores translata. Per *Menstruum* igitur intelligo, aut brevi tempore jus ac dignitatem habiturum, κτ̀ συνεκδοχὴν certo tempore pro incerto posito: Aut revera *Menstruum*, & in certum tempus magistratum gesturum, quales sub Imperatoribus postea fuisse, cum apud Suetonium, tum apud Tacitum legimus. Nam Sueton. de Caligula, *Consulatus quattuor gessit*, inquit. *Primum ex Calendis Januarii per duos menses: secundum ex Calend. Januarii per triginta dies: tertium usque in Idus Januarii: quartum usque ad 7. Idus easdem.* Idem in Claudio: *Sub Caro demum fratris filio secundam existimationem circa initia Imperii omnibus lenociniis colligente, honores auspicatus, Consulatum gessit una per duos menses.* Et rursus in eodem: *Consulatus super pristinum quattuor gessit, ex quibus duos junctim, sequentes per intervallum quarto quoque anno, semestrem novissimum, bimestres caeteros.* Item in Nerone (sub quo Caesare Lucanus scripsit) *Consulatus*, inquit, *in senos plerunque menses dedit, defunctoque circa Calend. Januarii altero è Consulibus neminem substituit, improbans exemplum vetus Caninii Rebuli uno die Consulis.* Tacitus autem lib. XVII. de Othone scribens, *Consul*, inquit, *cum Titiano fratre in Calend. Martias ipse, prox. menses Verginio destinat, ut aliquod exercitui Germanico delinimentum. Jungitur Verginio Pomp. Vopiscus, praetextu veteris amicitiae. Plerique Viennensium honori datum interpretabantur. Caeteri Consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Coelio ac Flavio Sabinis in Julias, Ario, Antonio, & Mario Celso in Septembres, quorum honori ne Vitellius quidem intercessit &c.* Ex his igitur apparet, *Menstruum* pro brevi & ad certum tempus creato accipiendum esse, idque in genere de sequentibus, non de Caesare tantum. Nam quod ad hujus Consulatum, & ad praesens tempus attinet, de eo ipse ab initio libri tertii ita scribit: *Dictatore habente comitia Caesare, Coss. creantur Jul. Caesar & P. Servilius. Is enim erat annus, quo per leges ei Consulem fieri licebat* &c. Quem locum plenius explicat Appianus Lib. II. *Caesar*, inquiens, *Romam reversus trepidante adhuc populo, neque Senatu aut Consule illum eligente, seipsum dictatorem nominavit. Verum sive ut invidiam dilueret, sive quod magistratu minime indigeret, per undecim tantum dies illi praefuit. Sic enim nonnulli asserunt, Consulemque se in futurum designavit, P. que Servilium Isauricum collegam sibi assumpsit.* MICYLL.

399 MENSTRUUS] i. e. qui solo mense Januarii dignitate consulis uteretur, sive de suffectis consulibus dicit, qui per menses singulos procreantur, IDEM.

399 IN FASTOS] *In fastus* MS. P. Et sane eo saeculo hanc vocem, ut multas alias, fuisse geminae flexionis, indicat illud x, 187.

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

 GROT.

[a] Haud meritum Latio sollemnia sacra subacto,
[b] Vidit flammifera confectas nocte Latinas.
[c] Inde rapit cursus, &, [d] quae piger Apulus arva
Deseruit rastris, & inerti tradidit herbae,
Ocior & coeli flammis, & tigride foeta
[e] Transcurrit: curvique [f] tenens Minoïa tecta
Brundisii, clausas ventis brumalibus undas
Invenit, & pavidas hiberno sidere classes.
Turpe duci [g] visum, rapiendi tempora belli
In segnes exisse moras, portuque teneri,

Dum pa-

VARIAE LECTIONES.

a *aut* Ed. Ven. b *Vix in* Ed. Ven. c *unde* Ed. Br. d *qua* V. 1. e *Transferat* B. 1. f *tenet* Edd. Rom. Parm. g *visum est* vulgo.

GROT. Ed. sec. *Fastus* habet Regius pr. & Edd. Brix. ac Med. *fastis* Bersm. unus cum tribus meis. Utrumque videtur usurpasse Lucanus. Sic *fastos* habuimus etiam vs. 384. quod jam monet Grotius. Certe male Servius locum illum Lib. x. vitio dat auctori nostro. Multi enim *fastus* in quarta declinatione extulerunt. Multa jam adduxerunt viri docti exempla. Vide sis modo, quae laudat Cl. Drakenb. ad Silium Ital. L. 11, 10.

Ausonios atavo ducebat consule fastus.

400 NUMEN] Vestam dicit, & ignem aeternum, & Jovem Latiarem. ubi per VIII. (XXX. Voss. pr.) dies solebant haec sacrificia celebrari. SCHOL. Fiebant tantum per tres, quatuorve dies.

401 HAUD MERITUM] i. e. quod non meretur sacra sollemnia, quia civilibus bellis Caesarem superare permisit. SCHOL.

402 FLAMMIFERA] *Flammigera* Pulm. unus, Bersm. unus, Voss. duo, Witt. & Hulst. sollemni mutatione, ut diximus ad Lib. I, 48. *flammigeros Phoebi conscendere currus.*

402 LATINAS] Sensus hic est. Vidit Jupiter completas Latinas ferias, quae per noctem in Albano monte flammis declarantur tunc, cum illic ludi luduntur à consule. Hoc ergo accipiamus, haec sacra Caesarem sollemniter celebrasse, cum adeptus est dictaturam, & consulatum. SCHOL. Caesar libro tertio. *His rebus*, inquit, *& feriis Latinis, comitiisque omnibus perficiundis undecim dies tribuit, dictaturaque se abdicat, & ab urbe proficiscitur, Brundusiumque pervenit &c.* Solebant autem novi Coss. sacra Jovi Latiali in monte Albano celebrare, eaque sub noctem peragere atque finire. De qua re & primo lib. poëta meminit, ubi ait:

- - Et ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine surgit.

Hae feriae *Latinae* dicebantur, eo quod Latinis populis ex his sacris in monte Albano carnem petere cum pop. Rom. antiquitus jus fuit. Erantque eaedem *Conceptivae*, hoc est, quae à Coss. in certos dies concipiebantur. Ut & Macrobius meminit libro primo Saturnal. cap. decimo sexto. MICYLL.

404 DESERUIT RASTRIS] Fecit, ut essent prata, ait Ascensius, unde foenum rastris colligitur; ut sit Dativus. de quibus scilicet canit Ovidius Rem. Am. 191.

Temporibus certis desectas adligat herbas,
Et tonsam raro pectine verrit humum.

Verum in Edit. Paris. A. 1512. excusum est *desecuit.* sed arva rastris *desecari* nequeunt, at *dissecari.* quod non est pigri. De ea re Virgil. Lib. I. Georg. 94.

Multum adeo, rastris qui glebas frangit inertis,
Vimineasque trahit crates, juvat arva.

An *deseruit arva rastris* significabit, arva, quae piger Apulus non rasit, sive rastris fregit, sed tantum tradidit herbae sponte nascenti sive gramini ad oves pascendas, quarum plena, & abundans erat Apulia? Mihi certo non liquet: Vide L. 1x, 183. An *desuevit*, i. e. desuefecit, ut conjecit amicus meorum quidam? ut *desuetae Silvis ferae* Lib. IV. & *desuetae medullae* L. VI, 753.

405 TIGRIDE] Abusive ita dictum esse à Lucano, cum deberet esse *tigri*, ait Servius ad Aen. x, 166. Abusive ergo etiam Augusteo aevo Ovidium locutum quis credat, Lib. VII. Metam. 32. *tum me, de tigride natam?*

406 MINOÏA] A Cretensibus Brundisium constitu-

Dum pateat tutum vel non felicibus aequor.
[a] Expertes animos pelagi sic robore complet:
Fortius hiberni flatus coelumque fretumque,
Cum cepêre, tenent, quam quos incumbere certos
Perfida nubiferi vetat inconstantia veris.
Nec maris anfractus, lustrandaque litora nobis,
Sed recti fluctus, soloque Aquilone secandi.
Hic utinam summi curvet carchesia mali,
Incumbatque furens, [b] & Graja ad moenia perflet,
[c] Ne Pompejani Phaeacum [d] e litore toto

Languida

VARIAE LECTIONES.

a *expertesque* V. 1. b *Grajaque* B. 1. c *nec* R. 1. Ed. Parm. d *a* P. 1. A. O. 1. *de* Ed. Rom.

stitutum est. SCHOL. Strabo libro sexto. *Βρεντέσιον δὲ*, inquit, *ἐποικῆσαι λέγονται Κρῆτες, οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες ἐκ Κνωσσοῦ εἴθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες μετὰ τοῦ Ἰάπυγος. λέγονται γὰρ ἀμφοτέρως.* Quo loco & de nomine ejusdem civitatis meminit, *καὶ εὐλίμενον δὲ μᾶλλον*, inquiens, *τὸ Βρεντέσιον. ἑνὶ γὰρ στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἄκλυστοι, κόλπων ἀπολαμβανομένων ἐντός· ὥστ' ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· καὶ γὰρ τῇ πόλει κεφαλῇ μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος. τῇ δὲ Μεσσαπίᾳ γλώττῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται.* MICYLL.

409 TURPE DUCI VISUM] Delevi verbum substantivum *est*, auctoribus MSS. quinque Vossianis, Regio utroque, & Wittiano cum uno Bersm.

410 HAESISSE] *Exisse* C. P. O. G. & Cant. Nov. Lect. Lib. III. cap. 2. PULM. Msc. *Exire* probe; alterum, *exisse*, quod probat Canterus. BERSMANN. Optime Grotius in textum recepit *exisse* pro *haesisse*. quod confirmant mei Codd. omnes, & Edd. Rom. Parm. *Exisse* est periisse, perdita esse frustra. Lucani Patruus Seneca Epist. 8. *Nullus mihi per otium dies exit: partem noctium studiis vindico.*

411 VEL NON FELICIBUS] Pompejani, qui fugiunt navigantes, & infelices sunt, sibi putant tutum aequor. SCHOL. Rectius Omnibonus, & Ascensius exponunt. Donec aequor pateat tutum etiam infelicibus, ut Pompejanis, vel donec tanta sit tranquillitas, ut etiam infelices navigare possint: cum ipse in periculo aliorum ob suam felicitatem tutus esse possit.

412 EXPERTES A. PELAGI] Male *expertos* legas in Voss. sec. *Expers* enim est non expertus, *ἄπειρος*, ut Glossae vertunt. Sic fere *maris expers* est apud Horat. & Persium, ad cujus Sat. VI, 39. tamen vide Casaubonum. *inexpertum profundum* vs. 486.

413 FORTIUS] Hoc dicit, per hiemem velocius posse navigari, quia vehementiores sunt venti. SCHOL.

415 NUBIFERI] Veris tempore crebro pluviae concitantur. Vernale tempus ideo ventos habet instabiles, & tempestuosum efficitur, quia frigoris hiemalis, & caloris aestivalis confinium est, & in eo quodammodo compugnant inter se elementa. SCHOL.

419 FURENS] i. vehemens, aut *ferens* sc. classem, ut Aeneid. IV. §. 473.

Fieret vento mora neque ferenti.

ASCENS. *Ferens* edidit Ascensius, eique adstipulantur Pulm. Codd. duo, Voss. tert. Witt. & Hulst. a m. pr. *fremens* Reg. recent. Utrumque *fremere*, & *ferre* venti dicuntur. De *fremere* monui ad L. VIII, 332. *Ferre* praeter alios passim utitur Ovidius. Epist. XVI, 125.

- - - - *ventisque ferentibus usus.*

Trist. L. I, 2, 73.

- - - - *ventisque ferentibus utor.*

Art. Am. II, 64. &c. Vide Cerdam ad Virg. III. Aen. 130. Aptior tamen huic loco ceterorum Codd. & Edd. lectio mihi videtur: Caesar enim Aquilonem, licet sit vehementior, & furens, ut solet hieme, omnibus votis optabat. unde statim *servas perdimus auras* dicit. Furorem autem non minus frequenter ventis adscribunt poëtae, qui inde etiam *rabidi* vocantur. Vide ad L. VI. Init. Virgil. Aen. I, 51.

- - - - *loca foeta furentibus Austris.*

& Lib. II, 305. atque alibi. Statius L. VII. Theb. 810.

Ventorum rabiem, & clausum ejecere furorem.

Silius L. III, 491.

- - - *ventique furentia regna.*

Adde

Languida jactatis comprendant carbasa remis:
Rumpite, quae retinent felices, vincula, proras.
Jamdudum nubes, & saevas [a] perdimus undas.
Sidera prima poli, Phoebo [b] labente sub undas,
Exierant, & luna suas jam fecerat umbras:
Cum pariter solvêre rates, [c] totosque rudentes
Laxavêre sinus: & flexo navita cornu
[d] Obliquat laevo pede carbasa, summaque pandens
[e] Suppara velorum, perituras colligit auras.

Ut pri-

Variae Lectiones.

a *prodimus* B. 1. b *latente* O. 1. c *tutosque* V. tert. d *oblicat* V. 1. e *supara* MSS. & Edd. qdd. *sippara* R. pr. *sipara* Isid.

Adde Drakenb. ad L. xiv, 74.
Hic contra Libyamque situm, Caurosque furentes.
Immo noster h. lib. 578.
- - - - *ventoque furenti*
Trade sinum.
586 *furori ventorum saevus.*

419 Graja] Ad Epirum. SCHOL.

420 Phaeacum] *Graja moenia* hoc loco, & *Phaeacum* littora de Epidamno sive Dyrrhachio intelligenda, quoniam & Apsi fluminis paulo infra meminit poëta, qui & ipse non procul à Dyrrhachio in Ionium exit. Et Suetonius de eadem re mentionem faciens in Caes. *A Brundusio*, inquit, *Dyrrhachium interpositas classes hyeme transmisit, cessantibusque copiis, quas subsequi jusserat, cum ad accersendas frustra saepe misisset, novissime ipse clam noctu parvulum navigium solus obvoluto capite conscendit* &c. Phaeacum autem littus vocat poëta, quod Epidamnus à Corcyrensibus iis, qui Phaeacum insulam tenuerunt, condita fuerit. Cujus rei autores Thucydides & Strabo. Nam hic libro septimo, καὶ Ἐπίδαμνος, inquit, Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον ὁμωνύμως τῇ Χερσονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται, εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς, καὶ ὁ Ἀῶος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία πόλις εὐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων &c. Thucydides autem libro primo. Ἐπίδαμνος, inquit, ἐστὶ πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. προσοικοῦσι δὲ αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι. οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος τῶν ἀφ' Ἡρακλέους. MICYLL. Epidamnus à Corcyrensibus illis, qui aliquando Phaeaciam insulam tenuerunt, condita fuit in ora Macedoniae, qua ipsa terra Ionio pulsatur. Appianus tamen ab Epidamno quodam Barbarorum rege, nomen illi impositum arbitratur: à cujus nepote ex filia Dyrrhacho portus postea urbi adjectus fuit: qui exoleto veteri nomine de se Dyrrhachium appellavit: quod nomen postea Romani rerum potiti, prius ut ominosum detestati, libentius retinuerunt. Dyrrachium igitur Corcyrensium coloniam *Graja moenia*, & *Phaeacum tota littora* appellat: quod illo tractu à Corcyra usque ad Dyrrachium Pompejani omnes portus tenerent. De conditione Epidamni apud Strab. & Thucydidem non *Corcyra*, sed *Cercyra* legitur, quam & μέλαιναν νῆσον nominat ille: facitque ab ea diversam *Corcyram*, cujus opes quondam mari, & rei nauticae pollentissimae fuêre: sed bellis diversis, & tyrannis attritae: ac tandem insula à Romanis libertate donata. Hîc eruditis suum liberum judicium esto. HORTENS. Falluntur viri docti, cum *Phaeacum litora* intelligunt de Dyrrachio. Epirum & adjacentes Corcyrae regiones cogitavit poëta. Eo autem se contulisse Pompejanos monuit in libri hujus initio. Nam si Caesar Dyrrachium petere volebat, ut constat, & Pompejanae triremes à Dyrrachio venirent ad eum comprehendendum, occurrere debuissent classi Caesaris, non autem remis eam deprehendere per nimiam tranquillitatem tardius navigantem. Quod tum facile fieri potuisset, si ab Epiro venirent. Quae Hortensius addit de *Corcyra*, vel *Cercyra*, nihili sunt. Utraque insula *Corcyra Phaeacum*, & *Corcyra nigra*, ut apud Latinos per *o*, sic apud Graecos per *ε* exprimitur. De utraque vide ad L. iv, 406.

421 Jactatis remis] Dictum ut, *jactare brachia*, *lacertos*, *manus*, & similia pro crebro movere. Lib. iii, 651, 662. N. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 334. Non tamen silentio praetereundum est, quod exhibent nobis Regius uterque, Oxon. pr. & Wittianus *jactantes*, & Regius prim. *remi*. Ut sit

Ut primum levior propellere [a] lintea ventus
Incipit, exiguumque tument, mox reddita malo
In mediam cecidêre ratem: terraque relicta,
Non valet ipsa sequi puppes, quae vexerat, aura.
Aequora lenta jacent: alto torpore [b] ligatae
Pigrius inmotis haesere paludibus undae.
Sic stat iners Scythicas adstringens [c] Bosporos undas,
Cum glacie retinente fretum non inpulit Hister,
Inmensumque gelu tegitur mare: [d] comprimit unda,

Deprendit

VARIAE LECTIONES.

a *linea* Ed. Hort. b *ligata.* vulgo. c *Bosporus* vulgo. al. *Bosphorus*, *Bosforus.* d *cum premit* Marp.

fit ordo. Ne Pompejani remi, seu remiges (de qua locutione egimus ad L. III, 659.) comprehendant nos, insuper nos inridentes, & jactantes, sive probra jacientes in carbasa nostra, quod nimis languida sint. Acuta sane est lectio; an vera sit, videant majore, quam ego judicio praediti. Mihi non displicet, sed certare pro illa nolim. Vel etiam; ne comprehendant nos jactantes (sive veterum more *jactantis*; unde corruptio nata est) languida carbasa ab uno in alium pedem, vel latus transferentes perpetuo, ut plus venti recipiant vela.

423 SAEVAS PERDIMUS] Quasi dicat tempus deficit], transeunte vento. Vult videri, quod in tempestate possit velocius navigare. SCHOL.

423 UNDAS] Licet sciam, à Lucano eadem verba ingrate saepius repeti, ut hoc ipso loco vs. 435, 436, 438. *undae, undas, unda.* Vix tamen persuadere mihi poteram, hic à Lucano in fine trium contiguorum versuum relictum esse *undas, undas, umbras.* Quare putabam cum doctissimo amico hic scribendum *auras.* cui lectioni favet Scholiastes, & maxime vs. 429. *perituras colligit auras.* Verum praecedit *proras.* manet ergo vel sic quater repetitum *as.* Sit ergo potius hic locus ex illis, quos

- - - - *emendaturus si licuisset erat.*

425 LUNA SUAS] Ut sol interdiu sua licet umbra, ac luce propria, ita Luna noctu Solis luce illustrata umbram mittit. Fuit igitur occidente sole, vel plenilunium, aut certe luna dividua, ut ad umbram ejus utcunque navigaretur. Sed *Sulpit.* exponit. Luna non lucebat amplius, sed occiderat. *Badius*, Luna tantum lucis habebat, ut lumen Solis vinceret, ab altera parte corporis opaci, faciens in altera umbram. Ego cum *Glareano* sentio, qui & ipse putat, poëtam dicere, lunam surrexisse. HORTENS.

427 TOTOS SINUS] Totos sinus laxaverant, ut reciperent ventos. SCHOL.

427 FLEXO CORNU] Curvata parte mali, qua vela dependent. Nam cornua sunt extremae partes antennarum, quibus vela dependent. IDEM. Nisi *malum* hic pro antenna sumserit Scholiastes, erravit vehementer.

428 OBLIQUAT LAEVO PEDE] Quando enim ventus transversus flat, obliquantur vela. *Podia* est lignum in similitudine pedis, quo vela expanduntur, & retinentur. ut Virgilius.

Una omnes fecere pedem: pariterque sinistros
Nunc dextros solvere sinus: una ardua torquent
Cornua.

SCHOL. *Obliqua transferre vela* Livius L. XXVI, 39. Verum de utroque pede veli operose satis Vossius ad Catull. p. 12. & Scheffer. inter cetera velificandi armamenta egerunt Lib. II. de Milit. Nav. c. 5.

429 SUPPARA] Velamina minora in modum deltae litterae; camisiae, unde fiebant vela. *Al. supparum* est genus veli unum pedem habens, qua juvari navigia solent in navigatione, quotiens vis venti languescit, ideoque addidit *perituras colligit auras.* SCHOL. Voss. pr. Haec ultima nota totidem verbis habetur in Isidoro L. XIX. Orig. c. 3. *suppara* sunt *topzeilen.* habent autem vela duos pedes, ut bene docuit Vossius, neque aliter fieri potest. De *supparis*, sive *suparis*, vel *siparis*, egerunt jam multi viri docti, quos passim citatos invenias in Lexicis. pro *pandens* autem Isidorus ibid. citat *tendens.* ut sit simplex pro composito *extendens*, *Tendere vela* saepius dicuntur venti. Consule N. Heins. ad Ovidii Lib. III. Metam. 413. Virg. II. Aen. 268. Sed recte se habet vulgata lectio Mstis comprobata. proprie, & sexcenties adhibent *pandere vela.*

430 UT PRIMUM] Melius MS. P. *Et primum.*

Deprendit quascumque rates: [a] nec pervia velis
Aequora frangit eques, fluctuque [b] latente sonantem
Orbita migrantis [c] scindit Maeotida Bessi.
Saeva quies pelagi, moestoque ignava profundo
Stagna [d] jacentis aquae, veluti deserta [e] rigente
Aequora natura, cessant; Pontusque vetustas

Obli-

Variae Lectiones.

a *non* B. 2. W. V. 1. non male. b *sonante latentem* B. 1. *tacente* W. a m. pr. c *fundis* VV. LL. Steph. d *sonantis* R. 1. e *regente* Boh.

Sequitur enim *mox*. Et primum quidem, inquit, ferens fuit ventus: mox elanguit. GROT. Quamvis ceteri Codices nihil hic mutent, & Lucanus *ut primum* frequenter utatur, & hic pro *simulac* sumi possit, multo lenius tamen procedit Grotii lectio *&*: quare recipiendam puto. pro *mox* in Voss. secundo scribitur *&* sine sensu.

431 Reddita malo &c.] i. e. revocata ad malum, recedente vento, nec rursus inflata. SCHOLIAST.

433 Non valet sequi] i. velocior est navis impetus, quam venti; quia jam deficiebat. IDEM.

434 Jacent: alto torpore ligatae] Sic excudendum curavi, ex optimo Wittiano Codice, & uno Bersm. ac duobus Pulm. ut conjecerat etiam amicus meus, & vir doctus ad marginem libri sui notaverat, cujus excerpta mecum communicavit magnus litterarum amator, Cl. Melius. Vulgo inepte legas.

- - - *jacent alto torpore ligata.*

ex qua distinctione sequens versus plane fit otiosus. Dein scripsi *Bosporos*, non *Bosporus*, ut vulgo. *Bosporos* exhibent Vossiani primus, sec. & Regius prim.

435 Pigrius] Maris undae pigriores esse coeperunt, quam palus est. SCHOL.

436 Bosporos] Bosporum mare dicitur ab Ione Inachi regis filia, quae in vaccam conversa illud mare transfretavit. Hoc mare enim congelascit. Idem est & Ionium mare. IDEM. Confundit Scholiastes Bosporon cum Ionio mari ob eamdem denominationem ab Ione, à qua multi hoc mare putant dictum. Rectius Ammian. Marcell. L. XXII. c. 8. *Hac caussa Bospori vocitati, quod per eos quondam Inachi filia mutata in bovem ad mare Ionium permeavit.* Bosporum cum Hellesponto confudit Servius ad Virg. III. Georg. 154.

437 Hister] Hic enim glacie strictus fretum cessat inplere. & dicit *mare* non quod Hister mare sit; sed mari magnitudine comparatur. SCHOLIAST. Rursus errat Scholiastes, dum *mare* sumit de Histro. Sensus Lucani hic est. Bosporos Thracius sic inmotus stat, cum adstringitur gelu, & cum eo Scythicae undae, sive pontus Euxinus. quod inmensum mare, uti & Bosporos, tegitur gelu, cum Hister non amplius aquas suas in illud, & in Bosporon inpellit, quia ipse est adligatus glacie; quare addit, Moeotida paludem tunc esse adgelatam; cujus aquae aliter itidem in Euxinum pontum se effundunt. Mire hic turbant Interpretes, quorum plerique *Bosporon* pro *ipso Euxino* sumunt. Hortensius Bosporon Thracium in Pontum Euxinum exonerari dicit: cum illud verum sit de Cimmerio. De induratione harum aquarum consule Cerdam ad Virgil. III. Georg. 360.

Undaque jam tergo ferratos sustinet orbis,
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris.

Adde Vales. ad Ammian. Marcell. L. XXII. cap. 8. *Quidquid autem ejusdem Pontici sinus Aquilone caeditur, & pruinis ita perstringitur gelu, ut nec amnium cursus subtervolvi credantur* &c.

440 Moeotida] Ordo est, & orbita migrantis Bessi scindit Maeotida sonantem latente fluctu. *Migrantis* è regione scilicet ad regionem aliam. Nam Bessi in Scythia sunt. *Maeotida* Accus. Casus, *τὴν Μαιώτιδα.* palus est. SCHOL.

442 Saeva] Interpretes exponunt vel *magnam*, vel *incommodam*. Ultimum placet; & dictum est per oxymoron, quae figura non infrequens Lucano est: quia haec quies, & tranquillitas Caesari inportuna, & intempestiva erat ob metum de hostium adventu, & inminente fame. Sic mox *naufragii spes*. Atque ita sane clarus est locus. Adridet mihi tamen Doctiss. Waddeli conjectura *Scaeva*. i. intempestiva. Vide ad Lib. III, 127. pro *moestoque* conjicere quis posset, legendum esse *medioque*, ut sit idem, quod est L. I, 259.

Mediusque jacet sine murmure pontus.

ubi, ut hic Voss. sec. *tacentis*, MSS. quidam *tacet* habent. de qua mutatione multa satis illic diximus. Passim *medius pelagus*, *medium aequor*, *profundum* apud

pot-

Oblitus servare vices, non [a] commeat aestu,
Non horrore tremit, [b] non Solis imagine vibrat.
Casibus innumeris fixae patuêre carinae.
[c] Illinc infestae classes, & inertia [d] tonsis
Aequora moturae; gravis [e] hinc languore profundi
Obsessis ventura fames. nova vota timori

Sunt in-

VARIAE LECTIONES.

a *continet* Marp. b *nec* H. c *illic* B. r. W. Ed. Parm. d *tunsis* R. 1. e *hic* R. pr. W. V. 1.

poëtas invenias. Sed nil muta. *moestum profundum* est, quod *jacet alto torpore ligatum*. vs. 434. & rigens, iners, ac languidum est, vel quod Caesarem reddit moestum. *moesta barba* L. II, 376. *moesta simulacra* III, 412. *moestum pelagus* Statio Lib. IV. Silv. in via Domit. 34.

446 SOLIS IMAGINE] Solis autem *imaginem* radios accipimus, qui super undas resplendet. Nam aliter non procedit. SCHOL. i. Luna, unde etiam *solis soror* dicitur. OMNIBON. Sed vide, num simpliciter ac recte accipiendum sit de sole, cujus splendorem, & imaginem vibrare, hoc est, huc atque illuc referre videntur undae, quoties moventur. MICYLL. *Solis imaginem* de Luna accipiunt etiam Badius, & Hortensius, quia Caesar nocte navigabat. Sulpitius Lunam quidem intelligit, sed refert haec ad vim lunae, cujus certis temporibus mare acrius commovetur. quod certe falsum est. *Solis* autem *imago* pro *Luna*, quia à sole lumen accipit, dictum esset; ut *Imago animi vultus est* apud Cicer. L. III. de Orat. c. 59. & Echo vocatur *imago vocis* Virgilio L. IV. Georg. 49. ubi vide La Cerdam. & similia. Verum nusquam Lunam, *solis imaginem* tam simpliciter vocatam inveniri, puto. *Solis imago* est ipse sol, sive ejus lumen. Noster ipse Lib. VI, 503. de Lunae eclipsi.

Quam si fraterna prohiberet imagine tellus.

i. solis lumine. Ita *Lunae imago* est ipsa luna, vel ejus splendor apud Ovidium Epist. Her. XVIII, 77.

Unda repercussae radiabat imagine Lunae,
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.

Itaque vel humani quid passus est auctor, non recordans, se describere nocturnam navigationem, in qua non mirum foret, aequor non vibrare imagine solis. Vel haec non capienda praecise de illo mari, quod Caesar navigabat. Id quod verum puto. Vix enim potuit auctor sui esse oblitus, cum mox sequatur ortus diei. In hunc ergo modum Lucani verba accipio. Pelagus à motu cessat, veluti cessant aequora deserta à natura, & solito more; & veluti pontus, sive Oceanus jacet, vel cessat, quando vetustas vices oblitus non aestu fluit, & refluit, nec per undas commovetur, adeoque non vibrat solis radiis, quasi in undas se frangentibus. Quo pacto omnia sunt plana. Possent etiam haec omnia referri ad praecedentem congelatarum aquarum descriptionem, tamquam epilogus.

447 CASIBUS] Msc. *classibus*, vitiose. Innuit enim pericula, quibus expositae fuere naves inmotae. BERSM.

447 FIXAE] i. e. ad omnes expositae sunt casus, & innumera pericula, quae potuerunt evenire, postquam haerere coeperunt. SCHOL.

448 INFESTAE] Tunc coepere timere, ne hos remis comprehenderent Pompejanae classes, cum hi haererent in fluctibus pigris. IDEM.

449 MOTURAE] Quae remis inpellerent ignavas undas. IDEM.

450 NOVA VOTA] Quia tempestatem optare coeperunt. IDEM. Ovid. Met. III, 468.

Votum in amante novum. vellem, quod amamus, abesset.

455 NAUFRAGII SPES] Nam hoc cupiebant. SCHOL. Vox media, quam male pro metu capiunt quidam. Vide Jac. Nicolaum Lib. II. Epiphyll. cap. 23. T. Fabr. ad Terent. pag. 372. BROUKH. De hoc, & similibus locis pluribus agemus ad L. VIII, 61.

455 SED NOCTE] Eo die, qui statim noctem sequutus fuit, sol non solum in nube ortus fuit, sed totum coelum nubibus obductum tempestate ita mare miscuit, ut Ceraunia Epiri montes nautis abstulerit: ut *movit*, simplex pro composito accipiatur, pro submovit ex oculis nautarum agitatione fluctuum. Sulpitius exponit *jubar*, pro Lucifero stella. *Movit* pro tremuerunt, aut cum naves ventis impellerentur, movere videbantur: quod postremum aliquod huc facere ad poëtae mentem videtur. HORTENS. *Jubar* hic non tam accipiendum est de Lucifero, quam de Orientis solis splendore, seu incipientis diei luce.

Sunt inventa novo, fluctus [a] nimiasque precari
Ventorum [b] vires, dum se [c] torpentibus unda
Excutiat stagnis, & fit mare. nubila nusquam,
Undarumque minae: coelo languente, fretoque,
Naufragii spes omnis abit. sed, nocte fugata,
Laesum nube diem jubar extulit, [d] imaque sensim
Concussit

VARIAE LECTIONES.

a *minasque* V. 1. A. b *rabies* VV. LL. Steph. c *torrentibus* V. 1. d *unaque sensum* V. 1.

vs. 220. *Vulgare jubar.* L. VII, 45.

Vicerat astra jubar.

Columella L. X. p. 355. Ed. Steph.

Quare age vel jubare exorto.

Adde Markland. loco mox adducendo. sic *fulgor* simpliciter Obseq. c. 113. *Die toto ante sereno nox se intendit, deinde restitutus fulgor.* Graece etiam nude ἀκτὶς pro sole. Sophocl. Trach. 696. Aelian. Var. Hist. L. IV, 18. Latine *radii*: infra Lib. IX, 316. & consule J. F. Gronov. ad Senecae Oedip. 339. At hoc levius. Quid vero erit *movitque Ceraunia nautis?* Omnibonus explicat. *Admovit Ceraunia ad conspectum nautarum. orto enim sole viderunt illos montes; vel movit, quia tremente pelago, ceraunia videbantur moveri.* quomodo fere etiam reliqui interpretes praeter Hortensium. Ascensius *nautis* exponit, *ad vota nautarum.* Huc ergo sententia Interpretum redit, quod moverit, sive concusserit Ceraunia pelagus, ut videbatur navigantibus, vel dies nautarum jam adpropinquantium visui admoverit, aut denique, ut Hortensio placet, nubes ex illorum oculis montes eos submoverint jam ante visos, quod tamen non dixerat Lucanus. Non minus in his se torserunt Scholiastae scribentes: *Ut deinceps flare coeperit. Quando mare aestuat in montes, videbatur nautis, montes se movere. Aut Ceraunia illos pretiosos lapides accipimus in imo mari ventis esse commotos.* His sententiis vel refelliendis, vel aliquatenus confirmandis, lectorem non morabor. Ex toto Lucani scopo satis patet, voluisse illum innuere incrementum venti, qui orto die eos deduxerit ad Ceraunia, quorum terram illo ipso die attigit Caesar Lib. III. B. Civ. c. 6. At vero venti nulla adhuc dum fit mentio: Quare Doctiss. Markland. in Epist. Crit. p. 51. & seqq. pro inepto isto, ut ait, & languido, *nautis* legit *flatus*, quia sol numquam dici potest concutere ima pelagi, aut movere montes. Utrumque autem ad ventos pertinere, ibidem probat, & ipsa res loquitur. Si in voce *nautis* latet menda, posset pro ea etiam legi *Caurus* sive *Corus*; nec obstat, quod Lucanus maluerit, ut ex aliis locis patet, scribere *Corus*, quam *Caurus*. facile enim librarii ad exemplum aliorum poëtarum exarasse potuerunt *Caurus*, ut exinde factum sit *nautis*. Cum in syllabis longis sonus τ̄ *au* & *o* idem fere fuerit. Sic Lib. VII, 139. *Cotibus asper* in MSS. plurimis est *cautibus*. ubi plura vide. Verum videamus, an non alio modo institui possit emendatio levissima, & explicatio simplex; quam & MSS. quidam adjuvant. Ut nempe pro *diem* scribamus *dies* cum MSS. duobus Bersm., uno Pulm. Vossianis sec. tert. & quinto; variis R. Stephani lectionibus, ac Hortensii margine. *Dies extulit solem nubilum, & concussit ima pelagi, ac movit Ceraunia nautis.* Immo nihil muta, & expone *Sol extulit diem laesum nube* i. e. ventosum; hoc est cum ortu solis surrexit lenis ventus. *Nubes* saepe pro vento ponitur. Sic vs. 423. *jam dudum nubes perdimus.* Adde L. III, 522. Eritque metonymia caussae antecedentis pro consequente effectu. Solet enim saepe post noctem, ab auris quietam, ventus se extollere cum die, & una paullatim cum die crescere, unde tandem *rapi coepere rates.* praesertim si nubilus sit dies. Sic vs. 717.

Cum primum redeunte die violentior aër,
Puppibus incubuit, Phoebeo concitus ortu.

& contra apud Virg. III. Aen.

\- - - *ventus cum sole reliquit.*

Movit autem *Ceraunia nautis* capio tunc, nempe ut nautis, qui ipsi ex maris concussione jam magis movebantur, videbatur, notissima poëtarum locutione. Vide Cerdam ad Virgil. III. Aen. 72. *Urbesque recedunt*, & Celeb. Burm. ad Valer. Flacc. L. II, 8.

Templaque Tisaeae mergunt obliqua Dianae,
Jam Sciathos subsedit aquis, jam longa recessit
Sepias.

Virg. III. Aen. 291. Nec enim tanta tempestas coorta est, ut ipsos montes commoverit; multo minus, ut prae tenebris coortis ex oculis nautarum Ceraunia erepta fuissent.

459 SEQUI] Hypallage. Classis coepit sequi aequora. BERSM. Idem ait Omnibonus, ridicule; non

Concussit pelagi, movitque Ceraunia nautis.
Inde rapi coepêre rates, atque aequora [a] classem
Curva sequi, quae jam vento, [b] fluctuque secundo
Lapsa, Palestinas uncis [c] confixit harenas.
Prima duces junctis [d] vidit consistere castris
[e] Tellus, quam volucer [f] Genusus, quam mollior [g] Apsus

[a] Circueunt

VARIAE LECTIONES.

a *classis* V. pr. suprasc. b *cursuque* B. 1. *fluctu ventoque* V. 1. c *confinxit* V. pr. sec. *construxit* Ed. Ven. *affixis* Asc. Mic. Hort. d MSS. & Edd. qdd. *vidit junctis*, male. *vinctis* Hort. Ed. e *q. v. G. tell.* H. f *generosus* VV. LL. Steph. g *Hapsus* B. 1. V. 2. Marp. A. Ed. Rom. *Absos* V. 1. *Babsos* V. 1. & statim. *Apsos* H. non male. Forsan scrib. quoque *Gemisos*.

non coepit classis sequi aequora; sed aequor classem, ut bene dicit Lucanus. Incurvi enim fluctus à vento incitati propulerunt classem. hoc est *fluctu secundo.* ut addit: sic supra *non valet ipsa classem sequi aura*, ut Virg. III. Aen. 130.

Persequitur surgens à puppi ventus euntis.

Respectum ad Etymologiam vocis *secundi.*

460 PALESTINAS] In Epiro juxta Oricon locus est *Paleste* appellatus: in quem nunc descendit è navibus Caesar: quod etiam in Commentariis legitur emendatis. *Postridie*, inquit, *terram attigit Graecorum saxa inter, & alia loca periculosa, quietam nactus stationem, & portus omnes timens, quos teneri ab adversariis arbitrabatur; ad eum locum, quae Palestia appellatur, omnibus navibus ad unam incolumibus, milites exposuit.* Quamvis in depravatis *Pharsalia* legatur. A *Paleste* igitur fit *Palestinus.* Sic Ovidius de Fastis *Palestinas Deas* appellat. Est etiam *Palestina* regio contermina Syriae. OMNIBON. *Palaestinas.* Epiroticas. Palaestini in Syria ad Idumeam populi sunt, à quibus locus in Epiro *Palaeste* dicitur, eo quod geminae columbae fatidicae è Syria in Dodonam volaverunt, quae *Palaestinae* sunt appellatae. Ibi etiam inferni ostium, & furiarum templum esse ferebatur. Unde Palaestinas deas furias intelligimus. Ovidius quarto Fastorum, 230.

Saepe Palaestinas jurat adesse deas.

Pervenit autem Caesar postridie quam solvit ad eum locum, qui *Palaeste* appellatur, nactus quietam stationem, cum omnes portus metueret, quos teneri ab adversariis arbitrabatur. Ibi navibus omnibus ad unam incolumibus milites exposuit, & naves eadem nocte Brundusium remisit, per Fusium Calenum, ut reliquae legiones, equitatusque transportari possent. Sed à Bibulo, qui Corcyrae erat circiter 30. captae cum nautis, & dominis combustae sunt. Caesar vero Orico, cui Torquatus praeerat, recepto, & inde Apolloniam, Dyrrhachiumque versus iter arripuit. Quibus auditis Pompejus, qui tunc in Candavia erat, magna celeritate prior pervenit: & positis ad Apsum fluvium castris sub pellibus, ut Caesar vicinus faciebat, hyemare constituit. SULPIT. Pharsalicas. *Palaeste* Orico vicina, ubi primum applicuit. BERSMANN. Quid Palaestinae cum iis, qui ex Italia in Epirum navigant? lege, quanquam nihil juvantibus manuscriptis, *Apamestinas.* Nam Apameste est in prominente parte Italiae, quae ad Epirum accedit, contra Apsum flumen. Vide Plinium, & Ptolemaeum. GROT. Ed. sec. Est in Epiri ora *Palaeste.* IDEM. Ed. tert. Recte in tertia Editione Grotius videtur rejecisse suam conjecturam, *Apamestinas.* Nemo enim veterum tradidit, Caesarem rejectum fuisse in Italiam, ut jam monuit D. Vossius ad Caesarem, Lib. III. cap. 6. Sed vero, quod Grotius cum reliquis Interpretibus, Beroaldo etiam, Badio, & Hortensio statuat, locum in Epiro fuisse *Palaesten*, non adeo certum est. Saltem nemo veterum in hoc tractu *Palaestes*, vel *Palaestarum*, aut *Palaestinae* (per *e* exhibent MSS. & Edd. Veteres) mentionem fecit. Nam quae hic narrant commentatores, plane fictitia sunt. Si tamen Marso fides est adhibenda, lis esset contestata, monenti, se in vetusto Codice invenisse *Palaeste* apud Caesarem cit. loco; ubi vide notas. *Palaeste* ibi quoque placuit Gyraldo L. VI. Synt. de Diis p. 211. Non possum etiam adsensum praebere Cl. Vossio, putanti, à Lucano Epirum vocari *Palaestinas arenas* ab oppido illic sito *Phoenice.* Nimis longe haec sunt quaesita. *Penestarum* circa Illyricum urbis, & *Penestianae* seu *Penestiae terrae* mentio fit à Livio L. XLIII. c. 18, 19, 20. *Penestas* Thessaliae populum facit Stephanus Byzantinus. Nihil definio: non enim liquet. Hoc scio, si hic mendum latet, vetus iam debere fuisse. Praeter Scholiasten, qui secure notat, *Palaestina Epiri regio est*; Vibius quoque sequester ex hoc loco male intellecto recenset. *A-*

[a] Circueunt ripis. Apſo geſtare [b] carinas
Cauſſa palus, leni quam fallens egerit unda.
[c] At Genuſum nunc ſole nives, nunc imbre ſolutae
Praecipitant: [d] neuter longo ſe gurgite laſſat,
Sed minimum terrae vicino litore [e] novit.
[f] Hoc Fortuna loco tantae duo nomina famae
Compoſuit: miſerique fuit ſpes inrita mundi,
Poſſe duces, parva campi ſtatione [g] diremtos,

Admotum

Variae Lectiones.

a *circuerint* Edd. Rom. Parm. b *carinam* Edd. Rom. Parm. Pariſ. Hort. M. Forſan recte. c & V. 1. A. d *neutrum* B. 1. e *novit* V. 1. f *haec* V. 1. Ed. Ven. Br. g *direptos* R. pr. W. H. O. 1. V. 1. meus. Ed. Ven. Parm.

pſum Palaeſtinae, ubi vide, quos in addendis laudat Heſſelius.

461 Consistere] Sulpit. Aſcenſ. Micyl. Hortenſ. aliique exhibent *conſidere*. Recte; ſed MSS. nihil mutant. Virgil. L. 1. Aen. 572.

Vultis et his mecum pariter conſidere regnis.

& paſſim. Stat. L. xi. Theb 152.

Ardet inops animi, nec tam conſidere regno.

Ovid. L. 1. Metam. 679.

Hoc poteras mecum conſidere ſaxo.

& iiſdem pene, ut hic foret, verbis L. xii, 627.

Argolicosque duces mediis conſidere caſtris.

Stat. L. iii. Silv. ii, 9.

- - - antennae gemino conſidite cornu
Oebalii fratres.

Sic Cod. Senenſis, & J. F. Gronov. Diatr. cap. 26. non *conſiſtite*. Saepius ita quoque Valer. Maximus, aliique. Vide plura ad Lib. iii, 407. & in notis Drakenb. ad Silium v, 3.

462 Genusus] Haec vera eſt hujus vocis ſcriptura, non, *Geneſus*, vel *Genoſus*, ut habent MSS. & Edd. quidam. Vide Urſinum ad Livium Lib. xliv. c. 30. *Adſumptis Apolloniatium & Dyrrhachinorum auxiliis circa Genuſum amnem caſtra habebat. Genuſum flumen* vocatur à Caeſar L. iii. Civ. B. c. 74. &c. Emendandus eſt hic loci Vibius Sequeſter; ubi vulgo ſic legitur. *Gela Siciliae, à quo oppidum. Gelagienſis Dyrrachium ab Apollonia dividens, decurrit ex Epiro. Geneſus Palaeſtinae. Hebrus:* &c. Pro *Gelagienſis* in MSS. eſt *Gelagenſus*, & illa *Geneſus Palaeſtinae* non agnoſcunt MSS. tam Heſſelii, quam quem ego contuli. Quare lege. *Gela Siciliae, à quo oppidum Gela. Genuſus Dyrrachium ab Apollonia dividit.* (Sic itidem MSS. Rev. & Voff.) *decurrit ex Epiro. Hebrus* &c.

462 Apsus] Apſum Strabo inter Dyrrhachium, & Apolloniam ponit, ut ſupra patet. Plinius autem & Apolloniam, & Epidamnum inter Macedoniae loca recenſet. MICYLL.

464 Palus] i. e. ut naves perferre poſſit, efficit palus, quae eum reddidit leniorem. SCHOLIAST.

464 Fallens] Videtur enim inmobilis, dum leniter fluit. IDEM. *Fallax* MS. Hulſt. Sic *fallax ſerenum* 1, 525. L. vi, 68.

- - - fallit turbata unda Britannos.

466 Lassat] Uterque fluvius non per longas labitur terras, ſed mox miſcetur marinis undis. SCHOL. Mſcr. *laxat* h. e. diffundit, quod utriuſque curſus uſque ad mare brevis eſt. BERSM. *Laxat* etiam Oxon. unus. Sed perperam. Vide ad L. ii, 618.

- - - laſſasque refunderet undas.

474 Infausti] Quia non perſeveravit affinitas. *Sobolem* Pompeji, qui obiit adhuc infans cum matre Julia, qui certe nepos Caeſaris fuit. SCHOL. Mſc. *infeſti*, male. poſt conjugium infelicis filiae. BERSM. Varie exponunt, & interpungunt hunc locum interpretes. In eo omnes conſentiunt, ut *pignora* capiant de affinitate; Hortenſius ipſum *pignus* exponit Juliam Pompeji filiam. *pignora ſanguinis infauſti* jungunt cum pleriſque Sulpitius, Beroaldus, & Aſcenſius, & explicant nuptias infelicis filiae, ac cum Scholiaſte *ſubolem* intelligunt conceptam prolem ex Pompejo. Rectius Omnibonus *ſanguinis infauſti ſubolem* intelligit Juliam: quia in ipſo flore juventutis mortua eſt. Quam diſtinctionem cum Grotio hactenus ſecuti ſumus. Non tamen mihi placet. *Pignus* pro neceſſitudine ex affinitate contracta in hac ipſa re ſumit noſter L. 1, 111.

nam

Admotum damnare nefas. nam cernere vultus,
Et voces audire datur: multosque per annos
Dilectus tibi, Magne, socer, post pignora tanta,
Sanguinis infausti subolem, mortemque nepotis,
Te, nisi Niliaca, propius non vidit harena.
Caesaris adtonitam [a] miscenda [b] ad proelia mentem
Ferre moras scelerum, partes jussêre relictae.
Ductor erat cunctis audax Antonius armis,

Jam [a] tum

VARIAE LECTIONES.

a *miscentem* R. 1. b *in* Edd. qdd.

- - - - *nam pignora juncti*
Sanguinis, & diro ferales omine tedas
Abstulit ad manes, Parcarum, Julia, saeva
Intercepta manu.

L. III, 33.

Abscindis frustra ferro tua pignora.

Verum tunc dixisset Lucanus, à Pompejo Caesarem non esse visum post contractas cum ejus filia nuptias. Sensum vero auctoris esse arbitror, id non factum post mortem Juliae ejusque filii. Neque aliter hunc locum cepit Doctiss. Torrentius ad Sueton. in Caes. c. 26. legens post *pignora rapta*, scilicet Juliam & nepotem, additque, *nam profecto* sanguinis infausti subolem Juliam *Caesaris filiam intelligit, ac more suo iniquior Caesari* infaustum sanguinem *ait*. Cogitavi aliquando, an non hic sensus esset. *Post subolem, & nepotis mortem, pignora tanta sanguinis infausti.* i. e. non videt te, socer post quam filia ejus & nepos obierunt, qui hoc inmaturo obitu ostendunt, sanguinem ipsius infaustum esse? *post subolem* erit postquam suboles esse desiit. (vide ad L. VI, 145.) *Infausti* certe magis ad Caesarem, quam ipsam subolem pertinet. Aliter enim *infaustam* dixisset, ut L. VI, 789. quod est in nullo Msto. Quoniam tamen durior mihi, haec constructio videtur, aliam huic loco medicinam adhiberi posse, mihi succurrit, eodem nempe, quo dixi, & planissimo sensu,

- - - - - *post pignora tanta*
Sanguinis infausti, subolem, raptumque nepotem.

Cui conjecturae multum favent MSS. vetustissimi, qui *nepotum* scribunt, & Amst. Cod. cum Torrentio *rapta* pro *tanta*. Si vel sic tamen *sanguinis infausti subolem* jungere velis, *pignora* cape pro vinculis concordiae; postquam desierant esse in vivis Julia, & ejus filius, maxima concordiae pignora, te non vidit socer tuus. Nam horum morte discissa fides.

474 NEPOTIS] *Nepotum* MS. P. GROT. Ed. pr. Vellejus: *Filius quoque parvus Pompeji Julia natus, intra breve spatium obiit.* At *nepotum* habet MS. P. An quod filia ante interiisset? de ejus enim sexus prole loqui videas Plutarchum, & Dionem. IDEM. Ed. tert. Torrentius ibidem ex uno Codice *nepotum* reponere conatus est. Sed optime ibidem Casaubonus nihil esse mutandum docuit; cum ipsi auctores non consentiant, & alii Juliae duos, alii unum filium, alii filiam ei attribuant. Immo praeter Suetonium, & Vellejum, ad cujus L. II. c. 47. consule Gruterum, & Lips. Elect. II, 17. Ipse noster unius nepotis tantum meminit L. IX, 1049.

- - - - *non mixti foedera tangunt*
Te generis, non nata jubet moerere neposque.

Quo argumento quid est validius? Fateor tamen *nepotum* esse in veterrimis meis libris, Vossiano primo, secundo, Regio primo, Oxon. primo & Voss. sexto. Sed ut dixi, *raptumque nepotem* hinc lego, levissima mutatione. *Raptus* eleganter de inmature mortuo, & ante diem exstincto.

475 NILIACA] Ubi occisus est Pompejus. h. e. neque te tam de propinqua vidit, quam cum esses in Epiro. SCHOL.

475 PROPIUS] Mscr. *proprius* vitiose. In Aegypto caput Pompeji Julio oblatum. BERSM.

476 CAESARIS] Obsidebatur enim à Libone, qui ab Orico, cum classe, cui praeerat, profectus, Brundusium venerat, insulamque, quae contra Brundusinum portum est, occupaverat. Ut Caesar lib. III. MICYLL.

476 ADTONITAM] Fuit vir doctus, qui mallet *ardentem*, vel *attentam*. Sic certe *intentus ad proelia* Silius L. VI, 337. ubi vide. sed nil muta. *Adtonitus* hic non stupefactum notat, sed furentem scilicet in arma, qualem passim Caesarem Lucanus describit. Alibi *adtonitus* etiam significat furibundum, seu ardentem ira, libidine &c. Ovidius

Jam [a] cum civili meditatus Leucada bello.
Illum ſaepe minis Caeſar, precibuſque morantem
Evocat: O [b] mundo tantorum cauſſa laborum,
Quid Superos, & fata tenes? ſunt caetera curſu
[c] Acta meo; ſummam [d] rapti per proſpera belli
Te poſcit Fortuna manum. num rupta vadoſis
Syrtibus incerto [e] Libye nos dividit aeſtu?
Numquid inexperto tua credimus arma profundo,
Inque novos [f] traheris caſus? ignave, [g] venire
Te Caeſar, non ire, jubet. prior ipſe per [h] hoſtes
Percuſſi medias alieni juris harenas.
Tu mea caſtra times? pereuntia tempora fati
Conqueror: in ventos inpendo vota, fretumque.

[a] Ne re-

VARIAE LECTIONES.

a *tunc* MSS. & Edd. qdd. b vulgo *mundi* & *malorum*. c *Apta* A. d *belli* b. p. *rapti* B. 1. V. 1. *raptum* Ed. Hort. e *Libyae* MSS. & Edd. qdd. f *caſus trah.* V. 2. g *future* V. 1. h *hoſtis* V. ſec.

dius L. IX. Metam. 573.

Adtonitus ſubita juvenis Maeandrius ira.

X, 154.

- - - - - *inconceſſiſque puellas*
Ignibus adtonitas.

Auctor Elegiae ad Liviam, 317.

- - - - *ſimiliſque furenti*
Quo ruis? adtonita quid petis ora manu?

Noſter ipſe Lib. VII, 779.

Nec magis adtonitos animi ſenſere tumultus,
Cum fureret.

Adtonita ergo *mens* Caeſaris eſt furens, lymphata, & quaſi tacta Martis ſtimulis: ut paſſim Bacchae *adtonitae* &c. dicuntur. de quibus late agit vir magnus D. Heinſius in Lection. Theocr. c. 6.

477 FERRE MORAS] Senſus hic eſt. Caeſar cupiens dimicare, ideo moras ſui ſceleris ſufferebat; quia in Italia partem exercitus cum Antonio duce opperiebatur. Hoc erat cauſſa proelii differendi. SCHOL.

479 MEDITATUS LEUCADA] Qui cogitans diſſeret bella civilia gerere. Apud Leucada enim ipſe, & Cleopatra contra Auguſtum poſtea dimicavit. IDEM. Meditatus ſuum proprie bellum civile, quod poſtea ad Actium geſſit. GROT.

480 LEUCADA] Strabo & inſulam, & oppidum, quod ante Neritus dictum fuit, *Leucada* vocat, libro decimo. Plinius oppidum *Leucada*, inſulam *Leucadiam*, & montem ſive rupem *Leucatem*, lib. IV. cap 1. Caetera apud Strabonem vide. MICYLL.

481 EVOCAT] i. e. per litteras, & rogat, ut veniat, & minatus eſt. SCHOL.

481 O MUNDO TANTORUM CAUSSA LABORUM] Primum pro *mundi* ex veterrimo Voſſiano ſec. reſcripſi *mundo*. ut vſ. 461.

- - - - - *Apſo geſtare carinas*
Cauſſa palus.

& paſſim. Saepiſſime Dativus ille abiit in Genitivum. Vide ad L. I, 193. VII, 7, 319, 557. & alibi. Dein ex quatuor Pulm. uno Berſm. & Voſſ. pr. ſec. tert. Witt. & Marp. cum Edd. Ven. Aſc. Micyll. Hortenſ. *laborum* pro *malorum*, quae verba crebro mutari ſolent, ut notum. V. ad L. II, 317. IV, 93. VI, 312. VIII, 28. &c.

483 SUMMAM MANUM] i. ultimam. Tractum à pictoribus, qui primo imagines mente formant, deinde colore adornant, ad ultimum oculos componentes. SCHOL. V. Hortenſ.

484 NUM RUPTA] A facili, ad tranſportandum exercitum. Si *num* legas, interrogatio eſt: ſi *non* contra. eſtque eadem ſententia. Non dividunt nos Syrtes, inter quas, & Epirum, aut Brunduſium, vaſtum mare Libycum, Aegaeum, & Ionium medium interluit, cum inter Calabriam, Brunduſiumque, & Dyrrhachium, atque Epirum fretum ſit non multorum ſtadiorum latitudine. HORTENS. Micyllus nempe revocaverat *num*, pro quo Taberius, Sulpit. Aſcenſ. & alii dederant *non*.

[a] Ne retine dubium [b] cupientes ire per aequor:
Si bene nota mihi est, ad Caesaris arma juventus
Naufragio venisse [c] volet. [d] jam voce doloris
Utendum est: non ex aequo divisimus orbem.
Epirum Caesarque tenet, totusque Senatus:
[e] Ausoniam tu solus habes. [f] his terque, quaterque
Vocibus excitum postquam cessare [g] videbat,
Dum se deesse [h] Deis, at non sibi numina, credit;
Sponte per incautas audet tentare [i] tenebras,
Quod jussi timuêre, fretum; temeraria prono
Expertus cessisse Deo: fluctusque verendos
Classibus, exigua sperat superare carina.
  Solverat armorum fessas nox languida curas.

Par-

VARIAE LECTIONES.

a *non* V. 1. *nec* meus Ed. Ven. b *cupientis* W. c *solet* W. a m. pr. d *nam* V. tert. a m. pr. e *Hesperiam* Marp. non male. f *bis* V. 1. Edd. Br. Med. g *videbit* VV. LL. Steph. h *Diis* P. 1. V. 1. i *latebras* VV. LL. Steph. B. 1. V. 3. O. 1. Ed. Br.

non. quod est etiam in 4. Pulm. & 12. meis sine interrogatione.

485 SYRTIBUS] Si essent inter nos Syrtes, non esset mirum, si tunc tardares: sed exiguus tractus est à Brundisio in Dyrrachium; ubi erat Caesar. SCHOL.

487 VENIRE, NON IRE] h. e. jubet, ut ad socios veniat, non ad hostes prior eat. ipse vult primus esse. IDEM. Venitur ad amicos, itur ad hostes aut in vacua. GROT. Ed. sec.

489 PERCUSSI] Sive ancoris, sive vestigiis pressis. SCHOL. Penetravi in medium hostilis terrae. posses etiam legere *medios*, quod sexcenties occurrit. Virg. III. Aen. 283. *mediosque fugam tenuisse per hostes.*

492 CUPIENTES] Vult enim ad invidiam Antonii tantum deferre, non militis. Ideo ait *cupientes ne retine*, non solum ire ad me, sed etiam ad quaelibet pericula, jubente me. SCHOL.

496 SENATUS] i. e. Pompejanae partes, quae ibi sunt. Astute Senatum nominavit, nomen Pompeji reticens. IDEM.

499 AT NON] Ante Sulpitium edebatur *ac*, quod etiam est in plerisque MSS. Aliqui tamen Pulm. & Bersm. cum Regio utroque, Boh. Oxon. uno, & Amst. habent *at*. & unus Voss. sed res parvi est momenti.

500 INCAUTAS] Bene est, quod hoc adjectivum revocaverit in suam editionem Grotius, pro quo in Edd. Sulpit. Aldi, Col Steph. Gryphii, Plant. Pulm. & Bersm. notius vocabulum, sed alterius glossa *incertas* irrepserat. *Incautas* tantum non omnes exhibent MSS. In Voss. sec. pro var. lect. est *incertas*. Passive hoc nomen cum aliis aliquando usurpari, vidimus ad L. IV, 719.

502 CESSISSE] Expertus, feliciter evenisse, quae tentarat temere. SCHOL. vs. 576. *sibi cessura pericula.*

503 CLASSIBUS] Hoc est, ubi etiam navigia majora periclitantur. SCHOL.

503 SUPERARE] Ascens. Versell. Micyll. Hortens. aliique hic scribunt *sulcare*. ut L. III, 551.

Sulcato varios duxerunt gurgite tractus.

L. II, 703. *carinarum sulci:* & passim *sulcare aquas* poëtae. Sed MSS. omnes retinent *superare*, non minus bene, & usitate pro trajicere, transfretare. Ovid. L. IX. Metam. 115.

- - - - - - *superentur flumina, dixit.*

evicta per aequora lapsus Epist. Her. XIX. 155. *superare Alpes* supra L. I, 283. *superare amnem* Statius quoque L. IX. Theb. 456. sed hoc, ut & *vincere*, *evincere* apud Virgilium, aliosque frequenter. Vide Stewech. ad Frontin. L. I. c. 5. §. 3.

505 PARVA QUIES MISERIS] Sensus hic est. Haec quies miseris, & labore confectis erat parva: non sufficiebat fatigatis ad refectionem, quia plurimum laborabant. Hominibus enim egentibus, & in fortuna humili positis securior est somnus, atque continuus. Hos autem, qui majore statu sunt

Parta quies miseris, in quorum pectora somno
Dat vires fortuna minor. jam castra silebant:
Tertia jam vigiles commoverat hora secundos,
Caesar sollicito per [a] vasta silentia gressu
Vix famulis audenda parat: cunctisque relictis,
Sola placet Fortuna comes. tentoria postquam
Egressus, vigilum somno cedentia membra
[b] Transiluit, questus [c] tacite, quod fallere posset;
Litora curva legit, [d] primisque invenit in undis
Rupibus exesis haerentem fune carinam.

Re-

VARIAE LECTIONES.

a *moesta* O. 1. H. W. pro var. lect. b *transiliit* P. 2. B. 1. V. 1. H. A. W. a m. pr. Edd. Rom. Parm. *transivit* V. 1. c *tacite est* B. 1. d *primusque* P. 1. *primis* B. 1.

i. e. reges, propter sollicitudines animi necesse est vigilias sustinere. SCHOL. *Parva* i. modica, aut ut legit Sabellicus (Syll. 11. Annot. T. 1. Thes. Crit. p. 183.) *parta* sc. acquisita labore. Bene tamen legitur *parva*, id est, exigua, non tamen nulla miseris, & militibus pauperibus. VERSELL. *Parva* legas in Mstis fere omnibus: idque plerique editores cum Scholiaste praetulerunt: *parta* cum Sabellico primus excudit Gryphius, quem Micyllus, Hortens. Bersm. & Grotius secuti sunt. R. Stephanus insuper haec verba *parva* usque ad *minor* parenthesi includit. Sensus ergo Lucani foret, nocte sola miseros illos homines, qui ob fortunam tenuem curis, & sollicitudinibus non distracti longius dormire possent, & propter diurnos labores debent non satis somni capere, & parum quiescere. Ut quasi per appositionem *noctem* vocaverit *parvam quietem miseris*. Verum mihi haec explicatio minime placet. Satis longa certe quies est, quae capi potest per totam noctem, & quidem hibernam, qualis tunc fuit. Quare *parta*, ut jam editur, retinui. Et sic apte procedit sensus Lucani. Nox solverat curas: unde militibus quies, & somnus obtigit, qui iis facilius obrepit, quoniam à curis propter tenuem fortunam sunt liberi. Inde jam castra silebant, omnibus dormientibus, & sic tres horae jam dilapsae erant: cum Caesar &c. Videntur veteres Interpretes credidisse, vocem *miseros* exigere *parva*. Verum auctor noster per *miseros* simpliciter intelligit, praesertim in bello civili, milites, quos alibi etiam sic vocat. L. IV, 382.

Heu miseri, qui bella gerunt &c.

VII, 765.

Thessalicam miseri versant in pectore pugnam.

VII, 848.

Reddite, Di, clamant miseris, quae fugimus, arma.

& saepissime. Neque omnino *parta* respuunt MSS. nam ita habet unus Bersm. & veterrimus Regius primus, Oxon. pr. a m. sec. & ut puto, Bohur. ac Marp. ex quibus saltem nihil variationis enotatum est. *Parta quies* junxit quoque Virgilius L. III. Aen. 495.

Vobis parta quies.

VII, 598.

Nam mihi parta quies.

Passim *parere pacem*, & similia dici, quis nescit? infra L. X, 107.

- - - *Pax ubi parta duci.*

ubi vide. si tamen vel sic *parva* retinere quis vellet, melius legeret *parca*. Ridicule autem Hortensius, & Bersmann. fingunt hic rursus Hypallagen pro *Fortuna dat somno minores vires* vel *facultates*. Contrarium aperte vult Lucanus: & tenues homines securius, ac pinguius dormire principibus, quis dubitat? *Minor Fortuna* i. tenuior, ut sexcenties *magna*, *modica*, *mediocris fortuna* &c. quae sunt id generis similia. male etiam vulgo post *vigilum* distinguitur. Jungenda *vigilum membra. tentoria* ipsius Caesaris dicit.

507 TERTIA] Ternas enim per horas quater vigiles commutantur in nocte. Jam, inquit, prima vigilia i. una parte noctis peracta, secunda vigilia inchoabat, quia primi per tres horas vigilaverant. SCHOL. Vide Comm. ad Silii L. IV, 89.

509 FAMULIS] i. quae nec servi aliquando fecissent. SCHOL.

512 TACITE] i. intra apud semet ipsum reprehendens sic dormire milites, ut his ignaris posset abscedere. *legit* est praeterit, transit. IDEM. Praeter-

Rectorem, dominumque ratis secura tenebat
Haud procul inde domus, non ullo robore fulta,
Sed sterili junco, cannaque intexta palustri,
Et latus inversa [a] nudum munita [b] phaselo.
[c] Haec Caesar bis terque manu quassantia tectum
Limina commovit. molli consurgit Amyclas,
[d] Quem dabat alga, toro. Quis nam mea naufragus, inquit,
Tecta petit? [e] aut quem nostrae Fortuna coëgit
Auxilium sperare casae? Sic [f] fatus, ab alto
Aggere jam [g] tepidae [h] sublato [i] fune favillae,

Scin-

VARIAE LECTIONES.

a *nondum* Ed. Ven. b *phasello* MSS. & Edd. qdd. c *hic* Hort. M. d *quis* V. 1. e *vel* V. 1. Marp. M. male. V. ad L. I, 642. f *satur* V. 1. g *trepidae* B. 1. Edd. Ven. Br. Med. h *subalto* H. 1. i *fuste* V sec. pro var lect.

tercurrit, ut fit, cum naves transverso itinere littus praeternavigant. Sulpitius exponit, *legit*, pro *aspicit*. Virgil.

- - - unde omnes longo ordine possent,
Adversos legere.

Sed, pro praetercurrere, sive praeternavigare, *legere*, frequens poëtis est. Maro lib. v.

Littoraque Epiri legimus, portusque s.

HORTENS. *Legit* hic notat, pedibus stringit, percurrit litus. Minut. Felix cap. 3. *Sensim itaque tranquilleque progressi, oram curvi molliter litoris, iter sabulis fallentibus, legebamus.* ubi apud Ouzelium multa exempla τ῀ *legere litus* videre potes.

517 CANNAQUE INTEXTA] Notandum, cum omnes harundinem dicant, hic *canna* ait exemplum Varronis. SCHOL. Notam hanc falsam esse, ex adducendis locis patet. Plurimum autem facit hic locus ad confirmandam Ill. Heinsii conjecturam *texta* in Ovidio L. VIII, 630.

Parva quidem stipulis & canna tecta palustri.

Vide tamen ejus notas ad L. v, 447.

- - - - cum tectam stramine vidit
Forte casam.

πλεκτὰς καλύβας vocat Theocrit Id. 21, 8. *Intexta* certe cum viris doctis praefero in Silio Lib. XVII, 89.

Castra levi calamo, cannaque intexta palustri.

518 INVERSA] MSS. duo Bersm. Oxon. pr. Voss. tert. & secund. a m. sec. habent *inverso*. Quod evidens est σφάλμα librariorum, qui crediderunt, *Phaselum*, nomen masculini generis, non posse recipere aliud adjectivum, nisi mascul. generis. Sed non raro auctores adjungunt adjectivum generis diversi, subintelligentes aliud nomen adjectivo conveniens. ut hic debet *navi*, vel *cymba*. Consule Servium ad Virgilii L. IV. Aeneid. 462.

Solaque culminibus ferali carmine bubo.

& ad L. v, 122.

Centauro invehitur magna.

Adde magnum Vossium de Construct. c. 5.

524 AGGERE JAM TEPIDAE &c.] Ordo est. Ab alto aggere jam tepidae favillae, i. tumulo parum calentis cineris, sublato fune, unde ignem fovebat, scintillam tenuem pavit in commotos ignes. SCHOL. *Aggerem* capiunt plerique interpretes de cubili. quare etiam Ascens. & Versell. pro *jam* ediderunt *tum*. & *scintillam* favillae jungunt. praeterea Sulpit. Hortens. Bersm. aliique rursus ad *Hypallagen* recurrunt. ut sit pro *sublata favilla, seu remoto cinere funis torti, in quo ignis servabatur*. Solus Omnibonus bene hic rem gerit, Scholiastae vestigia premens; & si non rem acu tetigit, à scopo tamen auctoris non longe aberrat. Primum recte *Aggerem tepidae favillae* jungit sive cumulum cinerum prunis & igni superinpositum, adeoque *tepidum*. ut Ovidius L. VIII. Metam. 641.

Inde foco tepidum cinerem dimovit, & ignes
Suscitat hesternos, foliisque & cortice crudo
Nutrit.

Dein ad *sublato fune* ait, illum detexisse funem, quem igni subjecerat, & una cum prunis cinere texerat; atque oris spiritu incitasse ignem. Quid *fune* illo fecerit, non addit. Credo, Amyclam sustulisse funem ab aggere sive aggere cinerum, &

 cum

Scintillam tenuem commotos [a] pavit in ignes,
Securus belli: praedam civilibus armis
Scit non esse casas. O vitae tuta facultas
Pauperis, angustique lares! ô munera nondum
Intellecta Deûm! quibus [b] hoc contingere [c] templis,
Aut potuit muris, nullo [d] trepidare tumultu,
Caesarea pulsante manu? [e] tum poste recluso,
Dux ait: Exspecta votis majora [f] modestis,
Spesque tuas [g] laxa, juvenis; [h] si jussa secutus,
Me vehis Hesperiam, non ultra cuncta carinae
Debebis, [i] manibusque inopem duxisse senectam.
[k] Ne cessa praebere Deo tua [l] fata, volenti
Angustos [m] opibus subitis inplere Penates.

Sic [a] fa-

Variae Lectiones.

a *legit* Mic. & Hort. M. b *haec* al. c *tectis* V. 1. d *trepidante* Hort. e *tunc* MSS. & Edd. qdd. f *secundis* V. 1. g *juv. l.* B. 1. *lassa* H. h *sed* V. 1. i *manibusve* P. 3. V. 2. W. & Edd. qdd. *manibusne* V. 1. H. male. V. ad L. 11, 374. &c. mox vs. 542. k *nec* P. 2. V. 2. O. 1. Marp. H. Edd. Ven. Br. Med. l *vota* Ed. Rom. Ven. Parm. Br. Med. m *sub. op.* Edd. qdd.

eum funem conquassasse, unde scintillas tenues, quas funis ille jam diu contraxerat, pavit in ignes: ut *funem* usurpaverit pro *fomite*, de quo vide Servium, & alios ad Virgil. Aen. 1, 176. Et sic decorum rite observaverit Lucanus, piscatori nautae dans funem, ignis fomitem pro ligno, vel ramalibus rusticorum. *Commotos* si malis sumere pro oris spiritu incitatos, non valde repugno. Ovid. ibid.

Ad flammas anima producit anili.

Funem autem accipi à Lucano pro foco, in quo cineres inclusi erant, aut simpliciter pro tegumento quodam, sub quo tecti erant, non putem. De fune ut nutrimento ignis videor mihi simile quid legisse in Theocrito, vel Hesiodo, sed locus non succurrit.

527 CASAS] Ante Grotium edebatur *casam*, praeterquam in Ed. Ven. & Versell. *Casas* autem rursus non inmuto, quoniam ita habent MSS. plurimi, & optimi, quibus etiam motus ad mutandum Grotius videtur. Aeque enim ac nos, scivit saepe elisionem litterae *m* negligi à poëtis, non modo, ubi brevis manet littera, ut apud Horatium L. 11. Sat. 2, 28. Vide not. ad Phaedr. F. 4.

Aliamque praedam ab alio ferri putant.

Vel ubi sequitur littera aspirata *h*, quae aliquando vim positionis habet. Consule, quos laudat Broukhus. ad Tibull. L. 1, 5, 33.

Et tantum venerata virum, hunc sedula curet.

Quo loco Ayrmannus, licet melius à Broukhusio doctus, male *tunc* reponere conatur in vita Tibulli p. 94. Verum etiam sequenti vocali est longa. Ecce, quos idem adducit ad Propert. L. 11. El. 23. vs. 101.

Haec eadem ante illam inpune & Lesbia fecit.

& sequente littera *e*, ut hic, ita Propert. L. 11. El. 12, 1.

O me felicem, o nox mihi candida!

ubi etiam contra MSS. inverterant voces. Adde L. vi, 732. & N. Heinsium ad Silium L. 1, 109. Ne vero hic *casam* ab editoribus effictum credas, habent id tamen quidam Pulm. Codd. unus Vossian. Marp. meus, & Amstel. sed recentiores omnes. Quare ἐπίχω. sequenti potius versu cum amico scribere velim *angustique laris*, productione etiam non infrequenti, de qua alibi dictum. sed talia contra MSS. si sensus constat, non temere intrudenda.

527 TUTA] Msc. *tanta.* male. BERSM.

528 NONDUM INTELLECTA]

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι,

canente Hesiodo Εργ. 42. ubi omnino videndus ὁ πάνυ Heinsius, qui citat *&* *munera*, quod facit etiam Servius ad Virgil. Georg. 11, 499. & legitur in uno Vossiano.

533

Sic [a] fatur, quamquam plebeio tectus amictu,
Indocilis privata loqui. [b] tum pauper Amyclas:
Multa quidem prohibent nocturno credere ponto.
[c] Nam sol non [d] rutilas deduxit in [e] aequora nubes,
Concordesque tulit radios: Noton altera Phoebi,
Altera pars Borean [f] diducta luce vocabat.
Orbe quoque exhaustus medio, languensque recessit,
Spectantesque oculos infirmo lumine passus.
Lunaque [g] non gracili surrexit [h] lucida cornu,
Aut orbis [i] medii puros exesa recessus:
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
Ventorumque nota rubuit: tum lurida pallens
Ora tulit, vultu sub [k] nubem tristis ituro.

Sed mihi

VARIAE LECTIONES.

a *fatus* R. pr. V. 1. Marp. b *tunc* al. c *jam* V. 1. d *rutilans* Marp. A. e *aequore* R. 1. A. f *deducta* A. M. g *nec* R. pr. h *languida* Ed. Asc. Par. 1512. Mic. Hort. male. i *medio* B. 1. k *nubes* B. 1. H.

531 MANU] Quae solebat muros, & templa turbare. SCHOL.

532 MODESTIS] Vota modesta dicit, non festinantia, sed dilatione contenta. IDEM.

538 PLEBEJO] Hoc est, licet plebejus sit habitu, tamen loqui Caesar privata non potuit. IDEM.

539 INDOCILIS PRIVATA L.] Arist. II. Politicorum 4. de Jasone Pheraeo: ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι. GROT. Ed. tert.

540 MULTA] Multa signa, & prognostica futurae tempestatis colligit. SCHOL. Haec ex Arato, Virgilio, aliisque collecta scire cupienti dabunt interpretes, qui adeantur, & Claudian. de B. Gild. 492. &c.

542 CONCORDESQUE TULIT] Et non conc. tulit. SCHOL.

544 EXHAUSTUS] Cavatus, seu concavus. IDEM.

545 SPECTANTESQUE] Ita reposui pro *spectantes*, vel *spectanteis*. *Spectantisque* duo veterrimi Vossiani, unde dubitare possis, an sit genitivus. Malim ego in accusativo sumere. *Spectantesque* Bersm. unus, & Amst. cum Edd. Veneta, & Taberii. *Spectantis*, Regius prim. ut solet in primis ille Codex efferre tales accusativos, & Asceul.

545 PASSUS] i. e. qui passus fuerit, ab omnibus se videri, dum habet lumen infirmum. SCHOLIAST.

546 NON GRACILI] Sed obtuso, & nigro, quod significat futuram tempestatem. IDEM.

547 AUT] Sic recte rescripsit Grotius pro eo, quod vulgo erat *haud* ab Ascensio intrusum, & in MSS. recentioribus, ac Ed. Ven. tantum exstans. Saepius jam monendum fuit, *aut* depravatum esse in *haud*; cum Lucanus *non* ex praecedentibus subintelligi vult. V. ad L. I, 287. II, 362 III, 479. &c. Sensus ergo est. Luna non surrexit exesa puros orbis medii recessus, sed *aëra nigrum comprehendens*, ut loquitur Virgilius Lib. I. Georg. 428.

548 RECTO] Aratus tamen contra ventos significare ait, quando neque in pronum inclinant cornua, neque supina feruntur. Ita enim inquit vs. 56.

Εἰ δέ κ' ἐπ' ἀμφοτέρων κεράων, τρίτον ἦμαρ ἄγουσα,
Μή τι ἐπινεύοι, μήθ' ὑπτιόωσα φαείνοι,
Ἀλλ' ὀρθαὶ ἑκάτερθε περιγνάμπτωσι κεραῖαι
Ἑσπέριοί κ' ἄνεμοι κείνην μετὰ νύκτα φέροιντο.

Quo loco & caetera pleraque vide, quae hic inter signa tempestatum recensentur. MICYLL. Hoc dicit Aratus, si utraque cornua sint recta; at si unum inclinat, ventos designari futuros addit vs. 62.

Εἰ δέ κεν ἡ κεράων τὸ μετήορον ἐν ἐπινεύοι,
Δειδέχθαι βορέαν· ὅτε δ' ὑπτιάῃσι, νότοιο.

Ut jam observavit bene Hortensius.

549 NOTA] i. e. unde futuri venti notantur. SCHOL.

549 LURIDA] i. e. ore incerto; & pallido colore suffusa. IDEM.

Sed mihi [a] nec motus nemorum, nec litoris ictus,
[b] Nec placet incertus, qui provocat aequora, delphin:
[c] Aut siccum [d] quod mergus amat: [e] quodque ausa [f] volare
Ardea sublimis, [g] pennae [h] confisa natanti:
Quodque caput [i] spargens undis, velut [k] occupet imbrem,
Instabili gressu metitur litora cornix.
Sed si magnarum poscunt discrimina rerum,
Haud dubitem praebere manus. [l] vel litora tangam
Jussa, vel [m] hoc [n] potius pelagus, [o] flatusque negabunt.
Haec fatur, solvensque ratem dat carbasa ventis:

Ad quo-

VARIAE LECTIONES.

a *non* O. pr. b *non* H. c *at* V. 1. d *qui* R. 1. V. 1. *quique* R. 1. V. 2. e *quoque* Serv. ad Aen. VII, 412. male. V. eumdem ad G. 1, 364. f *volare est* R. pr. W. H. Marp. Edd. Ven. Omn. g *pinnae* R. pr. h *confixa* V. 2. O. 1. i *sternens* A. k *occupat* al. l *quin* V. 1. m *haec* MSS. & Edd. qdd. n *pel. pot.* B. 1. o *fluctusque* Edd. Ven. Br.

551 MOTUS NEMORUM] Ut Virgilius:

- - - - - atque aridus altis
Montibus audiri fragor, & resonantia longe
Litora misceri, aut nemorum.

SCHOL.

552 INCERTUS] Qui se volutando discurrit, tempestatem maris denunciat. Delphines adveniente tempestate deserta maris derelinquunt, & ad litus approperant. IDEM. *Incertus qui* citat etiam Servius ad Aeneid. L. x, 98. sed Regius prim. habet *quod* cum Ascens. Vers. Micyllo, & Hortens. ut in seqq. *Incertus* dixit ob consuetudinem Delphinum. Ovid. L. III. Metam. 683.

Undique dant saltus, multaque adspergine rorant,
Emerguntque iterum, redeuntque sub aequora rursus.

Seneca Agam. 449.

Tunc qui jacente reciprocus ludit salo,
Tumidumque pando transilit dorso mare,
Tyrrhenus omni piscis exsultat freto,
Agitatque gyros.

554 PENNAE CONFISA NATANTI] i. confisa pennae, quae natare consuevit. SCHOL. Falsum est, ardeam natare: natandi enim est imperita, & stat solum in paludibus: ut observat Hortensius, qui ideo edidit *volanti*. Sed quis credat, ita scripsisse Lucanum, *ausa volare pennae c. volanti*. Non melius Scholiaste exponit Sulpitius *quae solet natare, & fidere mari.* Unice rectam puto Omniboni, & Ascensii expositionem *per aera volanti*; atque ita interpretantur Glossae Voss. pr. Posses rectius reddere per *leniter quasi labenti*. ut nos sereno coelo videmus fieri à ciconiis altissime volantibus, quod vocamus *dryven*, vel *zeilen op de wieken*. Hoc innuit etiam Virgilius.

- - - altam supervolat ardea nubem.

Nare vero, & *natare* de avibus frequens est apud Poëtas. de multis en pauca exempla! Virgil. Lib. IV. Georg. 58.

Hinc ubi jam emissum caveis ad sidera coeli
Nare per aestatem liquidam suspexeris agmen,
Obscuramque trahi vento mirabere nubem.

x. Aen. 265.

Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant.

Ovid. Art. Am. II, 45.

Remigium volucres disponit in ordine pennas.

Silius L. XII, 94.

Suspensum hic librans media inter nubila corpus
Enavit.

Claudian. L. I. R. Pros. 185.

Nunc spiris Zephyros tranant, nunc arva volatu
Inferiore secant.

Quibus locis doctissimi viri plenius haec demonstrarunt, quos, si vacat, consulere potes.

555 OCCUPET] Cum impetu enim se mergit in fluctus. SCHOL.

556 INSTABILI] Ut Virgilius.

Et sola (se MS.) in sicca secum spatiatur harena.

Quod contra consuetudinem fit, ideo significat tempestatem. IDEM.

559 NEGABUNT] Sensus hic est. Parebo voluntati tuae. Nam ad litora jussa veniemus, aut si fie-

Ad quorum motus non solum lapsa per altum
Aëra, dispersos traxêre cadentia sulcos
Sidera; sed, summis etiam quae fixa tenentur,
Astra,[a] polis, sunt visa quati. niger inficit horror
Terga maris: longo per multa volumina tractu
Aestuat unda[b] minax:[c] flatusque incerta futuri,
Turbida testantur conceptos aequora ventos.
[d] Tunc rector[e] trepidae fatur ratis:[f] Adspice, saevum
Quanta[g] paret pelagus:[h] Zephyros[i] intendat, an Austros,
Incertum est:[k] puppim dubius[l] ferit undique[m] pontus.

Nubibus,

VARIAE LECTIONES.

a *poli* Ox. pr. b *minas* V. 1. c *fluctusque* B. 1. d *tum* al. e *trepidus* V. 1. *trepide* B. 1. f *omina* R. rec. g *parat* MSS. 4. *patet* R. 1. Marp. h vulgo *Zephyrosne i. an Euros.* i *intendit* V. 1. *intentat* R. 1. k *dub. pupp.* B. 1. l *puppem* V. pr. l *fert.* H. m *ventus* Voss. sec. pro var. lect.

si fieri non potuerit, non ego tibi hoc, sed tempestas, & maria negabunt. SCHOL.

560 FATUR] Sic recte Grotius edidit, ut habet unus Bersm. & quatuor Vossiani, Marp. Amst. &c. cum Hort. Marg. Ceteri *fatus*. De hac confusione latius agam ad L. VIII, 752.

Sic fatur, plenusque sinu. ubi vide.

Lapsa sidera sunt, moveri, labi, & errare solita. Diximus ad L. II, 268.

562 SULCOS] Ut Virgilius.

Flammarum à tergo, longos albescere tractus.

SCHOL.

566 INCERTA] *Incerta* numero plurali accipimus genere neutro. Ipsa incerta futuri flatus aequora testantur. Quasi omnes venti sint excitati. IDEM. *Incerta* sunt aequora, quem ex conceptis ventis emittant. non est Hypallage pro *testantur ventos incertos.* ut ajunt interpretes. sed pudet his inmorari.

569 ZEPHYRUS AN EURUS] Quaedam exemplaria legunt, *Zephyrusne*, & alia *Zephyrosne*, quae lectio genuina est, & vera, cum ultima, in *Zephyrus*, extendi debeat, quae absque conjunctione contrahitur. Est autem *Zephyrus* ventus flans ab occasu, Latine *Favonius*, Euro adversus, qui ab ortu venit, ut Manilius libro quarto Astronomicõ.

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem, Zephyrusque cadentem.

Itaque dubium est, & anceps, venti orientalesne, an occidentales spirant, adeoque utrinque aestuat mare. HORTENSIUS. *Zephyrosne intendat, an Euros* quidem edidit Grotius ex Hortensii, ut videtur, placito, qui ita ex quibusdam exemplaribus legebat, vel *Zephyrusne intendat an Eurus*; quomodo est in Sulpitii nonnullis Edd. & Aldi, Colin. Steph. Gryph. Pulm. Bersm. aliorumque. Nemo eorum vere. Primum *Zephyros* exhibent omnes Pulm. & Bersm. & mei tredecim, vel quatuordecim Codd. cum Edd. Rom. Ven. Parm. Omnib. Ascens. aliorumque sine particula *ne*. Rectissime. *ne* vel *an* cum bis deberet poni, primo loco elegantius omitti, jam dudum monuerunt viri docti. Vide, quos laudat optimus harum elegantiarum cognitor Cel. Burmann. ad Quinctil. Inst. Orat. L. V. c. 13. *Videndum etiam simul nobis plura aggredienda sint, an amolienda singula.* Adde Vellej. L. II. c. 95. Justin. Lib. XXI. c. 2. Sed quid opus est aliorum testimoniis? cum noster auctor ita esse scribendum ex perpetuo suo more jubeat. L. I, 412.

Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet,
Destituatque ferens, an sidere mota secundo &c.

VI, 494.

- - - - parere necesse est,
An juvat?

652.

- - - dubium est, quod traxerit illuc,
Aspiciat Stygias, an quod descenderis, undas.

IX, 123.

- - - stat summa, caputque
Orbis, an occidimus?

560.

Jure suo populis uti, legumque licebit,
An bellum civile perit?

X, 5.

Nubibus, [a] & coelo Notus est. si murmura ponti
Consulimus, Cori verrent mare. gurgite tanto,
Nec ratis [b] Hesperias tanget, nec naufragus [c] oras.
[d] Desperare viam, & vetitos convertere cursus
Sola salus. liceat vexata litora puppe
Prendere, ne longe nimium sit proxima tellus.
Fisus cuncta sibi cessura pericula Caesar,

Sperne mi-

VARIAE LECTIONES.

a *e coeli* B. I. b *Hesperiam* VV. LL. Steph. c *horas* MSS. 6. d *desperasse* P. I.

x, 5.

- - ? regnum Lagi Romana sub arma
Iret, an eriperet mundo Memphiticus ensis.

ubi itidem *an* vel *ne* additur in MSS. nonnullis. sed exemplorum satis. Deinde, quod multi scribant sine ullo MSS. *Zephyrusne* &c. vel *Zephyrus i.* &c. probari nequit. Non quod brevis foret syllaba *us*, nec produci possit, ut putat falso Hortensius. Neque etiam, quia *intendere* non posset sumi passive pro *intendere se.* (nam *us* in caesura saepe produci, & pronomina reciproca saepe omitti docuerunt satis Grammatici, & nos alibi monere debuimus. Vide tamen ad Lib. III, 68.) Sed quia Lucanus aperte eruptionem ventorum ex mari fieri statuit. nam dixerat *conceptos ventos ab aequore*, & addit *quanta paret pelagus.* Nunc incertum est, *intendat ad emittendum Zephyros, an Euros.* Alibi etiam poëtae primum ventorum motum in undis constituunt. Silius Ital. L. IX, 283.

Sic, ubi prima movens pelago certamina venti,
Inclusam rabiem, ac sparsuras astra procellas
Parturit unda freti, fundoque emota minaces
Exspirat per saxa sonos, atque acta cavernis
Torquet anhelantem spumanti vertice pontum.

Valer. Flacc. L. V, 522.

Ceu tumet, atque imo sub gurgite concipit Austros
Unda silens.

Eo enim loco *austros* non esse mutandum in *aestus*, ut placuit tamen summis viris; evidentissime ex nostro, quem imitatus est Valerius, apparet. Porro *Austros* dedi pro *Euros.* quia prima vox exstat in tribus Pulm. Voss. primo, secundo, Regio uno, Hulst. Oxon. utroque & Amst. MSS. ac notis Omniboni; & auctor id satis innuat sequentibus, quae sunt pro explicatione praecedentium; ubi *Noton* vocat, quem hic *Austrum*, *Corum* vero, quem hic *Zephyrum* appellat. Omitto alia argumenta, quibus, si opus esset, evinci liquidissime posset, *Euros* hinc esse pellendos, scilicet ob Orientali loci situ Hesperiam versus, petita. Sed haec erudito, & judicioso lectori satis sint. Jam enim nimius fui. Neque à sententia mea aliquantum detrahit errans cum reliquis Scholiastes Voss. primi hic verbis. *Intendat scilicet ipsum pelagus ventum Occidentalem, & Orientalem juxta subsolanum.* Vide vs. 600. Ut autem hic *intendere*, sic Lib. IX, 473. *intentum ventum*, dicit.

571 NUBIBUS ET COELO NOTUS] Coelum, inquit, Auster habet, mare Corus. SCHOL. Mscr. *nubilus.* Notus habet dominium in nubibus, & coelo. BERSM. Est tamen vir doctus, qui malit *nubilus.* Mihi non placet. In nubibus, quas oculis commoveri videmus, & in toto aëre est Notus. Nubes, & omnis aër inpelluntur à Noto.

572 VENIENT CORI IN MARE] Mscr. tria *Cori venient mare.* & quart. *Cori veniunt mare.* Fortasse legendum *verrent mare.* BERSM. *Cori verrent mare.* Conjectura vera ducentibus MS. qui non *venient Cori in mare*, sed *Cori venient mare* praeferunt. Virgilius:

Ni faciat, maria ac terras caelumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.

I. Aeneidos. GROT. *Venient Cori in mare*, ut vulgo legebatur, à Sulpitio intrusum est, habetque ita Marp. Cod. Priores edd. quos consului, *Cori venient mare* scribunt, & eo ordine MSS. *veniunt* est in uno Voss. *veniet* Regius primus. Oxon. pr. Voss. sec. & quart. sed suprascriptum est *n.* *Coris veniet* a m. pr. Voss. tert. Quod confirmaret elegantissimi Rutgersii conjecturam L. I. var. lect. c. 12. ita haec distinguentis.

- - - - si murmura ponti
Consulimus, Cori: veniet mare gurgite tanto.

Sed tam abrupta, & dura ellipsi non solet uti noster. Quare magis placeret, quod exhibent variae lectiones Stephani, unus Pulm. & optimus Vossian. primus *ferient.* quod verbum, uti & *verberare, quatere* &c. ventis scimus esse proprium. Ut verum tamen fatear, videtur glossa esse verae lectionis, quam comprobarunt jam viri doctissimi,

&

Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti
Trade [a] sinum. Italiam si coelo auctore [b] recusas,
Me pete. sola tibi caussa [c] est haec justa timoris,
Vectorem non nosse tuum; quem numina numquam
Destituunt; de quo male tunc Fortuna meretur,
Cum post vota venit: medias perrumpe procellas,
Tutela secure mea. coeli iste fretique,

Non

Variae Lectiones.

a *sinus* H. b *recuses* meus. c al. *haec est*. ut disposui, est in MSS. & Edd. pp.

& confirmat MS. Hulst. (de Bohur. dubito) *verrens*. Atque ita saepe poëtae, inprimis Lucrëtius, & Virgil. L. III. Georg. 201. *aequora verrere* de ventis dicunt. Adi Giphan. Ind. Lucret. & Comment. ad L. I, 280. Gebhard. ad Propert. III, 246. Heinsium ad Ovid. Amor. I, 9. Drakenb. ad Silium L. XIV, 263. & qui de verbo *consulere* ibidem agit, Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. L. III, 37.

Ipse diem longe, solisque cubilia Tiphys
Consulit.

Ad MSS. lectionem accedit etiam vox *vertent*, de qua V. eumdem ad L. IV, 725.

Vel freta versa vadis.

Ferire, & *verrere mare* jungit Virgil. III. Aen. 290.

573 Naufragus] i. e. in tanta tempestate nec navis ad Italiam perveniet, nec nostra corpora, si naufragi fuerimus. SCHOL.

574 Convertere] Ut Virgilius.

Quaque vocat, vertamus iter.

IDEM.

574 Vetitos convertere cursus] Sic Virgil. III. Aen. 146.

Quo vertere cursus.

& sexcenta similia occurrunt. Vulgo tamen apud Priscian. Col. 1177. editur.

Ventos convertere cursu.

ex adversis secundos facere cursus mutatione. Sic fere L. IV, 136.

Raptumque fuga convertere bellum.

Concurrere est in Ed. principe; *ventos* in Veneta. Putem tamen, emendandum esse Priscianum. Non tam de ventis hic agitur, quam de ineluctabili, & incerto maris aestu.

575 Sola salus] Haec sola salus est, si non petamus, à qua prohibemur Italiam. Vult gubernator ad litus revertere. SCHOL.

576 Nec longe nimium sit p.] Hoc est nec terra, quam vicinam habebas, fiat longior, dum ad Italiam venire contendis. IDEM. *Nec sit* i. e. vicini sumus terrae, aut legamus *ne* & *sit*. Hoc sensu liceat petere litora, ne tellus proxima sit nimium longe. VERSELL. Male Sulpit. Ascens. & Micyll. *nec sit* ediderunt. Omniboni, & Hortensii expositiones *nec sit* scribentium, non dignae sunt memoratu. *Nec* habet unus Pulm. Bersm. & Voss. duo. cum Amst. male. Simpliciter Amyclas vult quam primum reverti ad litus, ne, dum morantur, incerto pelagi aestu magis in altum vehantur, & tellus proxima nimium recedat. Ut nihil mutari opus sit, quamquam ingeniola sane, si non vera, est conjectura Doctissimi Waddeli *ni*. Ut ita optime designetur timor nautae, & supremum, in quo versabantur, periculum: quasi dixisset. Repetamus litora, quamvis ita debilitata jam sit navis, ut metuam dubius; an procellae resistere possit, quousque vel proximam terram possimus attingere.

580 Me pete] *Me auctore*. Si adeo Italiam non petis, quia dissuadet coelum, ideo pete, quia ego suadeo. SCHOL. Male alii *me* capiunt in accusandi casu, pro me inplora. Ceterum emendandus hinc Servius ad L. VI. Aen. 208. ubi legitur.

- - - *Venia est haec sola timoris*
Victorem non esse tuum.

Venia autem videtur μνημονικῷ ἁμαρτήματι citasse Servius. Bene Scholiastes. *Ideo tantum juste videris timere* (*times* Voss. pr.) *quia nescis, quem vehis navi, me sc. cui venti obediunt*. Si MSS. aliqui addicerent, non tamen damnem *venia*. Quasi diceret Caesar. Facile tibi veniam timoris tui do, & merito, quia nescis, quem vehas. Sic Lib. III, 148.

- - - *venia est haec sola pudoris,*
Degenerisque metus.

581 Vectorem] Msc *victorem*, vitiose. Quod nescis, te vehere eum, cui venti obediunt. BERSM. Vox *vector* h. sensu est L. IV, 233. VIII, 582. & apud alios frequenter.

582 Male meretur] Sensus hic est. Offendit me in hoc Fortuna, si tunc venerit prospera, postquam optavero, ut veniat. i. e. non optante

 me

Non [a] puppis nostrae labor est: hanc [b] Caesare pressam
[c] A fluctu [d] defendet onus. [e] nec longa furori
Ventorum [f] saevo dabitur mora: proderit undis
Ista ratis. ne flecte manum: fuge proxima [g] velis
Litora: [h] tunc Calabro portu te crede potitum,
Cum jam non poterit puppi, nostraeque saluti
Altera terra dari. quid tanta strage paretur,
Ignoras. quaerit pelagi, coelique tumultu,
Quid praestet Fortuna mihi. Non plura locuto
Avulsit laceros, percussa puppe, rudentes
Turbo rapax, fragilemque supervolitantia malum
Vela tu-

VARIAE LECTIONES.

a *nost. p.* Edd. qdd. b *numine* R. 1. c *afflatus* R. 1. d *defendit* V. 1. e *non* B. 1. V. 1. f *scaevo* V. 1. *dab. s.* B. 1. g *velo* H. a m. sec. h al. *tum.*

me, necesse est mihi prius desideria (*sidera* MSS.) contingere, ultro deferente fortuna. SCHOL.

583 PERRUMPE] Unus Bersm. Voss. unus, Hulst. Amst. & meus cum Edd. Ven. Ascens. Micylli, Hortens. aliique *prorumpe*. Cave, ne audias. *Prorumpere* cum accusativo est, effundere, vel simile. ut apud Virgil. III. Aen. 572. unde *proruptus imber*, *sudor*, *fluvius* &c. Vide Drak. ad Silium Lib. III, 51. *Perrumpere* vero per medium audacter ruere passim notat. L. I, 322.

Atque auso medias perrumpere milite leges.

585 NON PUPPIS NOSTRAE LABOR] i. e. ista tempestas ideo orta est, ut mare, & coelum fatiget, nihil nostro obfutura navigio. SCHOL.

586 DEFENDET] i. e. quia me vehit, non poterit fluctibus obrui. IDEM.

587 PRODERIT UNDIS] Quia propter me venti, qui eas commovent, sedabuntur. IDEM.

588 NE FLECTE] Reposui ex Regio primo, Wittiano, tribus Pulm. & editionibus Sulpitio prioribus, qui *nec* primus exhibuit. Dein *manum*, ut Grotius recte dedit pro *manus*, quo modo vulgo edebatur praeter Pulm. & Bersm. MSS. confirmant novem vetustiores mei, ac Edd. Ven. Brix. & Mediol.

590 CUM JAM] Tunc, inquit, crede, te ad Italiam (Calabria enim in Italia est) pervenisse, cum jam ad aliam non poteris ire regionem. SCHOL.

592 IGNORAS] Quidam per interrogationem legunt. Ut hic sit sensus. Ignoras, quid hac tempestate paratur, & quorsum ea spectat? ut fortuna hac ventorum procella quaerat secum deliberans, quid boni sit mihi datura. HORTENS. Per interrogationem vulgo editur: sed notam interrogationis delevi, quia videbatur mihi huic loco non conveniens. Inepte Caesar illum nautam rogasset, an ignoraret, quid tanta strage pararetur. Unde enim ille hoc scivisset? Dictantis ergo, & bono cum animo esse jubentis verba sunt. Concinnius autem ordines verba sic *tanta quid*, pro *quid tanta*.

593 QUID PRAESTET] i. e. ideo est orta tempestas, ut habeat, quid mihi possit praestare Fortuna, si me ex tantis periculis eripiet (*liberavit* Voss. sec.) SCHOL. Alii exponunt. Ut praestet mihi incolumem navigationem, classibus Pompejanis per tempestatem non ausis deserere litora. Vix putem. Certe eo sensu melius legas *quod*. ut est in Bersm. uno, Regio pr. Witt. & meo.

596 VICTIS COMPAGIBUS] *Ruptis* Marp. *junctis* Oxon. *victae compages* sunt, quae ictu concussae fatiscunt. Vide N. Heinsium ad Ovid. L. I. Trist. 9, 8. *Saevis icta*, vel *victa fatiscit aquis*. *Victa tellus* vs. 617. *victum navis latus* vs. 648.

597 CONCITA] i. concitata, à *concio*, *concis*, *concit*, est *concitum*. ut Virgil. *Excitum ruit ad portas*. SCHOL. *Concita* sunt commota, provocata. quomodo *conciere*, & *concire bellum*, *seditionem*, *turbas*, & sexcenta talia. Quare non audiendi sunt MSS. Codices. qui habent *congesta*, quod est in variis Steph. lectionibus, tribus Pulm. duobus Bersm. & novem meis; ac praetulerunt Edd. Ven. Omnibon. Sulpitius, & Ascensius. quasi in unam molem cumulata. Vide Comment. ad Phaedrum Fab. XLI. & XXXIX. *plagae congeruntur mortuo.*

599 TOLLENTE] Sive ipsum pontum, sive undas, quas dicturus est; sive caput tuum. SCHOL.

Tollere

Vela tulit: sonuit, victis compagibus, alnus.
Inde ruunt toto concita pericula mundo.
Primus ab Oceano caput exseris Atlanteo,
Core, movens aestus: jam te tollente, furebat
Pontus, & in [a] scopulos totas [b] erexerat undas.
Occurrit gelidus Boreas, [c] pelagusque [d] retundit:
Et dubium pendet, vento cui concidat, aequor.
Sed Scythici [e] vicit rabies Aquilonis, & undas
Torsit, & abstrusas penitus vada fecit harenas.
[f] Nec [g] perfert pontum Boreas ad saxa, suumque
In fluctus Cori frangit mare: motaque [h] possunt

Aequora

Variae Lectiones.

a *scopulis* V. 1. b *erexerit* B. 1. c *fluctusque* Marp. d *refundit* Voss. sec. a m. pr. *recondit* H. Ed. Ven.
e *vincit* B. 1. H. f *non* H. g *profert* B. 1. V. 1. h *poscunt* W. H.

Tollere potest neutraliter dictum esse pro *surgere*, *opsteeken*. Sic contra *ponere* dicitur ventus à nostro, & aliis non raro. vel pontum subintelligit.

600 Totas] Sic omnes scripti, & Edd. *Tota aequora*, *totum mare* &c. saepe jungit noster. Hic tamen placet mihi conjectura Doct. Marklandi *tortas*. *Tortus* saepe in *totus* corruptum esse, docuerunt satis viri docti. Vide ad L. III, 672. Markland. Epist. Crit. p. 51. &c.

602 Concidat] Succumbat. ita MS. GROT. *Pareat* Achill. Statius ad Tibull. 1, 9, 9. p. 25. & sic ediderunt Hortens. Pulmann. & Bersmann. Recte. BROUKHUS. Magno molimine doctiss. vir vult legi *pareat*, dicitque, eos elegantissimam illam vocem corrupisse, qui non intellexerunt, additque, in aliis etiam esse *pareat* ad Tibull. Lib. 1. El. 10, 9.

- - - *freta per parentia ventis.*

ubi vide Statium, & N. Heinsium ad Ovid. Amor. II, 16, 35.

Et vocet in rivos parentem rusticus undam.

Ita *obsequens ventus* apud Senecam Cons. ad Marc. c. 6. Verum, (pace elegantissimi viri manium fiat) errat vir doct. MSS. omnes tam Steph. Pulm. Bersm. quam mei habent, ut bene restituit Grotius *concidat* cum editionibus omnibus ante Aldum, qui primus *pareat* intrusit, quem more solito secuti sunt Colin. Steph. Gryph. aliique. Eleganter vero Lucanus *concidat* scripsit. Depingit enim undas jam erectas in scopulos, quae hinc à Coro, inde à Borea feriebantur, ita ut in neutram partem cadere possent; atque adeo dubiae pendebant, cujus venti majoribus viribus succumberent, & in planum caderent. Praeterea, ne quis posthac de vera lectione ꝧ *concidat* dubitet, facit Seneca in Agamemn. 140. quem auctor videtur imitatus.

Ut cum hinc profundum ventus, hinc aestus rapit,
Incerta dubitat unda, cui cedat malo.

Horat. 1. O. 12, 32.

- - - - - - *ponto*
Unda recumbit.

Ex Lucani imitatione videntur etiam desumpta verba Valer. Flacci L. III, 93. judice Cel. Burmanno, de nube à contrariis ventis inpulsa.

- - - *pendent mortalia longo*
Corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat arvis.

603 Abstrusas penitus vada f. harenas] Expulit mare ultra litus, & ubi remotae erant harenae, vadum fecit. Undas easdem jactat exisse. (f. *haesisse*) SCHOL. Mscr. duo *Obstrusas*. Arenas in profundo latentes apparere fecit, mari jam pene vadoso. BERSM. Maittaire, quia in Ed. Veneta, & Mediol. invenerat *obstrusas*, lectori eligendum dat, utrum legere velit *obtrusas*, vel *obstructas*. Neutrum valet. recte Interpretes exponunt, Aquilonem harenas, super quibus ante magna moles undarum stabat, adeoque abstrusae, & absconditae erant, detexisse, vel vada ex iis fecisse, retorquendo fortiter has undas. Male capit hunc locum Scholiastes. *obstrusas* etiam est in Hulst. & Ed. Brix. Sed vitiose. De hac variatione latius egimus ad Lib. IV, 293.

Abstrusaque flumina quaerunt.

Ceterum haec tota descriptio tempestatis, quam fa-

Aequora subductis etiam concurrere ventis.
Non Euri [a] cessasse minas, non imbribus atrum
Aeolii jacuisse Notum sub carcere saxi,
[b] Crediderim; cunctos solita de parte [c] ruentes
Defendisse suas [d] violento turbine terras,
Sic pelagus mansisse loco. nam parva procellis
Aequora rapta ferunt: Aegaeas transit in undas
Tyrrhenum: sonat Ionio vagus Hadria ponto.
[e] Ah quoties frustra pulsatos aequore montes
Obruit [f] ille dies! [g] quam celsa cacumina pessum
Tellus [h] victa dedit! non ullo litore surgunt

Tam validi

VARIAE LECTIONES.

a *cessisse* V. pr. *cessare* V. 1. Ox. pr. b *credideris* VV. LL. Steph. c *ruentis* V. 2. d *violato* Ed. Br. *violato robore* Marp. margo. e *A*, vel *ha* MSS. & Edd. qdd. f *illa* vulgo. g *cum* A. h *jacta* Marp.

facit Lucanus, enormis, monstrosa, & omnis judicii expers est. Hic enim coelum, terram, & maria miscet, & de redituro Chao timet, ut ostendat unice, Caesarem fuisse temerarium, dum voluit piscatoria scapha, quae laboraret, fortius modo flante vento, trajicore, cum jam prohiberet procellosum mare.

607 CONCURRERE] Sensus hic est. Tantus erat impetus maris, collisis inter se fluctibus, ut, si omnium ventorum flatus subito conquiescerent, nihilominus undae secum invicem litigarent, atque concurrerent. SCHOL.

609 JACUISSE] Msc. *latuisse*; & libri aliquot. BERSM. *Latuisse* inveni in Regio uno, Voss. quarto, Amstel. & meo. quomodo Sulpit. Ascens. Micyll. Hortens. aliique ediderunt. Has autem voces crebro mutari, vide ad Valer. Flacc. L. IV, 726. Nihil ego muto. *Jacere* recte dictum de iis, qui in custodia, & carcere continentur. Consule, quae notarunt viri docti ad Silium L. II, 594

Captivo jacuisse solo.

610 DE PARTE] Est vir doctus, qui conjicit *sed parte*. Ita si scripsisset Lucanus, clarior esset sensus. Verum auctoris stilus est *sed* omittere, & subintelligere, ut ostendimus ad L. II, 86.

612 SIC PELAGUS] Cum ex omni parte venti se muniunt, sic factum est, ut mare à litore suo longius non posset exire, quia impulsum (*mare*) ab altero vento ventus illius (*maris*) repellebat. Subaudimus ergo: *Sic pelagus in suo loco mansisse crediderim.* SCHOL.

612 NAM PARVA &c.] Difficilis sane locus. Quare varie exponitur. plerique sub *ferunt* intelligunt ipsos ventos, qui ferant parvos fluctus. Alii generaliter capiunt hoc modo. *Nam non raro diversa maria ventis rapta miscentur.* Alii, ut Ed. Veneta, & Omnibonus scribunt *non parva*. quomodo est in Wittiano, Regio uno, & duobus Vossianis a m. sec. Putem autem, Lucanum hoc velle, hac tempestate pelagus, sive Oceanum, & mare magnum, ut vocat vs. 619. non quidem fines suos esse transgressum, aut inundasse terras quasdam, quia quisque ventus suam defendebat plagam; sed tamen parva, nempe in oppositionem maris magni, sive Oceani, aequora procellarum impetu rapta, & inter se commixta esse, ut Tyrrhenum cum Aegaeo, Hadriaticum cum Ionio. Sed videant acutiores. Ut nos, ita fere explicat Omnibonus.

614 VAGUS HADRIA] i. e. ad Ionium mare transit Hadriaticum. *Vagus* autem, quia per multas tenditur terras; sive modo *vagus*, cum transit in Ionium. SCHOL.

615 FRUSTRA PULSATOS] Hoc est, qui frequenter ante frustra pulsati sunt, illo die obruti sunt à fluctibus. IDEM. Sic recte cum Beroaldo exponit Scholiast. Ceteri interpretes haec verba referunt ad τὸ *obruit*: quasi Lucanus voluisset dicere, illo die saepius montes, & scopulos fuisse obrutos à mari, sed frustra; quoniam identidem emicuerunt, & salvi steterunt. Contrarium innuit auctor, scopulos scilicet frustra saepe ante illum diem à fluctibus pulsatos tunc victos, & obrutos fuisse. quod abunde patet ex sequentibus. pro *illa* autem excudi jussi *ille* ex tribus Bersm. Voss. pr. sec. quarto. Regio pr. Amst. Ed. Ven. aliisque.

617 NON ULLO LITORE SURGUNT T. V. F. ALIOQUE EX ORBE V.] Sic vulgo edi, & exponi, *non alio quam illo, in quo jam navigabant*, videas, sed

Tam validi fluctus, alioque ex orbe voluti
A magno venêre mari, mundumque coërcens
[a] Monstriferos agit unda sinus. Sic rector Olympi
Cuspide fraterna [b] lassatum in secula [c] fulmen
[d] Adjuvit, regnoque accessit terra secundo,
Cum mare convolvit gentes, cum litora [e] Tethys
Noluit ulla pati, coelo contenta teneri.
Tunc quoque tanta [f] maris moles crevisset in [g] astra,
Ni Superûm rector pressisset nubibus undas.
Non coeli nox illa fuit: latet obsitus aër
Infernae pallore domus, nimbisque gravatus

Deprimi-

VARIAE LECTIONES.

a *mortiferos* B. 1. W. O. pr. b *laxatum* V. 1. M. c *flumen* V. 1. d *adjuvat* & B. 1. e *Thetis* MSS. qdd. f *mari* W. a m. pr. g *astris* B. 1.

sed sine sensu, meo quidem judicio. Non tamen mutare ausus sum. Primum pro *ullo* putem scribendum esse *illo*, quod exhibent variae lectiones Steph. unus Bersm. Vossiani duo, & Scholiastes dicens ad V. *litore: ubi navigabant Caesar, & Amyclas.* Deinde pro *alioque ex* in uno Bersm. est *alioque en*; in meo *alienoque ex*. in Elzev. Ed. Grot. *alioqui*. Vide, num scribendum sit *alio quin orbe*, ut conjecit Doct. Waddel. fluctus tam validi non surgunt *illo* vel *uno*, quae conjectura etiam est Orvilii mei, litore, immo vero à magno veniant mari ex alio orbe. Vel scribe *alio qui*. Relativum hoc saepius in *que* abiit. Vide ad L. IX, 350. Tunc sensus erit clarus, & perspicuus. Neque enim, opinor, *que* hic ita exponere possis, ut idem, quod dixi, significet. Male autem Merula ad Ennium p. 594 *mare magnum*, & *alium orbem* sumit de mari mediterraneo voluto in Ionium pelagus. sed an illud quoque non est mediterranei maris pars? respectu maris magni, quod notat Oceanum, & *coercet mundum*, ut bene docet Columna ad Ennii Lib. XVIII.

Concurrunt volutei ventei, quom spiritus Austri
Imbriciter, Aquiloque suo cum flamine contra,
Endo marei magno fluctus extollere certant.

Quam autem hic ineptiat Lucanus, vide, Lector. Ipse supra dixerat, pelagus loco suo mansisse, & quemque ventum a litoribus, unde flaret, defendisse mare. nunc tamen tam cito exclamat, fluctus etiam huc venisse à magno mari, & alio orbe volutos. An vero sensus Lucani erit: Non alio litore tam validi sunt fluctus, quam in litoribus Oceani, ubi fluctus à magno mari ad litus veniunt? Videat Lector. *Extremum aequor* Valer. Flacc. L. VI, 163.

Nec tot ab extremo fluctus agit aequore &c.

618 ALIOQUE] Videtur Conjunctio *Que*, disjunctive accipienda esse, ut sit sensus: *Aut alio ex orbe voluti à mari magno venere.* MICYLL.

620 MONSTRIFEROS AGIT UNDA SINUS] Plenos belluis. GROT. Nescio, quî Doctiss. Hortensio in mentem venerit; ut hic *sinus* caperet de recessibus terrae, de quibus hic late agit, & maris receptu, quem *sinum* vocabant. Cum luce clarius pateat, *sinus* hic sumi pro undarum contortis flexibus: ut apud Virgilium L. III. Georg. 237.

Fluctus, ut in medio coepit cum albescere ponto,
Longius, ex altoque sinum trahit.

& alios non raro. Hinc Ovidius ita appellat capillorum cincinnos, Amor. II, 14, 16. & Art. Amat. III, 148.

Sustineat similes fluctibus illa sinus.

& passim volubiles serpentum tractus *sinus* vocantur. *Monstriferos* autem cum Sulpitio, & Grotio non intelligo belluis plenos, sed vaegrandes, immensos, miros, quales numquam fuere visi. Sic *monstriferum coitum* pro monstroso, & contra naturam de concubitu incesto dixit Statius Lib. X. Theb. 791. Vide tamen, quae notat Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. II, 497.

Dat procul interea signum Neptunus, & una
Monstriferi mugire sinus.

621 CUSPIDE &c.] Hoc est, Neptuni tridente usus Jupiter adjuvit fulmen suum, quod longa fuerat aetate lassatum. SCHOL.

622 REGNO] Tria enim sunt regna, coelum, mare, terra. Nunc ergo confusa tempestatibus terra ad regnum maris est copulata, ut pars tertium

 ejus

Deprimitur, fluctusque [a] in nubibus [b] accipit [c] imbrem.
Lux etiam metuenda perit. nec fulgura [d] currunt
Clara, sed obscurum nimbosus dissilit aër.
[e] Tunc Superûm [f] convexa [g] tremunt, atque arduus axis
[h] Intonuit, motaque poli compage laborant.
Extimuit Natura chaos: rupisse videntur

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *a* A. *ferunt in n. imb.* R. 1. b *excipit* B. 1. c *imbres* V. 1. d *current* B. 1. e al. *tum.* f *connexa* V. 1. a m. pr. Ed. Ven. Br. g *trement* B. 1. *premunt* Hort. m. h vulgo *insonuit*

ejus esset imperium. *Accessit* i. e. cum Deucalion fuit, evadente Pyrrha, & Deucalione, terra sub maris coepit esse imperio. SCHOL.

622 ACCESSIT] Terra accessio facta est ejus sortis, quae Neptuno obvenerat. GROT. Ante Grotium recte etiam Beroaldus, Sulpit., Ascensius, aliique exposuerunt, terram mari obrutam, esse factam accessionem regni Neptuni. proprie autem in hac re est vox *accessio*, & *accedere*. Vide J. F. Gronovium ad Livium L. XLV, 7. Vellej. L. II, 26 *Quantum hujus gloriae famaeque accessit.* Quo loco non placet mihi Ill. Heinsii conjectura *quanta accessio.* Noster L. VI, 277.

Illos terra fugit dominos; his rura colonis
Accedunt, donante Pado.

625 TUNC QUOQUE] Quando Caesar, & Amyclas navigabant. SCHOL. *Nunc quoque* male in Voss. uno, & Pulm. *Tum* habent alii MSS. & Edd. ut solet. vs. 77, quomodo legendum est.

Tum quoque vix summam seductus ab aequore rupem
Extulerat.

Ovid. L. I. Am. 2; 43.

Tum quoque non paucos, si te bene novimus, ures,
Tum quoque praeteriens vulnera multa dabis.

626 PRESSISSET NUBIBUS] i. e. Tunc diluvium fuisset, nisi Jupiter infudisset pluvias: sedatur enim tempestas maris, imbre dimisso. SCHOL.

628 INFERNAE PALLORE DOMUS] Sic Pulm. Berlin. Steph. meique MSS. omnes. quidam a N. Heinsio inspecti habent *squalore*, ut solent haec mutari. Quare temere nimis Maittaire reposuit ultimam vocem, rursus secutus editionem Gryphianam, sive ejus haeredum. Nam in nulla alia deprehendi editione. Ascensius praetulisse quidem videtur *squalore*. In notis enim haec vox scribitur, non tamen in textu. *Pallere* proprie ea dicuntur, quae inferorum sunt ob tetram, luridam, & mortiferam ejus loci faciem. Vide omnino Broukhus. de hac re disputantem ad Lib. III. Tibulli El. 1, 28.

Auferet extincto pallida Ditis aqua.

Recte autem jungit *obsitus pallore* quasi situ quodam livido. Propert. IV, 570.

- - - *inmundo pallida mitra situ.*

ubi vide Passerat. Quinctil. Decl. v, 19. *Pallentes sordibus manus.* ubi nihil mutari malim. Vide tamen Cel. Burmann. Nostr. L. VI, 517.

Foeda situ macies, coeloque ignota sereno
Terribilis Stygio facies pallore gravatur.

646. de inferis.

- - - *pallensque sub antris*
Longa nocte situs.

Pallida regna Ditis vocat etiam L. I, 454. *pallentem Orcum* L. VI, 714. si vero pro *illa* MSS. haberent *una*, vel *sola*, facile eos sequerer. Seneca, quem alii jam laudarunt, in Agam. 471.

In astra pontus tollitur: coelum perit.
Nec una non est. densa tenebras obruit
Caligo, & omni luce subducta fretum
Coelumque miscet, undique incumbunt simul
Rapiuntque pelagus infimo eversum solo
Adversus Euro Zephyrus, & Boreas Notus &c.

629 FLUCTUS] Levabant se fluctus ad sidera, & accipiebant de nubibus imbrem, prius, quam potuisset venire ad terram. Sensus ergo est. Sic erigebantur ad coelum, ut vicini nubibus vel occurrerent pluviis, & ibi easdem acciperent altius processuri. SCHOL.

631 DISSILIT] Crepat obscure h. e. obscurum est, quod coruscat. IDEM.

631 DISSILIT] Berlin. unus, Vossiani tres, Amst. & meus cum Edd. Veneta, & Taberii, aliisque *desilit*, ut variatur etiam Lib. II, 156. sed male. Quod noster *dissilire* de aëre (de terra Virgil. L. III. Aen. 415.) efficacissime dicit, vulgo vocant *discedere*, *dehiscere*. Vide ad Obseq. c. 12. & G. Vossium ad Valer. Flacc. Lib. I, 285. Marcus in Euangelio cap. I. Comm. 10. ait *σχιζομένους τοὺς οὐρανούς.*

632

Concordes elementa moras, [a] rursusque redire
Nox, manes mixtura [b] Deis. spes una salutis,
Quod [c] tanta [d] mundi nondum periêre ruina.
Quantum Leucadio placidus de vertice pontus
Despicitur, tantum nautae vidêre trementes
Fluctibus [e] à summis praeceps mare: cumque tumentes

Rursus

VARIAE LECTIONES.

a *prorsusque* W. A. b *Diis* P. 1. c *tantum* B. 1. d *nond. m.* meus. e vulgo *e sum.*

632 TREMUNT] Alii legunt, *fremunt.* Meo judicio, genuina lectio est, *tremunt:* ut tremere mundana machina dicatur, quamvis aër semper sonat tonitrui violento sono. Amplificat rursum immodice fulguris, ac tonitru effectus. HORTENS. Sulpitius nempe, Ascens. Versell. Paris. A. 1512. dederant *fremunt.* quod & aliis placuisse video. Sed contra omnes, quod sciam, Mstos. praeterea sequitur *axis intonuit* i. e. fremuit. Hic ergo retinendum *tremunt* concussa scilicet. Poëtas autem in tonitrus descriptione coelum, & superorum sedem trementem, & concussum vocare, quis nescit? Vetus poëta apud Ciceron. de Divinat.

Flamma inter nubes coruscat, coelum tonitru contremit.

Silius L. XII, 610.

Et ventos simul, & nubes, & grandinis iras,
Fulminaque, & tonitrus, & nimbos concies atros.
Concussi tremuere poli, coelumque tenebris
Clauditur, & terras coeco nox condit amictu.

Immo hinc addit noster ex tanto tremore,

Motaque poli compage laborant.

Fremitus coeli non tam notat tonitrus, quam prodigiosum armorum, aliusve rei in coelo sonum: de quo Cicero L. I. Divin. c. 43. Obseq. c. 21.

633 INTONUIT] Optime, ut audenter rescripsi, *intonuit*, exhibent duo Pulm. unus Bersm. Vossiani prim. & sec. Marpurg. cum Edd. Sulpit. Ascens. Micylli, Hortens. aliorumque, non *insonuit.* Rursus Cicero de Divin. L. I, 47.

Partibus intonuit coeli pater ipse sinistris.

Virgil. L. I. Aen. 94.

Intonuere poli, & crebris micat ignibus aether.

Obsequens c. 83. *Sereno intonuit.* Frequenter hoc verbum cum *insonare* commutatum esse, vidimus ad L. I, 578.

Intonuere tubae.

& alibi. Ceterum in Regio recent. sic legitur.

Tunc superum motaque poli compage laborant.

633 LABORANT] Ipsi poli laborant. Si *laborat.* axis laborabat hujus poli mota compagine. SCHOLIAST. Vult dicere Scholiastes, ab aliis legi etiam *laborat*, atque ita est in uno Bersm. Voss. quarto, Edd. Ven. & Brix. Sed prius multum malo.

634 CHAOS] Quod fuit ante mundi constitutionem. SCHOL.

635 CONCORDES MORAS] i. e. vincula, quibus elementa inter se connexa in concordia permanebant. IDEM. In meo Codice est *vices.* Sic L. VI, 461.

Cessavisse vices rerum, dilataque longa
Haesit nocte dies, legi non paruit aether.

Boëthius Lib. II. Metr. 8.

Quod mundus stabili fide
Concordes variat vices &c.

ubi vide notas. *Concordi vice* jungit Statius L. VIII. Theb. 192. Plura dat exempla Cl. Drakenb. ad Silium XV, 812. Verum nihil muto. Recte exponit Scholiastes *moras*, vincula, quibus connexa in concordia manent. Non enim tam de vicissitudine concordi elementorum agit, quam de nexu, quo constricta suo quaeque officio fungantur elementa, & quem hac naturae totius concussione rupisse videbantur. *Mora* enim dicitur omne id, quod alterum alteri nectit, ut nodus, sera portarum, catenae, & similia. Consule Barthium ad Stat. L. X. Theb. 190. *moras frangere portarum*, & omnino J. F. Gronovium ad Senecam L. V. de Benef. c. 12. *Quia commissuras eorum, & moras novit.* *Morae loricae* Virgil. L. X. Aen. 485. *morae lacertorum* Senec. Thyest. 761. *Mora corticis* Valer. Flac. L. VI, 97. ubi adi Cl. Burm. *Rumpere moras* saepius junctum extulit noster. L. II, 525.

- - - - *rue certus, & omnes*
Lucis rumpe moras.

VI, 217.

Ille moras ferri, nervorum & vincula rumpit.

IV, 762.

Cornipedis rupisse moras.

Adumbravit autem rursus hunc locum ex Senecae Agam. 484.

Quid rapidus ora Corus Oceano exserens?
Mundum revelli sedibus totum suis,
Ipsosque rupto crederes coelo Deos
Decidere, & atrum rebus induci chaos. &c.

636

Rursus hiant undae, vix eminet [a] aequore malus.
Nubila tanguntur velis, & terra [b] carina.
Nam pelagus, [c] qua parte sedet, non [d] celat [e] harenas,
Exhaustum in cumulos, [f] omnisque in fluctibus unda [g] est.
Artis opem vicêre metus; nescitque magister,
Quam frangat, cui cedat aquae. discordia ponti
Succurrit miseris, [h] fluctusque evertere [i] puppim
Non valet in [k] fluctum: victum latus unda repellens
Erigit, atque omni surgit ratis ardua vento.

Non

Variae Lectiones.

a *aequora* V. tert. b *carinis* H. c *quacumque* P. 1. d *celet* B. 1. e *arenam* vulgo. f *omnis* V. sec. Edd. Ven. Br. Med. g *est* deest in A. h *fluctus* V. 1. i *puppem* B. 1. Voss. 3. Ed. Rom. Parm. k vulgo *fluctus*.

636 Nox] Confusionem rerum dicit *noctem*, mixturam luci tenebras, inferos, coelo. SCHOL.

637 Nondum periere] Ex hoc tantum sperabant salutem, quod in tanta mundi ruina adhuc vivebant. Nam si esset fortuna pereundi, olim perire potuerunt, cum est orta tempestas. IDEM. Bene Scholiastes, & ita fere Omnibonus. Hortensius putat, epiphonema esse in horrendam illam cataclysmi faciem, & in genere *mortales* esse intelligendos. Alii, quod *elementa* nondum perierint; spem salutis superfuisse mortalibus, credunt. Perperam. Sine dubio intelligit Caesarem, & Amyclam, qui, praesertim Caesar, bono animo erant, & de salute non desperabant, quia in illa mundi ruina, quam ingruisse Lucanus inepte modo dixerat, non perierant, & istum coeli, fretique laborem, non suum esse, aut eo tumultu Fortunam quaerere, quid sibi praestaret, persuadebat sibi Caesar; qui postea demum, vs. 653. sibi pericula inminere credit.

639 Tantum nautae] Hoc dixit. Quantum de monte Leucate mare despicitur, tantum & hic (*bis* Voss. pr.) navigantibus videbatur, cum altius tollerentur. SCHOL. Nempe si qui tum in mari erant. GROT. Alii *nautas* de Caesare, & Amycla solis capiunt. Grotium sequor, & eodem modo explico versum 652. Auctor Lib. II, 627. in hoc ipso mari nautas tempestatibus vexari jam dixerat.

640 Fluctibus e summis] Satis quidem Latine dictum est, *videre &c. ex alto loco*, ut probavimus ad Lib. hujus vs. 16. Ovidius L. VIII. Metam. 19.

- - - - - - solebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.

& passim. Verum quatuor MSS. Bersm. Vossiani sex, Regius prim. Wittian. Hulst. Edd. Rom. & Parm. hic scribi jubent *à summis*, ut reposui. Ovidius Lib. II. Metam. 557.

- - - densa speculator ab ulmo.

Epist. Heroid. VII, 20.

Et videas populos altus ab arce tuos.

Valer. Flacc. L. IV, 417.

Spectat ab arce Pharo.

Inf. L. VII, 808. *videat ab aequore flammam.* Adde L. VIII, 187. Eodem modo variatur apud Quinctil L. VIII. Inst. Orat. c. 5. *Hoc quisquam spectabit à tecto.* & saepius.

642 Velis] Cum eriguntur. *carina* cum resident. SCHOL.

643 Pelagus] Sensus hic est. Imum mare, quod quietum esse consuevit, arenas suas, quae in fundo sunt, non celat, sed eas erigit. Ab imis enim sedibus commovetur in cumulos, & omnis aqua, quae in mari est, necesse est, ut fiat fluctus. & ut arena commota ventis in superiori parte videatur. IDEM. Ineptissimus est locus, quo vult Lucanus, in intervallis fluctuum tam parum aquae fuisse, ut carina tetigerit harenas ab aquis fere nudas, & contra fluctus tam grandes, ut nubes tetigerint vela. Nubila certe, & inania captat auctor. Rescripsi autem ex omnium doctorum virorum, meisque membranis, & Edd. plurimis *harenas*, non *arenam*.

644 In cumulos] *In tumulos* habent variae Stephani lectiones cum Edd. Rom. Parm. Omnib. Sulpit. Ascens. Micylli, & Hortensii, & secunda manu Oxon. primi. Passim *mons aquarum* nostro, & aliis; *agger* vs. 674. Silio IV, 651. &c. infra 600.

In scopulos tortas erexerat undas.

propius Ovidius L. I. Trist. 10, 20.

Inque modum tumuli concava surgit aqua.

Sed

Non humilem Sasona vadis, non litora curvae
Thessaliae saxosa [a] pavent, [b] oraeque malignos
[c] Ambraciae portus: scopulosa Ceraunia nautae
Summa [d] timent. Credit jam digna pericula Caesar
Fatis esse suis. tantusne evertere, dixit,
Me Superis labor est; [e] parva [f] quem puppe sedentem
Tam magno petière mari? si gloria leti
Est pelago [g] donata mei, bellisque [h] negamur;
Intrepidus, quamcumque [i] datis mihi, numina, mortem
[a] Accipiam.

VARIAE LECTIONES.

a *timent* B. 1. b *horaeque* MSS. qdd. c *Abraicae* R. 1. d *tenent* W. a m. pr. e *curva* Ed. Med. f *que in* B. 1. Marp. *quem p.* V. 1. g *damnata* A. h *negatur* R. 1. non male. i *dabunt* Marp.

Sed & illic tres MSS. *cumuli* mononte Heinsio: atque ita nostri omnes hoc loco. L. VI, 274.

- - - *cumulumque furentem*
Undarum non passa ruit.

ubi etiam Codices quidam *tumulum*. *Cumulus undarum* passim apud omnes poëtas. Inspice modo Indices.

646 SUCCURRIT] Pugnantibus enim inter se ventis utramque navis partem fluctus erigebat, ideoque verti non poterat, cum esset elisa. SCHOLIAST.

648 NON VALET IN FLUCTUS] Mutavimus distinctionem, sensu aliter non constante. quo minus fluctus quis evertat navem, obstant fluctus alii. GROT. Ed. pr. Probat hanc distinctionem MS. T. Etiam in aliis eadem distinctio: sed pro *fluctus* est *fluctum*. IDEM. Ed. sec. Utraque distinctio est in MSS. sed praefero eam, quam reduxit Grotius, & antiqui editores cum Aldo, & Colineo, Mic. Hort. &c. expresserunt. primus Versellanus in sua editione distinxit *non valet: in f. v. &c.* quam secuti hic sunt Steph. Gryph. Pulm. & Bersm. pro *fluctus* duo veterrimi Vossiani, Regius primus, duo Berm. Oxon. pr. Amst. & meus cum plurimis editionibus habent *fluctum:* quod etiam idcirco restitui. Opponit fluctum fluctui. Nec obstet sonus vicinae vocis *victum*. Satis is juvatur majore interveniente pausa. In seq. versu dubitem quoque, an non rectius scriberetur *ponto*, quam *vento* cum variis Stephani lectionibus. nisi potius Lucanus additione *venti*, de quo aliquot versibus non locutus erat, ostendere voluerit, hanc ponto discordiam à discordibus ventis immissam, ut ante.

650 HUMILEM SASONA VADIS] Insula Calabriae. Bene *humilem*. Altior eminuerat navis erecta fluctibus, quam insula erat. sive planam, humilemque. ut Virgilius.

- - - *humilemque videmus*
Italiam.

i. e. sub fluctu jacentem. tale hic *vadis* accipimus. SCHOL. Vide Servium ad Aen. III, 522. *humilis vadis Sason* est in vadis quasi jacens, & ideo humilis, qualia loca passim *sedere* dicuntur. ut alibi monitum. *Nautae* non Caesar, & Amyclas soli, sed quicumque sunt in illo mari ut vs. 639.

650 SASONA] Msc. *Sansona*, & alt. *sossona*. tert. *Salsona*, mendose. *Sason* insula inter Brundisium, & Epirum. BERSM. Eadem hic in scriptis, & editis est varietas, quae Lib. II, 627. ubi vide.

651 THESSALIAE] Aut large hoc loco *Thessaliae* nomen accipiendum, pro eo littore, quod è regione Thessaliae in Ionium flectitur: aut περιβολικῶς, ut sit dictum, pro, saxosa littora, qualia sunt Thessaliae. Neque enim Thessalia in Ionium, sed ex diversa parte in Aegeum mare protenditur. Et videtur poëta eorum hîc meminisse potissimum voluisse, quae ei mari, in quo Caesar periclitabatur, hoc est, Ionio, adjacet. MICYLL. Sulpitius Thessalicum flexum exponit, cum sinus Pelasgicus, in cujus ora Larissa est maritima, extrema urbium Thessaliae ad diversum mare Aegaeum sit, unde flexus est in Thraciam. Verum *Thessaliae oram* hoc loco accipiendam puto, *Macedonicam*. Macedonia aliquando Aemathia dicta fuit, quae & Pyrrhia, & Haemonia, & Thessalia. Gellius tamen lib. XIV. capite 6. annotavit, Macedoniam Emathiam quidem, sed Thessaliam Haemoniam vocatam fuisse. HORTENS. Thessaliae appellationem latius extensam fuisse, quam revera fuit, & describit noster ipse libro sexto, jam monuimus ad Lib. I, 680. III, 191.

651 MALIGNOS] *Malignos* dicit, quia saxosi sunt; sive quia illic Terentius obiisse dicitur. SCHOL.

[a] Accipiam. licet [b] ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis; [c] sat magna peregi.
Arctoas domui gentes: inimica subegi
Arma metu: [d] vidit Magnum mihi Roma secundum.
Jussa plebe, tuli fasces per bella negatos:
Nulla meis aberit titulis Romana potestas.
[e] Nec sciet [f] hoc quisquam, nisi tu, quae sola meorum
Conscia votorum es, [g] me, quamvis plenus honorum,
[h] Et Dictator eam Stygias, & Consul, [i] ad [k] umbras,
Privatum,

VARIAE LECTIONES.

a *Aspiciam* Marp. b *ingentis* V. pr. sec. c *jam* P. 1. d *Mag. v.* V. 1. e vulgo *nesciat.* f *haec* V. 1, g *qui* W. a m. pr. h *cum* Ed. Ven. i *in* H. k *undas* Marp. H.

Ad Leucada nempe formidatam nautis, ut ait Virgil. III. Aen. 275. & ibi Servius. Suetonius in vita Terentii. *G. Cosconius redeuntem à Graecia periisse in mari dicit cum centum, & octo fabulis, conversis è Menandro. Ceteri mortuum esse in Arcadiae Stymphalo, sive Leucadia* (sic vocatur etiam Plinio, & Melae) *tradunt* &c.

652 CERAUNIA SUMMA] Est διαίρεσις, sive διάλυσις. Nam quae Graeci uno verbo ἀκροκεραύνια vocant, poëta divisis vocibus, *Summa Ceraunia*, dixit, altera parte composita Latina facta. *Summa* igitur *Ceraunia*, quasi una voce, ac substantive positum, cum epitheto, *scopulosa*, construendum. MICYLL. Vide P. Victorium L. XIII. var. lect. c. 1. BERSM. Imitatus est Lucanus Horatium O. 1, 3.

Infames scopulos Acroceraunia.

& Virgil. L. I. Georg. 332.

Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia coelo.

ut recte ad Horatii locum monuit Torrentius. Hinc etiam Statius L. X. Theb. 532.

Qualiter aut Malean, aut alta Ceraunia supra
Cessantes in nube sedent.

ubi nostri locum adducit Lutatius.

653 TIMENT] Ne illorum montium summae possit navis illidi. SCHOL.

653 DIGNA PERICULA FATIS] Aestimat, haec facta esse discrimina, ut his mereatur Caesaris fortuna periisse. Hoc est tantum hoc esse periculum, quo digna sunt fata majora, credit Caesar: ideo fatum petere aggressi sunt superi. IDEM.

654 TANTUS NE] Veterrim. Regius primus, & Vossian. tertius *quantusne*. quod notari meretur. Videtur enim elegantius, quam ut à librariis proficisci posset. In tali autem locutione abundat *ne*, vel *an*, vel potius magis affirmat. Vide exempla ad L. VII, 301.

655 PARVA QUEM PUPPE SEDENTEM TAM MAGNO PETIERE MARI] Imitatur Papinius, cum Choraebum haec facit Apolloni dicentem:

- - - *nigra quem tabe sinistri*
Quaeris, inique, poli.

GROT. Ed. tert.

657 BELLISQUE] Ut illic potius occumbam. SCHOL.

660 DIES FATIS: SAT] In Pulm. uno est *at.* Forsan scribendum *dies fati: sat m.* i. dies mortis. *s* adhaesit ex seq. vocis littera. non enim *at* est praeterendum. Satis per se intelligitur, Caesarem se consolari in morte dicendo: *sed tamen satis magna peregi.* V. ad L. VIII, 314. sed nec *fatis* temere damno. Lib. VII, 676. *fatisque probatum.* VIII, 344. *dejectum fatis*, & passim, ut Stoicus.

662 SECUNDUM] Superavi enim Pompejum, & merito factus est post me secundus. SCHOL.

663 JUSSA PLEBE &c.] Hoc est, fasces tuli negatos mihi per bella à plebe jussa i. e. quae jusserit mihi. Decem enim annis in Galliae bello occupatus fui. IDEM. *Jussa.* A me, & coacta, scilicet ut suffragia ferret: ita enim accipiendum videtur. MICYLL. Male Scholiast. explicat.

665 NESCIET HOC] Sensus hic, & ordo est. Nesciet quisquam, me privatum mori, nisi tu, fortuna, quae sola scis, quid desiderem. Nam adfectabat ad regnum. Sive ideo *privatum* mori dixit, quia solus sine exercitu periturus est. Hoc ergo ait, quamvis honorum plenus & Consul, & Dictator moriar, tu tamen scis sola, o fortuna, me privatum mori, quae nosti, quid optaverim i. e. regnum. SCHOL.

665 NEC SCIET] Inveni *nesciet.* & Sulpitius dubi-

Privatum, Fortuna, mori. mihi funere nullo
Est opus, ô Superi: lacerum retinete cadaver
Fluctibus [a] in mediis: desint mihi busta, rogusque,
Dum metuar semper, terraque exspecter ab omni.
[b] Haec fatum decimus, dictu [c] mirabile, fluctus
Invalida cum puppe levat: nec rursus ab alto
Aggere dejecit pelagi, sed pertulit unda,
Scruposisque angusta vacant ubi litora saxis,
Inposuit terrae. pariter tot regna, tot urbes,

Fortunam-

VARIAE LECTIONES.

a *&* V. 1. b *hoc* V. 1. A. c *miserabile* B. 1.

bitat, an legendum sit, *nesciat*. Verum bene procedit dicendo *nec sciet*. nam ordo, & sensus est. Nec, o fortuna, quisquam, nisi tu, quae sola es conscia meorum votorum, sciat, me mori privatum. ASCENS. *Nesciet*. Fortassis autem legendum, *Nec sciet*, aut etiam, *Nec sciat* hoc quisquam, &c. id enim planius, & usitatius. Etiam Omnibonus ita exponit, ut sit sententia: *Omnes praeter te ignorent, ô fortuna &c. me privatum mori, hoc est, more privati hominis, sine apparitoribus, & ministris*. Quanquam posterius hoc ita quoque accipi posse videtur, ut privatum mori se intelligat, quod, quamvis dictator, & consul moreretur, eos tamen honores non legitimis, atque solennibus comitiis acceptos gereret, eoque nomine etiam nunc velut privatus degeret. Nam quod Sulpitius hic de deponenda dictatura, cujus rei & Suetonius meminit, allegat, alienum ab hoc loco, & poëtae consilio videtur. MICYLL. Msc duo *nesciat*. Fortasse legendum. *nec sciet*, aut: *nec sciat*. BERSM. *Nesciat*. Non, *nesciet*. Optantis enim est. GROT. *Nesciet* habent MSS. fere omnes, & primae Edd. unus tamen quoque Pulm. & ex meis tres, vel quatuor *nesciat*. Optimus Regius, Wittianus, meus, & unus Pulm. cum editis quibusdam *nec sciet*. quod verum puto. pergit ea, quae inceperat Caesar, nec optat hoc modo, sed scit, id nemini notum fore; si hic in fluctibus moriatur, se suo judicio *privatum* sine regno mori: vel ut alii non male etiam exponunt, tamquam privatum sine exsequiis consularibus, aut publico funere sepeliendum. Nam ideo addidisse videtur

- - - - - *mihi funere nullo*
Est opus, ô superi.

Magnum autem discrimen fuisse inter exsequias magistratuum, & privatorum, sciunt docti. Vide Kirchmann. de Funer. Lib. 1. c. 4.

658 MORI PRIVATUM] Videtur hoc loco constituisse tyrannidem velle deponere, & civem agere: ac si legeris *Nesciat*, interpretare privatum, id est, more privati, hoc est, sine frequentia, & exequiis, precaturque fortunam, ut mortem ejus celet. SULPIT. i. eo animo, ut velim abiisse omni magistratu inique occupato, quia dum mors imminet omnium male gestorum conscientia mordet, quamvis eam plenus honorum i. e. magistratuum gestorum, & i. e. simul dictator & consul, ad umbras stygias i. e. ad inferos. Hoc est tu sola scis, quod ego, qui moriar hic dictator & consul vi constitutus, vel impius fuisse in patriam, & privatus mori. Aut potius dicamus non quod voluisset magistratu abiisse. (Si enim hoc voluisset, cur optasset mortem suam ignorari, quo etiam post mortem timeatur, & expectetur?) sed quod praesagiret id genus mortis, quod privato, & non magistratui congruit, soli fortunae notum fore, ut sit. Nec quisquam sciet, me mori privatum i. e. more privatorum sine honore sepulturae. ASCENS. Meo judicio privatum me mori, quanquam enim sum & Dictator, & Consul, nihil tamen ista mihi sunt, qui regiam potestatem speravi, nec ulla minore contentus esse possum. Hanc nondum adeptus, privatus mihi videor. Ita in Secundo:

Non privata cupit, Romana quisquis in Urbe
Pompejum transire parat.

Non privata, id est, Regnum. Hic *privatum* est, nondum Regem. GROT. Ed. pr. Similis, est apud Plutarchum locus de Mario. ὕπατος πρῶτος ἀνθρώπων ἑπτάκις ἀναγορευθεὶς ἑκόντι, καὶ πλοῦτον ἀρχῶν τε βασιλείαις ἅμα πολλαῖς κεκτημένος ὠδύρετο τὴν αὑτοῦ τύχην, ὡς ἐνδεὴς καὶ ἀτελὴς ὧν ἐπόθει ἀποθνήσκων. IDEM. Ed. tert.

671 DUM METUAR] Nam, corpus ejus si fuerit ejectum, agnoscetur mortuus, & desinet jam timeri:

Fortunamque suam, tacta tellure, recepit.
Sed [a] non tam remeans Caesar jam luce propinqua,
Quam tacita sua castra fuga, comitesque fefellit.
Circumfusa [b] duci flevit, [c] gemitusque suorum,
Et non [d] ingratas ingessit turba querelas.
Quo te, [e] dure, tulit virtus temeraria, Caesar?
Aut [f] quae nos, viles animas, in fata relinquens,
Invitis spargenda dabas tua membra procellis?
Cum tot in hac anima populorum vita, salusque
Pendeat, & [g] tantus caput hoc sibi fecerit orbis,

Saevitia

VARIAE LECTIONES.

a *tam non* B. 1. b *mari* Marp. pro var. lect. c vulgo *gemituque*. d vulgo *ingratis incessit querelis*. e *dire* VV. LL. Steph. B. 1. *dura* Ed. Ven. f *qui* B. 1. g *tanti* H.

meri: si in fluctibus fuerit, timebitur ab omnibus, dum credit unusquisque adesse venturum. SCHOL.

674 PERTULIT UNDA, SCRUPOSISQUE &c.] In margine unius Codicis Bersmanni est *protinus*. in uno Pulm. *illum*. in meo, & Edd. Veneta, Brix. Med. *scruposis* sine *que*. unde quis facere posset *sed protinus illum, scruposis ubi &c. imposuit terrae.* At tu, lector, nil muta. *pertulit* usque ad terram, eique inposuit Caesarem unda. *perferre* enim, pro quo *proferre* in variis lect. Grot. solemni mutatione, est uno impetu eo ferre, quo manere debet. vs. 605.

Nec perfert pontum Boreas ad saxa.

VI, 447.

Verbaque ad invitum perfert cogentia numen.

Seneca de Benef. III, 37. *Tulit illum per ignes, & pertulit.* De Consol. Sapient. c. 4. *Ut ulla vis noxia usque ad illum vires suas perferat.* Plura vide ad L. IV, 763.

676 TERRAE] Rursus ad Epirum delatus est, unde superius navigabat. SCHOL.

677 FORTUNAMQUE] i. e. cum adtigit terram, rediere ad eum & dignitas, & potestas: hoc est rursus factus est Imperator. IDEM.

678 REMEANS] i. e. non sic eos modo revertens fefellit, quemadmodum cum abierit. Nunc enim propinqua jam luce conspectus est. SCHOL.

680 CIRCUMFUSA] Ordo. Circumfusa turba flevit, & gemitus suorum duci ingessit (*incessit* Voss. sec.) non ingratis querelis. Nam gratum erat Caesari, ut quererentur milites hinc (*hunc* Voss. pr.) recessisse. IDEM.

680 GEMITUQUE SUORUM, ET NON INGRATIS INCESSIT TURBA Q.] Scio, haec facile explicari posse per subintellectum accusativum *ducem* sub verbo *incessere:* quod pro increpare non raro usurpatur: ut apud Ovidium L. XIII, 232. Silium L. III, 171. IX, 209. Sueton. in Tiber. c. 11. & passim. Ipse noster L. VIII, 64.

Non ultra gemitus tacitos incessere fatum
Permisere sibi.

Verum non sane de nihilo est, quod in duobus Pulm. Codicibus, & octo meis vetustioribus, & Edd. Rom. Parm. Mediol. Ald. Colin. Steph. Gryphii scribatur *gemitus*. Immo solam Lucani manum ostendunt antiquissimi Codices Vossian. primus, Regius primus, & Wittianus *ingessit*. Unde putem, legendum esse,

- - - - gemitusque suorum,
Et non ingratas ingessit turba querelas.

vel si mavis, *at non ingratis querelis*. Neque aliter hunc locum legisse videtur Scholiastes. Sed *querelas* praefero: cum *gemitus* mutatum fuit in *gemitu*, mutaverunt quoque *querelas* in *querelis*. Dicit ergo Lucanus, milites Caesari cum fletu exprobrasse quodammodo ejus temeritatem, illique retulisse metum, & dolorem, in quibus ipsi, & omnes sui fuerant, quosque ob ipsius absentiam gemitus ediderint; ut & effudisse in eum querelas, ipsi tamen non ingratas: vel ipsi ingessisse gemitus suorum, vel suos, (ut *pubesque tuorum* apud Virgil. I. Aeneid. 405.) cum querelis, Caesari non tamen injucundis. *Ingerere alicui querelas*, & similia obvia sunt. Terent. Andr. A. IV, 4, 16.

Ingeram mala multa.

Propert. L. IV, 5, 35.

Ingerat Apriles Iole tibi.

Tibull. L. II, 5, 101.

Ingeret hic potus juvenis maledicta puellae.

qui-

Saevitia est, voluisse mori. [a] nullusne tuorum
[b] Emeruit comitum, fatis non posse superstes
Esse tuis? cum te raperet mare, corpora [c] segnis
Nostra sopor tenuit. pudet, heu! tibi caussa petendae
Haec fuit Hesperiae? visum est, committere [d] quemquam
Tam saevo, crudele, mari? sors ultima rerum
In dubios casus, & [e] prona pericula [f] morti
Praecipitare solet. mundi jam summa tenentem
Permisisse mari! [g] tantum quid numina lassas?
Sufficit ad [h] fatum belli labor iste, [i] favorque
Fortunae,

VARIAE LECTIONES.

a *nullusque* VV. LL. Steph. b *Et m.* R. I. c *nostra* V. I. a m. pr. d *quidquam* V. I. e *saeva* B. I. *parva* B. I. *dira* H. f vulgo *mortis.* g *quid t.* B. I. h *belli fat.* B. I. Edd. Ven. Br. Med. i vulgo *favor iste laborque.*

quibus locis vide Achillem Statium, & Passerat. Senec. Ep. XXIX. Immo noster L. VIII, 429.

Non tibi cum primum gelidum transibis Araxen,
Umbra senis moesti, Scythicis confixa sagittis,
Ingerat has voces.

684 INVITIS] Steph. var. lect. Bersm. duo, & Pulm. unus cum Marp. Oxon. pr. Regio rec. & Witt. a m. sec. *invisis* legunt. Sic *invisi venti* L. IX, 77. sed praefero *invitis.* supponunt milites, Caesarem voluisse mori, & se ideo exposuisse procellis, ejus mortem nolentibus. *Invita dextra* Lib. I, 378. *inviti Dei* L. VI, 606. &c. *invictis* Ed. Brix.

686 PENDEAT] Ut Cicero. *Ex unius tua vita pendere omnia.* SCHOL. Notanda est phrasis *pendere in aliquo.* pro *ab*, *ex*, *de*, vel sine praepositione. *Stare*, *consistere in aliquo* hoc sensu dici scio, sed *pendere in aliquo* non legi. *casu pendemus ab imo* vs. 769. Hic tamen constanter MSS. omnes *in*, non *ab*, exhibent.

686 ORBIS &c.] Tot enim populos decepturus est, ut ait Cicero, cum idem Caesar satis se vixisse diceret. *Sed tum id audirem, si tibi soli viveres, aut etiam si tibi soli natus esses.* SCHOL.

688 EMERUIT] i. e. an nemo fuit de comitibus tuis, qui mereretur, ut ei crederes, eum tibi superstitem esse non posse, i. quem tibi ad mortem socium duceres, bene de eodem sentiendo? IDEM.

690 COMMITTERE] Sensus hujus loci hic est. An tu, o Caesar, ipse ideo petivisti Italiam, quia crudele tibi videbatur, aliquem tuorum credere saevo mari, vel mittere per saevum mare? ut recte exponit Scholiastes. Hinc quidam omittunt unam interrogationis notam. Planiora essent omnia, si legamus, & dispungamus cum optimo Regio primo, & Vossiano secundo.

- - - - tibi caussa petendae
Haec fuit Hesperiae, visum est quod, mittere quemquam
Tam saevo, crudele, mari?

Posses & utrumque per adfirmationem, non interrogationem capere, ut alii interpungunt.

691 CRUDELE] Hoc est. ideo tu ipse ad Italiam ire maluisti, quia putabas in tali tempestate aliquem mittere, crudele esse? SCHOL.

693 PRONA PERICULA MORTI] *Morti* optime exhibet solus Regius primus: ut olim conjeceram; quare restitui pro *mortis.* *prona morti* i. vergentia, inclinantia ad mortem, eique propinqua.

694 PRAECIPITARE] Sensus est. Cum homines ad casus dubios, & ad periculum praecipitare solet adversa fortuna, te in hoc praecipitavit sola felicitas. i. e. alii ideo volunt perire, quia miseri sunt; tu ideo, quia felix es. SCHOL.

695 PERMISISSE] i. te ipsum, scilicet fas non erat, non decebat. IDEM. Ita plerique interpretes exponunt, & subaudiunt *non decuit*, vel simile, aut per interrogationem capiunt, *decuitne* &c.? ut oratio sit deficiens verbis per aposiopesin propter nimiam admirationem. Alii ita capiunt. si crudele est quemquam vilioris conditionis hominem etiam in summa necessitate maris tempestati committere, multo crudelius est, te, jam summa tenentem permisisse te ipsum mari. Verum sensum Lucani non ceperunt viri docti, qui omnes, *ultima rerum* in nominativo sumunt; ut L. VII, 122. *quod sors feret ultima rerum.* perperam. Ait Lucanus. Sors, sive fortuna solet in casus, & pericula praecipitare *ultima rerum* i. e. res desperatas (L. X, 467. *cogunt tamen ultima rerum*

 rei

Fortunae, quod te noſtris inpegit harenis?
Hinc uſus placuere Deûm, non rector ut orbis,
[a] Nec dominus rerum, ſed felix naufragus [b] eſſes?
Talia jactantes, diſcuſſa nocte, ſerenus
[c] Obpreſſit [d] cum ſole dies, feſſumque tumentes
Compoſuit pelagus, ventis patientibus, undas.
Nec non [e] Heſperii, [f] laſſatum fluctibus aequor
Ut vidêre, duces, [g] purumque inſurgere coelo,
Fracturum pelagus, [h] Borean, ſolvêre carinas,
Quas ventus, doctaeque pari moderamine dextrae

[a] Permix-

VARIAE LECTIONES.

a & B. 1. b *eſſet* B. 1. *eſſem* V. pr. a m. pr. c *obrepſit* W. O. V. 1. in m. d *tum* Ed. Brix. e *Heſperiae* VV. LL. Steph. *Heſperius* R. 2. V. 1. f *laniatum* W. a m. pr. g *puroque* P. 1. B. 1. h Sic MSS. & Edd. PP. al. male *Boream*.

rei adtribuit poëtice, quod eſt hominis) Nemo vero audivit, vel maxime mirandum eſt, fortunam mari permiſiſſe illum, qui ſumma mundi (quod bene opponitur *ultimis rerum*) jam tenet. Frequentem talem in admirationibus ellipſin ab auctoribus, Terentio, & Juſtino inprimis, adhiberi docuerunt dudum viri docti. Conſule, quos laudat Celeb. Dukerus ad Florum L. I. c. 11. *Coriolos quoque, pro pudor, victos adeo gloriae fuiſſe. Ultima rerum* tamen ſumi etiam poſſent pro hominibus ultimae conditionis, & gregariis militibus.

495 TANTUM] Dum vis probare, quam felix ſis. SCHOL.

695 NUMINA LASSAS] In Voſſianis ſec. & tert. ſcribitur *fata fatigas.* Sed in ſecundo ſupraſcriptum *numina laſſas.* Rectius hic. Sequitur ideo *uſus Deûm.*

696 SUFFICIT AD FATUM BELLI] Iſte labor, quem habuiſti in mari, & iſte favor fortunae, quae eripuit te, ſufficere potuiſſet ad ſummam belli, i. ad conſummationem civilis belli. SCHOLIAST. *Voſſ. pr.* Satis probavit nobis fortuna, qui bellorum civilium futurus ſit exitus, cum te à tanto periculo liberavit. IDEM. *Voſſ. ſec.* In variis Stephani lectionibus, uno Cod. Pulm. Voſſianis primo, ſec. quarto, & quinto, Regio recentiore, & Oxon. ſec. exaratum eſt *ſummam.* ut Scholia Voſſiani primi explicant. Adduci huc poſſet locus Taciti Lib. 11. Annal. c. 45. *Proeliorum eventu, & ad poſtremum ejectis Romanis, ſatis probatum, penes utros ſumma belli fuerit.* Sed cum modo praeceſſerit *mundi ſumma*, & Priſcianus c. 894. etiam *fatum* (vulgo male editur *factum*) citet, ac longe plurimi MSS. in quibus optimi Regius, Wittian. Voſſ. tertius, aliique id retineant, vulgatum ſervare malo. Videtur potius *ſummam* inrepſiſſe in textum ex gloſſa horum verborum, quae recte Scholiaſtes Voſſ. ſec. exponit. *Ad fatum belli* ergo eſt ad bonum eventum belli ſperandum: *fatum belli*, ſed alio ſenſu, adhibet noſter L. IV, 769. Dein ex multis ſcriptis inmutavi ordinem verborum *labor iſte favorque.* Vulgo *favor* praeponebatur. Non tamen *labor* Caeſaris eſt intelligendus, ſed *Fortunae*; quae pro Caeſare maxime laboraverat, & operam dederat, ne illa tempeſtate mergeretur. Sic *tellus laborat*, Antaeo luctante L. IV, 643. Adde L. I, 264. III, 62. pro *quod* in Voſſ. tert. & Witt. eſt *quo.* in primo Voſſ. *quae.* Nil muta. *quod* habet ibidem Priſcianus.

698 USUS DEUM] i. e. Sic uteris Diis tuis? SCHOL.

699 FELIX NAUFRAGUS] Laboraſti ideo, ut Dii oſtenderent te felicem, eripientes te poſt naufragium: cum laborandum fuiſſet, ut imperator, & Dominus fieres orbis, vel, hoc amplius iis credidiſti, ſi felix eſſes naufragus, quam ſi rector orbis, & dominus. IDEM.

702 VENTIS PATIENTIBUS] Quia venti quieſcebant. IDEM. Sabellic. in Annot. T. 1. Theſ. Crit. p. 183. conjicit, legendum eſſe *pereuntibus* i. e. remittentibus: quam conjecturam, ut veram, arripuerunt Verſellan. & Hortenſ. Sed refragantur ſcripti. *patientibus* eſt permittentibus, ſinentibus, quod pelagus quieſcere, & componi fluctus poſſint. Ovidius Epiſt. Leandri in fine.

Cum patitur hiems.

Similiter L. I, 315.

Ille reget currus nondum patientibus annis.

Si quid eſſet mutandum, praeferrem amici mei con-

[a] Permixtas habuêre diu: latumque per aequor,
Ut terrestre, coit, [b] consertis puppibus, agmen.
Sed nox saeva modum venti, velique tenorem
Eripuit nautis, [c] excussitque ordine [d] puppes.
Strymona sic gelidum, bruma pellente, relinquunt
Poturae te, Nile, grues, primoque volatu
[e] Effingunt varias, casu monstrante, figuras.
Mox ubi percussit tensas Notus altior [f] alas:
Confusos temere [g] inmixtae glomerantur in orbes,
[h] Et turbata perit dispersis littera pennis.

[a] Cum

VARIAE LECTIONES.

a *promixtas* V. 1. b *consertis* Ed. Maitt. V. ad L. III, 575. c *excussit ab* Marp. d *puppis* V. pr. e *efficiunt* B. 1. Marp. f *undas* W. pro var. lect. g *mixtae* V. 1. h *conturbata* B. 1.

conjecturam *ponentibus*. Vide ad L. III, 523.

703 HESPERII] De Antonio dicit, & reliquis, quos in Italia exercitus parti praefecerat Caesar. Ideo dixit *Hesperios*. SCHOL.

705 FRACTURUM] Qui maria mitigaret. IDEM. Vel potius dissecaret, dispelleret, & dissolveret inmensos fluctus, & undarum moles.

705 BOREAN] Ab Italia enim ad Epirum navigantibus Boreas prosper erat. SCHOL. Vide ad vs. 720. & hic Hortens.

706 DOCTASQUE PARI MODERAMINE D.] Vir summus J. F. Gronovius Observ. L. 1. c. 13. legendum esse ex conjectura censet *ductasque*. quia proprie dicitur, *ducere remos*, ut ibi docet. Adde Ovidium ex Ponto L. 1. El. 5.

Et ducit remos, qua modo navit aqua.

Reducere idem L. XI. Metam. 462. Verum *ducere dextras*, vel *brachia* simpliciter ita positum pro *remigare* debuisset probari. potius id notat *natare*, ut docent exempla ubivis obvia; & vide ad L. IV, 150. Quare hic non possum viro magno accedere: sed & condonemus hoc. Plus tamen videtur voluisse dicere Lucanus: scilicet naves mansisse ordinatas, & tamquam terrestre agmen aequato, & stabili cursu processisse per ventum leniter flantem, & per gubernatores, vel remiges artis suae peritos, qui ita dirigebant naves, ut parem, & vento respondentem cursum tenerent. *Doctas* ergo *dextras* sunt, quae naves in ordinibus suis tenebant, & bene seu clavo, seu remis dirigebant. ut passim *docta manus* Ovidio, & aliis in usu est. V. L. II. Amor. 7, 24. I. Art. Amat. 518. & ibi Heinsium, ac Cuperum Apoth. Homeri p. 116, 186. Nihil etiam variant ulli libri.

708 CONSERTIS] i. e. conjunctis puppibus. Ita simul omnes erant, quasi irent per terram. Hoc dicit Virgilius; *latet sub classibus aequor*. SCHOL.

713 CASU] Bene *casu*. non enim novere rationem. IDEM.

713 FIGURAS] Litterarum scilicet, quas volatus sui ordine faciunt. Talis est natura avium, quae longa colla habent, ut primitus, una praecedente, ordinatim ad similitudinem litterarum volent. Deinde ipsa lassata retrovertitur, & alia antecedit. Sed vento contrario illico ordinem volandi deserunt. IDEM. Vide Servium ad Aeneid. I, 402. Hunc locum, & L. VII, 832. imitatus est Claudianus B. Gild. 474.

- - - grues aestiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.
Ordinibus variis per nubila texitur ales
Littera, pennarumque notis inscribitur aër.

ubi multa de his habet Barthius.

714 TENSAS] Duo Pulm. Codd. Regius prim. Voss. sec. & meus cum Edd. Ven. Taberii, Sulpit. Ascens. Micylli, aliisque *densas* i. e. consertas, junctas. L. I, 473.

Agmine non uno, densisque incedere castris.

Nihil tamen muto. hae voces crebro apud nostrum, & alios permutantur.

719 LISSI] Lissus est portus Epiri. Hunc temere cupientes praetergressi sunt, vento non sinente. SCHOL.

720 NUDAS AQUILONIBUS UNDAS] Expositas, intectas. Hic portus Aquilone flante turbatur, placidus fit Austro. Auster Boreae succedens, qui est Aquilo, hunc (*hic* Voss. pr.) fecerat portum i. e. ut tutus esset, & placidus, cum ingrederetur classis Antonii. IDEM. Est κατάχρησις. Nam proprie

Austris

[a] Cum primum redeunte die [b] violentior aër
Puppibus incubuit, [c] Phoebeo concitus [d] ortu,
Praetereunt frustra tentati litora [e] Lissi,
[f] Nymphaeumque tenent. nudas [g] Aquilonibus undas,
Succedens Boreae jam portum fecerat Auster.
Undique collatis in robur Caesaris armis,
Summa videns [h] duri Magnus [i] discrimina Martis
[k] Jam castris instare suis: seponere [l] tutum
Conjugii decrevit onus, Lesboque remota
Te procul à saevi strepitu, Cornelia, belli
Occulere. Heu, quantum mentes dominatur in aequas
Justa Venus! dubium, trepidumque ad proelia, Magne,
Te quoque fecit amor: [m] quod nolles stare sub ictu
Fortunae, quo mundus [n] erat, Romanaque fata,

Conjux

VARIAE LECTIONES.

a *ut* A. Edd. Asc. Vers. Mic. Hort. aliaeque. V. ad L. IV, 746. b *velocior auster* B. 1. c *Phoebeio* MSS. 2, d *ictu* A. V. L. II, 214. e *Lipsi* A. *Bessi* Marp. *Lyssi* al. f *Limpheum* Marp. *Ripheum* Ed. Ven. g *Aquilonis in* O. 1. h *Magn. d.* V. 1. M. i *discrimine* B. 1. k *in* meus. l *tutis* B. 1. *tantum* V. 1. a m. sec. m *quo* VV. LL. Steph. V. tert. R. 1. n *erant* V. 1.

Austris patet Nymphaeum. GROT. Ed. pr. Imo Nymphaeum ab Austro non est tutum. Nec magis illud verum, quod sequitur:

Succedens Boreae jam portum fecerat Auster.

Imo succedens Austro Africus Nymphaeum fecerat portum, id est tutum à ventorum injuria. Omnino aut quos nos habemus Caesaris commentarios, non legit Lucanus, aut non intellexit. IDEM. Ed. sec. Imo Nymphaeum ab austro tutum non est. Dicendum ergo, quod Servius ait ad III. Aeneidos: *Auster quivis ventus. nam ad Thraciam Aquilone navigatur.* Sed nec sequentia cum Caesaris commentariis concilica. Nam eo teste certo, incredibili felicitate Auster, qui per biduum flaverat, in Africum se vertit, non Boreas in Austrum. IDEM. Ed. tert. Erravit procul dubio Lucanus. Neque enim haec verba capi possunt pro *non expositas Aquilonibus*, aut *in quas non flat Aquilo*, ut exponunt interpretes: tum enim debuisset dixisse *tutas.* Neque etiam portum, *in quem intrari nequit flante Aquilone*, ut alii. Sed vel sic erraret, & esset contra Lucani mentem, qui dicit Borea flante (vs. 705. cum Caesar scribat *eos nactos Austrum naves solvisse*) Caesarianos huc cursum direxisse, & jam Nymphaeum tenuisse: quod cum non tuta esset statio, Aquilone flante, feliciter Boream in Austrum esse versum, & ideo portum idoneum factum canit. Sed longe aliter Caesar B. Civ. L. III, 26. *Nacti portum, qui appellatur Nymphaeum, ultra Lissum millia passuum III, eo naves introduxerunt: qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus, leviusque tempestatis, quam classis periculum aestimaverunt. Quo simul atque intus est itum, incredibili felicitate Auster, qui per biduum flaverat, in Africum se vertit.* ubi vide, quomodo D. Vossius, & Daviesius aliquantum defendere Lucanum conentur, & pariter refellant. Mutavi autem paullulum distinctionem, τιλεῖον στίγμα post *tenent*, non post *undas* ponens.

723 DURI MARTIS] Variant hic scripti, & editi. *Diri* Pulm. & Bersm. unus, & duo ex meis. Quod magis esset ominosum. nam malum eventum timebat Pompejus. Passim hac in re *dirum* usurpari, & cum *durum* confundi, notum. *dirus amor ferri* I, 355. ubi alii *durus.* Vide Bentl. ad Horat. Carm. II, 12, 3. Drakenb. ad Silium XIV, 126. Vossiani primus, & secund. cum Edd. Veneta. Brix. & Med. *saevi.* sed sequitur *saevi belli.* an *scaevi?* vide ad L. III, 127.

Saeva tribunitiae voverunt proelia dirae.

Sed *duri* retineo. *Dura proelia* Propert. L. III, 3, 24. *Durus Mars* Virgil. Ecl. X, 44. aliisque. *dura bella* nostro Lib. V, 265. adde Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. L. VI, 545.

- - - - *duri discrimine belli.*

725

Conjux [a] sola fuit. mentem jam verba paratam
Destituunt, blandaeque juvat ventura trahentem
Indulgere morae, [b] & tempus subducere fatis.
Nocte sub extrema, pulso torpore quietis,
Dum fovet amplexu gravidum Cornelia curis
Pectus, & aversi petit oscula [c] grata mariti;
[d] Humentes mirata genas, percussaque caeco
Vulnere, non audet flentem deprendere Magnum.
Ille gemens. vita non nunc mihi dulcior, inquit,
Cum taedet vitae, laeto sed tempore, conjux,
Venit moesta dies, & quam nimiumque, parumque,
Distulimus: [e] jam totus adest [f] in proelia Caesar.
Cedendum [g] est bellis, quorum tibi tuta latebra
Lesbos [h] erit: desiste preces tentare; negavi

VARIAE LECTIONES.

a *causa* Marp. b deest in P. 4. B. 2. meis 9. Edd. Rom. Parm. Ald. Col. pr. c *blanda* R. 1. d *amentes* MSS. 3. e *cum* B. 1. *nam* Ed. Ven. f *ad* H. V. 1. g deest in V. 1. h *erat* B. 1.

725 LESBOQUE REMOTA] Reposuerat Grotius ex duobus Pulm. & Bersm. MSS. *remotam.* quibus accedunt quatuor, vel quinque mei cum Ed. Veneta. Ceteri omnes, & optimi *remota:* quod idcirco restitui; licet & alterum non damnem: aeque enim Latinum est. Cicero in Oratore c. 9. in f. Vide Barthium ad Claudian. p. 73. *Remotus* de terra passim auctores. Cicer. ad Attic. L. VIII. Ep. 8. valde apposite *Apulia ab impetu belli remotissima.* Justin. L. XLIII, 3. *In remoto sinu* &c. Ipse noster. vs. 774.

- - - - *feriat dum moesta remotas*
Fama procul terras.

II, 734.

- - - *procul hoc ut in orbe remoto.*

VIII, 215.

- - - - - - *remotas*
Medorum penetrare domos.

IX, 474.

- - *externa forsan, longeque remota*
Prodigium tellure fuit.

727 AEQUAS] In mentes aeque amantes. SCHOLIAST. Bonas, pias, faciles. GROT.

728 JUSTA] Hoc verbo excusavit, quod dixit, *dominatur.* i. legitima. SCHOL.

729 QUOD NOLLES &c.] In civili bello, sub quo erat mundus, stare nolebas. IDEM.

731 CONJUX SOLA] Propter hanc detrectabat bella civilia. Ergo in uxore tantum tua Romana fata pendebant, ut civilia bella non essent. SCHOL. Male Scholiastes, & plurimi interpretes *quod* capiunt, ut conditionalem particulam; quasi vellet Lucanus, conjugem solam fuisse in caussa, quod nollet Pompejus se periculo, & telis fortunae submittere, & ideo proelium distulerit. Contrarium docent sequentia. *Quod* est relativum pronomen, ut recte jam vidit Bersmannus. dicit auctor, conjugem solam esse illud, quod nollet periclitari, licet totus mundus, & Romanum nomen essent sub ictu fortunae, nota Grammaticis locutione.

732 TRAHENTEM] i. differentem, quae futura sunt, ut esset diutius cum uxore, quam fata permittunt. SCHOL.

736 ADVERSI] Alii legunt *aversi,* quasi in alteram partem ab eo versi; sed tunc occurrit, quomodo fit: *humentes mirata genas:* nisi palpitando forsan. VERSELL. *Adversi* Pulm. tres, Bersm. duo, & mei octo cum Edd. Rom. Parm. Sulp. Ascens. Versell. Mic. Hort. aliisque. quod exponunt, oppositi, & ad se os habentis. Sed praefero *aversi,* sive se avertentis, dum petebat oscula. passim in his variari diximus alibi, & notum est. Dein, exceptis Rom. & Parm., eaedem editiones exhibent *perculsa* cum MS. Wittiano. male: V. ad L. I, 487. Dein ordinem verborum mutavi sic; *vita non nunc mihi dulcior.* vulgo erat durissime *non nunc vita mihi* d. *mihi non vita nunc* Pulm. unus. *vita nunc non mihi* Hulst. *mihi nunc vita non* Marp.

Jam mihi: [a] non longos à me [b] patiêre recessus.
Praecipites aderunt casus: properante ruina,
Summa [c] cadunt. satis est audisse pericula Magni.
[d] Meque tuus decepit amor, civilia bella
Si spectare potes. nam me, jam [e] Marte parato,
Securos cepisse pudet cum conjuge somnos,
Eque tuo, miserum quatiunt [f] cum classica mundum,
Surrexisse sinu. vereor, civilibus armis
Pompejum [g] nullo tristem committere damno.

Tutior

Variae Lectiones.

a *nec* Ed. Asc. Vers. Mic. M. b *paterere* B. 1. *patiare* W. c *cadent* VV. LL. Steph. P. 1. B. 2. d *nosque* V. sec. e *morte parata* V. sec. ex vs. 773. *peracto* V. 1. a m. pr. *cruenti* meus. f *dum* O. 1. g *in nullo* H.

& meus. in Regio uno, & Wittiano *non vita mihi nunc*.

737 Mirata] Nescit enim, quae caussa sit lacrimis. *Caeco*. Caecum vulnus dixit, cum timore animus vulneratur. SCHOL.

739 Vita non nunc &c.] Dicit, non nunc sibi esse dulciorem sua vita, cum eum vitae taedeat, sed ante in suorum prosperitate. IDEM.

741 Nimiumque parumque] *Nimium* si instantia fata consideres. *Parum*, si vitae intuearis affectum. IDEM. Bene explicat vetus Scholiastes: *nimium ad belli rationem: parum ad affectum*. GROT. Ed. tert.

742 Adest] Quia venit Antonius. SCHOL.

744 Desiste] Sine ratione rogas me. Ego enim ipse à me jam impetrare non potui, ut te tenerem. Hoc dicit; propositum suum non posse convelli. IDEM.

745 Non longos] Recte hic Ascensius exponit *pro* non diu duraturos. Addit enim caussam Lucanus, quia *praecipites aderunt casus* &c. Sulpitius, Hortens. & alii exponunt per *non procul à me aberis*. male. Hoc sensu *longum nomen*, & *longissima regna* dixit. Ovidius L. III. Amor. El. 9. Metam. L. X, 35. & passim *longum* pro diuturno occurrit. Sic L. I, 90. *longi labores*. L. VII, 846. *longior dies*.

747 Summa cadunt] Videtur latenter mortem suam denuntiare. IDEM.

747 Summa] *Magna* Steph. variae lectiones, Reg. unus, Oxon. unus. male. V. ad L. I. 70.

- - - - *summisque negatum*
Stare diu.

749 Spectare] Deceptus, inquit, sum, qui te amavi, ut circa me piam; si tu potes videre bella civilia: nam innocens non es, si desideras interesse SCHOL.

749 Nam me jam] Msc. *jam me jam*, probe. BERSM. Mihi hoc quoque valde adridet. Lib. II, 538.

Jam jam me praeside Roma.

In duobus Vossianis, & meo *nam jam me*. an etiam *jam jam me*. *nam me tam* alius Voss.

750 Eque tuo miserum quatiunt] Msc. *deque tuo quatiunt miser*. alt. *eque tuo quatiunt miserum cum cl.* tert. *eque tuo quaterent miser*. BERSMANN. *Meque tuo* Voss. unus, & Oxon. *aque tuo* Witt. & Marp. *deque tuo* Voss. unus *atque tue* meus. Omnes Pulm. & undecim, pluresve mei *quatiunt miserum*, vel inverso ordine, cum editis ante Grotium, qui reposuit *quatiunt*, ut est in Voss. quarto pro var. lect. Sed efficacius est praesens. *quaterent* Voss. tres.

752 Vereor &c.] Erubesco, inquit, sic ad bella civilia descendere, ut non ante factus sim tristis damni alicujus incursu. Nam non decet ad civile proelium aliquem venire gaudentem. SCHOLIAST. Pudet me in hoc civili bello, quo omnes conjugibus, ac liberis carere debent, laetum ob uxoris praesentiam conspici. GROT. Recte. non perceperunt sensum ceteri interpretes, quos secutus est Bersmannus, quasi vereretur, ne esset tristis Pompejus, quia Imperator hilari, & alacri animo esse debet.

753 Positamque] In Lesbo scilicet. Longius te positam adversa mea fortuna non opprimat te penitus. SCHOL.

757 Inpulerint] i. everterint, & dejecerint. SCHOL.

757 Optima Nostri] Aldus legit *pars optima Magni*; sed significantius legitur *nostri*. VERSELL. *Nostri* est ab Ascensio, quem secuti quoque sunt Paris.

Tutior interea populis, & tutior omni
Rege late, [a] positamque procul fortuna mariti
[b] Non [c] tota te mole premat. si numina nostras
[d] Inpulerint acies, maneat pars optima Magni;
Sitque mihi, si fata [e] prement, victorque cruentus,
Quo fugisse velim. Vix tantum [f] infirma dolorem
Cepit, & [g] adtonito [h] cesserunt pectore sensus.
Tandem, ut [i] vix moestas potuit proferre [k] querelas:
Nil mihi de [l] fatis thalami, Superisque relictum est,
Magne,

VARIAE LECTIONES.

a *positaque* R. pr. b *nec* R. 1. c *totam* meus. d *inpulerunt* V. 1. e *premant* vulgo. f *firma* B. 1. g *attoniti* Ox. pr. h *cessere e* Edd. Sulp. Asc. Vers. Mic. Hort. aliaeque. i vulgo *vox*. k *loquelas* B. 1. V. 1. l *factis* R. pr. a m. pr.

ris. A. 1512. Micyllus, & Hortens. contra omnes Mstos. praecessit etiam *nostras*. Dein scripsi *prement* cum uno Bersm. Voss. primo, sec. quarto, & quinto, Marp. Amst. & meo, ac Edd. Ascens. & Micylli ad vitandam *κακοφωνίαν*: praecedit enim *premat*. vel, si mavis, scribe *premunt* cum Wittiano, Voss. tert. & Hortensio, non *premant*.

759 VIX TANTUM] Magna enim, quae sunt, sustineri mente non possint. SCHOL.

761 TANDEM UT VOX] Msti duo *tandem vix*. probe. BERSM. Vulgata lectio *tandem ut vox* ab Aldo in textum primum inserta est, quem secuti sunt Colin. Steph. Gryph. Pulm. Bersm. & dein reliqui, habentque ex meis duo solum Vossiani. Ceteri editores exhibent *tandem vix* cum quinque Pulm. & meis undecim codicibus. Virgil. III. Aen. 308.

- - - - calor ossa reliquit:
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur.

Sed quinque Vossiani veram, ut puto, servarunt nobis lectionem, quam reposui *Tandem, ut vix*. *ut* in Voss. quarto a m. sec. modo legitur. in tertio erat deletum. supplendum est verbum *ait*, vel *dixit*, non infrequenti apud poëtas ellipsi, ut norunt illi, qui eos legunt. Noster ipse L. II, 493.

- - - calida prolatus ab ira
Non satis est muris, &c.

Supple *dixit*. Adde versum hujus L. 539. & ad L. VI, 779. Forsan quoque voluit auctor omissione hujus verbi exprimere hiatum orationis Corneliae vix prae dolore expressae, & singultibus primo abruptae. Dein unus Bersm. Vossiani sec. tert. quint. & sext. Regius prim. Hulst. Amst. cum Scholiaste, & Edd. Ven. Brix. aliisque *perferre*. Ut sensus foret. Ut Cornelia satis firma fuit ad vocem efferendam, & laborem loquendi, quod prae dolore nequiverat, pati potuit. nam nimis concise esset dictum *pro* ita loqui, ut audiri possit, ad aures perferre. Judicent acutiores. *proferre* interim retineo. Propert. L. I, 18, 3.

Hic licet occultos inpune proferre dolores.

761 VIX MOESTAS &c.] Vix potuit querelas suas sermone perferre i. e. persequi. SCHOL.

762 NIL &c.] Verba Corneliae. Nihil habeo, quod murmurem contra fata, & contra Deos, quasi divortium mortis nobis intulerint, sed contra te, qui me plebejo more dimittis. IDEM. Ego nihil, inquit, nunc de ipso conjugio, aut ejus fortuna conqueror, aut etiam de voluntate deorum erga nos: sed de te ipso queror, quod à te dimittor, frequenter, & veluti ex plebe aliqua &c. Fuit autem Cornelia haec Scipionis filia, ejus, qui postea in Africa periit, eodem bello. MICYLL.

763 NON RUMPIT] Separamur à nobis, cum adhuc ambo vivamus. SCHOL.

764 SORTE FREQUENTI] Hoc est, quod vulgo fit, & quod ignobilibus contingit. repudio à te recedo. IDEM. Mser. duo *querenti*: libri aliquot, *forte frequ. forte frequenti* dicit, ut frequenter solet accidere. BERSM. Vulgari admodum sorte, hoc est, divortio: cum alioqui vere amantes mors sola separet. Speciem autem divortii habet ista separatio. Ideo dicit *dimisse*, quae vox divortio convenit. GROT.

767 PLACEMUS] Ironice dicit hoc. i. e. Caesarem placemus repudio nostro, quod post ejus filiam habeas alteram conjugem. SCHOL. Libri quidam cum nota interrogationis; minus probe. est enim Ironica concessio. BERSM.

769 NONNE OLIM] Hoc est, ex quo in conjugii

Magne, queri: nostros non [a] rumpet funus amores,
Nec diri fax summa rogi: sed [b] sorte frequenti,
Plebejaque nimis carco [c] dimissa marito.
Hostis [d] ad adventum rumpamus foedera tedae:
Placemus Socerum. Sic est tibi cognita, Magne,
Nostra fides? [e] credisne aliquid mihi tutius esse,
Quam tibi? [f] non olim casu pendemus ab uno.
[g] Fulminibus me, saeve, jubes, tantaeque ruinae
Absentem [h] praestare caput. secura videtur

Sors tibi,

Variae Lectiones.

a *ita* R. pr. V. pr. *rupit* Edd. Rom. Parm. Omnib. vulgo *rumpit*. b *forte* W. R. 1. Ed. Hort. c *demissa* V. 1. R. pr. Edd. Ven. Br. Med. d *in* R. 1. O. 1. e *credis* H. f vulgo *nonne?* g *fluminibus* V. 1. h *praebere* Boh. *servare* B. 1.

jura pervenimus. Est ergo confirmatio *ne?* nonne conveniemus? SCHOL. *Voss. sec.* Mscr. tria *non olim*, & quartum: *nos olim casu pendemus ab uno.* q. d.

Pendet ab unius nostra salute salus.

BERSM. *Nonne* in textum primus rursum intrusit Aldus, quem tamen Ascens. Versell. Micyll. & Hortens. non secuti sunt. Omnes vero illi per interrogationem, ut & Sulpitius, exponunt. Abest certe illud *ne* ab omnibus Mstis Pulm. & meis, recentiorem unum, & alterum si excipias. *Nosne olim* variae LL. Steph. *nos olim* Voss. tert. Delevi itaque illud *ne*, uti & interrogationis notam post *uno*, & *caput*. Respondet Cornelia ad Pompeji dictum *Tutior late omni rege, & sepofita procul à fortuna mariti.* Hoc modo: an credis, Magne, aliquid mihi tutius esse, quam tibi? sane non. non enim olim modo sors nostra conjuncta fuit; sed etiam nunc tuum periculum meum est. Nec moveor hic Scholiaste, cum illo antiquiores Mstine non agnoscant. Sequentia etiam mihi cum aliis sine interrogatione prolata magis placent. Hic enim est sensus. Quid, quod hoc minime tutum sit; sed ea ablegatione me jubeas, absentem praestare caput omnibus malis.

769 Uno] Antiqui dicebant duos amicos, sive conjuges invicem amantes unam habere animam. unde & Gracce dicuntur μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σωμάτων. SCHOL.

770 Fulminibus] *Fluminibus* Msc. male: calamitati. BERSM.

771 Absentem] Nam ego pereo absens, cum tu perieris. SCHOL.

772 Sors tibi] Sensus hic est. Videtur haec tibi sors esse secura, ut sine te sim, cum vota mea nunc perire facias. Nam cum ego semper optaverim, te esse conjugem, & aut ante eum, aut cum eo perire, tu facis, ut, cum mala aequo animo non potuero (*potero* Voss. pr.) sustinere, post te moriar: quia superstes esse non debeo. SCHOLIAST.

772 Vota perisse] Cum nolis me exaudire, & patiaris, me in moestitia vivere. SULPIT. Sensus est: Mea vota sunt, non ut post te misera vivam, sed ut tecum moriar. quibus votis tu nunc resistis, cum me speras (sive cogitas) à praesentia tua divellere. OMNIBON. Haec expositio melior. Est enim verborum ordo: Cum facias mea vota perisse, ac frustra esse, quibus scilicet ego illud mecum constitui, atque optavi, ut nolim saevire malis, sed potius &c. In quibusdam autem *servire* legitur pro *saevire*. MICYLL. Iterum rejicit cum indignatione superius argumentum à tuto. Tutior interea populis, & tutior omni rege, late, cum tristissima sit mea fortuna, etiam nunc, cum meas preces, ac votum repudies. Cupio tecum commori, quod mihi gratius est, quam tibi superesse. Et huic quidem voto obstrepis: quare ego in maximo sum moerore. Vel, ut *Micyllus* exponit. Cum facias mea vota perisse, ac frustra esse: quibus illud mecum constitui, atque optavi, ut nolim saevire malis. Aut *servire* malis potius, ut quaedam habent exemplaria. Quae lectio, recte hic quadrare videtur, ut malit mortuum sequi, quam in luctu vitam degere. HORTENS. *Cum facias etiam nunc vota perisse, ut nolim servire malis.* Aliter haec distinguenda hunc in modum:

- - - - secura videtur
Sors tibi, cum facias etiam nunc vota perisse?

Ut

Sors tibi, cum facias etiam nunc vota, periisse.
Ut nolim servire malis, sed [a] sorte parata,
Te sequar ad manes; feriat [b] dum moesta remotas
Fama procul terras, vivam tibi nempe superstes.
Adde, quod adsuescis fatis, tantumque [c] dolorem
[d] Crudelis me ferre doces. ignosce fatenti:
Posse pati, timeo. [e] quod si [f] sunt vota, Deisque
Audior, eventus [g] rerum [h] sciet ultima conjux.
Sollicitam rupes jam te victore tenebunt,

Et [a] pup-

Variae Lectiones.

a vulgo *morte*. b *ad* B. 1. *demum ista* Marp. c *laborem* Marp. d *crudelem* VV.LL. Steph. e *quid* H. f *sint* B. 1. meus. g *vestros* Marp. h *sciat* meus.

Ut nolim servire malis, sed morte parata
Te sequar ad Manes, feriat dum moesta remotas
Fama procul terras, vivam tibi nempe superstes.
Adde quod assuescis fatis, &c.

Dixerat Pompejus:

Tutior interea populis, & tutior omni
Rege late.

Regerit Cornelia, quomodo fieri possit, ut ipsa secura sit, cum Pompejus ipse eo loco positum se sentiat, ut mortuum se, quam vivum malit. Nam & hoc dixerat:

- - *non nunc vita mihi dulcior, inquit,*
Cum taedet vitae, laeto sed tempore conjunx.

Quomodo ergo, ait Cornelia, ego secura ero, cum tibi mors in voto sit? Deinde fac me satis fortem futuram, ut tibi superesse nolim, tamen tamdiu saltem superero, donec nuntius cladis ad me advenerit. Jam vero & hoc ipsum metuo, ut satis fortis sim ad mortem capessendam, postquam à te seposita didicero te carere. GROT. Valde turbant hic Scholiastes, & Interpretes. Ingeniosa sane est Grotii distinctio, & expositio, quam pro parte secutus sum. In primo versu hanc puto Lucani fuisse sententiam praecedentibus junctam. Tu sane jubes *me absentem* praestare caput meum fulminibus, & ruinae tantae. Tu vero securus videris esse, quidquid contigerit, cum etiam nunc optes, te mori; *secura* enim *sors* viro forti est *mors*. Ideo addit: verum ego, licet etiam tam fortis sim, ut te sequar ad manes, tamdiu post te vivere debebo. Ex hac autem interpretatione patet, non *morte parata*, sed *sorte parata*, ex optimo Codice Wittiano esse scribendum. *Mori* est *sors parata*, quae est in manibus. Apposite noster Lib. VII, 308.

Vestri cura movet. nam me secura manebit
Sors quaesita manu.

ubi etiam turbant MSS. L. IX, 211.

Scire mori, sors prima viris, sed proxima cogi.

In multis Lucani locis praeterea *sors* pro *mors* restituendum putat Ill. Heinsius, de quibus suis locis agemus, ad Silium L. XIV, 629.

Et, si fata ferant, juvat inter proelia ferro
Posse mori. Socium miseret, qui sorte pudenda
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Inlaudatam animam.

Sors legendum certe in Symposio Aenigm. 15. de vipera.

Id mea sors patitur, quod jam mea fecit origo.

Violentam manum Heumannus adhibens legit *mors faciet*. V. ad L. VII, 816. VIII, 704. IX, 762, 779. &c. *Morte parata* dixit auctor Lib. VIII, 32. *Ut* autem significat hic *quamvis*, ut millies. Perperam Sulpit. Ascens. aliique praetulerunt *saevire*. ut est in uno Bersm. Unice verum est, *servire malis* i. e. mala iniquo, & quasi victo animo pati, ut *servire togae*, & alia apud nostrum.

773 Saevire] i. furere, & in me agere atrociter. Sunt, qui legant *servire malis*; licet victoribus, quia iniquis. VERSELL.

774 Feriat dum] Certe usque dum ad me tam procul remotam cladis tuae pervenerit fama, victura sum. SCHOL. Ratio superioris est: Nam cum vota mea sint, inquit, ut nolim saevire malis, sed tecum una mori, interea dum moesta ista fama, de clade scilicet tua, ad terras ignotas, hoc est, ad Lesbum usque pervenit, ego vivere, ac tibi superstes esse cogar: quod diversum, atque alienum à votis meis est. MICYLL. Et tamen, inquit, non ero nimis praeceps in accersenda mihi morte, sed tamdiu superstes tibi vivam, dum fama de te victo in Lesbum ad me perveniat. id quod diversum à meis votis est. Has vocat ter-

Et [a] puppim, quae fata feret [b] tam laeta, [c] timebo.
Nec solvent audita metus mihi prospera belli,
Cum vacuis projecta locis à Caesare possim
Vel fugiente capi. [d] notescent litora clari
Nominis exsilio, [e] positaque [f] hic conjuge Magni,
Quis Mitylenaeas [g] poterit nescire [h] latebras?
Hoc precor extremum, si nil tibi [i] victa [k] relinquent
Tutius arma fuga, cum te commiseris [l] undis,
[m] Quolibet infaustam potius deflecte carinam:
Litoribus quaerêre meis. Sic fata, relictis
[n] Exsiluit stratis [o] amens, tormentaque nulla
Vult differre mora. [p] non moesti pectora Magni

Sustinet

VARIAE LECTIONES.

a *puppem* V. 2. *puppi* V. sec. b *jam* B. 1. V. 1. VV. LL. Steph. c *timebo?* B. 2. d *notescunt* H. e *oppositaque* V. 1. f vulgo *ibi.* g *possit* B. 1. h *tenebras* Marp. i *fata* Marp. k *relinquunt* B. 2. W. O. 1. V. 1. l *undas* Edd. Rom. Parm. non male. m *quo licet* VV. LL. Steph. n *Exiliit* MSS. & Edd. qdd. o *demens* A. p *nec* H. V. 1.

ras remotas. Dixerat Pompejus paulo ante,

Positamque procul fortuna mariti
Non tota te mole premat.

Quod ita invertit, ut *Micyllus*, meo judicio, pulchre exponit. Imo, inquit, ego plus aliis, & quasi perpetuo misera, atque anxia ero, sive vincaris, sive viceris: ac spero, optoque futurum, ut postrema ejus rei fama ad me penetret. HORTENS.

776 ADSUESCIS] Quod in hac re adsuescis me i. adsuefacis, ut fata valeam sustinere, cum coeperint nos separare. SCHOL. Adsuescis me, active posuit. SULPIT. Eodem modo & *Omnibonus* exponit. Videtur autem inversio ejus esse, quod Pompejus supra dixit:

- - - *Positamque procul fortuna mariti*
Non tota te mole premat &c.

Imo enim inquit, ego plus aliis, & quasi perpetuo misera, atque anxia ero, quod sive victus fueris, sive victor, postrema ejus rei fama ad me perveniet &c. MICYLL. Illud autem *assuescis*, sitne erratum scribarum pro *assuefacis*, an hic, ut alibi, Hispaniensis poëta à puritate Latini sermonis desciverit, in medio relinquam. GROT. Ed. tert. Miror, Grotium, si quidem *ὁ πάνυ* haec umquam scripsit, vel saltem publicari voluit, hic dubitare, an *adsuescis* erratum sit scribarum pro *adsuefacis*, an vero Lucanus hic à puritate Latini sermonis desciverit. Prius non esse, patet ex Prisciano, qui col. 798. *adsuescis* pro *adsuefacis* sumi docet ex hoc loco. Alterum quoque non verum esse, scimus ex Virgilio, Statio, aliisque, *adsuescere* active utentibus. Vide Passerat. & Broukhus. ad Propertium L. II, 2, 12.

Mox venit adsueto mollis ad arva jugo.

& Cl. Dukerum ad Florum L. IV, 12. §. 43. *Armenios in hoc unum servitutis genus Pompejus adsueverat.*

577 FERRE] Ut abesse, & sine te esse consuescam. SCHOL.

778 POSSE PATI TIMEO] Timeo, si credis, me posse hoc aequo animo pati (*sustinere* Voss. sec.) ut tibi supervivam, cum hoc tu sustinere (*ferre* Voss. pr.) me doceas. IDEM.

778 SI SUNT VOTA &c.] i. e. sin autem vota mea à numinibus audiuntur, & tu victoriam fueris consecutus, ego tua uxor postrema hoc sum auditura, quam primam decebat audire. IDEM.

780 RUPES] Deserta scilicet montium, quippe in exsilio constitutam. IDEM.

781 FATA FERET] Ita malui cum Grotio, Taberio & Ascensio, ac Ed. Veneta, quatuor Pulm. duobus Bersm. & undecim, pluribusve meis. Reliqui *ferat.* Post *timebo* signum interrogationis omisi ab Aldo, & multis aliis appositum, sed incongruum. cum exponat Cornelia futura sua mala, etiam vincente Pompejo. Supra autem pro *rerum sciet*, male citatur à Scholiaste Cruq. ad Horat. Epod. I, 15. *belli sciat.*

782 NEC SOLVENT] Etiamsi te victorem audiero, timere non desinam. SCHOL.

782

Sustinet amplexu dulci; non colla tenere:
Extremusque perit [a] tam longi fructus amoris:
[b] Praecipitantque suos luctus: [c] neuterque recedens
Sustinuit dixisse, Vale; vitamque per omnem
[d] Nulla fuit tam moesta dies. nam cetera damna
Durata jam mente malis, [e] firmaque tulerunt.
Labitur infelix, manibusque excepta suorum
Fertur ad aequoreas, ac se [f] prosternit, harenas,
Litoraque ipsa tenet, tandemque inlata [g] carinae [h] est.
Non sic infelix patriam, [i] portusque reliquit
Hesperios, saevi premerent cum Caesaris arma.
Fida comes Magni [k] vadit duce sola relicto,

Pom-

VARIAE LECTIONES.

a *jam* A. b *praecipitatque* B. 1. R. 2. A. c *uterque* O. 1. Haec verba *neuterque r. s. d. vale* in Voss. tert. a m. pr. desunt. d *non fueras* Marp. e *firmata* R. 1. f *persternit* H. g *carina* O. 1. h deest in R. 1. V. 1. i *portumque Hesperium* P. 1. k vulgo *vadis, fugis. tibi.*

782 PROSPERA BELLI] Pulm. quatuor Codd. duo Bersm. & mei tredecim cum Editionibus Veneta, Brix. Ascens. Versell. Micylli, Hortens. aliisque *prospera bella.* quo consensu moveor fere ad probandum hic τὸ *bella.* L. IV, 387.

- - - *frustraque rogasse*
Prospera bella deos.

Silius L. VII, 13.

- - *Libyae finem inter prospera bella*
Vincendi statuit.

XV, 520.

- - - *passos per prospera bella*

Florus L. I. c. I. *ad subita bella excubaret.* ubi vide Salmas. & Dukerum, ac Gronovium ad Livium L. VI. c. 32. *ad subita belli.* vulgo illic quoque, & in uno Voss. *bella.* Sed *subita, prospera bella* &c. sunt quaecumque bella subita. *prospera belli* &c. sunt casus, & eventus illius belli, de quo agitur. quare hic *belli* cum aliis MSS. & Edd. retineo. L. VII, 107.

- - - *placet haec tam prospera rerum*
Tradere fortunae.

684.

- - - - - *superbum*
Prospera bellorum, nec fractum adversa videbunt.

& sexcenta similia apud alios auctores. vide etiam ad L. VIII, 631. Dein *hic* edidi ex tribus vetustioribus Vossianis pro *ibi*, quod vulgo circumfertur.

783 A CAESARE.] Sola enim, & deserta capi possum à Caesare, etiam cum victus aufugerit. SCHOL.

786 MITYLENAEAS] Incipiet Lesbos, ubi est Mitylene, omnibus esse comperta, cum illic audient, exsulasse Corneliam. IDEM.

788 TUTIUS FUGA] i. praeter fugam. Hoc ait, cum fugere volueris, noli illo venire, ubi ego sum, sed alias pete terras. Omnes enim putantès, quod ad me veneris, illic, ubi ego sum, te requirent. Tu interim sic evades. IDEM.

791 TORMENTA] i. e. poenam, quam patitur, quod recessura est, differre jam non vult. IDEM.

793 TENERE] Alii legunt *teneri.* ut sit: non sustinet pectora Magni moesti teneri scilicet à se, & colla scilicet sua teneri dulci amplexu scilicet Magni. VERSELL. *Teneri* legit Ascensius, & *amplexu dulci* non cum *pectora*, sed cum *colla* cum Versellano jungit. *teneri* est in duobus Pulm. Codd. & recent. Amstel. Recte se habet vulgatum. Non audet, vel potis est pectora, & colla magni tenere, & brachiis dulciter amplecti.

797 TAM MOESTA] Pompejo, & Corneliae. SCHOL.

799 LABITUR] Expressus est dolor feminarum, quod corruunt, & labuntur. ut Virgilius

- - - - - *collapsaque membra*
Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.

SCHOL.

802 NON SIC] Non sic discessit de Italia, quemadmodum de Epiro. h. e. cum tanto dolore. IDEM.

802

Pompejumque fugit, quae nox sibi proxima venit,
Insomnis. viduo [a] tum primum frigida lecto,
Atque insueta quies uni, nudumque marito
Non haerente latus. somno quam saepe [b] gravata
Deceptis [c] vacuum manibus complexa cubile est,
Atque oblita fugae quaesivit nocte maritum!
Nam, quamvis flamma tectas urente medullas,
Non juvat in toto corpus jactare cubili:
Servatur pars illa tori. caruisse timebat
Pompejo: sed non Superi tam laeta parabant.
Instabat, miserae Magnum quae redderet, hora.

VARIAE LECTIONES.

a *tunc* B. 1. V. 1. Marp. & Edd. qdd. *dum* V. sec. *cum* Ed. Hort. *com* V. tert. b *gravata est* V. pr. c *man. vac.* V. 1. M. *vacuis* H.

802 RELIQUIT] Mscr. duo (& Voss. 1.) *relinquit.* male. BERSM.

804 VADIT] Ex uno Pulmanni Grotius edidit *vadis*, & *fugis*. Scilicet fraudi fuit viro summo, quod in tribus Pulm. Codd. & uno Bersmanni scribatur *sibi* pro *sibi*. ut est etiam in plurimis meis, & Edit. Hortens. Sed *vadit*, & *fugit* retinent tantum non omnes, uno, aut altero excepto. *Sibi* habent Vossianus prim. & quart. Regius uterque, & meus. Recte. *sibi* ponitur pro *ipsi*, scilicet Corneliae. De quo reciproci usu tam plena manu exempla dederunt viri docti, ut plura adferre putidum foret. Vide, quos laudat Cl. Drakenb. ad Silium L. XII, 33. infr. L. VI, 265. Deinde post *fugit* minimam posui distinctionem, non maximam, ut fiebat vulgo. Non nox fuit insomnis, neque subintelligendum est verbum substantivum, nec *in somnis* separatim legendum, sed Cornelia fugit Pompejum insomnis ea nocte, quae ipsi proxima venit, vel, si vis, quae priorem noctem secuta est, & excepit. Jungit substantivum cum relativo in eodem casu, ut solent saepe poëtae. Vide ad L. III, 160.

Quo te Fabricius regi non vendidit auro.

805 FUGIT] i. e. qui eam jussit expelli. Hoc juxta Virgilium. *Nos patriam fugimus.* SCHOL.

805 NOX SIBI PROXIMA VENIT IN SOMNIS] Hoc est, nox sequens, qua dormitura erat. SULPIT. *Insomnis*, alii, ut & Omnibonus, legunt. Ut sit sensus: proximam noctem insomnem illi, hoc est, sine somno fuisse, ex moerore scilicet, & propter absentiam mariti, ut mox sequitur. MICYLL. Et Ascensius, in cujus editione vitiose est *in somnos*. *insomnus* meus Cod.

809 DECEPTIS] Dum Pompejum se credit amplecti. SCHOL.

811 TECTAS] Variant hic vehementer scripti, & editi. *tectas* tamen habent plerique. Sic vs. 255. *pectore tecta ira latens*. exponi potest per *imas*. *totas* Marpurg. *Tactas* non male habent Regius primus, Voss. unus Hulsii, Amstel. & meus. i. e. accensas, inflammatas amore. *Rectas* Edd. Ven. Brix. Mediol. *tacitas* unus Bersm. & Edd. Ascens. Versell. Micyll. Hortens. Grotii, aliorumque. quod habet Voss. sec. pro glossa. Adjectivum more poëtarum foret pro adverbio *tacite*. *tacita flamma* saepius. V. Silium L. XI, 391, 398. & ibi notas. Eligat lector ex his, quod velit. Mihi placuit *tectas*.

811 URENTE] Sic recte legi curavit Grotius; habentque unus Pulm. Regius unus, Wittianus. Hulst. Marp. Bohur. & meus cum glossa Voss. secundi. *Urere* convenit flammae, non *urguere*: ut vulgo edebatur. Saepius autem librariorum vitio in *urguere* haec vox abiit. Vide N. Heinsium ad Ovidii Lib. 1. Amor. El. 2, 17.

Acrius invitos, multoque ferocius urguet.

ubi tamen *urguere* rectum esse puto.

813 CARUISSE TIMEBAT] Metuebat, ne Pompejum non reciperet. Atqui recepit, sed victum: quod pejus, quam non recipere. GROT.

815 REDDERET] Mox enim ad eam venturus est fugiens. SCHOL.


M. AN-

M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE.

LIBER SEXTUS.

[a] Postquam castra notat, quod Caesar victus ab hoste
Fugit in Emathiam, quamvis clausisset is [b] ipsum;
Hinc [c] & Thessaliam, quae sit, gentemque [d] profanam
Describit: damnat Sextum non digna [e] petentem.


Ostquam castra duces, pugnae jam[a] mente[b] propinqui,
Inposuêre jugis, admotaque comminus arma,
Parque suum vidêre Dei; capere omnia Caesar
Moenia Grajorum spernit, Martemque secundum
Jam nisi de genero fatis debere recusat.
Funestam mundo votis petit omnibus horam,
In casum quae cuncta ferat. placet alea fati
Alterutrum mersura caput. [c] ter collibus [d] omnes

Explicuit

VARIAE LECTIONES.

a *monte* Marp. b *propinqua* meus. c *tunc* R. 1. Marp. Voss. pr. a m. sec. *tum* meus. d *omnis* Voss. pr. & sec.

a Deest haec vox in Barthiano.
b *Ipsam*] Barth.
c *Ad*] Amst.
d *Togatam*] Meus.
e *Parente*] Barth.

3 *Parque suum*] Metaph. ab arena, seu Gladiatoribus sumpta. Spectatores, & fautores Dii: Arena, Pharsalia: Par gladiatorum, Caesar, & Pompejus. Sic alibi: (VII, 796.)

- - - *sed par quod semper habemus,*
Libertas & Caesar erunt.

GROT. Ed. pr. Sic Plinius, ubi de Elephanto agit, & Dracone, naturam ait, *spectaculum sibi ac paria composuisse*. IDEM. Ed. tert.

3 PARQUE SUUM VIDERE DEI; CAPERE] Msc. *dehinc capere.* non inepte. BERSM. *Dehinc.* in Marp. & Voss. primo pro varia lectione. *dein* in quarto a m. pr. & tertio a m. sec. Non inepte quidem, sed tamen falso. Dii, seu fata viderunt junctos Pompejum, & Caesarem, par ducum sibi bene comparatum, & Deorum oculis dignum. Sic hoc libro vs. 191.

Parque novum Fortuna videt concurrere, bellum,
Atque virum; & alibi.

Eleganter Seneca ab aliis jam citatus cap. 2. de providentia. *Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus operi suo Deus: ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus.* Dei itaque vident, hos duos duces magnos, *velut ad exemplum Fortunae par reservatum.*

4 SPERNIT] Ne à civili bello inpediretur his actibus. SCHOL.

5 JAM NISI DE GENERO] Hoc est, non vult sibi fata alias praestare victorias, quae sibi à fortuna inputentur, sed solum vult superare Pompejum. IDEM.

6 HORAM] Qua inter se confligant. IDEM.

7 ALEA] In lusu aleae unus vincitur. Sic in

bello.

Explicuit turmas, & signa minantia pugnam,
[a] Testatus, [b] numquam Latiae [c] se deesse ruinae.
Ut videt ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum, clauso sed fidere vallo,
Signa movet, tectusque via dumosa per arva
[d] Dyrrhachii praeceps rapiendas [e] tendit ad arces.
Hoc iter aequoreo praecepit limite Magnus,
[f] Quemque vocat collem [g] Taulantius incola Petram,
Insedit castris, Ephyreaque moenia servat,

Defen-

VARIAE LECTIONES.

a *testatur* B. I. b *Lat. numq.* B. I. V. I. H. meus. c deest in B. I. d *Durachii* & *Dirachii* MSS. & Edd. qdd. e *currit* V. sec. pro var. lect. f *quamque* V. pr. a m. pr. g *Talantius* R. I. V. I. *Taumanticus* Marp. *Tablantius* Hort. M. h

bello. Hoc exspectat Caesar à fatis. i. quemcumque casum, & eventum belli. SCHOL.

10 TESTATUS] Probat, se paratum semper, ut evertat Italiam. IDEM.

12 CLAUSO SED] Ita transtuli verba pro *sed clauso* ex Regio primo, & Bersm. uno. Sic L. II, 128. V, 740. VII, 226. & saepius. Et forsan hoc ordine ubique legendum est, ut sit caesura in quarta sede, & monosyllaba contra naturalem situm postponantur. sed alibi fortasse plura de his.

14 DYRRHACHII] Ad Dyrrhachium ex Epiri regione proficiscitur. SCHOL.

15 PRAECEPIT] Prior Pompejus ad Dyrrhachium ex Epiri regione proficiscitur, & venit. *Taulantius* nomen gentis in illa regione. IDEM.

15 PRAEVENIT] Vel *praecepit* i. e. praeoccupavit. Breviori enim juxta littus via acceleravit. *Praecepit* i. e. praeripuit, & praeoccupavit praeveniendo. Sunt, qui legant, *praevenit*, sed melius quadrat *praecepit*: ut in Bucolico: *si lac praeceperit aestus.* Est autem *praecipere* hoc modo, prius capere. ASCENS. Mscr. duo *praecedit*, & duo *praecessit*. aliquot libri, *praevenit*. *praecepit*, praeoccupavit, antevertit. Virgil. *si lac praeceperit aestus.* BERSM. *Praecedit* est in Vossiano tert. a m. sec. meo, Amst. & quatuor Pulm. ac variis lect. Steph. cum Edd. Hortensii, & Micylli. sed male. Recte interpretes, & ante eos Scholiastes exponunt *praeoccupavit*, *praevenit*. Vide, quos laudavi ad L. II, 106. Virgil. L. X. Aen. 277. *litora praecipere.* Valer. Flacc. L. IV, 406.

- - - dicem volat aethere Memphim
Praecipere.

Silius Ital. L. XVI, 338.

- - - - votisque peractam
Majorem credens praecepto limite partem.

Ex quo loco, uti & ex notis Cl. Drakenb. patet, hic rectum esse *limite*, non *litore*, quod est in uno Bersm. Voss. primo a m. pr. Ed. Rom. & Parm. Adde Celeb. Burm. ad Valer. Flacc. Lib. IV, 614. nostrum L. IV, 740. II, 712.

17 EPHYREAQUE] Dyrrhachii, Corinthia, quod à Corinthiis est constitutum. SCHOL. Dyrrhachium, quod, autore Strabone, Corcyrei condiderunt: sed quia Ephyrei, id est, Corinthii Apolloniam vicinum oppidum coloniam habuere, ob vicinitatem rem poëta confundit. SULPIT. De Taulantiis, qui agros Dyrrhachii, & Apolloniae usque ad montes Ceraunios aliquando tenuerunt, meminit Strabo lib. septimo, & item Thucydides libro primo, quem locum supra annotavimus. Ex eodem autem Thucydidis loco patet, qua ratione poëta hic Ephyraea moenia vocet Dyrrhachium. Neque enim propter vicinitatem Apolloniae, ut hic Sulpitio placet, ita appellatur: sed quod is, qui urbem ipsam hanc condidit, Corinthius genere fuit, Phalius nomine, filius Eratoclidis, ex Heraclidarum progenie, κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς, ut inquit Thucydides. Nam & Corcyrenses, quorum colonia Dyrrhachium (ut supra annotatum est) fuit, à Corinthiis oriundi fuerunt, qui duce Chersecrate insulam illam occuparunt, eo tempore, quo Archias & ipse Corintho praefectus, Siraculas coloniam deduxit. Ut autor est Strabo libro sexto. MICYLL. Dyrrachium conditum à Corcyracis: Corcyra à Corinthiis. Vide Strabonem, & Thucydidem. GROT. Vide etiam Hortensium. In MSS. multis, & nonnullis Edd. est *Epireaque*. Regius primus *Pirrhaeaque*. alter *Epyrea m.* Forsan non male legas *Pyraeaque*. Eo namque tractu, ut ait Plinius Lib. III. c. 22. fuere

Defendens [a] tutam vel ſolis turribus urbem.
Non opus hanc veterum, nec moles ſtructa tuetur,
Humanuſque labor, facilis, licet ardua tollat,
Cedere vel bellis, vel cuncta moventibus annis.
Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro,
Naturam, ſedemque loci. nam clauſa profundo
Undique, [b] & inliſum ſcopulis revomentibus aequor,
Exiguo debet, quod non eſt inſula, colli.
Terribiles ratibus ſuſtentant moenia cautes,

Ioniumque

VARIAE LECTIONES.

a *totam* Ed. Ven. b vulgo *praecipiti ſcopuliſque vom.*

re *Illyrii, Taulantii, & Pyraei* &c. Mela Lib. II. c. 3. *Sequentia Taulantii, deinde Illyrici &c. Tum Pyraei &, Liburni, & Iſtria. Urbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnus ante erat &c.*

20 LICET ARDUA TOLLAT] Quia humanus labor facile cedit, & vincitur, etiamſi ſunt magna, quae fecerit. ut Cicero. *Nihil eſt enim opere, & manu factum, quod non conficiat, & conſumat vetuſtas.* SCHOL.

21 ANNIS] Propert.

Annorum aut ictu pondera victa ruent.

Mſc. habet *armis* (& meus) mendoſe. BERSM.

24 UNDIQUE PRAECIPITI, SCOPULISQUE VOMENTIBUS AEQUOR] Mſc. duo *moventibus* h. e. inpellentibus. alt. *ſcopulis removentibus*, non male. IDEM. MS. P.

- - - nam clauſa profundo
Undique, & illiſum ſcopulis removentibus aequor.

Pro *removentibus* rectius forte, *revomentibus* legas. GROT. Ut Puteani Cod. ita etiam veterrimi habent Voſſian. prim. Regius uterque, & Amſtel. Quod verum putans recepi. niſi quod pro *removentibus revomentibus* dederim. Nam & *removentibus* eſt in Pulm. uno. & Voſſiano ſecundo. *moventibus* Pulm. duo, quinque mei, & editi ante Sulpitium. Scopuli revomunt aequor, illiſum i. e. remittunt aequor in ſe inpactum, & ſic *ſpumant in undas*, ut noſter, & alii loquuntur. Vide ad L. III, 190. L. IV. dixit vſ. 460.

- - - - cumque cavernae
Evomuere fretum.

Refundere Lib. II, 618. *inliſum* hoc ſenſu adhibet praeter alios noſter quoque vſ. 691.

- - - planctus illiſae cautibus undae.

Si tamen quis malit retinere *praecipiti*, non multum refragabor. poteſt *inliſum* videri gloſſa, vel additamentum verbi *revomere*. Modo legat

Undique praecipiti, & ſcopulis revomentibus aequor.

Valer Flacc. L. IV, 656.

Unda laborantes praeceps rotat, ac fuga ponti
Obvia: miſcentur rupes: jamque aequore toto
Cyaneas juga praecipites inliſa remittunt.

Supra L. v, 649.

- - nautae videre trementes
Fluctibus à ſummis praeceps mare.

Eſſetque hic *praeceps profundum*, quod magnas rotat undas, ex alto, nec in litus paulatim deſinit.

25 COLLI] Nam eſſet inſula, niſi haberet anguſtum collem (*collum* Voſſ. ſec.) qui eam continuo jungeret (*continuaret* Voſſ. prim.) terrae. SCHOL. Eſt enim peninſula ut docet Iſ. Voſſius ad Melam L. I. c. 3. §. 155. Vir doctus orae codicis ſui hic alleverat *l. collo*. Recte, ut opinor. ſed conſtanter MSS retinent *colli*. juvat tamen nonnihil Scholiaſtes in Voſſ. ſecundo, ut videre eſt. Notum omnibus, locorum deſcriptiones ſumi ab humani corporis partibus, & fuſe demonſtrat Schottus Obſerv. L. III. c. 28. Noſter ipſe paſſim *linguam*, *dorſum*, *fauces* &c. hoc ſenſu uſurpat.

26 TERRIBILES] Quae ſemper timentur à navibus. SCHOL.

27 RABIDO] Ita malui, quam *rapido*, cum quatuor Codd. Pulm. & Voſſ. tert. Edd. Rom. Parm. Ald. & Mſtis ab Ill. Heinſio conlatis, qui hoc quoque praetulit ad Claudiani Feſcennina vſ. 83.

- - - rabidi taceto cori.

Adde eumdem, & Burmann. ad Ovidii Lib. I. Metam. 36.

- - rabidiſque tumeſcere ventis.

qui-

Ioniumque furens [a] rabido cum tollitur austro,
Templa, domosque quatit, spumatque in [b] culmina pontus.
Hinc avidam belli rapuit spes inproba mentem
Caesaris, ut vastis diffusum collibus hostem
Cingeret ignarum, ducto procul aggere valli.
Metitur [c] terras oculis: nec cespite tantum
Contentus fragili subitos adtollere muros.
Ingentes cautes, avulsaque [d] saxa metallis,
Grajorumque [e] domos, [f] direptaque moenia transfert.
Extruitur, quod non aries inpellere [g] saevus,
Quod non ulla queat violenti machina belli.

Frangun-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *rapido.* b *culmine* V. sec. Ed. Rom. c *terram* V. sec. d *signa* VV. LL. Steph. e *domus* V. pr. sec. a m. pr. f *directaque* B. 1. g *possis vastus* & suprasc. *saevus* V. quart.

quibus locis, ut passim in his vocibus, itidem turbatur. Malim etiam apud Ovidium Heroid. Ep. XVIII, 37.

At tu de rabidis inmansuetissime ventis.

quam *rapidis. Furor, rabies ventorum* eidem L. V. Metam. 71. & Statio L. VII. Theb. 810. aliisque. V. ad L. IV, 419. *Rapidus* autem ventus alius est, quam *rabidus.* Scilicet qui turbine quodam celerrime venit, & abit. Hoc sensu recte *rapidus Notus* est L. III. Fast. 588. & *rapidus turbo* Ep. Heroid. VII, 65. Valerio Flacco L. IV, 510. ut recte Carrion. male prius erat *rabidus.* Sequenti versu in Voss. primo, & quinto, & Regio uno *domus.* ut in hoc accusativo passim variatur. Sic vs. 35. V, 31. VI, 514. VII, 8, 828. Livius III, 21. *domus* duo Vossiani. Flor. I, 13. ubi habent *domus* MSS. multi, in his tres Vossiani, & Lib. III, 15. etiam in editis, & Senec. Herc. Oet. 1916. *Domus* in accusat. in Virgilii, & Livii Codicibus aliquando legi, monet etiam Pierius ad Virgil. Georg. II, 115. Adde Maserium, & Burm. ad Valer. Flacc. L. V, 235, 452. sic variant MSS. in *colos*, & *colus* apud Statium L. X. Theb. 644.

29 HINC] Ita melius, quam *huc.* est enim historiae conmutatio. GROT. Sic bene rescripsit Grotius: quod confirmat Regius primus, Voss. prim. a m. pr. Oxon. pr. Hulst. & Marp. *Hic* Voss. quint. & Amstel. etiam non male. Reliqui *huc.*

30 DIFFUSUM] Vult Pompejanos in illa regione dispersos vallo circumcludere (*circumdare* Voss. Prim.) nescientes. SCHOL. Sulpitius, Micyllus, & Hortens. ediderunt *diffusus*; atque ita legere voluit Farnabius; ut ad ipsum Caesarem referatur, qui majus occupavit spatium, quam Pompejus. Sed male, & contra MSS. omnes. licet Pompejus jam vastis collibus esset diffusus, tamen cingere illum majori ambitu voluit. Vide VI. 44, 70. &c. Caesar. B. Civ. L. III, 43, 44.

32 METITUR] i. ut tanto jungat aggere, quantum potest oculis intueri. SCHOL. In Regio primo, Wittiano, & Ed. Romana scribitur *metatur.* i. fines sibi, & metas munitionum, & valli statuit. Malim tamen retinere vulgatum, ut significet: cognoscit terras, & mensuram agri colligit, ac considerat. Ita Ovidius Ep. Her. X, 27.

- - - - *atque ita late*
Aequora prospectu metior alta meo.

Differentiam τ̃ *metari*, & *metiri* docuit egregie *ὁ πάνυ* Gronovius ad Livium. L. XXXVIII. c. 17.

34 AVULSA] Hic fuisse lapidicinas debemus accipere. SCHOL.

35 DIREPTA] i. e. aedificia diruit, ut saxa portet ad muros. IDEM. Vel potius transfert saxa ex dirutis direptarum urbium moenibus. Non enim scribendum *dirupta*, ut est in quatuor meis recentioribus, & editis ante Sulpitium, vel pejus *diruta.* Sed *direpta.* i. excisa, & vastata. *Diripere urbem, domos,* & similia sexcenties usurpari, quis nescit?

38 FRANGUNTUR] Hoc quidam sic exponunt. *Ita aggerem struit, ut exaequet montium altitudinem, ut montes jam planum quiddam videantur.* Alii sic, *aequantur muro, ut per munitiones facilis sit discursus.* Atque hic Pompejum intra Dyrrhachii moenia fuisse, opinatur Sulpitius. *Et pandit fossas*, effodit ante murum, cum Caesar ad munitionem illam ingentem, qua cingere Pompejum cona-

Franguntur montes, planumque per [a] ardua Caesar
Ducit opus: pandit fossas, turritaque summis
[b] Disponit castella jugis, magnoque recessu
[c] Amplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua,
Et silvas, [d] vastaque feras indagine [e] claudit.
Non desunt campi, non desunt pabula Magno,
Castraque Caesareo [f] circumdatus [g] aggere mutat.
[h] Flumina tot cursus [i] illic exorta fatigant,
Illic mersa suos: operumque ut summa revisat,
Defessus Caesar mediis intermanet agris.
Nunc vetus Iliacos adtollat fabula muros,

Adscri-

VARIAE LECTIONES.

a *omnia* Marp. b *disposuit* V. 2. c *amplectens* Marp. d vulgo *vastasque*. e *cingit* R. 1. f *circumditus* A. g *agmine* Ox. pr. a m. pr. h *fulmina* W. V. tert. a m. sec. i *illinc* B. 1.

conabatur, etiam montes fregisse hyperbolice à poëta dicatur. Atque ita mecum exponit Glareanus. Cujus caetera verba adscribam. *Excelsa etiam dejecisse, humilia exaltasse, ut omnia ad discursum apta aequaret:* quod Badius bene expressit. HORTENS.

38 PLANUMQUE PER ARDUA] i. e. quae sunt ardua, consternit, ut opus per planum ducatur. SCHOL.

39 DUCIT OPUS] MS. Anglic. Colleg. Trinitatis optime notae *tendit*, monente Celeb. Bentlejo ad Horat. Sat. II, 1, 2.

- - - - - - *ultra*
Legem tendere opus.

Hanc autem vocem se hoc sensu non legisse dicit. Quid? si tantum simplex sit pro composito *extendit*, *dilatat*. simplici enim verbo sic frequenter abuti auctores Latinos, in confesso est. vs. 72.

Laxet, & effuso claudentem milite tendat.

Corpus partus tendit Ovid. Amor. II, 13. *tendere gyras* Stat. Theb. X, 161. *cutem* infra Lib IX, 795. *tenditur Tityos* pro, porrigitur Statio Theb. X, 12. &c. Vel ita sumi posset, ut *tendere cursum*, *iter* &c. i. e. promovere. Vide Perizon. ad Sanctii Minervam L. IV. c. 4. §. 23. Valer. Flacc. L. I, 483.

Et dedit aequoreos coelo duce tendere cursus.

Nihil tamen temere muto. *Ducere opus*, *vallum*, *fossam* passim occurrit; praeterea videtur Lucanus hic loqui non de longitudine operis, sed de eo, quod Caesar montibus dejectis, & vallibus aggestis planum, & aequum per ardua, & abrupta fecerit opus. Alii exponunt minus bene.

39 TURRITAQUE SUMMIS] *Turrita supremis* Mscr. non male. BERSM.

40 MAGNOQUE RECESSU] Atque hoc est, quod modo ex Caesare ostendi, XV. millia passuum circuitu eum amplexum fuisse, quo spatio pabulabatur. Et multa erant intra eum locum manu sata, quibus interim jumenta pascerentur. Ut Caesariani videbant perpetuas munitiones ex castellis in proxima castella perductas, timebant, ne quo loco Pompejani erumperent, & ipsos à tergo adorirentur. Porrò quod Sulpitius annotat ex Appiano, (id quod etiam Glareanus perstringit) qui circuitus spatium dicit fuisse mille ducentorum stadiorum, quae constituerent centum quinquaginta millia passuum, id vel in Appiano, vel nostris codicibus corruptum est. ut idem Glareanus. HORTENS. Male *recursu* Ed. Versellani cum sex Pulm. Codicibus. diximus de hac voce ad L. III, 477.

Quae prius ex longo nocuerunt missa recessu.

41 TESQUA] *Tesqua* sunt loca inculta, sed amoena. Legitur & *tecta*. *Indago* verbum est venatorum. SCHOL. De *tesquis* vide ad Propert. IV, 9, 41.

42 VASTAQUE] Ita rescripsi pro *vastasque*, quod, nescio, an operarum vitio, (nam ita habent variae lect. Steph. Reg. uterque Hulst. Oxonienses, & Marp.) primum in Grotii comparet editione, quam cocco passu plerique editores dein secuti sunt. Sed contra sensum, & metri sonum. *Vasti colles*, & *vasto septum aggere* VI, 30, 69. *Immensa indagine ligare saltus* Claudian. L. II. in Rufin. 376. ubi patet, Heinsium quoque *vastam indaginem* hic legisse.

43 PABULA] Tantum, inquit, spatii vallo Caesar

Adſcribatque Deis: fragili [a] circumdata [b] teſta
Moenia mirentur refugi Babylonia Parthi.
[c] En! quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
Aſſyriis quantum [d] populis telluris Eöae
Sufficit in regnum, [e] ſubitum, bellique tumultu
Raptum [f] clauſit opus. tanti periêre labores.
Tot potuêre manus [g] aut jungere [h] Seſton Abydo,
Ingeſtoque ſolo Phryxeum elidere pontum,
Aut Pelopis latis [i] Ephyren abrumpere regnis,

Et rati-

Variae Lectiones.

a *circumdita* A. b *texta* V. 1. c *&* B. 1. V. pr. ſec. tert Marp. Ed. Maitt. *at* B. 1. V. 1. R. 1. W. pro var. lect. A. *in* R. pr. W. H. V. pr. pro var. lect. *nam* meus. d *& p.* R. 1. e *ſubito* Marp. f *claudit* VV. LL. Steph. g vulgo *adjungere.* h *Sexton* B. 1. i *Epiren* & *Epirenen* MSS. qdd.

ſar ambiit, ut nihil Pompejo deeſſet, nec ſe ſentiret incluſum, abundans clauſus omnibus rebus. SCHOL.

44 Mutat] De loco ad locum. Quod non ſolent facere clauſi. IDEM.

45 Flumina] i. e. multi fontes, & flumina de his foſſis orta, nec egreſſa ultra foſſas impetum ſui curſus longinquitate ſpatii perdiderunt. Ordo *curſus ſuos fatigant illic orſa, & illic merſa.* IDEM.

47 Defessus] Hoc eſt. Caeſar, ut opus videat omne, totum non poteſt circuire, ſed in medio manet. Bene autem addit *defeſſus.* ut conſtet, eum & ambulaſſe plurimum, & ſupervenire non potuiſſe. IDEM.

47 Intermanet] Mſcr. *intermeat*, & alter. *interminet.* mendoſe: q. d. Tantum erat ſpatium illius circuitus, ut uno die Caeſar luſtraturus illud conficere non poſſet. BERSM. *Interjacet* tres etiam Pulm. male. *Intermanet.* eſt in medio pernoctat, ut bene Sulpit. & alii; notiſſima vulgo locutione. Horat. O. I, I.

- - - *manet ſub Jove frigido*
Venator.

V. Heinſ. ad Art. Am. II, 237.

- - - *nuda ſaepe manebis humo.*

49 Deis] i. e. Neptuno, & Apollini, qui eos feciſſe dicuntur. SCHOL.

49 Fragili] Cocto latere (*lapide* Voſſ. ſec.) quem *ordinarium* dicunt. IDEM.

50 Refugi] Quia poſt ſe ſagittas jaciunt in bello fugientes. IDEM.

51 Tigris] Tantum dicit Caeſarem incluſiſſe quantum Tigris, & Orontes ambiunt. IDEM. *Telluris Eoae* jungendum cum *regno*, non cum *populis.* ut faciunt interpretes.

52 Assyriis quantum] Quantum ſpacium occupant urbes Aſſyriorum, ut Babylon, & Ninos, quae quadringenta octoginta ſtadia complectebatur. SULPIT. Omnibonus generaliter, ſive indefinite dictum accipit, pro eo quod eſt, quantum ſatis eſſet regno Aſſyriorum &c. MICYLL. Quantum terrae, quantum areae cinctam muris Babylonis, quantum areae Nini moenibus, aut Trojae ſeptum, aut Antiochiae, ſuffecit Nino, aut Semiramidi aut Laomedonti ad ſtabiliendum regnum Aſſyriorum, ac Trojae in tumultu belli, tanti periere labores, quod illi non eſſent diuturni, non perpetui. Omnibonus exponit, quantum ſatis eſſet regno Aſſyriorum. Glareanus, Sufficit pro regia, quae regni poſſeſſi videri ſolet firmum praeſidium. HORTENS.

54 Raptum] Acceleratum, quod Caeſar velociter extruxit, & concluſit. SCHOL.

54 Tanti periere labores] *Quanti* Edd. Aſcenſ. & Pariſ. 1512. *potuere* Wittian. Cod. male. Nec perceperunt tamen ſenſum plerique interpretes. Dicit Lucanus, ſolita ſibi locutione, tantos labores, qui ſuperabant celeritate exſtruendi praedicta opera, ſine digno fructu fuiſſe confectos, & brevi in caſſum cecidiſſe: cum meliore fructu tot militum manus, qui haec opera effecerant, potuiſſent, vel Europam, & Aſiam jungere, vel magnae utilitati nautarum divellere Peloponneſum à Graecia, aut alium quemdam locum in melius mutare. Sic *perire.* L. IV, 252, 729. IX, 564, 1056. & ſaepius. ita & *perdere nefas letum*, *tempus* &c. quod ſine fructu peragitur. L. III, 706. IV, 251. VIII, 53. X, 371. Adde Senecam Thyeſt. X, 96. Herc. Oet. 1175. Drakenb. ad Silium IV, 607. Videtur hunc locum imitatus Statius L. IV. Silv. in via Domit. 33. quae citavit jam Berſm.

Hae

Et ratibus longae flexus donare Maleae,
Aut [a] aliquem mundi, quamvis Natura negasset,
In melius mutare locum. coit area belli.
Hîc alitur sanguis terras fluxurus in omnes,
[b] Hîc & Thessalicae clades, [c] Libycaeque tenentur.
Aestuat angusta rabies civilis harena.
Prima [d] quidem surgens operum structura fefellit
Pompejum: veluti [e] mediae qui tutus in arvis
Sicaniae [f] rabidum nescit latrare Pelorum:

Aut va-

Variae Lectiones.

a *etiam* H. b *illic* V. 1. c *Libyaeque* A. d *que consurgens* H. e *mediis* B. 1. V. pr. *med. vel* R. 1. Marp. M. f *rapidum* vulgo.

Hae possent & Athon cavare dextrae,
Et moestum pelagus gementis Helles
Intercludere ponte non natanti.
His parvus (Lechiae nisi vetarent)
Inous freta miscuisset Isthmos.

55 Adjungere] Acro in Horat. L. 1. Epist. 3, 4. ubi pro *adjungere* legitur *adducere*, quod non est insuper habendum. BROEKHUS. Certe melius est, quam vulgatum *adjungere*. In meis membranis est *conjungere*. quomodo citatur à Lutatio ad Statium L. vi. Theb. 547. Veram, sed simplicissimam lectionem servarunt nobis vetustissimi codices *aut jungere* per πολυσύνδετον, ita enim exhibent Regius prim. Vossian. prim. & secund. Wittian. Oxon. prim. Marpurg. & Amstel. cum uno Bersm. L. 11, 674.

Sestonque admovit Abydo.

55 Seston Abydo] Sestos, & Abydos duae civitates sunt circa Hellespontum mare: quarum una in Asia, altera est in Europa, inter quas Xerxes, cum ad Athenienses veniret depraedandos, pontem navibus fecit: adeo ut de navi ad navem possent homines totum mare sicco pede transire. Idem est & Phryxeum mare, quod has duas civitates disterminat. SCHOL.

56 Phryxeum elidere pontum] Hellespontiacum dicit, in quem Helle cecidit, cujus frater est Phryxus. Hoc ait Sallustius. *à privatis compluribus subversos montes, maria constructa esse.* IDEM.

57 Ephyren] Tot manus intersecto Isthmo possent Corinthum à Peloponneso separare. SCHOLIAST. Mscr. *Epirenen*, perperam. Isthmum persodere, in quo Ephyra, sive Corinthus, cuique Peloponnesus adnectitur. BERSM. V. de his Hortens.

58 Et ratibus longae flexum donare M.] Hunc versum sic exponit Sulpitius, id est, *facere rectam navigationem, quod ad Maleam promontorium, ipsumque tollere:* quod quidem inter Messeniacum, & Laconicum sinum, 50. M. passuum protenditur. Haec ille. Badius vero, *interciso*, inquit, *Maleae promontorio.* Horum neutra expositio neque Glareano, neque mihi probatur. Est enim prorsus absurda. Neque enim poëta dicere vult, ait *Glareanus*, Maleam tollendam, sed si Isthmus perfossus esset, non esse navigandum circa Maleam periculosa navigatione, quod quidem facere cogebantur, tum Asiatici, tum Europaei, siquidem merces invicem vendere volebant. In Corintho autem permutare poterant, quod necessum non erat, siquidem pervius fuisset Isthmus, cui aderat Corinthus. Unde & illa ex mercium permutatione dives facta est. Hactenus vere *Glareanus*. HORTENS. Mscr. *flexum*. Item libri aliquot, non male. q. d. Isthmo perfosso naves sublevare circuitu, & ambagibus periculosae navigationis circa Malean. BERSM. Recte Glareanus, & Bersm. haec exponunt, *flexum*. est etiam in Regio primo, Oxoniensi utroque, & Amstel. Edd. Ascens. Versell. Micylli, & Hortens.

58 Maleae] Malea promontorium est Graeciae, quod intra mare per millia L. protenditur. ubi unda ita saeva est, ut persequi navigantes videatur. Dicit autem, Caesarem haec loca navigabilia posse facere. SCHOL.

60 Coit area belli] Spatium illud, quod inclusit Caesar, *belli aream* nominavit. IDEM.

62 Libycae] Propter Catonem, & Scipionem, qui in his occisi sunt locis. IDEM.

63 Angusta] Pro orbis magnitudine haec videbatur *angusta*. τὸ πρός τι positum. IDEM.

64 Fefellit] Hoc est, celavit, ut fieri ista nesciret. IDEM.

Aut vaga cum [a] Thetys, [b] Rutupinaque litora fervent,
Unda Caledonios fallit turbata Britannos.
Ut primùm [c] vasto septas videt aggere terras:
Ipse quoque à tuta deducens agmina Petra,
Diversis [d] spargit tumulis, ut Caesaris arma
Laxet, [e] & effuso claudentem milite tendat.
[f] Ac tantum septi vallo sibi [g] vindicat agri,
Parva Myceneae quantum sacrata Dianae

Distat

Variae Lectiones.

a *Thetis* MSS. qdd. b *Rutupiaque* A. *Rotupinaque* R. 1. *Rupinaque* O. 1. c *sept. vasto* P. 2. Edd. Ven. omnib *terr. s. v a. vasto* Edd. Rom. Parm. d *sparsit* A. e *ut* B. 1. f *at* V. 1. a m. pr. meus. Edd. Sulp. Asc. Ald. Col. Steph. Pulm. Mic. Hort. g *vendicet* B. 1.

66 Rabidum] Hanc vocem restitui, pro qua vulgo legebatur *rapidum* ex quinque Pulm. duobus Berlm. Voss. pr. tert. & quinto, Regio utroque, Oxoniensibus, & meo Cod. ac Edit. Romana. Scyllam enim canibus cinctam, quae olim fuisse juxta promontorium Pelori credebatur, à Lucano intelligi, satis patet ex verbo *latrare*. Idque jam pridem monuerunt, & *rabidum* ediderunt docti interpretes, Sulpit. Ascens. Versell. Micyll. Hortens. aliique. *Rabidos* autem passim dici canes, notum. Vide Cl. Drakenb. ad Silium L. x, 127.

Invadunt rabidi jam dudum.

ubi etiam de hoc loco agit. de Scylla Lucretius L. v, 890.

Aut rabidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas.

Sic scribe, non *rapidis*, cum N. Heinsio ad Sabini Epist. 1, 35. ubi plura ad rem. Seneca in Med. 350.

Quid! cum Siculi virgo Pelori
Rabidos utero succincta canes,
Omnes pariter solvit hiatus. &c.

Sidon. Apollin. Carm. IX, 162.

Et Scyllae rabidum voracis inguen.

Male Sirmond. Editio *rapidum*. De hac voce dicemus etiam ad L. VII, 145. X, 446.

67 Tethys] Oceanum dicit, cujus haec uxor est. *Rutupis* (s. *Rutupiae*) civitas est Brittanniae supra mare. Hinc *Rutupina litora* promontorium. SCHOL.

68 Caledonios] Caledonia est gens Britannorum in mediterraneo constituta. IDEM.

68 Caledonios] Caledoniae sylvae in Britannia, meminit Plinius libro quarto, pro qua secunda producitur: quae pro oppido in Aetolia corripitur. SULPIT. Martialis:

Nuda Caledonio sic pectora praebuit urso.

Scribendum autem est *Caledonius*, secunda syllaba per *e*, non Graece apud Ptolomaeum καληδόνιοι & καληδόνιος δρυμὸς dicitur. MICYLL. Hoc fortasse minutius est, quam ut annotetur, quod quidam *Caledonios* legant, nonnulli *Calidonios* per i quod in hac significatione extenditur, in altera contrahitur. HORTENS. In meo Cod. & Ed. Ven. est *Calidonias*: quomodo MSS. vetustissimi Vineto inspecti etiam habuerunt. Apud Florum quoque L. I. c. 17. §. 3, 10. in omnibus scriptis est. *Calidonius*. Consule ibi Vinetum, & Dukerum, qui ideo cum viris doctis nihil mutare audet. Ego quoque non temere hanc, sed aliam scripturam *Calydonios*, ut est in Sulpit. & Ascens. Edit. non vero in Comment. damnem. per y est a Calydone, Aetoliae oppido, secunda brevi, ut notarunt interpretes. *Caledonius* servant Codd. Claudiani, Silii, Martialis; immo hic quoque longe plurimi.

70 Tuta] Bene ait *tuta*. Hic enim collis est, ut ait supra.

Quemque vocat collem T. i. Petram.

SCHOL.

72 Effuso] Ut Caesarem, claudentem se, possit expellere, hoc agit. facit milites suos diversa, & longiora loca occupare, ut Caesarem ab illo aggere excludat, suo milite ulterius exeunte. IDEM.

74 Myceneae] Quae apud Mycenas colitur propter Oresten, qui de Mycenis fuit; nam eam in Italiam vexit. IDEM. *Scythicam Dianam* vocat L. III, 86. ubi vide Comment.

74 Dianae] Aricia scilicet Diana, & consecrata, ut ait Virgilius, *quem mater Aricia misit* & mox.

- - *pinguis ubi & placabilis ara Dianae.*

SCHOL.

Distat ab excelsa nemoralis [a] Aricia Roma:
Quoque modo [b] terrae [c] praelapsus moenia Tibris
In mare [d] descendit, si nusquam torqueat amnem.
Classica nulla sonant, [e] injussaque tela vagantur:
Et fit saepe nefas, jaculum [f] tentante lacerto.
Major cura duces miscendis [g] abstrahit armis.
Pompejum, exhaustae praebenda ad pabula terrae,
Quae currens [h] obtrivit eques, gradibusque citatis

Ungula

VARIAE LECTIONES.

a *Aritia* V. 3. b vulgo *Romae*. c *dilapsus* meus. d *descendat* V. pr. sec. Boh. e *inmissaque* B. 1. *invisaque* B. 1. mei 5. & alii. V. Drak. ad Sil. XIII, 372. Edd. Ven. Br. Vers. male. f *tentare* Edd. Br. Med. g *abstulit* VV. LL. Steph. h *subtrivit* P. 1. *adtrivit* B. 1. V. pr. R. 2. Marp.

75 DISTAT] i. e. inclusus tantum loci occupavit, ut sedecim millia teneret. Tantum enim Aricia distat à Roma. SCHOL.

75 NEMORALIS] Nemoribus occupata. IDEM. Strabo libro quinto: *τὸ δὲ ἱερὸν ἐν ἄλσει. πρόκειται δὲ λίμνη πελαγίζουσα* &c. Unde & *Nemoralis* dicta videtur. MICYLL.

76 QUOQUE MODO] i. e. in quantum spatium. A Roma dicit ad Ostiam civitatem. Et ipsa enim tantum abesset, nisi Tibris torqueretur. quia si per flexus torquetur XXIV. millia sunt, recto itinere XVI. (al. XIV.) SCHOL. Triangularem videtur formam designare. Nam à Roma ad Hostiam intersunt quatuordecim millia passuum, ad Ariciam 15. ab Aricia ad Hostiam fere totidem. SULPIT. Sed Omnibonus *modum* hoc loco pro mensura accipere videtur, qui, *Aliam*, inquit, *descriptionem facit, videlicet, tantum tenuisse Pompejum castris suis, quantum distat urbs Roma ab Hostia.* Nam Tibris ab urbe descendit in mare Tyrrhenum ea parte, qua est Hostia. MICYLL. Rectissime Omnibon. & Hortensius, haec verba capiunt de recto spatio, quo Roma distat ab Ostia. Nugantur vero Sulpitius, & Ascensius, existimantes, Lucanum ob oculos habuisse triangularem, à Roma ad Ostiam, & ab Ostia ad Ariciam, formam. Duas spatii, quod occupavit Pompejus, adhibet similitudines. *Modum* autem pro *mensura* usurpavit noster etiam Lib. IV, 20.

Explicat hinc tellus campos effusa patentes,
Vix oculo prendente modum.

V, 182.

Non modus Oceani &c.

VIII, 799.

- - *Romanum nomen, & omne*
Imperium Magno tumuli est modus.

Horat. L. 2, S. 6, 1.

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus.

Hinc legum tituli *de modo agri*. Vide Manut. ad Ciceron. L. VIII. Famil. Ep. 14. Mela in Praefat. *Quae sit forma totius, quae maximae partes, quo singulae modo sint, atque habitentur, expediam.* Sed ibi magis respicere videtur ad formam. Certe *quo modo* pro *qua mensura* tam simpliciter positum rarius, & nimis ambiguum est. Quare pro *Romae* (quae vox hic putide nimis repeteretur à Lucano) rescripsi *terrae*, jubentibus id membranis antiquissimis, & optimis, Vossiano primo sec. quint. Reg. prim. Wittian. *Romae* intrusum est ab iis, qui *moenia*, pro urbis Romae moenibus dici non posse putabant. Hinc vetus lectio *terrae* in Witt. plane est deleta. Vel qui ad vocem *moenia*, *Romae* pro explicatione addiderunt, ut suprascribitur in Vossianis duobus. Male. ut *urbs* simpliciter, ita & *moenia*. Sic L. II, 99.

Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor
Corripuit.

& alibi. Ex additis sat patet, quae moenia intelligantur.

79 NEFAS &c.] Dum exercentur armis, cives proximos interficiunt. SCHOL.

80 DUCES] Tres Bersm. & quinque mei habent *ducis*. ut sit *cura ducis*, sive quae ducem decet, *abstrahit Pompejum*. Sed praestat retinere vulgatum. Cura major angebat utrumque tam Caesarem, quam Pompejum, hunc inopia pabuli, & inde nata pestilentia; illum dira fames. Male autem Sulpitius *terrae* jungit cum *cura*. cum, vel construi debeat *pabula terrae equis praebenda*, vel potius *pabula*, sive gramina, *praebenda terrae exhaustae*. ut sit dativus, & curet Pompejus, ut gramina rursus crescant in arvis, equorum discursu, & pabu-

 latione

Ungula frondentem a discussit cornea campum.
Belliger adtonsis sonipes defessus in arvis,
Advectos cum plena ferant praesepia culmos,
Ore novas poscens moribundus labitur herbas,
Et tremulo medios b abrumpit poplite gyros.

Corpora

VARIAE LECTIONES.

a *diffudit* R. 1. b *abrupit* B. 1. *obrumpit* B. 1. Ed. Hort.

latione detritis. Ceterum praeter magnum Codicum Stephani, Pulm. Bersm. numerum, & Edd. Venet. Omnib. Sulpit. Ascens. aliorumque etiam scribunt multi Heinsiani, & mei omnes, excepto Bohur. recentiore Amstel., *gramina*, & Marpurg. *germina*. *pabula* pro var. lect. est quoque in Wittiano. Moveor fere ad reponendum *gramina* consensu tot Codicum. Quia tamen glossam sapit, & *pabula terrae*, *pabula campi* etiam alii dixerunt, ac frequens illa in MSS. est confusio, inhibeo me. Vide Nic. Heinsium, & Burmann. ad Ovidii Metam. L. XIV, 43.

- - - horrendis infamia pabula succis
Conterit.

81 POMPEIUM] Sc. cura abstrahit. Caussa, cur non dimicet Magnus, quia pabula cuncta perierunt. SCHOL.

84 DEFESSUS] Sumi posset pro *defatigatus* frustra quaerendo herbam in adtonsis arvis, sive potius pro *fame fessus*. ut auctores saepe loquuntur. V. ad L. IV, 57. Richter. Observ. Crit. ad Sulpit. Sev. c. 55. *Defensus* est in Bersm. uno, *defissus* in Amst. *diffusus* var. lect. Voss. sec. Conjeceram aliquando *defixus*, i. e. vultu in arva sine intermissione dejecto, & attento quaerens pabulum. Sic simpliciter *defixus* pro serio adspiciente Valer. Flacc. L. V, 378.

- - - - - haeret in una
Defixus.

Claudian. L. 1. Conf. pr. Stil. 56.

- - - - defixaeque hospite pulcro.

Sed cum jam videantur equi ad palos, & praesepia alligati stetisse, rejeci hanc conjecturam: subiitque alia, quam praefero, *defectus* i. viribus exhaustus, maceratus. ut Caesar ait, frequentissima nostri locutione, ut supra monuimus; nec modo cum substant. *viribus* &c. juncta; sed & simpliciter posita. II, 560.

- - - - - licet esse solutum,
Defectumque vocet.

de equis, *defecta ilia* L. IV, 757. inf. 252.

- - humeris defectum imponere gaudet.

Senec. Herc. Oet. 1859. Valer. Flacc. L. VII, 116.

Solo moeret defecta cubili.

ubi nihil mutandum.

85 CUM PLENA FERANT, &c.] Malim *dum*. Moriuntur equi prae fame, dum pabulum ex Corcyra, atque Acarnania exspectatur longo navigationis spatio. Vide Caesarem lib. III. Belli Civil. GROT. Ed. pr. Sensus forte est, culmorum aridorum satis fuisse in praesepibus: sed ab equis desideratas herbas virides. IDEM. Ed. sec. Recte Grotius priorem conjecturam deseruit, & exposuit equos famelicos poposcisse novas, & virides herbas, licet culmorum aridorum (recte interpretantur Scholia hic *stipulas segetum*) satis esset in praesepibus, atque ita jam explicuit recte Ascensius, & dein Farnabius, exemplis Virgilii, & Ovidii adductis. Quam verum sit, equos noluisse culmis aridis, cum alia deficiebant, pasci ipse viderit Lucanus. Macie inde quidem conficiebantur, sed edebant illos tamen vide Caesar. B. Civ. III, 58. Meliore judicio Virgilius, & Ovidius equos ad praesepe canunt quidem herbarum fuisse inmemores; sed morbo, & pestilentiae eam inertiam adscribunt, non autem aridis herbis.

86 NOVAS POSCENS] Non enim delectatur aridis culminibus, quae in praesepibus abundant (*abundaverunt* Voss. pr.) SCHOL.

87 ABRUMPIT] Non perfert integros cursus. *Digerit* est absumit. IDEM.

88 DUM SOLVIT] Ita reposui ex Codicibus Steph. sex Pulm. duobus Bersm. & meis septem; (*cum* Voss. unus) minore distinctione posita post *artus*. Coelum traxit contagia fluidae pestis, dum tabes solvit corpora. sic vs. 101.

Aucta lues dum mixta jacent &c.

89 FLUIDE] Plerique libri *fluidae*, ut *fluida pestis* dicatur sanies cadaveris fluens. BERSM. Male Edd. Haered. Gryph. & Pulm. exhibent *fluide*. L. II, 261.

Cum jam tabe fluunt.

Morbi fluentes L. VII, 415. *Sudore fluere* Ovid. Met. IX, 57. *fluidus liquor* in eadem re, Virgil. Georg. III, 483. ubi vide. Ceterum *fluvidae*, non *fluidae*,

Corpora [a] dum solvit tabes, & [b] digerit artus,
Traxit iners coelum fluidae contagia pestis
Obscuram in nubem. tali spiramine Nesis
Emittit Stygium [c] nebulosis aëra saxis,
Antraque letiferi rabiem Typhonis anhelant.

Inde la-

VARIAE LECTIONES.

a *tum* vulgo. b *dirigit* B. 1. V. 1. *degerit* W. R. 2. *comminuit* V. pr. c *a n. b.* B. 1.

dat, est in Vossianis sex, Regio primo, & Wittiano: uti etiam in Virgilii Codicibus. Consule Pierium ad L. III. Aen. 663.

90 NESSIS] Insula Campaniae. Ipsa est Inarime. SCHOL. Non longe sita ab Inarime.

90 NESUS] Cadaver Nesi caesi ab Hercule in Calydonia ad Evenum fluvium, ubi Centaurorum sepulchrum est, ex quo teterrimus odor egreditur. Placet etiam legatur, *Nesis*, quae insula est in sinu Puteolano tetrum odorem emittens. Ejus meminit Seneca in epistolis. SULPIT. Refert Strabo libro nono, subter Calydonem esse collem Taphrossum nomine, in quo Nessi, & aliorum tumulus, è quorum tabo teterrimus odor sub montis radicibus profunditur, & humor grossioribus guttis manat: quam quidem ob causam gentem illam *Ozolas* appellatam esse. OMNIBON. Haec quidem ita apud Strabonem habentur: Sed tamen quia idem aquae meminit, Lucanus autem de aëre pestifero mentionem facit, & de antro Typhonis, qui sub Inarime insula (ut supra quoque dictum) sepultus alias dicitur, *Nesis* potius legendum, & de insula accipiendum videtur. Hujus autem Insulae etiam Plinius meminit, lib. XIX. cap. 8. MICYLL. Variant hoc loco exemplaria: quaedam legunt. *Nessus*, nonnulla *Nesis*; *Nessus*, (si ita legas,) Centaurus fuit, quem Hercules cum ex Calydone ad Evenum fluvium venisset, circa ripam fluminis versantem offendit. Solebat is imperitos vel vadandi, vel tranandi trajicere, equo sedens, non monstrum fabulosum. Nessus, Deianirae, Herculis uxoris, quam vehebat, stuprandae cupidus, (nam eam, & Hylam ex ea natum secum adduxerat) equi celeritate fretus in ulteriorem ripam transvectae vim inferre conatus fuit. Id animadvertens Hercules Nessum procul (per amnis enim interventum cominus congredi nequibat) sagitta confixit. *Qui ubi sensit vim veneni, in se grassantis sentire coepit.* Hercule in trajectu fluminis occupato, Deianirae persuasit, amatorium virus suo cruori inesse: fore, ut si eo sanguine, quo Herculis sagitta esset illita, interior inungeretur tunica, quando eam maritus induisset, nullam esset amplius, praeter ipsam, puellam amaturus. Credidit homini Deianira, quippe quae Herculem deamabat, & nihil mali etiam suspicabatur. Inscia fraudis puella, priusquam maritus adesset, monstratam opem comparavit. Sed haec ad praesens institutum nihil pertinent. At juxta Calydonem amnis hic Evenus est, de quo diximus, circa illam collem Taphrossum esse, testatur Strabo Geograph. libro nono, quem Plinius Taphiassum vocat. Centaurorum sepulchrum monstrabatur olim: è quorum tabo dirus odor sub radicibus montis exhalabatur. Ab eo odore gentes accolas, Ozolas dici. Scholiastes Homeri Iliad. 2. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Λοκροὶ ἐπικαλούμενοι Ὀζόλαι περὶ τὴν Αἰτωλίαν, ἐπὶ τὰ ἕτερα πλευρᾶς οἰκοῦντες κατὰ τὸ Κρισσαῖον πεδίον, κεκλημένοι οὕτως ἀπὸ τοῦ αὐτόθι ῥέοντος Ὄζοντος ποταμοῦ, ὃν ἐποιήσαντο οἱ ἰχῶρες δυσώδη τοῦ κενταύρου τοῦ ὑπ' Ἡρακλέους τρωθέντος, ὁπηνίκα διάγων Δηϊάνειραν, τὴν Οἰνέως κατὰ τὸν Εὐήνου ποταμὸν ἐπεχείρει βιάζεσθαι. ἢ ὅτι εἰσὶν αἰγονόμοι καὶ τὰς δορὰς τῶν βοσκημάτων δυσώδεις οὔσας, καὶ ἀβυρσεύτους ἀμφιέννυνται. Id est. *Sunt autem & alii Locrenses, qui cognominantur Ozolae, circa Aetoliam, ad alterum latus degentes, juxta campum Crissaeum (à quo sinus Crissaeus dictus est,) qui ita appellati sunt, quod illic fluat tetri odoris amnis, quem sanies ac cruor dirus Centauri, ab Hercule ibi vulnerati, ac caesi, fecit. Cum illac traduceret Deianiram Oenei filiam, per flumen Evenum, puellae conatus is fuit vim offerre. Sive quod ibi caprarii sint, qui pellibus pecorum crudis, ac tetri odoris vestiuntur:* Jam vero sunt, qui legunt, *Nesis* hoc loco. Est autem *Nesis* insula Campaniae. Plinius lib. XIX. cap. 8. *Nam quod in Neside Campaniae insula fonte nascitur, longe optimum existimatur.* Loquitur de quodam herbae genere. De hac agit hic haud dubie poëta, quod statim Typhonis, sub Inarime conditi inferat mentionem. HORTENS. *Nesis* Mic. recte, non *Nessus*. PULM. *Nessus* Mscr. quatuor, minus probe. *Nesis* Campaniae insula. Plin. L. XIX. c. 8. BERSM. *Nesis* recte etiam legunt Beroaldus, & Ascensius; & ante omnes Scholiastes: atque ita vel *Nessis* habent septem vetustiores ex nostris. *Nexus* pessime Ed. Venet. Amst. MS. *Me-*

sis

Inde labant populi, coeloque paratior unda
Omne pati virus, duravit viscera coeno.
Jam riget [a] atra cutis, distentaque [b] lumina rumpit:
Igneaque in vultus, & sacro fervida morbo
Pestis [c] abit, fessumque caput se ferre recusat.
Jam magis atque magis praeceps agit omnia fatum:
Nec medii dirimunt morbi vitamque, necemque:
[d] Sed [e] languor cum morte venit, turbaque [f] cadentum
[g] Aucta lues, dum [h] mixta [i] jacent incondita vivis
Corpora: [k] nam miseros [l] ultra tentoria cives
Spargere funus erat. tamen hos minuêre labores
A tergo pelagus, pulsusque Aquilonibus aër,
Litoraque, & plenae peregrina messe carinae.

At liber

VARIAE LECTIONES.

a *arcta* B. 1. b *viscera* Marp. c *habet* R. pr. a m. pr. V. sec. pro var. lect. d *Et* V. 1. e *langor* MSS. & Edd. qdd. f *peremptum* VV. LL. Steph. g *acta* B. 1. H. h *mesta* A. i *manent* VV. LL. Steph. P. 1. Edd. Rom. Parm. k *dum* P. 1. *jam* Edd. Ven. Br. Med. l *extra* B. 2. H.

sis quid etiam sit, nisi vitium typothetarum in Ed. Haer. Gryph., nescio. Consule Barthium ad Statium Silv. L. II, 276.

- - - - inde malignum
Aëra respirat pelago circumflua Nesis.

Nessus Edd. primae quoque & Ald. Col. Steph. aliique.

91 EMITTIT STYGIUM] i. e. pestiferum. Al. *Egerit Elysium.* SCHOL. Vide Cerdam ad Virgil. Georg. L. III, 551.

Saevit & in lucem Stygiis emissa tenebris.

Ubi a vs. 500. de simili peste Virgilium lege, & Commentarios.

92 LETIFERI] Sive quod ipse ferat (*fecerat* Voss. 1.) mortem, sive quod aliis inferat, cum evomit, morbos. in ipsa enim insula Typho unus ex Gigantibus premitur, qui, dum se vertit in aliam partem, perhibetur anhelare, & ignem spirare. SCHOL.

93 INDE] A corruptione aëris pereunt. IDEM.

93 COELOQUE PARATIOR UNDA] i. e. quod facilius aqua ad se morbi contagionem trahat, quam aër. Est ergo paratior, quam coelum. primo aër corrumpitur, deinde aqua, postea terra. IDEM.

94 DURAVIT] i. hominum membra constrinxit. IDEM.

95 SACRO] Est enim morbi genus, quem *ignem sacrum* dicunt, vel *sacro* i. e. exsecrabili per antiphrasin. IDEM.

98 PRAECEPS AGIT OMNIA FATUM] i. e. fatum omnia facit jam praecipitanter, nullas habet moras, sed, statim ac morbus venit, mors comitatur. Silius L. VII, 232.

An nondum praeceps vicinaque fata videtis.

Praeceps festinatio. Vellejo L. 1, 16.

99 MEDII] i. e. nullum intervallum est aegritudinis inter vitam, & mortem, sed ut coeperint languere, mox pereunt. SCHOL.

103 SPARGERE] Civibus, inquit, occisis hoc pro sepultura erat, ut eos extra tentoria ejicerent. Ex his ergo cadaveribus lues major increvit. IDEM.

104 AQUILONIBUS] Sicut Auster ventus morbos, & pestilentiam adducit, ita Aquilo repellit: quia prominens Aquilo minus gravescit, quam ceteri. Abegit ergo ex parte morbos vicinum mare, & flatus Aquilonis. IDEM.

105 PEREGRINA] Adventitia frumenta dicit; nam quae ibi nata, pestis corrupit. IDEM.

106 LIBER] De Caesarianis dicit, quod famem patiuntur, cum ipsi liberi sint extra aggerem constituti. Haec cura, quam dixi, abstrahebat Pompejum à pugna, sed Caesarem fames, & non ista; *at* &c. IDEM.

107 UNDIS] Exercitus Pompeji laborans malam aquam habebat. Caesaris vero milites famem sustinebant. IDEM.

109 SURGENTIBUS] Mscr. *turgentibus.* Virgil.

At liber terrae spatiosis collibus hostis
Aëre non pigro, nec inertibus angitur undis:
Sed patitur saevam, veluti circumdatus arta
Obsidione, famem. nondum [a] turgentibus altam
In segetem culmis, cernit miserabile vulgus
In pecudum cecidisse cibos, & [b] carpere dumos,
Et [c] foliis spoliare nemus, [d] letumque minantes,
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas:
Quae mollire [e] queunt flamma, quae frangere morsu,
Quaeque per abrasas utero demittere fauces,
Plurimaque, humanis [f] ante hoc incognita mensis,
[g] Diripiens miles, saturum tamen obsidet hostem.
Ut [h] primum libuit [i] ruptis evadere claustris

Pompejo,

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *surgentibus*. b *corpore* V. 1. c vulgo *morsu*. d *fatumque* Ox. pr. e *queant* B. 1. Edd. Ven. Br. Med. *queat* Hort. M. f *antehac* vulgo. g *deripiens* V. 1. h *libuit prim.* Reg. 1. *licuit* Voss. 1. a m. pr. i *raptis* Bersm. 2. *vastis* Voss. 1. *rupis* Ed. Ven.

- - - - - *& cum*
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

BERSM. Praeter quinque Pulm. *turgentibus* etiam legas in Voss. sec. tert. a m. pr. & quinto, Wittiano, Regio sec. Hulst. Oxon. uno, & meo. Praeferunt id quoque Cl. J. Wasse, ut amicissime indicavit mihi, & N. Heinsius ad Claudian. in Epithal. Honor. 94.

- - - - *Panchaïa turgent*
Cinnama.

ut & Celeb. Burm. ad Valer. Flacc. L. II, 464. Sidon. Apollin. 6. XXII, 173.

Quanta Leontino turgescit messis acervo.

turgere in altam segetem est spicas fundere. Si quis tamen praefracte *surgere*, quia melius convenire videtur *τῷ altum*, retinere velit, frui illi suo judicio licet. Retinent certe *surgere* praeter alios Codices optimi Regius, & Vossianus primi. L. VII, 851.

Quae seges infecta surget non decolor herba.

& passim *surgere* non tantum de herba, & gramine, sed & de frumenti spicis dicitur. Videatur Cerda ad Virgilii Georg. I, 161.

Quis sine nec potuere seri, nec surgere messes.

& ad L. IV, 12.

Surgentis adverat herbas.

111 CECIDISSE] i. ut herba pascerentur (*herbam pascerent* Voss. 1.) in terram proni, ut ait Sallustius. *letum minantes* est venena portantes. SCHOL.

112 FOLIIS SPOLIARE NEMUS] Restitui veram Lucano lectionem, ex quatuor Pulm. 1. Bersm. & novem meis MSS. & Cantabr. ac Edd. Veneta, Sulpit. Ascens. Versell. Mic. Hortens. aliorumque. Vulgo *morsu* scribebatur. at statim sequitur *morsu*. quod hic ex glossa intrusum est, ut clare est pro glossa in Wittiano. Et quis absurditatem vocis *morsu* non videt? An folia, & ramos ab arboribus milites deripere debebant dentibus? Ergone illis instrumenta avellendi deerant? Non sane.

115 DEMITTERE] Sic recte multi edidere priores cum Aldo, Colin. Steph. & multis MSS. sollemni perturbatione *dimittere*: Meliores tamen *demittere*. Vide Drakenb. ad Silium Lib. VIII, 655. ubi *de* etiam probat. Consule notata ad L. III, 426.

115 FAUCES] Veterrimi Regius pr. & Voss. prim. *cautes* & Scholiastes dicens, *fauces* macie contritas, vel *cautes* contritas, tonsas. ut intelligantur herbae enascentes ex cautibus, quas abraserunt. sed quid erit *per cautes*? Quare satius est retinere *fauces* rigidas.

116 ANTE HAC] Msc. duo *hoc* scilicet tempus. BERSM. *Ante hoc* est etiam in tribus Pulm. Vossianis quatuor antiquioribus, Regio primo, Wittiano, Oxon. primo, & Amstel. ac Edd. Micylli, Hortensii & Paris. 1512. *Ante haec* meus Cod. Edd. Rom. & Parm. *Ante hoc* rectum est.

117 HOSTEM] Pompejanum militem, omnibus frugibus abundantem. SCHOL.

Pompejo, cunctasque sibi permittere terras:
Non obscura petit latebrosae tempora noctis,
Et raptum furto, soceri cessantibus armis,
Dedignatur iter: [a] latis exire ruinis
Quaerit, & [b] inpulsu turres confringere valli,
Perque [c] omnes gladios, & [d] qua via [e] caede paranda est.
Opportuna tamen valli pars visa propinqui,

Quam

VARIAE LECTIONES.

a *laxis* meus. a m. pr. b vulgo *inpulso vallo.* c *omnis* Reg. pr. d *quia* V. 1. e deest in A.

118 CLAUSTRIS] Msti duo Bersm. Vossiani tres, & meus cum Edit. Romana principe, & Parmensi *castris.* sed male; qui tamen error sollemnis est. per *claustra* intelligit munitiones Caesaris, quibus tamquam carcere clausus detinebatur Pompejus. vs. 264.

Intra claustra piger dilato Marte quievit:

ubi eodem modo variatur. L. x, 445. de Caesare aulae Ptolemaicae incluso,

Sic fremit in parvis fera nobilis abdita claustris:

quod cum Ill. Heinsio in *clathris* non mutandum esse, suo loco probabimus.

119 PERMITTERE TERRAS] i. e. concedere sibi ad evagandum. Non male quidem; sed vide, lector, num elegantius scribatur in Vossiano, & Ed. Parmensi *promittere*, sive certam spem evagandi, & ex his claustris exeundi concipere. Sic Lib. II, 321.

Hunc quoque totius sibi jus promittere mundi,
Non bene compertum est.

Ovidius L. xi. Metam. 576.

- - *reditusque sibi promittit inanes.*

& vs. 662.

121 RAPTUM] i. e. ut latenter exeat, Caesare nesciente. SCHOL.

123 INPULSO VALLO] Msc. *impulsi valli.* alt. duo *impulsu valli.* BERSM. Veterrimus Voss. primus *inpulsi valli.* Sed Regius uterque, & Codex Amplissimi Viri J. Wittii cum Oxon. pr. *inpulsu valli;* recte. ut *inpulsu* absolute ponatur pro crebra oppugnationis vi, & impetu. Statius L. v. Theb. 409.

- - - *quatiunt inpulsibus illi*
Nunc freta, nunc muros.

L. IX, 145.

- - - - *non illum inpacta moverent*
Tormenta oppositum, formidatique superbis
Turribus inpulsus tentato umbone redissent.

inpulsus ventorum supra L. III, 466. *umbonis inpulsus* Prudentius in Psychom. 256.

126 QUAM MINUCI] Castellum Minuci vocat, à Minucio, qui custodiae hujus propugnaculi praefectus fuerat à Caesare. Id quod ex Appiano cognoscitur, qui, *Vallum*, inquit, *insuper tutati sunt, Minucio, qui custodiae praefuerat, quamplurima tolerante. Ferunt quippe clypeo ejus viginti supra centum inhaesisse sagittas, corpusque ejus sex vulneribus transfixum patuisse.* OMNIBON. *Castella Numici.* Sive à conditore sic appellata sunt, sive à fluvio ejusdem nominis, cujus est ille in Latio, in quo producitur penultima. SULPIT. Habet autem nomen *Minucii* (sive *Minutii* scribendum est) U breve in antepenultima, ut & aliorum testimoniis probatur. Silius libro septimo:

Nec mora disjecto Minuti vaecordia vallo &c.

Et rursum eodem libro:

Si factis nondum Minuti te, cauta probare,
Erudiit fortuna meis &c.

MICYLL. *Qua Mimici.* Qua parte castellum Mimitii Pompejanos invitabat ad tentandum iter. *Mimici*, pro *Mimitii.* Eo nomine is fuit dictus, qui ei castello praefectus erat, quod Pompejus oppugnavit. Appianus. *Qui vallum*, inquit, *insuper tutati sunt, Mimitio, qui custodiae praefuerat, plurima tolerante. Hujus clypeo ajunt* CXX. *sagittas inhaesisse, corpusque ejus sex vulneribus transfixum.* Quem Appianus *Mimitium*, cum Caesar *Scaevam* vocat, & item Lucius Florus. Sed Caesar CCXXX. foramina in ejus clypeo inventa fuisse scriptum reliquit, nisi idem *Mimitius Scaeva* dictus fuerit. *Mimici* aut *Mimiti* legendum est, non *Numici.* Nam praeterquam quod in illo penultima contrahitur, ipse etiam castelli praefectus significatur. *Mimici* pro *Mimitii* apocope. In *Numici*, penultima producitur. Quid praeterea affinitatis habet stagni nomen in Italia, cum castello ad Dyrrachium. HORTENS. *Numici.* Sive à conditore, sive à stagno, seu fluvio ejusdem nominis in Italia,

Quam Minucî castella vocant, & confraga densis
Arboribus dumeta [a] tegunt, [b] huc pulvere nullo
Proditus agmen agit, subitusque [c] ad moenia venit.
Tot simul [d] è campis Latiae [e] fulsere volucres:
Tot cecinêre tubae. ne quid victoria ferro
Deberet, pavor adtonitos confecerat hostes.
Quod solum valuit virtus, jacuère peremti,

Debue-

Variae Lectiones.

a *tenent* supr. *tegunt* Reg. pr. *cadunt* Steph. VV. LL. b *hic* Voss. quatuor, Witt. *hinc* Noster & Amst. c *In m.* Voss. pr. tert. Witt. d *in c.* Bersm. 1. Edd. Ven. Br. Med. aliaeque. deest in V. 1. e *fluxere* meus, Hulst. aliique.

lia, repugnante quantitate penultimae. Omnibonus Castella *Minuci* vocat à *Minucio* illius custodiae praefecto. alii *Mimici* seu *Mimi.i.* alt. *Minici.* alt. *Munici.* Silius:

Nec mora disjecto Minuti vaecordia vallo.

BERSM. *Quam Minuti castella vocant.* Minutii cujusdam in hac historia meminit Appianus. Si id nomen rectum est, fecit & hic in secunda systolen Lucanus. Ita enim peccata poetarum solemus ὑποκορίζεσθαι. At MS. P. & T. *Numici* habent. GROT. ex Ed. tertia. Vario modo, ut vides, lector, se in hoc nomine torserunt Interpretes, quibus accedat Ascensius, cui etiam licenter videtur secunda correpta esse in *Minuci.* In editione tamen Omniboni lectionem sequitur cum Aldo, Colineo, Stephano, & Pulmanno. reliquae edd. habent vel *Minuci*, vel *Numici*, vel *Mimici*, ut voluit Hortensius, vel *Minuti*, ut dedit Grotius, & dein reliqui. *Minici*, *Numici*, *Munici* est in scriptis. *Meneti* Voss. quart. Sed unice verum est *Minuti*: ut clare habet Amplissimi Viri Hulstii codex, veterrimus Voss. prim. & Oxon. pr. ac scribendum docuit Omnibonus ex Appiani Lib. 11. Belli Civilis p. m. 763. ubi ille *Minucio* illius castelli praefecto sive, quod verius videtur, exstructori primo etiam tribuit id, qnod alii Scaevae soli. In vitiosam editionem incidisse debuit Hortensius: quod vult ex Appiano probare, *Mimicium* fuisse. Errat autem Vir summus Grotius, quod in *Minuci* secunda syllaba corripienda Lucanum putaverit adhibuisse systolen: nam per se brevis est, ut ostendit recte Micyllus. Immo contra, si *Numici* legeretur, quantitas syllabae repugnaret. Sive enim pro stagno, sive pro gentilitio nomine sumatur *Numicius*, constanter secunda syllaba producitur. Porro non *Minuti*, sed *Minuci* ex nummis, aliisque monumentis scribendum esse, docent Torrentius ad Horatium L. 1. Epist. 18, 20.

Brundisium Minucî melius via ducat, an Appi.

& Doct. Drakenborch. ad Silium L. VII, 386, 523. quibus locis itidem in scriptis *Numici*, & *Minici* invenias, uti & in aliis. Nec mirum, quod *Minucii* nomen abierit in *Minicii*, cum etiam posterioribus temporibus passim haec eadem, vel alia gens dicta sit *Minicia* aeque ac *Minucia.* Vide inscriptiones. Factum id scilicet eadem ratione, qua *maxumus optumus*, *inclutus* &c. deinde per *i* scribi coeperunt. Quis autem hic *Minucius* fuerit, incertum. Non absurde conjicit Glandorpius in Onomastico fuisse L. Minucium Basilium, legatum sub Caesare in Gallia. Verum tum non potuit fuisse custos hujus castelli. Centurionum, non Legatorum hoc erat munus. Ceterum pro *quam* in Vossiano pr. & tert. est *qua*, uti ediderunt Ascensius, Micyll. Hortens. & alii. *quae* Beroaldus. pro *vocant* in pr. sec. & tert. Voss. *vacant* cum glossa in primo, *scilicet à militibus.* quae lectio plane non spernenda videtur. Nihil temere tamen muto. Solet autem per *vocant* describere loci nomen. Sic Lib. IV, 590.

Antaei quae regna vocat non vana vetustas.

Hoc libro vs. 16.

Quemque vocat collem Taulantius incola Petram
Insedit castris.

126 CONFRAGA] Inter Scholiastae verba in Vossiano primo haec legas. *Confraga, aspera, & fragosa. Hac via quaerit exire. Confraga sunt loca, in quibus undique venti concurrunt; ut* Nevius *ait.* In montes ubi venti frangebant. Quae verba desumpta sunt ex Isidoro L. XIV. c. 8. sed illic vocantur illa loca *confrages.* apud Festum vero *Conflages.* Forsan autem rectius apud nostrum Nevii citatur locus, quam apud Isidorum. ubi habetur *frangebant locum.* Venti enim in montes potius *frangi*, vel *frangere* se (hoc quippe notat neutrale *frangere.* Vide ad Lib. 1, 103.) dicuntur, quam *frangere*

Debuerant quo stare loco: qui vulnera ferrent,
Jam deerant, [a] & nimbus agens tot tela peribat.
[b] Tum piceos [c] volvunt [d] inmissae [e] lampadis ignes:
[f] Tum [g] quassae nutant turres, [h] lapsumque minantur.
Roboris inpacti crebros gemit agger ad ictus.
Jam Pompejanae celsi super ardua valli

Exierant

Variae Lectiones.

a vulgo *nimbusque ferens.* b *tunc* B. 1. Voss. 2. & Edd. quaedd. c *volvit* V. 1. d *emissae* B. 2. Voss. 3. vide ad L. IV, 765. *immensae* V. tert. e *lampades* Amst. & V. 1. pro var. lect. f *Tunc* B. 1. V. 2. Amst. g *cassae* V. 1. h *lapsusque* Ed. Mic. & Hort. M.

gere loca. Hinc noster L. IX, 450. *Non montibus Austrum Adversis frangit Libye.* Claudian. B. Gild. 522.

Obvia dimitti fracturum flamina collem.

127 Volucres] Accipimus aquilas, quae feruntur in pilis. SCHOL.

130 Tubae. ne &c.] Nihil temere contra Mstorum fidem mutare velim. sed melius haec cohaerebunt, si legamus *tubae, ut, ne &c. confecerit hostes.*

132 Jacuere] Prima virtus est acceptum locum tueri; secunda, eumdem locum etiam corpore possidere prostrato; ut ait Sallustius. *Quem quisque locum vivus pugnando ceperat* (MS. *pugnandi acceperat.*) *eum amissa anima corpore tegebat.* Isti ergo hoc solum fortiter fecerunt, quod in eo loco ceciderunt; ubi stare debuerant; hoc est, quod fugati non sunt. SCHOL. Ubi notanda in Sallustii verbis vox *vivus* adesse, quam Doctissimus recens Editor Cortius, unico Codice, cum innumeri alii id servent, & Flori imitatione motus ejecit. Cl. tamen Dukerus adfirmavit mihi, se quoque Sallustii vidisse Cod., in quo non reperiebatur ea vox. Sequentia autem nostri verba adumbravit Valerius Flaccus L. III, 105. *Quo steteris, moriere loco:* ut ibi monuit Vir sine honoris praefatione mihi non nominandus, Celeb. Burmannus. Ceterum post *ferrent* additur in Reg. primo, sed subductus linea versus ab hoc loco alienus *Imposuere caput, neque erant qui vulnera tanta.*

134 Nimbus] Densitatem telorum *nimbum* nominat. SCHOL.

134 Nimbusque ferens] Msc. *& nimbus agens.* non inscite. BERSM. Immo elegantissime, & vere. Id comprobant, praeter MSS. duo Pulmanni, vetustissimi Vossiani tres, Wittianus, Hulstianus, aliique à N. Heinsio collati, teste Cel. Burmanno, ita quoque legente ad Valerium Flacc. L. II, 179. ubi multa collegit de hoc sensu vocis *agere*; & nos quaedam ad lib. III, 494. Adde Virgil. L. IX. Aen. 706. Stat. VI. Theb. 360. utrumque *agere*, & *ferre* jungit noster L. IX, 472.

Pilaque contorsit violento spiritus actu,
Intentusque tulit magni per inania coeli.

Male itaque à Viris doctis rejecti sunt Sulpitius, Ascensius, & Versellanus, qui jam olim *& nimbus agens* ediderunt. Praecessit quoque *ferrent.*

134 Peribat] Quippe deerant, qui vulnus exciperent, omnibus interemptis. SCHOL.

137 Gemit] Msc. *vomit*, scilicet terram, & saxa. BERSM. *Vomit* etiam non inepte habent Reg. pr. & Vossiani pr. sec. qu. & quintus. Sed quatuor prioribus suprascriptum est *gemit. tremit* Voss. tert. à manu sec. *ruit* Voss. sextus. Nihil tamen muto. Eleganter à poëtis *gemere* dicuntur saxa, aliaque, quae pulsata edunt sonum. Vide Heinsium, & Burmann. ad Ovidii L. XIV. Metam. 739.

Ista pedum motu trepidantum ut multa gementem
Visa dedisse sonum est.

& Bentlej. ad Horat. L. III. O. 27. 23. Ad nostri verba propius accedit Silius L. III, 643.

Dat gemitum putris resoluto pondere moles.

Mugitum idem dicit L. I, 370. De armis pulsatis L. II, 245. de armamentis navium à vento quassatis Horat. L. I. O. 14, 5. & Plinius L. IX. Epist. 26.

139 Patebant] Hoc est, pristinum imperium receperunt, ut regnarent in orbe toto, quod perdiderant nuper inclusi. SCHOL. *Petebant.* Msc. quatuor & lib. aliquot *patebant.* q. d. quod liber obsidione Pompejus vagari potuerit per mundum. BERSM. MSS. omnes *patebant.* ut sensus sit; jam aditus erat ad libertatem. GROT. De veritate hujus lectionis *patebant* minime dubitandum est: cum ita habeant omnes à viris doctis, & me inspecti Codices, veteresque editiones. in Voss. sec. pro var. lect. est *tenebant. petebant* prius comparet in ed. Gryphii, & deinde Hortensii. At illic typothetarum esse erratum, patet ex ejus interpretatione.

Exierant Aquilae: jam mundi [a] jura patebant.
Quem non mille simul [b] turmis, [c] nec Caesare toto
Auferret Fortuna locum, victoribus unus
Eripuit, vetuitque [d] capi: seque arma tenente,
Ac nondum strato, Magnum vicisse negavit.
Scaeva viro nomen: castrorum [e] in plebe merebat

Ante

VARIAE LECTIONES.

a *rura* Pulm. 1. vulgo *petebant*. b *turbis* Marp. c *non* Amst. d *rapi* V. 1. e *in* deest in V. 1.

tatione. Idque vidisse etiam Pulmannus videtur. Iterata enim editione *patebant* exhibuit. Veterem itaque restitui lectionem. Non vero placet mihi Grotii explicatio. *Jam aditus erat ad libertatem.* Melior ceterorum Interpretum, quos Bersmannus sequitur, sententia; Pompejum aggere occupato jam potuisse vagari, quo vellet. Sed placet mihi omnium optime Hortensius, dicens, *jam stetisse mundum, sub utrius imperio esset futurus*; atque adeo commune, & neutri interclusum fuisse jus ejus. sic enim melius, & propius ad verba exponas. *patere* enim est in communi esse, omnium usui cedere. Ovidius L. II. Met. 283. *Commoda plebi Nostra patent.* Noster L. VIII, 400. *thalamique patent secreta nefandi Inter mille nurus.* & sic *patere* dicitur meretrix, quae se dat aliis. Mela L. I. c. 8. *Omnium stupro patent.* & passim poëtae; etiam Graeci. Theocritus Idyll. XIV, 48.

Λύκῳ ϗ νυκτὸς ἀνῷκται.

quod non intellexit ibi Scholiastes. Nec tantum de illis, sed & Diis, hominibusque propitiis, & in nos pronis. Propertius L. IV, 774. Ovid. Met. II, 283. & sexcenta sunt his similia. Ad rem Livius Lib. I. c. 40. *Non modo advenis, sed servis etiam regnum Romae pateret. Jura mundi* hoc sensu Lib. II, 321.

Hunc quoque totius sibi jus promittere mundi,
Non bene compertum est.

si quis tamen Bersmanni, & vulgariori sententiae satis probae malit accedere, nequaquam refragabor. Huc facit etiam Silius Ital. L. IX, 556.

Ut patuit liber Superûm certamine tandem,
Laxatusque Deo campus.

Cicero in Verrem L. V. c. 65. *jam omnes provincias, jam omnia regna, jam omnes liberas civitates, jam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, civibus Romanis ista defensione praecluseris.* supra L. I, 465.

- - - *apertus gentibus orbis.*

ubi vide. infra Lib. VIII, 563. *Magnoque patere Fingens regna Phari.*

140 CAESARE TOTO] Hoc demum intelligitur, si *toto Pompejo* legeretur, nihil illum proficere potuisse adversum Scaevam. Caesar enim Scaevae nihil eripere voluit. quippe qui pro eo pugnabat. Unde quidam cum conditione loquutum poëtam volunt, videlicet tam fortiter pugnasse Scaevam, ut etiam ipsius dux Caesar, Pompejo multo acrior, si contra Scaevam tetendisset, nihil contra eum omnibus copiis efficere potuisset. Ut sit speciosa comparatio. GLAREAN. Non videtur Glareanus sensum Lucani percepisse, qui simpliciter ait, ut recte hoc loco Scholiastes. *si ipse Caesar cum suo adesset exercitu, & ipsum locum conaretur auferre, non posset.* Innuit enim Lucanus, Scaevam solum eripuisse victoribus locum, quem Fortuna Caesari favens iis non abstulisset (jam enim tenebant eum) licet mille turmae, & ipse Caesar cum totis viribus (sic L. V, 741. *Totus adest in proelia Caesar*) illum eripere Pompejanis tentasset, si absfuisset tam fortis vir Scaeva, qui solus erat omnia.

144 SCAEVA] De hujus autem Scaevae nomine, mirum est, tantum apud auctores variatum, ut alii *M. Scaevam*, quemadmodum Valerius Maximus Lib. III. cap. 2. alii *Mimitium*, ut Omnibonus ex Appiano: alii *Numicium*, ut Sulpitius ex nescio quo auctore dictum tradunt. Neque id convenit, vixeritne post hanc pugnam. *Subducto jam Marte tuis*, inquit Lucanus, quod Sulpitius exponit, id est, moreris; cum Caesar dicat, eum ab se donatum ducentis millibus aeris: & ab octavis ordinibus, ad primipilum traductum. GLAREAN. Quod hic dicit Glareanus de Omnibono, & Sulpitio, falsum est: neque ita Scaevam appellatum fuisse ex Appiano, credere potuerunt, cum diserte Appianus *Scaevae*, & *Minucii* ut diversorum hominum mentionem faciat, & duobus tribuat, quod alii uni. V. p. m. 762. L. II. de B. Civ. De Scaeva plura vide apud Plutarch. in Caes. Valer. Maxim. Suetonium, aliosque, & ipsum Caesarem in B. Civ. & ad ea loca, hic jam à viris doctis adducta, Commentarios, & nos ad V. 250.

Ante feras Rhodani gentes. [a] ibi sanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.
Pronus ad omne nefas, & qui nesciret, in armis
Quam magnum virtus crimen civilibus esset.
Hic, ubi quaerentes socios jam Marte relicto
Tuta fugae cernit; Quo vos [b] pavor, inquit, [c] abegit
Inpius, & cunctis ignotus Caesaris armis?

(O famuli

VARIAE LECTIONES.

a *ubi* B. 1. Ox. 1. Edd. Ven. Br. Med. Gryph. aliique, male. b *furor* Marp. c *adegit* Amst.

144 MEREBAT] i. e. militabat, ut ait Cicero. *Meruisses vero in eo bello, quod tum pop. Rom.* i. e. militasses. Ante ergo Scaeva gregarius miles, factus est centurio in bello Gallico. SCHOL.

145 ANTE FERAS GENTES] Exponunt hoc Scholia *ante bellum Gallicum.* quomodo etiam vel non multum diverse ceteri Interpretes: & recte quidem ad sensum. sed an haec verba id significent dubito vehementer; nisi brevissime Lucanus posuerit pro *antequam merebat contra Gallos*, fera bella moventes. ut L. II, 138. *Samnis Ultra Caudinas spiravit vulnera Furcas* i. e. ultra, majora, quam apud Furcas Caudinas. Inf. vs. 551. *Ante feras volucresque sedat*, pro antequam ferae, & volucres. Adde L. II, 633. VIII, 531. & ad L. V, 474. Humanissimus, & Doctissimus G. Waddel, Scoto Britannus, conjiciebat *in gentes.* i. e. antea merebat, ut gregarius miles, contra Gallos. Alia via hunc locum explicandum esse, existimabat eruditissimus Vir H. Kannegieter, post *merebat* ponens plenam distinctionem. Cetera sic exponit, variisque rationibus per epistolas ad me datas evincere conatur. *Ante feras Rhodani gentes gerit vitem.* 1. Centurio fuit in legione ex gentibus Gallorum conscripta, quae *Alauda* vocabatur. Sueton. Caes. c. 24. *Longo ordine* dicit, quod Scaevam, octavorum ordinum inter pilanos in oppugnatione hujus castelli ductorem (Vide Caes. B. C. III. c. 53.) centuriae quinquaginta tres in legionis agmine, vel acie sequebantur ex calculo, quem ponit Dionys. Lib. IX. p. 567. Ed. Lips. Pilanos autem in agmine, atque acie ex Caesaris militia primos fuisse, docet Salmas. de Mil. Rom. c. 2. *ubi*, vel *ibi* i. e. in gente illa, seu legione ex istis populis conscripta. *Sanguine multo* i. e. caedibus multis, Petron. c. 122. *sanguine Germano.* Quantam autem stragem ediderit in litore Britanniae, ubi centurionatum meruit, tradit Valer. III, 2, 23. *Ubi quinque millium diurno proelio suffectura tela* &c. vel *ubi* erit *postquam.* i. e. postquam sanguine multo promotus est: nempe ex plebe castrorum, atque ex aliis ordinibus ad alios, gerit vitem &c. Haec vir Doctiss. Lectori judicium relinquo.

146 LATIAM GERIT VITEM] Centurio est. Vitis enim est insigne Centurionum, qua solebant interdum percutere milites. Juvenalis:

Nodosam posthaec frangebat vertice vitem.

Sic etiam Marcus Jureconsultus, ubi scribit de re militari, docet. Silius libro VI, 42.

\- - - - *Levinus ab alta*
Priverno vitis Latiae praesignis honore.

SULPIT. Et Martialis libro decimo:

Vare, Paraetonias Latia modo vite per urbes
Nobilis, & centum dux memorande viris.

Plinius quoque de vitibus scribens libr. XIV. cap. 1. *Quid*, inquit, *quod insertae castris summam rerum, imperiumque continent? Centurioni in manu vitis, & opimo praemio tardos ordines ad lentas (laetas) perducit aquilas, atque etiam in delictis poenam honorat &c.* Quo loco illud obiter notandum, quod poenam in delictis honorari Plinius ait, quoniam Centuriones solebant eadem vite, quam gestabant, tanquam virgis lictores, in caedendis militibus uti. Hinc & Lucilius ille, de quo Tacitus meminit libro primo: *Cedo alteram, militaribus facetiis dictus fuit, quod fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus alteram poscere solebat*, ut idem Tacitus ait. MICYLL. Adde VV. DD. Comm. ad Silium XII, 394. *Latiaeque superbum Vitis.*

147 AD OMNE] Msc. *in omne.* BERSM. *In omne* habet quoque Oxon. pr. Sic Lib. II, 453. *Pronior in magnum.* V, 154. *In ferrum mens prona viris.* 290. *In bellum pronus.* VII, 245. *In ferrum rabies promptissima.* Sed & alterum aeque Latinum est. quare cum longe plurimis MSS. retineo. sequitur hoc eodem versu τ' *in.*

148 CRIMEN] i. e. qui nesciebat, crimen magnum esse, si in bello civili fortissimus probaretur. SCHOL.

(O famuli[a] *turpes*[b] *servum*[c] *pecus, absque cruore)*
Terga datis morti? cumulo[d] vos deesse virorum
[e] Non pudet, & bustis, interque cadavera quaeri?
Non ira saltem [f] juvenes, pietate remota,
Stabitis? [g] è cunctis, per quos [h] erumperet hostis,
Nos sumus electi. non parvo sanguine Magni
[i] Ista dies ierit. peterem felicior umbras

VARIAE LECTIONES.

a *tristes* Ed. Ascens. b *saevum* meus, Amst. c *pectus* Amst. d *non* B. 1. *ne* R. 1. deest in V. 1. e *num* Pulm. 1. f *O juvenes* B. 1. g *ex* Edd. Asc. Mic. Hort. aliique. h *irrumperet* Ox. pr. a m. pr. i *iste* V. tert.

150 TUTA FUGAE] i. e. postquam eos videt deseruisse pugnam, & fugae tuta captare. SCHOL.

152 O FAMULI TURPES &c.] Hic versus in MSS. desideratur. BERSM. Hic versus etiam non legitur in Vossianis primo, & secundo, neque in Regio primo, nec Edd. Rom. & Parm. in Vossianis tertio, & Wittiano recenti manu ad marginem, & in Vossiano quarto inter lineas adjectus est. In Amstelaedamensi ponitur post sequentem. Unde clare apparet, versum hunc esse suppositiitium; & certe plane est otiosus, languens, neque Latinus. Quae enim differentia inter *famulos turpes*, & *servum pecus?* & cur *famulos*, & *servos* appellat? Sed haec conflata sunt partim ex nostro Lib. II, 274.

O famuli turpes, domini post fata prioris &c.

ubi recte *famuli* vocantur respectu *domini*. partim ex notissimo illo Horatii versu, *O imitatores, servum pecus.* deinde nullus Latinorum praepositione *absque* tunc temporis utebatur; si excipias Comicos: apud quos tamen non directe notat *sine*; sed modo exceptionem quamdam. Vide Vorstium de Latin. merito suspecta c. 9. ubi ex hoc solo loco Lucanum tamen ita locutum esse observat: sed frustra, uti vidimus.

153 TERGA DATIS MORTI?] In scriptis, & editis quibusdam haec habentur sine interrogationis nota, ut sit sensus. O juvenes timidi, quare, & quo fugitis? an ad mortem cavendam? frustra hoc agitis. nam hac ipsa fuga terga datis morti; seu quia fugitis, ideo occidimini. sed vulgatam distinctionem praestare docent sequentia. *Dare terga morti* est mortem timere, mortem fugere; & quasi morti succumbere: quod ipsos deberet pudere; cum deceret eos inveniri inter occisos viros, & inter cadavera prono pectore jacentia numerari. Sic apud Senecam in Oed. 86. *fortunae terga dare.* & in Phoeniss. 190. ac apud Silium L. XII, 329 *malis terga dare.* Silius etiam dixit *montibus terga dare* L. III, 507. & *ventis* L. XII, 678. In variantibus Stephani hoc modo distinguitur. *Terga datis? mortis.* In meo *Martis?* ut L. IV, 466. *dare terga bello.* sed male, & sollemni errore librariorum.

154 HAUD BUSTIS] Plerique alii,

Et bustis, interque cadavera quaeri,

legunt. Videndum igitur, num particula *Et*, disjunctive potius, quam copulative exponenda sit, pro *Nec*, vel *Neque*. Ut sit sensus: Non pudet vos deesse numero virorum, nec ad busta potius, & inter corpora eorum, qui pugnando ceciderunt, quaeri, quam turpiter fugere? Est enim haec figura poëtae huic familiaris. Eodemque modo, & superiore libro dixit:

- - - *Non ullo littore surgunt*
Tam validi fluctus, alioque ex orbe voluti
A magno venere mari &c.

pro, *aliove ex orbe*, sive, *neque ex alio &c.* MICYLL. Sulpicius, Ascensius, Versellan. ediderunt *haud bustis.* pro non conquiri ad sepulturam. sed contra Mstos. quare melius & servavit Micyllus: neque tamen hic opus est & pro *nec* capi, ut solet quidem Lucanus, & nos aliquoties monuimus. Posses & *bustis* jungere τῷ *deesse*; ut sit, *cumulo, & bustis virorum*; vel, si mavis mecum, copulare *bustis*, & *inter cadavera*, pro in bustis, & cadaveribus. Sic duo substantiva vario casu juncta Lib. II, 346. *laetorum comitem rebusque secundis Accipis.* Ovid. Ep. v. Her. 15. *super stramen foenoque jacentibus.* Am. II, 10, 13 & passim alii. Vide J. G. Vossium de Constr. c. 66. & Duct. Cortium ad Sallust. B. Cat. c. 33. Jug. c. 7. Aliam etiam lectionem servarunt nobis optimi Codices; nam in duobus veterrimis Vossianis, ut & in quarto, item in Cod. Ampl. Hulsii scribitur *in bustis. e bustis* unus Pulm. ut foret

- - - *cumulo vos deesse virorum*
Non pudet in bustis; interque cadavera quaeri.

i. e. an vos in sepulturis, seu funere virorum for-

Caesaris in vultu. testem hunc Fortuna negavit:
Pompejo laudante cadam. [a] confringite tela
Pectoris [b] incursu, jugulisque [c] retundite ferrum.
Jam longinqua petit pulvis, sonitusque ruinae,
Securasque fragor concussit Caesaris aures.
Vincimus ô socii; veniet. qui [d] vindicet arces,
Dum morimur. Movit tantum vox illa furorem,
Quantum [e] non primo succendunt classica cantu.
Mirantesque virum, atque avidi spectare, sequuntur
Scituri [f] juvenes, numero [g] deprensa, [h] locoque,

An plus

VARIAE LECTIONES.

a *constringite* B. 1. Marp. & meus. *configite* R. 1. b *impulsu* P. 1. V. 1. & Hort. M. c *recondite* B. 2. V. pr. a m. pr. & meus. *retondite* V. 1. Edd. Br. Med. *reponite* Hulst. d *vindicat* Marp. e *cum* R. 1. f *juvenis* R. 1. g *depressa* Amst. VV. LL. Steph. h *jocoque* V. 1.

tium non pudet non recenseri, & illorum numero abesse, nec inter eorum cadavera inveniri. jungenda tunc *busta virorum. cumulo deesse* dixisset, ut Ovidius *summas abesse* in Epist. Hypermnestrae vs. 80. sed prius malo. *Quaeri* autem notat non esse, desiderari. lib. IX, 968.

Magnaque Phoebei quaerit vestigia muri.

quae nulla supererant. Plura vide apud Doctissim. Dukerum ad Florum L. 1. c. 16. *Ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.* Broukhus. ad Propertium L. 1, 17, 18.

Optatos quaerere Tyndaridas.

Non intellexit haec glossator exponens. *an non pudet vos quaeri inter sepulcra latentes & corpora mortuorum?*

155 IRA] Sensus est. Si jam pietate i. sacramento militiae stare contemnitis, saltem ira stare debetis. SCHOL.

158 IBIT] i. e. non sine Pompeji poena hic (*ista* V. pr.) dies transfigetur (*transiet* V. pr.) IDEM.

160 CONFRINGITE] Scholiastes Voss. primi ait; ἀμφιβολικῶς dictum est. i. e. aut illorum tela incursu vestri pectoris confringite, aut vestra incursu pectoris eorum. Hortensius vero capit haec quasi adhortationem ad voluntariam necem, si pugnare nollent. Sed male. Vult Scaeva, ut tanto impetu tantaque constantia in hostes irruant, & suo loco perstent, ut hostium tela suo incursu confringantur, eorumque enses non penetrent, sed hebetentur: ὑπερβολικῶς, Lucani more. Male in quibusdam scriptis est *constringite*, & *recondite*. Ovidius L. II. Am. 9, 13. *Quid juvat in nudis hamata retundere tela Ossibus.* Prudent. Psychom. 141.

Tinnitum percussa refert, aciemque retundit Dura resultantem.

Cicero Or. III. in Catil. cap. 1. *iidemque gladios in rempublicam destrictos retudimus, mucronesque eorum à jugulis vestris rejecimus.* Adde Eruditissim. Bentlej. ad Horat. L. 1. O. XXXV. in fine:

- - - *O utinam nova*
Incude defingas retusum in
Massagetas Arabasque ferrum.

162 SONITUS] Pulvis, inquit, & sonitus dejecti aggeris eousque pervenit, ubi Caesar est constitutus. SCHOL.

164 VICIMUS] *Vincimus* Msc. duo. BERSM. *Vincimus* etiam duo Pulm. & nostri novem ex vetustioribus: ut recte primus, quod sciam, edidit Grotius. In hac formula, de qua multis agit J. Gebhard. in Crepund. L. 1. c. 4. saepe ita variatum est. & praesertim apud Ovidium, uti monuerunt illic viri docti. *Vincimus* in optimis codicibus tamen L. IV. Met. 356.

Vincimus; en meus est, exclamat Naïs.

L. III. Trist. El. 9.

Cujus ut oblata est praesentia; Vincimus, inquit.

quo loco temere quidam *Vicimus* praefert. licet hoc modo sit apud Prudent. Psychom. 155. *Vicimus, inquit.* Praeterea magis valeret ad exhortationem, si scripsisset Lucanus: *Vincimus, o socii; venit, en, qui vindicet arces.* quod facillime potuit depravari in *veniet*. In alias litteras etiam vocula *en* saepissime est depravata. V. Heins. ad Valer. Flac. 1, 342. & alibi. *en adsum*, 1, 121. IV, 809.

- - - *Libycas, en? nobile corpus*
Pascit aves.

164 VENDICET] Msc. quatuor *vindicet*. ita & libri

An plus quam [a] mortem virtus daret. ille ruenti
Aggere consistit, primumque cadavera plenis
Turribus evolvit, [b] subeuntesque obruit [c] hostes
Corporibus: [d] totaeque viro dant tela ruinae,
Roboraque, & moles; hosti seque ipse minatur.
Nunc sude, nunc duro contraria pectora conto
Detrudit muris, & valli summa tenentes
Amputat ense manus: caput obterit, ossaque saxo,
Ac male defensum fragili compage cerebrum
Dissipat: alterius flamma crinesque, genasque

Succendit:

VARIAE LECTIONES.

a *virtus m.* meus. b *subeuntes* Hulst. c *hostis* V. tert. d *tantaeque* VV. LL. Steph.

libri plerique. Qui afferat sibi haec castella. BERSM. *Vindicare*, non *vendicare*, ex MSS. & veteribus Edd. passim scribendum, alibi monuimus.

166 SUCCEDUNT] Mic. duo *succendunt*, probe. Virgilius. *Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.* BERSM. *Succedunt* operarum credo vitio primum inrepsit in Ed. Stephani, quod temere Gryphius, ejusque heredes, Micyllus etiam, & Pulmannus, sed in prima tantum editione, sunt secuti. Inveni tamen quoque in duobus recentioribus Mstis. sed male. Seneca Herc. Fur. 779. *Lapithaeque multo in bella succensi mero.* Apulej. de Mundo p. 71. Ed. Franc. *Cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incensi.* Sed otio Lectoris abuterer, pluribus si rem notissimam probare vellem. pro *cantu* vetustissimus ille Vossianus primus a m. pr. & Oxon. pr. habet *cornu*: quomodo L. I, 138.

- - - - *clangorque tubarum*
Non pia concinuit cum rauco classica cornu.

Propert. L. III, 41.

Nil tibi sit rauco praetoria classica cornu
Flare.

Apposite Silius L. IV, 169.

Nam tibi, dum stimulas cornu, atque in proelia mentes
Accendis, renovasque viros ad vulnera cantu.

& passim. Vide Cerdam ad Virgil. VIII. Aen. 2. *primum cornu* ergo esset illud, quod primum, dum tubicines, & cornicines simul flare incipiant, aures ferit; cujus primus auditus certe maximos motus excitare debet. Sed & rectum est *primus cantus*. quod idem fere, saltem initium classici, primum classici sonitum notat. Videtur potius librarius lapsus, dum haberet in memoria illa verba *classica cornu*.

169 AN PLUS QUAM MORTEM] An posset virtus iniquo loco, & certamine amplius aliquid dare, quam mortem: hoc est, an etiam victoriam dare posset. GROT. Ita quoque bene reliqui plerique Interpretes, & ante omnes Scholiastes dicens: sensus hic est, multi juvenes secuti Scaevam, intellecturi, an virtus, quae à multitudine, & in locis teneretur adversis, aliquid amplius posset praestare, quam mortem, i. e. an eos etiam virtus sua servare posset, cum & hostes essent plurimi, & locus adversus. Haec ille. *Plus quam mortem* ergo est *exitum ad victoriam daret etiam virtus*, ut loquitur Flor. L. I, 18. *Dare mortem* dicitur etiam *virtus* L. IV, 581.

Mors utinam pavidos vitae subducere nolles,
Sed virtus te sola daret.

quasi aliquod bonum, sic infra vs. 770. *A me morte data*, quo sensu *dare letum*, & *mortem alicui* passim adhibet Seneca. Vide in Med. 16. Troad. 330. Herc. Oet. 975. Sed & simpliciter pro occidere Virgil. Georg. III, 247. Sidonius Apollin. Carm. V, 160. supra L. V, 658.

- - *quamcumque datis mihi, numina, mortem,*
Accipiam.

Forsan etiam in prosa Frontin. L. IV. Strateg. c. 5. §. 14. *non dubitavit dare pecuniam.* an *pico necem?* vulgo *avem occidit* contra Mstos circumfertur. *Habere letum* dixit Ovid. XIII Met. 57.

172 RUINAE] Nam pro telis saxa contorsit de aggere dissipata. SCHOL.

178 DISSIPAT] *Discipat* meus. Voss. prim. *dissecat*, sed suprascr. *dissipat*. quod non mutandum. i. e. dispergit. V. Cel. Burm. ad Valer. Flacc. VI, 380. *partem capitis, galeaeque ferinae Dissipat.*

17. STRIDENT] *Stridunt* Mic. & alter *stridensque*. BERSM. *Stridunt* est in Vossiano sec. tert.

 &

Succendit: [a] ſtrident oculis ardentibus ignes.
Ut primum cumulo creſcente cadavera murum
Admovêre ſolo; non ſegnior extulit illum
Saltus, & in medias jecit ſuper arma catervas,
Quam per ſumma rapit celerem venabula pardum.
[b] Tunc denſos [c] inter cuneos [d] compreſſus, [e] & omni
Vallatus bello vincit, quem reſpicit, hoſtem.
(Jamque hebes, & [f] craſſo non aſper [g] ſanguine mucro
Percuſſum Scaevae [h] frangit, non vulnerat, hoſtem.

Perdidit

VARIAE LECTIONES.

a *ſtridentque* B. 1. P. 2. *ſtriduntque* R. 1. b *tum* B. 1. Reg. 2. c *intra* V. 1. d *comtrenſus* VV. LL. Steph. P. 1. V. 2. Wit. a m. 1. meus, Cantabr. aliique V. Drak. ad Sil. v, 281. *depreſſus* VV. LL. Steph. e *ut* R. 1. f *caſſo* B. 2. g *volnere* R. pr. h *frangitque ac vulnerat* MS. Barth.

& editis omnibus ante Sulpitium, aliiſque. Iidem tamen ſcripti, & editi in verſu 690. *Strident* praeterunt quamquam illic quoque in aliis eſt *ſtridunt*. Et ſane in tertia conjugatione plerumque hoc verbum adhibere ſolent poëtae. Exempla plena manu ab Heinſio & Burmanno conlata videre potes ad Ovidii Metam. II, 171.

Tincta lacu ſtridit, coquiturque ardente veneno.

Verum Grammatici veteres notarunt à Virgilio quidem, & antiquioribus poëtis *ſtridere* in tertia conjugatione cum aliis verbis, ut *fervere*, *fulgere*, eſſe uſitatum, à Lucano autem, Statio, & ejus aetatis poëtis in ſecundâ. Quod patet ex comparatione a Priſciano inſtituta Col. 837, 866, 893. Immo aperte Phocas, Col. 1720. *Lectum eſt & ſtrido, quod tertiae eſt: alii, ut ſecundae proferunt, ac maxime Lucanus hujusmodi declinationem uſurpavit.* Sic hoc libro 623. *Auribus incertum feralis ſtrideat umbra* ubi mutationem ſubire non poteſt: quapropter hic, & infra 690 *ſtrident* quoque retineo.

181 ADMOVERE] Hoc eſt. poſtquam talis cadaverum cumulus excrevit, ut altitudine junctus ad muros, eoſdem cum ſolo aequaret. SCHOL. Voſſ. ſec. meus, Amſt. Pulm. duo cum Edd. Sulpitii, Aſcenſii, Verſell. Micyli, & Hortenſ. aliiſque *aequavere*. ut L. III, 456.

Geminasque aequantes moenia turres.

Curtius L. VI. c. 6. § 29. *Celeriterque ſtipitibus cumulatis faſtigium montis aequatum eſt.* Claudian. L. I. Conſ. Stilich. 131.

- - - valles quas ſaepe cruentis
Stragibus aequavit.

Immo infra L. VII, 790.

- - - excelſo cumulis aequantia colles
Corpora.

Notat itaque aeque altitudines duas res reddere. Aliter *aequare ſolo murum* eſt diruere, disjicere. Immo hoc loco *aequavere* videtur eſſe gloſſa τοῦ *admovere*: quod patet ex Voſſiano primo, & Wittiano; in quibus diſtincte pro gloſſa eſt adſcriptum. in uno Berſm. eſt etiam ad marginem. Bene autem haec exponit Scholiaſtes, ſive *aequavere*, ſive *admovere* legas.

185 RESPICIT] h. e. quocumque ſe vertit (*contorſit* in Voſſ. ſec.) occidit inimicum. SCHOL. Recte. Male, quia aſpectu ſuo eos perterrebat, exponunt hoc loco plerique interpretes, & Barthius L. XVI. Adverſ. c. 17.

186 JAMQUE HEBES &c.] Mire in hoc verſu ſe torquent interpretes, quem alii aliter ita interpretantur, quaſi Delio aliquo ad ejus explicationem ſit opus. Sulpitius, *Non aſper ſanguine*, id eſt, non obſitus cruore, *inquit*, qui crebris ictibus excutiebatur. Badius *non aſper*, id eſt, non acutus, propter ſanguinem craſſum. qui adhaerens aciei jam obtundebat. Vel, *non aſper*, id eſt, non obſitus, ſed frequenter detorſus cruore. Sed Henricus Glareanus, ut omnia alia erudite, ita hoc loco poëtae mentem rectius exponit. *Non aſper*, inquit, id eſt, obtuſus jam factus craſſo ſanguine, id eſt, multa caede, ad quam craſſus ſanguis ſequi ſolet. HORTENS. Vere. ſic *Aſperare pugionem ſaxo* Tacit. L. XV. Ann. c. 54. & noſter Lib. VII, 139.

Nec gladiis habuere fidem, niſi cautibus aſper
Exarſit mucro.

187 PERCUSSUM SCAEVAE FRANGIT, NON VULNERAT HOSTEM] Vel ſola vox *frangit* repetita ſatis oſtendit horum duorum verſuum alterum vacare. MS. T. ex prima manu verſum duntaxat priorem habuit: poſteriorem ad marginem adſcriptum.

Perdidit ensis opus, frangit sine vulnere membra.)
Illum [a] tota premit moles, illum omnia tela.
Nulla fuit [b] non certa manus, non lancea felix:
Parque novum Fortuna videt concurrere, bellum,
Atque virum. fortis crebris sonat ictibus umbo,
Et galeae fragmenta [c] cavae compressa perurunt
[d] Tempora: nec quidquam [e] nudis vitalibus obstat
Jam, praeter stantes in summis ossibus hastas.
Quid nunc vesani jaculis; [f] levibusque [g] sagittis

Perditis

VARIAE LECTIONES.

a *tanta* V. 1. b *incerta* V. pr. a m. pr. c *suae* V. sec. pro var. lect. deest in Amst. d *Timpora* V. 1. W. H. e *summis* Marp. f *levibusve* V. 3. g *sagittas* V. 1.

ptum. Contra in MS. P. annotatum est, priorem versum abundare. Puto, hunc locum unum esse ex iis, quos in secunda editione, ut fieri solet, mutavit Lucanus: & priorem versum prius scriptum: postea ejus loco substitutum alterum, hunc in modum:

Jamque hebes & crasso non asper vulnere mucro
Perdidit ensis opus: frangit sine vulnere membra.

Est enim hoc argutius. GROT. De binis ejusdem sententiae versibus, qui saepe in hoc Lucani opere sive ipsius, seu librariorum vitio conspiciuntur, egimus jam ad L. IV, 760. Nimium tamen haec offendunt, quam ut credere quis possit, sic a Lucano volente relictum fuisse. Quare viris doctis accedo unum ex his delentibus. Non tamen possum credere Grotio existimanti, horum alterum ab ipso Lucano esse confectum, & in secunda editione mutatum. Nam quomodo bis edidisse suum opus potuit Lucanus, qui moriens hoc nondum absolutum, nec correctum reliquit? nisi dicamus, eum utrosque scripsisse; ut deinceps adcuratius perpenderet, uter magis placeret. quod monui supra quoque. Quis vero versus hic delendus sit, videamus. Primum, ut patet, delet Grotius; sed Barthius dicto loco secundum autumat spurium; eique favet Scholiastes, qui primum versum modo exponit agens. *Sensus hic est, sic assiduitate occidendi acies Scaevae mucronis hebetata est, & coepit impetu percutientis adversos hostes frangere: quia obtusa non poterat vulnerare, & est ordo. Mucro Scaevae frangit percussum hostem, non vulnerat.* Vossianus secundus etiam ultimum modo in margine habet adscriptum. In Vossiano quarto hi tres versus non comparent, sed in margine adscripti sunt duo, ita ut ex duobus ultimis vulgatis sit factus unus hoc modo. *Perdidit ensis opus; frangit non vulnerat hostem:* Quod mihi maxime placet. est enim argutus, & genium Lucani spirans. *ferri opus* dixit L. VII, 345. *frangit, non vulnerat* est dictum ut L. I, 140. *trunco, non frondibus.* L. IV, 773. *non vulneribus, sed pondere ferri.* Quidquid sit, illa certe verba *percussum Scaevae* videntur esse ab aliena manu. Quamquam, ut verum fatear, omnes hi tres versus mihi suspecti sunt. Certe salvo sensu abesse possent, & *hebes*, & *non asper* etiam sunt synonyma ingrato nexu juncta. Immo si hi versus ab auctore sunt compositi, sibi nimis obloquitur auctor. Quem enim nunc tam hebetem facit mucronem, versu 239. *fulmineum* dicit, & *rectum*; quo Auli fauces transfigere potuit Scaeva. praeterea non tantum in Voss. quarto, ut dixi, in textu non comparent, sed neque in vetustissimo Voss. tertio; in quo recentiore manu margini adliti sunt. Verum nihil definio. nam audacter in talibus aliquid certi constituere periculosum, & plenum aleae opus est. In tota autem hujus rei à Scaeva gestae descriptione tot inepta, & futilia, tot inaudita, & humanam fidem, naturamque excedentia miracula narrat Lucanus, ut Declamatorius versificator quidam de populo potius videri possit, quam bonus poëta.

189 PREMIT] *Petit* Bersm. unus. Pulm. tres. Voss. tert. Wittian. Amstel. Voss. sec. suprasc. *premit. petiit* Marp. ediderunt etiam *petit* Sulpic. Ascens. Versell. Micyll. & Hortensius. Ego nihil muto. τῷ *moli* magis convenit *premit*, quam *petit*, τοῖς *telis* utrumque. quamvis non opus esset, ut ad *tela*, ut remotiore loco posita, verbum tam amussim quadret. Quis nescit illum Flori locum *effossis oculis, cruribus, manibus*, & quae ibi à viris doctis sunt notata?

191 BELLUM] i. e. totum exercitum, per quem fit bellum. SCHOL.

192 FORTIS] Barthio ibidem displicet ἐπίθετον *fortis*,

Perditis haesuros numquam vitalibus ictus?
Hunc [a] aut tortilibus vibrata falarica nervis
Obruat, [b] aut vasti muralia pondera [c] saxi:
Hunc aries ferro, [d] ballistaque limine portae
[e] Promoveat: stat non fragilis pro Caesare murus,
Pompejumque tenet. Jam pectora non tegit armis;
Ac veritus credi clipeo, laevaque vacasse,

Aut cul-

VARIAE LECTIONES.

a *auctoralibus* V. 1. *haud* Marp. b *haud* Marp. c *muri* meus. d *balista* Voss. 6. Witt. & Edd. veteres, e *promoveant* V. 1. vulgo *summoveat*.

fortis, ut otiosum; quia vero in recentissimo quodam Codice scribatur *forthis*. ut solent librarii saepe addere adspirationem, putat legendum *feret hic* scil. Scaeva magnanimitate totum bellum. Verum non solet Lucanus tam abrupte, licet acumina quaerat, loqui: semper potius verbis abundat. durius etiam est, quam ut aures poëticae in Lucano id ferant. Sed lector dispiciat. Haec enim non tam argumentis, quam bono judicio decernenda sunt. Nec minus otiosum est, quam sequens *cavas*. *Fortis* est durus, validus, qui *sufficiat ictibus*. ut de umbone dicit Virgil. L. IX. Aen. 810. sic *fortissima ligna* Caes. B. Civ. L. II. c. 2. ubi V. Daviesium. vel quia à viro forti tenetur, ut *fortia arma* alibi. si quid mutari placet, simpliciter reponere *ferri* malim.

193 FRAGMENTA] *Ramenta* legi vult Ill. Heinsius ad Prudentii Psychom. vs. 456. sic *ramenta ferri* apud Lucret. L. VI, 1043. sed MSS. mei nihil mutant, nec opus. *fragmina mucronis* dixit Prudent. ibid. 145.

194 VITALIBUS] Patefacta, inquit, vitalia ideo non effundebantur, quia hastae in ossibus fixae eadem exire prohibebant. Non ergo obstabant membra vitalibus, ne exirent, quippe perfossa, sed sola tela, quae fixa ossibus adhaeserunt. SCHOLIAST.

196 QUID] Ἀποστροφὴ poëtae ad Pompeji milites. IDEM.

198 HUNC AUT TORTILIBUS VIBRATA PHALARICA NERVIS] *Falarica* scribe à *falis*, id est turribus. Notat Servius apud Virgilium ostendi robur Turni, qui talem hastam jaculatus sit. Sed ipsum vide. Locus autem hic Lucani ex illo Aeneidos VIII. de Bitia expressus est. GROT. Ex Ed. tert. *Falarica* per *f* apud alios auctores ediderunt jam dudum viri docti: ubi olim etiam scribebatur per *ph*. nec multum refert. *falam* enim, & *phalam* dixerunt. per *f* exhibent hic quoque Voss. prim. & quart. Wittian. & meus. Locus Virgilii, quem adducit Grotius, est L. IX. Aen. 705.

Sed magnum stridens contorta falarica venit.

ubi disputat Servius; an Lucanus eam nervis mitti tortilibus ad auxesin dixerit, an Virgilius manu ad laudem Turni. Sed utroque modo falaricae emittebantur. Vide Doctiss. Drakenburg. ad Silium L. I, 351.

Vibrari multa consueta falarica dextra.

Sic malim cum Ultio ex nostri, & Gratii loco, non *librari*. Vide supra ad L. IV, 40. de *falarica* adde eumdem ad Lib. VI, 214. & omnino Cerdam ad d. Virgil. l. *balistam* vocat noster L. II, 688.

199 MURALIA] Quibus muri exstruuntur, ut solidi sint, dum saxa gravia collocantur. SCHOLIAST.

200 FERRO] Vel *bello* i. e. à bello, & portarum limine repellat. IDEM. in Voss. sec. Rectius glossae Cod. Wittiani *aries ferro*, pro *de ferro factus* intelligunt. Sed non opus est, ut hoc sensu, quamvis satis frequens sit constructio, sumamus. ad *promoveat* enim referendum est.

200 LIMINE PORTAE] Recte Barthius in L. XVI. Advers. c. 17. ad hunc locum observat, Lucanum haec, ut alia, satis confuse proferre. quem enim inter medios hostes saltu delatum jam dixit, eum post paucos versus limen portae obsidere, & inde catapulta, ariete, aut ballista submovendum. Quis potest pro limine portae stare, qui aequato cadaveribus muro, vallatur bello. Et alioquin in hac descriptione non laxa, sed vasta sunt multa. Non vero absurdum est etiam unum hominem telo ballistario confici. Ammian. Lib. XIX. *Contorta ballista* &c. Haec ille, & recte; nisi argutias nectere velimus, vel satius ducamus à tali crimine Lucanum absolvere, & in librarios culpam transferre. Sane in veterrimo illo Codice Voss. primo habetur *torta* & suprascr. *portae*. & in meo *à limine*. An reliquerat Lucanus. *ballistaque arundine torta* (vel *verbere torta*) ut *arundine* i. e. telo, sagitta ad

Aut culpa vixisse sua, [a] tot vulnera belli
Solus [b] obit, densamque ferens in [c] pectore silvam,
Jam gradibus [d] fessis, in quem cadat, eligit hostem,
(*Par pelagi monstris. Libycae sic bellua terrae,*)
[e] Sic Libycus densis Elephas oppressus ab armis
Omne [f] repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & [g] haerentes mota cute discutit hastas.

Viscera

VARIAE LECTIONES.

a *in tot* B. 1. b *abit* VV. LL. Steph. c *pectora* V. 1. a m. pr. d *fessis* abest in Amst. e *Getulus* vulgo. f *Elephans* Boh. g *repercursum* V. 1. h *haerentis* R. pr. W.

ad ballistam, sicut *ferro* ad arietem pertineat. *Tortà ballista* est in Ammiani Marcell. loco à Barth. adducto, & supr. Lib. II, 688. an potius *turbine torta.* quod certe non multum differt scriptura à *limine?* Lib. III, 465.

Lancea sed tenso ballistae turbine rapta.

Adde Silium L. IV, 542.

Sic ait, intorquens directo turbine robur.

& illic not. Sed non satisfaciunt haec mihi. quare ἐπέχω, monuisse contentus.

201 SUBMOVEAT] Msc. tria *promoveat*. BERSM. *Promoveat* MSS. Stephani, Pulmanni, & tredecim ex nostris, Edd. priscae, item Sulpic. Ascens. Micyll. &c. exhibent. *Summoveat*, ex officina Aldi procusum est. Quare alterum restitui.

202 JAM PECTORE, NON TEGIT ARMIS] *Pectora* Msc. quatuor: non clypeo se amplius, sed manibus tegit utrisque. BERSM. *Pectora* omnes omnino retinent Codices, & Editiones primae cùm Sulpit. Ascens. Vers. Hortens. ac Grotio, aliisque. *Pectore*, quod est in aliis, rursus Aldi inventum est; quem, ut solent, Colin. Steph. & Gryph. ceterique secuti sunt; sed nullum ex hac lectione sensum idoneum elicere queo. Micyllus solus edidit *jam pectora non tenet armis.* Unde quis, si Msti adjuvarent, effingere posset,

Pompejumque tenet jam pectore, non tenet armis.

repetitione poëtae nostro non infrequenti, de qua diximus ad Lib. II, 71. Sed nulla mutatione opus est. post *tenet* modo ponatur plena distinctio, & minor post *armis.* ut feci. Vulgo hunc in modum.

Pompejumque tenet. Jam pectora non tegit armis;
ac v.

Novam Lucanus narrationis suae adgreditur periodum, Scaevamque abjecisse clipeum, ut laeva manu in hostes quoque pugnare posset, & nudo pectore contra Pompejanos perstitisse, cantare incipit. *Arma* pro clipeo ut Lib. III, 499. & passim sumi, non uno loco monent viri docti; gladium autem retinuerat Scaeva V. vs. 237.

203 CLIPEO] i. e. noluit se clipeo tegere, ut libera manu laeva etiam eadem dimicaret. SCHOLIAST.

204 CULPA] Nullum, inquit, vitavit periculum Scaeva, ne, si evasisset, hoc crimen occurreret, ut videretur per ignaviam liberatus. Hoc est, quod Didoni excusat. Aeneas.

Testor in occasu vestro, nec tela, nec ullas
Vitavisse vices Danaum.

Obit i. e. circuit. *Silvam* i. multitudinem telorum. IDEM.

206 IN QUEM CADAT] Ut scilicet pondere suo premens interficiat. IDEM.

207 PAR PELAGI MONSTRIS] Et hoc quoque libri nonnulli agnoscunt. At MS. P. sic habet:

- - - - *in quem cadat, eligit hostem,*
Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis &c.

Quod & ipsum puto esse ex secunda, & meliore Lucani editione. Neque immerito repudiavit illud de pelagi monstris, ut alienum ab hoc loco. GROT. Posset legi. *par. p. m. Libycaeve ut bellua s. Getulus.* Sed indignus hic Lucano est versus, & quem vix credam umquam ab eo, sed otium perdentibus monachis profectum esse. Delendum patet ex eo, quod fere omnes Msti mei, & longe plurimae editiones sequentem versum incipiant *Sic Libycus.* nam *Getulus* Sulpitius, quem Ascens. Vers. Micyll. Hortens. ac Grotius secuti sunt, ex paucis Mstis, in quibus tres Pulm. & Voss. tert. Witt. pro var. lect. ut & Voss. quarto, reposuit ad vitandam repetitionem *Libycae Libycus.* Non comparet etiam hic versus in Scholiaste, nec vetustissimis libris, ut Bohur. Vossiano primo, Reg. primo, nec in Vossiano sec. aut Wittiano: In illis enim recentiore manu ad marginem adjectus est. pro *Libycae* in Amst. est *Libis*, ut & in Voss. qu. a m. pr.

Viscera tuta latent penitus, [a] citraque [b] cruorem
[c] Confixae stant tela ferae: tot [d] facta sagittis,
Tot jaculis, unam non explent vulnera mortem.
Dictaea procul ecce [e] manu [f] Gortynis harundo
Tenditur in Scaevam, quae voto certior omni
In caput, atque oculi [g] laevum [h] descendit in orbem.
Ille [i] moras ferri, nervorum & vincula [k] rumpit,
Adfixam vellens oculo pendente sagittam
Intrepidus, telumque suo cum lumine [l] calcat.
Pannonis haud aliter post ictum [m] saevior ursa,
Cum jaculum [n] parva Libys amentavit habena,
Se rotat in vulnus: telumque irata receptum

Inpetit,

VARIAE LECTIONES.

a *extra* V. pr. supr. *citra.* b *dolores* R. pr. V. sec. a m. sec. c *defixas* Ox. I. d *fixa* Voss. 3. H. B. I. *fata* meus. e *venis* V. pr. suprasc. *manu.* f MSS & Edd. pp. *Cortinis* vel *Corthinis.* V. ad L. III, 186. g *laevi* B. I. h *discedit* V. I. *defendit* Ed. Br. i *moram* Marp. k *rupit* B. I. R. I. Marp. meus. Amst. l *calcet* Amst. m *fortior* R. I. a m. pr. n *Libys p.* V. I.

208 GETULUS] Mscr. *sic Libyae fessis el. suppressus.* & alt. duo *Getulus densis eleph.* ita & libri aliquot. BERSM.

210 DISCUTIT] Doctiss. C. Barthius è suo optimae notae, ut ait, Codice ad Statii L. II. Theb. 589. legit *decutit*, adducto Virgilii loco Lib. X. Aen. 718.

Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.

Sed ibi simpliciter dicitur Mezentium è tergo i. e. scuto, ut recte Servius, excussisse, & humi dejecisse hastas. Hoc vero loco describitur bellua ab omni corporis parte telis obruta hastas concusso tergore, & omnibus membris huc illuc in diversas partes disjecisse, & projicere conata esse. Sic Virgilius L. IX, 810.

Discussaeque jubae capiti.

Ovidius L. III. Art. Amat. 29.

Femina nec flammas, nec saevas discutit hastas.

Sed quid exemplis opus, ubi propria vocis significatio, & res ipsa id satis evincit. De elephante etiam Silius nostri locum aliquo modo exprimens Lib. IV, 620.

Stat multa in tergo, & nigranti lancea dorso,
At silvam ingentem concusso corpore vibrat.

214 GORTYNIS] Lutatius ad Statium legit *Gortynia* Lib. III. Th. 587.

- - - - *Gortynia lentant*
Cornua.

In simili re Silius L. V, 447.

Intravit torvum Gortynia lumen harundo.

Virgilius L. XI. Aen. 773. *Spicula Gortynia.* & passim. Videtur tamen praetulisse noster terminationem in *is*, ut statim *Pannonis.* 350. *Emathis*, *Illyris* II, 624. *Colchis* L. III, 198. & alia. sic *Gnosia*, & *Gnosis*, *Dardania*, & *Dardanis*, & sexcenta talia.

219 TELUMQUE SUO] Voss. pr. & sec. ac quint. cum meo *ferrumque*, pro *suo simul* Voss. quart. utrumque non male.

221 LIBYS] Africanus venator. *amentavit* ducit ab amento, quod est corrigia, qua lanceae alligatae jaciuntur, quam & *habenam* nominavit. SCHOL.

221 LIBYS] Magno forsan cum judicio Libyco venatori dat Lucanus ursum Pannonium. Scilicet quia crediderit quoque in Africa non gigni ursos: ut Plinius, refragantibus aliis auctoribus, quos hic partim laudat Hortensius, memoriae reliquit. Vide quae super hac re contra Lipsium disputat Salmasius Plin. Exerc. p. 221. & pro Lipsio Is. Vossius ad Melam Lib. II. c. 5. cui lubens adsentior. Venatorem vero magis amavit nominare *Libycum*, quam alium, quia Afri venationis fuere peritissimi, ut passim tradunt auctores, & in Leones noster L. I, 208. IV, 602, 684.

- - - - - - - *Afer*
Venator, ferrique simul fiducia non est
Vestibus iratos laxis operire leones.

223 CIRCUIT] Hoc imitatus est Statius L. V, 575.

- - *rapido celer ille volumine telum*
Circuit.

224

Inpetit, & secum fugientem circuit hastam.
[a] Perdiderat vultum rabies: stetit imbre cruento
Informis facies: laetus fragor aethera pulsat
Victorum: majora viris [b] e sanguine parvo
Gaudia non faceret [c] conspectum in [d] Caesare vulnus.
Ille tegens alta [e] suppressum mente [f] furorem,
Mitis, & à vultu penitus [g] virtute remota,
Parcite, [h] ait, cives: procul [i] hinc avertite [k] ferrum:
Collatura meae nil [l] sunt jam vulnera morti:
[m] Non eget [n] ingestis, sed vulsis [o] pectore telis.
Tollite, & in Magni viventem ponite castris:
Hoc vestro praestate duci: sit Scaeva relicti

Cae-

VARIAE LECTIONES.

a *perdiderit* V. 1. b *de* B. 1. & vulgo. c *suspensum* B. 1. d *sanguine* V. 1. supras. *Caesare.* e *supremum* P. 1. f vulgo *dolorem.* g *feritate* Marp. h *jam* B. 1. i *hic* Ox. pr. k *bellum* B. 1. R. 1. Amst. l *jam sunt* V. 1. R. 1. m *nil* Amst. n *injectis* R. 1. o *undique* V. 1. suprasc. *pectore.*

224 PERDIDERAT VULTUM RABIES] Plerique interpretes haec exponunt per Hypallagen, pro vultus perdiderat rabiem; evulso oculo, & facie cruenta. At vero Omnibonus ita capit, quasi prae rabie Scaevae vultus ejus sit mutatus: at certe solent iracundi, & rabidi alium vultus colorem, ac varium induere: unde noster de Phoemonoë L. V, 214. *stat numquam rabies.* Verum illud hic locum non habet, ubi totus vultus cruore debuit esse conspersus. Putem ego, voluisse Lucanum dicere, Scaevam per hunc rabidum actum oculum evellendi suam faciem priscam perdidisse inundante eam sanguine, sive potius *prodidisse*; ut est in veterrimo, & optimo illo Vossiano primo. Hoc facto enim aperuerat hostibus, quam vehementer esset vulneratus. de verbo *prodere*, & frequenti ejus mutatione in *perdere* vide, quos laudavimus L. IV, 57. *proditor Helles.*

226 E SANGUINE &c.] i. quam sunt è parvo istius sanguine effecta (*accepta* Voss. pr.) SCHOL.

226 E SANGUINE] Sic MSS. tantum non omnes, & editi. Grotius, quique eum sunt secuti, *de s.*, exhibuerunt.

227 IN CAESARE] Hoc est, non sic exsultarent Pompejani, si vidissent ipsum Caesarem vulneratum; ut nunc gaudent, cum sanguis Scaevae effusus est. SCHOL.

228 FUROREM] Ita restitui auctoritate Mstorum Stephani, Pulmanni, & trium Bersm. ut & decem ex meis cum Edd. Ven. Parm. Omnib. Sulpit. Ascens. Mic. Hortens. aliisque. Vulgo *dolorem* legas. uti apud Virgilium. *premit altum corde dolorem.* Verum Scaeva non tegebat dolorem; nam contra eum simulabat. Mitis enim apparebat, & ab ejus vultu rabies, & ferocia erat remota, ut clare subjungit noster. Illam vero in pectore tegebat suppressam, ut Pompejanos eum debellatum credentes falleret. *Furor*, & *mitis* opponuntur à Lucano recte.

229 REMOTA] Ut in vultu humilis videretur. SCHOL.

232 NON EGET INGESTIS, SED VULSIS CORPORE TELIS] Adducit hoc Servius ad illud Virgilianum x. Aeneidos:

Eduxit corpore telum.

Quo facilius possit perire, inquit. GROT. Ex Ed. tert.

232 EGET] Scilicet ipsa mors. sensus autem hic est. Nihil adjuvat celeritatem mortis, si adhuc tela in me mittatis. Tanta enim jam fixa sunt, ut, si me vultis mori, ipsa corpore meo sint vellenda; nam cum hastas coeperitis educere, ipsa mors sequetur. Doctiss. C. Barthius L. XI. Advers. c. 10. è Codice suo legi vult *ego*, & id ipsam rei veritatem esse, exclamat. Sed vehementer falli virum doctum, existimo; licet id quoque exhibeatur in Voss. primo, sed eadem manu additum *ad eget.* Si *ego* legimus, nullus idoneus sensus in his à Lucano captatis verbis inest. Vellem, explicuisset apto ad verbum *egere* sensu. Vulgatum itaque, & omnibus fere MSS. confirmatum bene se habet. Neque aliter adducit hunc locum Servius ad Virgil.

gil.

Caesaris exemplum potius, quam mortis honestae.
Credidit infelix [a] simulatis vocibus Aulus:
Nec vidit [b] recto gladium mucrone tenentem:
Membraque captivi pariter laturus, & arma,
Fulmineum mediis excepit faucibus ensem.
Incaluit virtus: atque una caede refectus
Solvat, ait, poenas, Scaevam quicumque subactum
Speravit: pacem gladio si quaerit ab isto
Magnus, adorato submittat Caesare signa.
An similem vestri, segnemque ad fata [c] putatis?

Pom-

VARIAE LECTIONES.

a *simulantis* P. 2. Ox. pr. b *gladium recto* H. c *putastis* vulgo.

gil. Aen. x, 744. ut monuit Grotius. Mors mea non eget ingestione telorum, sed evulsione è corpore meo. nam vulnera nova nil conferent jam morti meae, sed telorum eductio, ut effluat sanguis, qui restat. Ut recte exponunt interpretes, & Scholiastes. *Ingestis telis* ut apud Stat. L. x. Theb. 855. Silium L. IX, 327. Sallust. B. Jug. c. 60. ubi V. Doct. Cortium.

233 PONITE CASTRIS] In castris, inquit, me locate Pompeji, ut Sociis meis exemplum (*exemplo* Voss. sec.) sim non ad honestam mortem, sed ad Caesarem deferendum. *Viventem*, ut adhuc me viventem videat Imperator Pompejus. SCHOLIAST. Vossian. Bersm. & Cantabr. unus, *imponite*. pro *castris* Vossian. sec. *castra* pro varia lectione. *castra* Amstel. Quomodo construxit hoc verbum noster L. IV, 252.

- - - - - omnia monstra
In faciem posuere ducum.

Neque aliter Cicero saepius, ut ostendit Manut. ad Cic. L. VII. Epist. ad Famil. 2. *Inponere* cum accusandi casu Livius, & alii aliquoties. Vide Cortium ad Sallust. B. Jug. c. 61. Apud Livium variatur quoque L. I. c. 18. *Dextra in capite Numae inposita*. Codd. Florent. & unus Voss. *in caput*. Voss. alter *in caput posita*. L. II, 64. *in equis inpositos*. Voss. *in equos*.

237 NEC VIDIT RECTO GLADIUM MUCRONE TENENTEM] Haec si sana sunt, quae sicco fere pede transiliunt interpretes, *vidit* debet exponi pro *advertit, adtendit*. Nam Aulus non potuit non videre, Scaevam in manu habere ensem, recto praesertim mucrone, sive *surrecto*, ut loquitur Livius L. VII. c. 10. In variis lect. Steph. duobus Codd. Pulm. & Voss. primo Reg. pr. & meo est *trementem*. In uno Bersm. Voss. sec. & Amstel. *prementem*. in Voss. tert. *Minacem* a. m. sec. pro *recto* in Edd. Ven. & Omniboni *tecto*. *rectum* unus Bersm. An fuit? *Nec vidit recto gladium mucrone micantem*. quamvis & hoc sensu *minacem*, vel *trementem* i. e. vibrantem possit retineri. V. L. III, 598. *Minacem* mihi sic satis arridet. An scribendum *N. v. tecto gladium m. prementem?* ut est in aliis. pro occultantem, tegentem. De quo hujus verbi sensu consule N. Heinsium ad Ovid. Metam. XI, 124. Passim noster, & alii. *premere iram*, *gaudium*, *timorem*, *dolorem*, & similia. L. VII, 742.

Eoasque premunt tentoria gazas.

Rectus mucro forsan ponitur pro gladii acie non obtusa, sed aspera, & in erectum punctum desinente. Utrum verius sit, dispiciat lector. Non inpar autem factum ex nostro adumbrans narrat Statius Lib. XI. Theb. 560.

- - - - - - - & arma
Ceu templis decus, & patriae laturus ovanti,
Arma etiam spoliare cupit. nondum ille peractis
Manibus ultrices animam servabat in iras;
Utque superstantem, pronumque in pectora sensit,
Erigit occulte ferrum, vitaeque labantis
Relliquias tenues odio supplevit, & ensem
Jam laetus fati fraterno in corde reliquit.

243 SUBMITTAT] Si vult Pompejus, ut cessem ab interfectione suorum, adorato Caesare, relinquat ei signa. SCHOL.

244 SEGNEM] i. ut mortem metuerem, sicut vos timetis. IDEM.

244 PUTASTIS] *Putatis* Msc. quatuor. BERSM. *Putatis* etiam quatuor Pulm. Codd. & decem mei cum Ascensio, & editionibus omnibus ante Sulpitium, qui *putastis* reposuit. nos veterem vindicavimus scripturam.

246

Pompeji [a] vobis minor est, caussaeque Senatus,
Quam mihi mortis amor. Simul haec [b] effatur, & altus
Caesareas pulvis testatur adesse cohortes.
Dedecus [c] hic belli Magno, crimenque remisit,
[d] Ne solum [e] totae fugerent te, Scaeva, catervae;
Subducto qui Marte ruis: [f] nam sanguine fuso
Vires pugna [g] dabat. labentem turba suorum
Excipit, atque humeris [h] defectum inponere [i] gaudet.
Ac [k] velut inclusum perfosso [l] in pectore numen,
Et [m] vivam magnae speciem Virtutis adorant:

Tela-

VARIAE LECTIONES.

a *minor e. vobis* B. 1. V. 1. Ox. Marp. P. 1 b *effatus* vulgo. c *hoc* VV. LL. Steph. d *nec* R. 1. *non* Ox. pr. e *fug. t.* B. 1. f *non* B. 1. W. *jam* V. 1. g *dedis* B. 1. h *defessum* P. 1. W. V. 1. pro var. lect. i *gaudent* meus. puncto sub *n* addito. k *veluti* Hulst. a m. pr. R. 1. l *in* abest a R. 1. O. 1. Amst. & meo. m *vivas magnam* R. pr.

246 MORTIS AMOR] Non ita parati estis mori pro Pompejo, & Senatu, sicut ego pro Caesare. SCHOL. *Voss. pr.* In *Voss. sec.* Ego amo magis mortem gloriosam, quam vos Pompejum, & caussam Senatus.

246 EFFATUS] Mlc. *est fatus.* alt. *affatur.* BERSMANN. *Est fatus* Voss. unus a m. sec. *affatur* Pulm. duo, Voss. duo. *effatur* Pulm. tres, & quinque mei cum multis Editis, ut rescripsi. Solet noster uti praesenti tempore, cum jungit hoc cum sequentibus per copulam &. participio vero praeterito cum statim subjungit verbum. Sic L. VIII, 752. *Sic fatur, plenusque sinus* &c. ubi multi Codd. *fatus.* contra L. IX, 585. *Sic ille profatus discedit.* Sic recte scripti. vulgo *profatur.* & saepe, ut infra erit monendum.

248 DEDECUS HIC] i. Caesar. Adventu enim Caesaris magnam infamiam Pompejus evasit. Videtur enim nunc non solum Scaevam fugisse, sed exercitum Caesaris, qui cum eo venit. SCHOL. *Hic* interpretes ceteri rectius ad pulverem referunt. Ipse enim Caesar non venit, sed tantum ejus cohortes, sive duae legiones, cum P. Sulla: ipso id testante in Commentariis Caesare.

250 RUIS] Nam postquam recesserunt Pompejani, tu periisti. SCHOL. Reliqui quoque interpretes cum J. Celso haec de morte Scaevae capiunt, cum ceteri omnes historici eum vivum, & praemiis donatum fuisse commemorent. Vide tamen, an non Lucanus etiam dicat, eum subducto proelio, & viribus, ac sanguine defectum cecidisse, cum huc usque stans pugnasset. Certe ejus tamquam adhuc viventis meminit noster L. x. in f. ubi Caesar periclitans,

- - - respexit in agmine denso
Scaevam perpetuae meritum jam nomina famae
Ad campos, Epidamne, tuos.

ubi explicant interpretes, imaginem Scaevae subiisse animo Caesaris. Immo non mortuum fuisse, innuere videtur Lucanus vs. 254 *vivam speciem virtutis*, & vs. 260, 261. *potes non tu laetis ululare triumphis.* Quod certe non posset, si mortuus fuisset: adeoque hoc monere ineptum: sed non potest, licet vivus; quia in bello civili se tam strenue gessit: unde non conceditur triumphus. Vide & Appianum. De tota re adi Pighium ad Valerium Maximum Lib. III. c. 2. §. 23. ubi in morte ejus videtur consentire; sed & ambigue. *sine ullo regressu pedis pugnans, super ingentem stragem, quam ipse fecerat, corruit.*

256 NUDUM MARTEM] i. simulacrum Martis, quod ita pingitur. SCHOL.

256 NUDUM PECTORE MARTEM] *Nudo* Bersm. unus, duo Vossiani, & Regius unus. In meo Cod. *nudum pectora.* Accusativo poëtis, nostro quoque & historicis usitatissimo: quod placet.

259 CANTABER] Cantabria pars est Hispaniae. Cantaber exiguis, Teutoni vero longis utuntur armis. ut Virgilius. *Scutis protecti corpora longis.* Felix, inquit, fuisses, si aut in bello Hispanico, aut Germanico talem victoriam habuisses. SCHOL.

259 LONGIS TEUTONIS ARMIS] *Teutonos*, Sulpitius Gallos existimat, quia cum Cimbris in Galliam, deinde cum Gallis in Italiam irruerunt. Elegans ratio. Sic enim & barbari Romani, aut Itali fuerint, qui toties in Italiam irruerunt. *Teutoni*, sive *Teutones* (nam utroque modo Latini incli-

Telaque confixis certant evadere membris,
Exornantque Deos, ac nudum pectore Martem
Armis, Scaeva, tuis. felix hoc nomine famae,
Si tibi [a] durus Hiber, aut si tibi terga dedisset
Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.
[b] Non tu bellorum spoliis ornare Tonantis
Templa [c] potes, [d] non tu laetis ululare triumphis.
Infelix, [e] quanta dominum virtute parasti!
Nec magis [f] hac Magnus castrorum parte [g] repulsus
[h] Intra [i] claustra piger, dilato Marte, quievit,
Quam mare lassatur, cum, se tollentibus [k] Euris,
Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
Montis adest, seramque sibi parat unda ruinam.
Hinc vicina petens placido castella profundo
[l] Incursu gemini Martis rapit; armaque late
Spargit, [m] & effuso laxat tentoria campo:

Mutan-

VARIAE LECTIONES.

a *dirus* V. 1. b *nec* V. 1. c *potens* V. tert. & a m. sec. *petens*. d *nil* B. 1. e *quantum* V. 1. a m. pr. f *ac* V. 1. Hort. M. g *revulsus* VV. LL. Steph. h *inter* VV. LL. Steph. P. 1. B. 1. V. 1. Ed. Brix. i *castra* VV. LL. Steph. P. 1. B. 1. V. 2. O. 1. W. a m. pr. & alii. V. Drak. ad Sil. x, 643. male, dixi ad vs. 118. k *Austris* B. 2. *undis* meus. l *incursum* V. sec. *incursus* M. *in gemini cursu* V. 1. m *in* Marp.

clinarunt) vere Germani sunt, unde adhuc regio *Teutschland* nominatur. Nam *Germania* vocabulum est Romanum, ut recte Strabo docet lib. VII. quod Romani eis indiderunt: vel quod Gallorum essent, velut fratres, id est, moribus, corporibusque similes. Vel (quod verius est, & apud me indubitatum) quod Teutones ipsi inter sese fratres vocant, etiam hoc tempore. *Lieben brüdern*, chari fratres. Unde Galli ita eos vocarunt, à quibus & Romani didicere. Helvetii certe vera adhuc, populari dominio, & lingua priscae Galliae imago, Germanos ita vocant *Bruder*. Caeterum vix dici potest, quam inhumani scilicet in omnes nationes, imo omne adeo hominum genus Romani fuerint: & hic in primis poëta, qui unum civem Romanum, quantumvis Catilinae, aut Verri similem, mille Hispanis, Gallis, ac Teutonis, praeferre non dubitarit, in hos saevisse nihil; in Romanos, ingens dedecus. Sed ultus est Deus horum tandem superbiam. GLAREAN. Omnibonus Germaniae populum exponit Teutonos, quod magis placet. MICYLL. *Teutonos* exponit Sulpitius, Gallos, sed inepte, insciteque. *Teutoni*, sive *Teutones*, Germani fuerunt, à qua gente etiamnum hodie Germania vernaculo idiomate suum nomen servat. *Electi equi*, inquit Tacitus, *magna arma, phalerae, torquesque*. Hinc satis opinor, satis constare. *Teutonos* non Gallos, ut Sulpitius credit, sed Germanos esse. HORTENS.

261 ULULARE TRIUMPHIS] Quia triumphum bella civilia non habent. *Ululare*, & clamare sollemnibus vocibus in triumpho. SCHOL. Vide Serv. ad Aen. IV, 168. verbum est Bacchantium clamori proprium.

262 DOMINUM] i. Caesarem tu fortiter pugnando quaesivisti. SCHOL.

262 INFELIX, QUANTA DOMINUM VIRTUTE PARASTI] Ex Sallustio qui Histor. I. dixerat: *Victor exercitus, cui per tot labores, & vulnera nihil praeter tyrannum quaesitum est*. Nec abit illud Dionis: *πολλὴν σπουδὴν ἀρετῆς ποτὲ ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, οὕτω τότε κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων δουλείας ποιούμενοι*. GROT.

263 NEC MAGIS &c.] Ordo est: nec magis quievit, quam fluctus, qui illiditur scopulo, conquiescit. SCHOL.

263 MAGNUS] Apud Caesarem ita legitur: *Duobus his unius diei proeliis Caesar desideravit milites nongentos sexaginta, & notos equites Rom. Felginatem,*

Mutandaeque juvat permiſſa licentia terrae.
Sic pleno Padus ore tumens ſuper aggere tutas
Excurrit ripas, & [a] totos concutit agros.
Succubuit ſi qua tellus, cumulumque [b] furentem
Undarum non [c] paſſa, ruit; [d] tum flumine toto
Tranſit, & ignotos aperit ſibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos: his rura colonis
Accedunt, donante Pado. Vix proelia Caeſar
Senſerat, elatus ſpecula quae prodidit ignis:
Invenit inpulſos, preſſo jam pulvere, muros,
Frigidaque, ut [e] veteris, deprendit ſigna ruinae.
Accendit pax [f] ipſa loci, movitque furorem
Pompejana quies, & victo Caeſare ſomnus.
Ire vel in [g] clades properat, dum gaudia turbet.
Torquato ruit inde minax; qui Caeſaris arma
Segnius haud vidit, quam malo nauta [h] tremente

Omnia

VARIAE LECTIONES.

a *tutos* B. 1. H. b *ferentem* H. c *ipſa* V. 1. d *tunc* MSS. & Edd. qdd. *cum* V. 1. e *ventis* VV. LL. Steph. V. 1. f *illa* B. 1. g *cladem* V. 1. h *frementem* VV. LL. Steph. *trementi* V. ſec.

tem, Tuticanum, Gallum Senatoris filium, C. Felginatem Placentia, Agranium Puteolis, M. Sacrativirum Capua, Tribunos milit. l. & Centuriones triginta. Sed horum omnium pars magna in foſſis munitionibusque & fluminis ripis oppreſſa, ſuorum terrore ac fuga ſine ullo vulnere interiit, ſignaque ſunt militaria triginta duo amiſſa. Addit autem Appianus, Caeſarem dixiſſe, bellum ea die finem habiturum fuiſſe, ſi hoſtes, qui victoria uti ſciviſſent, habuiſſet. MICYLL.

265 LASSATUR] Non *laxatur*, ut in quibusdam. Vide, quae diximus ad Lib. II, 617.

Portus erat, ſi non violentos inſula Coros
Exciperet ſaxis, laſſasque refunderet undas.

265 SE TOLLENTIBUS EURIS] Non male exponunt *ſe* per ipſum mare. Sic L. V, 599.

Core, movens aeſtus, jam, te tollente, furebat
Pontus, & in ſcopulos tortas erexerat undas.

Aliter poſſet capi pro ventis ſurgentibus. Virgil. Lib. I. Georg. 356.

Continuo ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere.

Adde vſ. 377, II, 333. & paſſim.

267 ADEST] i. adedit. GROT. Recte Grotius, & Gloſſae explicant, *cavat*, *comedit*. vulgo male reddunt per *vicinum eſt*. *Adeſt* dicitur, ut *comeſt*, *exeſt* &c. Silius L. III, 470.

- - - *& adeſt fragmina montis.*

269 GEMINI] i. e. equeſtri, & pedeſtri proelio, ſive in mari, & terra. SCHOL. *Terra, marique* Caeſar. Vide interpretes.

270 Laxat] i. late ponit. Mſc. *laſſat*, vitioſe. BERSM.

270 TENTORIA] At non tentoria diſtendit, ſed milites, qui ſunt intra tentoria. per Metonymiam eſt dictum, ab eo, quod continet id, quod continetur. SCHOL.

271 JUVAT] i. e. juvat illum caſtra mutare. IDEM.

272 SUPER AGGERE &c.] Ordo. ſuper ripas excurrit tutas aggere. IDEM.

274 CUMULUMQUE] Voſſ. quint. *tumulumque* Vide ad L. V, 644.

Exhauſtum in cumulos, omnisque in fluctibus unda eſt.

277 ILLOS TERRA FUGIT DOMINOS] Cum enim rivos ſuos interſerit, & meatus, aliis adimit agros, aliis confert. Adimit, qua vadit; confert, unde diſcedit. SCHOL.

281 UT VETERIS] Quaſi olim factae. IDEM. Recte. In Regio primo tamen, Wittiano, & Voſſiano ſec. ſcribitur *&*.

Omnia [a] Circaeae ſubducit vela procellae:
Agminaque interius muro breviore recepit,
Denſius ut parva diſponeret arma corona.
Tranſierat primi Caeſar munimina valli,
Cum [b] ſuper è totis emiſit collibus agmen,
Effuditque acies obſeptum Magnus in hoſtem.
Non ſic Aetnaeis habitans in [c] vallibus horret
[d] Enceladon, ſpirante Noto, [e] cum [f] tota cavernas
[g] Egerit, & torrens in campos defluit Aetna:

Caeſaris

VARIAE LECTIONES.

a *ſubd. Circ.* MSS. plerique & Edd. pp. b *ſimul* Marp. c *collibus* A. *montibus* O. pr. a m. pr. d vulgo *Enceladum ſp.* e *non* R. 1. *ſic* B. 1. f *tuta* B. 2. *mota* B. 1. & Heinſ. duo. V. Drak. ad Silium III, 205. g *Erigit* W. V. pr. a m. pr. V. ad L. IV, 644.

283 SOMNUS] Nam ita ſecuri erant, & remiſſi, tamquam Caeſarem viciſſent. SCHOL.

285 TORQUATO] Hic dux erat in Pompeji caſtris. IDEM.

286 MALO NAUTA TREMENTE] Senſus eſt. Tam celeriter Torquatus Caeſaris agnovit adventum, quam celeriter, tremente malo (quod ſignum quidem eſt imminentis periculi, *Witt. Schol.*) commovere Circium tempeſtatem, nauta cognoſcens, procellae ejus omnia vela ſubducit. IDEM. At in Voſſ. primo non legas *Circium*, ſed *commotam cernens nauta procellam*, qui deinde haec addit. *Circe eſt locus periculoſiſſimus in mari. Cum enim nautae adpropinquaverunt, velum ſubtrahunt, & contis, ac remis navigant.*

287 CIRCAEAE] Fortaſſe non inepte hic legeretur *Caecaeae*, pro *Circaeae*. Eſt autem *Caecias* ventus, medio regione ſpirans, inter Aquilonem, & exortum, unus contra aliorum ventorum ſeptentrionalium naturam nubes non pellens, ſed attrahens: cujus rei cauſſas duas Ariſtoteles in problematis reddit. Hinc proverbium. Mala ad ſe trahens, ut Caecias. HORTENS. Quo pacto ex *Caecia* vento adjectivum *Caecaeus* formari poſſit, ipſe viderit Hortenſius. Potius ſi mutari vellet, à *Circio* aliquid derivaſſet, vel *Cercio*, ut aliis vocatur. De quo vento videtur hic cogitaſſe Scholiaſtes. Ejus meminit noſter L. I, 408. In Marpurg. Mſto eſt *Cilleae*. Sed recte ſe habet vulgata lectio, ex noſtri auctoris more, qui in comparationibus, & ſimilitudine quadam fere ſemper locum aliquem certum pro incerto, vel partem pro toto nominat. Sic hic intelligit procellam in mari Tyrrheno, & ſignat *Circaeum* promontorium, de quo vide Servium, & alios ad Aeneid. L. VII, 10. quia nautae maxime promontoria cavebant, & metuebant litora legentes, ut Malean, Acroceraunia, & ſimilia. Ceterum nimis aperte hunc locum imitatus eſt Claudianus L. II. in Eutrop. 5.

Cautior ante tamen violentum navita Corum
Proſpicit, & tumidae ſubducit vela procellae.

Silius Ital. L. I, 667.

Ut ſaepe è celſa grandaevus puppe magiſter,
Proſpiciens ſignis venturum in carbaſa Corum,
Summo jam dudum ſubſtringit lintea malo.

289 DENSIUS] Tutius enim milites ſe in parvo loco ab hoſtibus defendunt propter ſcutorum denſitatem. SCHOL.

291 EMISIT] Pulm. unus, Voſſiani quinque, Witt. Amſt. & meus *immiſit*. Non male. Vide tamen ad L. IV, 765.

- - - *equos immiſit in agmen.*

Dein 2 Pulm. & 4 Berſm. cum octo meis *arma*. Nil temere muto. L. VII, 517.

Emiſit ſubitum non motis cornibus agmen.

ubi latius de *emittere*, & *immittere* agemus.

292 OBSEPTUM] Hic quoque variatur. nam Pulm. 4. Berſm. duo, & mei ſex, ſeptemve ex vetuſtioribus cum Edd. Sulpit. Aſcenſ. Mic. Hortenſ. aliorumque *obſeſſum* habent. Ut L. V, 449.

- - *gravis hinc languore profundi*
Obſeſſis ventura fames.

De iis, qui in aequore retinentur. L. X. in fine.

- - - - *ubi ſolus apertis*
Obſedit muris calcantem moenia Magnum.

de Scaeva, qui Pompejum retinuit, ut vidimus ſupra. Sed & *obſeptus*, ſive *ſeptus* pro obſeſſo. L. IV, 773.

Sic undique ſepta juventus.

Li-

Caesaris ut miles, glomerato pulvere victus
Ante aciem, [a] coeci trepidus sub [b] nube timoris
Hostibus occurrit fugiens, inque ipsa pavendo
Fata ruit. totus [c] mitti civilibus armis
Usque vel in pacem potuit cruor: ipse [d] furentes
[e] Dux tenuit gladios felix, [f] ac libera, legum
Roma fores, jurisque tui, vicisset in illo
Si tibi Sulla [g] loco. dolet, heu! semperque dolebit,
[h] Quod scelerum, [i] Caesar, prodest tibi summa tuorum,

Cum

VARIAE LECTIONES.

a *cecidit* V. sec. b *nocte* B. 1. c *dimitti civibus* B. 1. d *furentis* V. sec. W. *furentum* V. tert. a m. sec. e *detinuit* V. tert. a m. sec. f & P. 1. g *die* R. 1. h *o* A. *quid* VV. LL. Steph. i *victor* B. 1.

Livius L. III, 19. *Juppiter exsulum atque servorum septus armis.*

293 HABITANS &c.] Sensus est. Non sic habitans aliquis in Aetneis vallibus, Noto spirante, horret Enceladum, nec sic ardens Aetna per cavernas omnes resoluta decurrit in campos, quomodo aut Pompejani confluxerunt ad Caesaris milites opprimendos, aut timuit miles Caesaris hostes venientes. SCHOL.

294 NOTO] Ab ea namque parte, qua Notus flat, cavernosus Aetna recipiens spiramina venti ingentes globos (*gladios* MS.) egerit flammarum, quod quoties fit, dicitur, fulminatum Enceladum mutare latus. IDEM.

294 ENCELADUM, SPIRANTE NOTO] i. flante. Alii legunt *Encelado spirante Notum*, ut sit: Notum i. ventum illum humidum, Encelado spirante i. efflante flammas; quas Notus in tecta, & segetem defert. VERSELLAN. *Encelado spirante, Notum*, ediderunt Aldus, Colinaeus, & Stephanus; atque ita habent tres Pulm. Codices, & Vossiani duo. Horret Notum, cum spirat Enceladus. Cognitum enim est, poëtas fabulari, ab Enceladi motu, & spiritu conquassari Aetnam, & incendi, non secus ac à Typhoëo Inarimen insulam, de quo noster hoc, & praeced. libro. Vide exempla ab Hortensio adducta, & Heinsio ad Claudiani L. I. R. Pros. 154.

Enceladi bustum, qui saucia terga revinctus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur.

Ovid. I. Fast. 573.

Quas, quoties prosluat, spirare Typhoëa credas,
Et rapidum Aetnaeo fulgur ab igne jaci.

& L. IV, 492. Hic tamen malim retinere vulgatum cum Scholiaste, & plurimis optimae notae MSS. Tunc maxime horret Enceladi flammas ille, qui habitat in vallibus, cum spirat, sive flat Notus. sic *Borea spirante* Virgil. Georg. II, 316. & sexcenties. Pro *Enceladum* vero rescripsi *Enceladon*, Graeca terminatione: unde mutatio haec est orta. quod quodammodo patet ex lectione Marpurg. *Excelado spirante noto*, lineola super *do* omissa. post *Enceladon* posui etiam distinctionem, ad clariorem loci intellectum, quae vulgo neglecta erat. Sed & posset fuisse *Noton*, ut saepius hoc nomen in accus. effert.

297 ANTE ACIEM] Ut eum vicerit pulvis glomeratus ante aciem; sive ut pulvis ante vicerit, quam acies Pompeji. SCHOL.

297 TREPIDUS] Miles Caesaris, ut vidit pulverem, ab expugnatione cessavit, & se convertit in fugam, incurrens in hostem, quem à tergo Pompejus immiserat. IDEM.

298 HOSTIBUS] Qui à tergo instabant, quum in fugam versus erat miles Caesaris. IDEM.

300 USQUE VEL IN PACEM] i. e. potuerunt tanti occidi, ut nullus remaneret, qui resisteret, & jam pax inter civilia bella poneretur. IDEM.

301 TENUIT] Msc. *timuit*, minus probe. BERSM.

301 LIBERA, LEGUM FORES] Fores tui juris, & tuarum legum. pessime haec intelliguntur vulgo. Vide Gronov. Diatr. ad Stat. Silv. cap. 2 p. II. BROUKHUS. Non bene scilicet haec distinxerant Viri Docti, construentes *libera legum*, cum sit libera Roma, *fores legum* i. est, stares legibus, & jure tuo, solas leges agnosceres. Vide praeter Gronovium egregie haec docentem Drakenb. ad Silium L. II, 441. Tales autem genitivos à nostro amari, plus uno loco monuimus. L. X, 384. *ingentis fati sumus.* ubi etiam vide. Monet autem Modius Novantiq. LL. Ep. 81. in quibusdam suorum Codicum esse *regum*, uti est quoque in Oxon. pr. Vossiano sec. & primo pro var. lect. Sed acutior, & verior est vulgata lectio. quamquam vocem *regum*,

Cum genero pugnasse [a] pio. [b] Prô tristia fata!
Non Uticae [c] Libye clades. Hispania Mundae
Flesset, & infando pollutus sanguine Nilus
Nobilius Phario gestasset rege cadaver:
Nec Juba [d] Marmaricas [e] nudus pressisset harenas,
Poenorumque umbras [f] placasset sanguine fuso
Scipio: nec sancto caruisset vita [g] Catone.
Ultimus esse dies potuit tibi, Roma, [h] malorum:
Exire [i] è mediis potuit Pharsalia fatis.
  Deserit [k] averso possessam numine sedem
Caesar, & Emathias [l] lacero petit agmine terras.
Arma secuturum soceri, [m] quacumque fugasset;

Tentavere

VARIAE LECTIONES.

a *suo* B. 1. b *prob* V. pr. tert. W. Edd. qdd. c *Libyae* MSS. & Edd. qdd. *Utica Libyae* Ald. d *Marmoricas* B. 1. e *press. nud.* P. 1. f *placaret* B. 1. g *Catonis* B. 1. h *laborum* V. 1. W. a pr. m. Voss. sec. a m. pr. V. ad L. v, 481. i *&* P. 1. *ex* B. 1. abest B. 1. A. k vulgo *adverso*. l *Latio* VV. LL. Steph. m *quocumque* Marp. V. 1.

gum, quod olim conjeceram, non plane damnem. Invidioso *regis* nomine passim Lucanus Imperatores vocat; & *liber* cum genitivo construi ad Silii locum, & infr. Lib. VII, 818. videri potest. *libera regum* pro à regibus placet quoque Doctiss. Waddelo.

303 SYLLA] Historiam poëta confundit, nisi per Syllam aut Pompejum ipsum, aut quempiam Pompejanum accipiamus. Sed profecto non servato tempore & loco, P. Syllam, qui sub Caesare militabat, demonstrat: de quo in praelio superiori, ubi periit Scaeva, sic ait Caesar: *Interim certior factus P. Sylla, quem descendens castris praefecerat Caesar, auxilio cohorti venit cum legionibus duabus, cujus adventu facile sunt repulsi Pompejani. neque vero conspectum aut impetum nostrorum tulerunt, primisque dejectis reliqui se verterunt, & loco cesserunt. Sed insequentes nostros ne longius persequerentur, Sylla revocavit, ac plerique existimant si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri.* SULPIT. Omnibonus aliter, & melius quoque, ut videtur, qui locum hunc ita exponit: *Libera*, inquiens, *si Sylla* &c. hoc est, *si hanc victoriae occasionem talis Imperator consecutus esset, qualis erat Sylla, actum erat de Caesare & libertas conservata fuisset* &c. Neque enim verisimile est, poëtam Tribunum, aut militem potius Pompejo, quam ducem, atque Imperatorem comparare voluisse. MICYLL. Verissime. De hoc intelligit etiam Scholiastes, dicens: *Quia omnes occiderent, dum nescit ignoscere.*

303 DOLET, HEU! &c.] Dolet mihi, inquit, Lucanus, O Caesar, quod magnitudo sceleris tui tibi prodest. Nam cum ideo merearis occidi, quod adversus pium generum bellum sumsisti; ideo non occisus es; quia pius est, contra quem dimicas. SCHOL.

306 NON] Si nunc perisses. Utica civitas est Africae, ubi Cato periit. *Mundae*, civitas Hispaniae, ubi postea Caesar contra Pompeji filium pugnavit. IDEM.

309 JUBA] Rex Mauritaniae, qui à Caesare interfectus est. *Scipio*. Scipio Africanus fuit, qui vicit Hannibalem. Ex ejus genere fuit hic Scipio, qui postea in Africa est interemtus. IDEM.

309 MARMARICAS] Legitur *Marmaridas*. ut sit patronymicum pro patrio à nominativo singulari *Marmaris*: & *Marmaricas* adjective. ASCENS. *Marmaridas* praeter Ascensium exhibent quoque Sulpitius, Micyll. Hortens. aliique, hic & L. III, 293. ubi vide. sed sine ullius Codicis ope.

311 CARUISSET VITA] Quasi vita Catonem perdiderit, non Cato vitam. SCHOL.

312 ULTIMUS] Si Pompejus Caesari non pepercisset. IDEM.

313 EXIRE] In Regio primo, & Vossiano primo est *exciri*. Unde conjiceret quis *excidi*. *evadere* exponit Glossator. A fatis Romanis abesset (ut abest à Fastis. V. L. VII, 410.) neque inter illa inveniretur proelium Pharsalicum. Sic *Pharsalia* pro Pharsalico proelio L. VII, 61, 745. IX, 232. *Thessalia* L. VIII, 510. & alibi.

Tentavere suo comites [a] devertere Magnum
Hortatu; [b] patrias sedes, atque hoste carentem
[c] Ausoniam peteret. Numquam me Caesaris, inquit,
Exemplo [d] reddam patriae, numquamque [e] videbit
Me, nisi [f] dimisso redeuntem milite, Roma.
Hesperiam potui, motu surgente, tenere,
Si vellem patriis [g] aciem committere templis,
Ac medio pugnare foro. dum bella relegem,
Extremum Scythici transcendam frigoris orbem,
[h] Ardentesque plagas. victor tibi, Roma, quietem
[i] Eripiam, qui, ne premerent [k] te proelia, fugi?
[l] Ah potius, [m] ne quid bello patiaris in [n] isto,

Te Cae-

VARIAE LECTIONES.

a *divertere* vulgo. b *sedes patr.* V. 1. *ut pat. s.* Ox. pr. c *Aemoniam* VV. LL. Steph. d *patr. redd.* B. 1. Marp. e *jubebit* B. 1. f *demisso* V. 1. H. Ed. Br. g *acies* VV. LL. Steph. h *ardentisque* R. pr. Voss. sec. i *Eriperem* V. sec. pro var. lect. k *tot* V. 1. l *Ha* MSS. 4. *A* P. 1. V. 1. *Ac* MSS. 4. Edd. Rom. Parm. aliaeque *at* M. m *bello ne quid* V. 1. B. 3. & Edd. qdd. rectius. n *ullo* Voss. pr. a m. pr.

314 AVERSO] Sic restitui pro *adverso* ex tribus Pulm. duobus Bersm. & octo meis vetustioribus, atque ita jam ediderunt Beroaldus, Sulpitius, Ascensius, qui in notis tamen *adverso* exponit, & Versellan. E suis quoque membranis *averso* legendum esse, monuit N. Heinsius ad Ovidii Epist. Her. VII, 4.

- - - *averso vovimus illa Deo.*

ubi pariter erat peccatum. Tibull. L. III, 3, 28.

Audiat aversa non meus aure Deus.

III, 5, 14.

Inpia in aversos solvimus ora Deos.

ubi vide Broukhus. & Drakenb. ad Silium II, 618. Statius L. X. Theb. 71.

- - *scit fata suis contraria Grajis,*
Aversumque Jovem.

Illic quoque eadem varietas. Flor. L. III, II. *Adversis & diis & hominibus.* In MS. Leid. *aversis*; & passim.

317 TENTAVERE] Cum decrevit Pompejus fugientem Caesarem semper insequi, tentavere milites sui persuadere, ut Romam potius contenderet. SCHOL.

317 DEVERTERE] Ita habent omnes Bersmanni, & mei, excepto uno & altero recentiore, Codices cum Editionibus Sulpitio anterioribus. Hoc est alio à Caesare sequendo avertere. Aliud est *divertere*, ut vulgo legas. Lib. II, 469.

Devertitque acies.

i. e. in partes suas ab hoste trahit. Infra 590.

Quaeque suo ventura potes devertere cursu.

quibus locis etiam turbatur. Pluribus de hoc verbo agit Cl. Burmann. ad Petron. c 9.

317 SUO HORTATU] *Sui* Msc. tria. *Hortantur* Mscr. duo; ut ad comites pertineat. & tertium *hortari*, κατ' ἐναλλαγήν pro hortabantur. quart. *hortati*. BERSM. *Suo hortatu* retinent MSS. longe plurimi. Silius Ital. L. XVII, 295.

- - - *ignifero mentes furiabat in iram*
Hortatu.

Grotius tamen cum posterioribus dedit *sui*, & *hortati*. quod facere ego temerarium duxi, licet *sui* habeant tres Pulm. Voss. sec. Reg. unus, Witt. cum quatuor, vel quinque aliis. *Hortati* item Wittian. & Vossianus sec. a m. sec. Non male etiam, ut in duobus est Bersm. & Hulst. Marp. Amstel. legas *hortantur*. Magis tamen adridet infinitivus *hortari* posita majori distinctione post *Magnum*, per Enallagen, de qua vide Doctiss. Perizon. ad Sanctii Min. IV, 5. J. F. Gronov. Observ. II, 14. Heinsium ad Silium L. II, 333. & alibi. Apud Claudian. in IV. Cons. Honor. 170.

- - - - *nec certius umquam*
Hortati Superi.

monet Heinsius in novem scriptis esse *hortari*. Cum vero *suo hortatu* in plurimis, & inter eos praestantissimis quoque Codd. Voss. pr. & tert. ac Regio primo servetur, judicandum lectori relinquo, an non hoc rectum sit, ut librarii mutaverint, per-

 peram

Te Caesar putet esse suam. sic fatus, in ortus
Phoebeos convertit iter, terraeque secutus
Devia, qua vastos aperit [a] Candavia saltus,
Contigit Emathiam, bello quam fata parabant.
[b] Thessaliam, qua parte diem brumalibus horis
[c] Adtollit Titan, rupes Ossaea coërcet.
Cum per summa poli Phoebum trahit altior aestas,
Pelion [d] obponit radiis nascentibus umbras.

[a] At me-

VARIAE LECTIONES.

a *Gandavia* B. 1. V. 1. O. 1. *Grandavia* Marp. b *Thessalicam* V. tert. c *adtollat* V. 1. a m. pr. d *opposuit* B. 1.

peram credentes post hoc substantivum non posse sequi *ut peteret*. Judicent acutiores. Mihi verisimillimum videtur.

322 MOTU SURGENTE] Cum primum bella civilia mota sunt, & inceperunt. SCHOL.

325 TRANSCENDAM] Ibo, inquit, usque in ultimam Scythiam, dum procul ab urbe bella submoveam. IDEM.

325 ORBEM] Sic constanter scripti. Ab Eutyche tamen Grammatico citatur *axem* Col. 2179. Ed. Putsch. ut L. III, 359.

Quamvis Hesperium mundi properemus ad axem, & alibi.

328 AH POTIUS &c.] Ordo est, Ah ne quid bello patiaris in isto, suam potius esse te putet Caesar, ut Virgilius, *Ah te ne frigora laedant*. Melius, ut cum ego ab urbe absum, aestimet Caesar, eam esse suam, quam ut, me & exercitu ingresso, sentiat Roma, bella gesta esse civilia. SCHOL.

330 CONVERTIT ITER] *Conduxit* var. lect. Steph. Pulm. & Bersm. unus, & Vossiani sec. tert. & quint. In secundo haec glossa i. e. *praecepit* vel *convertit*. An notat, simul ducem fuisse itineris? *contendit* Pulm. unus quoque. Sed & vulgatum probe se habet. Sueton. in Caes. c. 34. *Romam iter convertit*.

331 CANDAVIA] Mons Macedoniae. SCHOL.

332 THESSALIAM QUA PARTE] Topographia. Thessalia, inquit, ab oriente brumali Ossam, ab occidente aestivo Pelion, à meridie Othrym, ab Occidente Pindum, à Septentrione Olympum habet. Sed in hoc errat poëta, quod inter Ossam, & Olympum, Pelium, qui ad Orientem hybernum est, interponit: & Ossa, ad aestivum, ut Ptolemaeus, & libro VII. Herodotus docent, & ipse mox dicet Olympum Ossae conjunctum. Pelium ergo pro Ossa, & Ossam pro Pelio posuit. Est autem Pelii altitudo, ut Plinius tradit, M. CC. L. passuum. SULPIT. Quod de poëta hoc mirandum non est, qui vicina quaeque commiscet, ut statim in locis Thessaliae apparebit, cum nomina Peloponnesiaca cum Thessalicis, & item Boeotica, nec solum nominum loca, sed & locorum tabulas notissimas, confundit. Hoc tamen loco, si quis pro *Ossaea* in secundo versu legerit, *Othraea*: in sexto contra pro *Othrys*, *Ossa*. Deinde, per *summa poli*, non Cancri tropicum, sed aequatorem intelligat, quemadmodum omnes Astrologi, quos hic poëta libenter sequitur, intelligere solent. Quippe huic declinationes, & ascensiones, illis longe aliter, quam vulgo intelliguntur, denominatae. Denique per *medios ignes* caput solstitiale, non aequator, sed tropicus Cancri accipiatur. Per hunc Ortus aestivi situm, conventuram puto hujus poëtae descriptionem cum Herodoti, atque adeo cum Ptolemaica pictura. Quidam stellas capitis Leonis Lucani temporibus in bona parte Cancri fuisse perhibent. At ego puto, illam signorum differentiam trium sphaerarum decimae, nonae, ac octavae, ne illi quidem saeculo notam fuisse, tantum abest, ut poëta quicquam de ea scire potuerit. GLAREAN. Haec descriptio ex septimo Herodoti transumpta videtur. Nam & ille Thessaliae situm eodem modo describit, *τὴν δὲ Θεσσαλίαν*, inquiens, *λόγος ἐστὶ, τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην. ὥστε γε συγκεκλεισμένην πάντοθεν ὑπερμήκεσι ὄρεσι. τὰ μὲν αὐτῆς πρὸς τὴν ἠῶ ἔχοντα, τό τε Πήλιον ὄρος, καὶ Ὄσσα ἀποκλείει, συμμίσγοντα τὰς ὑπωρείας ἀλλήλοισι. τὰ δὲ πρὸς βορέω ἀνέμου Ὄλυμπος. τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος, τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην καὶ ἀνέμου νότου, ἡ Ὄθρυς.* Haec ille. Ex quibus verbis facile apparet, temere ac sine causa poëtam hoc loco à Sulpitio reprehendi. Caeterum videtur poëta nomen *Emathiae* promiscue de Thessalia, & de Macedonia usurpare, cum tamen Thessalia non *Emathia* olim, sed *Aemonia* fue-

[a] At medios ignes coeli, rabidique Leonis
Solstitiale caput [b] nemorosus submovet [c] Othrys.
Excipit adversos [d] Zephyros, & Iäpyga Pindus,
Et [e] maturato praecîdit Vespere lucem.
Nec metuens imi Borean habitator Olympi
Lucentem totis ignorat noctibus Arcton.
Hos inter montes media qui valle premuntur,
[f] Perpetuis [g] quondam latuêre paludibus agri:

Flu-

VARIAE LECTIONES.

a *ac* H. *ad* V. 1. b *numerosus* W. aliique. V. ad Silium IV, 60. c *Otrix* V. 1. M. Ed. Ven. *Otris* al. d *Zephyrum & Iapida* B. 1. e *matutino* VV. LL. Steph. f *perpetui* R. pr. g *condam* MSS. 2.

fuerit appellata. Id quod cum ex Gellio patet libro XIV. cap. 6. tum ex Stephano, & Plinio quoque libro IV. cap. 7. MICYLL. Glareani judicium mihi vehementer approbatur. Quod si per *rabidum Leonem* proximum signum calidum non minus, ipsum Cancrum accipiamus, non videtur omnino esse inscitum. Sed conferamus Herodoti descriptionem, quae extat Πολυμνίης, cum Lucani; unde videre erit, quid inter se dissideant. HORTENS. Recte viri docti observant, hanc descriptionem Thessaliae ex Herodoto sumtam esse, sed Ossae, & Pelii situm ab auctore confusum esse. Vide etiam Comment. ad Plinium Lib. IV. c. 7. *Ossa, cujus ex adverso Pindus, & Othrys; ad ortus Pelios.*

333 BRUMALIBUS HORIS] Hiemalem dicit Orientem. Dicit hiemali soli in his locis Ossam, & Pelion aestivo i. e. solstitiali tempori oppositum. SCHOL.

333 DIEM ADTOLLIT] Sic L. V, 456. *diem jubar extollit.* infra 572. *ducit medium diem.* & alibi. Adtentionem tamen meretur, quod in veterrimo Regio primo sit *viam.* Sic *limes solis* VII, 866. *iter, via, cursus solis.* passim apud poëtas, & Astrologos. *viae siderum* infra vs. 412.

337 RABIDIQUE LEONIS] Bersm. tres, & duodecim mei cum Ed. Veneta, Brix. Mediol. *rapidi. Rapidi soles, aestus &c.* invenias saepissime Virgil. Georg. I, 92. 424. II, 328. Ecl. II, 10. Horat. O. II, 9, 12. Ovid. III. Amor. 6. Fast. II, 511. Claudian. IV. Conf. Honor. 341. Consule omnino H. Junium L. I. Animadv. c. 5. & Cerd. ad Virg. Georg. IV, 425.

Jam rapidus torrens sitientis Sirius Indos
Ardebat.

Nostro Lib. IX, 315. *Rapidus Titan.* Eodem modo variatur in MSS. L. X, 210.

- - - - - *qua mixta Leonis*
Sidera sunt Cancro, rapidos qua Sirius ignes
Exserit.

In melioribus ibi *rabidos*, ut hic ex meis Regius prim. & eadem manu Vossian. primus cum Oxon. uno, Amst. &c. retinent. Sidonius Apollin. Carm. XXIV, 53.

Seu contra rabidi Leonis aestum.

Optime Leoni convenit rabies. quare nihil muto. perpetuo autem hae voces commutantur in Mstis.

339 ADVERSOS] Mscr. tria *aversos* h. e. à tergo sitos versus occasum. BERSM. *Aversos* habent quoque variantes Stephani, & duo ex nostris cum Ascens. & Versell. Sed male. *aversos* ventos non potest excipere, sed *adversos.* Si quid mutandum esset, mallem *aversus* cum Vossiano sec. & quinto. quod notat *à tergo.* sed non opus est L. IX, 449.

- - - - - *excipit Austrum,*
Et terrae magis ille nocet, non montibus illum
Adversis frangit Libye.

340 PRAECEDIT] i. e. praecedit legitimum lucis occasum. Nam mox ut sol post ipsum montem ierit, hic omnia magnitudine sua inumbrat, & cito mittit noctem. Quia qui prope montem manebant citius, quam remoti lumen diei amittebant. SCHOL. *Praecidit* Mscr. *praecindit* h. e. subtrahit solem, quem videre non sinit Thessaliam sua altitudine. alt. *procidit.* BERSM. *Praecellit* in variis Steph. lect. *praescidit* Hulst. *praecedit* Oxon. unus, & Vossian. sextus cum Schol. & Edd. Veneta, ac Omnibono. Sed male. *praecidit* i. e. interrumpit lucem, dum inter solem cadentem, & plana Thessaliae medius intervenit, & eminet.

341 OLYMPI] Qui, inquit, sub monte Olympo, & in radicibus ejus habitant, nec à septemtrione verberantur, nec ipsius Ursae sidus adspiciunt,

quod

Flumina dum [a] campi retinent, [b] nec pervia Tempe
Dant aditus pelago, ſtagnumque inplentibus unum
Creſcere curſus erat. poſtquam [c] diſceſſit Olympo
Herculea gravis Oſſa manu, ſubitaeque ruinam
Senſit aquae Nereus: melius manſura ſub undis,

E-

VARIAE LECTIONES.

a *campo* W. a m. pr. b *non* W. c *diſcedit* P. 1.

quod ſidus integra tamen nocte reſplendet. SCHOLIAST.

343 MONTES] Vadianus in Melam p. 108. Seneca Nat. Quaeſt. VI, 25. BROUKHUS. Vide Comment.

346 DANT ADITUS PELAGO] Imo *pelagi*, ut habet MS. P. & R. A. Maris aditus erant interclusi. GROT. Fateor ita eſſe in Regio primo, Witt. Boh. Voſſ. ſec. primo, & Ox. pr. ſed in quibus duobus correctum erat *pelago*, & Amſt. cum Edd. Rom. Parm. Sulpit. Aicenſ. Verſell. Micylli, aliisque. Magis tamen adridet alterum *pelago* i. e. ad pelagum. Tempe non pervia vetant flumina ire uſque ad pelagum, quibus inplentibus unum i. e. perpetuum ſtagnum, & totas paludes incrementum erat pro curſu. ſive creſcebant, non vero currebant flumina. Ovid. L. I. Art. Amat. 163.

Hos aditus Circuſque novo praebebit amori.

Adpoſite de eadem re Claudian. L. II. R. Proſ. 183.

Diſſiluit gelido vertex Oſſaeus Olympo,
Carceribus laxantur aquae, fractoque meatu
Redduntur fluviusque mari, tellusque colonis.

Non autem debuerat Grotius tacite *imum* inmutaſſe in *undis*; quod eſt quidem in uno Berſm. & duobus, vel tribus meis recentiſſimis; ſed ceteri omnes cum editis *unum*, vel *imum*, ut in Reg. recent. & meo. ſubintelligit *fluminibus*, & *unum* dicit, quia omnia erant ſtagnum unum, & perpetuae paludes. *undis* mox ſequitur. Sic L. IV, 99. *Jam flumina cuncta Condidit una palus.*

347 CRESCERE CURSUS ERAT] Hoc, inquit, in fluminibus erat curſus, ut ſtagnum replerent, & altius facerent. nam intra ipſos montes, nemoraque non pervia, aquae omnes cohibebantur, & in mare exitus non habebant. SCHOL.

348 HERCULEA] Hunc enim montem Hercules fregit. (hinc *Herculeae fauces* L. VIII, 1.) *Diſceſſit* ergo i. e. poſtquam ab Olympo Oſſa ſeparata eſt. IDEM.

348 SUBITAEQUE] Quod in mare tot flumina, & fontes pariter concurrerunt. IDEM.

350 AEQUOREI] A Thetide matre, quae nympha eſt. Ideo ergo *melius ſub undis manſura*, quia regnum eſt aequorei Achillis. *Emathis Pharſalos* eſt nomen civitatis. dictum nominativo ſingulari. SCHOL. Rectius verba *melius manſura ſub undis* Scholiaſtes Cod. Witt. exponit per hos verſus.

Nam melius veteres illic remanere paludes
Eſſet, quam fieri Romae mundique ruinam.

352 PHYLACE] i. e. eminet. eſt enim civitas. Hinc fuit navis Proteſilai, quae prima tetigit litora Trojanorum. SCHOL.

352 DORION] Apud Dorion provocatae Muſae à Thamyra (*Tamira*, & *Tamaride* MSS.) ad canendum, victum illum excoecaverunt, ut meminit Homerus in Catalogo libri ſecundi. Legitur & *nobile* pro *flebile*. ſed factum hoc. IDEM. Sane ſcribendum fuerat Lucano *Dotion*; ſed non ſcripſit: quocirca non mutavi. Quod autem ſcribendum fuerit ita, affirmat Hermolaus Barbarus in quartum Lib. Plinii cap. 9. VERSELLAN. Poëta & nomina, & fabulas confundit, cum enim loquatur de *Dorio*, ſive *Dotio*, ut quidam legunt in Magneſia, attexit illico fabulam Thamyris, qui abjecerit lyram in fluvium Balyram, qui à Pylis Arcadicis, ut dictum eſt, quatuor M. paſſuum abeſt: & Dorii ruinae oſtenduntur verſus Cypariſſias, aut Triphyllia, quae Elis. Hoc vero loquitur loco, de Dorio Theſſaliae, ad quam tota narratio ſpectat. Porro *Henrici Glareani* verba ſunt. At quae hic ſequuntur, *inquit*, haud ſcio, an eodem modo defendi queant, quando poëta Graeciae nomina, & fabulas cum locis ita confundat, ut nihil diſcriminis ſit reliqui. Notum eſt Homeri in catalogo carmen, de Pyliis ſub Neſtore in Peloponneſo.

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἑλ[illegible], καὶ Δώριον, ἔνθά τε Μοῦσαι
Ἀντομέναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

Noſter hic poëta in Theſſalia omnia ponit & nomina, & fabulas, cum in Peloponneſo ea, atque adeo Achaia facta ab Homero dicantur. Quidam hunc locum excuſatum iri putant, ſi pro *Dorion*, legant *Dotion*. Nam *Dorion* quidem eſſe in Peloponneſo atque adeo Achaia facta ab Homero dicantur. Quidam hunc locum excuſatum iri putant,

Emathis aequorei regnum Pharsalos Achillis
Eminet, &, prima [a] Rhoeteïa litora pinu
Quae tetigit, [b] Phylace, [c] Pteleosque, [d] & Dorion [e] ira
Flebile Pieridum; Trachin, pretioque nefandae
[f] Lampados Herculeis fortis Meliboea pharetris:

At-

VARIAE LECTIONES.

a *Rethëia* & *Rheteia* MSS. & Edd. qdd. b *Phylaceque* R. pr. c *Teletisque* R. I. *Teleosque* MSS. 2. Ald. *Theleosque* MSS. 5. *Phteleosque* MSS. 2. *Etheleosque* H. *Telesosque* V. I. d deest in V. I. e *iram* Ed. Ven. f *Lampadis* A.

tant, si pro *Dorion*, legant *Dotion*. Nam *Dorion* quidem esse in Peloponneso prope Messenios in ipsis adeo Pyliis, de quo loquatur Homerus, ubi Thamyrin victum multarint Musae, sed *Dotion* esse Thessaliae campum, de quo posse hoc loco intelligi. Verum hoc nihil ad fabulam. Imo nec sequentia de Thebis Boeoticis ad Pthioticas applicata ullo pacto defendi possunt. Concedatur hoc poëtae in opere imperfecto, qui haec, & hujusmodi alia emendaturus, si licuisset per sceleratum Neronem, erat. Pluribus de his solicitum esse non est opus. Hactenus GLAREAN. Sive igitur hic *Dotion*, sive *Dorion* legas in Thessalicis, neutro fabula referri potest. Plinius libro quarto, capite quinto, in quo oppida Achaiae recenset, in Messenia, quam dicit duodeviginti montium esse, *intus autem*, inquit, *ipsa Messene, Itome, Oechaliae, Arenae, Pteleon, Thryon, Dorion, Thamyrae vatis clara temporibus*. HORTENS. Vid. Vadianus in Melam p. 113. Schottus ibid. p. 47. Barbarus in Plinium p. 63, 75. Pintianus in Melam p. 48. Vossius *Dotion* legit, atque ita litem dirimit ad Melam p. 149, 150. BROUKHUS. Pintianus existimat, *Dorion* nomine saltem tam in Thessalia esse, quam in Peloponneso, & Lucanum vulgari poëtarum more alterum pro altero posuisse. Certe in Plinii loco L. IV. c. 9. *Dorion*, non *Dotion*, ab Omnibono fuisse lectum, patet ex ejus notis, & multa loca à veteribus Thessaliae, & Peloponneso communiter fuisse adtributa, certum est, ut patet vel ex adjuncta *Pteleo*, & paullo post *Pholoë*, & innumeris aliis, de quibus egimus latius ad L. III, 191. Falso autem interpretes quidam hic dicunt, idem à Lucano factum esse in *Thebis*. Nam recte Grotius notat, auctorem indicare voluisse, Agaven, hac caede peracta, in exsilium abiisse, & in Phthiotide sedem quam à patria more illorum temporum. (unde ubique Troja, & Pergama, Salamis, Carthago &c.) *Thebas* nominaverit, invenisse. Explicationes, quas dant vocis *exsulis*, ineptae sunt. Sed redeamus ad *Dorion*. Patet ergo ex his, non male à Pintiano suum popularem defensum esse; aut contra manifestam veritatem esse pugnatum, ut tamen existimat Barthius, & errasse Lucanum etiam putat ad Statium Lib. IV. Thebaid. 181.

Quos Helos & Pteleon, Getico, quos flebile vati Dorion.

Qui versus nisi me revocaret, libentissime irem in sententiam magni Is. Vossii legentis *Dotion*. Ut scilicet Lucanus non secutus sit Homerum, qui in Peloponneso Dorii hoc accidisse refert, & ex eo Statius; sed Hesiodum, qui memoriae prodidit, hoc Musarum, & Thamyris certamen accidisse in Thessalia in campo Dotio: qua levissima mutatione duobus erroribus, quos alias magno satis numero commisit, Lucanum liberare possemus. sed, ut dixi, Statius scrupulum injicit; cum nimis clare videatur hunc Lucani versum ante oculos habuisse, sua verba componens. Ipse vero Thamyris Thessalus fuit non Peloponnesius; passim enim *Thrax* vocatur; quod facit pro *Dotio*. non male in *Dorio* natum esse illum, ait Lutatius. Consule laudatum virum ad Pompon. Melam L. II. c. 3. *Et Pteleon, & Echinon ad Pagasaeum sinum*. *Doridon* scribitur in uno Berlin. Voss. sexto, & meo. *Darion* Voss. quint. *Dirion* Hulst. Interim ex adlatis locis patet recte se habere *Pteleos*. Mire variant MSS. & Edd.

353 TRACHIN] Hujus nominis oppida esse, diximus in Phocide, & in Boeotia. Puto autem hic esse legendum *Atracen*, quod esse apud Larissam Strabo docet. SULPIT. De *Dorio*, & cur *flebile* à poëta dicatur, notum est ex Iliados secundo. Thamyri eo loco à Musis propter jactantiam excaecato. Trachin autem Thessaliae oppidum fuit juxta Oetam montem, *Heraclea* postea vocata, ut Strabo lib. IX. indicat. & Stephanus, qui Τρῆχις, inquit, πόλις Θετταλίας ὑπὸ τὴν Οἴτην, ὑπὸ Ἡρακλέως κτισθεῖσα, καὶ ὀνομασθεῖσα διὰ τὴν τραχύτητα. Recte igitur hoc loco *Trachin* legitur, contra quam putat Sulpitius MICYLL.

354 HERCULEIS] Multi enim volunt, ut hic Hercules sit crematus. Nam Hercules cum Nessum centaurum propter Deianiram uxorem sagit-

ta

Atque olim Lariſſa potens: ubi nobile quondam
Nunc ſuper Argos arant: veteres ubi fabula Thebas
Monſtrat Echionias: ubi quondam [a] Pentheos exſul
Colla, caputque ferens ſupremo tradidit igni,
Queſta, quod hoc ſolum nato [b] rapuiſſet, Agave.
Ergo [c] abrupta palus multos [d] diſceſſit in amnes.
Purus in [e] occaſus, parvi ſed gurgitis, Aeas

Iönio fluit

VARIAE LECTIONES.

a *Pentheus* MSS. 4. b *rupiſſet* B. 1. c *abruta* V. 3. d *diſcedit* A. *disjecit* Edd. Br. Med. e *occaſu* V. tert.

ta occideret, & cum tantam ſcabiem (f. *tabem*) incurreret ex camiſia, quae conſilio ipſius Neſſi centauri conficiebatur, ut jam eum taederet vitae, adſcendit in Oetam montem, adſumto Philoctete Meliboeo armigero ſuo, cui etiam hereditavit ſagittas ſuas, ac ſuccenſo rogo ſe praecipitavit, ſicque periit. *Lampados* Graecus genitivus. SCHOL.

354 PHARETRIS] Reg. pr. Marp. Amſtel. Voſſ. prim. *ſagittis*, (in ultimo eadem manu reſcriptum *faretris*) cum Wittiano pro var. lectione, & editionibus Aſcenſii Verſell. Mic. & Hortenſ. ſed male. *pharetras* in plurali per metonymiam continentis pro contento ſumit pro ſagittis noſter ſaepius. L. III, 185.

- - - *Gnoſoſque agitare pharetras*
Docta.

VIII, 302.

Experti Scythicas, Craſſo pereunte, pharetras.

ubi itidem turbatur Sabin. Epiſt. 1. in fine.

Ultoris pharetris utile tempus erit.

De Meliboea praeter alios Mela L. II. c. 5. *Niſi quod Philoctetes alumnus Meliboeam illuminat.*

355 ATQUE OLIM LARISSA POTENS] Hinc enim Achilles fuit: ut Virgilius, *Lariſſaeus Achilles.* SCHOL. Oſtendit Scholiaſtes: cur *olim potentem* Lariſſam vocaverit auctor: V. Servium ad Virg. lib. II. Aen. 197. Sed Illuſt. N. Heinſius, offenſus duabus vocibus *olim*, & *quondam* in uno verſu, ingenioſiſſime conjecit *atque ovium*, vel potius, *atque ſoli Lariſſa potens.* ἐρίβωλαξ Λάρισσα Homero & *opima* Horatio vocatur. Conſule eum in Epiſt. ad Gronov. 372, 375. Elegantiſſima ſane conjectura, quam tamen amplecti contra Mſtos non audeo. Negligentiſſimum in repetitione vicinorum, & eorumdem verborum, pro quibus alia potuiſſet facillime ſcribere, & quae etiam correxiſſet, credo, ſi per Neronem ei licuiſſet, eſſe Lucanum vidimus ſaepius. Ita mox ſequitur rurſus *quondam.* Cuncta etiam loca, quae hic junctim deſcribit auctor, à facto quodam hiſtorico vel perſonarum nobilitate, deſignat. ut *Dorion* à Thamyra, *Meliboeam* ab Hercule & Philoctete, *Thebas* à Pentheo & Agave, *Inachium* ab Iſide, *Evenon* à Neſſo &c. Sic ergo & fecerit auctor in *Lariſſa* ab Achille. praeterea *olim potens* junxit quoque L. II, 230. *olimque potentes concurrunt.*

356 ARANT] Ordo eſt. ubi arant, ſc. homines, ſuper nobile quondam Argos. Argos autem Theſſalicum accipimus, non Graecum. SCHOL. Corrigendus eſt hinc Servius Lib. VII. Aen. 286. ubi citatur *erat* pro *arant.* Optime *arant*, ſcil. homines. qui generalis nominativus à noſtro, & aliis millies ſubintelligitur, ut alibi jam diximus. Vide etiam Comment. ad Phaedr. L. V. F. 1. ſimiliter *arant* L. IV, 334. *Qua nudi Garamantes arant.* ubi plura. Eſt haec quoque deſcriptio dirutae urbis, ut notum. Ovid. Ep. pr. *Jam ſeges eſt, ubi Troja fuit* &c.

356 UBI FABULA] Fabuloſum eſt, quod de Thebanis terrigenis dicitur, & muro ab Amphione ſtructo. Poeta vero confundit nomina: Nam hic indicat Thebas Phthioticas, & loquitur de Echionis. SULPIT. Sic & Virgilius de Scylla loquens in Bucolicis, alteram pro altera poſuit. Et Ovidius Atalantam alibi Arcadicam pro Boeotica recenſet. MICYLL. Hoc vult, Thebas Phthioticas dictas à Thebis Boeoticis, ex eo quod Agave ibi exſilii ſui ſedem inveniſſet. GROT. Recte. Vide ſupra. Cum ceteris interpretibus facit Aſcenſius, quem conſulat, ſi cui lubet. Parum diſtincte, *Cadmeas* ſi dixiſſet auctor, fuiſſet locutus. *Echioniae* ob Pentheum Echionis filium.

357 PENTHEOS] Pentheus filius Echionis (*Sephonis* MSS.) & Agavae; Thebanorum rex, qui ideo, quod Liberum, deum eſſe negavit, à matre & ſorore diſcerptus eſt inſtinctu Liberi. Τοῦ Πενθέως colla caputque declinavit. Ordo *Exſul parens Agave.* Exſul facta poſtquam facinus ſanata cognovit. SCHOL. *Exul autem*, inquit Omnibonus, *à ſe ipſa alienata intelligitur.* Vel

reſpi-

Iönio fluit inde mari: nec fortior undis
Labitur [a] avectae pater [b] Isidis, & tuus, [c] Oeneu,
Pene gener crassis oblimat Echinadas undis:
Et Meleagream maculatus sanguine Nessi
Evenos Calydona secat. [d] ferit amne [e] citato
[f] Maliacas Sperchios aquas: & [g] flumine [h] puro
Inrigat [i] Amphrysos famulantis pascua Phoebi.

Quique

VARIAE LECTIONES.

a *adductae* VV. LL. Steph. *abreptae* A. *evectae* Edd. Rom. Parm. b F. *Isidos.* c *Oenu* V. tert. d *fert* Ed. Hort. e *coacto* M. f *Malliacas* V. 3. g *sanguine* V. 1. h *parvo* R. 1. i *Amphrissus* B. 2. *Amphisus* V. 1. H. *Amphrisus* V. 3. R. 1. M.

respicit ad illud, quod Pentheus Bacchum & omnes, qui illum sequebantur, agro suo interdixerat. Ergo quasi *exul* erat interdicto Penthei. Est autem *Pentheos* genitivus Graecus, à Πενθεὺς nominativo, non à πένθος, ut idem Omnibonus putat. MICYLL. Recte Micyllus, ut paulo ante memini, Pentheus matrem, & universum Bacchantium gregem à sacris prohibuerat, agrisque interdixerat. Contortum nimis mihi videtur, si *exul*, hic acciperetur pro alienata mente, ut Omnibonus. HORTENS. Ita & alii exponunt perperam cum glossis Voss. primi *propter furorem.* sed neque *exsul* dicitur, quia à Pentheo agro ei interdictum erat. Agave revera exsul fuit post agnitum facinus; & ut dicit noster, eo se contulit, ubi Thebae Phthioticae, dein nominatae, sunt, secum ferens caput filii, quod illic supremo honore adfecit. Paullo aliter Hyginus Fab. CLXXXIV. *Agave ut suae mentis compos facta est, & vidit se Liberi inpulsu tantum scelus admisisse, profugit ab Thebis, atque errabunda in Illyriae fines devenit* &c. pro *ferens* autem Scholiastes legit *parens* in Voss. sec. ubi pro varia lectione notatum etiam est ad marginem. Sed Agaven fuisse Penthei parentem, satis intelligitur ex *nato.*

359 QUESTA] Haec una de Bacchis filio caput exsecuit, furore correpta. postea resipuit, & concrematum rogo caput tradidit sepulturae. Ergo questa est, quod non plus rapuerit de filii membris, ut modo plus humaret, vel quod non haberet totum corpus filii sui. SCHOL.

360 PALUS] Non Lerna accipienda hoc loco, ut Sulpitius addit. Haec enim alterius loci fuit, sed de ea palude intelligendum, quam ante apertam Thessaliam, Peneus, & caeteri fluvii intus inclusi faciebant, quam Herculem poëta emisisse postea dicit. MICYLL.

361 OCCASUS] In occidentales partes. *Ionio,* in Ionium mare. SCHOL.

361 AEAS] Variant MSS. sed veram hanc esse lectionem, docent Strabo, & Plinius. GROT. *Oeas* Voss. pr. *Aenas* tert. quidam *Eas,* & *Heas.* Praeterquam apud Strabonem, & Plinium, etiam hic fluvius hoc modo scribitur apud Ovidium L. 1. Metam. 580.

Apidanosque senex, lenisque Amphrysos, & Aeas.

& Melam L. II. c. 3. in fine. ubi videndus Is. Vossius, qui eumdem circa Inachum errorem, cujus recte Lucanum accusant hic Micyllus, & alii, Ovidio inpingit, ex quo procul dubio hausit noster.

262 NEC FORTIOR] Labitur & ipse, inquit, parvo gurgite, ut Aeas fluit. Inachum fluvium dicit, cujus Iö filia in Isidem conversa est. SCHOLIAST.

363 AVECTAE] Quia à patria in Aegyptum avecta est. IDEM. *Voss. sec.* in quo recenti manu adtexta est tota Iûs fabula, ut & mox de Apro Caledonio, & in Voss. pr. de Meleagri morte ex Ovidio, Servio, aliisque.

363 PATER] Fuit enim & alter Inachus, Hecataeo autore, qui ex Lacmo oriens, unde & Aeas oritur, per Amphilochos fluit. Quare & hic poëta videri potest, id quod alterius est, alteri attribuisse. MICYLL.

364 PENE GENER] Acheloum dicit, qui concertavit cum Hercule, qui Oenei filiam uxorem haberet, in quo certamine victor Hercules factus. Ideo dictum *pene gener.* Hinc Achelous ad Echinadas fugit cornu mutilato. SCHOL.

364 OBLIMAT] Limo inplet. IDEM. *Limosam aquam* Acheloo etiam dat Ovidius Epist. Her. IX, 140. *turbidus* vocatur à Statio L. II. Theb. 730. ubi vid. Barthius.

365 MACULATUS] Quia Hercules Nessum centaurum in eo interfecit. SCHOL.

366 EUENOS] Msc. *Pimetis.* Alt. *Eimenos.* & tert. *Euneus.* quart. *Euneos.* Evenus fluvius Calydonem urbem irrigat. BERSM. Mire hic turbant

Mmm mei

Quique nec [a] humentes nebulas, nec rore [b] madentem
Aëra, [c] nec tenues ventos suspirat [d] Anauros.
Et quisquis, [e] pelago per se [f] non cognitus, amnis
Peneo donavit aquas. it gurgite rapto
[g] Apidanos; [h] numquamque celer, nisi mixtus, [i] Enipeus.
Accipit Asopos cursus, [k] Phoenixque, Melasque.
Solus, in alterius nomen cum venerit undae,

Defendit

VARIAE LECTIONES.

a *humentis* R. pr. b *madente* O. 2. c *non* V. 1. d *Enauros* O. 1. *Inaurus* R. 1. *Anaurus* V. 2. e *per se pelago* B. 1. f *nec* R. 1. g *Epidanos* V. 1. *Apidanus* MSS. & Edd. qdd. h *numquam* R. pr. i *Anipheus* V. 1. *Enipheus* MSS. & Edd. qdd. & *Asopus*. k *Phenixque* MSS. qdd. *Phoenisque* V. 2.

mei quoque libri, & editiones primae. In plerisque est *Eaneos*. *Eubenos* Voss. pr. *Ebuvenus* tert. sed rectum est *Evenos*. De eo consule omnino N. Heinsium ad Ovid. Epist. IX. Her. 141.

Semivir occubuit in letifero Eveno
Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.

367 MALIACAS] Est autem alius Maliacus sinus, aliudque Maleae promontorium. Contra quam hic sentit Omnibonus. MICYLL. MSS. *Mellinchas*. Alt. *Malliachos*. Maliacus sinus juxta Pagaseum, & Opuntium. BERSM.

367 SPERCHIOS] Sic rectius ediderunt viri docti, quam *Sperchius*, ut est in MSS. & Edd. multis, ac Prisciano c. 766. Sed duo ex Vossianis habent *Spercheus*. Scribe *Spercheos*. Graece Σπερχειός. Sic Πηνειός, Peneus. Δαρεῖος, Dareus, & innumera ejusmodi, à viris doctis prolata. Consule notata ad L. III, 281. & Heinsium ad Ovid. L. I. Metam. 579. *Populifer Spercheos*. Adde Vibium Sequestr. *Spercheos* etiam scribendum apud Claudian. de B. Get. 183. non *Sperchius*. Spercheon autem in Maliacum sinum exire, tradunt quoque Strabo L. IX, 428, 433. & Plinius Lib. II, 7. aliique. Quare errat Mela L. II. c. 3. §. 75. *Pagasaeus sinus urbem Pagasam amplexus amnem Sperchion accipit.*

368 FAMULANTIS] Juxta enim hoc flumen pecus Admeti Apollo pavit. Ideo dictum *famulantis*. SCHOL. Hic rursus tota Hippolyti, & Apollinis adtexitur fabula in utroque Voss. quae iisdem verbis legi potest apud Servium ad Aen. VII, 761. Pro *novem annis*, quos dicitur à Servio Apollo Admeto serviviffe, habetur in Voss. pr. VII. *annis*. in Voss. sec. VIII. *mensibus, vel IX. annis, ut quidam dicunt.*

370 VENTOS] *Ventos* Msc. alii *vento*, male. BERSM. *Vento* in Pulm. Ed. typothetarum vitio.

370 ANAUROS] Hoc ideo mirum est, quod contra naturam est. Nam omnes fluvii nebulas de se fundunt (*defendunt* Voss. pr.) & aërem humidum, & auras tenues, quod solus hic non facit. SCHOL. Videndus Jac. Nicol. Loënsis L. v. Epiphyll. Msc. c. 21. BROUKHUS.

371 PELAGO PER SE NON COGNITUS AMNIS] Nam multi fluvii in hunc intrantes ad maria cum suo nomine non veniunt, sed Penei. SCHOL.

371 JAM COGNITUS] Sunt, qui legunt *non cognitus*, hoc est, qui nomen suum secum non defert in mare, sed Peneo in ipso cursu miscetur. HORTENS. Sulpitius male reposuit *jam*, quem secuti sunt Ascensius, Micyllus, Hortens. aliique. perperam, & contra MSS. Dicit Lucanus, ut recte exponit Scholiastes, fluvios illos Oceano non esse cognitos, quia illis nomen & aquas aufert Peneus. quomodo loquitur noster L. IV, 21.

Cinga &c. nam gurgite mixto,
Qui praestat terris, aufert tibi nomen Hiberus.

L. I, 400.

- - - famae majoris in amnem
Lapsus, ad aequoreas nomen non pertulit undas.

372 ET GURGITE] *It gurgite* Msc. tria, probe. BERSM. Merito itaque *it* recepit Grotius, quique eum secuti sunt: neque aliter habent variae lect. Steph. quinque Pulm. & mei plerique cum editionibus Sulpitio prioribus, qui primus dederat *&*, & Parisiensi 1512. *Et* tamen, quod mireris, servant Voss. pr. sec. quint. Reg. prim. & meus. *it* suprascr. *it* Wittian. *ire* saepissime de fluvio dictum invenias. Ovid. L. II. Metam. 455.

- - - de quo cum murmure labens
Ibat.

Noster L. VII, 116.

- - - turbidus ibit Enipeus.

Mela L. I, 2. III, 5. & passim. Plura dat Broukhus. ad Tibull. L. I, 10, 36.

Lucere & puras fluminis ire vias.

Sic *it* in *&* abierat L. I, 229.

Defendit Titaresos aquas, lapsusque [a] superne,
Gurgite Penei pro siccis utitur arvis.
Hunc, fama est, Stygiis manare paludibus amnem,
Et capitis memorem, fluvii contagia vilis
Nolle pati, Superûmque [b] sibi [c] servare timorem.
Ut primum emissis [d] patuerunt amnibus arva,
Pinguis [e] Boebrycio [f] discessit vomere sulcus:

Mox Le-

VARIAE LECTIONES.

a *superno* M. *superni* R. pr. b *pati* V. 1. c *superare* H. d *patuere* V. 1. *patuere paludibus* B. 1. e vulgo *Boebicio*. f *discepsit* A.

373 APIDANOS; NUMQUAMQUE CELER, NISI MIXTUS, ENIPEUS] Ovidius diversum sensisse videtur, qui primo Metamorph. dixit:

Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus,
Apidanusque senex &c.

Senem enim, hoc est, tardum vocat Apidanum, contra autem Enipeum *irrequietum*. MICYLL. Diversum hoc dictum est ab Ovidio, ut cum indicio annotavit etiam Micyllus, qui Apidanum *senem*, hoc est, pigrum vocat, & tardum, & Enipeum irrequietum Metam. 1. Apollon. Argon. 1. Ἀπιδανὸν μέγαν, & δῖον Ἐνιπέα vocat, quos dicit simul deorsum ferri, & in unum concurrere, & misceri.

Ἔνθα μὲν Ἀπιδανός τε μέγας, καὶ δῖος Ἐνιπεύς:
Ἄμφω συμφορέοντες ἀπόπροθεν εἰς ἓν ἰόντες.

HORTENS. De *Apidano*, & *Enipeo*, quorum alter alterum recipit, variant enim auctores, quis recipiat; item *Asopo*, *Phoenice*, & *Melane* vide Herod. L. VII. p. 197. &c. & quae collegit Doctiss. Hesselius ad Vibium Seq. his vocibus. Ubi pro *Epidanon*, *Apidanon* ex nostro patet esse scribendum: quamquam Vibius non intellexit Lucanum. de *Enipeo*, vide quoque ad Valer. Flacc L. 1, 81. Non accedere autem possum Celeb. Turnebo Adversf. L. III. c. 2. ubi erudite disserit de *Anauro*; quod hic, & aliis nostri locis contra vulgatam opinionem, & alios Latinos poëtas, & contra optimos Mstos malit scribere Latino more *Enipheus*. Graecas enim terminationes amatas esse tam à nostro, quam ceteris poëtis, patet passim.

374 ASOPOS] Strabo libro IX. Asopum ait juxta Thermopylas in mare exire, Phoenice recepto, qui à latere Australi descendens illi jungitur, cognominis Nerei Phoenici, cujus & sepulchrum juxta eundem fluvium fuit. Plures autem Asopi fuerunt, de quibus eundem Strabonem vide libro octavo. MICYLL. Mscr. *Esopus*, mendose. Asopus & ipse in Apidanum influit, & ab eo incitatur. BERSM.

374 PHOENIXQUE] Aldus legit *penis*. VERSELL. *Penis* ediderunt quoque Colin. & Stephan. perperam, ut constat ex locis ad Vibium, & hic à viris doctis adlatis. Ceterum nisi Lutatius ad Statium L. VII. Theb. 317. *Hunc Asopum breviter etiam describit Lucanus dicens, Asopus aquas*, hunc locum respexerit, sed μνημονικῷ ἁμαρτήματι pro *cursus* citaverit *aquas*, quod puto, ex alio Lucani opere debent esse producta: quod censet Barthius.

374 MELASQUE] Mscr. *Melaxque*. perperam. BERSM. *Melaxque* exhibent veterrimi Regius pr. Voss. pr. Witt. Hulst. & meus. Forsan non tam male. Vide quae diximus de *Taras*, vel *Tarax* ad L. V, 376.

376 TITARESOS] Qui & Orcos dicitur, de quo Plinius: *Peneus accipit amnem Orcon, nec recipit, sed olei modo supernatantem, ut dictum est ab Homero, brevi spacio portatum abdicat: poenales aquas dirisque genitas argenteis suis misceri recusat*. SULPIT. Apud Plinium, non *Orcos*, *Eurotos* legitur, apud Strabonem autem *Eurotas*. Utriusque loca supra citavimus. Caeterum praesens poëtae locus ex Iliados secundo transumptus est. Ibi enim Homerus de eodem Titareso loquens,

Ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίρροον ὕδωρ, inquit.
Οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
Ἀλλάγε μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥέει, ἠΰτ' ἔλαιον
Ὅρκου γὰρ δεινοῦ στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ.

MICYLL. Mscr. *Tytharessus*, vitiose. BERSM. Titaressus Homero in Boeotia, unde haec fluminis sumta descriptio: & ea quae apud Plinium est in Thessalia. GROT. Ed. tert. Vix credo, haec à Grotio esse profecta. Certe falsa sunt. non enim in Boeotia est apud Homerum, sed etiam in Thessalia, & ex eo sumsisse auctorem nostrum sua verba, patet satis. Est locus in Catalogo vs. 258. Ceterum rescripsi *Titaresos*, ut habent rectius editiones Sulpit. Ascens. Micylli &c. & Regius prim. Oxon. prim. ac Vossian. sec. vel *Titaressos*. *Citaresus*

Mmm 2 Oxon.

Mox Lelegum dextra [a] pressum descendit aratrum.
[b] Aeolidae, Dolopesque [c] solum [d] rupêre coloni,
[e] Et Magnetes equis, Minyae gens cognita remis.
Illic [f] semiferos [g] Ixionidas Centauros
Foeta [h] Pelethroniis nubes [i] effudit in antris.

Aspera

VARIAE LECTIONES.

a *impressum* B. 1. b *Aeolides* M. c *suum* Ed. Ven. d *fregere* vulgo. e *ac* B. 1. f *magniferos* B. 1. g *Ixionidasque* V. 1. H. h *Peletroiis* V. 1. al. *Pelotroniis*, *Pelectroniis*, *Palectroniis*, *Paletr.* &c. i *effundis* B. 1. Ed. Par. 1512. Gryph. Haer. Matt.

Oxon. sec. Amst. & meus. *citharaedus* Ed. Ven. *Titaressus* multi libri. Apud Plinium vero L. IV. c. 8. legitur *Orcon*, non *Euroton*, quod Hermolai inventum est. Vide Harduin. Delrium ad Senecam Troad. 845.

376 SUPERNE] Virg. L. VI, 658.

- - - - *unde superne*
Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.

Inf. vs. 737. *lux superna.* dein pro *est stygiis*, *e styg.* Voss. tert. non male. *τὸ est* caret unus Voss.

377 PRO SICCIS UTITUR ARVIS] Ita per medias undas Penei vadit, neque ei confunditur, tamquam per terram fluat habens suas ripas. SCHOL.

380 NOLLE PATI] Originis memorem, quam ducit ab styge, Penei undis velut levioribus misceri nolle. IDEM.

380 SUPERUMQUE] Quia per Stygem Dii jurare dicuntur. *Superûm* ergo pro *superorum*. Scilicet ne incipiat ab his contemni, si Penei fluctibus misceatur. IDEM. *Superum timorem* eum intelligit, quo Superi, per Stygem jurantes, fallere timebant. Hunc enim honorem, ut Hesiodus ait, Styx à diis superis accepit, ut per hanc ipsi jurarent: & quicunque fefellisset,

Κεῖται νήποτμος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν,
Οὐδέποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἔρχεται ἆσσον
Βρώσιος, ἀλλά τε κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος
Στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι, κακὸν δ' ἐπὶ κῶμα καλύπτει

&c. MICYLL.

381 PATUERUNT] Qui antea à paludibus tegebantur. SCHOL.

382 BEBICIO] *Bebicii* illic arare coeperunt, & alii populi. Bebe una est ex urbibus adjacentibus Demedriadi, ubi est & Bebeis lacus vicinus Pheris. Ut libro nono Strabo docet. *Bebricia* autem Bythinia est. SULPIT. *Bebicium sulcum* à Bebe oppido, juxta Bebeidem paludem aliquando sito, dictum volunt. Quod tametsi non rejicio, dubitari tamen potest, *Bebaico* ne potius legendum sit, ut à *Thebe Thebaicus*. Nam & Stephanus autor est, Graecum possessivum à Bebe, *βοιβαῖος* deduci; & foemininum patronymica forma *βοιβηΐς*: aut certe *Boebiaco*, quando & *βοιβιὰς* Graece, & *βοιβία λίμνη*, apud eundem autorem legitur. MICYLL. Rescribe *Bebrycio* cum Msc. GROT. Pulm. Bersm. & omnes à me inspecti Codices *Bebricio*, *Bebritio*, *Brebicio*, *Berito* exhibent cum editionibus priscis, & R. Stephano. mutavit in *Bebitio* Sulpitius. Vereor tamen, ne *Bebryces* nimis longe petiti sint. Cum enim Bithyniae sit populus (vide Omnib.) non defendi potest, nisi sola Strabonis suspicione, qui eos è Thracia (quam saepe cum Thessalia, & contra confundi vidimus ad L. I, 680. III, 191. & alibi) olim venisse arbitratur. Consule eum L. VII. p. 295. XII, 541. Ed. Par. Sed nec *Boebicio* stare potest. nam ab oppido *Boebe*, aut à palude *Boebeide*, cujus est etiam mentio apud nostrum L. VII, 175. hoc gentile derivari nequit, ut recte monuit Sulpitius. Quare ego malim à *Βοιβαῖος* formare, & scribere *Boebaeo* ex Stephano. Tractus autem circa Boeben fuit pinguissimae terrae; unde *pinguem* vocat *Boebeida* Valer. Flacc. L. I, 449. quem tamen Heinsius putat, confudisse hanc paludem cum Titaresso: sed vide Celeb. Burmannum.

383 LELEGUM] Leleges aliquando Locrensium terram, Thessaliae conterminam, tenuisse, & Plinius autor est lib. IV. cap. 7. & Strabo libro septimo. Caeterum Hesiodi versus, quos idem Strabo citat, his verbis:

Ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν,
Τοὺς ῥά ποτε Κρονίδης Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς
Λεκτοὺς ἐκ γαίης ἀλέας πόρε Δευκαλίωνι.

argumento sunt, & in Thessalia eosdem aliquando habitasse. Quae enim alia terra Deucalionis, quam Thessalia accipienda, quando eadem & Pyrrhaea olim à Pyrrha Deucalionis uxore, ut idem Strabo autor est libro nono, appellata fuit? Et Commentator Pindari, Pythiorum ode secunda, apertè

Aspera te Pholoës frangentem, [a] Monyche, saxa,
Teque sub Oetaeo torquentem vertice [b] vulsas,
[c] Rhoete ferox, quas vix Boreas inverteret, ornos:
Hospes & [d] Alcidae magni, [e] Phole: teque per amnem
Inprobe Lernaeas [f] vector passure sagittas:

[a] Teque

VARIAE LECTIONES.

a *Monice* MSS. plerique, & Edd. qdd. b *silvas* R. 1. c *Rhoece* vulgo. d *Aeacides* VV. LL. Steph. e *Pholoe* V. 2. R. 1. A. f *rector* al. V. Drak. ad Sil. XVII, 138.

apertis verbis indicat, Centauros olim Lelegas vocatos fuisse, ita inquiens: *Λέλεγας γάρ φησι πρότερον αὐτοὺς προσαγορευομένους διὰ δὲ τὸ ἀποκεντῆσαι τοὺς ἵππους προσαγορευθῆναι ἱπποκενταύρους.* MICYLL. Citat Servius ad VIII. Aeneid. 725. GROT. De hoc & seqq. populis multum hic agit Hortensius.

384 AEOLIDAE] Aeolidas vocat Thessalos antiquiores poëta, vel ab Aeolo Hellenis filio, à quo & Hellas Thessaliae pars aliquando dicta fuit. Vel quod olim tota Graecia extra Isthmum sita, exceptis Megarensibus, & Atheniensibus, & item Doriensibus Aeolum nomine appellata fuerit, quemadmodum Strabo docet libro octavo. MICYLL.

384 RUPERE COLONI] Ita rescribi jubent Codd. Bohier. Wittian. Voss. prim. sec. tert. & quint. Vulgo *fregere*. sequitur mox *frangentem*.

386 SEMIFEROS] Reg. unus a manu sec. *semiviros*. ut Nessus *semivir* apud Ovid. loc. cit. sed & ille *semifer* MSS. quidam. ut & alibi apud Ovidium, Statium, aliosque. Hoc certe loco *semiferos* praestat. *Semiviri* potius dicuntur effeminati & Hermaphroditae, quam Centauri, & id generis monstra: licet analogice ita vocari possint.

386 CENTAUROS] Centauri autem Ixionis, & nubis filii sunt. Ixion autem amatam Junonem (*Dianam* Witt. Schol.) de stupro interpellavit. Illa Jovi confessa est, & ex ejus voluntate nubem in suam formam conversam obtulit: unde feruntur nati esse Centauri, qui ex parte equi sunt. unde bene allusit Virgilius,

Centauri in foribus stabulant.

SCHOL.

387 PELETHRONIIS] *Πηλεθρόνιον ὄρος Θεσσαλίας*, inquit Stephanus. Hinc & *Pelethronii*, qui sub eodem monte habitant. MICYLL.

388 PHOLOES] Montes Thessaliae. SCHOL. Fuit autem mons Arcadiae Pholoë, à Pholo Centauro, Herculis hospite, ibi sepulto, appellatus. Huc Centauri, quotquot reliqui ex pugna, cum Lapithis facta, superfuerant, confugere. Ubi postea cum Hercule congressi penitus deleti sunt. Meminit fabulae & Pindari Interpres, secunda Ode Pythiorum. MICYLL. *Pholoën*, Arcadicam & Thessalicam, fuisse duplicem vidimus ad Lib. III, 191. quem locum consule.

388 MONYCHE] Centauri nomen est. Ubique subaudiendum *foeta nubes effudit* i. e. genuit. SCHOLIAST. Msc. *o Moniche* (& Voss. unus) Juvenal.

Quantas jaculetur Monychus ornos.

BERSM.

389 OETAEO] Mscr. *Eethoë* & duo *Etheo*. quart. *Oetheo*. Legendum *Oetaeo*. IDEM. *Oetaeo* recte scribendum, monuit Bersm. & edidit Grotius, neque aliter quatuor Pulm. & mei Codices, nisi quod multi adspirationem *h* interjiciunt. *Ethereo* Amst. *Eoo* Hulst. *Aetnaeo* a m. sec. Witt. Pessime *Aetnaeo* reposuit primus Aldus, quem tamen non secuti fuerunt Ascens. Versell. Micyll. Hortens. aliique. Res ipsa loquitur. In Thessalia fuere Centauri, non Sicilia.

390 RHOETE] *Rhoece* lego, non *Rhoete* ex libr. p. PULM. *Rhoece* recepit Bersm. licet testetur in duobus Codd. esse *Rhoete*, & Grotius, ac dein ceteri. Quam terminationem praeferunt Pierius quoque, & Cerda ad Virgilium Georg. L. II, 456.

Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque.

& Vossius ad Valer. Flacc. L. I, 140.

Parte alia Pholoë, multoque insanus Iaccho
Rhoetus.

aliique. Vide ibi Cel. Burmann. Ego tamen malim sequi Mstos plurimos. nam mei omnes exceptis Regiis, *Rhoete*, vel *Roethe* servant: Adsentior itaque Celeb. Bentlejo, Centaurum aeque ac Giganta, *Rhoetum* appellatum esse docenti ad Horatii L. II. O. 19.

390 INVERTERET] Summus Gronovius ad Senecam L. III. N Q. c. II. *nemora, quibus eversis*, emendat ex MSS. ut ait, fidelioribus, *everteret*. Et sane sic habet quoque Pulm. unus, Vossiani quatuor, & Hulst. alt. Pulm. *subverteret*. *Everti* passim dicuntur arbores, quae exciduntur. Adde

 exem-

[a] Teque, senex Chiron, gelido qui sidere fulgens
Inpetis Haemonio majorem Scorpion arcu.
[b] Hac tellure feri micuerunt semina [c] Martis.
Primus ab aequorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes, bellis [d] feralibus omen,

[e] Exsiluit:

VARIAE LECTIONES.

a *cumque* B. I. b *ac* H. c *belli* B. I. d *furialibus* V. I. a m. pr. V. ad L. II, 260.

exemplis ab ipso adlatis Virgil. L. II. Georg. 208.

Et nemora evertit multos ignava per annos.

Silius Ital. L. VI, 196.

Arboris abstraxit molem, penitusque revulsam
Evertit fundo, & radicibus eruit imis.

Seneca Cons. ad Marc. c. 16. *eversis arboribus, quas aut* &c. J. Obseq. c. 128, 123. *In agris pleraeque arbores eversae radicibus.* Verum cum plures MSS. & in his veterrimi Voss. pr. sec. Reg. uterque, Witt. Bohier. &c. *inverteret* retineant, nihil muto. *Invertere* non est excidere, sed curvare. Dicit Lucanus tantas arbores à Rhoeto radicibus evulsas esse, quas vix Boreas non modo, non radicitus eruere, sed ne quidem incurvare posset.

391 PHOLE] Pholus Herculem suscepit hospitio, qui dum ejus sagittas miraretur, una in ungulam ejus cecidit, cujus veneno exspiravit. *Lernaeas,* quibus hydra interfecta est. SCHOL.

392 VECTOR] Nessum Centaurum dicit, qui cum Deianiram amicam Herculis per fluvium transportaret, inmodeste eam contrectare ausus est. Ob hoc iratus Hercules eumdem interemit. Bene ergo *inprobus per amnem* dictus est *vector.* IDEM.

393 CHIRON] Fuit unus ex Centauris magister Herculis. *Arcu* quia hic est sagittarius in signifero circulo *gelido*, quod est sidus hiemale. *Majorem Scorpion* ob hoc dicit, quia extentis cornibus plus spatii tenet, quam reliqua sidera, nam Scorpios spatium duorum signorum obtinet. IDEM.

396 PERCUSSIS] A Tridente Neptuni. Equum dicit, qui tunc natus est Scyphius. IDEM. *Voss. sec.* Neptunus, & Pallas aedificaverunt Athenas. (*Thebas* MS.) Tunc certaverunt, de quo debuisset nominari civitas. IDEM. *Voss. pr.* Tangit fabulam de Neptuno, & Pallade. IDEM. Witt. Huic equo, de quo hic dicitur, *Scyphii* nomen fuisse, Pindari Interpres autor est, in quartam Pythiorum. Ab eademque procreatione ipsum Neptunum πετραῖον appellatum, eo quod percussa tridente petra equum procreasset. Caeterum quod hoc loco Interpres (Sulpitius) de certamine Palladis & Neptuni affert, nihil ad rem praesentem facit. Nam id certamen non in Thessalia, sed in Attica habitum fuit. Et in eodem Neptunus non equum, ut vulgo traditur, sed fretum, sive mare quoddam procreavit, id quod cum alii multi, tum & Herodotus lib. VIII. scriptum reliquit. MICYLL. Duas diversas fabulas, alteram de equo à Neptuno in Thessalia producto, alteram de aqua, in certamine ipsius & Palladis effusa, confundunt, & variant saepe tam veteres, quam novi Interpretes, & etiam auctores antiqui. Micylli notae adde Hortens. & Servium ac Cerdam ad Virgil. Lib. I, Georg. 13.

Tuque, o, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune.

Vide etiam ad Ovidium L. VI. Met. 75. Comm. VV. DD.

399 LAPITHAE] Ut ait Virgilius.

Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere.

SCHOL. Sic & Virgilius tertio Georgic.

Frena Pelethronii Lapithae, gyrosque dedere
Inpositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

MICYLL. Adde Barthium ad Claudian. p. 697.

401 TERRENUM] Mirum est, in quatuor Pulm. Codd. Vossiano primo a m. sec. & meo legi *Tyrrhenum*: quod hic locum habere nequit. Emphatice designat hominem in terra natum, cui conveniebat in terra manere, non in undas ire. Videtur Lucani locum ante oculos habuisse Silius L. XI, 473. ubi sic lego:

Quin etiam Pagasaea ratis, cum caerula nondum
Cognita terrigenas pontumque intrare negarent,
Ad puppim sacrae cithara eliciente carinae,
Adductum cantu vidit mare.

vel *venit mare* pro *in mare* (vide ad L. I. in fine.) Ubi plura exempla *terreni* congerit Ill. Heinsius, qui & videndus cum Burm. & Drakenb. superillo loco. vulgo *terrigenis. Tyrrhenas*, & *terrenas* ibidem quoque editi, & scripti quidam. Adde Broukhus. ad Propert. L. III, 5, 43.

Terra parum fuerat: fatis adjecimus undas.

402

[a] Exsiluit: primus chalybem, [b] frenosque momordit,
Spumavitque novis Lapithae domitoris habenis.
Prima fretum scindens [c] Pagasaeo litore pinus,
[d] Terrenum ignotas hominem [e] projecit in undas.
Primus Thessalicae rector [f] telluris Iönos

In for-

VARIAE LECTIONES.

a *Exsilit* MSS. & Edd. qdd. *Exhibuit* Ed. Br. Med. *Exsiluunt* O. 1. *Exuerit* B. 1. b *ferrumque* B. 1. c *Pegasaeo* MSS. plerique & Edd. pp. d *Terrenumque novas* Edd. Rom. Parm. Omnib. e *subjecit* V. 1. f *tellurisque* R. pr.

402 THESSALICAE] *Thessaliae* Cod. Witt. non male. statim Ed. Rom. *Thessaliae laurus.* VII, 303. *Thessaliae oras* in quibusdam hoc Lib. 478. *Scythiae nives* nonnulli exhibent. Vide de his ad Lib. II, 29. & infra 576. atque alibi.

402 IONOS] Primus rex in Thessalia. SCHOL. Rex Thessaliae, & Apollinis filius, primus argentum & aurum signavit avaritiae, & omnium malorum originem. Strabo vero libro VIII. tradit, Phaelonem numum, mensuras, & pondera primum adinvenisse. SULPIT. *Ionus* vulgo legitur hoc loco, quam lectionem uterque Interpres sequitur, qui Ionum hunc eundem cum Ione, appellatione quidem Xuthi, reipsa autem Apollinis filio habito, faciunt. Cujus fabulam tractavit Euripides in Ione. Sed quid si legas *Itonus?* aut etiam *Ithomus*, pro *Iono?* Nam de *Iono* Thessalo quidem non facile quicquam alibi reperias. Et apud Vitruvium, quem Omnibonus allegat, non *Ionus*, sed *Ion* legitur. *Itoni* autem nomen, ut & *Ithomi*, etiam à Stephano celebratur, qui alterum Heroa vocat Thessalum, à quo *Iton* oppidum, quod idem & *Itonus*, &, ut Eustathius addit II. Iliad. *Itone* dicitur, & *Itonia* Minerva appellata fuit: alterum autem regem, à quo *Ithome*, Pelasgiotidis oppidum, cujus & Homerus meminit in catalogo, nominata. Meminit autem & Pausanias *Itoni*, qui à principio Boeoticorum ita inquit: Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἔχουσιν, ὃν Ἰτώνου παῖδα, καὶ νύμφης Μελανίππης. Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι. Et in principio Eliacorum: Βασιλεῦσαι πρῶτον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ λέγουσιν Ἀέθλιον. παῖδα δὲ αὐτὸν εἶναι Διός τε καὶ Πρωτογενείας τῆς Δευκαλίωνος. Ἀεθλίου δὲ Ἐνδυμίωνα γενέσθαι· τούτου τῷ Ἐνδυμίωνος Σελήνην φασὶν ἐρασθῆναι. καὶ ὡς θυγατέρες αὐτῷ γένοιντο ἐκ τῆς θεοῦ πεντήκοντα, οἱ δὲ δὴ μᾶλλόν τι εἰκότα λέγοντες Ἐνδυμίωνι λαβόντι Ἀστεροδίαν γυναῖκα, οἱ δὲ καὶ Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος Χρομίαν, ἄλλοι Ὑπερίππην τὴν Ἀρκάδος &c. Diodorus quoque lib. V. *Itoni* meminit, sed idem Boeoti filium vocat (si modo integra ea sunt, quae vulgo ex illo autore in Latinum sermonem translata habentur) ejus scilicet, qui regnum Aeoliae tenuit, omnemque patriam de matris nomine Arnen appellavit, *Ionum* autem, ut hic quidem vulgo scribitur, Illyrium quendam regem fuisse legimus, à quo *Ionium* mare quidam appellatum volunt, contra quam tradidit Aeschylus, qui idem ab Io Inachi filia appellatum ait, de quo & Zetzes historicus meminit, Chiliade undecima. MICYLL. *Ionum*, dicit interpres, Apollinis filium fuisse, ac regnasse in Thessalia, & ut fuit avarus, primum percussisse monetam auream, argenteamque. Nos vero alibi demonstravimus, *Ionum* Dyrrhachi filium fuisse, qui ab Hercule, ab adolescentis patre, rediens ex Hispania, cum in agri portionem adscitus fuisset, in pugna adversus hostes, caesus per imprudentiam occubuit, corpusque ejus ab eodem in mare projectum, quo ejus memoriam ita propagaret. Sed Solinus mare *Ionium* dictum autumat, ab extrema Italiae regiuncula. Lycoph. ab errore Iûs, Inachi filiae. Rursum aliqui ab Ionum naufragio. Nonnulli ab Ione quodam Adriae patre, qui inde mari Hadriatico nomen imposuit. Ista fusius à nobis alibi dicta sunt. Sed cum ex his liqueat, *Ionum* non in Thessalia, sed in Illyrio cum patre Dyrrhachio regnasse, nulli dubium est, errorem esse in scriptura. Proinde diversam lectionem tenendam censeo, quae habet *Ithonos*, sive *Itonos*, sive *Ithomos*. *Iton* fuit in Phthiotide, Thessaliae regione, oppidum, monumentum Itoni regis, ubi Crocium campum fluvius Amphrysus rigat. Unde Pallas Minerva *Ithonia* dicitur, quod hoc loco eximium templum habuerit, & magnis honoribus ibi coleretur, qualem etiam in Boeotia habebat eadem. *Ithome* vero, oppidum est in Phthiotide Thessaliae. Est & aliud in agro Messeniaco, quod Lacedaemonii post 10. annorum obsidionem in deditionem demum acceperunt. Stat. lib. IV. Theb.

Phanaque Messene, montanaque nutrit Ithome.

Hujus meminit & Thucyd. libro secundo. Deme-

In formam [a] calidae percussit pondera massae,
Fudit & argentum flammis, aurumque moneta
Fregit, & inmensis coxit fornacibus aera.
Illic, quod populos scelerata inpegit in arma,
Divitias numerare datum est. hinc maxima serpens
Descendit [b] Python, [c] Cirrhaeaque fluxit in [d] antra:

Unde &

VARIAE LECTIONES.

a *& cal.* O. 1. *gelidae* V. tert. b *Phiton* MSS. & Edd. pp. & semper. *Tiphon* R. 1. c *Cirraea defluxit* A. d *arva* R. pr. A.

metrius Phalereus Philippo Demetrii filio dixisse fertur, oportere eum has duas prius urbes (Ithomen, & Corinthum) tenere, si cuperet sub suam ditionem Peloponnesum redigere. Tenere prius utrunque cornu, quam bovem obtineret. Nunc de *Itono*, quid authores prodiderunt, investigemus. Stephanus *Ithomum* alterum Thessalum heroëm vocat, à quo, ut modo memini, oppidum, *Iton*, sive *Itome*, conditum fuit. Pausanias in Boeoticis: Item alibi in Eliacis, quae etiam Micyllus diligenter annotavit. Fuit autem Amphictyon Deucalionis. Et Deucalion Thessalis imperavit, in qua terra Graecus rex regnavit, & Hellen Deucalionis filius. Proinde *Itonos* tenendum existimo. Quin & illud hoc loco minime praetereundum censeo, ex septuaginta Herculis filiis, quos reliquit (ut quidam tradunt) *Ithoneum* ex Paphyra suscepit, qui in Boeotia regnavit, ubi *Ithonem* condidit. Hunc ostendi, à quibusdam non *Ithoneum*, sed *Ithomum* dici. Quanquam & in Macedonia *Ithone* urbs traditur fuisse. HORTENS. *Itonus*. MS. R. A. & T. *Ionus*. Alius *Hyonas*. Nomen hoc alibi adhuc quaero. GROT. Ed. sec. Scholiastes Apollonii lib. 1. *Ἀρμενίδας ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς, Ἀμφικτύονος υἱὸν Ἴτωνον ἐν Θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι, ἀφ' οὗ Ἴτων πόλις καὶ Ἰτωνὶς Ἀθηνᾶ.* Itonis urbis meminit Homerus Boeotio, Apollodorus l. II. Montem Itonum vocant Strabonis libri MSS. Apud Plinium: *Auri metalla, & conflaturam Cadmus Phoenix ad Panchaeum montem, ut alii Thoas*, legam *Itonus* Cassiod. l. III. Epistola 31. *Aes enim Ionas*, scribe *Itonus Thessaliae rex, plumbum Midas regnator Phrygiae repererunt*. IDEM. Ed. tert. *Iänos* vel *Iännos* Is. Vossius ad Catull. p. 219. & seqq. praeclare. BROUKHUS. Optimi MSS. & Edd. veteres habent *Ionos*. multi *Ionus*. in variis lect. Steph. *Iollas*. Unus Bersm. & Marp. *Ionas* cum Cassiodoro, ubi eodem modo variatur. Ed. Paris. A. 1512. *Inonos*. *Huonus* meus. *Itomos* vel *Itonos*, quod tanto cum apparatu introduci voluerunt Micyllus, & Hortens. & recepit etiam Grotius, in nullo Msto ne quidem habet vestigium: quare exsulare jussi; licet *Itonus* quoque placuerit Turnebo Advers. L. III. c. 2. ubi conjecit etiam *Iolcos*, timide tamen, qui Iolco urbi Thessaliae nomen dedit. Tum certe *Itonos* praeferrem, Amphictyonis filius, qui fuit unus ex celeberrimis Thessaliae heroïbus: verum nemo nummos ab eo primum fabricatos esse memoriae prodidit. Temere agit enim Grotius, dum Cassiodorum, qui haec sine dubio ex Lucano descripsit, & Plinium L. VII. c. 56. ita refingere conatur. Facilius certe apud Plinium *Ionas* posset depravatum esse in *Thoas*, quam *Itonus*. Quare maxime placet ingeniosa correctio Celeb. Vossii *Ianos*, quo faciunt illi libri, & Cassiodorus, in quibus est *Ionas*. Constat enim, Janum ex Graecia, & quidem ex Perrhoebis Thessalicis in Italiam venisse, & nummos cudisse. Adscribi ex parte meretur locus Eustathii, quem adfert Vossius. *Λόγος, Ἰάνον διπρόσωπον γεγονέναι. Οὗτος ἴσμι πρῶτος στέφανον, καὶ σχεδίας καὶ πλοῖα καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτος ἐχάραξε.* Adde Ill. Heinsium ad Ovid. Metam. L. XIV, 334.

Dicitur Iönio peperisse Venilia Jano.

Huic quidem lectioni objici posset, quod vix verisimile videatur, hominem Romanum Dei sui Jani mentionem ita fecisse, ac si sibi ignotus, & alius tantum populi rex fuisset. Omnibus enim Romanis cognitum erat, Janum venisse ex Graecia, ut vel ex ejus nummis videre poterant. Dein quod Lucanus haec non recenseat ad ejus laudem; sed quod enumeret mala, quae originem suam Thessaliae debent, in quibus erat quoque pecuniae inventio.

Quae populos scelerata inpegit in arma.

Potuit vero Lucanus credidisse, hunc Janum, vel Jannum, Thessalicum alium fuisse, quam Romanorum Deum Janum, vel nescivisse, eumdem esse. Sed quid vetat, aliam quoque perdere conjecturam? Opinabar aliquando, Lucanum ex nomine gentili fecisse proprium, & regem illum Thessaliae

ᵃ Unde & ᵇ Thessalicae veniunt ad Pythia laurus.
Inpius ᶜ hic prolem superis ᵈ inmisit ᵉ Aloeus;
Inseruit celsis prope se cum Pelion astris,
Sideribusque vias ᶠ incurrens abstulit Ossa.
Hac ubi damnata fatis tellure locarunt
Castra duces; cunctos belli praesaga futuri

Mens

VARIAE LECTIONES.

a *inde* W. M. b *Thessaliae* Ed. Rom. c *hinc* vulgo. d *admisit* R. pr. B. 1. *dimisit* B. 1. e *Aleus*, *Alous*, *Aloetus* MSS. & Edd. qdd. f *incumbens* vulgo.

saliae fuisse ex Ionia. *Ionus* pro *Ionio*. ut *Iona* pro *Ionia* apud Propert. Lib. II, 51, 53. ubi vidend. Scalig. *Ioni* pro *Ionii* in MSS. Justin. L. II. c. 5. sic *Boeoti* pro *Boeotii*. Lib. III, 174. *Thesproti* 179. &c. sed praefero *Iinos*.

404 MONETA] *Byzantios*, dicit Scholiast. Wittian. quo qui velit, nescio. Nummus certe Byzantius, seu Byzantinus ferreus valde celebratus apud veteres. Vide viros doctos ad Pollucis Lib. IX. c. 6. Sect. 78. *Βυζαντίων γε μὴν σιδήρῳ νομιζόντων ἦν ὅτω καλούμενον σιδάρεον, νόμισμά τι λεπτόν.*

409 AC PYTHIA] Hoc pro argumento adtulit, quod Pythius serpens de Thessalia fuerit; quia ad certamen Pythium laurus Thessalicae perferuntur. SCHOL. Certamina, quorum praemium laurus. GROT. Non tantum certamina intelligit, sed totos ludos, & festum innuit. Amant enim Latini ad Graecorum exemplum ludos neutro genere in plurali numero efferre: De Graecis elegans est Herodoti locus L. I. c. 148. *Ἴωνες ἄγεσκον ὀρτὴν, τῇ ἔθεντο οὔνομα Πανιώνια. πεπόνθασι δὲ οὐ μοῦναι αἱ Ἰώνων ὀρταὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων πάντων ὁμοίως πᾶσαι ἐς τὸ αὐτὸ γράμμα τελευτῶσι.* Adde Sponii Itiner. T. II. p. 482. Nec aliter Latini. Ovidius L. I. Metam. 446.

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia de domitae serpentis nomine dictos.

Hyacinthia ibid. L. X, 220. apud Festum *Consualia ludi*, *Equiria ludi* sed sexcenta licet ejusmodi proferre. Vide modo Lipsium ad Vellej. I, 8. Gronov. ad Livium I, 9. XXX, 39. Burmann. ad Quinctilian. L. I. Instit. Orat. c. 5. *Ludi Floralia, ac Megalesia, quamquam haec sequenti tempore interciderunt, numquam aliter à veteribus dicta.* Ubi notandum, in omnibus fere MSS. legi *Megalensia*. ut apud Ciceron. Lib. II. ad Famil. Ep. XI. *scripsi enim haec ipsis Megalensibus*. Sed ibi Lambinus reposuit *Megalesiis*; & ait, *Megalenses*, & *Megalensia*, & *Megalensibus*, neque Graece, neque Latine dici posse. *n* ergo esset intrusum à librariis, ut in *thensaurus*, *formonsus* & similibus saepe. Verum tamen rursus Cicero de Harusp. Respons. c. 12. *Megalensibus fieri, celebrarique voluerunt.* Usitatius tamen dixere *Megalesia*.

410 HINC] Immo vero *hic* in Thessalia, ut habent duo vetustissimi Vossiani, & Omnibonus in notis. quare *hic* rescripsi, ut fecit etiam Maittaire.

410 ALOEUS] Mscr. duo *Aleus*. tert. *Alous*, perperam. BERSM.

410 ALOEUS] Aloeus Iphimediam (*Estimiam*, *Ismediam* MSS.) uxorem habuit, quae compressa à Neptuno peperit duos filios Otum, & Ephialtem, qui singulis mensibus (*cotidie* MS. Witt.) IX digitis crescebant. Unde sua magnitudine freti Jovem de superis regnis detrudere conati sunt, sed Apollinis, & Dianae telis confixi sunt (*altitudine itaque fr. coelum voluerunt subvertere sed c. f. D. & A. t.* ut est in Servio ad Aen. VI, 582.) Aloidas autem sic dixit, sicut *Amphitryoniades* dictus est: quasi filii fuissent Aloei. non revera ejus filii fuerunt, sed de uxore ejus, quam oppressit Neptunus. SCHOL. Additur in Voss. primo eadem manu haec fabula. *Aloeus fluvius concubuit cum terra i. Ope matre deorum, & genuit Gigantes, qui dolentes se privatos regno, cum Jovis, & alii Dii eorum fratres tenerent regna, inposuerunt Ossam Pelio, & voluerunt adscendere in coelum, & praecipitare Jovem, sed Jovis cum fulmine eos dejecit.* Alii finxerunt alia de Aloeo. V. Munker. ad Hygin. F. 28.

411 PROPE SE TUM] Voss. pr. sec. Reg. pr. Amst. Edd. Rom. Parm. Omnib. Ascens. Par. 1512. *prope tunc cum*. Voss. tert. *saevi*. Ascensius subintelligit *se*. sed si haec lectio proba est, malim *Pelion* in quarto casu sumere. ut Aloeus, vel Ossa inseruerit Pelion astris. Nam ut quidam Ossam Pelio superinpositum narrant, sic alii Pelion Ossae injectum esse dicunt. Consule Cerdam ad Virgil. L. I. Georg. 281. Martial. L. VIII, 35.

Thessalicum brevior Pelion ossa tulit.

An vero legendum *prope tunc se* posita tota distinctione post *Aloeus*? Aut potius hyperbolice Lucani more *prope cunctum*, minima mutatione? Id

quod

Mens agitat, summique gravem discriminis horam
Adventare, palam [a] est. propius jam [b] fata [c] moveri
Degeneres trepidant animi, pejoraque versant.
Ad dubios pauci, praesumto robore, casus
Spemque metumque ferunt. [d] Turbae sed mixtus inerti
Sextus erat, Magno proles indigna [e] parente,
Qui, mox Scyllaeis exsul grassatus in undis,
Polluit aequoreos Siculus [g] pirata triumphos.
Qui, stimulante metu; fati praenoscere cursus,

Inpatiens-

VARIAE LECTIONES.

a deest in B. 1. b *facta* V. sec. a m. pr. c *moneri* V. 1. Hamburg. 1. d *sed t.* R. 1. e *parenti* M. f *crassatus* MSS. 5. Edd. Parm. Br. Med. *quassatus* H. g *lassata* V. 1.

quod verum puto, vel vero saltem proximum.

412 SIDERIBUS] VII. Planetas dicit, quae in aethere vagae feruntur. aliae enim in firmamento fixae sunt. SCHOL.

412 INCURRENS] i. e. pene transcurrens, ut libero meatu transcurrere astra non possent, cum ea premeret, & artaret mons Ossa conjunctus Pelio. IDEM. *Incumbens* Mscr. *incurrens*, non inepte. BERSM. Immo vere, quare pro *incumbens* vulgato sic reposui. *Incurrens* enim est in Voss. primo, sec. & sexto, Regio utroque, Wittiano, Oxon. primo Hulst. Marp. meo, & tribus Pulm. cum Edd. Sulpit. Ascens. Micylli, Hortens. aliisque. Inpingens in sidera. L. IV, 563.

Fratribus incurrunt fratres.

Sic *procurrere*, & *procumbere* commutantur L. III, 616, 713. ubi vide.

413 FATIS] i. e. à fatis, dum in ea bella civilia gerentur. SCHOL.

415 HORAM] Mscr. *iram*; mendose. BERSM.

416 PROPIUS] Amplius metuunt, quam vident, ultimam adesse fortunam, & pejora, quam futura sunt, cogitant. SCHOL.

418 AD DUBIOS] In Voss. pr. sec. & Hulst. scribitur *at*. sed pauci ferunt dubios casus, praesumto robore, & ferunt spem metumque, vel *speque metuque*. Verum vulgata bene se quoque habent.

420 SEXTUS] Et hic de timentium numero erat Gn. Pompeji filius sextus Pompejus. SCHOL.

422 AEQUOREOS] Postea enim piraticam exercuit, & vastavit Siculum mare. Adversus hunc inertem navale bellum gessit Agrippa. Polluit hic aequoreos triumphos patris sui; quando hic pirata fuit, cum piratas pater superasset. IDEM.

424 VENTURISQUE] i. e. ad omnia ventura sollicitus. IDEM.

425 NON PYTHIA] Msc. duo, *Phicia*, male. BERSM. Duo Pulm. Codd. & Voss. sec. cum Voss primo pro varia lectione habent *Cynthia*. sed nil mutare opus est. Passim, & proprie oracula Delphica vocantur *Pythia*, & locus *Pytho*. de quo ad L. V. vidimus. Propert. L. III, 11, 52.

Dum petit intonsi Pythia regna Dei.

Πυθικὸν μαντεῖον, Sophocl. Elect. 32. Pro *Deli* sine dubio per memoriae vitium, vel librariorum errore, Lutatius ad Statium L. IV. Theb. 419. citat *Phoebi*: Totum locum Statii adscribam; quia ex nostro est adumbratus.

Consulit ille Deos non larga caede juvencûm,
Non alacri penna, aut verum spirantibus extis,
Nec tripode inplicito, numerisque sequentibus astra,
Thurea nec supra volitante altaria fumo:
Tam penitus, durae quam mortis limite manes
Elicitos patuisse refert &c.

Noster quaedam jungit ad exemplum Virgilii L. III. Aen. 360.

Trojugena interpres Divum, qui numina Phoebi,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & praepetis omina pennae.

Ubi vide Servium, de vulgaribus vaticiniis agentem, quo solebant statim in rebus dubiis confugere. Hinc jungit quoque Homerus Iliad. A.

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον.

ubi Scholiastes ἔστι γὰρ γένος ἡ μαντικῆς, διαιρούμενον εἰς εἴδη τρία. εἰς οἰωνοσκοπίαν, ἱεροσκοπίαν (sic lege, & haruspicinam intellige, non ἀεροσκοπίαν, ut vulgo scribitur contra Homeri, & Scholiastis mentem, licet ἀεροσκοπίαν inter vaticiniorum genera esse, vel ex hoc loco pateat) καὶ τὴν διὰ τῶν ὀνειράτων μαντείαν. Theophrast. Charact. XVI.

Inpatiensque morae, [a] venturisque omnibus aeger,
Non tripodas [b] Deli, non Pythia consulit antra,
[c] Nec quaesisse libet, primis [d] quid frugibus altrix
[e] Aere Jovis Dodona sonet, quis noscere [f] fibra
Fata queat, quis prodat aves, quis [g] fulgura coeli
Servet, & Assyria scrutetur sidera cura,
Aut si quid tacitum, sed fas, erat. ille, supernis
[h] Detestanda [i] Deis, [k] saevorum arcana Magorum
[l] Noverat, & tristes [m] sacris [n] feralibus aras,

Umbra-

VARIAE LECTIONES.

a *venturis* B. 2. V. 2. H. b *Delii* VV. LL. Steph. P. 3. B. 1. V. 1. W. Marp. M. R. 1. c *non* R. 2. Edd. Alc. Mic. Hort. aliaeque. d *qui* R. 1. M. e vulgo *Ore. Silva* P. 1. *Alta* V. pr. pro var. lect. f *fibras* V. 1. *fibris* V. pr. V. vs. 524. g *fulmina* V. 1. h *detestata* P. 1. V. 1. i *Diis* B. 3. k *scaevorum* Ed. Par, 1512. V. ad L. III, 127. l *moverat* Grot. m *sacras* V. 1. A. n *furialibus* V. 1.

XVI. *Περιέρχεσθαι τοὺς ἐγγαστριμύθους, τοὺς μάντεις, τοὺς ὀρνιθοσκόπους.*

426 ALTRIX] Primum enim illic homines cibos ex glande sumserunt. Glandes enim primae sunt fruges ante frumenta inventa. SCHOL.

427 AERE JOVIS DODONA] Silva est Epyri, Jovi consecrata, in qua responsa dabantur ab aereis ollis. IDEM.

427 ORE JOVIS] Msc. duo *aere*, ut aereae indicentur columbae fatidicae, vel lebetes aerei, de quibus Dodonaeum aes in proverbium abiit. BERSMANN. Rescripsi *aere* ex tribus Pulm. MSS. Voss. pr. sec. quinto, Witt. Hulst. & Marp. quam lectionem jam Beroaldus praetulerat, ut ex ejus patet explicatione. Neque aliter ex MSS. quoque legendum esse, docuit Celeb. J. Gronov. in Dissert. de Dodone p. 59. & pluribus hanc emendationem confirmat Doctiss. J. Wasse ad Sallust. Fragm. Histor. p. 219. Non vero aeneas intellige columbas, de quibus quis scripserit, nescio. Plerique tradunt fuisse veras *πελείας*, ut multus hic docet Hortens., easque quercu excisa avolasse notat Servius ad Virgil. Georg. 1, 8. Sed cape de aeneis lebetibus, ut addit quoque Bersmann. cui enim ignotum est *aes Dodoneum?* Elegans est locus Valer. Maximi L. VIII. c. ult. in fine. *Idem honoris possident, quod Pythicae cortinae, quod aheno Dodonis, quod Hammonis fonti.* Vel ut multi MSS. habent *fronti.* &c. *Aes Jovis* est dictum, ut *aera Dei* à Statio L. v. Theb. 730. & similia passim. *Os* vulgo etiam male editur in citatione Lutatii ad Stat. IV, 419.

429 ASSYRIA] Assyrios dicit Astrologiae peritos. Assyrii, & Chaldaei ex sideribus divinaverunt, unde & nato domino stellam videntes regem natum cognoverunt. SCHOL. Chaldaeos peculiariter intelligit, qui populus Assyriae fuit. Astrologicis autem praedictionibus Chaldaei praecipue dediti fuerunt, quare ob eandem rem etiam urbe aliquoties ejecti fuere. MICYLL.

430 AUT SI QUID TACITUM &c.] Non enim consulit, quid aut haruspex sciat, aut augur, aut mathematicus, aut qui nosceret aliquid tale, quod secretum est, attamen licitum. SCHOL. Vulgo *tacitum* capiunt pro divinatione, quae fit sine voce. male: *Tacitum* est non cognitum, arcanum, secretum, occultum. sic *per tacitum* L. x, 253. *taciti vulgator* Ovid. III. Amor. 7, 51.

432 MOVERAT] Ita rescripsi pro *Noverat*. Non enim vult Sexto cognitas artes magicas: sed implorasse illum *τὴν νεκυομαντείαν*, ut omnibus aliis divinationibus certiorem. GROT. *Moverat* est in Regio recent. Voss. sec. & Oxon. ut voluit Grotius. Sed eo sensu rectius foret *movit*, vel *movebat*. Grotius mutavit, quia non percepit sensum Lucani, qui cum dicit Sextum peritum fuisse *νεκυομαντείας*, sed eum novisse, hanc artem quoque exerceri praesertim in his locis, & Thessalia, ubi jam erat. Ideo autem quia noverat, talem quoque artem esse, & certiorem umbrarum fidem esse, quam superorum, non consuluit vulgaria oracula, quid etiam est *movere aras?* nec vaticinia sollemnia adhibuit. Mox demum vs. 570. auctor Sexti sciscitationem narrare incipit. Restitui ergo *noverat*: quod ceteri MSS. omnes servant: nisi quod in Voss. primo a m. pr. legatur *voverat*.

433 ARAS, UMBRARUM FIDEM] Per quas Umbrae vera dicere cogebantur, vel quae faciebant, ut vera Inferi dicere viderentur. SCHOL.

434 PARUM SUPEROS] Cum enim futura per um-

Umbrarum, Ditisque fidem: miseroque liquebat,
Scire parum Superos. vanum, saevumque furorem
Adjuvat ipse locus, vicinaque moenia castris
Haemonidum, ficti quas nulla licentia [a] monstri
[b] Transierat; [c] quarum, quidquid non creditur, ars est.
Thessala quin etiam tellus herbasque nocentes
Rupibus [d] ingenuit, sensuraque saxa canentes
Arcanum ferale Magos. [e] ibi plurima surgunt
Vim factura [f] Deis. & terris hospita Colchis
Legit in Haemoniis, quas non [g] advexerat, herbas.
Inpia, tot populis, [h] tot surdas gentibus, aures

Coelico-

VARIAE LECTIONES.

a *castri* Ed. Ven. b *Transiit* Boh. c *quidq. quar.* V. 1. d *ingemuit* M. W. a m. pr. e *ubi* B. 2. V. p. 1. a m. pr. O. pr. Edd. Br. Med. f *diis* B. 1. g *evexerat* B. 1. *adduxerat* O. 1. M. h *surdas tot* O. pr.

umbras, & sacrificia inferni disquireret, constabat apud eum, Deos superos haec cuncta non nosse, quae à manibus malebat audire. SCHOL.

436 HAEMONIDUM] Hic enim sunt mulieres Thessalae, magica arte doctissimae. IDEM.

336 LICENTIA MONSTRI TRANSIERAT] Scilicet quod quisque fingere potest monstrum, hoc non praeterit eas, sed hoc sciunt illae magae. Vel, quibus licet fingere quaecumque portenta sunt, aut quae faciunt monstra, quae fingi possunt. IDEM *Scientia* Canterus Novarum Lect. Lib. III. cap. 2. PULM. *Scientia.* Thessalarum veneficarum, quae fingere sciebant quodvis monstrum. In plerisque libris, & MSS. est *licentia.* Proverb. *Thessala mulier.* BERSM. *Licentia monstri.* Nihil tam licenter fingitur, quod non illae superent. Simile illud Claudiani:

- - sed quamvis variis miracula monstris
Ingeminent teneras vincturi carmine mentes,
Nil veris aequale dabunt.

GROT. Male Bersmann. ex conjectura G. Canteri *scientia* recepit in textum contra Mstos omnes. Sensus est, ut praeter Grotium alii quoque interpretes monuerunt, Thessalas istas tam incredibilia fingere, ut superent audacissimam hominum libertatem, qui umquam monstrosissima, vel fabulas absurdissimas finxerunt. *Transire* notat superare, vincere. Lib. II, 564.

Non privata cupit, Romana quisquis in urbe
Pompejum transire parat.

IV, 497.

- - - quaecumque per aevum
Exhibuit monumenta fides, servataque ferro
Militiae pietas, transisset nostra juventus.

Statius L. I. Theb. 140.

- - - - - sic jure maligno
Fortunam transire jubent.

Transcendere Silius L. III, 607.

At tu transcendes, Germanice, facta tuorum.

Antecedere in simili re dicit Petronius c. 17. *Quaenam est, inquit, haec audacia? aut ubinam & fabulas antecessura latrocinia didicistis?* Similes locutiones adfert, & illustrat ὁ πάνυ Gronovius Observ. L. IV. c. 13.

437 ARS] Hoc facere, quod nemo sit crediturus. SCHOL.

439 SAXA] Magneten lapidem dicit, qui sentire possit magos, cum canunt arcanum; *Ingenuit*, ingeneravit. IDEM.

441 COLCHIS] Medea, quae Jasonem secuta erat. SCHOL. Mallem ego hic scripsisse *Colcha* ad vitandum obscuritatem; nisi feminina in *is* amaret Lucanus, ut alibi diximus. Sic L. III, 190. *Colchis Absyrtos.* ubi V. Sic mox *Thessalis*, ante *Haemonis. terris Haemoniis* jungenda sunt.

443 INPIA TOT &c.] Sensus hic est. Inpia carmina dirae gentis surdas coelicolum aures tot populis, & tot gentibus convertunt i. e. ut ipsa audiantur. SCHOL. Notandum quod δὶς τὸ αὐτὸ dicere videatur Lucanus, & sequatur *gentis*: unde forsan vel invitis Mstis reponendum *regibus. populos*, & *reges* passim conjungit noster. L. V, 22.

Quod regnis, populisque liquet, nos esse Senatum.

49.

- - Tunc in reges, populosque merentes
Sparsus honor.

Coelicolûm dirae [a] convertunt carmina gentis.
[b] Una per aethereos exit vox illa recessus,
Verbaque ad [c] invitum [d] perfert cogentia numen,
Quod non cura poli, coelique volubilis [e] umquam
Avocat. Infandum tetigit cum sidera murmur;
[f] Tunc, Babylon Persea licet, secretaque Memphis
Omne vetustorum [g] solvat penetrale Magorum,
[h] Abducit [i] superos alienis Thessalis aris.
  Carmine Thessalidum dura in praecordia fluxit,
Non fatis adductus, amor: flammisque severi
Inlicitis arsere senes. nec noxia tantum

VARIAE LECTIONES.

a *devertunt* Marp. *devertunt* O. sec. b *vana* V. pr. pro var. lect. c *nutum* A. d *profert* V. 1. e *usquam* VV. LL. Steph. f *tum* B. 3. V. tert. g *solvant* B. 1. h *abducet* V. pr. sec. M. *adducit* Ed. Parm. i *miseros* V. tert. a m. pr.

754.

Tutior interea populis, & tutior omni
Rege late.

VII, 56.

Nec non & reges, populique q. E.

300.

Quae populi, regesque tenent.

VIII, 140.

Sive doces populos, regesque admittere Magnum.

Sic *populi ducesque* L. VII, 418. *gentes, regesque* Lib. VIII, 508. Alibi quoque hae voces confunduntur. ita apud Livium L. II. c. 9. *Tanta regna reges defendant*, in uno Voss. est *gentes*. Verum cum aliqua sit differentia inter *populos* & *gentes*, nihil ex conjectura muto. Nam sic quoque noster L. I, 511.

Urbem populis victisque frequentem
Gentibus.

L. VII, 207.

Seras gentes, populosque nepotum.

Immo Virgilius, Livius, & alii sic loquuntur. Multi enim sunt populi in una gente. Consule omnino J. F. Gronov. ad Livium L. V, 34. In sacris litteris Judaei, & Ethnici vocantur non raro ἔθνη, καὶ λαοί. Vide Psalm. II. Act. Apost. Cap. IV. c. 25, 27. Porro ante hunc versum in Marpurg. inseruntur hi quatuor.

Numinibus magicis arcanae conscia linguae,
Quam genuit natura parens, ut foedera mundi
Juraque fixarum tentaret vertere rerum,
Legibus adstricto ne quid non posset in orbe.

445 VOX] Magorum incantatio, quae usque ad eos pervenit. SCHOL.

447 VOLUBILIS] Quod numquam finitur, sed in se ipsum redit. SCHOL.

448 AVOCAT] Deos nulla cura (*res* Voss. sec.) sic revocat ab hominibus, quemadmodum cura poli, sed hanc derelinquunt, cum magae Thessalae incantare coeperunt. IDEM. Mscr. tria *advocat*. Quod numquam avocatur à cura gubernationis coeli, & orbium coelestium. BERSM. Non male Scholiastes, cum reliquis interpretibus, hoc explicat. Posset etiam exponi. Quod cura poli, in qua continuo occupatum esse debet, non avocat ab audiendo Thessalae carmine. Perperam autem in Voss. sec. Regio uno, Oxon. uno, Huist. Amst. & meo cum editis ante Sulpitium, & aliis est *advocat*, sollemni confusione. Silius L. X, 86.

Avocat ignarum à saevo certamine Poenum.

Ubi vide Drak.

449 BABYLON PERSEA] Ubi Perseus est educatus. SCHOL. Ceteri interpretes *Persean* capiunt pro *Persica*, devictam à Cyro Persa, & Persarum ditioni adjectam. Quod verum quidem. V. Lib. VIII, 225. Id tamen non vetat, hoc adjectivum derivari à Perseo, quem nomen indidisse Persis, multi veterum crediderunt. Unde Ovidio vocatur *Danaeia Persis* in Art. Amat. I, 123. Sic *Persea Tarsos* Lib. III, 225. Nequaquam enim accedere possum Barthio ad Claudian. Lib. I. in Rufin. 147. intelligenti Babylona Aegyptiacam, à Cambyse Persa conditam, ut de solis Aegyptiis loquatur. Cum de *Siderum* incantatione loquatur Lucanus, satis apparet, eum hic non praeteriturum fuisse Chaldaeos, quorum curam circa sidera, ut omnes passim solent auctores, paullo ante memoraverat.

Pocula [a] proficiunt, aut cum turgentia fuco
Frontis amaturae subducunt pignora foetae.
Mens, hausti nulla sanie polluta veneni,
Excantata perit. quos non concordia mixti
Adligat ulla tori, blandaeque potentia formae,
Traxerunt torti magica vertigine fili.
Cessavere vices rerum: dilataque longa
Haesit nocte dies: legi non paruit aether.
Torpuit & praeceps, audito carmine, mundus;
Axibus & rapidis inpulsos Juppiter urguens
Miratur, non ire polos. [b] nunc omnia complent
Imbribus, & calido [c] praeducunt nubila [d] Phoebo:

Et tonat

VARIAE LECTIONES.

a *perficiunt* Grot. *praeficiunt* Ed. Rom. b *nunc* VV. LL. Steph. P. 2. R. 1. c *prod.* vulgo. d *coelo* V. tert. a m pr.

450 OMNE] Exaggeratio magicae potestatis. ut Virgilius. *Carmina vel coelo possunt deducere lunam.* SCHOL.

451 ADDUCIT] Hoc dicit, sive eodem tempore, & in aliis regionibus, Magi Deos traducent, vincit tamen Thessalis mulier carmine suo, ut intermissis reliquis hanc Dii sequantur. IDEM.

453 ADDUCTUS] In veterrimo Vossiano primo *addictus* legas, quod foret, non fatis obnoxius, non fatorum legibus expositus, & per ea ordinatus. De verbo *addicere* vide, quae collegit, quosque laudavit diligentissimus Drakenb. ad Silium XV, 247.

454 ARSERE] Ut turpi amore filias amare. Interim quanta congessit? quod senes, quod severos, quod inlicitos (*inclytos* MSS.) amare compellant. SCHOL.

454 NEC NOXIA] Hoc dicit. minus nocent venena. IDEM.

455 PERFICIUNT] Neque hoc praestant venena, sed sola carmina. GROT. In uno Bersm. & tribus, quatuorve meis, sed recentioris notae habetur *perficiunt*, ut primus reposuit Grotius pro vulgato *proficiunt*. i. e. valent. Ad amoris effectum non faciunt tantum venena, quantum carmina. ut bene interpretes capiunt. Quamquam nec damnarem *perficiunt*; si optimis comprobaretur MSS. Eadem perturbatio in MSS. Senecae Phoeniss. 150.

Quid ista tandem cura perficiet tua?

& alibi.

456 AMATURAE] Ut Virgilius.

Quaeritur & nascentis equi de fronte revulsus,
Et matri praereptus (*praeruptus* MS.) *amor.*

Ordo est. aut cum subducunt amaturae foetae pignora frontis fuco turgentia. SCHOL. Subtrahunt Hippomenes. De quo Virgil.

Quaeritur & nascentis equi de matre revulsus,
Et matri praereptus amor.

Id quidem maximam vim habet ad amorem, & libidinem concitandam. Est autem caruncula caricae magnitudine, colore nigro, quae in fronte nascentis pulli equini apparet: eam nisi statim mater voraverit, foetum non alit: & ideo dixit, *amaturae.* SULPIT. Atque hoc quidem modo Plinius, & alii quidam de Hippomane sentiunt. Theocritus autem Idyllio secundo φυτὸν vocat. Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι. inquiens, τῷδ' ἐπὶ πᾶσαι. Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα, καὶ θοαὶ ἵπποι. Quo loco Interpres utriusque sententiae meminit, hoc est, & eorum, qui carunculam quandam, & eorum, qui herbam, sive plantam dixerunt esse. MICYLL. Omnes in hoc figmento ludunt poëtae. De Hippomane plura qui vult, adeat dissertationem Gallicam doctissimi, & judiciosissimi Viri P. Bayle in Dictionarii T. IV. & Cerdam ad Virgil. L. IV. Aen. 515.

458 EXCANTATA] Per cantus, non per potionem pervertitur. SCHOL. Vide ad Propert. III, 2. in f.

460 TRAXERUNT TORTI] Hos scilicet ad amorem traxerunt illae, quos incantant. Ut Virgilius.

Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores:
Necte, Amarylli, modo, & Veneris, dic, vincula necto.

SCHOL. *Torti* legendum esse, conjiciebat Passera-

Et tonat ignaro coelum Jove. vocibus [a] iisdem
[b] Humentes late nebulas, nimbosque solutis
Excussêre comis. ventis cessantibus, aequor
Intumuit: [c] rursus vetitum sentire procellas
Conticuit, [d] turbante Noto: [e] puppimque [f] ferentes
In ventum tumuêre sinus. de rupe pependit
[g] Abscissa fixus torrens: amnisque cucurrit,
Non, qua pronus erat. Nilum non [h] extulit aestas:
[i] Maeander direxit aquas: Rhodanumque morantem
Praecipitavit [k] Arar: submisso vertice montes
Explicuêre jugum. nubes suspexit Olympus:
Solibus & nullis [l] Scythicae, cum bruma rigeret,

Dimaduêre

VARIAE LECTIONES.

a *iisdem*, *hisdem* MSS. & Edd. qdd. b *umentes* R. pr. V. 1. c *rursum* B. 1. d *cessante* B. 1. e *puppemque* MSS. qdd. f *furentes* W. aliique V. ad Sil. XII, 267. Drak. g *Abscisa* P. 4. V. 4. Ed. Rom. V. ad L. III, 33. h *expulit* V. 1. R. 1. H. Marp. in M. aliique V. Drak. ad Sil. IX, 395. Edd. Rom. Parm. Hort. i *Maenander* V. 2. k *Aras* V. 1. l *Scythias* VV. LL. Steph. P. 1. *Sithie* V. 1.

ratius in vitiosa scilicet editione, qua utebatur, reperiens *toti*. Ceteri MSS. & Edd. *torti*. ut debet. Consule ipsum ad Propert. L. III, 21. p. 365.

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.

Adde Cerdam ad Ecl. VIII. Virg. 73. De his autem, & ceteris Magiae effectis multa Ovidius, Tibullus, aliique habent ad Tibull. I, 2. vide Broukhus. ubi merito reprehendit Lucani in his tam operose, & tanta cum adfectatione enarrandis spiritum, plus quam Hispanicum.

461 CESSAVERE] Cum magica exerceri coepta est. *Non paruit:* quia flabat, & non volvebatur. SCHOL.

464 AXIBUS] Msc. *arcibus*, perperam. BERSMANN.

466 PRAEDUCUNT] Ita rescripsi ex Vossiano primo, & tertio. i. e. praetexunt solem nubibus. Neque aliter ex suis membranis legendum esse, monuit Ill. Heinsius ad Silium L. X, 411. ubi plura reperies exempla. Vulgo *producunt*. Ovidius L. VII. Metam. de Medea vs. 200.

- - - - *nubila pello,*
Nubilaque induco.

Adde Tibull. d. l.

468 SOLUTIS EXCUSSERE COMIS] Velut comas habeant nimbi. Hos nunc erigunt magae quasi comas habentes solutas. SCHOL. *Comas* dari posse nimbis fateor, ut *pluvius notus*, & *pluvius* Jupiter depingitur à poëtis, & sculptoribus. Obscurior tamen esset sensus, quam ut à Lucano indigitatum putem. Clarius dixisset *polis*. sexcenties *solvi* aër coelum, &c. dicuntur, cum pluit. Quare malim referre ad ipsas Magas, solutis comis semper operantes. Quamvis tunc his duobus verbis Lucanus nihil miri protulisse videtur. Puto tamen, eum fingere, à Magis excuti nimbos ipsa conquassatione solutarum comarum. judicent acutiores.

470 INTUMUIT] Immo vero *intonuit*, ut respondeat seq. verbo *conticuit*. Quod vel invitis MSS. unice verum arbitror. Vide ad L. I, 578. v. 633. & omnino Heinsium ad Claudian. de Nupt. Honor. 132. ubi in eadem re ad Senecam legit in Med. 765.

Sonuere fluctus. tonuit insanum mare,
Cessante vento.

Sed cum ibi praecedat *sonuere* non opus est mutatione, & *tumuit* praefero. Idem in Herc. Oet. 455.

- - - - *concussi fretum*
Cessante vento. turbidum explicui mare.

ubi plurima vide similia à Lucano enarratis miraculis.

471 TURBANTE NOTO] In tempestate malaciam faciunt, in sereno iratum mare. GROT.

472 IN VENTUM] Contra ventum. Cum enim ea parte inflari vela solent, qua ventus est, & exterius tumescere. Nunc ab arte magica contra ventum inflantur, & intrinsecus sinus revocant, vento obstante, qui occurrit à tergo. SCHOL. Adi J. F. Gronov. Observ. L. IV. c. 26. p. 403.

473

Dimaduêre nives. [a] inpulſam ſidere Tethyn
[b] Repulit [c] Haemonidum, defenſo litore, carmen.
Terra quoque inmoti [d] concuſſit ponderis [e] axem,
Et medium, [f] vergens [g] niſus, titubavit in orbem.
Tantae molis onus, [h] percuſſum voce, [i] receſſit,
[k] Perſpectumque dedit circumlabentis Olympi.
Omne potens animal leti, genitumque nocere,
Et pavet Haemonias, & mortibus inſtruit artes.
Has avidae tigres, & nobilis ira leonum
Ore [l] fovet blando: gelidos his explicat orbes,

Inque

Variae Lectiones.

a *inpulſa ſidera* R. 1. A. b ſic MSS. & Edd. qdd. *depulit* B. 1. c *Haemonium* V. pr. R. pr. W. H. M. d *percuſſum* B. 1. e *axes* VV. LL. Steph. P. 1. B. 1. V. 1. W. a m. pr. Marp. f *urgens* B. 1. g vulgo *niſu*. h *concuſſum* B. 3. Ox. pr. a m. pr. Edd. Ven. Omnib. Aſc. Verſ. Mic. i *reſiſtit* V. tert. Marp. k vulgo *proſpectumque*. *reſpectumque* H. l ſic B. 1. Edd. pp. V. ad L. 1, 422. &c. vulgo *favent*.

473 Fixus] Omnia facta dicit contra naturam, ut pendens fluvius non decurreret, & ut curſus ſuos ageret, qua erigant ſe alta i. e. retrorſus unde deſcenderat, reverteretur. SCHOL.

474 Nilum] Excantatum carminibus Theſſalidum. per aeſtatem enim Nilum inundare ſolet. Hoc modo negat factum. *Extulit* accipimus, effudit, ejecit. IDEM.

475 Direxit] Qui ſemper vadit obliquus, nunc rectis coepit ire meatibus. IDEM.

476 Praecipitavit] Contraria poſuit. Arar mitis, vel lentus eſt. Rhodanus vero violentus. Nunc Arari Rhodanum dicit inpulſum. IDEM.

477 Suspexit] Cum deberet deſpicere, ſuſpexit Olympus, ut campi de montibus fierent. IDEM.

478 Bruma] Diſſolutas dicit eſſe per brumam, & hoc in Scythia, ubi nec aeſtate reſolvuntur. IDEM.

479 Sidere] Senſus eſt. Haemonium carmen repulit Tethyn inpulſam ſidere, defenſo litore. *Sidere* autem lunae mare inpulſum accipimus. Nam cum incremento, & detrimento lunaris luminis augmentatur aeſtus Oceani, & minuitur. Hunc ergo aeſtum, quem natura conſtituit, Haemonidum carmina repreſſerunt. IDEM.

480 Defenso] Ne Oceanus illud inrumperet, vel more ſolito illud tangat. IDEM.

482 Vergens] Terrae motus dicit effectum. *titubavit*, ſubſedit, hiatum pertulit. In modum circuli perforata in medium orbem velut feneſtra patuit, & videndos antipodas praebuit. IDEM. *Vergens niſu titubavit*. Haec lectio profecta eſt à Sulpitio, quam receperunt Aſcenſ. Verſell. Micyll. Hortenſ. in cujus tamen editione vitioſe eſt *niſis*, & Berſm. cum ſeqq. Edd. Romana, Parm. & Mediol. *titubavit viſus*. MSS. omnes *titubavit niſus* cum Edd. Ven. Aldi Col. Steph. Gryph. & Pulm. niſi quod in uno, vel altero eſt *viſus*, & *nixus*. Unde facilis enaſcitur emendatio: ſcribendum enim, ut feci, inverſis vocibus *niſus titubavit*. Quomodo jam ex Pirchenneri MS. correxit J. F. Gronovius L. II. Obſerv. c. 7. atque ita plane exſtat in Ed. Pariſ. A. 1512. *Niſus* eſt accuſativus pluralis. *Vergere niſus* notat, pronum, & non recto corpore inclinatum eſſe. Lib. VII, 504.

Nec fortuna diu rerum tot pondera vergens.

ut ibi recte Grotius. *Vergere* autem cum accuſ. uſurpari praeter laudatum virum, docet etiam N. Heinſius ad Ovid. L. 1. ex Ponto, El. 9, 52. Ceterum ante verſum *repulit* in Regio primo hi quatuor interſeruntur.

Nec ſecus obſeptos, quam ſi ſpiramina clauſa
Ventorum rabies vaſtum tremefacta per orbem
Oceani tenuere fugam, ſolitaſque reliquit
Unda vices vento turris adfixa relapſus.

484 Perspectumque] Dedit viſum Olympi circumlabentis. Nam terra aëre cingitur, quae nunc aërem proditum dedit adſpectibus. SCHOLIAST. *Proſpectumque*. Videre fecit coelum Antipodibus. Mſc. duo, *perſpectumque*, non inſcite. BERSM. Terra in medio obſtans vetat uno in loco videri ſupera caeli, atque infera: quae ſimul appareant, ſi illam è medio dimoveris. GROT. *Proſpectum* probam eſſe vocem hoc ſenſu non nego, Belgice *doorzicht*. Seneca Herc. Fur. 567.

Fatum

Inque pruinoso coluber distenditur [a] arvo.
Viperei coëunt, abrupto corpore, nodi:
Humanoque cadit serpens adflata veneno.
Quis labor [b] hic superis, cantus herbasque sequendi,
Spernendique timor? cujus commercia [c] pacti
Obstrictos habuêre Deos? parêre necesse est?
An juvat? [d] ignota tantum pietate merentur?
An tacitis [e] valuêre [f] minis? hoc juris in omnes
Est illis superos? an habent haec carmina certum
Inperiosa Deum, qui mundum cogere, quidquid

Cogitur

VARIAE LECTIONES.

a *antro* B. 1. b *his* M. c *facti* V. 1. H. a m pr. d *innata* V. tert. e *potuere* Boh. W. a m. pr. f *nimis* M.

Fatum rumpe manu. tristibus inferis
Prospectus pateat lucis, & invius
Limes det faciles ad superos vias.

Agam. 756.

Reserate paullum terga nigrantis poli,
Levis ut Mycenas turba prospiciat Phrygum.

Caesar L. II. B. Gall. c. 22. *Quum sepibus densissimis, ut ante demonstravimus, interjectis, prospectus inpediretur.* Antea vero c. 17. dixerat Caesar. *Ut instar muri hae sepes munimenta praeberent, quo non modo non intrari, sed ne perspici quidem posset.* Quare hic motus auctoritate Mstorum Pulm. quatuor, Bersm. & meis decem, in quibus sunt optimi Regii, Vossiani, Witt. cum Ed. Veneta reposui *perspectum.* licet nesciam, quis praeterea auctor hoc substantivo in ea significatione usus sit. Sed Lucanus non raro ad exemplum Ovidii, & cererorum poëtarum novavit quaedam verba composita, quae notarunt Lexicographi, & in hoc ipso versu habemus *circumlabentis:* quod ante eum nemo adhibuit: unde forsan, sed temere Hortensius tacens inprimi fecit *circumvolventis.* vs. 748. *indespecta.* Vide plura ad L. IV, 133.

485 POTENS LETI] Quod alicujus leti habeat potestatem, & quod genitum sit ad nocendum, has mulieres timet, & artes earum instruit, ac vim auget mortibus suis, dum ab altero sumunt cerebrum, ab altero viscera ad exercendas artes. SCHOLIAST.

486 ET PAVET] *Expavet* Reg. rec. & Amstel. quod & novum foret in praesenti. sed vulgatum multo est elegantius. In praesenti dixit tamen Statius Lib. III. Silv. Praef. Vide Faller. Supplem. h. v.

489 PRUINOSO] Cum in frigido loco colligere se angues soleant, nunc se extendunt carminum potestate. SCHOL.

490 COEUNT] Incisa anguium membra iterum in corpus revertuntur. IDEM.

490 NODI] Locus hic in errorem induxit Servium citantem haec verba, ut ostendat vulgarem de viperae obitu in pariendo opinionem. At pejus hic se dedit Isidorus L. XII. Orig. c. 4. legens *nati*, à quo deceptus Cerda illam opinionem explodens mire se super hoc loco torquet ad Virgilium L. III. Georg. 417. Cum simpliciter dicat Lucanus, nodos, seu commissuras articulorum viperae, si corpus discissum est, carmine, & herbis magicis rursus coïre. passim hoc sensu *nodi* in quacumque re, vel animali dicuntur. vs. 672. *durae nodus hyaenae.* Seneca Med. vs. 695.

Descendat anguis, cujus immensos duae
Major minorque sentiunt nodos ferae.

491 HUMANO] Magica verba dicit *humanum venenum.* SCHOL.

492 QUIS LABOR &c.] Quis hic labor est, ut sequantur, vel quis hic timor est superis, ut non repugnent carminibus, & herbis? IDEM. Male unus Bersm. & Voss. pr & sec. cum aliis habent a m. pr. *pavor.* Vide Cl. Burm. ad Valer. Flacc. L. III, 374. Multus in hac voce, & verbo *laborare* est noster. vide Indicem.

493 PACTI] Quale inter eos fuit pactum, ut Dii carminibus obsecundent? *Parere.* utrum coguntur his Dii obsequi? an ipsos delectat obsequi? SCHOL.

495 IGNOTA &c.] i. e. nova, & mirabili pietate, an per magicae artis minas hoc à Diis obsequium promerentur? IDEM.

497 CARMINA] Et hoc poëta quaerit, an haec carmina omnibus Diis imperent semper. IDEM.

 Clau-

Cogitur ipſe, poteſt? [a] illic & ſidera primum
Praecipiti [b] deducta polo: Phoebeque ſerena
Non aliter, diris verborum obſeſſa venenis,
Palluit, & nigris, terrenisque ignibus arſit,
Quam ſi fraterna prohiberet imagine tellus,
Insereretque ſuas flammis coeleſtibus [c] umbras.
Et patitur [d] tantos [e] cantu depreſſa labores,
Donec [f] ſubpoſitas propior [g] deſpumet in herbas.
[h] Hos [i] ſcelerum ritus, [k] haec dirae [l] crimina gentis
Effera damnârat [m] nimiae pietatis [n] Erichtho,
Inque novos ritus [o] pollutam duxerat artem.

Illi

Variae Lectiones.

a vulgo *illis*. b *diducta* O. 1. H. male. c *undas* R. 1. d *magnos* P. 1. e *cantus* vitioſe Edd. qdd. *coelo* V. pr. & ſec. a m. pr. Marp. & V. 1. pro var. lect. f *depoſitas* V. 1. g *deſpumat* Marp. h Hi duo verſus deſunt in Ox. pr. a m. pr. h. *hoc* VV. LL. Steph. i *rit. ſcel.* B. 1. k *&* P. 2. B. 1. l vulgo *carmina*. m *minimae* V. pr. n *Erecto* V. 5. R. pr. o *pollutos* A. *polluteis* M. a m. pr. *pollutas artes* V. pr.

Claudian. L. 1. Rufin. 147.

- - - novi quo Theſſala cantu
Eripiat lunare jubar; quid ſigna ſagacis
Aegypti valeant, qua gens Chaldaea vocatis
Imperet arte Deis &c.

498 Cogere] Qui omnes cogat pati, quidquid facere fuerit ipſe compulſus. SCHOL.

499 Illis et sidera] Mſc. quatuor, *illic*. ut ſit loci notatio. BERSM. Repoſui *illic* ſcilicet in Theſſalia, jubentibus etiam ſex Pulm. & meis melioribus tredecim MSS. cum Edd. Veneta, Omniboni, & Stephani.

502 Nigris] i. e. obſcuris, non ita fulgentibus, ut coeleſtes. SCHOL. Addatur hic locus iis, quae notavi, ad L. 1, 65.

Nigros Saturni accenderet ignes.

503 Quam si] Quam ſi terra intercederet, & obſtaret, ne poſſet lunae facies orbem ſolis adſpicere; quod ſolet fieri, quando eclipſis eſt, ſed hoc modo non fieri dicit. Conſtat autem, lunam lucem à ſole mutuari. SCHOL.

504 Insereretque] *Inſerretque* Mſc. non male. BERSM. *Inſerret* inveni etiam in Voſſianis primo, & quarto, ac Ed. Hortenſii; ſed perperam. *Inſerere* eſt, interponere ſuas umbras inter ſolem, & lunam. Vellej. L. II, 60. *Actorum ejusdem, inſertis falſis, civitatibusque corruptis, commentariis.* Ovidius L. XIII. Metam. 33.

Inſeris Aeacidis alienae nomina gentis.

165.

Arma ego femineis animum motura virilem
Mercibus inſerui.

Seneca Herc. Oet. 169.

Ut coelo inſereret vipereas manus.

Claudian. 1. Eutrop. 480.

- - dominoque ſuos aequalis honores
Inſeret.

Sic *inſerere manus* noſtro ipſi L. VIII, 552. & crebro apud alios auctores.

505 Depressa] Obſeſſa, vel *depreſſa*, facta vicina terrae. SULPIT. *Depreſſa* i. e. coelo deducta. BERSM. *Deprenſa*. Rectum hoc è MS. Simile eſt: *Velut minuta magno Deprenſa navis in mari.* GROT. Ed. pr. Poenitet me mutaſſe, quod ante legebatur *depreſſa*, quomodo habent optimi MSS. id eſt vi quadam deducta ex coelo. IDEM. Ed. ſec. *Deprenſa*. Lectio non mala & è MS. Sic Catullus: *Velut minuta magno Deprenſa navis in mari.* Sed cum Manuſcripti, quos poſtea vidi, omnes *depreſſa* habeant, quid ni ſequamur, ut vi de coelo deductam ſignificet. IDEM. Ed. tert. Ut Sulpitius, & Grotius, ita fluctuatus etiam eſt Aſcenſius, qui tamen cum Micyllo, Verſellano, & Hortenſio *deprenſa* in Editionibus praetulerunt. Quomodo habent duo MSS. Pulmanni, & ex meis Voſſ. tert. Oxon. pr. Marp. Reg. rec. cum uno, vel altero. Ceteri cum editis ante Sulpitium *depreſſa*, & cum Gloſſa Voſſ. ſec. *in terram deducta*. Veriſſime ut patet ex ſeq. voce *propior*, pro qua male in verbis Servii ad Aeneid. L. IV, 513. vulgatur *propius*. *Depreſſa* hic dicit, quia jam ante uſus erat *deducta*. quod verbum in hac re eſſe proprium, docent ad Propertium ſaepius Paſſeratius, & praeſertim Cerda ad Virgil. Ecl. VIII, 69.

Car-

Illi namque nefas, urbis submittere tecto,
Aut laribus, ferale caput: desertaque busta
Incolit, & tumulos expulsis obtinet umbris,
Grata Deis [a] Erebi. coetus [b] audire silentum,
Nosse [c] domos Stygias, arcanaque Ditis operti,
[d] Non Superi, [e] non vita [f] vetat. tenet ora [g] profanae
Foeda situ macies, coeloque ignota sereno.
Terribilis Stygio facies pallore, gravatur
Inpexis [h] onerata comis. si nimbus, & [i] atrae
Sidera [k] subducunt nubes, tunc Thessala nudis
Egreditur bustis, nocturnaque fulgura [l] captat.

Semina

VARIAE LECTIONES.

a *Herebi* MSS. qdd. b *audisse* O. 1. c *domus* R. pr. V. ad L. vi, 29. d *nec* B. 1. e *nec* B. 1. f *vetant* P. 2. V. 1. M. a m. sec. male. V. ad vs. 488. g *profana* Edd. qdd. h *generata* A. i *artae* V. 1. k *subducant* Marp. l *trasat* Ox. pr. a m. pr.

Carmina vel coelo possunt deducere lunam.

Talis etiam venefica Graecis *κατωιβάτις* dicebatur: quod ante alios docuit Magnus Vir D. Heinsius ad Theocritum c. 7.

506 DESPUMET] Spumas roris sui infundat, ut ipso sputo agant sua maleficia. SCHOL. *Addidit exceptas Lunae de nocte pruinas.* R. Steph. VV. LL. Hunc versum libri manuscripti non habent. PULMANN. Rorem infundat in herbas, quibus utuntur veneficae ad incantationem. Post hunc versum sequitur in Pulmanni Editione hic:

Addidit exceptas Lunae de nocte pruinas.

qui non extat in codicibus Msc. BERSM. Miror, versum illum, qui huc nihil facit, à Pulmanno editioni suae insertum esse, cum testetur ipse, eum in nullo suorum Codd. esse, nec ulla ante ipsum Editio exhibeat. Solus R. Stephanus in variarum lectionum libello illum protulit, & male tamquam Lucani versum citat Carrion ad Valer. Flacc. viii, 83. Est autem merus Ovidii versus, desumtus ex Lib. vii. Metam. 268. Ita enim olim illic legebatur. Heinsius restituit:

Addit & exceptas Luna pernocte pruinas.

Ubi quaedam habet quoque de Lunae spuma, quam adhibebant in veneficiis magae, & quapropter Lunam deducere dicebantur. Plura collegit Cerda ad Virgilii citatum modo locum, & C. Barthius ad Statium Lib. ii. Theb. 284.

- - *Haec circum spumis lunaribus unguit*
Callidus.

Burmann. ad Valer. Flacc. vii, 330.

Et quae sanguinea Lunae destrinxit ab ira.

Inf. vs. 669.

Et virus large lunare ministrat.

507 CARMINA] *Carmina* non damnabat, nam ipsa illis utitur deinceps, sed *crimina* haec, quae recensuit Lucanus, tamquam inesset illis adhuc *nimia pietas*. *crimen*, & *pietas* bene opponuntur. Quare sic rescripsi ex uno Pulmanni, Wittiano, Vossiano primo, tertio, & Hulst. Quidam autem jungunt *Erichtho nimiae pietatis*: quem genitivum saepe amat noster, ut alibi dictum. sed praestat hic *damnare pietatis*. acute, & ex Lucani genio, sic *audire silentum coetus*, & passim. Citat autem hunc versum Priscianus c. 1192. qui videtur legisse *jurarat*. nam aliter, quid velit, non intelligo. Sensus eodem rediret.

508 EFFERA ERICHTHO] Nomen magae, quae ut pejora, & crudeliora auderet, haec omnia non magna, & pia esse dicebat. Hoc est *nimiae pietatis damnaras*. SCHOL. Erichthûs etiam Ovidius meminit, in epistola Sapphûs, ubi inquit:

Illic mentis inops, ut qua furialis Erichtho
Impulit, & collo crine jacente feror.

Unde apparet, praesens hoc nomen veneficae fictitium esse, & à veteri illo transumptum. MICYLL.

510 URBIS] In civitate inquit manere non poterat; sed hoc pro inlicito habebat. SCHOL.

515 VITA] Non enim viventium esse solet, inferni scire secreta. Nam vita vetat scire ea, quae in inferno sunt. IDEM.

515 PROFANAE] Genitivus, i. e. nefandae. Sacris quidem dedita erat, sed factis contra Superos, ideo *profanae*. IDEM.

Semina fecundae [a] segetis calcata [b] perussit,
[c] Et non letiferas spirando perdidit auras.
[d] Nec superos orat, nec cantu supplice numen
Auxiliare vocat, nec fibras illa litantes
Novit: funereas aris inponere flammas
Gaudet, & accenso rapuit [e] quae tura sepulcro.
Omne nefas Superi prima jam voce precantis
Concedunt, carmenque timent audire secundum.
[f] Viventes animas, & [g] adhuc sua membra regentes,
[h] Infodit busto: fatis debentibus annos,

Mors in-

VARIAE LECTIONES.

a *pressis* V. sec. a m. pr. b *perurit* O. 1. *perustat* V. 1. c *non* R. pr. d *non non* V. 1. e *quoque* B. 1. f *Viventis*, *regentis* R. pr. V. sec. g *adhuac* H. h *inmittis* Edd. Ven. Br. Med.

519 SUBDUCUNT] Ab aspectibus subtrahunt. *Nudis*, quod ait supra, *tumulos expulsis obtinet umbris*. Sive ideo *nudis*, quia nihil ibi possidet, nisi busta. SCHOL.

519 TUNC] Hoc dixerat supra *coeloque ignota sereno. Thessala* est ipsa Erichtho maga. IDEM.

520 FULGURA] Mscr. tria *fulmina*. quart. *flumina* mendose. BERSM. *Flumina* ex nostris sollemni mutatione habent Witt. Hulst. & Amst. *Fulmina* Pulm. quatuor, Vossiani quinque, & meus cum Edd. quibusdam. Non autem vult, eam modo observare fulmen, sed captare, & condere fulgura, ut ad veneficia adhibeat. In Vossiano secundo pro var. lect. *flamina*. Sic Medea *auras*, & *ventos* invocat apud Ovid. L. VII, 197. sed nil muta.

522 PERDIDIT] Hoc est aërem corrupit halitu spiritus sui. SCHOL. Vide, num hic locus faciat ad stabiliendam veterum editionum lectionem in Valerio Flacco L. VI, 441.

Illius ad flatus sparsosque per avia sucos
Sidera fixa pavent.

524 LITANTES] Quibus Diis litatur. SCHOL. i. Deos placantes. *Litare* enim est placare Deos sacro sacrificio, ut Macrobius, & Servius tradunt. In aliis Codicibus legitur *latentes* hoc est occultas. BEROALD. *Latentes* in Regio recent. est a m. sec. perperam, & nullius hic momenti. *Litantis* habent Vossiani tres, Reg. prim. Witt. & Edd. Rom. Parm. Ascens. Aldi. Col. Step. Micyll. Hortens. Pulm. aliorumque. Qui editores ceperunt pro genitivo, *fibras ejus*, *qui placat deos*. Sane *litare* simpliciter dicitur pro hostiis caesis Deos placare, ut L. VII, 171.

Inpia tam saeve gesturus bella litasti?

Sueton. in Ner. c. 56. *Adeundis & extispicio, nec umquam litavit*. Tacit. c. 9. de Mor. Germ. *Mercurio humanis quoque hostiis litare fas habent*. & alibi. Vide Turneb Advers. L. XVIII, 20. Malo tamen ego sumere in accusativo cum ceteris scriptis, & editis, sive *litantes* scribas, sive *litantis*, qui vetus accusativus saepius est in optimis nostri Mstis. Victima ipsa non raro *litare* dicitur. Sueton. Aug. c. 96. *Sacrificio litante*. Othon. c. 8. ex Cel. Graevii emendatione. *Victima Diti patri caesa litavit*. Martial. L. X. Epig. 73.

Non quacumque manu victima caesa litat.

Stat. L. IV. Theb. 619.

- - *confer vultum*, & *satiare litanti*
Sanguine.

528 CONCEDUNT] Quidquid, inquit, petit, licet sceleratum sit, tamen à Deis prima ei voce conceditur, ne iteret carmen infaustum. SCHOLIAST.

531 INVITA] Quippe ante tempus indicta. IDEM.

531 PERVERSA] Ideo, quia ferri alias *ad* tumulos non à tumulis, consueverunt. IDEM. Sulpitius exponit ex tristitia in laetitiam mutata. Forsasse ita recte exposuerimus. Quemadmodum funera efferuntur è funestis locis ad bustum, & sepulchrum, ita diversa pompa ipsa Erichtho illa è sepulchris domum suam effert, & cadavera reviviscunt. HORTENS.

532 LECTUM] Msc. *lectum* scilicet funebrem. alii *letum*. BERSM. Sic reposui Bersmannum secutus; cui lectioni Grotius vulgatum *letum* praetulerat. *Lectum* veram esse Lucani manum, probant quoque Vossiani duo veterrimi, in quibus pro varia lectione est *letum*. Item Regius uterque. Bohierii MS. *lecto*. Voss. sec. *bustum* glossa scil.

Mors invita subit: perversa funera pompa
[a] Retulit à tumulis: fugêre cadavera [b] lectum.
Fumantes juvenum cineres, [c] ardentiaque ossa
E mediis rapit [d] illa rogis, ipsamque, parentes
Quam tenuêre, facem: nigroque [e] undantia fumo
Feralis fragmenta [f] tori, vestesque fluentes
Colligit in cineres, & [g] olentes membra favillas.
Ast ubi servantur saxis, quibus intimus [h] humor
Ducitur, & [i] tracta durescunt tabe medullae,
Corpora; tunc [k] omnes avide [l] desaevit in artus,

Inmergit-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *rettulit*. *detulit* O. pr. Edd. Rom. Parm. Par. 1512. *repulit* R. 1. b *letum* vulgo. c *ardentia* B. 1. d *ipsa* V V. LL. Steph. P. 4. mei 5. Edd. pp. e vulgo *volantia*. f *rogi* O. 1. g *olentia* V. pr. pro var. lect. h *amor* R. pr. i *tractae* V. sec. k *omnis* R. pr. V. 1. l *descendit* meus.

scil. ꝟ *lecti*. In Wittiano prior manus erat plane erasa. Ovidius L. VIII. Metam. 537.

Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.

Albinov. ad Liviam. 207.

Certat onus lecti generosa subire juventus.

Consule Kirchmann. de Funer. Lib. I. c. II. & ad Propertium, qui multus est in ea voce, Passerat. L. II, 10. p. 295.

Nec mihi tam fulcro sternatur lectus eburno.

Valer. Max. L. IV. c. 4. §. 1. *Cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit.* Dein rescripsi quoque *retulit*. pro *rettulit*, de quo jam saepius monui, ex MSS. octo cum Edd. Omniboni.

535 NIGROQUE VOLANTIA FUMO] Vossianus primus, & secundus, *nigro fumantia fumo*: quod in aliis membranis invenit etiam N. Heinsius: unde emendabat *undantia*. Oppido recte: Hanc autem scripturam servavit solus codex meus, in quo *undantia volantia*, punctis τῷ *undantia* suppositis. Maga ista non potuit in cineres colligere fragmenta, quae inter fumum volabant, & per ventum alio deferebantur; sed rogo, & cadavere combusto fragmenta, quae adhuc fumo undabant, colligere solita erat, & cinerem veneficum ex iis ceterisque rebus componere. Vide eum ad Silium Lib. VII, 355. & Cl. Burm. ad Valer. Flacc. II, 196.

- - - *undantem turbine pinum.*

Verum ex praedictis à me patet, ejusdem illustrissimi viri correctionem vocis *fragmenta* in *stramenta* non procedere. Illa enim penitus combusta tum fuisse debent. Equidem *stramenta* pro quibuslibet *stratis* sumi non puto, ut videtur innuere ad L. X. Silii 562.

Sublimem eduxere pyram, mollesque virenti
Stramine composuere toros.

ubi videndus Doctiss. Drakenb. de stramineis toris in militari funere, & exercitu constructis. Recte itaque in scriptis, & inpressis omnibus libris *fragmenta*, seu frusta lecti exsequialis, qui una cum cadavere tam plebejorum, qui hic intelligendi sunt, quam illustrium virorum in Graecia, & Romae rogo inponebatur. Unde Tibull. L. I, I, 75.

Flebis & arsuro positum me, Delia, lecto.

Ubi consule, quae citantur. Posset etiam *torus* sumi pro ipsa pyra, vel *rogo*, ut in aliis est ex glossa natum, & non raro ab auctoribus usurpatur. quod Hortensio placuit.

536 VESTESQUE FLUENTES] Intelligit Lucanus fascias, & taenias laneas, quibus cadaver involvi, & torum ornari solitum fuisse, norunt eruditi: unde *funeream lanam* habemus Lib. II,, 367. In Epit. LIV. XLVIII. *lecto strato sine linteis.* Hae autem in veneficiis adhibebantur. Vide Passerat. & Broukhus. ad Propert. L. III, 4, 29.

Et strigis inventae per busta jacentia plumae,
Vinclaque funesto lanea vitta toro.

538 SAXIS] Urnas dicit, quibus membra condiuntur. Ipsae autem faciunt cadavera tabe dissolvi. *Ducitur* i subducitur. SCHOL. Quibus in locis corpora non cremantur, sed conduntur, ut apud Aegyptios, & Judaeos. Vide Tacit. Hist. V. Sequentia saniem describunt conditis effluentem corporibus. GROT. Recte ita Grot. cum aliis. Male Scholiastes explicat.

539 TRACTA] Hujus medullae tabe detracta corpora durescunt. SCHOL.

[a] Inmergitque manus oculis; gaudetque gelatos
[b] Effodisse orbes; & siccae pallida rodit
Excrementa manus: [c] laqueum, nodosque nocentes
Ore suo [d] rupit: pendentia corpora carpsit,
Abrasitque cruces; percussaque viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admisso sole medullas.
Insertum [e] manibus chalybem, nigramque per artus
Stillantis [f] tabi saniem, virusque coactum
Sustulit, &, nervo [g] morsus retinente, pependit.

Et

VARIAE LECTIONES.

a *immersit* vulgo. b *effudisse* R. 1. c *laqueos* V. 1. H. B. 1. d *rumpit* VV. LL. Steph. P. 3. mei 5. e *chal. man.* V. 1. f *tabus* VV. LL. Steph. P. 2. g *morsus* V. 1. *morsu* Edd. qdd.

541 INMERGITQUE] Hoc praetuli τῷ *immersit* cum variis lectionibus Steph. MSS. quatuor Pulm. tribus Bersm. & duodecim meis, ac Edd. Ven. Taberii, Sulpit. Ascens. Mic. Hortens. aliisque. Praecedit, & sequitur praesens.

543 EXCREMENTA MANUS] Ungues extremos suo ore amputat. SCHOL. De excrementis unguium in scelesta illa arte adhibitis multa adfert praeclare Broukhus. ad Propert. L. III, 4, 27.

Illum turgentis ranae, portenta rubetae,
Et lecta exsectis anguibus ossa trahunt.

ubi tamen nihil esse mutandum, opinor. Nam, licet angues non sint venenati, plura alia erant, quae per se non venenata, à veneficis tamen usurpabantur, ut *cervi jecur*, & *cornicis caput*, *phoenicis cineres* &c. Praeterea poëtae in hac materia indulserunt ingenio, quaeque ad illam rem apta sibi videbantur, admiscuerunt: Unde haec tam varie enarrant. Sed & potuit Propertius *anguem* pro quovis serpente posuisse. Serpentibus vero in hac re usas etiam fuisse magas, patet infra vs. 677. & ex Ovidio L. VII. Metam. 272.

- - - - nec defuit illic
Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri.

Lacertam ad philtrum adhibet Thestylis apud Theocrit. Idyll. II, 60.

Σαῦραν τοι τρίψασα.

Si quid mutandum est, pro *lecta* malim *trita*.

543 LAQUEUM] Haec omnia ad usum magicae artis colligit. Sic ubi aut aliquis laqueo obiit, aut cruce, haec membra conquirit. SCHOL.

543 NODOSQUE NOCENTES] Msc. *nocentis*, hoc est strangulati, suspensi. BERSM. Sic unus, & alter meorum quoque, vel *nocentum*. ut vs. 695. *poenaque nocentum*. Sed magis poëticum est *nocentes*: ut mille poëtarum locis posset ostendi: & crebro talia emendavit in Ovidio, aliisque auctoribus Heinsius. Sic L. V, 545. *Spectantes oculos*. L. VII, 793. *facies jacentes*. ut in MSS. quibusdam. Vel *nocentes nodos* eo modo dixit, quo *infelicem arborem* Livius Lib. I. c. 26. & Catullus Epig. 36. *Infelix lignum*, quod nocenti collo suspendia praebuit. *Recentes* est in variis lectionibus Steph. & uno Pulm. *recentis* a m. pr. Wittian. & pro var. lect. Marp. *jacentis* Boh. MS.

545 NIMBIS] Male in meo MS. legitur *membris*, quod vitium obsidet quoque vulgatos Prisciani Codices Col. 896.

547 INSERTUM MANIBUS CHALYBEM] Ferrum, clavos. Nam clavi eorum, qui cruci fixi sunt: manibus inseruntur. SCHOL. Clavos ferreos, quibus fixi, qui in cruce pendebant. quod est [illegible] in Euang. Joh. c. XX. 25. GROT. Ed. pr. Atque inde *τύπος ἥλων* ibid. IDEM. Ed. tert. Per manicas, & catenas ferreas male interpretantur alii. *Carnosi clavi pendentium* Apulej. Met. Lib. II. quem locum adposite citat Farnabius.

549 MORSUS RETINENTE PEPENDIT] Ipsa Erichtho pependit, dum nervum morsu non potest amputare. *coactum* est congelatum, seu coagulatum. SCHOL.

550 QUACUMQUE JACET NUDUM] Ita emendavimus pro *quodcunque*. Ubicunque cadaver est, ibi ipsa ante vultures. GROT. Non modo *quacumque*: sed & *nudum* primus in textum recepit Grotius pro *nuda*. *Nudum* scilicet viderat in uno Bersm. legi. Ceteri omnes servant *nuda*. Ex meis tamen excipio illos, quos ipse non vidi Mstos. Nam in Oxoniensibus, Hulst. Marpurg. & Bohier. ad vocem *nudum* nihil varietatis habent excerpta. Dubito etiam an Oxon. pr. Boh. & Marp. habeant *quacumque*. Ceteri certe praeter Voss. quartum exhibent *quodcumque*. vel *quocumque*. ut est in Wit-

Et [a] quocumque jacet [b] nuda tellure cadaver,
Ante feras, volucreſque ſedet: nec carpere membra
Vult ferro, manibuſque ſuis, morſuſque luporum
Exſpectat, ſiccis raptura [c] è faucibus artus.
Nec ceſſant à caede manus, ſi ſanguine vivo
Eſt opus, erumpat jugulo qui primus aperto.
Nec refugit caedes, vivum ſi [d] ſacra cruorem,
Extaque funereae poſcunt trepidantia menſae:
Vulnere ſic ventris, non, qua Natura vocabat,

Extrahi-

VARIAE LECTIONES.

a *quodcumque* vulgo. *quacumque* Grot. &c. b *nudum* Grot. &c. c *de* H. *ex* A. d *fata* A.

Wittiano a m. pr. Voſſiano tert. & quinto, Regio ſec. & Amſtel. quod unice verum puto. i. e. quocumque loco, ubicumque. Jam nihil frequentius eſt apud poëtas, quam phraſis *nuda tellure jacere*. Vide N. Heinſium ad Ovidii Epiſt. Her. XIV, 100.

- - *nudâ nuda recumbis humo.*

Nudum litus L. VIII, 263. Ex verbo autem *jacere* abunde patet, Lucanum loqui de inhumato cadavere: in hoc enim proprium eſt verbum *jacere*. L. VIII, 714.

Ne jaceat nullo, vel ne meliore ſepulcro.

Valer. Maximus L. I, 7. Ext. 3, 8. V. I, 10. Ext. 6. VI, 10, 3. *de Craſſi manibus in hoſtili ſolo miſerabiliter jacentibus*: & paſſim ille. J. Obſeq. c. 65. *Gravi peſtilentia, hominum boumque cadavera, non ſufficiente Libitina, cum jacerent.* ubi vide Scheffer. Adde c. 81. &c.

551 SEDET] Ipſum cadaver prima obſidet, exſpectans lacerationem ferarum. SCHOL.

553 SICCIS] Ut difficilius (*facilius* Voſſ. pr.) poſſit auferre, eſurientes addidit lupos. Ut Virgilius. *Et ſiccae ſanguine fauces.* IDEM. *Siccaeque in* in verbis Virgilii citatis habet Voſſ. pr. *ſiccaeque* Voſſ. ſec.

553 E FAUCIBUS] Hoc quidem ex arte. Vide Comment. ad Horat. Epod. V, 23.

Et oſſa ab ore rapta jejunae canis.

Sed id ſi faceret Maga, non deberit lupi ejus adventum ſtatim fugere, ut horum verborum immemor, & nimis multa pueriliter exaggerans, ac coacervans poëta fingit vſ. 627.

556 NEC REFUGIT CAEDES] Hic verſus cum ſequente deeſt in MS. P. Forte & hoc ex emendatione Lucani, aut Argentariae Pollae. GROT. Ed. ſec. In nullo alio Codice hi verſus deſunt. Ut potius videatur librarius Mſti Puteanei illos per ſe omiſiſſe, quia abundant, quam ipſe Lucanus vel Polla eos rejeciſſe. Videntur enim mihi potius duos praecedentes rejecturi fuiſſe, utpote in quibus minus dicitur. Hi etiam melius cohaerent cum ſeqq. Quidquid ſit, hic locus clariſſime adfirmat ſententiam meam, quam protuli ad Lib. IV, 760. ſcilicet Lucanum plures ejusdem ſenſus verſus effuſos in membranas conjeciſſe: ut deinde, ſi licuiſſet, facilius optimos eligere, & ſuperfluos reſecare poſſet. *Vivum cruorem* hic inconcinne repeti viderunt etiam alii librarii, unde, notante gloſſatore, alii habuerunt *fuſum* (MS. *effuſum*) atque ita eſt in Regio recentiore, & Voſſ. ſexto, ac pro var. lect. Hulſt. qui exhibet *juvenem*. Per *funereas* autem *menſas* intelligit inferias, & parentalia, quae mortuorum manibus ſaepe fiebant ſanguine humano, ut ex Homero, Virgilio, aliisque cognitum eſt. Adde Kirchm. de Fun. Lib. IV. c. 2.

558 VULNERE SIC VENTRIS] Mſc. quatuor, & libri *ſi*. Si fetus nondum editus eſt, ponendus in aris extrahitur, ventre ferro aperto, non utero. BERSM. *Sic*, primus edidit Gryphius, habetque ita Regius prim. *ſed* Marp. pro var. lect. reliqui omnes *ſi*. Diceret Lucanus, Erichtho illam minime refugere caedem, ſed omnium primam eſſe paratam, & ſe ultro obferre ad faciendam caedem; ſi ſacra magica, vel ſacra funebria poſcunt vivum ſanguinem; aut ſi ex religione, vel haruſpicum reſponſo partus *debet comburi*; ventri extrahitur infans, hoc eſt malo omine & non naturali via in lucem editur. Vide J. Obſeq. c. 84. *Puer haruſpicum juſſu crematus*; & ſaepe. Noſter ipſe Lib. I, 390.

- - - - *ſterilique nefandos*
Ex utero fetus infauſtis urere flammis.

ut Gloſſ. Voſſ. ſec. & Aſcenſ. exponunt *ſi vulnere ventris ſc. opus eſt*. non omnino male: ſed fateor,

me

Extrahitur partus, [a] calidis ponendus in aris.
[b] Et, quoties saevis opus est, ac fortibus umbris,
Ipsa facit manes: hominum mors omnis in usu [c] est.
[d] Illa genae florem primaevo corpore vulsit,
Illa comam laeva morienti [e] abscîdit ephebo.
Saepe etiam [f] caris, cognato [g] in funere, dira
Thessalis [h] incubuit membris; atque oscula fingens,
Truncavitque caput, [i] compressaque dentibus ora
Laxavit; siccoque haerentem [k] gutture linguam
Praemordens, gelidis [l] infudit murmura labris,
Arcanumque nefas Stygias mandavit ad umbras.
Hanc ut fama loci Pompejo prodidit; alta
Nocte poli, Titan medium quo tempore [m] ducit
Sub nostra tellure diem, deserta per arva

[a] Carpit

VARIAE LECTIONES.

a *calidus* W. pro var lect. b *at* R. 1. forte melius. c deest in Marp. rectius. d *ipsa* O. 1. e *accidit* Hort. M. f *& c.* R. 1. *in c.* H. g deest in V. 1. O. pr. H. a m. pr. h *incumbit* H. i *comprensaque* P. 1. H. k *in gutt.* B. 1. V. 2. W. l *infundit* B. 2. V. 1. H. M. m *duxit* O. 1.

me locum hunc non recte percipere. Retineo tamen *sic*, vel *sed*. Non refugit caedem maga, sed ex matris utero extrahit infantem, quoties poni debet in aris. Sive. Sic solet maga extrahere infantem nondum natum per ventris vulnus; quando ipsi opus est eum ponere in aris magicis. Haec verba respicere videntur versus 710, 711.

Si quis, qui vestris caput extaque lancibus infans
Imposuit, victurus erat.

559 EXTRAHITUR] Ut puer inciso ventre effundatur, quod iter nascentium non est, qui per uterum procreantur. SCHOL.

550 CALIDIS PONENDUS IN ARIS] In veterrimo Regio, & Vossiano primo scribitur *gelidis* cum hac Scholiastis nota. *i. e. Infernalibus. Nam Dii Infernales gelidi sunt propter perpetuas umbras. unde & Tartarus dicitur ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν i. e. à tremore frigoris.* quam Tartari etymologiam dat etiam Servius ad Aen. VI, 577. Videant tamen viri eruditi, num sibi placere possint *gelidae arae* inferorum; quia ipsi sunt gelidi. Mihi valde dubium est. Forsan ritus quis latet.

560 QUOTIES SAEVIS OPUS EST] Ubi opus est cruentis umbris, ibi ipsa dat morti, quos suscitet. GROT. Sequor Grotii expositionem. Alii intelligunt, ipsam occidere truculentum hominem, si animam requirit saevam, & crudelem. Schol. Witt. Codd. *Quoties exigit sacrificium sanguine juvenum, ipsa facit manes i. interficit ipsos.* Non dicit Lucanus hic *si opus est sanguine*, sed *umbris*. Hoc est; *si quid* vult scire ex umbris, violenta morte factis, ipsa facit tales occidendo hominem: quali in Sexti consultatione opus fuit. vide vs. 619.

561 MORS OMNIS] Et qui sponte moriuntur suo fato, & quos maga inmolat, eorum omnium mors huic artificio necessaria, vel utilis est. SCHOL. Alii minus bene mortem hominum cujuscumque aetatis intelligunt.

561 IN USU EST] *In usum est*. Voss. duo. & vulgo dicitur *in rem esse*. sed ita *in usu esse*. Tacitus L. II. Hist. c. 86. v, 6. *humor in usu medentium est*. Immo Rivius & Faërn. ad Terent. And. III, 3, 14. monent, in MSS. & Editis primis esse *in re*, ut & in MSS. aliorum auctorum. Vide Comment. ad Sallust. B. Cat. 20. utrumque ergo probum est.

562 CORPORE] Mscr. *à corpore*. Cetera duo *ex corpore*. BERSM. *A corp.* Marp. & meus. *ex corp.* Voss. sextus & Pulm. unus, *e corpore* Pulm. duo, Witt. Voss. sec. tert. & quart. cum Edd. Veneta, Omnib. & R. Steph. Nil muta. sine praepositione citat etiam Priscian. c. 896.

563 LAEVA] Bene dicit *laeva*; quia in magicis artibus nihil est dextrum. SCHOL.

564 COGNATO] i. e. Adfinium, vel propinquorum funeri adhaerens os invasit haec maga. IDEM.

565 OSCULA FINGENS] *Figere oscula* locutionem poëtis esse frequentem nemo nescit. Vide L. II, 114.

[a] Carpit iter. fidi ſcelerum, [b] ſuetique miniſtri.
[c] Effractos circum tumulos, ac buſta [d] vagati,
Conſpexêre procul praerupta [e] in caute ſedentem,
Qua juga [f] devexus [g] Pharſalia porrigit Haemus.
Illa Magis, magiciſque Deis incognita verba
Tentabat, carmenque novos fingebat in uſus.
Namque timens, alium [h] ne Mars [i] vagus iret in orbem,
Emathis & tellus [k] tam multa caede careret,
Pollutos cantu, diriſque venefica ſucis
[l] Conſperſos, vetuit tranſmittere bella Philippos,
Tot mortes habitura ſuas, uſuraque mundi
Sanguine: caeſorum truncare cadavera Regum
Sperat, & Heſperiae cineres [m] avertere gentis,
Oſſaque nobilium, [n] tantoſque [o] adquirere manes.

Hic ar-

VARIAE LECTIONES.

a *carpſit* V. 1. b *aſſuetique* B. 1. c *Amfractos* P. 1. d *vagari* VV. LL. Steph. Voſſ. ſec. a m. pr. meus. *vagantes* B. 1. V. 1. e *in* deeſt in O. 1. f *devectus* V. 1. g vulgo *Pharſalica*. h *ut* B. 1. i *novus* V. 1. k *jam* V. pr. l *compreſſos* VV. LL. Steph. P. 1. W. meus. B. 1. pro var. lect. m vulgo *avertere*. n *tantos* Edd. Rom. Parm. o *admittere* B. 1.

114. Virgil. II. Aen. 666. Ovid. Lib. III. Met. 25. Valer. Flacc. VII, 254. Heinſium ad Ovidii L. IV. Met. 141. ubi & apud Valer. Flacc. in quibuſdam etiam eſt *fingens*. quod hic optime repoſuit Grotius jam ante expreſſum in Editione Veneta. *Fingens* habent tres Pulm., duo Berſm. & mei decem, vel undecim. Dicit Lucanus, veneficam iſtam non vera dare oſcula, ſed ſimulare, ſe oſculari cognatum, & habitum oſculantis effingere, ut ſuum ſcelus occultius poſſit peragere.

568 MURMURA] Ut mox umbra loqueretur. SCHOL. Apud inferos ſcilicet.

569 MANDAVIT] Quod ad umbras perferret occiſas. SCHOL.

572 SUB NOSTRA TELLURE] i. quando ſol eſt apud Antipodas. Ut Virgilius.

Aut redit à nobis Aurora, diemque reducit.

Tum enim apud eos eſt dies medius, cum apud nos media nox eſt. IDEM.

573 MINISTRI] i. e. Sexti Pompeji, qui ad hoc nefas comites ſunt electi. IDEM.

574 EFFRACTOS] Ab illa maga ſcilicet. *Sedentem* Erichtho magam. IDEM.

576 PHARSALIA] Sic ſcribitur in veterrimis Regio primo, & Voſſ. primo. non *Pharſalica*. atque ita in MSS. nonnullis L. VII, 788, 823. VIII, 514. &c. Claudian. Epithal. Honor. 291. *Pharſalia rura. Campi Philippii* apud Vellejum Lib. II, 86. & paſſim in adjectivis gentilibus. vide, quae congeſſi ad L. II, 49. & h. l. vſ. 402.

579 MARS] i. e. ne transferrentur de Pharſalia ad locum alterum bella civilia. SCHOL.

579 ALIUM NE MARS] Hunc ordinem exhibet Voſſ. tert. numeroſiorem, & ſuaviorem, quam vulgatum *ne Mars alium*. Dein *polluto* eſt in uno Berſm. Voſſ. primo, quinto, Marp. & Ed. Ven. ac Voſſ. ſec. & quarto a m. ſec. ut *polluta ars* vſ. 509. *pollutum os magae* 707. Praeſtat tamen *pollutos*. Philippi enim non dici poſſunt *conſperſi cantu*, ſed *polluti*.

583 SUAS] Sibi videlicet ad artem magicam neceſſarias, & ſuae nequitiae aptas. SCHOL.

585 AVERTERE] MSS. duo *advertere* i. e. vindicare ſibi, & altera duo *avellere*. BERSM. Scholiaſtes exponit *ſibimet vindicare*. Quod eſt *avertere*, ut recte Lucanus potuit ſcribere. *Avertere* enim dici eos, qui praedam abigunt, & fraude vel furto quaslibet res auferunt, quod utrumque huic magae congruit, vidimus ad L. III, 130. Quibus adde Cl. Drakenborch. ad Silium L. III, 321.

- - - - *praedas avertere ponto.*

Cadavera enim, & cineres regum erant praeda, quibus haec maga inhiabat, ut furto, & dolis ea in ſuos uſus averteret. Sed variant veteres libri.

Ppp Ad-

Hic ardor, ſoluſque labor, [a] quid corpore Magni
Projecto rapiat, quos Caeſaris involet artus,
Quam [b] prior adfatur Pompeji ignava propago.
O decus Haemonidum, populis quae pandere fata,
Quaeque ſuo ventura potes devertere [c] curſu,
Te precor, ut certum liceat [d] mihi noſcere finem,
Quem belli fortuna [e] paret. non ultima turbae
Pars ego Romanae, Magni clariſſima proles;
Vel dominus rerum, vel tanti funeris heres.
Mens dubiis percuſſa [f] pavet, rurſuſque parata eſt
Certos ferre metus. hoc caſibus eripe juris,
[g] Ne ſubiti, coecique ruant: vel numina torque,
Vel tu parce Deis, & Manibus [h] exprime verum.
Elyſias reſera ſedes, ipſamque vocatam,
Quos [i] petat è nobis, Mortem [k] tibi coge fateri.

Non hu-

VARIAE LECTIONES.

a *quod* P. 1. b *prius* P. 1. Marp. W. pro var. lect. c *caſu* O. 1. d *cognoſcere* P. 2. V. 2. Marp. *mihi cernere* R. 1. e *parat* H. Ed. Rom. Parm. f *labat* V. ſec. pro var. lect. g *nec* R. pr. h *exprome* VV. LL. Steph. i *ſpectat n.* B. 1. *petit* R. 1. k *mihi* B. 2. V. pr. ſec. quint. non male.

Advertere eſt in Amſt. MS. & Edd. Rom. ac Parm. *Evertere* Regii duo, meus, & pro var. lect. Marp. qui in textu habet *avellere*, cum Voſſ. duobus, utroque Oxonienſi, & var. lect. Voſſ. primi: In illo autem, & Voſſ. ſecundo ſcribitur *averrere*, quod unice verum puto. *Verrere humum*, *arenas*, *pulverem*, paſſim dici nemo neſcit. Rariſſimum autem, & idcirco corruptioni facilius obnoxium hoc compoſitum Ciceroni reſtituit Giphan. Ind. Lucret. V. *verrere*, Horatio N. Heinſius ad d. l. Silii, & Bentlejus L. II. Serm. 4, 37.

Nec ſatis eſt cara piſcis averrere menſa.

Plura de verbis *verrere*, & *vertere* ſupra vide ad L. v, 571. & ad Silium L. XIV, 262. ubi Cl. Drakenb. monet quoque in MSS. Heinſianis hoc loco partim *avellere*, partim *avertere* legi. Praecedente verſu memoriae vitio citat Eutyches *caeſorum bello tr.* Col. 2171.

591 SUO] Sive *ſuo curſu ventura* accipimus, ſive *ſuo curſu devertere* i. e. a ſuo c. SCHOL.

591 DIVERTERE] Mſcr. *devertere* h. e. impedire, ne eveniant. BERSM. Recte Grotius recepit *devertere*. quod agnoſcunt mei MSS. omnes, & Edd. veteres. primus *divertere* dedit Sulpitius, & ſine judicio repoſuit Maittaire. à ſuo curſu deflectere, avocare, & abducere. Vide, quae dixi de hoc verbo ad vſ. 317. *Devertere Magnum.*

593 NON ULTIMA] i. e. ego, qui te rogo, non ſum extremus in populo Romanorum, ſed Pompeji filius, qui aut rerum ero dominus, aut heres hujus funeris, quod facit pater per civilia bella. SCHOL.

594 MAGNI CLARISSIMA] Non major natu. Quod ſi nullus, inquit *Glareanus*, ad hoc refellendum alius eſſet author, ſaltem hic noſter poëta ſufficeret, cum lib. ſecundo patrem filium Cn. Pompejum alloquentem his verbis introducat.

Tum ſobole ex tanta natum, cui firmior aetas,
Affatur.

Mox in decimo octavo paulo poſt verſu. *At ſimul à prima: Simul* Badius exponit pro immediate adverbio, in nullo apud Latinos uſu, cum illud *ſimul*, exponi conveniebat, per *ſtatim ut*, quemadmodum apud Horatium, Livium, caeteroſque praeſtantiores authores paſſim invenitur. Hoc obiter libuit adſcribere. Caeterum Cn. Pompejus major fratrum erat, periitque poſtea in Hiſpania. Sextus vero minor, de quo hoc loco agitur, varia fortuna poſtea cum Antonio, & Octavio mari dimicavit. HORTENS.

596 DUBIIS] Hoc dicit, quia incertus futuri nunc ſpero, & timeo, hanc periculis, & caſibus eripe poteſtatem, ut ſubiti in me venire non poſſint, poſtquam à te futura cognovero. SCHOL.

596

Non humilis labor eſt: dignum, quod quaerere cures,
Vel tibi, [a] quo tanti [b] praeponderet alea fati.
Inpia laetatur [c] vulgatae nomine famae
Theſſalis, & contra; Si fata minora moveres,
Pronum erat, ô juvenis, quos velles, inquit, in actus
[d] Invitos praebere Deos. conceditur arti,
Unam cum radiis presſerunt ſidera [e] mortem,
Inſeruiſſe moras: &, quamvis fecerit omnis
Stella ſenem, medios herbis [f] abrumpimus annos.
At ſimul à prima deſcendit origine mundi
Cauſſarum ſeries, atque omnia fata laborant,
Si [g] quidquam mutare velis, unoque ſub [h] ictu
Stat genus humanum; [i] tunc, Theſſala turba fatemur,
Plus Fortuna poteſt. [k] ſed ſi [l] praenoſcere caſus
Contentus, faciles aditus, multique patebunt

Variae Lectiones.

a *quid* R. 1. b *propond.* A. *ſpopond.* M. c *vulgato* VV. LL. Steph. P. 2. B. 3. V. 3. H. O. 1. d *innatos* B. 1. *inultos* R. 1. *invictos* alii V. Drak. ad Sil. IV, 679. e *noctem* VV. LL. Steph. f *praerumpimus* Boh. non male. g *quidquid* M. h *actu* B. 1. i *tum* MSS. qdd. k *at ſi* B. 1. H. M. *& ſi* P. 2. l *pronoſcere* M.

596 Percussa] *Perculſa* Witt. Voſſ. ſec. Amſt. & Edd. Sulpit. Aſcenſ. Steph. Gryph. Mic. Hortenſ. aliaeque. Vide Doct. Cortium ad Salluſt. p. 262. Praefero cum pluribus *percuſſa* ob rationes, quas adtuli ad L. I, 487. & alibi. pro *rurſus* mallem, ſi per MSS. liceret, ſcribere *melius*, vel ſimile quid. diceret Sextus, melius ſe laturum certos, quam dubios metus. Quamvis & vulgatum ſic ſatis idoneum habet ſenſum, ſed male Berſm. & alii *certos* ſumſerunt pro *quosvis*.

597 Certos ferre metus] Paratus ſum ferre quaevis mala, dum certa mihi priusque explorata ſint. GROT.

598 Torque] Hoc eſt aut extorque ſuperos Deos, ut prodant omnia, quae futura ſunt; aut his parce, & ab inferis hoc inquire. SCHOL.

601 Mortem] Quaſi corporalem deum inducit mortem, ſive maga hoc poſſit facere, ut det corpus & morti. IDEM. Mors hic Dea, ut notatum Servio ad illud XI. Aeneid. 197.

- - - *mactantes corpora Morti.*

Papinius IV. Theb. 508.

In ſcopulis Mors ſaeva ſedet.

GROT. Ed. tert. *Mortem* ut numen à poetis induci, alibi monuimus. Vide & Senec. Med. 742. Male vulgo in Servii citatione editur *quam p. à nobis*. Forte Servius legit *quem. à nobis* etiam eſt in duobus Voſſ., & uno Berſm.

602 Dignum quod] Non levis labor eſt, & dignus, unde merito ſolliciti ſumus. Etiam tu hoc ut quaeras, licet laborioſum ſit, dignum tamen eſt. *Alea fati* i. e. incertus eventus. SCHOL. *Dignum eſt, quod.* Mſcr. quatuor *dignum quod.* BERSM. *Eſt* invexit rurſus Sulpitius, quod agnoſcunt etiam Voſſ. prim. Regius uterque, & meus cum nonnullis Pulm. Sed rectius delevit rurſus Grotius. Forſan ſcripſerit Lucanus *non humilis labor: at dignum, q.* nam primo *eſt* caret quoque Marp.

603 Quo] Ut lucrum, utilitatemque adferat. Legitur &, *quod praeponderat* i. e. quia in tuum majus commodum venit. SULPIT.

604 Vulgatae] Quod ab omnibus jam ſciatur. SCHOL.

605 Minora] Si de unius, inquit, tua ſalute conſuleres, facile tibi poſſem ſuccurrere. Haec dicit *minora fata.* Nam cum ſit, ut de uno aliquis conſulat, facile poteſt & maturare interitum, & differre. SCHOL. Τὰ ἐν [illegible] Vide Plutarchum de Fato. GROT. Ed. tert.

607 Invitos] Vel *infernos. Invitos* ſi legimus, eſt, quamvis invitos. SCHOL. Recte. *Cogit deos* vſ. 448, 598. & alibi.

607 Conceditur] Mſc. *contenditur*, perperam. BERSM.

Ad verum: [a] tellus nobis, aetherque, chaosque,
Aequoraque, & campi, [b] Rhodopeaque saxa [c] loquentur.
Sed [d] pronum, cum tanta novae sit copia mortis,
Emathiis [e] unum campis adtollere corpus;
Ut modo defuncti, [f] tepidique cadaveris ora
Plena voce sonent: [g] ne, membris sole perustis,
Auribus incertum feralis strideat umbra.
Dixerat: & noctis geminatis arte tenebris,
Moestum tecta caput squalenti nube, pererrat
Corpora caesorum, tumulis projecta [h] negatis.
Continuo fugêre lupi, fugêre revulsis
Unguibus inpastae volucres, dum Thessala vatem

Eligit, &

VARIAE LECTIONES.

a *nobis tell.* M. b *Rhodopeiaque* MSS. & Edd. qdd. *Rhodopeia* H. c *loquuntur* H. d *leve* H. VV. LL. Steph. e *ullum* V. 1. f *trepidique* VV. LL. Steph. V. 1. g *nec* P. 2. B. 2. V. 2. H. Edd. Asc. Mic. Hort. Gryph. Bersm. aliaeque. h *negavit* M.

608 UNAM] Unius hominis *συνεργίαν* dicit. SCHOL. V. Gentilis in Apul. Apol. p. 400, 401. Lipsius L. 1. Physiol. Stoica c. 17. BROUKHUS.

610 ABRUMPIMUS] i. e. si & hoc stellae ejus decreverunt, ut usque ad senectutem vivat, nos acceleramus occasum. SCHOL.

611 AT SIMUL] Deest *cum*, quod supposuit. At cum simul descendit caussarum series. SCHOL. Vel est pro *simulac*.

612 CAUSSARUM SERIES] Connexus caussae. Haec est, quae *εἱμαρμένη* appellatur. SCHOL. *Τὰ ἐκ τῶν αἰτίων. τὰ εἱμαρμένα συνηγμένως.* Plutarch. d. lib. GROT. Ed. tert.

612 LABORANT] Ut, si aliquid volueris mutare, cuncta moveantur. Nam jam caussarum series conjuncta descendit. SCHOL.

614 TURBA] Omnes scilicet magae fatemur. Omnes posuit, ne ipsa parum posse, vel nosse videatur. IDEM.

616 FACILES ADITUS] Ante Grotium erat *facilesque*; quod erat paullo obscurius. quare videtur delevisse *que* ex suis, & duobus Bersm. MSS. quibus accedunt Voss. duo, regius primus, & uterque Oxon. Witt. Marp. Hulst. aliique.

616 PATEBUNT] Ut tibi explicem, quod futurum est. SCHOL.

617 AD VERUM] Msc. *ac verum tellus*, hoc est, verum nobis pandent terra; aether, sive geomantia, pyromantia, necromantia; hydromantia, auguria. BERSM. *At verum* habet Regius primus. ut sit *at loquentur verum tellus* &c. Sed malim retinere vulgatum *aditus patebunt ad verum.* Nepos Milt. c. 7. *Cui non ad eum aditus pateret.* *Loquentur* absolute dictum pro clare ostendent, quidquid velimus, quasi viva voce. Ceterum ab hoc versu usque ad vs. 300. L. VII. est lacuna in Voss. tertio, quae seculo, ut reor, decimo quarto in fine Codicis adscripta est. à versu 104. incipit quidem lacuna, sed versus illi omissi usque ad hunc eadem, vel aeque vetusta manu erant adtexti.

622 PERUSTIS] Ordo est. ne in membris, perustis sole, strideat feralis umbra incertum auribus. Vult enim dicere, corpora recenter defuncta pleniter loqui. SCHOL.

623 INCERTUM] Quod intelligi non possit auribus. IDEM. Male vulgo apud Eutych. c. 2164. editur *ferali*.

624 GEMINATIS] Ut geminaretur terror, non ut esset obscurior nox. SCHOL.

625 SQUALENTI NUBE] Sic quidem praeferunt MSS. quod sciam, omnes. At, quid sit, non monent, sed sicco pede transeunt Interpretes. Nihil autem aliud notare potest, nisi eam magam capite circumdatam fuisse nebuloso quodam aere, & obscura nube: quomodo Dii, Deaeve se nube splendida, vel atra tegere dicuntur. At praeter solitum id dixerit Lucanus. Nullus enim, nisi memoria me fallit, id à veneficis factum narrat. Dandum id igitur novae Lucani fictioni, vel forsan non male legeremus *crine*. Ejus enim vultum crine tectum fuisse, clare patet ex vs. 655.

Induitur, vultusque aperitur crine remoto,
Et coma vipereis substringitur horrida sertis.

Ubi

Eligit, &, gelidas leto [a] ſcrutata medullas,
Pulmonis [b] rigidi [c] ſtantes ſine [d] vulnere fibras
Invenit, & vocem defuncto in corpore quaerit.
Fata peremtorum [e] pendent [f] jam [g] multa virorum,
Quem ſuperis [h] revocaſſe velit. ſi tollere totas
Tentaſſet campis acies, & reddere bello;
Ceſſiſſent leges [i] Erebi, monſtroque potenti
Extractus Stygio populus pugnaſſet [k] Averno.
[l] Electum tandem [m] trajecto gutture corpus
Ducit, & inſerto laqueis feralibus unco,
Per ſcopulos [n] miſerum trahitur, per ſaxa cadaver
Victurum: montiſque cavi, quem triſtis Erichtho

Damnâ-

VARIAE LECTIONES.

a *ſervata* V. 1. b *gelidi* P. 1. c *ſtantis* R. pr. V. pr. d *nomine* W. ſupraſc. *vulnere.* e *pendentia m.* V. 1. P. 1. *jam pend.* V. 1. f *tunc* B. 1. g *cuncta* Hort. M. h *revocare* B. 1. H. M. *q. r. v. ſ.* A. i *Herebi* MSS. qdd. k *acervo* B. 1. l *& lectum* H. m *trajectum* Marp. n *trah. miſ.* V. 1. O. 1. Marp.

Ubi male ex Canteri placito *operitur ſoluto* nunc vulgo editur. ſed de illis ſuo loco. Ex arte autem ſic locutus fuiſſet. Nocte enim egredientes magae ad veneficia paſſis crinibus vultum tegunt. Ovidius Ep. Her. VI, 89.

Per tumulos errat paſſis discincta capillis,
Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.

Metam. VII, 183.

Egreditur tectis veſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos.

Adde Berſmann. ad dict. loc. infra. Paſſim autem *ſqualere* dicuntur res viſu horridae, ut notum. Et venuſte de crinibus ſerpentum modo per caput errantibus dixiſſet noſter: ut idem Ovid. Met. IV, 655.

- - - - - - Meduſae
Ipſe retroverſis ſqualentia prodidit ora.

Squalens coma Statio L. IV. Theb. 135. Vel potius *nube* non muta, & cum amico meo diſtingue.

Moeſtum t. caput, ſqualenti in nube pererrat.

616 PROJECTA] Inſepulta. *Revulſis* à cadaveribus ſcilicet abſtractis. *Inpaſtae.* Bene *inpaſtae*, ut etiam fames magam timeat. SCHOL. *Inpaſtus vultur* Silio L. III, 343. quod non mutem.

629 SCRUTATA] Haec omnia Lucani expreſſit Statius Lib. III. Theb. 140.

Theſſalis haud aliter bello gaviſa recenti,
Cui gentile nefas hominem revocare canendo,
Nocte ſubit campos, verſatque in ſanguine functum
Vulgus, & explorat manes, cui plurima buſto
Imperet ad ſuperos: animarum moeſta queruntur
Concilia, & nigri pater indignatur Averni.

ubi vid. Barth.

630 SINE VULNERE] Hoc enim quaerebat, ut in defuncto recenti corpore fibras integras inveniret. *Vocem.* quare ſibi futura reſpondeat. SCHOLIAST.

631 INVENIT] Mſc. *invenit, defuncto vocem in corp. qu.* male. BERSM.

632 PENDENT] Nulla, inquit, ponderabant fata, quem illa de peremtis viris revocaret ad vitam, ſed quaecumque voluiſſet (*vocaſſet* Voſſ. pr.) maga de occiſis, ille ſurgebat. SCHOL.

635 MONSTRO] Ab Erichtho incantatrice. IDEM.

637 TRAJECTO GUTTURE] Cujus ipſa guttur unco trajecerat. GROT.

640 VICTURUM] Si quis ex viventibus ſic traheretur, periret. Hic dixit ita tractum, ut viveret. SCHOL.

643 IN PRAECEPS] i. e. in profundum: quae humus tantum ſubſedit, ut vicina inferis crederetur. IDEM.

643 PRONIS] Pronae arborum comae ſunt, quae non eriguntur, extantibus ramis, ſed demiſſae contra ſolem creſcunt. *Nullo vertice*, demittit enim, non erigit ramos. IDEM.

648 TAENAREIS] Taenarus Laconiae promontorium circa finem Maleae: ubi dicitur eſſe ad

 inſe-

Damnârat ſacris, alta [a] ſub rupe [b] locatur.
Haud procul à Ditis coecis [c] depreſſa cavernis
In praeceps ſubſedit humus: quam pallida pronis
Urguet ſilva comis, & nullo vertice coelum
Suſpiciens, [d] Phoebo non pervia [e] taxus opacat.
Marcentes intus tenebrae, pallenſque ſub [f] antris
Longa nocte ſitus, numquam, [g] niſi carmine factum,
Lumen habet. non [h] Taenareis ſic faucibus aër
Sedit iners, [i] moeſtum mundi confine latentis,
Ac noſtri: quo non [k] metuant emittere manes
Tartarei reges. nam, quamvis Theſſala vates
Vim faciat fatis, dubium [l] eſt, quod [m] traxerit [n] illuc,
[o] Adſpiciat [p] Stygias, [q] an, quod deſcenderit, umbras.

Diſcolor,

VARIAE LECTIONES.

a *de* V. 1. a m. pr. b *loquetur* V. 1. c *deprenſa* V. 1. al. V. Drak. ad Sil. v, 281. d *non p. Ph.* B. 1. e *taxos* R. pr. f *antro* H. Edd. Rom. Parm. g *ſine* V. 2. H. h *Trenareis* MSS. 5. & Edd. qdd. i *moeſtus* R. pr. *mundi moeſt.* B. 1. k vulgo *metuunt.* l *quo tr.* V. 1. m *traxerat* V. 2. R. pr. n *illic* V. 1. *illud* W. a m. pr. o *adſpiciens* V. 1. a m. pr. p *an quod St.* B. 1. q *aut* V. 1.

inferos deſcenſus, ut ait Virgilius.

Taenareas etiam facies alta oſtia Ditis.

SCHOL. V. Hortenſ.

650 NOSTRI] Sc. mundi: ubi fines inferorum juncti ſunt, & ſuperorum. Eſt hoc *confine*, & haec *confinia*. SCHOL.

650 QUO NON] In quem ſpecum inferorum judices, & reges nihil verentur animas emittere. *Glareanus*, ad quam humum depreſſam, inquit, & à venefica delectam. Quanquam ob comparationem factam de utroque intelligi poteſt. HORTENS.

650 METUANT] Vulgo *metuunt*. Sed *metuant* rectius eſt in tribus Berſm., decem meis, & Edd. Ven. Brix.

652 DUBIUM] Senſus hic eſt. Tanta hujus loci eſt latitudo, & ſic inferis proxima, ut licet ſua arte Erichtho evocet manes, incertum tamen ſit, utrum umbras ideo maga videat, quod eas illuc evocarit, an quod ipſa deſcenderit ad eum locum, juxta quem inferi ſunt conſtituti. SCHOL. Ita quoque explicant fere reliqui interpretes. Et recte. Sed pro *emittere* malim legere *admittere*. Scilicet ad fauces inferorum, non *emittere*. Hoc enim ſemper metuunt, nec ſinunt umquam per ſe Dii inferi, atque ita eſt in optimo Voſſiano primo. & *traxerat* cum MSS. quibusdam atque *deſcenderat*. Conſtructio certe foret clarior. *deſcendere* ipſa umbra dicitur vſ. 714. Male autem in uno Berſm. & novem meis eſt *deſcendis*, vel *deſcendas ad umbras*. *Umbras* pertinet ad *adſpiciat* per ſynchyſin poëtis non infrequentem. Vide Perizon. ad Sanct. Minerv. L. IV. c. 11. Heinſium ad Ovid. L. III. Am. 3, 1. L. v, 800.

Fertur ad aequoreas, ac ſe proſternit, harenas.

Vide etiam ad L. VIII, 343.

654 DISCOLOR] Ab habitu veneficae, quam dicit varia veſte, id eſt, diverſorum colorum indutam fuiſſe. Quod Glareanus dicit, conjunctionem, *&* pro *id eſt*, poſitam poſſe videri, recte ille, id enim poëtis familiare eſt, maxime Virgilio, per epexegeſin: ut ſit interpretatio praecedentis verbi, *diſcolor*. Badius *vario* exponit, habens varium uſum induendi, aut amiciendi, forte quod utrique ſexui competeret; vel quod ſuperne, & inferne indui poſſet. HORTENS. *Vario* eſt varii coloris, & generis.

655 OPERITUR VULTUS] Circumvelat faciem. SULPIT. Omnibonus *Aperitur*, legit. quam lectionem approbare videtur hoc, quod ſequitur: *Crine remoto*, quod idem exponit, in tergum rejecto. MICYLL. *Aperitur* Et hoc loco varia lectio, ſcrupulum injicit. Si legas *aperitur*, ut ſit ſenſus, vultum detegi rejectis comis. Sin *operitur*; obnupſiſſe caput rejectis crinibus in tergum. Sed prior lectio meo judicio, ut vera, tenenda eſt; id quod ea, quae ſequuntur, coarguunt.

Ut

Discolor, & vario [a] furialis cultus amictu
Induitur, vultusque [b] aperitur crine remoto,
[c] Et coma vipereis [d] substringitur horrida sertis.
[e] Ut pavidos juvenis comites, ipsumque [f] trementem
Conspicit, exanimi [g] defixum lumina vultu;
Ponite, ait, trepida conceptos mente [h] timores:
Jam nova, jam vera reddetur vita figura.
Ut, quamvis pavidi, possint audire loquentem.
Si vero Stygiosque lacus, ripamque sonantem
Ignibus ostendam, si me praesente, videri
Eumenides [i] possint, [k] villosaque colla colubris
[l] Cerberus excutiens, & [m] vincti terga Gigantes;
Quis timor, ignavi, metuentes cernere manes?

Pectora

VARIAE LECTIONES.

a *cult. fur.* H. b vulgo *operitur crine soluto.* c *sed* B. 1. d *distringitur* B. 1. e *&* V. 1. Ed. Ven. f *paventem* V. 1. Marp. g *deflexum* B. 1. *defixit* H. h *dolores* B. 1. *furores* O. pr. & M. a m. pr. *pavores* V. 1. O. 1. Marp. W. pro var. lect. i vulgo *possent.* k *& aspera* Gloss. Voss. sec. l *Creberis* V. sec. f. *Cerberos.* m *victi* R. 1.

Ut pavidos juvenis comites, ipsumque trementem,
Conspicit exanimi defixum lumina vultu.

HORTENS. *Operitur crine soluto* Canterus Novar. Lect. Lib. III. cap. 2. PULM. *Operitur crine soluto*, Ita ex Msc. & Cantero, & Micyllo: alii: *aperitur crine remoto:* minus probe. Ita supra

- - - - nimbosque solutis
Excussere comis.

& Plaut.

Capillum promittam, occipiamque ariolari.

BERSM. MSS. P. & T.

- - - vultusque aperitur crine remoto.

Hactenus velaverat vultum crine: nunc eum nudat, quo sit terribilior. nam sequitur:

Et coma vipereis substringitur horrida nodis.

GROT. Temere in textum recepit Bersmannus *operitur crine soluto*; ut inde vulgo quoque nunc legebatur, & male ab Anglo Commentatore defenditur. Sulpitius, & Ascensius soli olim legerunt *operitur*, retinentes *remoto. aperitur c. soluto* est in Edd. Romana, Parm. Brix. & Mediol. non vero in Omniboni notis. Hinc G. Canterus junctim scribendum conjecit *operitur* & *soluto*, sed contra ceteros editores, & Mstos Pulm. meosque omnes, excepto uno, aut altero recentiore, qui habet *operitur* librariorum culpa. Revocavi igitur *aperitur crine remoto.* quod bene Hortensius, & Grotius exposuerunt. Texerat vultum Erichtho crine, cum exibat, ut vidimus ad vs. 625. Nunc eum aperit; quod luce meridiana clarius ex verbis *conspicit*, & *substringitur* patet. i. e. crinis antea passus vincitur in unum, & à vultu remotus ad aures, & cervicem religatur. L. III, 280.

- - - - auroque ligatas
Substringens, Arimaspe, comas.

661 LOQUENTEM] i. e. animam, quam evocat maga, tunc audient, qui nunc timent. SCHOL.

663 IGNIBUS] Phlegethontis, ut Virgilius. Quae (*qua* Msc.) rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon. Hoc dicit, si hos ostenderem, merito tu timeres. IDEM. Voss. sec.

663 ME PRAESENTE] *Me praestante* rescriptum erat in MS. T. quod probo. GROT.

664 EUMENIDES] Severiores enim sunt, cum Erichtho coeperit instare. SCHOL.

664 EUMENIDES POSSENT] Badius, non satis circumspecte, *Eumenidas*, in accusandi casu legit: ideoque & repetit verbum, *ostendam*, & supplet. Si haec omnia possent videri à vobis sine horrore me praesente. Rectius Sulpitius exponit, si ego ostenderem vobis omnia horrenda, quae in inferno sunt, non esset vobis metuendum: quippe manes metuunt me praesentem. Haec ille. Verum haec duo verba, *possent videri*, nihil vexant lectorem, quae mihi cum conditione dicta videntur. Si possent Eumenides videri: quasi dicat,

non

Pectora [a] tunc primum ferventi sanguine supplet,
Vulneribus [b] laxata novis; taboque medullas
Abluit; & virus large lunare ministrat.
[c] Huc, quidquid foetu genuit Natura [d] sinistro,
Miscetur. non spuma canum, quibus unda [e] timori [f] est,
Viscera non lyncis, non [g] durae nodus hyaenae
Defuit, & cervi, pasti serpente, [h] medullae
Non [i] puppim retinens, Euro tendente rudentes,

In

VARIAE LECTIONES.

a MSS Edd. qdd. *tum.* b *lassata* V. 1. c *huic* O. 1. d *sinistra* B. 1. e *remota* V. 1. *terrori* V. 1. f deest in B. 1. g Grot. *dirae.* h vulgo *medulla.* i MSS. & Edd. qdd. *puppem.*

non possunt, alioqui, me praesente, absque timore videretis. Hucusque GLAREAN. Rescripsi *possint*, pro *possent*, ex veterrimo Vossiano, & Regio uno, ut sit par τῷ *ostendam.* Recte exponit Schol. Vossiani primi. *si ista videri possint absque periculo, me praesente; quare tunc timetis, o ignavi, videre manes timentes, me praesente.*

666 VINCTI TERGA GIGANTES] Heinsius, nescio unde, citat *membra* ad Claudian. L. I. Rapt. Pros. 154.

Enceladi bustum, qui saucia terga revinctus.

ubi erat quoque *membra.* Sulpitius autem & Ascentius in notis suis legunt *vincti in terga*, & explicant recte habentes manus revinctas in terga. Paris. etiam Ed. Petri de ponte, & Hortens. margo *in terga.* Vulgatam lectionem esse probam, sexcentis patet exemplis; sed & *in terga* placeret mihi, si id antiqui confirmarent libri. Nunc id in nullo Msto inveni. Statius saepius *in terga ligatus, in terga solutus, in terga comantes.* Vide L. V. Theb. 143, 369, 517. VI, 611. noster quoque L. V, 142.

- - - - *crinesque in terga solutos.*

667 PECTORA] Pectora mortui, quae sine sanguine erant, & quae nuper aperuit acceptum vulnus in proelio, incidit novis vulneribus, & inmisit intus sanguinem recentem, & calidum pecudum. *Ferventi*, qualem juvenes habent. SCHOL.

668 TABO] Ne qua tabes in medullis interioribus permaneret, purgat has maga, & abluit tabo. IDEM.

669 LUNARE] Spumam dicit, quam luna effundit, cum vocatur in terras. IDEM. Vide ad vs. 506.

670 NON SPUMA CANUM] Cum hoc apparatu, instrumentoque magico confer Ovidium Metam. VII. Senecam Medea: Horatium Epodon. GROT. Ed. tert.

671 UNDA TIMORI] Rabidi canis dicit spumam esse commixtam: nam canis rabidus convalescit, si mox frigidam aquam biberit. Moritur autem, si post moras biberit. His ergo canibus timori est unda, qui post moras biberunt, & per eam necantur. SCHOL. Describit Lucanus ὑδροφοβίαν, rabidorum canum proprium, & notissimum morbum.

672 LYNCIS] Lyncis urinam dicunt converti in duritiem pretiosi lapidis, qui *Lyncurius* appellatur. *Viscera* ergo urinam dicit, quia, quidquid intra corium est, *Viscus* dicitur. SCHOL.

672 HYAENAE] Hyaena bestia est, quam *mittit Africa*, ut Solinus refert, *de qua multa mira dicuntur. Primum quod sequitur carmina pastorum, & assiduo auditu discit vocamen, quo exprimere possit mutationem vocis humanae, ut in hominem accitum astu nocte desaeviat. Vomitus quoque humanos mentitur; sollicitatos sic canes devorat: qui forte si venantes umbram ejus contigerint, dum sequuntur, nequeunt latrare perdita voce. Eadem Hyaena inquisitione corporum sepultorum busta eruit. Pronius vero est marem capere. Feminis enim ingenita est callidior astutia. Varietas multiplex inest oculis, colorumque mutatio. In quorum pupulis lapis invenitur Hyaena, quem dicunt praeditum illa potestate, ut, cujus hominis linguae fuerit subditus, praedicet futura. Verum, Hyaena quodcumque animal ter lustraverit, movere se non potest. Quapropter magicam scientiam ei inesse pronunciaverunt.* Spina illius riget: unde hic Lucanus. *non durae nodus Hyaenae defuit.* IDEM. *Voss. pr.* Totum Solini locum ex cap. 30. adscripsi, quia multa hic aliter, quam vulgo leguntur.

672 DURAE NODUS HYAENAE] Ex Pulm. & Bersm. uno MS. Grotius edidit tacite *dirae.* atque ita quidam ex meis. Sed plurimi & optimi libri *durae.* Descripsit eam Lucanus à natura corporis; ut

In mediis echeneis aquis, oculique draconum,
Quaeque ſonant foeta tepefacta ſub alite ſaxa:
Non Arabum volucer ſerpens, innataque rubris
Aequoribus, cuſtos pretioſae vipera conchae:
Aut viventis adhuc Libyci membrana ceraſtae,
Aut cinis Eoa [a] poſiti Phoenicis in ara.
Quo poſtquam [b] viles, & [c] habentes nomina peſtes
Contulit, infando [d] ſaturatas [e] carmine frondes,

Et, qui-

VARIAE LECTIONES.

a *poſita* M. b *vilis* V. ſec. c *habentis* W. R. V. ſec. d *ſacratas* O. pr. e *crimine* M.

ut patet ex voce *nodus*: nam collum, & juba ipſius continuitate ſpinae porrigitur ita, ut ſe flectere niſi circumactu totius corporis nequeat, teſte Plinio L. VIII. c. 30. Quamvis non damnarem aliter *dirae*. Sic enim ab ingenio, & malo omine vocari potuit. Sed Mſtos ſequor. Saepiſſime illud in his vocibus accidere, ut neſcias fere, quid praeferendum ſit, diximus ad L. V, 723. Atque ita haeret Pierius ad Virgil. IV. Georg. 243.

Aut dirum timeas genus.

673 PASTI SERPENTE] Cervi enim vivaciſſimi jam ſenectute graves ſcrobes ſerpentum adeunt, & flatu narium eos extrahunt, & devorant ſecundum quosdam ore, ſecundum aliquos naſo, & ſic juveneſcunt. Unde Virgilius. *Vivacis cornua cervi.* Etiam quodam anni tempore colubris veſcuntur. SCHOL.

673 MEDULLA] MSS. duo Pulm. tres Berſm. Voſſ. pr. ſec. tert. Reg. pr. Witt. & Hulſt. habent *medullae.* veriſſime, quare ita pro *medulla* repoſui, ſcilicet *defuerunt*: de quo loquendi more, à Lucano adhibito, egi ad L. I, 422. ſupra vſ. 488. & alibi ſic vſ. 794.

Exſultat, Mariique truces nudique Cethegi.

Cervae medullae dixit quoque Ovidius L. III. Amat. Art. 215. Pro *paſti* in Regio primo eſt *paſſae.* unde pronum eſt ſcribi *paſtae.* quod placet. atque ita legendum eſſe, conjecerat amicus meus.

675 ECHENEIS] Piſcis eſt parvus ſemipedalis, qui quamvis venti navim promoveant, & remi, retinet eam tamen morſu inhaerendo. Et quod naves habeat, & teneat, ἰχενῆις Graece, Latine *remiligio* dicitur, quod liget naves. SCHOL. Mſc. *Eſchinus.* & alter *Echinus.* minus recte de Echeneide Plinius Lib. XXXII. c. I. & Lib. IX. cap 25. BERSM. *Olechinus* Philelphus Centur. Goldaſt. p. 28. in ipſo opere Epiſtolari III, 15. BROUKHUS. MSS. fere omnes, & Edd. pp. corrupti ſunt, propius vero Reg. pr. *Echinais*, Voſſ. ſec. *Echenis.* Witt. *Echinis. Echinus* alia eſt piſcis. *Echeneis* legendum docuit Sabellic. in Adnot. Plin. T. I. Theſ. Crit. p. 137. Adde Donat. ad Terent. And. IV, 3. Comment. ad Boëth. L. III. Metr. 8.

676 SONANT] Ubi aquila nidum facit, ibi intra lapidem alterum lapidem ſonare dicunt. SCHOLIAST. In Witt. additur. *Dicuntur quidam lapides inveniri in Armenia, qui praegnantes vocantur, eo quod habent lapillos intra ſe, & proſunt partui, quos & aquilae ſub ſe ponunt cum ovis, ne incendantur ipſius calore.*

676 SUB ALITE] Aquilam dicunt tanti caloris eſſe Phyſici, ut ova, quae fovet, decoquat, niſi admoveat Gagaten lapidem, qui calorem temperet. SCHOL. Nec defuit Aëtites, ſive Gagates. Plinius L. XXXVI. c. 21. Nicander Theriac. ἐγγαγίδα πέτρον appellat. Vide Coel. Lib. XIII. cap. 20. BERSM. Aëtites. GROT. Ed. tert. Vide Servium ad Aen. I, 398.

677 ARABUM VOLUCER SERPENS] In Arabia ſerpens eſt cum alis, quae Sirena vocatur, quae plus equis currit; volare etiam dicitur, cujus tantum virus eſt, ut morſum mors ſequatur, antequam dolor. SCHOL. De hoc infra quoque meminit poëta libro nono 720. Et Plinius libro octavo capite viceſimo tertio. *Jaculum*, inquit, *ex arborum ramis vibrari (vulgatum eſt.) Nec pedibus tantum pavendas ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento.* Omnibonus Draconem alatum exponit, qui in Arabia naſcitur. MICYLL.

678 VIPERA] Animal maritimum, habens venenum nocivum. *Conchae.* In qua margaritae naſcuntur. SCHOL. Aliena ſunt, quae hoc loco de Pinna, & Pinnothere ex Cicerone & Plinio allegat Sulpitius. Neque enim de piſcibus, aut cancris hoc loco poëta loquitur, ſed de vipera, ſive ſerpente, quae in mari rubro peculiariter verſatur, & conchas, in quibus uniones, ſive margaritae naſcuntur, obſervat. Neque placet, quod

 Omni-

Et, quibus os [a] dirum nascentibus [b] inspuit, herbas
(Addidit, & quidquid mundo dedit ipsa veneni:)
Tunc vox, Letheos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos; confundit murmura primum
Dissona, & humanae [c] multum discordia linguae.
Latratus habet illa canum, [d] gemitusque luporum.
(Quod trepidus bubo; quod [e] strix [f] nocturna queruntur,)
Quod strident, ululantque ferae, quod sibilat anguis,

Expri-

VARIAE LECTIONES.

a *durum* P. 1. B. 1. V. pr. *dirum q. os* B. 2. M. b *inbuit* V. pr. R. pr. c *primum* V. 1. & pr. a m. pr. d *gemitumque* H. e *flix* VV. LL. Steph. A. V. 1. f *nocitura* B. 1.

Omnibonus de testudine Indica affert, non enim neque *concha* illa proprie dicitur, neque *pretiosa*, sed hoc epitheton ad uniones referendum. Sunt autem Omniboni verba (ut haec quoque addamus,) *In mari rubro*, inquit, *nascitur Indica testudo, cujus custos est vipera, & haec testudo lapidem emittit Cheloniten gratum, purpureo varioque colore nitentem, quem si sub lingua loto quis gesserit ore, posse magis creditur hunc divinare futura* &c. Quae quidem partim ex vulgato isto Macri carmine sumpta sunt, partim ipse de suo adjecit, ut aliquid pro loci explicatione afferret. MICYLL. *Chelonites.* GROT. Ed. tert.

679 LIBYCI] Ita bene rescripsit Grotius pro *Libycae.* ut vulgo ante eum, & à Maittaire legitur. ac praeter aliorum MSS. etiam est in Oxon. pr. & meo. Ceteri *Libyci* cum Edd. Veneta, & Omniboni. Noster ipse L. IX, 716.

Spinaque vagi torquente Cerastae.

Graece ὁ κεράςης.

679 CERASTAE] Serpentes cum cornibus dicuntur, ἀπὸ τῦ κέρατος. *Membranam* dicit pellem, exuvias, quam singulis annis deponunt. unde ipse alibi.

Et Scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
Exuvias positura suas.

680 EOA] Orientali. Phoenix est avis vicina ortui solis sine pare. quae post quingentos annos, cum senserit se gravari senio, collectis pretiosissimis aromatibus exstruit sibi rogum voluntarium, & combusta de cineribus suis post quadraginta dies resurgit. SCHOL. V. Hortens.

681 VILES ET HABENTES] At Erichtho, & alia contulit, quae habent nomina, seu pestes aliis nominibus veneficis notas, & licet facile inveniantur, generant tamen similem potestatem, vel pestem. IDEM. *Et* retinent MSS. omnes, ut non temere quid mutari velim. Non displicet tamen hoc loco Farnabii conjectura *nec*, ex Ovidio, quem noster secutus videtur, Lib. VII. Metam. 275. de Medea.

His & mille aliis postquam sine nomine rebus
Propositum instruxit mortali barbara munus.

Adde Silium L. VIII, 510, XII, 317.

683 HERBAS] Sputo oris sui venenatas. *Si herbas* legimus, *addidit & frondes, addidit & herbas, quibus nascentibus os dirum inspuit*, accipimus. Si *herbis*, est sensus: *Addidit frondes & addidit herbas, quibus herbis nascentibus os dirum inspuit.* SCHOL. *Herbis* scribitur in Voss. sec. Reg. pr. Voss. sext. Amst. & Voss. quart. à manu sec. antea erat *umbras.* Egi late de hac locutione: ubi praecedens substantivum cum seq. relativo ponitur in eodem casu ad L. III, 160. V, 805. & mox vs. 699. Hic tamen malim retinere *herbas*, quia proximo versu sequitur *herbis*; nam versum illum,

Addidit & quidquid mundo dedit ipsa veneni,

putem omnino esse insititium, & hinc abigendum. Certe cum illo *Tunc vox* &c. abest à Regio primo, & in Oxon. primo, atque Amstel. recentiore manu adscriptus est. *dedit* deest etiam in Reg. sec. Quod ille versus *Tunc vox* &c. etiam excidit, factum est ex repetitione *herbas*, & *herbis.* Nam *vox* adesse debere, patet ex vs. 688. *illa* & 693. *Tot rerum vox una fuit.* Nec Latinum, durissimum saltem, foret; *herbis inspuit, excantare deos*, pro, excantationem Deorum, vel vim excantandi Deos. *Inspuit* est, sputo venenavit, ut bene dicit Scholiastes. Nec *inbuit*, ut MSS. quidam proferunt, hic locum habere potest. Tunc enim deberet dixisse, *quas.* Saepius auctorem proxime sequentibus versibus eamdem vocem repetere, crebro jam diximus. Huc faciunt praesertim L. IV, 19. & 20. ubi *campos* iterat. VI, 312, 313. *potuit* IX, 553, 554. *datos* & *daturos*; & alibi innumeris in locis. Sensus ergo est. Postquam huc contulit viles & sine nomine pestes, frondes scilicet (per

adpo-

Exprimit, & planctus, inlisae cautibus, undae,
Silvarumque sonum, fractaeque tonitrua nubis.
Tot rerum vox una fuit. mox cetera cantu
Explicat Haemonio, penetratque in Tartara lingua.
Eumenides, Stygiumque nefas, poenaeque nocentum,
Et Chaos, innumeros avidum confundere mundos,
Et Rector terrae, quem longa in secula torquet
Mors [a] dilata [b] deum, Styx, &, quos nulla meretur

Thessa-

VARIAE LECTIONES.

a *delata* V. 1. b *deûm* Edd. qdd.

adpositionem) & herbas carmine, & oris sputo venenatas, tunc incepit loqui voce omnibus herbis pollentiore ad excantandum Deos. *Confundit* recepi cum Hortensio, & Grotio ex MSS. longe plurimis, & Edd. Rom. ac Parm. alii *confudit*. Deinde putem quoque à Lucani manu non esse.

Quod trepidus bubo quod strix nocturna queruntur.

licet *strigis*, & *bubonis* vox sit obscoena. Certe non agnoscit illum versum haec laudans Servius ad Aeneid. L. VI, 247. quamvis videri possit Servius omisisse, ne longior foret citatio; nam & illa *inlisae cautibus undae*, *Silvarumque sonum*, non adposuit. Immo plures forsan hinc ejiciendi versus, liberalitate otiosorum hominum intrusi. In Oxonienti primo à manu prima desunt à *latratus* usque *in Tartara lingua*. Super quatuor versus, à *quod trepidus* usque ad *tot rerum* nihil dicit Scholiastes. Non male. procederet oratio ita.

Latratus habet illa canum, gemitusque luporum.
Exprimit & &c.

Sed nihil certi temere statuo. praesertim cum Lucanus soleat exaggerare, quaecumque potest. Quare ἐπέχω.

685 VOX] Quae infernos Deos magis experiens est, quam quaevis herbae. SCHOL.

688 ILLA] Supradicta *vox* i. ululatus. IDEM.

690 STRIDENT] *Stridunt* Pulm. unus, Regius prim. Wittian. Vossian. quart. à manu pr. Amstel. & Servius. Vide, quae dixi ad hujus libri vs. 179.

691 CAUTIBUS] Msc. *Cantibus*. Ita & libri quidam, sed perperam, ut arbitror. BERSMANN. *Illisae cautibus undae*. Non *cantibus*. Sonum enim dicit illum inter alios, quem fluctus edunt impacti scopulis. Et proprie hic ponitur planctus: ut, *plangunt littora fluctus*. GROT. Ed. pr. *Cantibus*. Hanc lectionem nostram probant MSS. omnes. IDEM. Ed. sec. Nihil verius hac lectione *cautibus*, quam servant mei omnes, praeter Voss. sextum, & cunctae Edd. ante Gryph. in quam operarum forsan incuria primum inrepsit. Utrum Bersm. *cantibus* voluerit, an *cautibus* dici nequit; nam vel in textu, vel in notis *cantibus* vitiose expressum est. Ovidius Epist. Her. XIX, 121.

Me miseram! quanto planguntur litora fluctu?

Adde N. Heinsium ad Ep. VII, 169. ubi citat *elisae* sed rectum est *illisae* vide ad vs. 24. *Elidi* melius, cum unda dicitur premi, Ex. Gr. inter duos scopulos. *inlisus planctus* Seneca Thyest. 1044.

693 VOX UNA] Quam fundebat Erichtho, imitata omnium rerum voces murmure sibilo sine intellectu verborum. SCHOL.

696 CHAOS] Primordialem confusionem dicit, quae fuit, antequam IV. elementa à se invicem disjungerentur. *Avidum confundere* i. miscere desiderat. *Mundos*. Secundum eos loquitur, qui dicunt, plures esse mundos, & qui adfirmant LX. soles haberi. IDEM.

697 RECTOR TERRAE] Ditem patrem dicit. Hic negat, Deos semper vivere (*perseverare* Voss. sec.) sed etiam eos quandoque perituros. Nihil enim esse volunt perpetuum Epicurei, quos poëta nunc sequitur. *Dilata* adeo ventura est, si dilata per longa secula. IDEM. Alii exponunt; quia cum mori velis, mori non possis. Rectius.

698 STYX] Videtur legisse Sulpitius *Mors dilata deum Stygiae*. nam dicit. *o Rector terrae Stygiae*; vel *O Stygie*, i. inferne rector terrae. ASCENS. Retinet tamen Sulpitius *Styx*, & MSS. omnes. melius.

698 MERETUR] Omnes enim magae inter nocentes umbras recipiuntur, non inter Elysios (*Elysium* Voss. sec.) SCHOL. *Meretur* retinent omnes libri. aliter non male posset legi *veretur*, ut conjiciebat Doctiss. Waddelus, i. e. quos reliquos, scilicet Deos infernos, non reveretur, nec metuit, quia illis inperat, ut aliquoties supra dixit poëta. V. vs. 430, 440, 492. &c. Infra etiam vs. 724. &c.

Thessalis, Elysios; coelum, [a] matremque perosa
[b] Persephone, nostraeque Hecates pars ultima, per quam
Manibus & mihi sunt tacitae commercia linguae:
Janitor & sedis laxae, [c] qui viscera saevo
Spargis nostra cani: repetitaque fila sorores
[d] Tracturae: tuque, ô [e] flagrantis portitor undae,

Jam

VARIAE LECTIONES.

a *terramque* H. b *Persiphone* MSS. qdd. c *quae* V. 1. d vulgo *fracturae*. e *fragrantis* M.

699 ELYSIOS] Mscr. *Elysii*; Et, ô campi Elysii, quos nulla meretur venefica. ἀντίπτωσις poëtica. BERSM. *Elysii* habent variae lectiones Stephani MSS. quatuor Pulm. & mei quinque recentiores, cum Editionibus primis, Omnib. & Paris. 1512. *Elysiis* Marpurg. *Elysios* rectum esse, patet ex iis, quae ad vi. 683. diximus. *Et ô Elysii quos Elysios* &c. Malim autem vel Deos, vel animas saltem in Elysiis campis degentes, quam campos intelligere Elysios: sed tum *veretur* foret necessario legendum. an, *quod n. m. T. Elysion?* Non liquet. *Elysii* pro campis Elysiis poni, exempla debent docere.

699 PEROSA] Proserpinam dicit, quae Plutonem secuta est ad inferos, & superos contemsit, & matrem. ut Virgilius;

Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

SCHOL.

700 NOSTRAEQUE HECATES PARS ULTIMA] Hoc secundum peritiam Magorum dictum est, partem ultimam hominis Hecaten, i. (*aetatem* MSS. Voss.) finem esse. SCHOL. Hunc Scholiastem aliter legisse verba, quam vulgo habentur, ex interpretatione clare patet; scilicet *nostrique Hecate* est in MSS. Vossianis, ut statim videbimus. Servius ad Aeneid. VI, 118. interpretatur *partem ultimam Hecates* ipsam Proserpinam, quia Hecate triceps in coelo est Luna, in terris Diana, & in inferis Persephone. Atque ita cum Omnibono, & aliis interpretibus Scholiast. Witt. Cod. qui addit. *Dicitur habere multas potestates, quarum illa, quae praesidet nobis, & ceteris magis*, ultima *i. e. major esse dicitur.* Sulpitius, Ascensius, Bersm. & alii interpretantur *Hecates partem ultimam* Abyssi profunda. Nam infernum est pars seu μοῖρα Hesiodo in Θεογον. 414. Hecates extrema ex tribus sortibus, quae ei in coelo, terra, & inferis obvenerunt. Hortensius vero exponit *ultimam partem*, quod illa vel primum locum in magia obtineat; sive *ultima pars*, extremum refugium; perinde ut dicimus *extremam ancoram* pro extremo refugio. Sed quis ita loquitur, *pars ultima Hecates nostrae* i. e. Hecate, extremum nostrum refugium? Quare, ut vulgo verba exhibentur, melius conveniret, opinor, expositioni Servianae. Sed videamus, an non aliud quid lateat. Pro *nostrae* Voss. sec. Bersm. unus & Voss. prim. a m. sec. habent *nostri*; ut & Servius in quibusd. Codd. *nostro* Voss. sext. a m. pr. dein *Hecate*, non *Hecates*, est apud Servium, & in Voss. pr. sec. quart. Regio utroque, & Edd. Rom. ac Parm. *Ecbatae* meus. *Pars* à manu sec. erat rescriptum, deleta priore voce in Voss. sec. loco *&* *ultima* in Voss. primo, & Bersm. uno legas *maxima*. qua voce cum Schol. Witt. etiam Glossae Voss. sec. exponunt *ultimam*. Ex tot discrepantibus lectionibus puto locum esse corruptum. & aliquid veri vidisse Hortensium. Opinor itaque, Lucanum scripsisse.

- - *nostrique, Hecate, spes ultima.*

Nam Magae in Hecate maximum ponebant sibi praesidium: unde Medea apud Ovidium L. VII. Metam. 178, 194.

Tuque triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris,
Adjutrixque venis.

Epist. Her. XII, 168.

Nil Dea, nil Hecates sacra potentis agunt?

Sic Thestylis apud Theocrit. Idyll. II, 14.

Χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει.

Spes ultima recte à Glossis exponitur maxima, extrema, reliquis auxiliis consumtis. Silius L. VIII, 668.

- - - - *pro Juppiter! ictu*
Procumbit saxi, fessis spes ultima, Paullus.

XVII, 203.

Nunc in nostra spes ultima dextra.

Spes extrema Caesari B. Gall. II, 33. Adde Cl. Drakenb. ad Silium VII, 23. Pronum est mutari *Hecate spes* in *Hecates pes, pers, pars.*

701 TACITAE COMM. L.] Ut nobiscum invicem loquamur mysteria inferorum. SCHOL.

702 QUI VISCERA SAEVO SPARGIS NOSTRA CANI] Servius ad VI. Aen. *Et quia de anima di-*

cturus

Jam [a] lassate senex ad me redeuntibus umbris:
Exaudite preces, si vos satis ore nefando,
Pollutoque voco, si numquam haec carmina, fibris
Humanis jejuna, cano, si pectora plena
Saepe dedi, & lavi calido profecta cerebro:
Si quis, qui [b] vestris caput, extaque lancibus infans
Inposuit,

VARIAE LECTIONES.

a *laxate* W. V. 1. b *nostris* B. 1. V. 1. V. pr. pro var. lect. sec. a m. pr.

ctuens est, bene facit ante Cerberi commemorationem, consumtoris corporum. Lucanus: qui viscera saevo Spargis nostra cani. *Tunc enim animae locum suum accipiunt, cum fuerit corpus absumtum.* Nimirum Κέρβερον Graeci dictum putant, velut κρεῶν βορόν. GROT. Ed. tert. Servius ergo per *saevum canem* intelligit Cerberum: sed quis tum erit ille *Janitor:* quo nomine vulgo apud poëtas ipse Cerberus audit, qui *aeratas excubat ante fores?* Interpretes vel tacent, vel *saevo cani* exponunt i. e. *sibi ipsi.* Quod est nihili. Francisc. Quevedo Epist. DCCCXXXVI. ad Lipsium conjicit legi posse *saevus canis.* vel potius per *Janitorem* intelligit Mercurium, quem animas ad inferos deducere, & reducere finxerunt poetae, unde πομπαῖος, χθόνιος &c. vocatur: ut notum est omnibus. Immo, ut bene addit Quevedo, πυλαῖος vocatur à Diog. Laertio in vita Pythag. L. VIII. §. 31. Quare veram putem hanc conjecturam. Nec enim verisimile, Lucanum in tam operosa rerum infernarum descriptione, & toto adparatu ne semel quidem meminisse Mercurii, quem saepe ceteris inferorum Deis jungunt Poetae. Hinc Sophocl. Elect. 110.

Ὦ δῶμ' Ἀΐδου, καὶ Περσεφόνης,
Ὦ χθόνι' Ἑρμῆ, καὶ πότνι' Ἀρὰ,
Σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες.

Huc nonnihil facit locus Claudiani L. 1. de R. Proserp. 89.

Atlantis Tegeaee nepos, commune profundis
Et superis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habes &c.

Janitor enim *limina* domus servat. Quin etiam Mercurius vocatur *Satelles Orci* ab Horat. L. II. O. 18, 34. ut bene monet Doctiss. Stanlejus ad Aeschyli Choephor. 122.

- - - *nec Satelles Orci*
Callidum Promethea
Revexit, auro captus.

Si tamen pertinaciter quis contendere velit, *Janitorem* intelligi debere Cerberon, *saevum canem* dictum cape de Orthro, Cerberi comite, & Geryonis cane, ut in mentem etiam venit Cel. Burm. in notis ad Epist. cit. nos ablegat ad Ill. Heinsii observationes in Silio L. XIII, 847.

- - *inlatrat jejunis faucibus Orthrus,*
Et morsu petit, & polluto eviscerat ungue.

ubi vide; nihil enim ego, quod addam habeo. Mihi inpense magis placet prior de Mercurio sententia.

703 REPETITA FILA] Quia dum umbras revocat, iterum his fata redonantur (*rev. fata retinentur* Voss. pr.) sive quia semper, ut trahuntur fila, repetuntur. SCHOL.

703 SORORES] Parcae dicuntur Clotho, Lachesis, Atropos. IDEM.

704 TRACTURAE] Repetita fila, quod rupta semel revicturi hominis, sint repetiturae, & tracturae rursum è coelo, vel *fracturae*, hoc est per empturae revocatum in vitam. HORTENS. *Fracturae* Mscr. duo, *tracturae*, q. d. O Parcae, ducturae rursus fila ejus, quem in vitam revoco; vel truncaturae iterum, si legas *fracturae.* BERSM. *Tracturae.* Proba lectio: non *fracturae.* Iterum neturae fila, quae semel absolveratis. quia revocatura est cadaver ad vitam. GROT. Amplius exsulare non passus sim vocem *tracturae*, quam habent Steph. Pulm. & omnes mei MSS. excepto uno, aut altero recentiore, & Edd. Rom. Parm. Omnibon. Sulpit. Ascens. &c. proprium est verbum nendi arti *trahere.* Horat. L. II. O. 18, 8.

Trahunt honestae purpuras clientae.

Saepissime Ovidius. L. II. Metam. 412.

- - *lanam mollire trahendo*

Justin. L. 1. c. 3. *tractantique lanam*, & crebro apud alios. Pro vulgata lectione *fracturae*, quae jam comparet in Ed. Veneta A. 1477. adferri potest; quod in illa latet promissio, manes fore redituros: quia aliter non emitterent Dii inferi. Sed MSos sequi tutius.

705 LASSATE] Quia saepe Charon transvehit umbras, cum ad Erichtho magam umbrae veniunt

Inposuit, victurus erat, parête precanti.
Non in Tartareo latitantem poscimus antro,
Adsuetamque diu tenebris; modo luce fugata,
[a] Descendentem animam: primo [b] pallentis hiatu
Haeret adhuc Orci. licet has exaudiat herbas
Ad manes ventura semel. Ducis omina nato
Pompejana [c] canat [d] nostri modo militis umbra,
Si bene de [e] vobis civilia bella merentur.
Haec ubi fata, caput, spumantiaque ora levavit,
Adspicit adstantem projecti corporis umbram,
[f] Exanimes artus, invisaque [g] claustra timentem
Carceris antiqui. pavet ire in pectus apertum,

Visce-

VARIAE LECTIONES.

a *discedentem* Marp. A. b *psallentis* V. 1. c *vocat* VV. LL. Steph. d vulgo *noti.* e *nobis* V. 2. f *Exanimesque* B. 1. V. 1. g *membra* V. 1. W. pro var. lect.

catae. Ideo *lassate*; sive quia senex, & erit alius sensus. SCHOL.

709 Dedi et lavi] Mscr. tria copulam omittunt, non inscite. BERSM. *Et* non agnoscunt quoque mei plurimi; nec Lutatius ad Statii Theb. 641.

- - *ubi adverso dederat prosecta Tonanti.*

Copulam tamen retinent Witt. Oxon. unus Hulst. Voss. unus, & Regius uterque, in Lutatii verbis citatur *pleno.* in Regio primo *saepe Deo & l.* in Oxon. pr. a m. sec. *ut lavi in c.* an *& lauta in c.?* latet aliquid. de *Prosectis* agit pluribus ad Statium Barthius.

709 Prosecta] Exta infantis. quidam libri habent vitiose, *profecta.* BERSM.

710 Si quis, qui] Bersm. unus. Voss. pr. tert. quart. meus, & Witt. a m. pr. cum Ed. Veneta *si quisquam.* Edd. Sulpit. & Mic. *si quis, quum.* sed bene se habet vulgatum, nisi legas *quisquis.*

711 Inposuit] Figurata locutio est. si quisquam infans inposuit, pro, si alicujus infantis exta inposita sunt. SCHOL.

711 Parete precanti] Haec enim erant, quibus scelesle factis inferi gratulantur. IDEM.

712 Non in &c.] Sensus hic est. Non latitantem in Tartareo antro poscimus animam, nec adsuetam diu tenebris, sed modo descendentem luce fugata i. e. recens mortuam. IDEM. Citat, & explicat Servius ad vi. Aen. 152. GROT. Ed. tert. De Ellipsi particulae *sed* egimus ad L. ii, 86.

714 Primo hiatu] Hinc rursus Statius Lib. i. Theb. 294.

- - - *superas se tollit ad auras*
Laius, exstinctum nati quem vulnere nondum
Ulterior Lethes accepit ripa profundi
Lege Erebi.

V. etiam Senec. Herc. Oet. 1920.

716 Semel] Nihil ergo impedit, si ad me exeat evocata, cum semel sit transvehenda, quod nondum factum est, quia nuper defuncta descendit. SCHOL.

716 Omina] Hoc bene restituit Bersm. quod ante eum expresserunt quoque Edd. Rom. Parm. Sulp. Ascens. Vers. Mic. & Hortens. & ita praeter aliorum MSS. octo, vel novem mei. Reliqui *omnia.*

717 Pompejana] Ordo est, Omina canat ducis nato Pompejana umbra militis nostri. Nam qui paullo ante Pompejanus miles fuit, modo meus est, postquam evocatur. SCHOL.

717 Noti] Scilicet Sexto Pomp. sic enim Sabellicus (T. i. Thes. Crit. p. 184.) legit, non *nostri.* VERSELL. Msc. *modo nostri.* reliqua tria, *nostri modo.* BERSM. Msc. P. & T. & R. A. *nostri modo militis umbra.* recte. GROT. Ed. sec. & tert. *Nostri* i. e. nostrarum partium, rescripsi jubentibus omnibus MSS. & editis. *noti* nemo praeter Versell. Gryph. & Bersm. recepit.

718 Bene] Quia tot interimunt, quod vos delectat, ô inferi. SCHOL.

718 Merentur] Msc. *geruntur*, minus probe. BERSM.

720 Adstantem] Venire nolentem, seu longius stantem. SCHOL.

722 Carceris antiqui] Diserte, *carceris antiqui.* Cic. lib vi. de Repub. *imo vero*, inquit, *ii* vi-

Visceraque, & ruptas letali vulnere fibras.
[a] Ah miser, extremum cui [b] mortis munus [c] inique
Eripitur, non posse mori. miratur Erichtho,
Has [d] fatis licuisse moras, irataque morti,
Verberat [e] inmotum vivo serpente cadaver:
Perque cavas terrae, quas egit carmine, rimas
Manibus inlatrat, regnique silentia [f] rumpit.
[g] Tisiphone, vocisque meae secura Megaera,
Non [h] agitis saevis Erebri per inane flagellis
Infelicem animam? jam vos ego [i] nomine [k] vero
Eliciam, Stygiasque canes in luce [l] superna
Destituam: per busta sequar, per funera custos;

Ex-

VARIAE LECTIONES.

a *ha*, *a* MSS. qdd. b *munus mort.* B. 1. V. 2. O. 1. c *iniquae* vulgo. d *fati* B. 1. e *innatum* B. 1. f *rupit* B. 1. V. 1. Edd. Rom. Parm. g *Thesiphone* & *Tesip.* MSS. plerique, & Edd. pp. h *agitas* B. 1. i *carmine* O. 1. a m. sec. k *vestro* M. l *suprema* Edd. Br. Med.

vivunt, qui è corporum vinculis, tanquam è carcere evolaverunt. Ita Cic. Ideo corpus Graecis etiam δέμας, quasi dicitur. Quare Cicero, utrunque volens significare corpus esse vinculum, & corpus esse sepulchrum, hoc est, σῆμα, quod carcer sit sepultorum. HORTENS. *Carcerem* vocavit corpus Virgilius quoque L. VI. Aen. 734.

- - dolent gaudentque neque auras
Dispiciunt clausae tenebris, & carcere coeco.

Seneca Cons. ad Polyb. c. 27. *Animus fratris mei velut e diutino carcere emissus.* Adde c. 28. &c. *Carcere corporis pressa anima* Tertull. in Apol. c. 17. & ita omnes Christiani. Vide Barth. Advers. c. 5. L. XLII. & ad Claud. an. II. in Rufin. 483.

722 IRE IN PECTUS &c.] Timet in corpus ire, quia scivit se iterum segregandum à corpore; sed maluit quiescere in infernalibus sedibus: unde tunc lassa educta est: & expavit ire in pectus apertum vulnere: quia ob vulnera expulsa est. SCHOL.

723 ET RUPTAS] *Irruptas* Msc. vitiose. BERSM. *Abruptas* Voss. unus, & ita conjecit Doctiss. Wasse, ut sit epexegesis.

724 MISER] Sic ipsam poëta vocat animam, quia adhuc Tartarum non sit ingressa. SCHOL.

724 CUI MORTIS MUNUS INIQUE] Imo: *cui mortis munus inique Eripitur, non posse mori.* Quomodo habent MSS. R. A. & T. GROT. Ed. sec. Optime Grotius praefert *inique:* quod recepi ex multis MSS. atque ita jam exhibet Ed. Paris. Pet. de Ponte. Inique eripitur, non posse mori, quod mortis extremum est munus. Semel enim, qui mortuus est, iterum mori non debet: quod munus contra jus fasque jam eripuit Erichtho, & fecit, militem iterum mori.

726 LICUISSE] Quod non mox corpus ingressa est. SCHOL.

728 EGIT CARMINE] i. e. potestate carminum perforavit. IDEM. Aperuit carmine, ut vocem immitteret. BERSM. Sic ceteri quoque Interpretes exponunt. Sed quaero exemplum hujus locutionis. *Agere ruinas* est patefieri, non patefacere, Ovidio, cui haec locutio est frequens, Lib. II. Metam. 211.

- - - - - - tellus
Fissaque agit rimas, & sucis aret ademtis.

L. X, 512.

Arbor agit rimas: & passim.

Seneca L. VI. de Benef. c. 15. *Agentem ex imo rimas insulam.* Non ergo venefica, sed *terra* subintelligitur. De hac autem nominativi ellipsi vide nos ad L. II, 218. III, 681. Quibus adde Propert. L. II, 25, 39. Vellej. II, 15. supra L. V, 430.

- - propellere lintea ventus
Incipit, exiguumque timent. Sc. lintea.

730 SECURA] Hoc cum indignatione dicit, quod vocem suam Megaera audiat, & sic secura. ut Virgilius.

Securus pelagi atque mei.

SCHOL.

732 INFELICEM] Bene *infelicem.* quia ad vitam redire horret. IDEM.

732

Expellam tumulis, abigam vos omnibus [a] urnis.
Teque Deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta soles, Hecate, [b] pallenti [c] tabida forma,
Ostendam, faciemque Erebi mutare vetabo.
Eloquar, inmenso [d] terrae [e] sub pondere, [f] quae te
Contineant, Hennaea, dapes, quo foedere moestum
Regem

Variae Lectiones.

a *horis* V. 1. suprasc. *urnis*. b *psallenti* V. 1. c *turbida* V. 1. d *quae te s. p. terrae* P. 1. e *sibi* H. f *te quae* V. pr.

732 Jam vos ego] Mscr. *ego vos jam*. alt. *at ego vos jam*. BERSM. Duo etiam vetustissimi Vossiani *ego vos jam*. ut non elidatur *τὸ m*. Vide ad L. v, 527.

732 Nomine vero] Quod magica ars scit. Nam haec nomina in usu sunt, Tisiphone, Megaera, Alecto. SCHOL.

733 Stygiasque] Male Pulm. unus, Regius prim. & Hulst. a m. sec. habent *Stygiosque*. Sexum enim non mutaret Erichtho, sed ostenderet, illas Furias tantum esse canes Jovis Stygii, & sic destitueret, ut ad inferos redire non possent. per *Canes* enim intelligendas esse ipsas Furias, multis docet Servius ad Aen. iii, 209. vi, 257. & hic Comment. Neque enim huc trahi potest, ut *Stygios* probetur, quod sint *ἀρσενοθηλεῖς*, de qua re vide ad L. ii, 80.

734 Per funera, custos E.] Mscr. *cunctis*; non male. BERSM. *Cunctis* etiam Pulm. unus, & Voss. sec. *cunctos* Marpurg. Non temere mutem. sed male distinxerunt multi Editores. *Sequar custos* jungenda sunt, notantque haec verba idem, quod apud Terentium *insensus servat*, & similia apud alios.

736 Alio] Haec omnia ad Magarum peritiam pertinent. Luna in coelo, Diana in terris, Hecate apud inferos est. *Pallenti*, i. quali forma apud inferos es. SCHOL. Vide Lutat. ad Statii Theb. iv, 430.

- - *inque novae melior redit ora Dianae.*

740 Contineant] Servius ad Virgil. L. i. Georg. 39. *Nec repetita sequi* &c. hunc locum explicans citat *detineant*, atque ita legi vult Ill. Heinsius ad Claudian. L. i. R. Proserp. vs. 122. procul dubio auctoritate Servii; nam nullum vidi codicem manu, vel typis expressum, qui *detineant* exhibet. Quare recipere in textum non ausus fui: licet multo sit rectius. *Detinere* est volentem aliquem, & illecebris demulsum apud se tenere: ut patet innumeris exemplis. En lector pauca. Ovidius Epist. Her. iv, 110.

Illum Pirithoi detinet ora sui.

Art. Am. iii, 649.

Nec male deliciis otiosum conscia tardis
Detinet, & longa jungitur ipsa mora.

Sabin. Epist. 1.

- - - - - *fictus*
Detinuit patrio litore vela furor.

Martial. L. xiv, 164.

Quae duxit silvas, detinuitque feras.

Seneca de Brev. Vitae c. 13. *Est tamen quae nos speciosa rerum vanitate detineat*. Sueton. Aug. c. 98. *Tiberium diu secreto sermone detinuit*.

740 Hennaea] Hennaeam (*Ethneam* Voss. pr.) appellat Proserpinam, quae in Siciliae regione, ubi Henna (*Ethna* idem) est, à dite (*Plutone* idem) rapta est. SCHOL. Mscr. tria *Ethnea*: depravate. Ennaea Proserpina est, ab Enna Siciliae oppido, ubi rapta est à Plutone. Cic. Verr. BERSM. *Ennaea* primus recte dedit Sulpitius: antea erat *Aetnea*, uti est in plerisque etiam meis MSS. vel *Ethnea*, *Hecnea*, *Enthena*. *Aetnaea* vulgo quoque editur apud Servium. sed male *Hennaea* clare exhibet optimus Regius primus, ut rescripsi cum N. Heinsio ad dict. Claudiani locum, & Ovid. Metam. v, 385. Adde Drakenb. ad Sil. i, 93. repugnantibus licet Dempstero ad Rosin. p. m. 142. & Barthio ad Stat. L. iv. Theb. 124. in Livii Lib. xxiv, 37. &c. in MSS. Vossianis *Henna*, non *Enna*.

740 Dapes] Mala punica accipimus. quae jejuna assumpsisse dicitur, ut desiderium matris amitteret. *Contagia* stupri. SCHOL. Ita haec capiunt plerique interpretes cum Servio. Alii tamen *dapes* intelligunt viles cibos, seu Ἑκάτης βρώματα, & *contagia* de malis punicis sumunt. Sed accedo priori sententiae. nam eam ob esum malorum punicorum Ceres non noluit revocare, sed fatorum lege non potuit. quamquam *noluerit* aliter exponit Scholiastes.

741 Quae te] Voss. pr. *& quae*. scribe *te quae*. quo ordine scribi hic mavult etiam Doct. Wasse.

Regem [a] noctis [b] ames, quae te contagia passam
Noluerit revocare Ceres. tibi, pessime mundi
Arbiter, inmittam ruptis Titana cavernis,
Et subito ferière die. Parctis? an ille
[c] Compellandus erit, quo numquam terra vocato
Non concussa [d] tremit; qui Gorgona [e] cernit [f] apertam,

Verberi-

VARIAE LECTIONES.

a *mortis* V. 1. b *amas* V. 1. Marp. c *compellendus* V. 2. H. Marp. d *tremis* V. 1. e *crevit* B. 1; f *apertum* H.

741 CONTAGIA] Contagia ciborum infernalium. GROT. Ed. pr. Contagia ciborum infernalium, malorum scilicet Punicorum acinos. Apollodorus lib. 1. Ovid. Met. v. & Fast iv. Serv. ad 1. Georg. ubi hoc Lucani loco utitur. IDEM. Ed. tert.

742 NOLUERIT] Et hoc indignata dicit, quod noluerit revocare; cum omnes sciant, illam invitam filiam reliquisse; sive hoc magae sciunt, quod nos ignoramus. SCHOL.

743 ARBITER] Judex Pluto. *Titana*, quod Pluto, Deus tenebrarum, diem lucemque formidat. ut Virgilius. (VIII, 246.)

- - *trepidant inmisso lumine Manes.*

IDEM. Male haec Hortensius, aliique capiunt de Gigantibus, seu Titanibus, Plutonem extracturis. Minatur Erichtho, se solis radios ei inmissurum, cavernis terrae ruptis, quod non est mutandum, Vide vs. 647. Ovid. L. 11. Metam. 260.

Dissilit omne solum, penetratque in Tartara rimis
Lumen, & infernum terret cum conjuge Regem.

Silius L. v, 615.

Inmugit penitus convulsis ima cavernis
Dissiliens tellus, nec parvos rumpit hiatus,
Atque umbras late Stygias inmensa vorago
Faucibus ostendit patulis; manesque profundi
Antiquum expavere diem.

XII, 128.

- - - *aperit telluris hiatus;*
Interdumque novo perturbat lumine manes.

ad quae loca adeantur virorum doctorum commentarii, si cui lubet. Diutius in re nota inmorari, foret putidum.

743 RUPTIS] Mscr. *tutis*. fortasse *totis*. BERSM.

744 PARETIS] Sic quaerit, ut cogat. *ille*, Deus major, quem magae noscunt. SCHOL.

744 ILLE] Daemogorgonem significat. Multi dicunt, per hunc Daemogorgonem intelligi animam mundanam, quae vegetat omnia, quae omnibus naturis proposita est, de cujus semine firmamentum, Solem, & Lunam, & Stellas natas esse dicebant. Et hoc secundum Servium, sed secundum Theocleten, philosophi dicunt, Daemogorgonem esse rerum omnium, & deorum principem, genitorem terrae, Herebi, & Parcarum, à *δαίμων*, quod est sapiens, quia intelligentiam maximam rerum omnium habeat. OMNIB. Haec ille. Quibus similia fere sunt, quae Lactantius Grammaticus in quartum Statii, super versu:

Et triplicis mundi summum, quem scire nefastum, &c. tradidit, qui, *Deum*, inquit, *summum Daemogorgonem dicit, cujus nomen scire non licet. Infiniti autem philosophorum magnorum per se etiam confirmant, revera esse praeter hos deos cognitos, qui coluntur in templis, alium principem, & maxime deum caeterorum numinum ordinatorem, de cujus genere sint soli Sol, atque Luna: Caeteri vero, qui circunferuntur, astra nominari, quae ejus clarescunt spiritu, maximis in hoc autoribus, Pythagora, & Platone, & ipso Tagete convenientibus &c.* Atque hanc Lactantii expositionem etiam Boccatius secutus est, qui principem, ac summum deorum gentilium Daemogorgonem facit, eumque deum terribilem interpretatur, quod nomen & de deo vero, inquit idem, legitur, ubi dicitur: *Sanctum & terribile nomen ejus.* Sed alii contra Daemogorgonis nomen, ut fictitium, ac vanum rejiciunt, & pro eo Demiurgi vocem restituendam contendunt, quod hoc potissimum nomine summum, ac primum deum, creatorem omnium, Plato, atque alii quidam appellârint. Quod quidem, ut ipse in medio relinquo, ita illud rursum existimo, utrunque poëtam, & Statium, & hic Lucanum, ad consuetudinem, & morem Magorum respexisse, ut qui inter caetera deorum nomina, quibus exorcismos suos conficiunt, arcanum atque ineffabile illud summi, atque potentissimi dei, quoties ad extremum ventum esset, & cum iidem summam necessitatem spiritibus, atque umbris eliciendis adhibere vellent, tum demum citare solerent. Sive hoc aliud, atque diversum aliquod, sive idem cum Tetragrammato illo censendum, quod ne hodie quidem Judaei suis literis, suaque voce enunciant.

 In

Verberibusque suis trepidam [a] castigat Erinnyn;
[b] Indespecta [c] tenet [d] vobis qui Tartara; cujus
Vos estis superi; [e] Stygias qui pejerat [f] undas?
Protinus adstrictus caluit cruor, atraque fovit
Vulnera, & in [g] venas, extremaque membra cucurrit.
[h] Percussae [i] gelido trepidant sub pectore fibrae;
Et nova [k] desuetis [l] subrepens vita medullis,
Miscetur morti. tunc omnis palpitat artus:
Tenduntur nervi: nec se tellure cadaver
Paullatim per membra levat; [m] terraque repulsum [n] est,
[o] Erectumque [p] semel. [q] distento lumina rictu
Nudantur. nondum facies viventis in [r] illo,

Jam mo-

Variae Lectiones.

a *castiget* W. b *inspectata* P. 1. V. 1. W. pro var. lect. c *manet* V. 1. d *nobis* V. 1. e *& 61.* V. 1. f *umbras* W. g *venis* Ox. pr. a m. pr. h *percusso* R. 2. i *gelidae* R. 2. *tepido* B. 1. k *disuetis* V. A. *defunctis* H. l *subrepsit* B. 1. R. pr. m *terraeque* V. 1. MS. Cantab. n deest B. 1 V. 2. A. o *Ereptumque* B. 1. p *simul* Grot. &c. q *distincto* M. *distentum* Ed. Hort. r *illo est* O. 1.

In hoc enim nomine cum Magi, tum alii multi summam vim, summamque potentiam inesse arbitrati sunt. Eoque & Schem Hamphoras idem appellârunt, quod ejus explicatione mira, atque incredibilia effici posse creditum sit. Sed haec hactenus. MICYLL. Papinius:

Scimus enim & quicquid dici noscique timetis.

Et quae sequuntur lib. IV. Thebaidos, ubi similis *νεκρομαντεία* describitur. ad quem locum videndus Scholiastes vetus. GROT. Videndus Franc. Fernandius de Cordoua c. 25. Didascal. Multipl. p. 240. BROUKHUS. Lutatii verba ad vs. 515. paullo aliter se habent, ac à Micyllo adducuntur. Mutare tamen in Micylli verbis nihil volui.

746 CONCUSSA] *Excussa* est in quatuor Pulm. duobus Bersm. & meis quatuor, ac in Witt. pro var. lect. uti & in Edd. primis, Sulpit. Paris. Colin. pr. & Pulm. Legit etiam *excussa* Scholiastes dicens. *Ordo. quo vocato terra excussa numquam non tremit.* seq. versu *Erinnyn* Graeca terminatione rescripsi cum Voss. tribus optimis, & Regio primo, ac Edd. Rom. Parm. non *Erinnym*.

746 GORGONA] Quam alii Dii non viderunt. Hic ergo plus potest. *Apertam*, in conspectu suo oppositam, & proditam. SCHOL. Hoc est, qui omnia ea, quae caeteri metuunt, vel quibus alii coërcentur, potentia sua superat, atque contemnit, nullis videlicet legibus astrictus, nulli aliorum juri subjectus. Ceterum Omnibonus *Gorgona* hoc loco Metaphorice exponit, divinitatem obstupescendam. Et quod hic Daemogorgon (sive quocunque nomine is deus appellandus) Gorgona cernit apertam, significare ait, manifestum ei esse divinitatis stuporem. Nam nullum alium esse, qui divinitatem comprehendere possit, praeter deum, qui illam intelligit. Sed de hac expositione alii viderint. MICYLL.

747 SUIS] Ipsius Erinnys; quibus castigare ipsa consuevit, his caeditur. SCHOL.

748 INDESPECTA] i. e. ignota. qui in his locis regnat, quae nec vos despicere valeatis. Vult ergo, ipsum esse sub inferis. Nam hoc exponit; *cujus vos estis superi.* IDEM. Vide ad Claudian. II. in Rufin. in fine.

Infra Titanum tenebras, infraque recessus
Tartareos.

Adde Serv. ad Aeneid. VI, 135.

749 PEJERAT] Hic autem *pejerat*; quia omnibus potior est, & non timet Styga, ut alii Dii. SCHOL.

754 PALPITAT] Et nominativus potest accipi singularis. *Omnis hic artus palpitat.* & accusativus pluralis. *palpitat omnes artus.* IDEM. *Omnes* exhibent etiam VV. LL. Steph. sed male. *omnis* in sing. dixit, ut saepius. V. ad L. III, 670. &c. Neutrum est *palpitare.* Consule Heins. ad Ovid. Metam. V, 40. Cicero. *Cor palpitat.* Quinctil. Decl. IV. *palpitantibus adhuc cadaveribus.*

757 SEMEL] Non recte ex variis lect. Steph. duobus Bersm. & Pulm. MSS. Grotius in textum rece-

Jam morientis erat. remanet pallorque [a] rigorque;
Et ſtupet inlatus mundo. ſed murmure nullo
Ora [b] adſtricta ſonant. vox illi, linguaque tantum
Reſponſura datur. dic, inquit Theſſala, magna,
[c] Quod jubeo, mercede [d] mihi: nam vera locutum
Inmunem toto mundi praeſtabimus aevo
Artibus Haemoniis: tali tua membra ſepulcro,
Talibus exuram Stygio cum carmine ſilvis,
Ut nullos cantata magos exaudiat umbra.
Sit tanti, vixiſſe iterum: nec verba, nec [e] herbae
Audebunt longae [f] ſomnum tibi ſolvere Lethes,
A me morte data. tripodas, vateſque deorum

Sors ob-

Variae Lectiones

a *vigorque* MSS. qdd. V. Drak. ad Sil. VI, 271. b *ſtricta* B. 1. V. 1. c *quae* H. d *tibi* O. 1. e *herba* W. f *ſenium* V V. LL. Steph.

receperat *ſimul:* licet id habeant quoque quatuor Voſſiani, & Edd. Sulpit. Aſcenſ. Micylli, & Hortenſ. Ceteri omnes *ſemel*, cum Servio ad Aeneid. IV, 253. quod repoſui. *ſemel* i. uno impetu. Vide ad L. III, 296.

Acciperet felix ne non ſemel omnia Caeſar.

757 Rictu] Oris contractio, quae in mortuo erat recepta vita, diſtenditur. Oris ductio *rictus* dicitur. SCHOL. Aperto ore aperiuntur oculi. Forte legendum *nictu*, quod oculis eſt accommodatius. BERSM. Non poſſum accedere Berſmanno, *nictu* legenti, qua voce quidem, ut teſtatur Feſtus in *Nictare*, uſus eſt Caecilius,

Hunc tremulis palpebris percutere nictu.

Sed quid hoc ad oculorum diſtentionem, & ſeparationem palpebrarum, quam innuit auctor, pertinet? Quare putem potius, à Lucano *rictum* καταχρηστικῶς ab ore ad oculos tranſlatum eſſe.

759 Jam morientis erat] Ita legendum ex Mſc. oppoſita ſunt *nondum* & *jam*. GROT. Bene revocavit Grotius *jam:* ut habent editi primi, & MSS. longe plurimi, optimique. *Sed* ſcribunt Sulpit. Aſc. Mic. Hort. Gryph. & Berſm. cum MS. uno Pulm. Berſm. & meis quatuor. contra Lucani ſtilum, qui plerumque omittit *ſed*; ut vidimus ad L. II, 86. V, 610. Facies jam ſimilis erat faciei illius, qui morti proximus eſt. Non itaque cum Farnabio mutandum eſt in *nec*.

759 Remanet] Non enim interna vita remeabat. SCHOL.

762 Responsura] Ut nihil ipſa prior loqueretur, niſi Erichtho tacita ante quaeſiſſet. IDEM.

764 Inmunem artibus] Nam hanc mercedem promittit, fore, ut, ſi vera dixerit, illi tale buſtum ex talibus lignis conſtruat, adhibitis etiam ſuis carminibus, quo à nulla umquam maga umbra poſſit inquietari. SCHOL. Huc facit Servii nota. *Myſticum eſt, dicitur enim bis eamdem umbram evocari non licere*, ad Virgilii L. IV. Georg. 502.

- - - - - *nec portitor Orci*
Amplius objectam paſſus tranſire paludem.

Adde illic Cerdam.

767 Cantata] Mſcr. *cunctata:* corrupte. Incantata nullis obſequatur incantationibus. BERSMANN.

768 Sit tanti] i. e. in hoc tibi proderit, quod iterum revixiſti; ut aeterna manens quietem, & otium conſequaris. *Lethes* τῆ Λήθης. SCHOL.

770 Tripodas vatesque deorum Sors obscura tenet] Doctiſſ. C. Barthius ad Statii Theb. L. IV. 409. ex ſuo Cod. legit *forteſque*, putatque, manifeſtam eſſe adluſionem vocum *fortes*, *ſors*, *mortis*, *fortis*. Non puto. ultima certe adluſio, ſi captaſſet volens Lucanus, inepta foret; nec cuiquam ſano adparebit. Sed praeterea non placet ejus mutatio. Ut nunc ſe habent vulgo verba, dicit auctor. Obſcura oracula, & vaticinia ineſſe tripoſin & vatum pectoribus, qui diis ſuperis (quos *umbris*, & *morti* opponit, ut vſ. 433.) operantur, & conſecrati ſunt; quoniam numquam certa, ſed ſemper obſcura, & multis ambagibus involuta dant reſponſa. *tenet vates* i. e. inſidet, & habet pectus vatum ſpiritu humano expulſo, ut alibi loquitur Lucanus, & poëtae paſſim. Ita optime

Sors obscura [a] decet. certus discedat, [b] ab umbris
Quisquis vera petit, [c] duraeque oracula [d] Mortis
Fortis adit. [e] ne parce, precor. da nomina rebus,
Da loca, da vocem, qua mecum fata [f] loquantur.
Addidit & carmen, quo, quidquid consulit umbram,
Scire dedit. Moestum fletu manante cadaver,
Tristia non equidem Parcarum stamina, dixit,
[g] Adspexi, [h] tacitae revocatus ab aggere ripae:
Quod tamen è cunctis mihi noscere contigit umbris,
Effera Romanos agitat discordia [i] manes,
Inpiaque infernam ruperunt [k] arma quietem.
Elysias alii sedes, ac Tartara moesta

Diversi

VARIAE LECTIONES.

a *tenet* & *discedit* vulgo. b *ad umbras* V. 1. c *diraeque* B. 1. d *vitae* M. e *nec* V. 2. R. pr. *non* W. a m. pr. f *loquentur* H. g *respexi* vulgo. h *tacitus* M. *tacite* Hort. M. Par. 1512. i *fratres* M. a m. pr. k *secula pacem* B. 1.

me vulgata verba exponi possent. Sed pro *tenet* meliorem dant nobis lectionem MSS. duo Pulm. Vossiani prim. & secund. Regius prim. & Wittian. *decet.* & pro *discedit*, *discedat* habent quinque Pulm. variae LL. Steph. tres Bersm. Cantabr. & duodecim mei cum Edd. Sulpitio prioribus, Aldin. & Colin. *descedes* Barth. *descendat* Voss. quint. Sed unice verum est *decet* & *discedat*: ut edendum curavi. Hoc sensu. Tu, o Juvenis, dic nobis verum, nomine, locoque additis, sine ullo involucro. Tripodes, & Pythiae obscura respondeant. Hos decet eo more loqui, sed umbra simplicissime verum dicat, ut consultor, qui tam fortis est, ut oracula durae mortis adire audeat, certus discedat. Ex nostro Statius sua adumbravit citato loco, cum quo confer nostri verba quoque a vs. 425. usque ad 435.

Ille Deos non larga caede juvencûm &c.
Tam penitus durae quam mortis limine manes
Elicitos patuisse refert.

771 OBSCURA] Vix intelligenda responsa. praefert autem manes superis in dandis responsis. SCHOL.

775 CARMEN] Ut divinum spiritum umbra conciperet. Maga enim carmine suo facit, ut sciat umbra, quod haec posset videre. IDEM. Mutavi distinctionem, quae vulgo male jungebat *umbram scire dedit.* Cum ne essario jungenda sint *consulit umbram*; vel Latine si loqueretur, debuisset dixisse Lucanus *umbrae*, ut bene scribit Lib. I. 448. IV, 806. &c.

776 MOESTUM] Quia Pompejanus fuit. Ideo flevit, vel quia revocatus à Maga. SCHOL.

778 RESPEXI] Micr. quatuor *adspexi*. Negat, se in Parcarum fuisse concilio, revocatum inde, ubi umbrarum sunt silentia. BERSM. Cur mutarint *adspexi*, in *respexi* non video caussam. Habent *adspexi* Pulm. Steph. & mei tredecim cum Edd. Rom. Parm. Sulpit. Ascens. Par. Mic. Hortens., aliisque.

778 TACITAE REV.] A ripa fluminis Acherontei. Verum hoc *tacitae*, si ad ripam referas, ubi umbrarum silentia sunt, vel si *tacite* scribatur, ut referatur, ad *revocatus*, ut *tacite revocatus dicatur:* vel ut per hypallagen sit dictum. HORTENS.

780 EFFERA] Desideratur verbum aliquod, aut *haec sunt*, aut, *dicam*, aut quid simile. Mirum vero, commentatores ne uno quidem verbo ejus rei meminisse. GLAREAN. De hac Ellipsi consule J. Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 662. & alibi. Vel ita intellige. Non vidi stamina Parcarum, sed, quod tamen scio, effera agitat discordia manes, vel simili quodam modo.

780 ROMANOS] Romanorum ducum umbras dicit, qui ante perierant. SCHOL.

781 INFERNAM] i. e. quietem, quae est apud inferos, qua fruuntur inferi. Bono, & efficaci sensu, *infernum nefas* VII, 170. Non spernenda tamen est omnino lectio, quam exhibent VV. LL. Steph. tres Pulm. tres Bersm. Voss. pr. sec. quint. Marp. & alii ab Ill. Heinsio consulti *aeternam*, ab omni aevo non abruptam, nec rumpendam, nisi inpia arma civilia rupissent. Inferos perpetuo quiescere passim dici à Graecis & Latinis, notum est.

Diversi liquêre duces: [a] quid fata pararent,
Hi fecêre palam. tristis felicibus umbris
Vultus erat. [b] vidi Decios, natumque, patremque,
[c] Lustrales [d] bellis animas, flentemque Camillum,
Et Curios; Sullam de te, Fortuna, querentem.
Deplorat Libycis perituram Scipio terris
Infaustam subolem. major Karthaginis hostis,
Non servituri moeret Cato fata nepotis.
Solum te, Consul, depulsis, prime, tyrannis,
Brute, pias inter gaudentem vidimus umbras.
Abruptis Catilina minax, fractisque catenis
[e] Exsultat, Mariique truces, nudique Cethegi.

Vidi

VARIAE LECTIONES.

a *quod* M. b *Detios v.* Marp. c *instabiles* B. 1. d *an. bel.* R. pr. H. A. e *exsultant* V. 1.

est. Hinc saepe in inscriptionibus sepulcralibus P. M. ET. QUIETI. AETERNAE. Lib. IX, 671.

Quam sopor, aeternam tracturus morte quietem,
Obruit haud totam.

Infernus autem, & *aeternus* alibi quoque variantur. Vide Lucret. I, 996. Drakenb. ad Silium III, 36.

781 RUPERUNT] VV. LL. Steph. Pulm. duo & Voss. pr. sec. quint. Wittian. a m. pr. Marp. Hulst. & duo Cantabr. MSS. scribunt *rapuerunt*. Non male. L. IX, 1100.

Laeta dies rapta est populis: concordia mundo
Nostra perit.

Sed & *rumpere* omnino probum est. Crebro dicitur *rumpere somnum*, *silentium*, & similia. noster quoque L. I, 239.

Rupta quies populis stratisque excita juventus
Deripiunt &c.

783 LIQUERE] Cedunt, inquit, umbrae sedibus suis, quia post civile bellum noxia illuc turba ventura est. SCHOL.

784 HI] Duces, qui apud inferos sunt constituti. IDEM.

784 TRISTIS] Hinc illud Papinii.

Moerent Argolici dejecto lumine manes,

& quae sequuntur. GROT. Ed. tert.

785 DECIOS] Qui se pro exercitu devoverunt. *Lustrales*, i. illustres, devotas, expiatorias h. e. per quorum mortem lustratus sit exercitus. SCHOL. Minus bene in Voss. pr. *Quia animas suas expiaverunt tradendo eas pro salute reipublicae.* De Deciis vide ad Lib. II, 308. ubi male in Scholiastae verbis pro *Samnitico* legitur *Saguntino*; quod tum monere oblitus fui.

786 CAMILLUM] Ille est Camillus, qui Romana signa à Gallis revocavit, de quo Virgilius.

- - *referentem signa Camillum.*

SCHOL.

787 SULLAM] Cum tanta ei praestiteris, ut Felix Sulla diceretur, ideo queritur, (*querentem dicit* Voss. sec.) quia filius ejus Sulla Faustus periturus est in parte Pompeji. SCHOL. Nunc primum post mortem, qui in vita fortunam adeo obsequentem habuit, ut Felix ideo diceretur. Queritur autem Sulla ob prostratas partes patricias, quas ipse foverat. GROT. Ed. pr. Simile est illud Taciti: *Curam victor Sulla susceperat: neque tamen dedicavit.* (de Capitolio sermo est) *id solum felicitati ejus negatum.* IDEM. Ed. tert.

788 DEPLORAT SCIPIO] Scipionem Aemilianum exponit Sulpitius, qui non fuit major hostis Carthaginis: cum P. Cornelius Scipio secundo bello Punico, qui Annibalem vicit, major, sive superior fuerit, sed ad neutrum referendum, illud *major*. Adscribam Glareani verba, (nam idem Sulpitius hunc Scipionem, qui bello Civili in Africa periit, generum Pompeji vocat) oppido inconsiderate, inquit. Hic enim Scipio Metellus Cn. Pompeji non gener, sed socer fuit: quippe cujus filia Cornelia, de qua ad finem prioris libri, Pompejo, post Juliam mortuam, nupta fuit. Nec de gente (puto) Cornelia, sed Caecilia adoptatus forte, in Corneliam, ut posterior Scipio ex Aemilia, in eandem Corneliam. Quod si etiam de Cornelia fuisset gente, non tamen à Scipione

Vidi ego laetantes, popularia nomina, Drusos;
Legibus inmodicos, [a] ausosque ingentia Gracchos.
[b] Aeternis Chalybum nodis, & carcere Ditis
Constrictae plausêre manus: camposque piorum
[c] Poscit turba nocens. [d] regni possessor inertis
[e] Pallentes aperit sedes, abruptaque saxa
Asperat, & durum vinclis adamanta, paratque
Poenam victori. refer haec solatia tecum,
O juvenis, placido Manes, patremque, domumque,
Exspectare sinu, regnique in parte serena
Pompejo servare locum. [f] nec gloria parvae

Sollici-

VARIAE LECTIONES.

a *ausos* M. A. R. 1. b *alternis* MSS. qdd. V. Drak. ad Sil. xv, 229. c *noscit* B. 1. d *Erebi* R. 1. e *pallentis* R. pr. W. f *ne* V. 1. Marp. W. a m. sec.

Aemiliano, quippe cujus nulla proles legitur. Caeterum secundo deinde versu distinguendum, post verbum *sobolem*. Et *major Carthaginis hostis*, referendum ad Catonem Censorium, qui utique major hostis fuit utroque Africano. Major enim tributariam duntaxat fecerat. Sequens arbitrium Senatui obtulit, de delenda Carthagine. Cato vero ficu recens ex Africa allata, & oratione bene longa, ut ea urbs deleretur, evicit. Haec GLAR. Itaque sic digeri potest constructio: *major Cato, hostis Carthaginensium, deflet fata Catonis minoris Uticensis*. HORTENS.

789 SUBOLEM] Scipio enim in Africa periit, qui fuit ex familia Scipionis Africani. SCHOL.

789 MAJOR] *Et major*, Msc. major autem non ad Scipionem Africanum majorem, sed ad Catonem majorem h. e. Censorinum pertinere videtur. Nam in Msc. post *sobolem* ponitur τελεία. BERSM.

789 HOSTIS] Censorius Cato, quia hic consilium dedit, ut Carthago destrueretur. SCHOL.

790 NEPOTIS] i. Catonis, qui se apud Uticam occidit. Ideo *non servituri* dicit. IDEM.

792 BRUTE] Hoc est, qui Tarquinios ejecit, & primus Consul est factus, merito gaudens visa est, quia Brutus, qui de familia ejus, occisurus est Caesarem. IDEM.

793 ABRUPTIS] Hi gaudent, quia & ipsi fuerunt seditiosi, & contra rempublicam. IDEM.

794 NUDI] Exserto enim brachio fuit Cethegus, ut ipse alibi ait.

Exsertique manus vesana Cethegi.

IDEM.

795 POPULARIA] Quia & hi seditiosi fuerunt. SCHOL. V. Hortens.

796 INMODICOS] Inmoderatos, qui plurimas leges promulgassent. IDEM. V. Cl. Burm. ad Val. Flacc. v, 598.

- - - *dictis stupet hospes acerbis*
Inmodicum.

796 AUSOSQUE INGENTIA] Sic & de Gracchis Sallustius. *Et sane Gracchis cupidine victoriae haud satis moderatus fuit animus*. SCHOL.

797 AETERNIS CHALYBUM NODIS] *Aeterni Chalybis* est in duobus Pulm. Regio primo, Amstel. Vossianis sec. quint. & primo a m. pr. in Bersm. uno & Voss. texto *aeternis chalybis*. Error librariorum inde natus, quod hanc vocem pro ferro sumebant, adeoque in singulari, non in plurali efferendum existimabant. Sed *Chalybum nodi* sunt vincula ferrea, qualia conficiunt Chalybes, seu fabri ferrarii. Catullus in Coma Berenices.

Quid faciant crines cum ferro talia cedant?
Juppiter, ut Chalybôn omne genus pereat.

ubi vide Vossium. in quibusdam editis per majusculam quoque litteram C expressa jam est *Chalybum* vox.

799 POSCIT TURBA] Quia nocentiores ad Tartara sunt post bella venturi. His ergo dat locum. SCHOL.

800 APERIT] Pandit, & efficit ampliores, ut capere possint venientium noxiorum multitudinem. IDEM. L. III, 17. *Laxantur Tartara*.

803 PLACIDO] Hoc est. Scias, Pompejum poenas non esse passurum apud inferos. Pro eo enim, quod vincitur, innocens aestimatur (*exist.* V. pr.) SCHOL.

805

Sollicitet vitae: veniet, quae misceat [a] omnes
Hora duces. properate mori, magnoque superbi,
Quamvis è parvis, animo descendite, bustis,
Et Romanorum manes calcate Deorum.
Quem [b] tumulum Nili, quem Tibridis [c] adluat unda,
Quaeritur, & ducibus tantum de funere pugna est.
Tu fatum ne quaere tuum cognoscere: [d] Parcae,
Me reticente, dabunt: tibi certior omnia Vates,
Ipse canet [e] Siculis genitor Pompejus in arvis:
[f] Ille quoque incertus, [g] quo te vocet, unde repellat,
[h] Quas jubeat vitare plagas, quae sidera mundi.

Europam

VARIAE LECTIONES.

a *omnis* MSS. 3. Edd. Ven. Br. Med. b *tumulus* R. pr. c *abluit* B 1. V. 1. H. vulgo *abluat*. d *Parca dabit* V. 1. e *gen. sic.* Edd. qdd. f *ipse* R. pr. Edd. Asc. Vers. Mic. Hort. g *qua* Ed. Ascens. h versus hic deest in Boh.

805 SERVARE] Ipsos Manes locum servare Pompejo in campis Elysiis. SCHOL.

805 POMPEJO] *Pompeji* Oxon. primus, Regius primus, Voss. quart. *Pompejis* Voss. secund. quod verum puto. Dixit enim *patremque domumque*. *s* absorptum a seq. voce fecit *Pompejs*: unde, ut sensus constaret, scriptum *Pompejo*.

806 SOLLICITET VITAE] Hoc est, nec Caesaris gloria angat eum, quia non multo tempore permanebit: *Veniet hora*, quum occidet & Caesar. SCHOL. Noli exhilarare te brevi vita. SULPIT. Rectius Omnibonus, qui ita exponit: *Nec gloria parvae Sollicitet vitae*, hoc est, Ne doleas, quod post vos victurus sit Caesar: nam paulo post etiam victores morientur. MICYLL.

807 MAGNOQUE] Ordo, *& magno animo superbi descendite*. *Parvis bustis* ideo, quia non sunt honeste sepulti Pompejus, & filius ejus. SCHOL.

809 DEORUM] Hoc propter Caesarem est dictum, qui occisus, relatus est in numerum deorum. IDEM.

810 NILI] Quaeritur, inquit, quem tumulum Nili unda abluat. Pompejum dicit, cujus corpus juxta Nilum est obrutum. SCHOL.

610 TIBRIDIS] Caesarem dicit, qui discerptus à Bruto, & Cassio missus est in Tiberim. IDEM. Fuerat animus conjuratis corpus occisi in Tiberim trahere, sed metu Antonii destiterunt, teste Suetonio c. 82. Dicit tantum Lucanus: quis in Aegypto, quis Romae periturus sit.

810 ABLUAT] *Alluat unda* MS. P. rectius. GROT. Grotii correctionem, quam in textum recepi, confirmant Voss. pr. & sec. *adluat*. Quaeritur, cujus tumulus futurus sit ad Nilum, & cujus ad Tiberim. Saepissime *adluere* in *abluere* corruptum esse docuerunt viri docti. vide ad L. III, 302.

Multifidi Peucen unum caput adluit Histri.

Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 886.

Quodcumque adluitur solum
Longo Tethyos ambitu.

In Livii MSS. Voss. saepe. ut L. XXVI, 44. XXIX, 35. Valer. Flacc. ex emendatione Carrionis, L. IV, 132.

Sanguineo terras pater adluit aestu.

Sidon. Apollin. Carm. VII, 324.

Bructerus ulvosa quem vel Nicer adluit unda.

male Sirmondus *abluit*. Ut hic *tumulus adluitur*, sic Plinius L. II. Epist. 17. *Triclinium fractis jam & novissimis fluctibus leviter adluitur*. Dein malim cum amico meo, & MSS. quibusdam ita distinguere.

- - *ne quaere tuum: cognoscere Parcae,*
Me reticente, dabunt.

quamvis & vulgata interpunctio idoneum sensum habeat.

811 DE FUNERE] Quis subito moriatur, unde contendunt. nam uterque morituri sunt. SCHOL.

814 SICULIS] In Sicilia enim hic somniaturus est, patrem suum Pompejum ad se venientem, & suadentem sibi, ut fugiat inde fatum, quod sibi immineat. SCHOL. Fictio haec tantum poëtica est. nam non usquam tale somnium contigisse Sexto legitur. Vide Comm.

814 ARVIS] *Oris* MS. P. quod rectum puto.

undis

Europam miseri, [a] Libyamque, Asiamque timete:
[b] Distribuit tumulos vestris Fortuna triumphis.
O miseranda domus, toto [c] nihil orbe videbis
Tutius Emathia. [d] Sic postquam fata peregit;
Stat vultu moestus tacito, mortemque [e] reposcit.
[f] Carminibus magicis opus est, herbisque, cadaver
Ut cadat, & nequeunt animam sibi [g] reddere fata,

Consumto

Variae Lectiones.

a *Libyen* Edd. Sulp. Asc. Mic. Hort. b *distribuet* P. 2. B. 1. W. H. V. 1. Marp. A. M. & Edd. qdd. c *nil* B. 1. M. Edd. pleraeque. d *sua* V. 1. *postq. sic* H. *postquam* deest in V. 1. e *poposcit* A. f *carminibusque opus est mag.* H. g *mittere* O. 1.

undis habebat M. S. R. A. GROT. Variant in his vocibus sollemni permutatione MSS. libri. *Oris* est quoque in variis LL. Steph. uno Pulm. Regio pr. meo, Oxon. sec. a m. sec. & Edd. Sulpit. Asc. Mic. Hortens. aliisque. *Undis* Marp. & Voss. prim. pro var. lect. *Oris* certe, vel *undis* scribendum puto. nam licet sciam, non raro ab auctoribus dici gestum quid esse in regione, pro circa regionem, ut *in Sicilia*, *Numantia*, & de quibus alibi monui: non tamen omnia eo trahi debent. Respicit auctor historiam in Siculo mari gestam: in quo Sextus Pompejus & adjacentibus Siciliae oris, finitimisque locis piraticam exercuerat; verum ductu Agrippae ad Pachyni promontorium navali proelio victus, & omnibus paene navibus exutus Asiam fuga petivit, & jussu M. Antonii Mileti interemtus est, ut hic bene monet Micyllus; & vide, quos laudat Hesselius ad Vibium Seq. *Pachynos* (sic lege, non *Pachysos*; tam enim *Pachynos*, quam *Pachynum* dicitur) *Siciliae, ubi Sext. Pompejus Juvenis interfectus est.* Hic fluvium vocat, qui est mons, & promontorium; & *interfectum* dicit, ubi penitus devictus est. Utriusque erroris auctor est Lucanus male intellectus, quem passim sequitur Vibius Lib. VII. in f.

Hesperiae clades, & flebilis unda Pachyni,
Et Mutina, & Leucas puros fecere Philippos.

quo loco male etiam in MSS. nonnullis *ora.* unus Bersm. hic *armis.*

816 Plagas] Et hoc propter fugam Sexti, qui primum quidem ad Mundam cum fratre Cneo victus à Caesare, occiso ibidem fratre profugit, ac latuit. Mox Caesare à conjuratis interfecto, circa Siciliam collecta magna etiam servorum manu piraticam exercuit. Ubi postea imperante Augusto ab Agrippa navali pugna superatus, ac profligatus, Mitylenas se contulit. Inde rursum classe in Pontum delatus, & oppidis ibidem aliquot captis, tandem à suis proditus, in deditionem Antonianorum venit, à quibus captus, & abductus, postremo Mileti ab Amynta, uno ex ducibus Antonii, occisus est. Historiam tractat Appianus libro v. MICYLL.

816 Sidera mundi] Doctiss. T. Faber ad Lucret. L. I. vs. 21. ex MS. legit *secula* i. e. partes, vel species mundi ex Lucretiano stilo. non persuadet. licet *secula* etiam habeat Voss. sextus. Vulgata lectio poëtica plane, & elegans est, sed & notissima. *Alio sub sidere* L. II, 294. L. VII, 189.

Sub quorumque die, quocumque est sidere mundi.

Martialis v,

Pompejos juvenes Asia atque Europa: sed ipsum
Terra tegit Libyae, si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe? jacere
Uno non poterat tanta ruina loco.

Petronius:

Et quasi non posset tot tellus ferre sepulchra,
Divisit cineres.

GROT. Ed. tert. Epitaphia Pompejorum de tribus orbis partibus agentia plura videsis in Collectan. Pythei. L. III. à nostro, & Martiale adumbrata. *Vestris*, est familiae vestrae, patris Pompeji, ut bene Micyllus, & alii capiunt.

817 Europam] Quia Pompejus occisus est in Asia, filius ejus alter in Africa, alter in Europa. SCHOL. Non recte. ut patet ex Comm. Pompejus in Africa. Sextus in Asia. Cnaeus filius major in Europa periit.

818 Triumphis] Ibi enim singuli occisi sunt, ubi antea superaverant, & triumphaverant. SCHOLIAST. Dividet sepulchra pro victoriis vestris. Pompejus enim, qui victor in Asia fuit, ad Nilum sepelietur. Sextus in Asia. Cn. filius in Hispania. Cato & Scipio in Africa. SULPIT. *Vestris triumphis* hoc loco dictum accipio, pro triumphis familiae vestrae, aut potius, patris vestri. Patris enim gloria & in filios redundare solet. Nam filios

Pom-

Consumto jam jure semel. [a] Tunc robore multo
Exstruit illa rogum: venit defunctus ad ignes:
[b] Accensa [c] juvenem positum strue [d] liquit Erichtho,
Tandem passa mori: Sextoque ad castra parentis
It comes: &, coelo lucis ducente colorem,
Dum ferrent tutos [e] intra tentoria gressus,
Jussa tenere diem, densas nox praestitit umbras.

VARIAE LECTIONES.

a al. *tum.* b *tandem* V. 1. 2. m. pr. c *pos. juv.* V. 1. H. d vulgo *linquit.* e *inter* VV. LL. Steph.

Pompeji ipsos quidem nunquam triumphasse legimus, tametsi aliquoties felici eventu pugnârint, sed contra cives tamen, de quibus triumphus, ut & Valerius testatur, dari non solet. Pater autem Pompejus de Libycis triumphavit, devicto Domitio, & reliquiis Mariani exercitus. Postea & de Hispanis victo, ac debellato Sertorio. Ultimo autem & de Asiaticis confecto Mithridatico bello, autore Plutarcho. Quare poëtae verba hoc loco ita accipienda videntur, ut sit sensus: Fortuna distribuet tumulos vestros, iis terrae partibus, de quibus vestri, hoc est, patris vestri triumphi aliquando acti sunt, id est, Europae, Asiae, ac Libyae. Nam circa Libyam Pompejus pater sepultus est in littore Alexandrino. In Asia Sextus. In Europa Cn. filius. Unde & Martialis dixit:

Pompejos juvenes Asia atque Europa, sed ipsum
Terra tegit Libyes, si tamen ulla tegit.

MICYLL.

820 TUTIUS EMATHIA] Victus enim illic, & non occisus est. SCHOL.

823 FATA] Nunc enim potestatem non habent in eam, quia arte magae renata est, non lege naturae. SCHOL.

825 VENIT] Qui consuevit adferri. IDEM. Sunt, qui legant, *vadit.* VERSELL. *Vadit.* Mscr. quatuor, *venit:* Sed unum ex iis ita interpungit *venit: defunctus ad ignes accens.* BERSM. Recte Grotius restituit *venit*, pro *vadit*, quod nullus liber scriptus agnoscit. Cusum est in Brixiana Taberii officina, sed bene illum non secuti etiam sunt Sulpit. Ascens. Versell. Micyll. & Hortens.

826 LIQUIT] Ita dedi, pro *linquit*, motus auctoritate MSS. Bersm. Vossian. quinque, Reg. prim. Witt. & Huls. cum Edd. Ven. Brix. & Mediol.

828 LUCIS DUCENTE COLOREM] Albescente jam die. SCHOL.

830 JUSSA] Jussa ab Erichtho remorari diem nox protenta est magicis cantibus, diemque removit. IDEM.

M. ANNAEI LUCANI

CORDUBENSIS

PHARSALIAE

TOMUS ALTER.

M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE

LIBER SEPTIMUS.

Segnior Oceano, *casu quo bella geruntur,*
Ostendit primo, [a] *sic & quae dixit* [b] *uterque;*
Proxima pars bellum [c] *describit, & ultima Magnum*
Devictum cepisse fugam, sed Caesar [d] *habendas*
Militibus monstravit opes, castrisque [e] *resedit.*



egnior Oceano, quam lex aeterna [a] vocabat,
[b] Luctificus Titan numquam magis [c] aethera contra
Egit equos, currumque, polo rapiente, retorsit:
Defectusque pati voluit, raptaeque labores
Lucis: & adtraxit nubes, non pabula flammis,
Sed ne Thessalico [d] purus luceret in orbe.
At nox, felicis Magno pars ultima vitae,
Sollicitos vana decepit imagine somnos.
[e] Nam Pompejani [f] visus sibi sede theatri

no Innu-

VARIAE LECTIONES.

a *parabat* M. a m. pr. *vocaret* VV. LL. Steph. b *Lectificus* O. 1. c *aequora* W. a m. pr. d *putus* V. 1. e *jam* M. f *est vis.* B. 1. O. 1.

a ET QUAE SIBI] Meus.
b POPULO SIC ESSE QUOD UTERQUE] Barth. *utrique* Amst.
c DISCRIMINA] Amst.
d HABENDIS] Barth.
e RECEDIT] Barth.
1 SEGNIOR] Magis segnis: ut Virgilius. *haud illo segnior Aeneas.* SCHOL.
1 OCEANO] Oriens sol tardius surgebat Oceano, quam lex constitueret aeterna. IDEM.
2 AETHERA CONTRA] Contra Orientem currit: sed orbis vertigine rapitur, ut cum eo ire videatur. Hinc Virgilius *solisque vias.* IDEM.
3 CURRUMQUE] Variae lect. Steph. quat. Pulm. tres Bersm. decem mei MSS. cum Edd. Ascens. Vers. Par. Mic. & Hortens. *cursumque*; sed L. 1, 541.

Condidit ardentes Titan caligine currus.

3 RETORSIT] Scil. numquam magis segnior. Et cum non potuit se occultare, tunc voluit pati lucis ἔκλειψιν. Sol erat in magno labore, sed Pompejus erat in maxima quiete. SCHOL.
4 PRIMI TRIUMPHI] i. e. Africani. Primo enim de Afris triumphavit, deinde de Hispanis (*Hispaniis* Voss. sec.) IDEM. Hoc licet verum sit, ut ex Plinio, Plutarcho, & aliis constat, videtur tamen auctor solum intelligere de triumpho Hispaniensi. Aliter debuisset dixisse *& post d.* V. L. 1, 316. II, 549. VIII, 809.

Armaque Sertorii revocato consule victa,
Et currus, quos egit eques.

5 NON PABULA] Dicunt enim philosophi, ex nubibus

Innumeram effigiem Romanae cernere plebis,
Adtollique suum laetis ad sidera nomen
Vocibus, & plausu [a] cuneos certare sonantes.
Qualis erat [b] populi facies, clamorque [c] faventis,
Olim cum juvenis, primique [d] aetate triumphi
Post domitas gentes, quas torrens ambit Hiberus,
Et [e] quaecumque fugax Sertorius inpulit arma,
Vespere [f] pacato, pura venerabilis aeque,
[g] Quam currus ornante toga, plaudente Senatu,

Sedit

VARIAE LECTIONES.

a *cunctos* M. b *fac. pop.* MSS. 4. c *faventum* P. 1. B. 1. W. Edd. Asc. Mic. d *aestate* B. 1. e *quacumque* P. 1. Mic. & Hort. m. f *placato* V. 1. g *ac* Marp. cum R. pr.

bibus flagrantiam solis accendi. Non ideo, inquit, Sol traxit nubes, ut Physici dicunt, quo earum humore pasceretur, sed monstrum extitit (sic MSS.) ne splendidus videret civilia bella. SCHOLIAST. Fuit autem haec sententia Heracliti, & Stoicorum, qui τρέφεσθαι τὺς ἀστέρας ἐκ τῆς ἐπιγείου ἀναθυμιάσεως dixerunt, ut Plutarchus tradit in placitis philosoph. & Cicer. 2. de nat. deor. MICYLL. V. L. 1, 415. IX, 313.

7 MAGNO] Sic bene Grotius restituit ex plurimis Steph. Berlm. & Pulm. libris. Confirmant hoc Voss. prim. Witt. Oxon. duo, Boh. Marp. & alii cum Ed. Veneta. ceteri habent *magni*. V. ad L. 1, 193. inf. 557.

7 PARS ULTIMA] Bene *pars ultima vitae*. Hoc enim die amissurus est victoriam, & iturus ad Aegyptum. SCHOL.

9 POMPEJANI THEATRI] Quod in urbe construxit Pompejus. SCHOL.

12 QUALIS] S. talis plausus visus est sibi. Anacoluthon est figura cum dicit *qualis*, & non praemisit *talis*. IDEM.

15 HIBERUS] Fluvius Hispaniae, unde *Hiberi* sunt dicti. IDEM.

16 FUGAX] Regius prim. Voss. tert. Wittian. *fuga*. rectius. Quia fugit in Hispaniam, bellum movit, & Hispanorum arma in Romanos excitavit. *fugas* Voss. sext. de verbo *inpellere* vide Heins. ad Sil. XII, 15. & nos alibi saepius. consule Indic.

16 SERTORIUS] Marianae partis tyrannus fugiens Sullam ex Africa venit in Hispaniam, & excitavit multas & ferocissimas gentes in arma, cum quo Pompejus congressus aufugit. sed ipse postea Sertorius do o suorum occisus est. SCHOL. V. Plutarch. & Hortens.

17 VESPERE] Occidente, ubi Hispani sunt. SCHOL.

17 PURA] In toga pura cum in Senatu sederet, sicut in picta, & palmata, cum triumpharet. SCHOL. Hac Tyrones, & novae nuptae induebantur. Plinius, de C. Cecilia, *Ea prima texuit*, inquit, *rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, novaeque nuptae.* Haec ἀπόρφυρος, καὶ τέλειος dicebatur. Cice. ad Atticum. *Et si Ciceroni meo togam puram cum darem Arpini vellem, hanc oram ipse excusationem relicturus ad Caesarem.* Hanc *puram* in maribus etiam *virilem* dici ab authoribus opinantur. Itaque Pompejus eques Romanus, XXIV. annos natus curru triumphali juvenis, & togatus pene tyro in urbem revectus fuit, vel Sylla, qui tum consenuerat, neque diu postea supervixit, invito, sed cum magno plausu Senatus. Id vult Lucanus, cum dicit, eum venerabilem fuisse in juventute, quando ea ornabat currum triumphalem, & quidem cum magno favore senatus. Notum illud Pompeji juvenis adhuc, cum Sylla illi suum triumphum invideret, ô Sylla, inquit, plures mortalium multo orientem venerantur Solem, quam occidentem, ad aetatem suam alludens, quae sibi ab eo exprobrabatur. Sic plane habet, nascentem laudem comitatur favor, contemtus senescentem. Atque haec quidem hactenus de Pompejo. HORTENS. Simplicem togam albam intelligo, qua ut Romanus, sed adhuc eques, καὶ ἀμετόχου βουλῆς, teste Plutarcho p. m. 630. & aliis, indutus erat.

19 SEDIT] Ordo. sedit adhuc Romanus eques aeque venerabilis in pura, quam in picta toga. Nam cum adhuc eques Romanus esset, jussus est triumphare. SCHOL.

19 SEU FINE &c.] Aut ideo hoc somniavit; quia quies sub bonorum fine de venturis malis tristis, ad ea confugit tempora, quae felicia Pompejus

Sedit [a] adhuc Romanus eques. Seu, fine bonorum
Anxia venturis, ad tempora laeta refugit;
Sive, per ambages solitas contraria [b] visis
Vaticinata, quies magni [c] tulit [d] omina planctus:
Seu vetito patrias ultra [e] tibi cernere sedes,
Sic Romam Fortuna dedit. Ne rumpite [f] somnos,
Castrorum vigiles, nullas [g] tuba verberet [h] aures.
Crastina dira quies, & imagine moesta diurna,
Undique funestas acies feret, undique bellum.
Unde [i] pares somnos [k] populis noctemque beatam?

O felix,

VARIAE LECTIONES.

a *adhaec* H. b *visus* Ed. Ven. c *adtulis* V. 1. d *omnia* P. 2. O. 1. Edd. Ven. Tab. Col. Steph. Gryph. Maitt. aliaeque. e *sibi* Edd. Br. Med. f *somnum* V. 1. g *tibi* W. h *auras* H. V. 2. V. ad L. 11, 33. i *paras* R. pr. k vulgo *populi*.

pejus exegit: aut consuetis ambagibus aliud ostendit quies, cum esset factura contrarium: aut Fortuna sic per somnium dedit urbis adspectum; cum eam Pompejo jam cernere non liceret. SCHOL.

20 REFUGIT] Per recordationem. *Contraria visis.* prospera ostendens, adversa vaticinata est. *Sic* in insomniis. IDEM.

22 MAGNI] *magni* etiam Ascensius i. e. ingentis. PULM. Alii *Magni.* ut sit proprium. BERSM. Dubitat quoque Ascensius, an *magni* sit nomen proprium, ut ediderunt Stephanus, & Gryphius, an appellativum. quod verum est. Magno illi plausui magnum obponit planctum. Pro *omina* male in quibusdam *omnia.* Nemo nescit, omnia capta esse è somniis.

26 CRASTINA &c.] Nolite, inquit, hos somnos illi abrumpere, in quibus urbis optata moenia videt (*moenia continetur* Vos. sec.) Crastina enim quies erit dira. Nam erunt bella, & quod passus erit per diem, hoc cogetur in somniis videre per noctem. SCHOL.

28 UNDE PARES] Sensus hic est. Quando tales habebunt populi somnos, aut tam noctem beatam, ut habuisti tu, Magne: nam tu illos per somnium vidisti, illi te per somnium videre non potuerunt. IDEM. *Pares somnos.* Somnia populum, & duc noctem felicem. Vel sic: Etiam per somnium, aut victum & fugatum. SULPIT. Omnibonus interrogative legit, ut sit quasi quaedam conquestio, ut ipse ait, quod nunquam postea hujusmodi quietem habiturus sit Pompejus. Quasi dicas: unde enim postea pares somnos populi, hoc est, populares ac placidos, & noctem aeque beatam accipiat, sive expectet? *Somnos* autem *populi*, non quibus populus somniet, ut hic Sulpitius exponit; sed quales populus agere solet, hoc est, securos & placidos, accipio. Caeterum de hoc insomnio etiam Plutarchus meminit in vita Pompeji, qui, per quietem, inquit, visum Pompejo fuit, ad theatrum se proficisci, inque eo plebis vulgus sibi longe applaudere. Ipse Veneris victricis templum multis exornare spoliis sibi videbatur. MICYLL. Omnibono accedo, qui per interrogationem legit: & alter vetustiorum codicum interrogationem habet. Hic Mycillus accipit securos, & placidos populi somnos, quanquam & hi etiam turbulentos, & motorios (ut ita dicam) interdum vident: nonnunquam & placidos, ut aurea somnia somnient. Sed quia Pompejus triumphis, & applausibus theatralibus ab adolescentia assueverat, in hac pugna imminente eosdem se videre existimavit, quasi non dubiam sibi polliceretur vigilans victoriam. Somnia id genus vulgus hominum, qui in talibus versati non fuerunt, non videt: quorum somnia etiam ut vana rejiciuntur, cum regum, & magnorum principum ut plurimum à deo proficisci credantur. Videtur poëta ad somnium Agamemnonis allusisse, quod extat apud Homerum lib. Iliad. 11. Verba Nestoris sunt.

Ὦ φίλοι, ἀργείων ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες,
Εἰ μέν τις ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπε,
Ψεῦδός κεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον,
Νῦν δ' ἴδεν, ὃς μέγ' ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.

Id est, interprete Jo. Ca.

O Danaûm imperio, & virtutibus inclyta turba,
Toto alius si quis narraret ab agmine Grajum
Talia visa, fidem sibi non acquireret autor.
Cum vero ille penes tanti quem gloria regni est

Mi-

O felix, si te vel sic tua Roma videret.
Donassent utinam Superi, patriaeque, tibique
Unum, Magne, diem, quo fati certus uterque
Extremum tanti fructum caperetis amoris.
Tu, velut [a] Ausonia, vadis, moriturus in urbe:
Illa, rati [b] semper de te sibi conscia [c] voti,
Hoc scelus haud umquam fatis haerere, putavit,
Sic se dilecti tumulum quoque perdere Magni.
Te mixto [d] flesset luctu, juvenisque, [e] senexque,
Injussusque puer: [f] lacerasset, crine soluto,

Pectora

VARIAE LECTIONES.

a *Ausoniam urbem* R. 1. b *de te s. sibi* H. c *fati* V. 1. d *fleret* H. e *senesque* V. 1. f *laceraret* O. 1. a m. pr.

Viderit, armandi belli ad discrimina Grajos
Consilium capiamus.

Sed nimis contrusa est Omniboni explicatio. HORTENS. Mscr. *populis*, & cum nota interrogationis, q. d. quando similiter in somn. Pompejus populum, & populus Pompejum videbunt. Micyllus *somnos populi* seu *populi somnos*, ut habet Mic. exponit, quales populus agere solet, hoc est, securos, & placidos. BERSM. Utinam populo Romano similis somnus contingeret, &, sicut tu illum, ita ille te vicissim, vel hoc saltem modo aspiceret. GROT. Ed. pr. Est optantis, ut illud Syrorum, *Quis dabit?* in epistola Medeae:

Sed mihi tam faciles unde, meosque deos?

Seneca pater controv. XI. *Unde talem patrem?* IDEM. Ed. tert. Rescripsi *populis:* ut habent quoque sex Pulm. Regius primus, Wittian. & Voss. quint. cum Scholiaste, & variis Steph. lect. Voss. prim. *populo* a m. pr. Optat enim, ut contingat populo similis somnus & nox tam beata: quomodo verissime exponunt Scholiastes & Grotius. Male Sulpit. Ascensius, aliique *pares* hic non ut adjectivum, sed verbum pro *disponas*, vel *parare posses* sumserunt. Plura hujus locutionis exempla videre potes in J. F. Gronov. Diatr. Stat. c. 9. & ad Senec. L. III. de Benef. c. 36. ut & N. Heinsii notis ad Ovidii Epist. Her. XII, 84.

Sed mihi tam faciles unde, meosque Deos?

Est Vir doctus, qui sine interrogatione jungit superioribus hoc sensu. Crastinus dies bellum adferet, quo parabis, sive facies somnos, & noctem beatam populi, sive quod exitio erit totis gentibus, & populis. Quia Lucanus cum aliis poëtis saepius mortem, ut donum, & beatum somnum considerat. V. ad L. VI, 169. VIII, 395. IX, 208, 211. non putem.

29 VEL SIC] Scilicet ut Roma ita vidisset laetum Pompejum, ut ipse vidit Romam. SCHOL.

30 PATRIAEQUE] Ut, sicut tu vides eam, ita illa videret te. *Certus* ut & tu & Roma sciret, te periturum. IDEM.

32 EXTREMUM FRUCTUM AMORIS] Pulm. unus, Wittian. qui habet *fructum* pro glossa, Oxon. secund. & prim. a m. pr. & pro var. lect. Marp. *munus*. De qua locutione plura dicemus ad Lib. VIII, 741.

- - *extremo sed abest à munere busti*
Infelix conjux.

ubi plerique male habent *funere*. Hic tamen nihil muto. Eodem modo L. V. in fine.

Extremusque perit tam longi fructus amoris,
Praecipitantque suos luctus.

32 CAPERETIS] Voss. sec. *raperetis* i. e. raptim caperetis. Optime: quare merito etiam placuit Celeb. Burmanno, qui id etiam in duobus MSS. invenit, ad Valer. Flacc. L. II, 252.

Jam fuge, jam dubiae donum rape mentis.

ubi vide ipsum, & Heinsium, uti & ad Petron. c. 114. *Ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape.* Voss. sext. vitiose *carperetis.*

33 TU &c.] Nunc utique fallitur & Pompejus, & Roma. Tu enim sic profectus es (*ibis* Voss. pr.) tamquam rediturus incolumis, & ut possis in urbe mori. Illa autem i. Roma, quod sciret semper habuisse effectum vota, quae circa te gerit, non credidit, hoc scelus placere fatis, ut tu & vincaris, & pereas, & Roma etiam tuum tumulum (*vultum* Voss. sec.) perdat. SCHOL.

37 FLESSET] Si in urbe interisses. IDEM.

38 INJUSSUSQUE PUER] Cui juberi lacrimae non pos-

Pectora femineum, ceu [a] Bruti funere, vulgus.
Nunc quoque, [b] tela licet paveant victoris iniqui,
Nunciet ipse licet Caesar tua funera, flebunt;
Sed, dum tura [c] ferunt, dum laurea serta [d] Tonanti.
[e] O miseri, quorum gemitus edêre dolorem,
Qui te [f] non pleno pariter [g] planxêre theatro.
Vicerat astra jubar, [h] cum mixto murmure turba
Castrorum fremuit, fatisque trahentibus orbem,
Signa petît pugnae. miseri pars [i] maxima vulgi,
Non totum visura diem, tentoria circum

Ipsa du-

Variae Lectiones.

a *Bruti inf.* H. b *bella* V. 1. c *ferent* VV.LL. Steph. P. 3. B. 3. mei 7. recentiores. Ed. Bersm. d *Tonantis* V. 1. e *ab* V. pr. a m. pr. f *nunc* Marp. g *flexere* M. h *commixto* Voss. pr. non male. i *ultima* B. 1.

possent, sed qui sponte plangerent. SCHOL. Scaligeri conjectura erat, *investisque*. GROT. Ed. pr. Sponte sua non imperio parentum, aut aliorum. IDEM. Ed tert. *Investis* conjecerat vir magnus; quia *investis* dicitur puer inberbis, & inpubes. Vide Nonium h. v. Festum v. *vesticeps*, & Servium ad Virgil. Aeneid. L. VIII, 659. Adde Lambin. ad Lucret. L. V, 672.

Et inpubem molli pubescere veste.

Sed nulla mutatione opus est, & recte *injussus* retinent MSS. praeter unum Voss. meum, & Ed. Ven. sollemni errore *invisus*. Vult Lucanus, tantum omnibus ex Pompeji morte luctum futurum fuisse, ut pueri etiam ultro plorarent, qui alioquin caussam luctus non percipientes à matre, vel nutrice ad lacrimas suo exemplo inpelluntur, vel, ut lugeant, monendi sunt. Sic optime haec verba exponunt, & pluribus illustrant summi Viri, J. F. Gronov. Diatr. Stat. p. 130. & seqq. ubi citat *flessent juvenesque, senesque*, & N. Heinsius ad Silium Ital. L. XI, 498.

Illum turba minor moniti gaudere nepotes,
Et senior manus & juxta populusque patresque &c.

De *jussus*, & *injussus* cum alibi, tum maxime vide Collectan. Drak. ad Silium IX, 504.

39 Bruti] Publice enim à feminis defletus est, cum perisset. Hic Tarquinium expulit, pudicitiae direptorem (*propter violatam Lucretiam* Voss. pr.) SCHOL.

42 Tura ferunt] Dum haec pro victoria Caesaris faciunt, sed coacte; nunc tamen flebunt. IDEM.

43 Edere dolorem] Decretum est, ut morte Pompeji flere libere non liceret. Hos ergo *miseros* dicit, qui tacite gemunt, non plangunt. *Edere* est, consumsere. Gemebant tantum, non audentes flere. IDEM. *Odere dolorem* pro eo, quod est quorum dolor odit gemitus i. non audet prodere gemitum. Aldus autem impressit *edere*; ut sit, absumpserunt, & suppresserunt dolorem; à verbo *edo is*; quin & Beroaldus *edere* legit; quos non verear sequi. VERSELL. *Edere.* Vetera exemplaria habent ubique *edere dolorem:* non *odere dolorem.* Sulpitius exponit, *odere dolorem*, esse Hypallagen, quasi poëta dicat, quorum dolor odit, vel edit gemitus. Meo judicio, *edere* legendum est, pro consumpsere dolorem. metaph. à corpore ad animum. Est autem proprie dolor, aegritudo crucians, ut lamentatio, aegritudo cum ejulatu. Contra, laeticia est in bonorum opinione. HORTENS. *Edêre* Msc. h. e. comêdere, devorarunt, compresserunt. Alii: *odêre*. Ut sit Hypallage, q. d. quorum dolor odit gemitus. Virg.

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Tert. Msc. *egere*, q. d. repraesentarunt. BERSM. A Sulpitio est *odere*, quem secuti sunt Ascens. Micyll. & heredes Gryphii cum Maittaire. *Edere* habent quoque MSS. mei omnes, nisi quod in Voss. secundo rescriptum est, *odere*. Lucanus miseros vocat Romanos; quia iis non licuit sollemni luctu & planctu suum dolorem in ejus funere testari, sed tacito moerore, & gemitu dolorem suum devorare, & consumere paullatim debuerunt. Non ergo dolebant *ultra gemitus tacitos:* ut loquitur auctor L. VIII. 64. Contra Ovidius Lib. XIII. Metam. 540.

- - - lacrimas introrsus obortas
Devorat ipse dolor.

Infra

Ipsa ducis queritur, magnoque accensa tumultu,
Mortis vicinae properantes [a] admovet horas.
Dira subit rabies: sua quisque, ac publica fata
Praecipitare cupit: segnis, pavidusque vocatur,
Ac [b] nimium [c] patiens soceri Pompejus, & orbis
Indulgens regno, qui tot simul undique gentes.
Juris habere sui [d] vellet, pacemque timeret.
Nec non & reges, populique [e] queruntur Eoi
Bella trahi, patriaque procul tellure teneri.
[f] Hoc placet, ô Superi, [g] cum vobis vertere cuncta

a Propo-

VARIAE LECTIONES.

a *admonet* P. 3. W. *amoves* R. pr. b *animum* Ed. Ven. c *soc. pat.* B. 1. V. 1. d *nollet* M. e *petuntur* O. pr. a m. pr. f *nec* Ed. Ven. g *vobis cum* B. 1. recte.

Infra L. VIII, 634. *Claude dolor gemitus.* Si vero quid mutandum esset, malim cum uno Bersm. Cod. *egere*, hoc sensu. O miseri, qui tantum gemendo dolorem suum ostendere, & exhibere potuerunt: quorum dolor in gemitu tantum consistere debuit. *Gemitus agit dolorem* tamen notaret potius; fingit dolorem; ita gemuit aliquis, quasi doleret. licet sciam, *agere consulem, principem*, & similia saepe notare, esse consulem &c. facere ea, quae sunt consulis &c. sed & durior foret translatio dictionis à personis ad res: quare *edere* retineo.

47 PUGNAE. MISERI] Qui versu ab hinc tertio legunt *turbae*, conjungunt haec sine interpunctionis nota: alii, sicut & Mscr. tria post *pugnae* subjiciunt τελείαν. BERSM. Qui legat paullo ante *turbae*, nullum vidi; sed tamen post *pugnae* non interpungunt, saltem non τελείᾳ στιγμῇ praeter Ascensium, Pulmann. ac Grotium &c.

50 ADMOVET] Inpellit horas; dimicandi cupidine accelerant sibi fata postrema. SCHOL. Al. *Admonet* in vetusto Cod. HORTENS. Vide Briosii Epistol. p. 138. BROUKHUS. MS. T. sic habet, quomodo hunc locum emendatum video ab eodem, cujus ante & honoris & amicitiae caussa memini, Rutgersio:

Morti vicinas properantes admovet horas.

GROT. Ed. sec. tert. Non audio Illustr. Rutgers. L. I. var. lect. c. 9. emendare conanti *morti*. Non enim horas admovet morti, sed horas mortis sibi admovet i. e. accelerat, propinquas facit. Hoc enim est *admovere:* unde *admotum* pro vicino, & propinquo ponitur. L. IV, 481.

\- - - - - *nec gloria leti*
Inferior, juvenes, admoto occurrere fato.

L. V, 471.

Admotum damnare nefas.

Inf. 591.

Nec tibi fatales admoveris ante Philippos.

54 INDULGENS REGNO] Qui orbem diutius cuperet obtinere sub suo jure, & bellum ideo differret. SCHOL.

55 PACEMQUE TIMERET] Ne privatus fieret post triumphum. IDEM.

56 POPULI] Qui ad eum venerant, ut supra enarravit. *Procul.* De longinquis enim regionibus venerunt Pompejo auxilia conferentes. IDEM.

58 HOC] Ἀποστροφὴ Poëtae ad Deos. IDEM. *Hoc placet.* Vetus codex interrogationem habet. ut per indignationem interroget, num superis ita visum sit, ut errori communi etiam crimen addant, & calamitatem. HORTENS. *Hoc placet ô Superi.* Sic Martialis: *Hoc Fortuna placet?* Et Statius: *placet hoc tibi fulminis auctor?* GROT. Ed. tert. Hortensium secutus sum per interrogationem haec legentem.

58 VERTERE] VV. LL. Steph. Pulm. tres, Bersm. duo & Vossiani quatuor cum aliis à N. Heinsio consultis, teste Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. VI, 6. *perdere* habent, quae mera est glossa τοῦ *vertere* i. e. evertere, ut Lib. III, 481. *vertere ferro moenia.* sic *mutare regna* L. I. pro destruere. *vertigo rerum* L. VIII, 16. & passim similia.

59 CRIMEN] Ut, quod perimus, nobis inputetur, non fatis; quia ad pugnam ire properamus. *Inruimus* i. in clades sponte properamus.

61 VOTUM EST PHARSALIA] Ibi enim habebant pugnandi votum; ubi eos manebat exitium. Hoc est quod fieri poeta conqueritur. SCHOL. Al. *Pharsalica* in vetust codice. HORTENS. Sic edi-

[a] Propositum, nostris erroribus addere crimen?
Cladibus inruimus, nocituraque poscimus arma:
In Pompejanis votum est Pharsalia [b] castris.
Cunctorum voces, Romani maximus auctor,
Tullius, eloquii, cujus sub jure, togaque,
Pacificas saevus [c] tremuit Catilina secures,
Pertulit, iratus [d] bellis, cum rostra, forumque
Optaret, [e] passus tam longa silentia miles.
[f] Addidit invalidae [g] robur facundia caussae.
Hoc [h] pro tot meritis solum [i] te, Magne, precatur,
Uti se, Fortuna, velis; proceresque tuorum
Castrorum, regesque tui cum supplice mundo
Adfusi, vinci socerum patiare, rogamus.

Humani

VARIAE LECTIONES.

a *Prop. est.* B. 3. mei 8. Edd. Ven. Br. Med. ac Steph. Edd. Rom. Parm. d *belli* R. pr. V. ad L. II, 213. b *campis* A. c *timuit* B. 1. V. 2. Marp. *trem. saev.* e *fassus* M. f *ac dedit* R. pr. g *robor* V. 1. h *tot pro* V. 1. i *Fortuna p. u. s. te, Magne, v.* B. 1.

edidit quoque Hortens. male. *Pharsalia* est proelium Pharsalicum. Vide ad L. VI, 313.

62 AUCTOR] Al. *actor* in vetusto Cod. pro *tremuit* al. *timuit* in vetusto Cod. HORTENS.

63 SUB JURE, TOGAQUE] Dubitat Ampl. Rutgersius L. I. var. lect. c. 12. an non melius cum Scholiaste Juvenalis legeretur *jure togato*. Probarem, si MSS. annuerent. Nunc nihil muto. Est enim ἓν διὰ δυοῖν: quam loquendi formulam sexcenties occurrere, norunt docti. Ceterum Lucanus hic praeter decorum Ciceronem inducit suadentem, ut Pompejus proelium ineat: Id enim Cicero fecisse non potuit, quem constat semper suasisse, ut bellum duceret; & vide, lector, quam invehatur in hoc temerarium proelium ipse Cicero L. VII. Epist. ad Famil. 3. *suadere institui, ut bellum duceret &c.*

64 SECURES] Ipsius Tullii in pace detentas. Consul fuit tempore Catilinae. SCHOL.

65 PERTULIT] Ordo. Cunctorum voces Tullius pertulit i. e. pro omnibus est locutus, ut proelium sumeret. Irascebatur enim bellis. quod cum hic perorare vellet in pace, belli tam longo tempore tacere compulsus est. IDEM.

65 ROSTRA] Loca in Campo Martio, ubi concionabantur. *Miles.* Ipse Tullius; in Pompejanis enim castris militavit. IDEM.

67 INVALIDAE] Levem, inquit, caussam Ciceronis exaggeravit oratio. IDEM.

69 UTI SE] Verba Ciceronis. Fortuna precatur, uti se velis i. e. ut felicitatem non spernas, quam tibi offert. SCHOL.

71 ADFUSI] i. e. genibus advoluti. IDEM. *Adfulsi* Reg. pr. alii *effusi* male. vide Heins. ad Sil. Ital. VI, 572. & ad Valer. Flacc. I, 762.

72 HUMANI GENERIS] Hoc est, omnium hominum genus ideo tamdiu dimicabit, ut unum Caesarem vincat. SCHOL. Vel an propter unum Caesarem tam diu in armis erit totum genus humanum. Ald. autem Ascens. Colin. Steph. Gryph. Mic. Hortens. Pulm. & Bersm. edidere *humano generi*, non male. sed contra MSS. omnes, uno aut altero recentiore excepto.

74 INDIGNUM EST] Sensus hic est, merito omnes gentes aegre ferre, quod tarde Caesar opprimitur: cum enim eas quasi transcurrens, & transiens subegeris, nunc in solo Caesare tuam victoriam demoraris. SCHOL.

77 IPSAE SUA S. R.] Ita bene restituit Bersmannus ex duobus MSS. pro *tua*: quomodo jam ante ipsum ediderant Sulpit. Ascens. Versell. Colin. Steph. Gryph. aliique, & confirmant MSS. mei omnes, excepto Regio recent. & Voss. tert. De hoc reciproci usu, ejusque corruptione egimus ad L. I, 657. V, 311. & alibi. Micyllus, & Hortensius edunt *ipsi sua*, quorum posterior intelligit *Deos*, eamque lectionem juvat Regius prim. sed malim *ipsae*. Sponte, injussu tuo acies revellent signa sua, non autem Pompeji, qui tantum comes, & dux à Senatu jussus erat, ut saepe Lucanus,

Humani generis tam longo tempore bellum,
Caesar erit? merito, Pompejum vincere [a] lente,
Gentibus, indignum est, [b] à transcurrente [c] subactis.
Quo tibi fervor abit, aut quo fiducia fati?
De Superis, ingrate, [d] times? [e] caussamque Senatus
Credere [f] Dîs dubitas? ipsae sua signa revellent,
Prosilientque acies. pudeat [g] vicisse coactum.
Si duce te [h] jusso, si [i] nobis bella geruntur,
Sit juris, [k] quocumque velint [l] concurrere campo.
Quid mundi gladios à sanguine Caesaris arces?
[m] Vibrant tela manus: vix signa [n] morantia [o] quisquam
Exspectat: propera, ne te tua classica linquant.
Scire Senatus avet, miles te, Magne, sequatur,

An co-

VARIAE LECTIONES.

a *lentum* B. 1. *tarde* B. 1. H. b *te* P. 2. V. 1. A. O. 1. M. Ed. Ven. Par. Asc. &c. V. 1. a m. sec. *a te* H. c *devictis* R. pr. d *timens c.* Ed. Parm. e *caussae* R. 1. f *te* R. 1. g *vidisse* Grot. & Hack. Edd. vitiose. h *jussi* V. pr. a m. pr. i *tantum* Ed. Parm. k *quodcumque* B. 1. *quicumque* O. pr. a m. sec. l *occurrere* V. 1. m *vibrat* V. 1. n *morientia* H. o *quisque* VV. LL. Steph.

nus, & hic ex optimatium sententia loquitur Cicero.

79 JUSSO] A nobis, sive à Senatu. Cur non opus temperas voluntati nostrae? cur non Senatui summum jus concedis, qui te ducem fecit. Si quod pugnas, nobis erit profuturum, permitte, ut fiant, quaecumque volumus. SCHOL.

79 SI DUCE TE JUSSO] Non jubente. Si tibi Senatus, non tu Senatui imperas. Posses & *justo* scribere, id est legitimo. GROT. Juvat hanc Grotii conjecturam nonnihil Schol. Voss. sec. in quo insuper legitur. *Si te esse volumus justissimum ducem.* Sed *justo* non tamen recipio. nam si justus est dux Pompejus, non debet esse juris pugnare, ubi illi velint, sed ubi duci visum est opportunum.

80 SIT JURIS QUOCUMQUE VELINT CONCURRERE CAMPO] Imo *velim*, ut habent MSS. loquitur autem Cicero non ex sua tantum, sed & ex Senatus persona. GROT. *Velim* reperio in Regio pr. Witt. Voss. sec. tert. quint. Oxon. sec. Amst. Edd. Rom. Parm. & Mediol. *Velis* Ed. Brix. durius tamen mihi videtur *velim*, & nimis longe quaesitum, ac natum potius ex Scholiastis expositione. *Velint* scilicet *acies*, quae sua signa revellent, & pugnabunt, vel subaudito generaliore nominativo.

83 LINQUANT] Plerique exponunt, *te invito proelium inibunt.* Hortens. *te deserant, & à signis deficiant.* Mihi videtur esse, cura, ne te vincant tui milites, & alacriores te sint. quod patet ex var. lect. Voss. sec. *l. vincant.* Metaphora ducta à cursoribus, qui, quos superant, post se relinquunt; quam adhibere solent passim auctores.

84 SCIRE SENATUS] Hoc dicit. Scire vult Senatus, cujus negligis voluntatem; utrum sub te militet, & sub tuo jure sit constitutus, an vero ipse tecum sui juris participaverit dignitatem. SCHOL. Simplex complexio est, cujus altera parte deleta, concluditur esse pugnandum. Nam quod Senatus militet sub Pompejo, non fatebimur: si fateamur, erit dilemma, & non complexio. SULPIT. Rectius hunc locum Glareanus exponit, quam Sulpitius. uno verbo Pompejum quasi circumcludit, ut aut fateatur se tyrannum, aut pareat Senatui, qui eum Ducem adversus Caesarem elegerit. Totum pondus in duobus verbis est, *Miles*, & *comes*, ut non minus argute, quam diligenter annotavit Badius, sic GLAREANUS. Concludit itaque Cicero, ut si fateatur, Senatum Pompejum militem sequi, eum tyrannum esse, cui tantum authoritate ejus imperium sit delatum: sin comitem, agnoscat Senatum superiorem se, & ei parere oportere, ut in aliis rebus, ita maxime hic, cum pugnam postulet. HORTENS.

86 SUAE MENTI] In Marpurg. pro var. lect. est *morti.* unde quis conjicere posset *suo marti.* sed nihil temere innovare praestat, salvo vulgato sensu.

An comes. Ingemuit Rector, sensitque, Deorum
Esse dolos, & [a] fata suae contraria menti.
Si placet hoc, [b] inquit, cunctis, si milite Magno,
Non duce, tempus eget, [c] nil ultra fata morabor.
Involvat populos una Fortuna ruina,
[Sitque hominum magnae lux ista novissima [d] parti.]
Testor, Roma, [e] tamen Magnum, quo cuncta perirent,
Accepisse diem. potuit tibi vulnere nullo
Stare labor belli: [f] potuit sine caede [g] subactum,
Captivumque ducem [h] Romanae tradere paci.
Quis furor, [i] ô caeci, scelerum? Civilia bella
Gesturi, metuunt, ne non cum sanguine vincant.
Abstulimus terras; exclusimus aequore toto;

Ad prae-

VARIAE LECTIONES.

a *vota* R. pr. b *cunct. inq.* B. 1. c *non* B. 2. V. 3. W. M. O. 1. H. V. ad L. VIII, 64. *nihil* A. d *parte* R. pr. e *quidem* VV. LL. Steph. f *potui* V. 1. Edd. Ald. Vers. Col. Steph. Mic. g *coactum* B. 1. R. 1. h vulgo *violatae*. i *est* R. 1.

88 NON DUCE] Ut non sim dux, sed miles. Si hoc necessarium est tantum, ut vobiscum pugnem, non ut imperem vobis, quid facere debeatis. Ut Virgilius.

- - - *non defensoribus istis*
Tempus eget.

SCHOL.

90 SITQUE HOMINUM MAGNAE] Et sit hic ultimus dies magnae hominum parti i. e. Pompejanis. IDEM. Voss sec. Languet hic versus, & plane enervus est inter duas summum exitium significantes dictiones *involvat una ruina*, & *quo cuncta perirent.* Quamdam ei vim addere quidem conatus est amicus meus, ingeniose conjiciendo.

Sitque hodie Magni lux ista.

Ut distinguat populos externos à Romanis more suo. sed nimia repetitio vocis *magni*, ut & *hodie* (V. ad vs. 257.) obstat, & quod magis urguet, Pompejus, inprimis post hanc exprobrationem, non potuit senatum reliquumque exercitum *suas partes* adpellare. Immo clare Lucanus semper hanc invidiam à Pompejo amovet, & *reipublicae partes*, *publica signa* &c. duce Pompejo semper vocat. Unde L. V.

- - - - *docuit populos venerabilis ordo*
Non Magni partes, sed Magnum in partibus esse.

Vide etiam Pompeji orationem Lib. II. Putem itaque, consentiente eodem amico, versum esse spurium, & pro explicatione quasi additum. Eamque opinionem confirmat veterrimus, & optimae notae Cod. MS. Illustr. praesidis Bouhierii, in quo ne vestigium quidem hujus versus apparet. Cuncta perisse per cladem Pharsalicam, passim inculcat auctor.

91 MAGNUM ACCEPISSE DIEM] Aut *magnum diem accepisse* intelligimus, ut sit *magnus dies illi*, quo cuncta peritura sunt, aut *me Magnum i. Pompejum accepisse diem.* Ad proelium enim non cogo, sed cogor. SCHOL. Unice vera est ultima expositio.

93 POTUIT] Labor scilicet belli. *Violatae*, quam Caesar violavit. SCHOL.

94 VIOLATAE PACI] Caesarem captum in nostram potestatem redigere, ac tradere in pristinam pacem, quam ipse prior violaverit: vel ad novam pacem ab integro, quae adhuc turbata bello est. Quaedam exemplaria, inter quae unum vetus est, legunt, *Romanae paci*, quasi ea tantum civium Romanorum interesset, ac Italiae. HORTENS. *Romanae paci* sive ad utilitatem, & pacem Reipubl. Romanae exponentes edunt Ascens. Versell. & ex iis Micyllus, & Hortens. *Romanae* etiam est in variantibus Stephani lectionibus, duobus Pulm. Ex meis quoque in Regio primo, Wittiano, & Oxon. prim. sed illis omnibus suprascriptum est *violatae*. Vossianus quoque tertius habet, & primus pro varia lectione. Non displicet tamen omnino mihi *violatae*, & potuit *Romanae* in textum inrepsisse ex glossa V. *tibi* sc. *Romane*, ut est in Hulsii Mso.

Assy-

Ad praematuras segetum jejuna rapinas
Agmina compulimus, votumque [a] effecimus [b] hosti,
Ut mallet sterni gladiis, mortesque suorum
Permiscere meis. belli pars magna peracta est
[c] His, quibus effectum est, ne pugnam tiro [d] paveret:
Si modo virtutis stimulis, iraeque calore
Signa [e] petunt. multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali. fortissimus ille est,
Qui, promtus metuenda pati, si comminus instent,
Et differre potest. placet haec tam prospera rerum
Tradere Fortunae? [f] gladio permittere mundi
Discrimen? pugnare ducem, quam vincere, malunt.
Res mihi Romanas dederas, Fortuna, regendas:

Accipe

VARIAE LECTIONES.

a *effigimus* V. sec. pro var. lect. b *hostis* W. c *iis* Edd. qdd. d *timeret* V. 1. e *petant* R. 1. A. f *Et gladio* meus. *gladiis* B. 1. Marp.

Assyria pax L. VIII; 427. qui locus valde juvat *Romanam pacem*.

96 GESTURI] Figuratum est, quod tam subito transit à secunda persona ad tertiam. SCHOL.

97 TERRAS, AEQUORE] De duobus elementis dicit exclusum Caesarem, in quibus homo potest esse. IDEM.

99 AGMINA] Supra dixit, fame obsidentem exercitum Caesaris laborasse. IDEM.

100 MALLET] Quam fame laborare. non mirum, inquit, si ipsi bella petunt; quia jam fame peribunt. IDEM.

100 MORTESQUE] Recte id retinent quidam Pulm. & Bersm. libri, cum Witt. Reg. pr. Voss. tert. Bouh. Marp. Oxon. Amst. & plerisque Edd. Ceteri cum primis aere expressis libris *mortem*, ignorantia librariorum. Passim omnes scriptores, & noster *mortes* in plurali usurpant. Eadem confusio L. II, 82.

- - - - *debet multas hic legibus aevi,*
Ante suam, mortes.

156.

- - - - - *mortesque cruento*
Victori rapuere suas.

Sed consule indicem, &, qui unus est instar omnium, J. G. Vossium Analog. L. I. c. 40.

102 EFFECTUM EST] Offendit vehementer repetitum istud *est*; *peracta est his, quibus effectum est*. Quare omnino arbitror, alterutro loco delendum esse; posterius non agnoscit Amstel. Sequens versus deest quoque in MS. Bouhier. & recentiore manu insertus est Voss. secundo.

102 TIRO] Tirones habuit Pompejus in exercitu suo, unde hoc tempore, quo dilatum à se bellum est, hoc dicitur perfecisse, ut institueret novos milites, ne timerent; sed hoc à poëta per sententiam dictum, quod tironem docuerit non timere his, quibus b. pars m. peracta est. SCHOLIAST.

104 SUMMA PERICULA] In desperationem, ut id, quod metuit, citius velit experiri. IDEM.

107 DIFFERRE] Illum dicit esse fortissimum, qui & paratus est, omnia metuenda ferre, cum venerint; & tamen laborat, ut differat. IDEM.

108 FORTUNAE] Ut, quae jam prospera contigerunt, rursus in dubios revocentur eventus. IDEM.

109 PUGNARE] Si enim bellum gerimus, modo pugnamus; si differimus, vincimus. IDEM.

109 MALUNT] Mscr. *malunt?* cum nota interrogationis. BERSM.

111 MAJORES] A me factas. SCHOL.

112 NEC CRIMEN, NEC GLORIA] Crimen, si vincimini; gloria, si vincitis. Bene autem negat, ad belli exitum pertinere; quia fortunae credidit res Romanas. IDEM.

113 VINCIS APUD SUPEROS VOTIS ME CAESAR INIQUIS] i. e. Dii citius te exaudiunt, Caesar, iniqua poscentem, quam me aequa, & justa rogantem. Nam pugnatur, quod tu vis; pax non est, quam ego opto. IDEM. *Vincere votis* optime exponit

Accipe majores, & caeco in Marte tuere.
Pompeji nec crimen erit, nec gloria, bellum.
Vincis apud Superos votis me, Caesar, iniquis:
Pugnatur. quantum scelerum, quantumque malorum
In populos lux [a] ista feret! quot regna jacebunt!
Sanguine Romano quam turbidus ibit [b] Enipeus!
Prima velim caput hoc funesti lancea belli,
Si sine momento rerum, partisque ruina
Casurum [c] est, feriat: [d] neque enim victoria Magno
Laetior. Aut populis invisum, [e] hac [f] clade peracta,
Aut hodie Pompejus erit miserabile nomen.
Omne malum [g] victi, quod [h] sors [i] feret ultima rerum,
Omne nefas victoris erit. Sic [k] fatur, & arma

Permit-

VARIAE LECTIONES.

a *ipsa* W. b *Enipheus* MSS. & Edd. qdd. V. ad L. VI, 372. c deest in A. d *nec* V. 1. A. e deest in B. 1. M. f *caede* P. 1. V. 1. O. 1. Marp. g *victis* W. h *fors* P. 2. V. ad L. II, 55. i *ferat* V. 2. *fert* P. 3. Edd. Rom. Asc. Par. Mic. Hort. *feret* al. k *fatus* VV. LL. Steph. Marp. male.

ponit Scholiastes. Millies enim Caesar optaverat, ut pugnae sibi copia daretur; quae vota jam tandem valuerunt. Hinc vs. 239.

- - - *votis sibi mille petitum*
Tempus.

250.

Nil opus est votis, jam fatum arcessite ferro.

Cum contra Pompejus semper bellum ducere, nec acie congredi cupiebat. Vicit ergo eum Caesar votis i. e. vota Caesaris, ejusque preces plus valuerunt apud superos, quam vota Pompeji. Hoc sensu *vincere* etiam apud Ovidium legas Epist. Heroid. VI, 137.

Quid refert; scelerata piam si vincit.

Non vero huc trahendus est locus Justini L. XX. c. 3. *prius votis hostes quam armis vincendos.* i. e. plura dona, & ἀναθήματα Apollini danda. In nonnullis Mstis est *fatis*, solemni librariorum errore; quasi diceret, tua fata plus valent, quam mea, quae à tuis vincuntur. De quo loquendi more consule Celeb. Vir. ad Ovidium Epist. 1. Her. 28.

Illi victa suis Troia fata canunt.

L. VIII, 307.

- - - *fatis nimis aemula nostris*
Fata movent Medos.

Valer. Flacc. L. VII, 446.

Sed fatis sum victa tuis.

Sua & publica fata miscere Silius L. II, 301. supra vs. 51. & passim.

114 PUGNATUR] Msc. & liber unus, *pugnetur*; ut sit, quasi concedentis. BERSM. Omnes mei *pugnatur* retinent, & est argumentum, quo ostendit, se victum à Caesare votis, ut bene notat Scholiastes. i. e. pugna certa est, non differetur amplius. Sed & *pugnetur*, si MSS. idonei confirmarent, non plane contemnerem; hoc sensu; sed age, *pugnetur*; nam video superis favere plus votis Caesaris, quam meis.

119 FERIAT] i. e. Si ex morte mea nullum discrimen est habitura respublica, nec pars, quam secutus sum, cupio prius occidi; & est ordo. *prima lancea funesti belli caput hoc feriat.* SCHOLIAST.

120 LAETIOR] Quam mors scilicet. IDEM.

120 AUT POPULIS INVISUM] *Miserabilis* erit Pompejus, si victus fuerit; *invisus*, si victor. IDEM. Ita verissime explicant hunc locum Scholiastes Voss. prim. & Witt. Cod. Omnibon. Sulp. Ascens. & Beroald. Quod clare patet ex sequentibus: nam omne nefas victori inputabunt, & victus omne malum consequetur. Schol. Voss. sec. male *invisum* exponit; & *miserabile* post mortem, quod vel omnes eum exsecrarentur, veluti caussam civilis belli; vel miserarentur, quod sine caussa occisus esset. Hortensius vero ait; *invisus* ero apud omnes populos, si superstes fuero cum clade meorum. *Miserabilis* si victus è pugna excessero. Sed quae in his est differentia?

122

Permittit populis, [a] frenosque furentibus ira
Laxat: &, ut victus violento navita Coro
Dat [b] regimen ventis, ignavumque, arte relicta,
Puppis onus trahitur. [c] trepido [d] confusa tumultu
Castra fremunt, animique truces sua pectora pulsant
Ictibus incertis. multorum pallor in [e] ore,
[f] Et mors ventura [g] est, faciesque simillima fato.
Advenisse diem, qui fatum rebus in aevum
Conderet humanis, & quaeri, Roma quid esset,
Illo Marte palam [h] est. sua quisque pericula nescit,
Adtonitus majore metu. quis litora ponto
Obruta, quis summis cernens in montibus aequor,
Aetheraque in terras dejecto sole cadentem,

Tot re-

VARIAE LECTIONES.

a *& frena* V. 1. b *regnum* Edd. Ven. Br. Med. c *rapido* al. V. Burm. ad Val. Flacc. VI, 342. d *concussa* W. a m. pr. e *ore est* B. 1. V. 1. A. f *mortis venturae* vulgo. g deest P. 3. B. 2. V. 3. O. 2. Ed. Pulm. h *&* A.

122 OMNE MALUM] Omne damnum inputabitur victo, omne peccatum inputabitur victori. Hoc ait; quidquid victus mali in ultima sorte pertulerit, hoc totum ad victoris crimina conferetur; quippe in socios sunt saevituri. SCHOL.

127 PUPPIS ONUS] Ipsum gubernatorem, cum cedens vento reliquit officium gubernandi, appellavit *ignavum onus puppis*; quia tantum vehitur, non gubernat. Sic, inquit, remisit Pompejus imperium suum furentium militum voluntati. IDEM. Interpretantur Commentatores hoc de ipsa puppe; quae constructio tamen durior videtur. Quare fere accedo Scholiastae, *puppis onus* intelligenti de ipso navita, qui post relictam gubernandi artem factus modo est ignava *sarcina* & inutile *pondus*. Et sic melius in similitudine persistit. Ovid. in Epist. Bris.

Non ego sum classi sarcina magna tuae.

Subaudiendum est autem. *&* sc. dat regimen populis, *ut* &c.

129 Pallor] Multi vicina morte pallebant. Ipsum pallorem *vicinam mortem* dixit. In hoc enim signa sunt mortis. Ut Virgilius. *Et pallida morte futura*. SCHOL. In vulgatis editionibus *pallor mortis* legas, non *mors*: sed bene: quod elegantissimam nobis lectionem conservarunt Pulmanni MS. primus, Regius prim. & Vossian. prim. *Et mors ventura est*. Hulst. *Et mortis* contra metrum. *Mors ventura est in ore* i. e. ita pallebant, quasi iam mortui essent: quod ideo explicat per seqq. *faciesque simillima functo.* In Hamburg. MS. est *Martis venturi*, teste Cl. Drakenborch. ad Silium L. X, 474. *In facie inerat vecordia* Sallust. B. Catil. 15.

130 FACIESQUE SIMILLIMA FATO] Nemo nescit, *fatum* sexcenties à poëtis, & à nostro passim sumi pro morte. Sic L. IV, 484. Inf. 252. Hic tamen tam propter sequens *fatum*, quam quidem maxime ob varietatem Mstorum non locutus esse ita videtur auctor. *letho* habent Pulm. unus, Voss. sec. & tert. qui insuper pro var. lectione dat *morti*. Verum, ut dicam, quod sentio. mihi adridet conjectura Orvillii mei ingeniosissima, licet ipse eam rejecerit.

Faciesque simillima functo, vel *functis*.

Facies multorum, in qua mors ventura conspiciebatur, simillima erat ei, qui jam fato functus, & mortuus est. L. VI, 758.

- - - *nondum facies viventis in illo*,
Jam morientis erat: remanet pallorque rigorque.

Functus autem simpliciter pro fato functus, mortuus, usurpatum quoque est ab aliis. Seneca Thyest. 748.

Ne tegat functos humus.

Oed. 579.

Tellus ut dares functis viam.

In primis vero à Statio nostri imitatore. Lib. II. Theb. 15.

Functis quamquam & lumine cassis.

III, 143.

- - *versatque in sanguine functum*
Vulgus, & explerat manes.

Tot rerum [a] finem, timeat sibi? non vacat, [b] ullos
[c] Pro se ferre metus: Urbi, Magnoque timetur.
Nec gladiis habuêre [d] fidem, nisi [e] cautibus asper
Exarsit mucro. tunc omnis lancea saxo
Erigitur: tendunt nervis [f] melioribus arcus:
Cura fuit, lectis pharetras inplere sagittis.
Auget eques stimulos, frenorumque aptat habenas.
Si liceat Superis hominum conferre labores,

Non

VARIAE LECTIONES.

a *& finem* Ed. Ven. *fines* B. 1. b *illos* B. 1. *ullus* V. pr. a m. pr. c *per* A. d *locum* V. 1. a m. pr. e *cotibus* vulgo. f *majoribus* MS. Hamb. V. Drak. ad Sil. IV, 824.

IV, 483. *per crimina functis.* 511. *functorum fibrae.* VIII, 11.

Eumenis, aut furvo Proserpina poste notarat
Coetibus adjunctum functis.

& alibi. Sympofii Aenigm. 82.

Frons juvenis functi.

ubi temere Heumannus reponit *pulchri.* Adde N. Heinf. ad Pedon. Albinov. Eleg. ad Liviam 393.

Adde, quod est absens functus.

Poffet & conjici *faciesque f. buxo.*

131 ADVENISSE] Constat, inquit, diem advenisse, qui in aevum i. in perpetuum humanis rebus constitueret, & daret fatum. Hoc enim die Caesar victoriam consecutus primus factus est Imperator: quae res perpetua facta est, ut res omnes humanae fatum habeant serviendi. SCHOL.

132 QUID ESSET] Domina, an ancilla. Utrum imperaret huic, an ipsa regnaret. IDEM.

134 MAJORE METU] Quod de omnium periculis cogitabat. IDEM.

135 AEQUOR] Factum diluvium. *Aethera* chaos factum. IDEM.

139 CAUTIBUS] i. cotibus, quibus gladii acuuntur. Sane idem lapis dicitur *cos*, *cotis*, & *cautes*: quia *au* mutatur in *o*. ASCENS. Al. *cotibus* in vetusto Cod. HORTENS. Mscr. quatuor *cotibus*, & pro *nisi* unum habet *ni*. BERSM. Primus omnium, quod sciam, Grotius praetulit *cotibus*; uti scribitur etiam in Regio pr. Marp. Oxon. sec. Voss. quarto; & aliis forsan. *Cautes* à *cotibus* ita distingui possent. quod *cautes* dixerint, quoscumque crudos lapides, ut ipse noster L. III, 507. *Cotes* vero lapides, ad acuendum ferrum aptatos, vel idoneos. Quare praefero hic *cautes*. acuerunt ferrum in lapidibus quibuscumque, tam cotibus, quam aliis; prout cuique erat facultas. Sonus autem τ *au* & *o* in syllabis longis videtur vix potuisse distingui à veteribus: unde creberrime confunduntur. Vide ad L. V, 456. N. Heinsium ad Metam. XII, 46, 430 & quos laudat Broukhus. ad Propert. L. 1. El. 9, 30. Si cui *cotibus* magis placet, non refragor. Cum hoc adparatu bellico confer Virgil. L. VII. Aen. 630. &c. Silium IV, 12. &c.

140 EXARSIT] Cum enim acuitur, incalescit. SCHOL. Horat. O. II, 8, 16.

Semper ardentis acuens sagittas
Cote cruenta.

141 ERIGITUR] Ut curva non sit, adposita aciei saxo inprimitur, & acuitur. SCHOL. Mscr. *exuitur* scilicet expulsa rubigine. BERSM. *Erigitur* rectum est, pro lancea, quae retusa est, ita refingitur, ut aciem recipiat. V. ad L. VI, 160.

143 APTAT HABENAS] *Artat* in veterib. Codicib. HORTENS. Referunt aliquot scripti Codices, quibus usus optimus, & diligentissimus Pulmann. *fraenorumque arctat habenas.* Mihi tamen placebat Weidnerianum, *fraenorumque aptat habenas*, & sic Silium quoque loqui, memini. MODIUS. Novant. LL. Ep. 24. Mscr. duo *artas*, sed unum ad marginem reponit *aptas*, ut est in aliis duobus. BERSM. *Artat* variae lect. Steph. & ex meis etiam habent MSS. novem, & Ed. Veneta. pro var. lect. Voss. primus ita concipit hunc versum.

Aptat eques stimulos, frenorumque artat habenas.

Artat praetulisse etiam videtur N. Heinsius ad Claudian. Sec. Cons. Stilic. 120. Hoc tamen loco contra aliorum Codd. & typis expressam lectionem innovare nihil ego ausus fui. *Aptare* autem passim à poetis dicitur de omnibus rebus, quae bello parantur. Unde Horat. L. II. Sat. V, 110.

Aptarit idonea bello.

Sic *aptare arcum humeris*, *lacertos*, *ensem habendo* & similia saepe. Consule modo Indices. Non raro

vero

Non aliter, Phlegra rabidos tollente Gigantas,
Martius incaluit Siculis incudibus ensis:
[a] Et rubuit flammis iterum [b] Neptunia cuspis,
Spiculaque [c] extenso Paean Pythone [d] recoxit,
Pallas Gorgoneos [e] diffudit in [f] aegida crines,
Pallenea Jovi mutavit [g] fulmina Cyclops.
Non tamen abstinuit venturos [h] prodere [i] casus
Per varias Fortuna notas. nam Thessala rura

Cum pe-

VARIAE LECTIONES.

a *erubuit* B. 1. A. b *Netumnia* A. c *extincto* Ed. Br. Par. *extento* Asc. d *retorsit* B. 2. male. V. Bentl. ad Hor. O. XXXV. e *diffundit* V. 1. *diffigit* A. f *aegide* R. pr. B. 1. Ed. Mic. Hort. g *vulnera* R. pr. h *perdere* W. V. 1. i *motus* W. Marp. pro var. lect.

vero hae voces confunduntur: ut L. VIII, 655.

Aut laqueum collo tortosque aptare rudentes.

Juvat tamen lectionem *&* *artat* magnopere Schol. Voss. sec. artat, aptat *in aliis.* artat *melius: nam pugnaturi signum est, cum dicamus è contrario*, habenam laxare, *qui fugiunt.* Immo forsan opponere auctor voluit augmentum stimulorum, & artationem frenorum. ut *stimulos*, & *frena* obponit L. V, 176. ubi v.

145 PHLEGRA] Civitas & mons est Thessaliae, de qua fuerunt Gigantes, qui proeliati sunt contra Deos. SCHOL. V. ad Lib. IV, 597. & hic Comment.

145 RAPIDOS] Mscr. *rabidos.* probe. BERSM. Optime Bersmannus, quem posteriores praeter Maittaire more suo agentem secuti sunt, legit *rabidos:* quomodo jam ediderant Sulpit. Ascens. Micyll. Hortens. aliique. Idque confirmant quinque Pulm. & septem nostri veteriores. Ovidius L. XII. Metam. 494.

Ecce ruunt vasti rabido de more bimembres.

ubi vide. Valer. Flacc. L. IV, 104.

Quales aetnaeis rabidi Cyclopes in antris.

ubi male Vossius *rapidos* ex Lucano citat. Plura de confusione horum verborum diximus ad L. VI, 27, 66. Dein scripsi *Gigantas* cum Regio primo & Voss. quarto. monuimus ad L. IV, 593.

146 MARTIUS] Qui Marti fiebat. *Siculis.* Nam juxta Siciliam Vulcania est, ubi est officina Vulcani. SCHOL.

147 ITERUM] Jam enim rubuerat, cum primum est fabricata. IDEM.

148 PYTHONE] Quibus Apollo ante Pythonem serpentem vulneraverat, & occiderat IDEM.

149 GORGONEOS] A Gorgone, contra quam Perseus pugnavit, & habuit crystallinum clipeum.

Aegida. Accusativus, in suam loricam. Αἶγα Graece dicunt capram, Αἰγίδα pellem caprae; unde lorica Palladis involvitur. SCHOL.

150 PALLENEA] A Pallene civitate Thessaliae, ubi Jovi fulmina sunt fabricata. *Non aliter* ubique accipimus. IDEM.

150 PELLENEA] Pellena oppidum est in Achaia ad Sycionem. Pallana vero in Laconia situm, ut Strabo docet. Sed legendum arbitror *Phalenea*, id est, Thessalica, à Phalenis oppido juxta Phlegram, ut Plinius habet. Ibi gigantes sunt fulminati. SULPIT. Quae vero hoc loco adducit Sulpitius, aut ex corruptis authorum codicibus citavit, aut ipsius codex postea corruptus est. *Pallenaea* omnibus legendum. Pallena enim Macedoniae regio, cujus urbes sunt, Potidaea, quae & Cassandria, Aphytis, Aege, Therambus, Solone, Mendis, Sama, ut Herodotus libro septimo tradit. Ipsa Pallena olim Phlaegra appellata, idem inquit Herodotus. Plinius autem libro quarto, capite 9. Phlegram subjungit Pallenae. Phlegraeos vero campos in Campania juxta Cumas ponit. libro III. capite 5. & libro XVIII. capite 11. itidem Strabo lib. V. Fabula vero de Gigantibus, haud dubie in Pallenaea regione primum ficta, postea in agrum Cumanum delata, nullam aliam ob caussam (ut Strabo inquit libro V.) quam quod terra ipsa Cumana suapte virtute proeliorum concitatrix esset: vel quod ibi sulphuris, & ignis, & aquarum calidarum plena sint omnia. Et talibus ignis, & aquae profluviis Gigantum vulnera fulminibus dejectorum tribuuntur. GLAREAN. *Pallenea* legendum, à Pallene. Est autem Pallene oppidum Macedoniae, sive Thraciae, quod & Phlegra aliquando dictum fuit, ut Stephanus ex Eudoxo tradit. Et meminit Eustathius in catalogo, Πελλήνη, inquiens, πόλις Ἀχαΐας ἡ μέντοι Παλλήνη, διὰ τοῦ α ποίης.

Cum peterent, totus venientibus obſtitit [a] aether:
[b] Inque oculis hominum fregerunt [c] fulmina nubes:
Adverſaſque faces, [d] inmenſoque igne columnas,
Et trabibus mixtis [e] avidos [f] Siphonas aquarum
Detulit, atque oculos ingeſto fulgure clauſit.
Excuſſit criſtas galeis, capuloſque ſolutis

Perfudit

VARIAE LECTIONES.

a *aër* B. 1. H. b *Inque hominum* &c. V. 1. c *fulgura* VV. LL. Steph. B. 3. A. V. 1. *flumina* Ed. Par. Hort. m. d *inmenſaſque* B. 1. e *avidas* R. 1. f vulgo *typhonas*.

πόλις ἐπὶ Θρᾴκης, καὶ Χεῤῥόνησος διτείχιστος, ἡ καὶ Φλέγρα λεγομένη. περὶ ἣν Ἡρακλῆς τοὺς γίγαντας κατεπολέμησεν. *Fulmina* igitur *Pallenaea* vocat poëta, vel quibus mox Jupiter apud Pallenen contra Gigantes uſus eſt, κατὰ ἀναχρονισμὸν, vel, ut Omnibono placet, quibus eodem loco antea Aloidas, Otum & Ephialten proſtravit. MICYLL. Mſc. duo *Pallanea* (ut Marp. cum Voſſ. tert.) male: Pallene opidum Macedoniae ſive Thraciae. Unde dicta *Pallenea*, fulmina, quibus tum contra Gigantes uſus eſt, κατὰ πρόληψιν, ἢ προαναφώνησιν, ἢ ἀναχρονισμὸν, vel quibus ibidem Aloidas antea proſtraverat. BERSM. Sulpitius videtur ſecutus eſſe Ed. Venetam, quae habet *Pellenea*. Sed male; ut jam docuerunt Viri Docti. Hinc *Jovis Pallenei triumphi* memorantur Statio L. IV. Silv. c. 2, 37. ubi vid. Barth.

151 PRODERE CASUS] Al. *prodere motus* in vetuſto Codice. HORTENS.

152 NATURA] Mſc. quatuor *Fortuna*, & unum: *ventura*, forte pro *natura* mendoſe. BERSM. *Fortuna*. Sabellicus Annot. Plin. Syll II. T. I. Theſ. Crit. p. 184. putat, niſi caſus, & tempeſtates intelligantur, veriorem eſſe lectionem *natura*: eumque ſecutus eſt Verſellan. Gryph. & illius heredes, ac deinde his deceptus Berſmannus. verum in omnibus ad unum MSS. conſtanter eſt *Fortuna*; & recte. Per Fortunam enim ſaepe intelligit Lucanus Stoicus fatum aeternum, & inmobile, ſive ipſos Deos. Sic L. III, 96.

- - - - - - - - habenti
Tam pavidum tibi, Roma, ducem Fortuna pepercit.

vſ. 393. ejuſdem libri *fata*, & *Fortunam*; vſ. 448. *fortunam*, & *numina* jungit. Adde Lib. VI, 615. inf. vſ. 796. VIII, 427. & paſſim. Immo de his ipſis prodigiis vſ. 205.

O ſummos hominum, quorum Fortuna per orbem
Signa dedit.

cum vſ. 201. *Naturam* dixiſſet. Lib. VIII, 730. Cordus adloquitur *Fortunam*, & tamen vſ. 740. dicit *O Superi*. Videtur ob oculos noſtri verba habuiſſe Silius L. VIII, 627.

Ceſſarunt ſuperi vicinas prodere clades.

ubi vide.

153 PETERENT] Pompeji milites. SCHOL.

153 OBSTITIT] Vide hoc loco 7. ordine verba, ad duos duntaxat relata nominativos, *obſtitit aether*, deinde proxime ſequente verſu, *fregerunt* ad *fulmina*. Quarto deinde verſu verba duo, *detulit*, & *clauſit*, quem habent nominativum? Badius ad *Detulit*, ſilet; ad, *clauſit*, ſupplet verſus, *aether*, cum tamen medius interceſſerit nominativus *Fulmina*, cum verbo *fregerunt*. Et ad verbum, *detulit*, non majus referendus videatur. In proximo inde verſu. *Excuſſit*, ſilet: ſed in *perfudit*, ſupplet *fulgor*. Quod & ipſum, in *Excuſſit*, intelligi oportet. Atque adeo etiam in verbo *liquavit* &c. GLAREAN.

154 INQUE OCULIS] Malim *inque oculos*, quos praeſtringere ſolet fulmen; ut L. I. vidimus. In hac hiſtoria Valer. Maxim. *Adverſa agmini ejus fulmina jacens*, & J. Obſeq. *A Dyrrhachio venientibus adverſa fuerunt fulmina* cap. 125. ubi vide. Verſus tamen hic nonnihil mihi ſuſpectus eſt, & certe in uno Voſſ. margini tantum eſt adſcriptus. Nam ineleganter Nominativus *fulmina* interponitur inter *obſtitit aether* & *detulit* cum ſeqq. ubi *aether* neceſſario rurſus ſubintelligendum, praeterea ſequitur *oculos ingeſto fulgure clauſit*.

155 COLUMNAS] Ut magnitudo ignis trabes faceret, & columnas. SCHOL.

156 TYPHONES] Typhones ſunt ignes coeleſtes in modum ſerpentium tortuoſi, qui, quo ceciderint, univerſa conſumunt. Hos ideo *aquarum avidos* dicit, quia in mare ſaepe labuntur: ſed ſciendum eſt, eſſe etiam ſerpentes aquarum. IDEM. *Phytonas*. Legendum cenſeo *Typhonas*. Fiunt enim Typhones, quum venti arctius rotati nubem effregerint ſine fulmine, & vorticem faciunt, qui typhon, id eſt, vibratus, vocatur, ut Plinius ait. Apulejus vero, *ſi ignitum non fuerit fulmen*, inquit,

Perfudit gladiis, ereptaque [a] pila liquavit:
Aethereoque nocens fumavit sulfure ferrum.
Nec non innumero [b] cooperta examine signa;
Vixque revulsa solo, majori pondere pressum,
Signiferi mersêre caput, rorantia [c] fletu,
Usque ad Thessaliam Romana, & publica signa.

Admo-

VARIAE LECTIONES.

a *tela* V. 2. O. 1. b *cooperto* W. c *fletus* R. 1.

quit, *Typhon* vocatur. SULPIT. *Tiphonas* al. *Siphonas* in vetusto codice. HORTENS. *Typhonas.* MSS. duo *Phitonas*: &, *Siphonas*: Typhones venti vorticosi sine fulmine, seu fulmen non ignitum. Plin. Lib. 11. cap. 48. BERSM. MSS. habent *pythonas*: & exponunt Scholiastae ignes forma serpentum. Forte *siphonas* legendum. Plin. 11, 49. *Ex eodem genere & in longam veluti fistulam nubes aquam trahit.* GROT. Ed. sec. Lege *Siphonas.* Olympiodorus in meteoris: *καλῦσι δὲ σίφωνα* (vocant) *διὰ τὸ δίκην τοῦ σίφωνος ἀνασπᾶν τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης.* IDEM. Ed. tert. *Typhonas.* Ita Sulpitius, Ascens. Micyll. Steph. Gryph. aliique edidere, ut habent MSS. plerique. sed Edd. primae cum Aldo, Colin. Paris. & MSS. quatuor Pulm. ac quinque meis *Pythonas*, vel *Phitonas.* neutrum verum est; unice rectum est *Siphonas*, ut conjecit Grotius, & confirmatur duobus MSS. Bersm. & Hortens. Codice, & aliquo modo à Scholiaste. Pluribus hanc lectionem adserui ad J. Obsequent. c. 122. ubi vide. Clarissime, ita scribendum esse, patet ex addita voce *aquarum*, quae nequaquam *typhoni*, sed *siphoni*, seu *tubo* conveniunt. *Typhonem* describit Valer. Flacc. L. III, 130.

- - - - - - *Typhon*
Igne simul ventisque rubens &c.

157 INGESTO FULGURE] Steph. Var. LL. duo Pulm. MSS. Hulst. Amst. & meus *injecto*; quod nihil est, nisi Glossa τοῦ *ingesto*, metaphora ab hasta, vel jaculo desumta. *Ingerere hastam* vero dixerunt Virgilius, & Statius loco non uno. Vide Barthium ad Lib. II. Theb. 579. IX, 304. Noster L. VIII, 645. *Ingeris ictus.*

157 FULMINE] Al. *fulgure* in vetusto Cod. HORTENS. *Fulmine* cum Hortens. ediderunt etiam Sulpit. Petr. de Ponte, Micyll. & habent unus Pulm. Reg. unus, Amst. & meus: solemni mutatione, ut paullo ante. *fulgore* Msc. Cantab. & Voss. tres. *Sulfure* Ed. Rom. male.

158 EXCUSSIT] Msc. *exclusit* (& Voss. sec.) male. BERSM.

158 CAPULOSQUE SOLUTIS PERFUDIT GLADIIS] i. e. liquefactis. *Perfudit* h. e. ipso ferro, quod de gladiis liquescebat, capulos perfudit. SCHOL. Optime haec explicat Scholiast. & ex eo Omnibonus, *liquefacto ferro gladiorum, capulos eorum fuisse perfusos.* Ceteri interpretes, ut Sulpit. Ascens. & Hortensius haec capiunt ita, ac si Lucanus dixerit, fulmen resolvisse, & liquefecisse capulos una cum gladiis in vagina reconditis. Verum exempla quaero, ubi *perfundere* pro liquefacere, resolvere sumatur. Dicit Lucanus, capulos, liquefacto gladiorum, quos à militibus jam in manu teneri considerat, aere, seu ferro perfusos, & madefactos esse. Posset & legi *profudit.* i. e. capulos in terram à vaginis cadere fecit, liquefactis gladiis.

159 EREPTAQUE PILA LIQUAVIT] Mscr. duo *erectaque*, non inepte. BERSM. Vulgatum etiam legitur in Prisciano c. 800. & Eutyche cap. 2182. Potuerunt simul turbine, & fulminis vi è manibus rapta fuisse, ut cristae de galeis excussae. Simile quid legas in sacris litteris, & apud Joseph. Antiq. Jud. L. VI. c. 2. Praefero tamen, ut olim ex MSS. quinque Pulm. ad J. Obseq. cap. 107. *Inter pila militum ignis fusus, erecta*: quam lectionem confirmant nunc quatuor Vossiani vetustiores, Hulst. meus, & Ed. Veneta. Vide ad Silium L. XII, 623.

Regnator Superûm sublata fulmina dextra
Libravit, clipeoque ducis, non cedere certi,
Incussit. Summa liquefacta est cuspis in hasta,
Et fluxit, ceu correptus fornacibus ensis.

159 LIQUAVIT] Lanceas liquefecit. SCHOL.

160 SULFURE] i. e. fulmine, quia habet odorem sulphuris. *Sulphur* quasi soli πῦρ i. ignis terrae. IDEM. *Fulgure* Msc. duo corrupte. BERSMANN.

161 EXAMINE] Apum examine dicuntur tunc signa, & vexilla contecta, quod omen adversum est. SCHOL.

162 VIXQUE REVULSA SOLO] Hi tres versus absunt à Msc. BERSM. In Oxoniensi primo a m. prima etiam aberant; sed male.

163 SIGNIFERI MERSERE CAPUT] Vexillarii, qui

Admotus Superis [a] discussa fugit ab ara
Taurus, & Emathios praeceps se jecit in agros;
Nullaque funestis inventa est victima sacris.
[b] At tu, quos scelerum Superos? quas rite vocasti
[c] Eumenidas, Caesar? Stygii [d] quae numina regni?
[e] Infernumque nefas? & mersos nocte furores?

Inpia

VARIAE LECTIONES.

a *dispersa* B. 1. b *ac* Ed. Ven. c *Eumenides* V. 1. H. d *quo* V. 1. *qua* H. e *infernique* R. 1.

qui signa portabat. Quando enim à terra aliquid divellimus, caput inclinamus. *Majori pondere* ut &, qui eadem signa portabant, iis graviora solito viderentur, nec ferre sufficerent. SCHOL. Recte Scholiastes *mergere*, hic exponit per *inclinare*. Ut apud alios etiam invenitur. Silius Ital. Lib. x, 78.

- - - *sollers per devia mersa*
Nare legit.

ubi omnino vid. Cl. Drakenborgh. Nostri perpetuus imitator Statius L. v. Theb. 502.

Ille graves oculos, languentiaque ora comanti
Mergit humo.

L. vi, 88.

- - - - - - - *Exit*
Sponte ruens, mersusque humeris effunditur ille
In caput.

ubi consule Barth. & qui, à Lucano id sumsisse Statium, monet, Gronov. Diatr. Stat. c. 38.

164 PUBLICA SIGNA] Deest *venerunt*. Dicit autem Deorum simulacra flevisse. Potest autem & hic nihil deesse. Ut sit ordo. *Nec non & innumero cooperta examine signa*, *vixque* &c. & sequitur repetitio. *Signa Romana & publica rorantia fletu usque ad Thessaliam.* SCHOL. Anaphora est. nam vox *signa* praecessit eadem periodo, versu ante quarto. Dicit autem, illa signa fuisse publica Populi Rom. usque ad pugnam Pharsalicam. Postea enim nulla in Caesarem, nisi privata arma. Similis locus Taciti: *Postquam Bruto, & Cassio caesis nulla jam publica arma.* GROT. Optime haec exponit Grotius, & ex parte Scholiastes. Ascensius, Hortensius, aliique cum Schol. haec verba capiunt; quasi Lucanus voluerit dicere, signa fletu rorasse per totum iter in Thessaliam usque. Non sane. Per Anaphoram, eique involutam exclamationem, signa haec dicit fuisse publica populi Romani, usque ad cladem Pharsalicam: deinde enim Pompejani, sine Senatus auctoritate, quisque per se privatus Caesarem persequebantur. Barthius Lib. xi. Adverf. c. 10. ex suis membranis volebat *hinc pub. signa;* ut fuerint usque eo Romana; deinde vero publica, seu communia cladi generis humani. Verum signa Pompejani exercitus non fuerunt toti orbi publica, sed ipsa clades; unde recte cecinit infra, mundi Fortunam in eo constitisse proelio. Nec sane umquam ex talibus verbis aliquis id eliceret. *Romana & publica* se invicem explicant: suntque *signa publica populi Romani*, ut loqueretur Livius. de quo vide J. F. Gronovium L. iv. Observ. c. 14. Immo addit *publica*, ut distinguantur à Caesarianis, quae itidem sunt *Romana signa* Lib. 1, 244.

Ut notae fulsere aquilae, Romanaque signa.

Ex praedictis autem jam patet, signa haec esse militaria, ut aquilas, vexilla &c. eademque, de quibus dixerat *cooperta examine*, & *vix solo revulsa*, ac *fletu rorantia*; non vero simulacra deorum, quos secum ferebant: ut vulgo exponi videas. Rectius sane cepit Joseph. Iscan. qui haec imitatus L. ii. B. Troj. 497. dicit

- - - - - *rorantia tabo*
Signa ferat victrix.

Ceterum in hac Historia Dio Cassius Lib. xlii. p. m. 182. Flor. L. iv. c. 2. Valerius Max. L. 1. c. 8. §. 11. Obsequens c. 125. & Appianus tantum de fuga victimarum, & examinibus apum in signis (non autem de fletu, & aegra signorum revulsione, quae & plura prodigia more poëtarum, & suo praesertim, cum nihil omittere inepte soleat, addit noster) faciunt mentionem. Appianus tamen Lib. ii. p. m. 771. B. Civ. dicit, consedisse examen apum ἐν τοῖς βωμοῖς; sed putem, scribendum ἐν τοῖς σημείοις; ut conveniat cum ceteris. Et sane perpetua, si in castris id prodigium accidat, apium sedes in signis est. Vide J. C. Buleng. de Prodigiis L. iv, 1, 34. & Heinsium ad Silium Ital. L. viii, 637.

Nec densas trepidis apium se involvere nubes
Cessarunt aquilis.

165 ADMOTUS &c.] Oblatus. Malum omen est, si victima non stat patiens. SCHOL. Citat Servius ad (ii. Georg. 394.) ix. Aeneid. 627. addit-

Inpia tam saeve gesturus bella, litasti.
Jam [a] dubium, monstrisne Deûm, [b] nimione pavori
Crediderint: multis concurrere visus Olympo
Pindus, & abruptis [c] mergi convallibus Haemus,
Edere nocturnas [d] belli Pharsalia voces,
Ire per Ossaeam [e] rapidus Boebeïda sanguis:

Inque vi-

VARIAE LECTIONES.

a *dubium est* Marp. b *dubione* M. c *mersus* B. I. d *bellis* Ed. Ven. Br. Med. e *rabidus* W.

ditque; *quoties victima reluctabatur, ostendebat, se improbari.* GROT. Ed. tert.

167 FUNESTIS] i. civili bello litatis. SCHOL.

168 AT] Hic factus ad Caesarem transitus. IDEM.

168 AT TU] In Caesarem poëta invehitur, quod fuerit cupidus nimium pugnae: sed eum Stygios deos invocasse insimulat, cum constet, ipsum media nocte perfectis sacris, Martem invocavisse, ejusque parentem Venerem, & templum Victoriae faventi, gratis Romae dedicaturum novisse, si rite rem peregisset, ut ait Appianus. Lib. II, 116. Cum autem fulgur è coelo labens, è Caesaris ad Pompeji castra penetrasset, ibidemque extinctus esset, qui in exercitu Pompeji aderant, quippiam splendidum ab hostibus ad se futurum praedicabant, Caesar autem se in Pompejum insurgentem gloriam ejus extincturum. SULPIT.

71 SAEVE] Adverbium. cuicumque litasti, crudeliter litasti. SCHOL. Vulgo post *litasti* male ponebatur signum interrogationis, quam delevi, sensu id postulante. *Saeve* tamen ad *gesturus* malim referre; quemcumque scelerum Deum invocaveris, certum est, te perlitasse, & placasse eum sacris tuis, cum tam crudeliter bellum esses gesturus.

172 MONSTRISNE DEUM &c.] Incertum, inquit, erat; utrum vere Dii haec ostenderint, quae dicturus est monstra; an illi prae timore haec crediderint, se videre. SCHOL.

172 NIMIONE PAVORI CREDIDERINT] Sic recte Bersmannus pro *nimiove* restituit, quod ex Ed. Veneta videtur inrepsisse in sequentes Editiones praeter Omniboni, licet recte bis *ne* exponant viri docti claro, & idoneo sensu. Est tamen in multis MSS. quoque. *Nimioque* Bersm. un. Witt. & Voss. tert. *pavore* Voss. pr. sec. tert. & Wittian. *Crediderim* Voss. secund. Ut sublata distinctione majore dixisset. Jam dubium est, an multis visus sit Pindus concurrere Olympo per monstrum, à Diis oblatum, an per nimium pavorem, quod crediderim. Sed haec sententia potius cujusdam lectoris, vel librarii ingenium sapit, qui ipse vere crediderit, haec illorum pavori esse adscribenda. Quare vulgatum retineo. Dubium est, an crediderint vere factis monstris, an timori suo, mentibus illorum ea offerenti. &c. ut bene exponunt Schol. cum interpretibus aliis.

174 CONCURRERE &c.] Ut per hiatum terrae Haemus subduceretur, & unus fieret ex duobus. SCHOL. Male Schol. *concurrere* explicat per *unum fieri ex duobus.* notat pugnare, in se invicem inlidi ex stylo auctoris, ita cum aliis scriptoribus passim loquentis. V. L. I, 40. IV, 802. VII, 196, VIII, 326. & alibi.

176 PER OSSAEAM] Al. *per Ossaea* in vetusto Cod. HORTENS.

176 BOEBEIDA] Boebeis palus in Thessalia juxta montem Ossam est. Ergo ordo. *Ire visus est rapidus sanguis per Ossaeam Boebeida.* SCHOL.

176 BOEBEIDA] Al. *Bebephida* in vetusto. Cod. HORTENS. Micr. tria: *Boëtida.* Corrupte, *Bosbaida.* Hanc lacum *Ossaeam* vocat, quod sit ad Ossam montem. BERSM. MSS. variant: Sed veram esse hanc lectionem, docet nos Strabo libri IX. GROT. Ed. sec. Variant in penultima voce MSS. sed veram esse hanc lectionem, ostendit Homerus, Propertius l. II. eleg. II. Strabo l. IX. IDEM. Ed. tert. Ante Sulpitium vitiose edebatur *Boëtida*, quod est quoque in variis lect. Steph. & MSS. meis octo recentioribus. De lacu Boebeide vide Stephan. de Urbib. Passerat. ad Propert. L. II. El. 2. 63.

- - - *Sanctis Boebeïdos undis.*

Et quae notantur à Cel. Burmanno ad Valer. Flacc. I, 449.

Perderet & pingui miseros Boebeïde crines.

177 OPERTOS] i. invicem Pompejani (*Pompeji scilicet & Caesaris milites* Voss. sec.) videbant vultus suos obsessos tenebris. SCHOL. *Apertos.* Imo *opertos*, ut habet MSS. consensus. vident alter alterius ora, subitis tenebris obducta. GROT. Ed sec. Illustri documento hic locus esse potest, quantopere decipere nos possint typothetarum errores. *Apertos* enim in sola Bersmanni est Editione,

Inque vicem vultus tenebris mirantur opertos,
Et pallere diem, [a] galeisque incumbere noctem,
[b] Defunctos ululare patres, & sanguinis umbras
Ante oculos volitare suos. sed mentibus unum
Hoc solamen erat, quod voti turba nefandi
Conscia, [c] quae patrum jugulos, [d] quae [e] pectora [f] fratrum
Sperabat, gaudet monstris, mentisque tumultu,
Atque, omen scelerum, subitos putat esse furores.
Quid mirum, populos, quos lux [g] extrema manebat,

[a] Lym-

VARIAE LECTIONES.

a *galeis* V. 1. H. b vulgo *defunctosque patres & cunctas.* c *quaeque* Edd. Asc. Par. 1512. Micyll. d *quae* & V. 1. e *vulnera* VV. LL. Steph. f *fratri* Ed. Par. g *externa* MSS. qdd. V. Drak. ad Sil. IX, 202.

ne, sine dubio operarum culpa. Nihil enim monet vir doctus, quod aliter facere solet. In sua tamen Editione Grotius retinuit; sed secundis curis *opertos* ex MSS. legendum monet. Est & alius vir doctus, qui *apertos tenebris* intelligebat, noctu illos fulsisse, & conspectos fuisse, palluisse vero *die*, ut tunc scribi volebat. Ut dixi *opertos* est in MSS. & Edd. quare restitui. Invicem mirantur alterius vultum à se prae tenebris videri non posse. Ab aliis quoque inter prodigia hujus temporis refertur, *interdiu fuisse tenebras.* Vide ad Flor. L. IV. c. 2.

178 GALEISQUE] Mscr. *gladiisque.* Tenebras circumfundi galearum nitori. BERSM. *Gladiisque* habent etiam Var. LL. Steph. duo Pulm. & alii à N. Heinsio inspecti, male. V. Cl. Burm. ad Ovidii Metam. L. XII, 466. Forsan *Galeas* maluit auctor nominare, quam aliud quid, quasi respiciens ad Orci galeam seu ἄϊδος κυνέην; qua induti Dii non videbantur; auctore Homero, aliisque deinceps poëtis.

179 DEFUNCTOSQUE PATRES ET CUNCTAS SANGUINIS] Illustr. Heinsius teste Cel. Burmanno ad Valer. Flacc. Lib. II. 561. *Noster ades, junctusque veni*, malebat scribere *juncti.* Passim enim *juncti sanguine* vocantur consanguinei: unde generis *junctura* Ovidio Ep. IV. Heroid. 135. Rectius quidem; sed major latet ulcus: ac veram Lucani manum reliquerunt nobis MSS. Nam in duobus Pulm. & Voss. pr. sec. & quarto scribitur.

Defunctos volitare patres, & sanguinis umbras
Ante oculos ululare suos.

In Voss. quarto supra scribitur quoque *volitare*, & supra *volitare* in seq. versu *ululare.* Variae lectiones Stephani etiam exhibent *ante oculos ululare suos.* Ut clare pateat, excidisse vocem *ululare. Defunctos* sine *que* exaratum est in Regio primo. quare cum Oxoniensi primo rescripsi.

Defunctos ululare patres, & sanguinis umbras
Ante oculos volitare suos.

Cum excidisset *ululare*, ut versus constaret, addiderunt *que* & *cunctas:* & in aliis hinc locum mutaverunt *ululare* & *volitare. Ululare* autem est vox adprime conveniens huic rei. Stridorem flebilem umbrarum intelligit, quem edebant circumvolantes, & inquietantes hominem umbrae, Tibull. L. I, 6, 15.

Hanc volitent animae circum sua fata querentes.

Ovidius in Ibide 157.

Denique quidquid ages, ante os oculosque volabo;
Et querar, & nulla sede quietus eris.

Adde, quae collegit Doct. Broukh. ad Tibull. L. I, 2, 15.

Jam tenet infernas magico stridore catervas.

Ululatum dicit Ovidius Lib. VII. Metam. 190. ubi vide Heins. *Stridorem* umbrae quoque dat noster L. VI, 623. & *stridere*, atque *ululare* jungit ibid. vs. 690. Nec offendere quemquam debet, quod non scripsi *defunctosque ululare.* Delevi enim *que* auctoritate MSS. & ex genio Lucani, qui saepe copulam sic omittere solet. Consule notata ad L. I, 155. si autem quis vellet primum scribere *volitare*, & dein *ululare*, quia ita plurimi habent scripti, non multum obluctarer. *Sanguinis umbrae* sunt *umbrae affinium*, ut bene glossae interpretantur. posses pro *suos* etiam legere *sui.* sed MSS. omnes *suos* retinent.

180 SED MENTIBUS &c.] Hoc carmen fuit in caussa, cur Badius, & praecedentes nomen versus, & sequentes quinque, de militibus Caesarianis intelligi voluerit, multum torquens ad suam opinionem verba, ut illa, *quos lux extrema manebat*, id est, expectabat ad mortem inferendam, cùm

[a] Lymphato [b] trepidasse metu? praesaga malorum
Si data mens homini est; Tyriis qui Gadibus hospes
[c] Adjacet, Armeniumque bibit Romanus Araxen,
Sub quocumque die, quocumque [d] est sidere mundi,
Moeret, & ignorat caussas, animumque dolentem
Corripit, Emathiis, quid perdat, [e] nescius arvis.
Euganeo, si vera fides memorantibus, augur
Colle sedens, Aponus [f] terris ubi [g] fumifer exit,
Atque Antenorei [h] dispergitur unda [i] Timavi,

Ve-

VARIAE LECTIONES.

a *Lymphatos* V. 1. *Lymphatico* A. b *trepidare* B. 2. c *subjacet* R. 1. d *in* B. 1. deest in V. 2. e *nescis in a.* vulgo *nescit*, *quid p.* P. 1. H. M. *armis* Ed. Elz. V. 1. A. f *ubi terr.* Marp. A. g *fumiger* V. 2. Hort. m. V. ad L. 1, 48. h *ubi sparg.* W. *qua sparg.* R. 1. i *Tirampni* V. 1. *Tumaci* H.

cûm omnia de Pompejanis intelligat poëta, quippe, quos extrema Lux vere manebat. Nec obstat illud. *Quod patrum jugulos*, &c. In utroque enim exercitu, tum in fratres, tum in omnes paria vincendi erant desideria. Sulpitius silet. Quae ex Valerio allegat monstrum apparuisse, ea Caesar lib. III. de bello Civili narrat, sed post pugnam Pharsalicam. GLAREAN.

181 SOLAMEN] Dicebant ideo monstra volitare, quia parentes interficiendi erant. SCHOL.

183 TUMULTU] Mscr. duo, *tumultus*. Animi metus, & perturbationes. BERSM. Non male. *tumultum* Wittian. Vide ad Silium L. x, 373.

- - - *motus somni, variosque tumultus.*

Infra L. VII, 779.

Adtonitos animi sensere tumultus.

Nihil tamen muto.

184 OMEN] i. e. subito furore dari sibi omen existimabant, se optata circa suos scelera esse facturos. SCHOL.

185 MANEBAT] Sic omnes mei recte, praeter unum Regium, *movebat*: quod moneo, ne quis arripiat duorum Bersm. Msstorum lectionem, *vocabat*. *Manebat lux extrema* i. mors inminebat. vs. 308.

- - - *Nam me secura manebit*
Sors quaesita manu.

Virgil. L. VII. Aen. 596.

O miseri! te, Turne, nefas, te triste manebit
Supplicium.

Hororat. L. I. O. 28, 15.

- - *Sed omnis una manet nox,*
Et calcanda semel via leti.

Ovidius L. IV. Metam. 695.

- - - *lacrimarum longa manere*
Tempora vos poterunt.

XI, 539.

- - - - - *vocat ille beatos,*
Funera quos maneant.

& passim. Dein ex Regio utroque, Voss. sec. Witt. & Oxoniensi rescripsi *Araxen* Graeco more. vulgo *Araxem*. Mallem etiam delere *est* post *homini*. Sed vetat Msstorum mirus consensus.

186 LYMPHATO] Fanatico atque furioso, per quem sibi videre talia videbantur. SCHOL. Panico terrore, ut Plutarch. Appian. Flor. Val. Max. Obsequens, & alii dicunt. V. Bentl. ad Horat. I. O. 37. de hac voce.

Mentemque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Caesar.

187 TYRIIS GADIBUS] Hispanae sunt; sed cum illuc Tyrii pervenissent, posita civitate *Gades* lingua sua appellaverunt. SCHOL. V. Cicero pro Balbo c. 14. inibi Abramus p. 552. a. BROUKH.

188 BIBIT] Hoc vult dicere, non solum illos, qui in bello perituri erant, haec passos: verum omnes Romanos, qui ubicumque terrarum, remota tenuerunt, praesagiisse hoc malum; cum ignorarent, an essent bella civilia. SCHOL.

189 EST] τὸν αὐτὸν dixit, *Romanus hospes*. IDEM.

191 CORRIPIT] Castigat, inquit, dolentem animum suum, quod tristis est; cum nulla sit caussa; nam nescit. IDEM.

191 NESCIUS ARVIS] Ita rescripsi ex variis Stephani lectionibus, tribus Pulm. & Bersm. Voss. primo, quarto, & utroque Oxon. aliisque ab Heinsio collatis, qui ita scribendum esse pluribus docuit ad Ovidii Lib. VI. Metam. 579. *Nescit, quid tradat*

in

Venit summa dies, geritur res maxima, dixit:
Inpia concurrunt Pompeji & Caesaris arma.
Seu tonitrus, [a] ac tela Jovis [b] praesaga notavit,
Aethera seu totum discordi [c] obsistere coelo,
[d] Perspexitque polos: seu [e] numen, in aethere moestum,
Solis in [f] obscuro pugnam pallore notavit.
Dissimilem [g] certe cunctis, quos explicat, egit
Thessalicum Natura diem: [h] si cuncta perito
Augure mens hominum coeli nova signa notasset,

Spectari

VARIAE LECTIONES.

a & V. 1. b *ac bella* O. sec. c *absistere* R. pr. a m. pr. *obsidere* B. 1. d *prospexitque* & ante *aëra*, vulgo. e *lumen* vulgo. f *obscuram* R. 1. g *cunctis certe* V. 2. h *sic* Edd. Mic. Hort.

in illis. Stat. L. III. Theb. 30.

Ingemit, & coecas sequitur jam nescius undas.

192 EUGANEI] Euganus est mons in Venetia, longe scilicet ab Emathia, optime pascuus feris. IDEM. Euganei populi fuerunt in agro Veneto, à praestantia generis appellati, ex comitatu Herculis, ut & Lepontii & Graji, ibidem relicti, ut Plinius tradit libro tertio, capite vigesimo. Hos postea ab Antenore, & Trojanis pulsos alii ferunt. Caeterum quod ad Augurem pertinet, de quo hic Lucanus meminit, apud Plutarchum in Caesare, ad hunc fere modum traditur: *Patavii*, inquit, *C. Cornelius augurali scientia praeditus, ea die, cum ad captanda sedisset auguria, primum, ut Livius dicit, pugnae tempus agnoscens, astantibus inquit: Jam res ipsa conficitur, jam viri opus ineunt. Iterum ad auspicia conversus, & signa contemplatus more lymphati exiliit, tum vociferans, vincis, ait, Caesar* &c. MICYLL. Haec imitatus est Sidonius Apollinaris Carm. IX, 191.

Nec quos Euganeum bibens Timavum,
Colle Antenoreo videbat augur
Dives Thessalicam movere pugnam.

Euganeum Timavum dicit Martialis Lib. XIII, 86. Porro non debebat se incertum hic fingere Lucanus; unde augur haec scire potuerit. Clare enim adnotant alii iisdem fere verbis, ex avium observatione id eum praedixisse. Vide praeter Plutarch. p. 730. Dion. Cassium L. XLII. p. 182. J. Obseq. c. 125. & alios.

192 AUGUR] Cornelius Sacerdos Gellio. XVI, 18. Historiam ex Livio, cui familiaris is Cornelius, narrat Plutarch. GROT. Ed. tert.

193 APONUS] Fluvius *fumifer*. Aquas enim calidas habet. SCHOL. Rectius fontem ex Suetonio, & Martiale alii dicunt.

194 ANTENOREI] Ubi Antenor regnavit, & quem transivit; ut Virgilius.

Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Regna Liburtina & fontem superare Timavi.

Juxta hunc enim condidit civitatem Patavii. SCHOL. *Liburnorum* est apud Virgil. Aen. I, 245. Videndus omnino Fr. Luisinus L. II. Parerg. c. 8. T. III. Thes. Crit. p. 461. BROUKH.

194 DISPERGITUR] Quidam dicunt, quod in novem ora solvatur, ut Virgilius. Quidam in septem. Iste tamen nullius opinioni resistens ait *dispergitur*. SCHOL.

197 TONITRUS] Verba poëtae dicentis, unde hoc augur invenerit. Hoc *tonitru* generis est neutri. Hic ut masculinum genus posuit, & non quasi monoptoton declinavit. IDEM.

198 AERA] *Aethera* Mscr. quatuor, & libri aliquot. probe. BERSM. Licet sequatur *aethere*, tamen rescripsi *aethera*, jubentibus omnibus Steph. Pulm. meisque MSS. praeter unum, aut alterum, & primis Edd. aliisque. *Aëra* ab Aldo est, quem Col. Steph. Gryph. Pulm. ceterique sunt secuti.

199 PROSPEXITQUE] *Perspexitque* habent omnes MSS. GROT. Et hic edidi *perspexitque* iisdem fere MSS. auctoribus, & Edd. Ven. Sulpit. Ascens. Micyll. Hortens. aliorumque. *Perspexit* est, exacte & penitus consideravit, & cognovit polorum laborem. Nulla hic efficacia in τῷ *prospexit*; quod est, è longinquo vidit. porro ante versum *aethera seu totum*, inseritur in Oxon. primo seq. versus.

Seu diras vidit volucres concurrere rostris.

199 NUMEN IN AETHERE] Videtur significare augurium ex aëre, quod aëromantiam Graeci vocant, unde vel iratum numen, vel propitium colligere potuisset. Alii legunt non *numen*, sed *lumen moestum*, coelum tristius, ingratumque, ex quo

Spectari [a] toto potuit Pharsalia mundo.
O summos hominum, quorum Fortuna per orbem,
Signa dedit, quorum fatis coelum omne [b] vacavit!
[c] Haec & apud seras gentes, populosque [d] nepotum,
Sive sua tantum [e] venient in secula fama,
Sive aliquid magnis nostri quoque cura laboris
[f] Nominibus prodesse potest; [g] cum bella [h] legentur,
Spesque metusque simul, perituraque [i] vota [k] movebunt:
[l] Adtonitique omnes, veluti venientia, fata,

Non

Variae Lectiones.

a *e toto* vulgo. *at* V. 1. b *vacabat* V. R. pr. M. V. sec. pro var. lect. Ed. Ven. Br. c *hoc* A. d *nepotes* B. 1. e *veniet* A. f *numinibus* V. 1. M. g *dum* B. 1. A. h *leguntur* B. 1. *gerentur* B. 1. i *bella* R. pr. a m. pr. k *vovebunt* V. 1. *manebunt* V. sec. l duo hi versus a m. pr. aberant ab Ox. pr.

quo inauspicati quippiam divinârit. HORTENS. Difficilis locus, quo me non satis expedio. Omnes Editores primo distinguunt post *moestum*, & *notavit* referunt ad augurem, ut *moestum* sit quartus casus, & subintelligatur iterum *sex*, sive *numen* legant, sive *lumen*. Ut clare Ascensius exponit, aliique. Sed velim exemplum auctoris, qui ita loquatur. Breviter meam dicam sententiam, *notavit* puto hic idem esse, quod significavit, indicavit, Graece *ἐσήμηνε*; non, ut plerumque & paullo ante & post sumitur, observavit, unde suspectum fit ter repetitum *notavit*. Hoc sensu, si *lumen* cum Grotio, & aliis legas. Seu lumen solis moestum in aethere significavit pugnam per obscurum pallorem. Sed praefero *numen*, uti est in Steph. variis lectionibus, MSS. quatuor Pulm. tribus Bersm. & undecim meis, ac Editionibus cunctis ante Aldum, uti & Ascens. Mic. Hort. Bersm. aliorumque. Hoc sensu sive numen, vel deus quis moestus in aethere significavit pugnam per obscurum pallorem solis. vel *numen solis*. An *sol & in t* an *numenque* ut est in Marg. Hortens. & *solis & o. t* i. e. seu notavit augur, & numen moestum, & pugnam pallore solis. Vel simpliciter, ut est in Editione Parmensi, *seu lumen in aethere moestum, solis in obscuro pugnam aut p. n.* Editor certe ille *aut* inseruit; quia alter non intelligebat. *Numen*, & *lumen* saepe confunditur: unde apud Valer. Flacc. L. VII, 390. eadem oritur dubitatio. Vide loc.

200 Solis] Al. *solus* in vetusto Cod HORTENS. Mscr. ad marginem *solus*. BERSM. Non male, sed tum foret scribendum *& obscuro*. Seu ille solus notavit numen, vel lumen moestum, & pugnam ex obscuro pallore.

202 Si cuncta perito Augure mens] i. docto. Hoc dicit; si essent periti homines, dum augures docent bellum, quod gerebatur, Pharsalia spectari in toto coelo potuisset. SCHOL.

202 Si cuncta perito &c.] Si haec sana sunt, ita capienda, si cuncta mens hominum, sive omnes homines observassent nova signa per peritum augurem. Suspectum tamen hoc *cuncta*, quo non parum facit Scholiastes, qui explicat, quasi legeretur, *si instructa* vel *si docta*. Si conjecturis indulgere licet, posset forsan non ineleganter reponi *si functa perito augure mens*. Si homines se gessissent, ut periti augures, si praestitisset se quisque & egisset augurem, auguris officio functus esset. Non multum dissimili modo Vellejus L. II. c. 15. *Duplici numero se militum equitumque fungi.* ubi vide Putean.

204 E toto] Mscr. quatuor praepositionem omittunt. BERSM. Praepositionem *e* non agnoscunt quoque MSS. sex Pulm. & mei tredecim cum Edd. Rom. Ven. Ascens. Versell. Petri de Ponte, & Hortensii. quare delevi.

205 Summos hominum] Pompejum dicit, & Caesarem, primos inter homines. SCHOL.

206 Vacavit] Dicit, in coelo tunc nisi Pompeji, & Caesaris fata tractata, quorum Fortuna faciebat fata universis. Nam tum coelum est turbatum, & in monstra commotum, his duobus dimicantibus. IDEM.

207 Nepotum] Apud posteros dicit. Ordo est. Haec apud seras gentes cum bella legentur, spes & peritura vota habebunt. IDEM.

209 Aliquid] Sive per se erunt famosa, sive per meum carmen; si quid tamen nos possumus addere perennitatis his rebus. Verecunde dubitat. IDEM.

211 Spesque &c.] Etiam posteris vestris haec bella

bella

Non transmissa, [a] legent, & adhuc tibi, Magne, favebunt.
Miles ut, adverso Phoebi radiatus ab ictu
Descendens [b] totos [c] perfudit lumine colles,
[d] Non temere [e] immissus campis: stetit ordine certo
Infelix acies. cornus tibi cura sinistri,
Lentule, cum prima, quae [f] tunc fuit optima bello,
Et quarta legione, datur: tibi numine pugnax
Adverso, Domiti, [g] dextri frons [h] tradita [i] Martis.
[k] At medii robur belli fortissima densant

Agmina,

Variae Lectiones.

a *legant* M. b *tota* VV. LL. Steph. R. pr. V. 1. c *perfundit* B. 1. V. 2. d *nec* B. 1. e *missus* R. 1. f *tum* MSS. & Edd. qdd. g *frons d.* R. pr. M. h *dedita* VV. LL. Steph. i *Marti est* H. k *ac* V. 1.

bella hunc adfectum movebunt, quo nunc vos venitis ad proelia. SCHOL.

211 Peritura] Sive generaliter omnium dixit peritura, sive haec tunc peritura; quia non erunt tunc bella, cum haec vota sumentur incassum. IDEM.

212 Venientia] Quasi futura haec sint bella, & non fuerint adhuc; cum jam & victus sit, & occisus. IDEM.

213 Favebunt] Innocentiorem enim, qui victus est, judicabunt. IDEM.

214 Miles] Pompeji acies describitur. IDEM.

214 Radiatus] Nonnulla exemplaria legunt, *radiatus*, quod significantius hoc loco mihi videtur: hoc est, radiis solaribus à fronte percussus, quod incommodum non parum obfuit Pompejo, & aversus sol non mediocriter Caesarem juvit. Ordinaturus enim aciem tria debet ante prospicere, Solem, pulverem, & ventum, juxta praecepta rei militaris. HORTENS. Mscr. quatuor *radiatus*. Ita & libri aliquot. BERSM. Bene Grotius restituit tacite in textum *radiatus*. quod primus Aldus in *radiantis* mutaverat, eumque secuti erant Versell. Colin. Steph. Gryph. Pulm. aliique. Et sic habent etiam quinque Pulm. & mei omnes MSS. De verbo activo *radiare*, & illius passivo *radiari* vide Broukhus. ad Propert. Lib. I, 15, 7.

Nec minus Eois pectus radiare capillis;

& Duker. ad Florum L. IV. c. 2. *Ut prospera ejus adversis radiarentur. Radiare* vero miles in armis, ejusque arma *radiare* passim dicuntur. Ovid. Lib. XIII. Met. 103. Propert. IV, 1, 27. Silio L. VIII, 468. Prudent. Psychom. 471.

215 Lumine] Armorum scilicet lucentium adverso sole. SCHOL. V. L. II, 482.

217 Cornus] Cum sit neutrum monoptoton, masculino genere declinavit, ut supra de *tonitru* fecit. SCHOL. Antiquus genitivus erat *cornuis*, inde contractum *cornus*. Et ita hunc locum, ne quis errorem suspicetur, producit ad II Aeneida Servius. Sic & in Arateis Ciceroni genitivus à *genu* est *genus*, sic & *cervini cornus* dixere Plinius & Celsus. GROT. Ed. tert. Servius ad III. Aen. 22. sed & istum genitivum Plinius usurpavit Lib. XXVIII, 17. & *cornus*, *us* masculini agnoscit Priscian. p. 714. BROUKHUS. Hunc ipsum locum ideo adducit Priscianus p. 685. *Cornum* apud Ovid. L. II. Metam. in f. MSS. qdd. ubi vide. male hic *cornu* Pulm. duo, Bersm. un. & quinque mei.

218 Optima bello] Sic L. I, 425.

Optima gens flexis in girum Sequana frenis.

bona bello cornus. Virgil. Georg. II, 447. & passim. male itaque *optima belli* ediderunt Sulpit. Ascens. Mic. & Hortens. & praefert MS. Cantabr.

219 Quarta] V. de D. Vossium ad Caesar. L. VIII. B. G. c. 24. L. III. B. Civ. c. 88. Ciacconium ibid. p. 623. BROUKHUS. Et hic Commentar. dissentiunt enim auctores in cornuum positione, & legionum nomine.

220 Adverso] Bene *adverso numine* i. e. sinistro, & irato. Hic autem est Domitius, qui apud Corfinium civitatem positus, deditus est Caesari à suis militibus, ab eoque dimissus. SCHOL. V. L. II, 478.

223 Dux] Hoc dicit. Cilicum agmina tenebat Scipio, qui in hoc orbe i. Pharsaliae nunc erat miles, futurus dux postea in orbe Libyco; nam dux factus contra Caesarem in Africa dimicavit. SCHOL.

125 Largus habenae] Quia currentibus equis laxiores habenas largiatur, ipse doctus equitandi. IDEM.

Agmina, quae, Cilicum terris [a] deducta, tenebat
Scipio, miles in hoc, [b] Libyco dux primus in orbe.
At juxta fluvios, & stagna undantis [c] Enipei,
Cappadocum montana cohors, & largus [d] habenae
Ponticus ibat eques. [e] sicci sed [f] plurima campi
Tetrarchae, regesque tenent, magnique tyranni,
Atque omnis, Latio quae servit, purpura, ferro.
[g] Illuc & [h] Libye Numidas, & Creta Cydonas
Misit: Ituraeis cursus fuit inde sagittis:

Inde tru-

VARIAE LECTIONES.

a *adducta* M. b *Libyae* B. 1. V. 1. c *Enipheï* MSS. & Edd. qdd. d vulgo *habenis*. e *sed sicci*, male O. 1. f *proelia* O. 1. g *illic* P. 1. B. 1. R. 1. *illinc* P. 1. h *Libyae* MSS. & Edd. qdd.

225 HABENIS] Vetustissimi, & optimi Codd. Voss. pr. sec. tert. & a m. pr. Wittian. *habenae*. Verissime. *habena* Regius prim. Virgil. L. XI. Aeneid. 338.

Largus opum & lingua melior.

Noster L. IX, 610.

- - *inventus mediis fons unus harenis*
Largus aquae.

Silius Ital. Lib. VII. 601. *largus comae*. VIII, 249. *largus rapinae*. XV, 498. *Mercandi largus*. Plura de hoc genitivo diximus ad Lib. II, 213. *Interruptus aquae*, & alibi. *Habena* in singulari, si ablativum malis, praeferrem. Juvat Silius L. VII, 696.

Ferrata calce, atque effusa largus habena.

226 SICCI SED] *Sicci &* Mscr. neglecta Synalaephe. BERSM.

227 TETRARCHAE] Qui quartam regni tenent partem. SCHOL.

227 TETRARCHAE REGESQUE] Ita & Cicero junxit Orat. pro domo c. 23. *Tetrarcharum ac regum bona*. pro Balbo c. 5. *O nationes, urbes, populi, reges, tetrarchae, tyranni, testes Cn. Pompeji* &c. Horat. L. I. Serm. 3, 12.

- - - *modo reges atque tetrarchas.*

BROUKHUS.

227 TYRANNI] Sub quibus reges sunt, & tetrarchae. SCHOL.

228 SERVIT] i. paret victa Romanis. IDEM.

228 FERRO] In uno Bersm. Cod. & Marg. Hortens. est *regno*. Quod ex glossa natum est. *ferro* i. e. armis & imperio Romanorum. Vide L. I, 31. II, 245. X, 352. Explicat hoc L. X, 5.

- - *regnum Lagi Romana sub arma*
Iret.

jus ferri L. V, 387.

229 LIBYE] Graece declinavit ἡ ΛΙΒΥΗ. SCHOL.

229 CYDONAS] Populos Cretae. Cydona civitas, ubi bonae sagittae erant. IDEM.

230 ITURAEIS] Ex illa parte, inquit, Ituraeae sagittae cucurrerunt. Haec gens Syrorum (*Parthorum* Voss. sec.) est: ut Virgilius.

Ituraeos taxi torquentur in arcus.

IDEM.

230 ITUREIS SIVE ITURAEIS] Itureorum gens à Plinio in Coelo Syria collocatur lib. V. capite 23. Ithyra urbs alioqui in Tauro monte est, Parthiam versus: unde *Ithyraeus*. Maro. *Ithyraeos taxi torquentur in arcus*. Hinc arcus epitheton est, *Ithyreus*. *Ithyreos arcus*, & *Ithyreas* sagittas dicimus, hoc est, Parthicos arcus, & sagittas. Itaque Ithyraeos in acie collocatos fuisse, quod praestantissimi sagittarii essent, ut Parthi, aliquis dixerit. Sed *Ithyraeis*, hic epithetice exponendum est, ut velocibus, qualibus Parthi valuerunt. Nemo *Ithyraeas* sagittas hoc loco Parthicas exposuerit; quod Parthi tum temporis hostes adhuc ob caedem Crassorum, Pop. Rom. essent. Jam *Ithuraeis sagittis* dixit, pro eo quod est: inde fuit sagittariis suus cursus è montibus in planiciem. Solent plurimum epitheta duci à gentibus insignibus in arte aliqua. HORTENS. MSS. plerique *Ithyreis*, *Itreis*, *Itereis*, & *Itereis* &c. cum Edd. quibusdam hic & infra; Male. *Ituraeos* dicit, Graece Ἰτυραίους, qui Syri sunt. Non autem quaecumque sagittae per Synecdochen ab *Ithyra*, ignobili Parthiae urbe, pro velocibus & bonis dictae. Quo recurrere debuit Hortensius, quia in mentem revocabat Parthos, populi Romani hostes, in exercitu Pompeji esse non potuisse. V. L. III, 265. & L. VIII. Ut dixi, Syrorum sagittas intelligit, qui Pompejum adjuverunt. Hinc vs. 514.

Tunc

Inde, truces Galli, solitum prodistis in [a] hostem:
[b] Illic pugnaces commovit Hiberia cetras.
Eripe victori gentes, & sanguine mundi
Fuso, Magne, semel, totos consume triumphos.
Illo forte die Caesar, statione relicta,
Ad segetum raptus moturus signa, repente
Conspicit, in planos hostem descendere campos.
Oblatumque videt, votis sibi mille petitum,
Tempus, in extremos quo [c] mitteret omnia casus.
Aeger quippe morae, flagransque cupidine [d] regni,

Coepe-

VARIAE LECTIONES.

a *orbem* Marp. in m. b *illuc* V. I. c *mittent* V. I. d *mundi* V. 2. O. I. H.

Tunc & Ituraei, Medique, Arabesque soluto,
Arcu turba minax.

540.

- - - *vivant Galataeque, Syrique.*

L. III, 214.

Accedunt Syriae populi; desertus Orontes &c.

Omitto plura, quia notum est. De *Ituraeis* plura videre potes apud Pierium, & alios ad Virgilii locum à viris doctis adductum L. II. Georg. 448. & S. Dresem. ad Jos. Iscan. B. Troj. L. V, 321.

- - - - *ille arte Cydonum*
Fretus Ituraea delibat cuspide frontem.

231 SOLITUM] i. e. Caesarem, qui contra vos & ante pugnavit; bello scilicet Gallico. SCHOLIAST.

232 CETRAS] Mscr. Celtas. *Cetrae* scuta lunata brevia. BERSM. Pugnant pro hac lectione Msti longe plurimi, & optimi; uti & rarior usus vocis *cetrae* seu *caetrae* (ut aliis scribere magis placet. Vide Cl. Drakenb. ad Sil. L. III, 278.) scuti scilicet, parvi lunati, quod Hispanis, & Afris in usu fuit pro clypeo. Omnibonus, cujus licet commentatorum primi nemo rationem habuit, legit *Celtas*, & de Celtiberis intelligit. Juvant eum praeter MS. Bersmanni, unus Pulm. Voss. sec. a m. pr. Voss. sext. Oxon. sec. Amstel. & Ed. Sulpit. Mediolan. *Celtras* Oxon. pr. *Certas* Voss. quint. & Hulst. qui pro varia lectione habet *Celsos*. *Illic* in Pharsalia, sive illis locis, ubi collocare se à militari concilio jussi sunt, *commovit* sive propulit, & ad pugnam cievit Hiberia *pugnaces Celtas* i. e. Celtiberos. De his Celtis loquitur noster Lib. IV, 10.

Vettonesque leves, profugique à gente vetusta
Gallorum, Celtae miscentes nomen Hiberis.

Silius L. III, 340.

Venere & Celtae sociati nomen Hiberis.

ubi vide D. Heinsium. Fuerunt autem hi pugnacissimi. unde Florus L. II. c. 17. §. 9. eos *robur Hispaniae* vocat. Aptissime autem subjungerentur Gallis, à quibus sunt profugi, ut ait noster ipse. Pro *illic* posset etiam scribi *illuc* scilicet ad illam aciem, & siccos locos, quo misit etiam Numidas Libye, & Cydonas Creta. Malim tamen retinere *illic*, uti etiam *Cetras*: non verisimile enim *Celtas* corrupisse librarios in *Cetras*. *Commovit cetras* dicit auctor ob agilitatem, quam in cetrarum rotatione, & motu praestabant Hiberi. Est enim hoc artis militaris. Vide notas ad Ammian. Marcell. L. XXI. c. 2. Et *pugnacem* cetram ut dicit auctor, sic ἀσπίδα θοῦριν ait Homerus plus semel. V. Il. Λ. 32.

233 ERIPE] Occidantur, inquit, omnes, ne sint, quibus victor inperet rex, aut de quibus triumphet. SCHOL.

236 AD SEGETUM RAPTUS] i. e. ad frumenta rapienda, non ad bellum. IDEM. Sic Appian. & alii. Aliter paullo Caes. ipse Lib. III. B. Civ. 85. ubi vide.

240 AEGER] Qui moras ferre non poterat. SCHOL.

242 UT LENTUM DAMNARE] Hoc dicit, cum Caesar odisset moras, & festinaret ad regnum; bella civilia, quae paullatim trahebantur, condemnavit hactenus, & esse ea lentum facinus judicavit. IDEM.

244 CASURAM ET FATIS &c.] MS. duo: *Casuram fati s.* tertium, *Casuram fatis s.* Sine copula. quart. *Casuram sensit fati n.* BERSM. *Fati.* Ita reposuimus pro *fatis*, sensu manifesto. GROT. Primum delevi *&*, quod non comparet in ulla Editione ante Gryphium; nec etiam in aliquo

Msto

Coeperat exiguo tractu civilia bella,
Ut lentum, damnare, nefas. discrimina postquam
Adventare ducum, supremaque proelia vidit,
Casuram [a] fatis sensit nutare ruinam:
Illa quoque in ferrum rabies promtissima, paullum
Languit, & casus audax [b] spondere secundos,
Mens stetit in dubio, [c] quam nec sua fata timere,
Nec Magni [d] sperare sinunt: formidine [e] mersa,
Prosilit hortando melior fiducia vulgo.
O domitor mundi, rerum fortuna mearum,

Miles,

VARIAE LECTIONES.

a *& fati* vulgo. b *sperare* V. pr. c *quem* M. Ed. Ven. d *superare* B. 1. e *mensa* V. 1.

Msto Codice, & durissimam facit elisionem. Postquam Caesar vidit adventare proelia suprema, sensit ruinam alterius partis instare cum animi scilicet commotione. quare majorem post *ruinam* posui distinctionem. Posset quoque per copulae defectum Auctori nostro non insuitatum exponi: postquam haec vidit, & sensit ruinam instare, rabies ejus languit. Sed, fatendum est, tunc rectius *&* hoc loco adderetur. Dein *fati*, ut Grotius dedit, legitur in quatuor etiam Pulm. Codd. & duobus Vossianis, sed recentioribus, & Ed. Veneta. Reliqui omnes *fatis* retinent. Quod cur mutari debuit, non video: licet non damnem, si MSS. optimi haberent, *fati ruinam*. Nunc ita expono, repetendo vocem *ducum ἀπὸ κοινοῦ*, vel generalius quid, ut facit Scholiastes. Sensit ruinam ducum, vel rerum nutare, *casuram fatis* i. e. ut fata volunt, fatorum arbitrio, seu judice fato. Petron. c. 122.

- - - *judice Fortuna cadat alea.*

L. VI, 7.

- - - - *placet alea fati,*
Alterutrum mersura caput.

fato teste vs. 259. *Ruina* ergo *ducum*, vel generaliter, alterutrius partis intelligitur. Sic Lib. IV, 393.

Felix, qui potuit, mundi nutante ruina,
Quo jaceat jam scire loco.

vs. 791. *Romanam ruinam. Magni ruinam* Lib. V, 746. VIII, 528. propius ad hunc locum h. lib. vs. 85.

Involvat populos una Fortuna ruina.

Et similiter alibi. Sensit itaque Caesar, fata jam parare alterutri ruinam, quae jamjam casura nutabat. *s* in *fatis* absorptum est a seq. voce *sensit*.

244 RUINAM] Scilicet omnium rerum. Hoc dicit, etiam Caesarem, qui audacissimus erat, adventu civilis belli subito horrore trepidasse. SCHOLIAST.

247 STETIT IN DUBIO] Sensus hic est. Mens Caesaris, quae sibi prospera omnia promittebat, tunc in dubio stetit, ut nec timeret, nec speraret. Non sperabat; quia & Pompejum noverat in aliis bellis fuisse felicem: non metuebat, quia & sibi semper evenisse sciebat optata. IDEM.

249 MELIOR FIDUCIA] Dubius erat spei, metusque: sed metu suppresso, spem aperit, ut quae utilior incitandis militum animis. Dux secum metuere omnia debet; coram milite, nihil. GROT. Recte haec explicat Grotius cum plerisque. Hortensius, & Bersmann. male: *quod melius fideret suis rebus, quam vulgus militum, quos ad pugnam hortabatur. Melior hortando fiducia* est aptior ad vulgus hortandum, ut Scholiastes quoque exponit, quam formido. Sic cum tertio casu Virgilius L. 1. Georg. 286.

- - *nona fugae melior, contraria furtis.*

Cum infinitivo hoc sensu usurpat noster L. VIII, 381, 482.

250 O DOMITOR REGNI] i. per quem factum est, ut Pompejus, quam molitur, nondum regnet. ASCENS. Plures tamen legunt *mundi*: ut sit, per quem fere mundum domui. VERSELL. Quidam legunt, *mundi*, pro *regni*. Si legas, *regni domitorem* militem, indicat, Pompejum hactenus imperium tenuisse, quem milites sui jam prope perdomuerint. Si *mundi domitor*, per amplificationem accipiendum est, qui mecum mundi partes aliquot debellastis, *συνεκδοχικῶς*, ut Angliam, Germaniam, Galliam, Hispaniam, & Italiae partem. Quin & *miles*, pro, *milites*, synecdoche, numerus, pro numero. *Miles domitor*,

Xxx 2 *miles*

Miles, adest toties optatae [a] copia pugnae.
Nil opus est votis: jam [b] fatum arcessite ferro.
In manibus vestris, quantus sit Caesar, habetis.
[c] Haec est illa dies, mihi quam Rubiconis ad undas
Promissam memini; cujus spe [d] movimus arma;
In quam distulimus vetitos remeare triumphos.
[Haec eadem est hodie, quae pignora, quaeque [e] penates]
[Reddat, & emerito [f] faciat [g] vos Marte colonos.]
Haec, fato quae teste [h] probet, quis justius arma
Sumserit: haec acies victum factura [i] nocentem.

Si pro

VARIAE LECTIONES.

a *gloria* A. b *fata* B. 1. c *post haec* V. 1. d *novimus* M. e *parentes* al. V. Burm. ad Val. Flacc. VII, 50. *precantes* M. f *faciet* V. 1. g *nos* B. 2. A. h *probat* M. i *nocentem est* vulgo, & *flammis.*

miles fortuna rerum mearum, appositio. HORTENS. Temere Sulpitium, qui primus *regni* reposuit, secuti sunt Ascens. Micyll. & Hortens. Exstat in nullo Msto, nec sensum habet idoneum. Miles *domitor mundi* boni ominis caussa, & à magna parte domiti mundi, adpellatur. V. L. I, 300. V, 266.

- - - *totoque exercitus orbe,*
Te vincente, perit.

252 VOTIS JAM:] Post *jam* distinguunt vetusti codices. HORTENS. Qui ita perperam distinxit.

252 ACCERSITE] *Arcessite*, Canterus, & Editio Pulm. probe. BERSM. Sic passim esse scribendum, ut exhibui denuo, non *accersite*, docent MSS. optimi, & monuerunt ubique viri docti, & nos supra. *Arcessite* ex veteribus hic habent MSS. sex, & Ed. Romana. Veneta *ercessite*, errore typographico; unde nugaciter Maittaire facit *ercíscite*, vel putat antiquum pro *arcessite*. Nugae sane vix dignae, quae refellantur. Scivit, spero, *ercíscere* seu *hercíscere* significare, *dividere:* quod hic locum non habet; cum Lucanus dicat: jam parate vobis victoriam, & bonam fortunam pugnando L. IV, 484.

Arcessas dum fata manu.

253 IN MANIBUS VESTRIS] i. e. in potestate vestra habetis, ut aut Caesar omnibus imperet, aut fiat extremus omnium. SCHOL. Sic antiquiores etiam interpretes recte exponunt. Hortensius, & alii: habebitis Caesarem, & ejus fortunam praesentem, quo numquam male pugnastis. vel habebitis Caesarem, quantus quantus est. male. Notat saepissime *in manibus habere*, ita in potestate tenere, ut illud à te dependeat, quod in manibus est tuis. Ergo simpliciter expono. *Fortuna Caesaris à vobis pendet.* Vide Cerdam ad Virgil. Georg. L. II, 45. N. Heins. ad Silium XI, 163.

256 REMEARE] Ut modo triumpharemus; quia post victoriam Gallorum sumus prohibiti (*non permissi* Voss. sec.) triumphare. SCHOL.

257 HAEC EADEM EST HODIE &c.] Locutio haec valde mihi suspecta est *hodie eadem est dies*; nec temere alibi, credo, obvia. Immo spurii videntur hic, & seq. versus, intrusi propter praecedentem vocem *triumphos*. Scilicet quia sibi triumphum, & emeritis veteranis agros negari junctim dixerat Caesar apud nostrum L. I, 340. &c. hic etiam jungenda opinati sunt. Praeterea non apte inseritur hic mentio militum, cum in seqq. versibus adhuc de se loquatur Caesar, & tum demum de militibus, quibus nunc non *agros* tantum, sed *jus totius mundi* promittit. Quidquid sit, certe languent & in antiquissimis, & optimis Codd. Regio primo, Vossianis primo, & secundo non comparent; nec etiam in Scholiaste. In Voss. primo recenti manu ad marginem adtexti sunt.

258 EMERITO] Ita melius quam *emeritos*. Haec dies bello debellato, colonos vos faciet. GROT. Certe melius, quam *emeritos*; si versus non erunt spurii. Nam quid est *Emeritos Marte?* Ita habent tamen MSS. omnes praeter duos Pulm. & Bersmann. & meos recentiores cum Ed. Micylli. male. *Emerito Marte* i. e. emeritis militaribus stipendiis. Sic *emeritum jus*, *emerita mors* nostro L. V, 7. III, 622. & passim hoc adject. jungitur substantivis rei. V. Senec. Thy. 795. Agam. 908. Plin. Paneg. c. 15. Claud. vs. II. Cons. Stil. 101. II. in Ruf. 373. II. in Eutrop. Praef. 59. Adde J. F. Gronov. Obs. L. IV, 9. Heins. ad Ovid. Metam. L. XV, 186. Deinde post *nocentem* delevi verbum substantivum auctoritate Mstorum quinque Pulm. unius

Si pro me patriam ferro flammaque petistis,
Nunc pugnate truces, [a] gladioque exsolvite culpam.
Nulla manus belli, mutato judice, pura est.
Non mihi res agitur; sed vos, ut libera sitis
Turba, precor, gentes ut jus habeatis in omnes.
Ipse ego privatae [b] cupidus me reddere vitae,
Plebejaque toga modicum componere civem,
Omnia dum [c] vobis liceant, [d] nihil esse recuso.
Invidia [e] regnate mea. Nec sanguine multo
Spem mundi petitis: Grajis [f] delecta juventus

Gymnasiis

VARIAE LECTIONES.

a *gladiosque exolvite culpa*, vulgo. b *cupido* V. 1. c *lic. vob.* A. d *nil* B. 1. V. 1. H. Ed. Rom. Hort. m. e *regnante* O. 1. M. f *dilecta* P. 1. B. 1. P. pr. Vid. supra.

unius Bersm. & meorum quinque cum Ed. Veneta. Nec agnoscunt illud *est* Ascens. Micyll. & Hortens. Mox *flamma*, non *flammis*, ex Wittiano. Oxon. & Bersm. *ferro flammaque* frequens formula, ut *igni, ferroque* &c. Et cur repetisset potius syllabam insuavem *is*?

259 FATO TESTE] Ut ait Cicero in Caesarianis. *Nunc melior ea judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt.* SCHOL. V. ad L. 1, 128.

262 EXSOLVITE] Vincendo probate, vos juste arma sumsisse. SCHOL.

262 GLADIOSQUE EXOLVITE CULPA]. Al. *gladiisque exolvite culpam* in vetusto Cod. HORT. Micr. duo: *gladioque exolvite culpas*: sed alter, *culpam* habet; & in codice quodam vetustissimo, *gladiisque exolvite culpam.* In vulgata lectione est Hypallage. BERSM. Cum Scholiaste reliqui etiam interpretes ceperunt ita mentem Lucani, ac si voluisset, ut vincendo ostenderent, se juste arma sumsisse, & suos gladios crimine vacare. Verum vehementer dubito, an haec verba, ut vulgo se habent, hanc explicationem patiantur. *Exsolvere gladios culpa* nihil aliud notat, quam liberare eos culpa, facere, ne in iis sit culpa. Unde etiam interpretes coacti sunt subaudire *pugnando*, vel *vincendo*. Sensisse id videtur etiam Bersm. cum dicat, in vulgatis verbis esse Hypallagen. Sed aliud quid intendisse Lucanum, testantur non solum illius, sed & aliorum MSS. libri: nam etiam in duobus Pulm. & undecim meis est *gladio* vel *gladiis exsolvite culpam* vel *culpas*. Wittian. *gladioque absolvite culpam.* Quare sine haesitatione reposui *gladioque exs. culpam*; hoc sensu. Si adgressi estis patriam ferro flammaque, & inde culpam contraxistis, nunc fortiter pugnate, & abolete, ac solvite illam culpam gladio, hoc est, jus ferro facite, ut is dicatur innocens, qui vicerit, judice bello. Petron. quid velit noster, apte exponit, c. 122.

Ite mei comites, & caussam dicite ferro;
Namque omnes unum crimen vocat.

Similes locutiones adhibet Silius L. 11, 640.

- - - - - - *culpa te solverat ensis.*

L. XI, 199.

Et ferro purgate nefas. Hic denique solus
Eluerit sanguis maculatas crimine mentes.

Culpam ferro compescere, sed alia in re, dixit Virgil. L. III. Georg. 468. *Solvere culpam* Ovidio L. IV. Trist. 4, 10. *Exsolvere* dicitur, ut *exsolvere metum* apud nostrum L. V, 259.

263 MUTATO JUDICE] Sensus hic est. Nos quidem probamus factum, quod bella suscepimus; sed damnabitur hoc factum, si de nobis, non nos, sed alius coeperit judicare i. e. Pompejus victor. Si hodie victi erimus, satis apparet, quod omnes simus nocentes, & non habuerimus justam caussam; si ego nunc vicero, purus ero, & innocens. SCHOL. *Λύσανδρος καλέσας Φιλοκλέα τὸν στρατηγὸν, ἠρώτησεν αὐτὸν, τίνα τιμᾶται δίκην ἑαυτῷ τοιαῦτα περὶ Ἑλλήνων συμβεβουλευκὼς τοῖς πολίταις, ὁ δὲ, οὐδέν τι πρὸς τὴν συμφορὰν ἐνδοὺς, ἐκέλευσεν μὴ κατηγορεῖν, ὧν οὐδείς ἐστι δικαστὴς, ἀλλὰ νικῶντα πράττειν, ἅπερ ἂν νικηθεὶς ἔπασχεν.* Plutarchus haec. At Tacitus tribuit Civili Batavo hoc dictum: *Victoriae rationem non reddi.* GROT. Ed. tert.

267 PLEBEJA] Ex equestri enim ordine fuit. SCHOL.

267 MODICUM] i. e. modico, cum modo viventem, ut ait Sallustius. *Modico quoque & eleganti imperio percarus fuit.* IDEM. In Voss. sec. scr. bibitur, *inmodicoque & elegantum p. f.*

268 RECUSO] Quasi cogatur, ut dux sit, dum illis

Gymnasiis aderit, studioque [a] ignava palaestrae,
Et vix arma ferens, [b] aut mixtae dissona turbae
Barbaries; non illa tubas, non [c] agmine moto
Clamorem latura suum. civilia paucae
Bella manus facient: pugnae pars magna levabit
His orbem populis, Romanumque obteret hostem.
Ite per ignavas gentes, famosaque [d] regna,
Et primo [e] ferri motu prosternite mundum:
Sitque palam, quas tot [f] duxit Pompejus in urbem
Curribus, [g] unius [h] gentes non esse [i] triumphi.
Armeniosne movet, Romana potentia cujus
Sit ducis? [k] aut emtum minimo vult sanguine [l] quisquam
Barbarus

VARIAE LECTIONES.

a *ignara* A. b *&* vulgo. c *sanguine* V. 1. d *signa* H. pro var. lect. e *motu f.* V. 1. W. H. O. 1. f *dixit* R. 1. g *in niveis* M. h *gentis* W. i *triumphum* W. P. 1. k *haud* A. Ed. Rom. l *quisque* P. 1. B. 1.

illis imperium conferre desiderat. SCHOL.

269 INVIDIA] Ut, dum omnes in me invidiam conferunt, quod adfectaverim regnum, vos teneatis inperium. i. e. quod pugnatur, mihi inputetur, & vobis, quod vincitis, prosit. IDEM.

271 STUDIOQUE IGNAVA PALAESTRAE] Nec multum laboratis, ut mundum occupare possitis. Ignavos enim habemus inimicos. Argumentum à facili. *palaestrae.* Quae propter studium palaestrae usum nesciat procliorum, sed ingeniose dictum, ut per palaestram ignavi sint, cum inde fortes esse deberent. IDEM. Per Oxymoron scilicet saepius nostro usitatum.

272 AUT] Sic malui cum pr. sec. tert. Voss. Reg. uno, Oxon. primo, ac Hortens. Marg. dicit, esse Graeculos, vel barbaros, qui sunt in exercitu Pompeji. *ac* Oxon. sec. & meus. deest in Reg. primo.

273 AGMINE MOTO] Voss. prim. & Reg. cum uno Bersm. & Amst. aliisque à N. Heinsio inspectis *toto* (V. Drakenb. ad Sil. III, 205.) & explicat glossator in Voss. primo: *clamor eorum in toto agmine vix audietur*. perperam. *latura* est sustentura. non feret tubas nec horrendum clamorem sui ipsius exercitus, primo aciei motu, & tubarum classico; cum primus oritur clamor. Vide Livium L. XXX, 33. Flor. L. IV, 12. §. 15. *Nec tubam sustinere potuerunt.*

274 CIVILIA] Pauci enim cives nostri sunt, ceteri peregrini. SCHOL. Ii enim proprie civilia bella facere dicuntur, qui ex utraque parte cives sunt. Plures igitur significat barbaros, atque externos in acie Pompeji, quam Romanos cives esse. MICYLL.

276 HOSTEM] Nam hoc civili bello multi extranei morientur, qui poterant contra Romanos bella suscipere, sive tumuerunt. *famosa* i. malae famae. SCHOL.

280 UNIUS GENTES NON ESSE TRIUMPHI] Hoc dicit. Probate, gentes istas, quas multis triumphis in urbem Pompejus induxit, ita esse exiguas, ut omnes in unum collectae unum triumphum plenum facere non possent: hoc est. Semel de omnibus triumphare non debuit, de quibus singulis toties triumphavit. IDEM. Non sufficere uni triumpho nostro. SULPIT. Vel potius, non esse dignos, aut idoneos, de quibus unus aliquis triumphus, nedum plures agantur. Elevat enim res gestas Pompeji, ut majorem victoriae spem militi faciat, eundemque alacriorem reddat. MICYLL.

281 ARMENIOSNE &c.] An pertinebat, inquit, aliquando ad Armenios, qui dux Romanorum totam habeat potestatem, ego, an Pompejus? Negat ergo fieri posse, ut pertineat. SCHOL.

282 EMTUM MINIMO VULT S.] i. e. ut parvo suo sanguine & minimo Pompejum omnium Romanorum rebus faciat inperare, aut, ut velit ullus barbarus guttam sanguinis perdere propter Pompejum ea caussa, ut ille regnet super Hesperios. Et hoc negat, quemquam barbarorum esse facturum. IDEM.

282 NIMIO SANGUINE] Mscr. quatuor *minimo.* quod non displicet. BERSM. *Minimo. Minimo* po-

Barbarus Hesperiis Magnum praeponere rebus?
Romanos odere [a] omnes, dominosque gravantur,
Quos novêre, magis. sed me Fortuna meorum
Commisit manibus, [b] quarum me Gallia testem
Tot fecit bellis. cujus non militis ensem
Agnoscam? [c] coelumque tremens cum lancea transit,
Dicere non [d] fallar, quo sit vibrata lacerto.
Quod si signa, ducem numquam fallentia vestrum,
Conspicio, faciesque truces, oculosque [e] minaces;
Vicistis. videor fluvios spectare cruoris,
Calcatosque simul Reges, sparsumque [f] Senatus
Corpus, & inmensa populos in caede [g] natantes.

Sed

VARIAE LECTIONES.

a *duces* M. b *quorum* vulgo. c *telumque* Ed. Med. d *fallor* VV. LL. Steph. P. 2. B. 2. W. H. Edd. Ven. Omnib. Bersm. e *minantes* A. f *Senatum* R. pr. g *minantes* VV. LL. Steph.

posuimus ex MS. non *nimio*. An externi vel minimum sanguinis impendere velint rei ad se non pertinenti? GROT. Ed. pr. Sapiens sententia, & multis experimentis probata, quae & ad subditos pro regum potentia, non pro sua salute aut commodis pugnantes, pari ratione extenditur. Demosthenes Olynthiaca II: *μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς αὐτοῖς Φίλιππόν τε χαίρειν καὶ τοὺς ἀρχομένους. ἀλλ' ὁ μὲν δόξης ἐπιθυμεῖ, καὶ τοῦτο ἐζήλωκε, καὶ προῄρηται πράττων καὶ κινδυνεύων, ἂν συμβῇ τι παθεῖν, τὴν τῶν διαπραξάσθαι ταῦτα, ἃ μηδεὶς πώποτε ἄλλος Μακεδόνων βασιλεὺς, δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀσφαλῶς ᾑρημένος· τοῖς δὲ τῆς μὲν φιλοτιμίας τῆς ἀπὸ τούτων οὐ μέτεστι· κοπτόμενοι δ' ἀεὶ ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω τε καὶ κάτω λυποῦνται), καὶ συνεχῶς ταλαιπωροῦσιν.* & quae sequuntur. Idem in responso ad epistolam Philippi: *μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς αὐτοῖς χαίρειν Φίλιππόν τε καὶ τοὺς ἀρχομένους· ἀλλ' ὑπολάβετε, ὡς ὁ μὲν ἐπιθυμεῖ δόξης, οἱ δὲ ἀσφαλείας. καὶ αὐτῷ μὲν οὐκ ἔστι τυχεῖν ταύτης ἀκινδύνως, οἱ δ' οὐδὲν δέον) καταλιπόντες οἴκοι τέκνα, γονεῖς, γυναῖκας φθείρεσθαι καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ.* Tacitus in oratione Galgaci: *Nisi si Gallos & Britannos, & (pudet dictu) Britannorum plerosque dominationi alienae sanguinem commodantes, diutius tamen hostes quam servos, fide & affectu teneri putatis.* Frontinus de Hispanis, qui Poeno militabant: *Robustus quidem miles, sed qui alienum negotium ageret.* Sic Lazi apud Procopium Gothicorum IV. *ὅτι δὴ Ῥωμαῖοι μὲν, ὅτι πατρίδος, ὅτι τῶν ἀναγκαίων προκινδυνεύοντες εἰς τὸν ἀγῶνα καθίσταντο*). & quae ibi sequuntur. GROT. Ed. tert. Recte *minimo* vindicavit Grotius, & recte cum Scholiaste explicat. *Minimo*, est etiam in quinque Pulm. libris MSS. & meis praeter tres recentissimos, ac prioribus Edd. *nimio* primum comparet in Ed. Parmensi, quod secutus est Sulpit. & dein ceteri praeter R. Stephan. de locutione *emi morte, sanguine, magno, parvo* &c. multa collegit dilig. Drakenb. ad Silium L. v, 601.

283 HESPERIIS] *His Superis* Micr. corrupte. BERSM.

284 GRAVANTUR] Ac per hoc nec Pompejum, qui Romanus est, fideliter adjuvabunt. SCHOL.

284 DOMINOSQUE GRAVANTUR] Reg. prim. *dominisque* & multi à N. Heinsio consulti; sed perperam. Vide ad L. v, 258.

Seque putas solum regnorum injusta gravari.

285 QUOS NOVERE] Eos dominos, inquit, gravius ferunt, quos noverunt i. Pompejum, qui subactis his inperavit. Interim hoc egit primum, ut exterae gentes utrumque odissent, Pompejum & Caesarem; nunc facit, ut Pompejum magis videantur odisse. SCHOL.

286 COMMISIT MANIBUS] Regius uterque, meus, & Edd. Romana, Parmens. & Paris. 1512. *permisit*. ut saepius loqui amat noster. Sic hoc libro vi. 108.

Tradere Fortunae, gladio permittere mundi
Discrimen.

333.
- - - - - *permittunt omnia fatis.*

413.
- - - *permissasque ignibus urbes.*

v, 694

Sed mea fata moror, qui [a] vos [b] in bella furentes
Vocibus his teneo. veniam date bella trahenti,
Spe trepido: haud [c] umquam vidi tam magna daturos,
Tam prope me Superos: camporum limite parvo
Absumus à votis. ego sum, [d] cui, Marte [e] peracto,
Quae [f] populi, Regesque tenent, donare [g] licebit?

Quone

VARIAE LECTIONES.

a *nos* Marp. b *in tela furentes* vulgo. c *numquam* O. 1. d *qui* Ed. Hort. e *subacto* V. 1. f *populus* B. 1. *reges populique* V. 1. g *libebit* B. 1.

v, 694.

- - - *mundi jam summa tenentem*
Permisisse mari.

VIII, 384.

Et quo ferre velint, permittere vulnera ventis.

Sed & *committere* L. v, 690. & 301. ubi vide. Claudian. L. II. in Rufin. 216.

- - *miserum permitto casibus orbem.*

Livius L. IV, 49. *Huic bellum adversus Aequos permissum est.* MS. Voss. *commissum.* VIII, 30. *calcaribus equos permisit.* Apud Caesarem saepius *permittere se & fortunas suas fidei & in potestatem pop. R.* ut L. II. B. Gall. 3. v, 3. &c. Curtius L. III. c. 2. *homines cum se permisere Fortunae.* Videtur itaque hoc verbum notare pleniorem potestatem illius in istos, qui ejus manibus, vel curae commissi sunt. Quidquid sit *permitti* praeferrem apud Flor. L. I. c. 3. *Misso in compendium bello, Horatiis Curiatiisque &c. utriusque populi fata permissa sunt.* quam lectionem confirmant quatuor MSS. Biblioth. Leid. Dubitat Clariss. Dukerus. pro *quorum* hic scribitur *quarum* in uno Bersm. Regio pr. Voss. sec. & tert., utroque Oxon. Hulst. & Edd. Parmensi, ac Paris. quod praetuli. Quia tamdiu testis erat manuum sive operarum militum suorum, ideo recte noverat, qua cujusque manu ensis & lancea vibrabatur. Dein ingratus est sonus, *meorum quorum.*

289 NON FALLAR] Certum dicam, etsi non videam illum jaculatorem. SCHOL. Ante oculos nostri locum videtur habuisse Silius, ubi Hannibal L. IX, 245.

Hortandoque iterum atque iterum insatiabilis urguet
Factis quemque suis, & se cognoscere jactat,
Qua dextra veniant stridentis sibila teli,
Promittitque viris, nulli se defore testem.

292 VICISTIS] Dicit, se in vultibus torvis eorum videre, eos futuros esse victores. SCHOL.

295 MOROR] Haec videre jam videor, & vos loquendo detineo. IDEM.

295 IN TELA RUENTES] *In bella furentes* Mscr. tria. quart. *in caede furentes.* BERSM. Hanc locutionem *in tela ruere*, non damno. Sic enim noster *ruere in proelia* vs. 338. & alibi. Vide Indic. *in ferrum* L. I, 460. Virgil. Georg. II, 504. ubi V. Cerd. Ovid. Lib. II. Art. Am. 379. *In arma* Virg. Aen. II, 350. & saepe, aliique similia habent sexcenties: Sed aliud à Lucani manu esse profectum, suadent Msti, qui perpetuo tamen in his vocibus vacillant; nempe *in bella furentes.* Ut habent quoque Var. Lect. Steph. & quatuor Pulm. & undecim mei cum Edd. Rom. Parm. & Omnib. *In bella furentes* i. e. ardore belli, seu proelii committendi flagrantes. Sic L. I, 68. II, 239. *in arma furere*; & passim *furere*, & *ense furere* dicitur tam à nostro, quam ab aliis saepe. Vide, quos landat Drakenb. ad Sil. X, 67. Dein elegantiam habet hic *bella*, quod repetatur à Caesare vs. seq. opponente milites *in bella furentes* sibi *bella trahenti.* Consule, quae notavi ad L. II, 496.

- - - *Non si me gurgite Ganges*
Submoveat, stabit jam gurgite Caesar in illo.

Non multum tamen obnitar, si quis malit *in bella ruentes.* Quia melius opponi videtur τῷ *teneo.* ut sit pro, ruere volentibus, praecipitibus. Habet ita Wittian. & Marp. cum Edd. Ascens. Versell. Par. Sulpit. Micyll. & Hortens. *in tela furentes* Voss. prim. & secund. & Ed. Veneta. In primo pro var. lect. *ruentes.* *In tela ruentes* est in uno Oxon. & Voss. tertio, ac primum receptum à Sulpitio, & Aldo, quem secuti sunt Colin. Steph. Gryph. Pulm. & ita ceteri.

297 SPE TREPIDO] Vel spe celer sum, licet protraham vos vocibus. vel facit me spes trepidare, quia magna est. *Trepido* autem nomen est. SCHOLIAST. Male quidam exponunt *exsulto*, *gestio*; nam primo rectius, ut nomen sumitur, monitu Scholiastis. primus ut verbum consideravit, ac post *trahenti* majorem distinctionem adposuit Hortensius, quem reliqui secuti sunt. Dein *trepidus* hic notat conmotum, cujus alacre cor pulsatur, & nimium

Quone poli motu, quo coeli ſidere verſo,
[a] Theſſalicae tantum, Superi, [b] permittitis [c] orae?
Aut merces hodie bellorum, aut poena paratur.
Caeſareas ſpectate cruces, ſpectate catenas,
Et caput [d] hoc poſitum roſtris, effuſaque membra,
Septorumque nefas, & clauſi proelia campi.

Cum duce

VARIAE LECTIONES.

a *Theſſaliae* Ed. Hort. b *promittitis* P. 1. M. Ed. Rom. Parm. Paris. c *horae* MSS. qdd. d *oppoſitum* P. 1. B. 1. R. 1. Edd. Rom. Parm.

nimium commovetur, ut ſolet, tam ſpe, quam metu fieri; quomodo bene Omnibon. & alii explicant, & etiam pueri norunt.

298 TAM PROPE ME] Numquam, inquit, vidi ſuperos tam prope me i. e. aut viſuros (MSS. *quos uſus*. an *gaviſuros?*) qua ego felicitate pervenerim (ſic MSS.) aut qui ad me proxime ſteterint ad adjuvandum. SCHOL.

299 ABSUMUS A VOTIS] A victoria hic brevis nos ſeparat campus, ubi hoſtes ſunt conſtituti. IDEM.

301 QUONE POLI MOTU] *Quone* autem *motu* dixit, interrogative, ſeu admirative, pro, *quo igitur motu?* Ut particula *Ne*, ſit ſimpliciter interrogandi nota, non etiam copulandi. MICYLL. Duplex interrogatio. ſimile loquendi genus in x.

- - - - - quantosne tumores
Mente gerit famulus Magni cervice revulſa.

GROT. Ed. pr. & ſec. Hic *ne* breve eſt, adjectio ſupervacua ad vocabulum interrogativum. Sic libro x:

- - - - - quantosne tumores
Mente gerit famulus?

Neque vero ſine veterum exemplo. Nam & Horatius in Satyris dixerat: (L. II. S. 3, 295.)

Quo - - ne male mentem percuſſa? timore deorum.

Et mox: 317.

- - - - - illa rogare
Quanta ne.

Sic & apud Virg. l. XI. Aen. Aſper legebat: *Quorne nefas.* IDEM. Ed. tert. Adde Comment. ad Horatii L. I, S. X, 21. & Torrent. ad Sueton. Caeſar. c. 28. ſupra L. V, 654. in MSS. quibusdam.

- - quantusne evertere, dixit,
Me ſuperis labor eſt.

Ita *anne* pro *an* eodem lib. 328.

Anne fugam magni tanta cum claſſe ſequentur
Heſperiae gentes?

Quomodo etiam locuti ſunt alii ſcriptores. Vide Pium ad Lucretii L. IV, 782. Male ergo *quove* per Polyſyndeton edunt, & explicant Sulpit. & Aſcenſ. aliique. & eſt in Amſt. MS.

301 COELI SIDERE V.] Sulpitius exponit, *qua converſione, aut regreſſione planetae.* Ego exponerem, inquit Glareanus. *Quo motu poli*, id eſt, *cardinis*, & *quo verſo ſidere coeli*, id eſt, *quo coeli ex aſtris influxu*, ſive (ut vulgo loquuntur) influentia. Octavae enim ſphaerae polus movetur ſaltem trepidatus (quem ita appellant) motu. Ita Glareanus, ut nos quoque annotavimus. HORTENS. Rectius Sulpitius explicat.

302 TANTUM] Ut fatum de exitu belli Pop. Rom. conſtituat Theſſalia. SCHOL.

302 ORAE] Al. *horae* in vetuſto Cod. HORTENS.

303 PARATUR] *Parata eſt* Pulm. & Berſm. duo. Optimus Voſſ. prim. *parata.* quod verum puto.

304 CRUCES] Quibus vult hoſtis Caeſarem infigere. SCHOL.

304 CAESAREAS SPECTATE CRUCES] Plutarchus Caeſari haec verba tribuit: τῦτο ἐβυλήθησαν, εἰς τῦτο με ἀνάγκης ὑπήγαγον, ἵνα Γάϊος Καῖσαρ ὁ μεγίςυς πολέμυς κατορθώσας, εἰ προηκάμην τὰ ςρατεύματα κἂν κατεδικάσθην. Quae Suetonius ſic Caeſaris verbis extulit auctore Aſinio Pollione: *Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Caeſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiſſem.* GROT. Ed. tert.

305 ROSTRIS] Affixum in ſuggeſto, quod erat in templo, cui nomen *roſtra.* SULPIT. Suggeſtum, puto ego ante curiam non in templo fuiſſe & Comitium verſum, non ad templi parietes. Comitium porro ſingulari numero locus erat ante curiam, circa quam nullae tabernae, ſed quieta omnia. In altera autem Curiae parte, forum erat, turba hominum, & officinis, tabernisque ſtrepitus. Cuius veſtigium hodie videmus oppido elegans in ſancta urbe Agrippina Colonia. Comitia vero erant, totius populi conventus, ad creandos magi-

Cum duce Sullano gerimus civilia bella.
Vestri cura movet. nam me secura manebit
[a] Sors quaesita manu: fodientem viscera cernet
Me mea, qui nondum victo respexerit hoste.
Dî, quorum curas [b] abduxit ab aethere tellus,
Romanusque labor, vincat, quicumque [c] necesse
Non putat, in victos [d] saevum [e] destringere ferrum,
Quique suos cives, [f] quod signa adversa tulerunt,
Non credit, fecisse nefas. Pompejus in arto

Agmina

VARIAE LECTIONES.

a *mors* P. 1. Ed. Ven. male. V. ad L. v, 773. vii, 818. viii, 700. b *abducit* V. 1. *subducit* W. non male. c *necesse est* V. 2. O. M. Edd. Ven. Br. Med. d *laevum* MSS. qdd. V. Drak. ad Sil. v, 660. e vulgo *distr.* f *qui* V. pr.

magistratus, ad bella indicenda, ad pacem dandam devictis, & ad quaedam alia Reip. munia, &c. GLAREAN.

306 SEPTORUMQUE] In Campo Martio, ubi Comitia habebantur. SCHOL. Hoc dicit ob quatuor legiones in Campo Martio trucidatas imperio Sullae, cujus imitator erat Pompejus. vide quae supra libro ii. GROT. Ed. tert.

306 NEFAS, ET CL. PROELIA CAMPI] Ἐπεξήγησις. Septa enim in Campo Martio, loca erant inclusa tabulatis, instar Ovilium. BERSM. Recte ita Bersm. & alii. Nugatur hic glossator. Voss. primi dicens *ad bestias tractabimur, ut cum eis pugnemus. Septa* & *clausus campus* idem notant, & innuit factum Sullae, quod memoravit auctor L. ii, 196.

Tunc flos Hesperiae, Latii jam sola juventus
Concidit, & miserae maculavit ovilia Romae.

ubi vide. Monent id quoque recte interpretes.

307 CUM DUCE SULLANO] Hoc dicit. Videte, quid de me facturus est Pompejus, & ipsa respicite. Nam Pompejus de Sullae partibus fuit. Haec, quae fecit Sulla, facturus est, & quae fecerit, dicit, quod hic imitabitur. Nam *septa* in urbe locus est, ubi inclusas vi. (Sc. iv. ex Valerio. V. Freinshem. ad Flor. iii, 21.) legiones Sulla jussit occidi. SCHOL.

310 QUI NONDUM VICTO RESPEXERIT HOSTE] Sensus hic: si quis nondum victo hoste respexerit i. e. ut se in fugam det retrorsum adspiciens, videbit, quemadmodum me ipse occido, dicens, quod ipse, qui respicit, non intentus sit in proelium. SCHOL. *Victum hostem* al. *victo hoste* in Cod. vetusto. HORTENS. Prius, quod sciam, ita edidit Grotius, quod confirmat Scholiastes, & multi scripti. Ex meis tamen numero plures retinent, ut ceterae Edd. *victum respxerit hostem*, eodem sensu; scilicet fugerit hostem nondum victum. Fugientes, & terga vertentes enim respicere solent. Alio sensu dixit auctor Lib. vi, 185. de Scaeva.

- - - *vincit, quem respicit, hostem.*

Hic tamen, ut verum fatear, sensus non satisfacit mihi. Quis in animum sibi inducere potest, quod Caesar militibus minaretur, se statim manus sibi inlaturum, si quisquam modo è proelio decedens fugam capessat, aut quod statim desperaret de rebus suis, quam primum suos terga dantes vidisset? Futiles hae forent minae, nec fortissimo viro dignae. quare merito impense adridet ingeniosa Doctissimi Waddeli conjectura *qui nudum victore aspexerit hoste.* i. e. qui me viderit nudum i. e. militibus meis destitutum, sive caesis, sive in fugam versis. Adducebatque Herodianum Lib. v. c. 5. qui de Macrino loquens dicit eum, cum animadverteret milites suos ad Antoninum transfugere. metuentem, ne captivus fieret &c. παντάπασι γυμνωθεὶς τ̃ δυνάμεως: & Ovidium L. i. Amor. El. 2, 37, 38.

His tu militibus superas hominesque Deosque,
Haec tibi si demas commoda, nudus eris.

Adde Ciceron. L. x. ad Fam. Ep. 11. *Si nudus huc se Antonius conferet* i. e. à militibus desertus. *Nuda fuga* Vellej. L. ii, 61. & alibi. Levissima est mutatio *nudum* in *nundum*, & *nondum*. Solam litteram *n*, quae facillime excidere potuit, addit haec conjectura. Immo confirmant illam Codices Voss. duo, qui habent *victo respexerit hostem*, vitiose. Ed. Paris. 1512. *victum respexit in hostem.* Licet vero haec conjectura tanto opere adrideat, vel sic tamen nihil temere mutem: potius videtur auctor respexisse ad ea, quae Mundae acciderunt: ubi de con-

Agmina vestra loco, vetita virtute moveri,
[a] Cum tenuit, quanto satiavit sanguine ferrum!
[b] Vos tamen hoc oro, juvenes, ne caedere quisquam
Hostis terga velit: civis, qui fugerit, esto.
Sed, [c] dum [d] tela micant, non vos pietatis [e] imago
Ulla, nec [f] adversa conspecti fronte parentes
Commoveant: vultus gladio turbate verendos.
Sive quis infesto cognata in pectora ferro
Ibit, [g] seu nullum violabit [h] vulnere [i] pignus,

Igno-

VARIAE LECTIONES.

a *continuit* B. 1. V. 1. b *Ast ego vos o.* P. R. 2. M. *Ast t. h. o.* Ed. Rom. *Vos autem* P. 1. *Vos quamvis* B. 1. c *cum* W. d *bella* V. 1. e *origo* VV. LL. Steph. f *aversa* Hort. m. g *ceu* V. 1. h *pectore* H. i *pectus* P. 1. V. 2.

consciscenda sibi nece Caesar cogitavit. De eo consilio praeter ceteros Historicos haec ait Florus L. IV. c. 2. *Novissime illud insusitatum Caesaris oculis nefas, post quatuordecim annos probata veteranorum manus gradum retro dedit. Quod si nondum fugerat, adparebat tamen pudorem magis, quam virtutem resistere. Dicitur in illa perturbatione, & de extremis cogitasse secum, & ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu mortem vellet.* Ita concipiunt hunc locum constanter quatuor Bibl. Lugd. Bat. MSS. Codices.

311 ABDUXIT AB AETHERE] Qui cum de coelo tantum cogitare debeatis, propter Romanorum laborem eadem cogitatione dimissa sollicitudinem de terrenis habere coepistis. SCHOL.

313 IN VICTOS] Variant exemplaria, quae conjunctim *invictos* legunt. Sed prior lectio vera est, & congruit cum sequenti Vincat, inquit ille, qui victor non cupit saevire in devictos bello, ut fecit Sylla, & qui non oderit cives, quod contra se in acie steterint. Indicat, se talem esse, & ea clementia, ut victor velit omnibus ignoscere, quod contra se arma induerint. Appianus author, Caesarem Venerem victricem; Pompejum Herculem invictum in auxilium invocasse. HORTENS. Mscr. duo: *invictos:* alt. *& victos.* Neutrum probe. saevire, inquit, contra victos. Virgil.

Parcere subjectis & debellare superbos.

BERSM.

313 DESTRINGERE] Hoc modo exhibent Regius prim. Wittian. Voss. sec. & tert. aliique à N. Heinsio conspecti, quare ita reposui, non *distringere*, cum Cl. Drakenb. ad Silium. Ital. L. XVII, 164.

- - - *mucronibus in se*
Destrictis ruere.

ubi egregie de his disputat. Adde, quos laudat Cel. Duker. ad Florum L. II. c. 2. *Securi destricta*; & quae passim ex MSS. monet Doctiss. cognatus meus Torrenius ad Valer. Maxim. Corrigendus etiam Stat. L. IV. Theb. 349.

- - *nulli destringere ferrum*
Impetus.

& Caesar B. Gall. L. I. c. 25. *Ea disjecta, gladiis destrictis*, non *distr.* & alibi.

315 NON CREDIT FECISSE NEFAS] Ille, inquit, vincat, qui pius est animi, ut victis debere credat ignosci. Hanc clementiam Caesari adsignat Tullius in Caesarianis. *Scelus tu illud vocas, Tubero. Cur? Isto nomine* (*enim* vulgo additur apud Cicer. pro Ligar. c. 6.) *illa adhuc caussa caruit: alii errorem adpellant, alii timorem.* Et hic, ergo sic sensit, quod scelus non debeat nominari. Quasi diceret Caesar: Non puto, eos fecisse nefas, qui Pompejum secuti sunt, & ideo non judico, eos post victoriam occidendos. SCHOL.

315 CREDIT] Alii *credunt*: minus probe. BERSMANN. *Credis* restituit etiam Modius Novant. LL. Epist. 24. Nec aliter MSS. omnes, & Edd. ante Gryphium, qui pessime cum Pulm. ac Maittaire *credunt* exhibuit.

316 AGMINA VESTRA] Steph. var. lect. Pulm. unus & Bersm. meique quatuor *nostra.* Forsan melius: ne quis intelligat *agmina deorum*, ad quos se converterat. Nunc rediit ad milites.

317 CUM TENUIT] Hoc est, cum nos oppresserit Pompejus, virtutem vestram movere prohibens, quanta facturus est, cum tenuit i. e. quando tenuerit, accipimus. Possumus & sic accipere. Scitis, quanta crudelia supra fecerit, cum vos Pompejus oppresserit. Pugnam dicit, quam habuit cum Torquato. SCHOL. V. ad L. VI, 296. &c.

Ignoti jugulum, tamquam scelus, inputet hostis.
Sternite jam vallum, [a] fossasque inplete ruina,
Exeat [b] ut plenis acies non sparsa maniplis.
Parcite [c] ne castris: [d] vallo [e] tendetis in illo,
Unde acies peritura venit. vix [f] cuncta locuto
Caesare, quemque suum munus trahit, armaque raptim
Sumta [g] Ceresque viris; [h] capiunt praesagia belli,
Calcatisque ruunt castris: stant ordine nullo,
Arte ducis nulla: [i] permittunt omnia fatis.

Si toti-

VARIAE LECTIONES.

a *fossas inp.* W. V. tert. Marp. non male. b *&* Ed. Br. c *neu* R. 2. *nec* W. M. d *vallum illum* O. 1. e *tendatis* VV. LL. Steph. P. 3. B. 1. V. 1. H. Ed. Ven. f *plura* B. 1. g *viris; celeres* vulgo. h *rapiunt* P. 1. i *permittuntque* P. 5. B. 3. mei 12. Ed. Ven. aliaeque.

319 HOSTIS] *Hosti* MSS. aliqui à N. Heinsio visi. Rectius, ut monet Celeb. Burm. ad Ovid. L. VI. Metam. 659. V. sup. ad L. I, 193. & saepius.

319 CIVIS] Hoc ait fugientem nullus occidat, sed qui fugerit, civis habeatur. SCHOL.

322 VERENDOS] Quibus reverentiam debeatis, h. e. parentium. IDEM.

324 SIVE ULLUM] Mscr. quatuor *seu nullum*, probe. BERSM. *Seu nullum.* Male rursus Gryphius dederat *sive ullum* contra omnes scriptos, & auctoris sententiam. *ullo* a m. sec. Voss. sext. *nullo* Hulst. Voss. tert. & Hort. margo. Dein *violarit*, quod non omnino spernendum, est in Voss. pr. & sec. ac variis Steph. lectionibus. *violavit* duo alii Voss. *violaret* Ed. Brix.

325 IGNOTI JUGULUM, TAMQUAM SCELUS INPUTET HOSTIS] Sensus hic est. Sive quis interficit parentem suum, sive extraneum, mortem extranei sic inputet mihi, quasi parentis; tamquam majora his daturus sit (*quamquam est* Voss. pr.) praemia, qui parentes perimerent. Potest & sic accipi: sive ille, qui parentem perimit, vel ille, qui extraneum, sic habeat; tamquam scelus sit, ignoti hostis jugulum ferire. Hortatur ergo, ut in parentes suos magis saeviant. SCHOL. *Impetat jugulum hostis ignoti tanquam scelus.* Ea atrocitate hostem ignotum invadat, qua invaderet necessarium, & cognatum. SULPIT. Vel sic: quicunque obviam factus erit, & resistet, ejus jugulum petite, ut hostis & scelerati, nullo discrimine, cognatus, an alienus sit, habito. MICYLL. Ut parentes, ut consanguineos, ut affines, & cognatos trucidant, tanquam par scelus admissurus grassetur in jugulum hostis ignoti. Adversis frontibus pugnantes ferite, terga vertentibus parcite, quicunque ille fuerit. Aldus legit, *imputet*, sed omnino, inquit *Glarean.* Caesar hoc vult dicere, hostibus terga praebentibus parcendum, & tanquam cives eos habendos, at oppositos, ac contra stantes invadendos, etiamsi sunt parentes, &c. HORTENS. *Imputet* C. V. P. L. O. F. Hanc lectionem approbat Canterus Novarum Lectionum Lib. III. cap. II. *Impetat* Mic. PULM. Mscr. quatuor *imputet:* quam lectionem Aldus quoque probat, & Canterus. Neque nos improbamus. Micyll. *impetat:* ut sit, *quicumque obviam factus resistet, ejus jugulum ut hostis & scelerati petite. Sive cognatus sit, sive alienus.* BERSM. *Scelus imputet hostis.* Lectio ex MS. sensus: Etiam si quis in adversa acie propinquum nullum invenerit, quem occidat, caedem ignoti cujusvis tanto in beneficio accipiam, quasi mea causa parricidium fecisset. Narrat Tacitus bello civili, quod inter Vitellium, & Vespasianum fuit, militem occisi à se fratris praemium petiisse. GROT. *Inputet* habent omnes omnino MSS. & Edd. priscae. Alterum *inpetat* ex fabrica Sulpitii natum est, quem tamen secuti etiam sunt Ascensius, Versell. & Gryphius. Recte jam olim explicuit Beroaldus. *Inputate mihi mortes etiam vilium, & ignotorum, tamquam interfeceritis cognatos, & scelus propter me feceritis.* Passim apud Lucanum, qui invidiose Caesarem facit truculentum, inculcat Caesar militibus, ut credant, omnia scelera, quae propter ipsum facerent, sibi esse inputanda. Hinc cum sacram Massiliensium silvam vellet excidi L. III, 435.

Effatur merso violata in robora ferro.
Jam ne quis vestrum dubitet subvertere silvam;
Credite me fecisse nefas.

328 CASTRIS] Etiam castra diruite. Ibi enim tentoria facietis vobis; unde nunc periturus venit Pompejanus exercitus. SCHOL.

328

Si totidem Magni soceros, totidemque, [a] petentes
Urbis regna suae, funesto in Marte [b] locasset,
Non tam praecipiti ruerent [c] in proelia cursu.
 Vidit ut hostiles in rectum exire catervas
Pompejus, nullasque moras [d] permittere bello;
Sed Superis placuisse diem; stat, corde gelato,
Adtonitus: tantoque duci, sic arma [e] timere,
Omen erat. premit inde metus, totumque per agmen
Sublimi [f] praevectus equo: [g] Quem flagitat, inquit,

Vestra

VARIAE LECTIONES.

a *potentes* A. b *locasses* Ed. Grot. &c. c *ad proelia* B. 1. d *praetendere* R. 1. e *tenere* VV. LL. Steph. f vulgo *provectus*. *pervectus* B. 1. g *quam* V. 1.

328 Tendetis] i. e. tentoria habebitis: ut Virg.
- - *hic saevus tendebat Achilles.*
SCHOL.

331 Sumta Ceresque viris] Alii legunt.
Sumpta viris: celeris capiunt praesagia belli.
VERSELL. *Sumta viris: celeris.* *Sumta Ceresque viris, rapiunt* Mscr. *sumta viri celeres* Msc. *Celeres* h. e. festini se expediunt ad id, quod Caesar praesagierat. BERSM. *Sumta viris; celeris.* Haec lectio profecta est ab Aldo, habentque nonnulli, sed pauci, & recentiores MSS. quam secuti tamen sunt Colin. Steph. Gryph. Pulm. Hortens. & Bersm. aliique, donec Grotius praetulit *sumta viris: celeres*; ut etiam quidam MSS. habent, & nunc vulgo edi solebat. *Sumta, viri. celeres* Ed. Ven. & Cod. meus. Sed haec omnia φορτικὰ sunt, & ab aliena manu. Variae lectiones Steph. Pulm. unus, Voss. sext. a m. sec. & Wittian. *sumta virisque Ceres.* Sed optimus Pulm. Cod. Vossian. pr. sec. tert. & quart. Regius prim. Hulst. Amst. Edd. Romana, Parm. Omniboni, Sulpit. Ascens. Micylli, aliorumque verissime, ut restitui *Sumta Ceresque viris.* Scholiast. *Frumentum singuli, & arma sumserunt.* Cibum enim soliti fuerunt sumere milites proelium inituri, ut sciunt viri docti, & hoc loco recte ex Vegetio monuit Sulpit. Locus est L. III. c. 11. *Veteribus seculis mos fuit, parco cibo curatos milites ad certamen educere.* Frontin. II. c. 1. §. 1, 5. *Maturius vesci suos jussit, & eduxit in aciem.* Livius L. IX, 32. & ut hic *raptim sumta*, L. XXXI. 42. *Raptim cibum caperent.* Adde Celeb. Burm. ad Valer. Flacc. Lib. V, 215. loco adposito, ubi praedictam lectionem in MStis Lucani esse, etiam monet.
Arma jubet celsa socios depromere puppi;
Dona dehinc Bacchi, casus qui firmet in omnes,
Rapta Ceres. &c.

331 Capiunt praesagia belli] i. e. à se incipiunt; nam castra subvertunt. Quia, sicut prostraverunt castra eorum, ita & acies, & castra hostium prosternenda erant. SCHOL. Ita etiam interpretes, & probo ob seqq. *calcatis castris.* Aliter posset intelligi de ominibus, & auguriis ex extispicio, signorum evulsione, pullorumque admissione capi solitis.

334 Totidem Magni soceros] Quot milites. Si Caesar tales in acie locasset, ut sic in magnum saevirent, quasi soceri ejus omnes fuissent. i. e. ut contra ipsum animo Caesaris dimicarent (*& omnes vellent fieri reges* addit Witt.) non tam animosi, nec tam audaces ad bella venissent. SCHOLIAST.

335 Locasses] Nostra est emendatio. Antea, *locasset. Si locasses*, hoc est, si quis locasset. *In caelum jusseris, ibit.* GROT. Ed. pr. Reddidimus antehac rationem hujus lectionis, si tamen cum MSS. malis *locasset*, refer ad Caesarem. Si, inquit, Caesar totidem alios Caesares in acie constituisset, non poterant magis ad pugnam calere. IDEM. *Ed. sec.* Erat in editis, *locasset.* Reposuimus *locasses*, id est, si quis locasset: quale: *In caelum, jusseris, ibit.* Si quis vulgatam praefert, subaudiendum erit, Caesar. IDEM. *Ed. tert.* Recte vir magnus conjecturam suam damnasse videtur. nam, licet secunda persona saepe pro tertia ponatur, cum de incerto quodam est sermo, ut *diceres, crederes, putares*, & sexcenta similia (V. ad v. 1 h. lib. vs. 768) retinent omnes libri à me, & aliis inspecti *locasset.* Locum tamen sanum non esse, arbitror. Me audacior aliquis pro *funesto*, *Fortuna* legendum esse contenderet. *Fortunam* certe subintelligit glossator Voss. sec. Cod.

339 Diem] Quo omnia perderentur. SCHOLIAST.

Vestra diem virtus, finis civilibus armis,
Quem quaesistis, adest. [a] totas [b] effundite vires;
Extremum ferri superest opus, unaque gentes
Hora [c] trahit. quisquis patriam, carosque [d] penates,
[e] Qui subolem, [f] ac thalamos, desertaque pignora quaerit,
Ense petat: medio posuit Deus omnia campo.
Caussa jubet melior, Superos sperare secundos;
Ipsi tela [g] regent per viscera Caesaris, [h] ipsi
Romanas [i] sancire volent hoc sanguine leges.
Si socero [k] dare regna meo, mundumque pararent,
Praecipitare meam fatis potuêre senectam.

Non ira-

VARIAE LECTIONES.

a *totasque* Ed. Hort. b *diffundite* B. 1. c *trahet* R. pr. d *parentes* V. 1. Hort. m. *nepotes* V. sec. pro var. lect. e *quis* V. 2. f *&* V. 1. in V. 1. deest. g *gerent* W. O. 1. h *ipsas* W. i *sentire* B. 1. k *dans* Ed. Hort. vitiose.

341 OMEN ERAT] Quia Pompejus, vir talis, ac tantus bella timebat, pro omine erat i. significabat, cum perditurum victoriam. SCHOL.

341 PREMIT] Dehinc se timere dissimulat. IDEM.

342 PRAEVECTUS EQUO] Sic scripsi, auctoribus MSS. uno Bersm. Regio primo, Vossianis quatuor antiquioribus, Hulst. & Amstel. cum Edd. Ascens. & Vercellan. Atque ita tam hoc loco, quam Livio, Virgilio, Statio, Silio scribendum esse monuit Inl. N. Heinsius ad Claudian. Lib. II. de raptu Proserp. 121.

Dum meus humectat flaventes Lucifer agros
Rorantes praevectus equos.

Joseph. Iscan. de B. Troj. L. v, 185. vi, 595.

Obvius ultrices accendit in arma cohortes,
Myrmidonasque suos curru praevectus anhelo
Pyrrhus.

Reddenda haec vox etiam est Frontino L. I. Strateg. c. 11. §. 10. *In curru candidorum equorum sublimem constituit, qui dato signo pugnae proveheretur.* lege *praeveheretur.*

343 DIEM] Mscr. *dies* scil. haec est. BERSM. Sex etiam ex meis, & Edd. Sulpitio priores *dies* male. substantivum in eodem casu cum relativo ab auctore nostro poni, jam saepius monuimus. Vide ad L. III, 160. infra ad vs. 374.

344 TOTAS EFFUNDITE VIRES] Ovidius L. I. Metam. 278.

- - - *vires effundite vestras;*
Sic opus est.

Quem locum ante oculos fuisse Lucano, haec scribenti, censet ibi Ciofanus. Obvia est phrasis *effundere vires.* Idem L. VII. Metam. 187.

Quasque ait, ante habuit, vires effudit in uno.

Adde VV. DD. ad Silium L. XVI, 340.

Altior, effusas primo certamine vires.

Livius L. I, 28. *Quantumcumque virium habuit, certamine primo effudit.*

345 EXTREMUM FERRI &c.] Fortiter, inquit, hodie dimicate; quia hodie jam finis est dimicandi. SCHOL. Vetustus codex legit, *extremum belli superest opus.* hoc est, ut per epexegesin statim reddit, finis belli civilis jam praesens adest: nisi quod unum superest, ut ferro victoriam haud dubiam adseratis. HORTENS. *Belli* codex vetustiss. solum proelium restat. BERSM. *Belli* habent quoque Voss. tert. Hulst. & Marpurg. pro var. lect. Nihil muta. Sic passim apud nostrum *jus ferri*, *licentia ferri*, & similia.

349 CAUSSA MELIOR] Quia bonam caussam habemus, ideo sperare debemus prosperum eventum. SCHOL.

351 SANCIRE] Al. *satiare* in vetusto Cod. HORTENS.

351 VOLENT] *Volunt* Voss. secund. sext. & uterque Oxoniensis. cum Ed. Veneta. Quod tempus firmiorem spem denotaret.

351 HOC SANGUINE] Ut firmitatem Romanae leges Caesaris sanguine consequantur. Apud Romanos mos erat, ut, ubi foedus fiebat, ibi porca occideretur. Hic autem Pompejus sanguine Caesaris leges confirmandas dicit. SCHOL.

353 PRAECIPITARE &c.] Ut morbis consumtus

Non iratorum populis urbique Deorum est,
Pompejum servare ducem. quae vincere possent,
Omnia contulimus. subière pericula clari
Sponte viri, sacraque antiquus imagine miles.
Si Curios his fata darent [a] reducesque Camillos
Temporibus, [b] Deciosque caput fatale voventes,
[c] Hinc starent. [d] primo gentes oriente coactae,
Innumeraeque urbes, quantas in proelia numquam
Excivêre manus. toto simul utimur orbe.
Quidquid, signiferi [e] compressum limite coeli,
Sub [f] Noton, [g] & Borean hominum sumus, arma movemus.

Non-

VARIAE LECTIONES.

a *reducesve* P. 3. B. 2. V. pr. b *Deciosve* P. 2. B. 2. V. pr. c *hic* W. d *primae* V. 1. a m. pr. *gent. pr.* O. 1. e *comprensum id* vulgo. f *Noto & Borea* V V. LL. Steph. g *aut* O. 2. V. 1. Edd. Ven. Br. Med. *Boream* MSS. & Edd. qdd.

tus essem, & perissem; & nunc solus superesset Caesar ad regnum. SCHOL.

354 NON IRATORUM POPULIS] Nam si irascerentur, olim me perire jussissent, ut omnia Caesar invaderet. IDEM.

356 OMNIA] Apparatum militarem; nihil deest. *Subiere.* Dixit, quod Dii sibi faverent; nunc dicit, quod & praeclarum ducat exercitum, & sit duplex caussa victoriae. IDEM.

357 ANTIQUUS MILES] Veteranos suos dicit, qui jam emeriti, & accepta missione iterum sub Pompejo militabant. IDEM. Malim intelligere milites, antiquis majorum imaginibus nobiles.

358 REDUCES] Non modo *reduces*, sed tunc post exsilium Romana signa referentes. Ut Virgilius.

Et referentem signa Camillum.

vel resuscitatos. SCHOL.

359 VOVENTES] Nam ambo se pro victoria Romanorum ad mortem obtulerunt, cum sic jussisset oraculum. IDEM.

360 HINC] i. e. in nostris partibus. *primo* i. e. de prima parte orientis. IDEM.

361 URBES] Ordo est: primo oriente gentes coactae, & innumerae urbes excivere tantas manus ad proelia, quantas numquam antea. IDEM. Ascens. alio modo construit. scil. gentes, & tantae manus hinc stant, quantas innumerae urbes numquam excivere. sed prius praefero.

362 EXCIVERE] Priscian. col. 865. citat. *concivere*, sed, ut puto, memoriae vitio. Ibidem enim tam de *exciere* quam *conciere* dat exempla. *Excire* certe hoc sensu maluit noster. Lib. I, 139.

Rupta quies populis, stratisque excita juventus.

II, 48.

Nunc urbes excite feras; conjures in arma &c.

VI, 11.

Ut videt ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum.

VIII, 310.

Excitosque suis immittam sedibus ortus.

& sic Livius, aliique passim. male Clericus L. IV, 9. *Volscos excitavere* edidit pro *excivere*.

363 QUIDQUID] Quidquid hominum sumus. Omnes enim Zonae, sub quibus homines sunt, sub Zodiaco circulo constitutae sunt. SCHOL.

363 COMPRESSUM] Variae Lect. Steph. Pulm. Codd. quinque, Bersm. omnes, & undecim mei cum Edd. cunctis ante Sulpitium *compressum*. quare id restitui pro *comprensum*. Eodem plane modo L. III, 254.

Aethiopumque solum, quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli.

Dein perperam addunt *est* Pulm. & Bersm. MSS. cum nostris sex, & Edd. Ven. Sulpit. & Hortens. tum saltem scribendum esset *simul*. ut etiam exhibent tres Pulm. unus Bersm. & duo mei a m. sec. cum Edd. Ven. & Omniboni. Sed omnino male. Rectum est. *Quidquid hominum sumus compressum circulo Zodiaco, movemus arma.* Quod non intelligentes librarii corruperunt: ut latius ostendemus ad vs. 641.

Vincimur hic gladiis omnis, quae serviet, aetas,

quomodo illic legendum est. V. etiam ad L. V, 729.

Com-

Nonne, superfusis conlectum cornibus, hostem
In medium dabimus? paucas victoria dextras
Exigit: [a] at plures tantum clamore [b] catervae
Bella gerent. [c] Caesar nostris non sufficit armis.
Credite pendentes [d] è summis moenibus urbis,
Crinibus effusis, hortari in proelia matres.
Credite grandaevum, vetitumque aetate Senatum
Arma sequi, sacros pedibus prosternere canos;
Atque ipsam, domini metuentem, occurrere Romam.
Credite, qui nunc est [e] populus, populumque futurum,
Permixtas adferre preces. haec libera nasci,

Haec

VARIAE LECTIONES.

a *&* B. 1. *ac* V. 1. O. 1. Marp. b *protervo* R. 1. c *nostr. Caes.* V. sec. d *in* V. 1. *summis e* Bouh. rectius: Hic & seq. vers. a m. pr. aberant ab Oxon. pr. V. Sil. IV, 411. e vulgo *populum*.

Compressi limite Oxon. unus. Vitiosissime Schrevelii Ed. *comprensum id.*

363 CYCLI] Circuli. Duo diversi codices, digitis exarati, pervetusti, pro *cycli*, *coeli* legunt, sed eodem tendunt, ut Zodiacum, sive signiferum, cognata voce ita appellarit. HORTENS. *Coeli.* Merito Grotius, licet nihil monens, revocavit *coeli.* quod Steph. Hortens. Pulm. & Bersm. notant, in suis esse Mstis, non *cycli*: quod Sulpitius, & Aldus intruserant, & omnes deinde adripuerant Editores. In prioribus, & meis quoque Cod. cunctis est *coeli*. L. VIII, 173.

Signifero quaecumque fluunt labentia coelo,
Sidera non sequimur.

Signiferum polum dixit L. III, 255. *Cycli* voce an usquam Latini bonae notae scriptores usi sint, dubito. *Circum*, seu *circulum*, vel *orbem* vocarunt: consule Munker. ad Fulgent. Mythol. p. 5. *Usque ad vitalem circum tulit*; Daviesium ad Ciceron. L. II. de Nat. Deor. c. 18. *Ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur.*

366 PAUCAS] Non multum sunt necessarii de vobis ad conficiendam victoriam. Pauci enim sunt, quos occidamus, inimici. Caeterum catervae voce tantum pugnabitis. SCHOL. Valer. Flacc. L. VI, 751.

Marte carent, solisque juvant clamoribus agmen.

368 NON SUFFICIT] Non est tantus numero (Voss. sec. *in n.*) ut illum omnis noster debellet exercitus. SCHOL. V. Cl. Burm. ad Valer. Flacc. ibid. 381.

- - *ille diu conjectis sufficit hastis.*

371 VETITUM AETATE] Quos senectus vetuit his proeliis interesse. SCHOL.

373 DOMINI] Scilicet Caesaris, qui urbi desiderat imperare. Generaliter accipimus, Romam omnem dominum extimescere; quia ipsa sit domina constituta. IDEM. *Dominum* est in Pulm. tribus, Voss. uno & meo: *domino* in Amstel. male. L. II, 233.

Praeteritique memor flebat, metuensque futuri.

Plena manu conlata exempla vide ab Heinsio ad Ovidium L. I. Met. 321.

- - - *metuentior ulla deorum.*

Metuere domino est plane contra sensum auctoris, qui dominum intelligit Caesarem, quem metuebat, non Pompejum, cui metuebat. ut Virg. I. Georg. 186.

- - *inopi metuens formica senectae.*

374 CREDITE, QUI NUNC EST, POPULUM] MSS. quidam Pulm. & Bersm. & tredecim mei cum Ed. Veneta, Omniboni, Ascens. & Versell. *populus*: ut rescripsi. nam plane est ex Lucani genio. Diximus quaedam ad L. III, 160.

Quo te Fabricius regi non vendidit auro.

Sic. L. V, 805.

- - *quae nox sibi proxima venit*
Insomnis.

VI, 683, 699.

- - - *quos nulla meretur*
Thessalis, Elysios.

VII, 733.

- - *quem, flagitat, inquit,*
Vestra diem virtus.

& sic

Haec vult turba mori. si quis post pignora tanta
Pompejo locus est, cum prole, & conjuge supplex,
Inperii salva si majestate liceret,
Volverer ante pedes. Magnus, [a] nisi vincitis, exsul,
Ludibrium soceri, vester pudor, ultima fata
Deprecor, ac turpes extremi cardinis annos,
Ne discam servire senex. Tam moesta [b] locuti
Voce ducis flagrant animi, Romanaque virtus
Erigitur, placuitque mori, si vera timeret.
Ergo utrimque pari [c] procurrunt agmina motu
Irarum: metus hos regni, spes excitat illos.

* Hae

VARIAE LECTIONES.

a *ni* B. 1. b *secuti* R. 1. c vulgo *concurrunt. concurrent* B. 1.

& sic alii passim. Ovid. Lib. XIV. Met. 350.

- - *cecidere manu quas legerat herbas.*

al. *herbae*. Quis nescit illud Terentii?

Populo ut placerent quas fecisset fabulas.

&c. V. Sanct. Minerv. L. II. c. 9, IV, 12. ibique Perizon.

375 HAEC LIBERA NASCI] Qui postea nascetur, liber nasci vult. Praesens vult liber mori. SCHOL.

379 VOLVERER] *Volveret* Msc. scilicet *se*. BERSMANN. Hulst. Cod. & Ed. Elzevir. *volveret*.

384 MORI SI VERA TIMERET] Placuit omnibus mori, si vera erant, quae Pompejus diceret, se timere. Insolitum erat, ut ille talem timorem haberet, ut Caesar vinceret. SCHOL. *Si vera timeret*, ambigue dictum, sed talia non pauca sunt in hoc poëta hemistichia subobscura, quale paulo ante in Caesaris oratione, ubi de morte sibi inferenda. *Fodientem viscera cernet*, inquit, *Me mea, qui nondum victum respexerit hostem.* Quem locum tanquam nihil difficultatis habentem pulchre transilit Sulpitius. Badius strenue luctatur, ac duplicem expositionem exhibet, quibus lectis nihilo minus haereas, quum sensus simplex sit, prius se moriturum, quam victori se dedat, ac fictum fateatur, quod postea Uticae fecit Cato. Haud secus hoc loco. *Si vera timeret.* Ubi Sulpitius exponit, vocem *Si* bifariam, semel per *quamvis*, iterum per, *quia.* Dubium hic sane, quis sit nominativus, ad verbum *timeret*. Badius supplet nominativum *Dux*, & rationem subnectit, ne in senectute servire cogatur. Fortassis autem & *Romana virtus* intelligi potest hoc sensu. Si timeret Romana virtus vere eventuram servitutem quam innuit Pompejus. Et forte, *Si* pro Siquidem. Sed lector judicet. Porro, quod proximo inde versu sequitur.

Ergo utrinque pari concurrunt agmina motu
Irarum.

Post *irarum* distinguendum puto. Neque genitivus, *irarum*, cum, *metu*, construendum, etiamsi Sulpitius, ac Badius aliter: tum etiam Aldinus codex. GLAREAN.

385 PROCURRUNT] Ita exarari curavi, pro *concurrunt*, ex Voss. primo & sec. Regio primo, & Hulst. aliisque à Steph. Pulm. Bersm. & Heinsio consultis. quem uti & Drakenb. vide ad Silium Ital. L. VII, 566.

- - *procursusque viros colliserat acer.*

Noster L. IV, 772.

- - *neque enim licuit procurrere contra,*
Et miscere manus.

Seneca de Clement. c. 4. *Cum in prima fronte procurrunt.* Forsan ita quoque scribendum apud Livium L. XXXV. c. 5. Nunc legiones continebat in subsidiis, ne *certaminis studio prius concurrerent, quam datum signum esset.* in Voss. enim Msto. *percurrerent.* ut hic in uno Regio.

385 MOTU IRARUM] Sic distinguendum esse, censet Glareanus recte, & sensus postulat. Agmina utriusque Ducis concurrunt utrimque pari motu. Subjicitur distributio motus; metus casus excitabat Pompejanos, spes contra victoriae, Caesarianos. Invidiose eam spem regni, appellat suo more poëta, ut ubique Caesari durior est, & infellior toto opere. HORTENS. *Irarum: metus hos, regni spes* &c. Msc. post *irarum*, distinguit: Alii post *motu*: ac legunt, *Irarum metus.* BERSM.

 Me-

[a] Hae facient dextrae, quidquid non expleat aetas
Ulla, nec humanum reparet genus [b] omnibus annis,
Ut vacet à ferro. gentes Mars iste futuras
[c] Obruet, & populos aevi venientis in orbem,
Erepto natale, feret. tunc omne Latinum
Fabula nomen erit: Gabios, Vejosque, Coramque
Pulvere vix tectae poterunt monstrare ruinae,
Albanosque lares, [d] Laurentinosque penates

Rus

Variae Lectiones.

a *haec* R. pr. b *omne per aevum* W. *armis* H. c *obruit* B. I. d *Laurentanosque* P. I.

Metus hos regni, spes excitat illos. Ita distinximus. non enim quovis metu vult pugnasse Pompejanos, sed metu tyrannidis: at Caesarianos contra tyrannidem sperasse. GROT. Probo Grotii distinctionem. Ante Glareanum ita interpungebant *metu. Irarum metus hos, regni spes &c.* atque ita quidem construunt plerique MSS. & Scholiast. Voss. sec. *hos sc. Pompejanos, qui iras Caesaris extimescebant; illos i. Caesarianos.* nec aliter Aldus, Colin. Steph. Gryph. Micyllus, aliique distinguunt. Sed male. Uterque exercitus pari ira commovebatur; sed Pompejanos ad iram excitabat *metus regni*, quod invadere vellet Caesar, ut dixerat Pompejus in exhortatione versu 373. &c. Caesarianos vero ad iram stimulabat *spes regni*, quam dederat Caesar vs. 265. &c. Ad illa enim sine dubio respicit auctor. L. II, 323.

- - - - - - *acris*
Irarum movit stimulos.

Ovid. L. XI. Met. 323.

- - - - - - *at illi*
Ira ferox mota est.

& alibi.

387 Hae facient d.] i. Tantum hominum peribit hoc proelio, quantum non possint secula multa reparare. SCHOL.

389 Ut vacet a ferro] Etiamsi alia bella non habeat, quibus aliquas possit amittere gentes. IDEM.

389 Iste] Apud Priscianum haec c. 759. citantem editur *ille*.

391 Erepto natale] Βεβιασμένως dictum est. Et populos aetatis in orbem venturae auferet, eripiens his natalem, ut pereant, antequam nati sunt. Nam interfectis parentibus, non erit, unde alii procreentur. SCHOL.

392 Fabula] Quia exstinguetur omnis posteritas: & si quis audierit, Latinos fuisse, fictum credet, ut fabulam; quia eorum sobolem non videbit. SCHOL.

392 Coramque] Virgil. VI. Aen. 776.

Pometios, Castrumque Inui, Bolamque Coramque.
Haec tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terrae.

Mscr. *Chorusque.* corrupte. BERSM.

393 Vix tectae poterunt] Illae civitates vix fundamenta sua monstrabunt; sine habitatore. SCHOL. *Vix tecte* Mscr. depravate. BERSM. Repetit auctor, quae questus erat L. I, 25.

At nunc semirutis pendent quod moenia tectis
Urbibus Italiae, lapsisque ingentia muris
Saxa jacent, nulloque domus custode tenetur. &c.

Malim autem scribere *vix poterunt tectae* cum uno Vossiano, & Amst. *Ruinae tectae pulvere vix poterunt monstrare* suas urbes, quae quaerentur. Florus L. I. c. 16. *Ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.* Nam argutatur Scholiastes Voss. secundi, legens *properant*, & exponens. *Festinant, inquit, ruinae, ut has civitates demonstrent scilicet post occasum earum, quae quidem ruinae vix erunt tectae; nam & ipsae sunt occasurae, & non erit, quo tegantur, cum nec populus ipse sit remansurus.*

394 Albanos &c.] Hae urbes Alba, & Laurentium Sacra Romana custodiunt. SCHOL.

395 Vacuum] Desertum. Hae civitates post ruinam suam erunt rus vacuum. IDEM.

395 Quod non habitet] Msc. quatuor. Pulm. tres Bersm. & mei quinque cum Voss. pr. pro var. lect. *quo*. Frustra. Amat noster *habitare* cum quarto casu construere. Lib. I, 435.

Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas.

V, 28.

Vejosque habitante Camillo.

Ibid. 87.

Dignatur caecas inclusum habitare cavernas.

atque ita alii saepissime. Audiamus Servium ad Vir-

Rus vacuum, quod non habitet [a] nisi nocte coacta,
Invitus, [b] questusque Numam [c] jussisse, [d] Senatus.
[e] Non aetas haec [f] carpsit edax, [g] monumentaque [h] rerum
Putria destituit: crimen civile videmus,
Tot vacuas urbes. Generis quo turba [i] redacta est
Humani? [k] toto populi qui nascimur orbe,
Nec muros implere viris, nec possumus agros.
Urbs nos una capit: vincto fossore coluntur

Hesperiae

VARIAE LECTIONES.

a *ni* B. 1. b *questus* N. B. 1. O. 1. c *vixisse.* A. d vulgo *Senator.* e *nunc* H. f *carpit* P. 4. B. 2. VV. LL. Steph. g *momenta* V. 1. Ed. Parm. h *regum* B. 1. i *coacta* V. 1. *est* deest in Ox. 1. k *e toto* V. 1.

Virgilii Ecl. II, 29. *Atque humiles habitare casas.* Sane melius, habito illam rem, quam habito in illa re, dicimus. Nam &c. dein pro *Senator* reposui *Senatus* auctoritate Mstorum Steph., duorum Pulm. & Bersm. ac meorum octo, in quibus Voss. pr. Reg. pr. & Witt., uti & Edd. Rom. Parm. Brix. Mediol. & Paris. 1512.

395 NOCTE COACTA] Mittebantur enim in Laurentum, & in Albanum Senatores; ut per noctem illic sacrificia celebrarent, quae Numa prius instituit. In hoc ergo rure non habitabat (*habitant* Voss. pr.) nisi per coactam noctem Senatus invitus. SCHOL. V. ad v, 401.

397 NON AETAS HAEC CARPSIT] Harum urbium, & oppidorum ruinas, licet cultores ferro, & incendio interciderint, nulla aetas contexit, nullum tempus consumpsit, nec diminuit, sed adhuc extant, ut monumenta, & vestigia collapsarum urbium putria. Itaque, *monumenta putria*, regitur à verbo carpsit, per epexegesin. *Destituit.* hoc est, sed destituit. Multae significationis verbum est. Significat relinquo, & desero in periculo: item privare, dissolvere, & statuere. *Crimen civile.* Digladiantur hoc loco interpretes. Quidam *crimen civile* nominandi casum esse contendunt, & referri ad verbum *destituit:* ut sit sensus: crimen civile in causa est, cur videmus tot putria monumenta collapsarum urbium, quae nulla aetas diminuit. Alii ad τὸ, *tot vacuas urbes:* ut ad hunc modum exponatur: *Videmus tot urbes vacuas esse crimen civile.* HORTENS. *Putrida destituit* Mscr. tria. Alii post *putria* ponentes distinctionem mediam, *destituit* conjungunt cum sequentibus: ut sit, *destituit crimen civile*; hoc est, bellum civile in culpa est, cur videamus tot putria monimenta urbium collapsarum. BERSM. *Destituit: crimen civile videmus, tot vacuas urbes.* Vera haec distinctio. Italiae aedificia non aetas destituit, sed jacent culpa belli civilis. Vide prooemium Pharsaliae. GROT. *Putria* mei omnes retinent, excepto pro var. lect. Voss. sec. & Edd. Rom. Parm. & à Taberio procuratis. Sed vide ad L. II, 141. *putrida membra.* Perperam autem Aldus, Paris. & Hortensius jungunt *destituit crimen civile*, nec melius exponunt. Dicit Lucanus, ut recte monuit jam Grotius, aetatem edacem haec non carpsisse; nec reliquisse putria monumenta; sed crimen civile esse tot urbes vacuas, crimen civile caussam esse tot vacuarum urbium. Nihil frequentius, quam adpositionem apud poëtas esse, quis nescit? de hoc civili crimine idem dixit L. I, 30.

Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor
Poenus erit: nulli penitus descendere ferro
Contigit. alta sedent civilis vulnera dextrae.

Ad aetatem edacem quod adtinet, conveniens Senecae locus est Epist. XII. Init. *Quid mihi futurum est, si tam putria sunt aetatis meae saxa.*

399 VACUAS] Haec enim omnia oppida per bellum civile interierunt. SCHOL.

400 NASCIMUR] Mscr. *nascitur*, mendose. Dein *non muros i. v. non poss.* male. BERSM.

402 VINCTO FOSSORE] Sive propter servos compeditos hoc dicit. Sive quod propter cultorum inopiam vinculati de ergastulis exire cogantur Italiam. SCHOL. *Juncto*, scilicet cum cive juncto rustico coluntur agri. Vel *vincto* i. e. compedito, & significat ergastulos. OMNIBON. *Juncto fossore.* Vicino, & non longe ab urbibus discedente agricola, sed colente in proximo. Placet etiam legatur *Vincto*, quoniam pauci, & cathenati ergastuli satis sunt ad colendum agros, quibus alantur populi. SULPIT. *Juncto* i. vicino urbibus. Alii tamen legunt, quos sequar, *vincto*; ut sit, quasi ad glebam addicto. VERSELL. *Vincto fos-*

Hesperiae [a] segetes: stat tectis putris avitis
In [b] nullos [c] ruitura [d] domus: nulloque frequentem
Cive suo Romam, sed mundi faece repletam,
Cladis eo dedimus, ne tanto [e] in corpore [f] bellum
Jam possit civile geri: Pharsalia tanti
Caussa mali. [g] cedant, feralia nomina, Cannae,
Et damnata diu Romanis, [h] Allia, [i] fastis.

Tem-

VARIAE LECTIONES.

a *gentes* A. b *nullum* R. sec. *nullas* R. pr. c *reditura* M. d *domos* vitiose MSS. & Edd. qdd. e deest in P. 3. V. 3. O. 1. vulgo *tempore*, & *posset*. f *ferrum* A. g *cedent* Hort. m. h *Alia* R. pr. M. aliique. V. Serv. Aen. VII, 717. Noris. Orthog. p. 121. i *fati* R. pr. V. 1. *factis* W. H. male. V. Burm. ad Val. Flacc. II, 245. Drak. ad Sil. XVI, 132.

sore. Agri à servitiis coluntur. Quod fossorem vinctum dicit, servorum habitum arguit, qui cathenis constricti incederent. Horum laboribus cives, inquit, aluntur, per hos coluntur agelli. Legitur in pervetustis exemplaribus, *juncto fossore coluntur*, ut dicat, à colonis urbi propinquis agros, non à civibus coli. Numerum singularem usurpavit pro plurali. HORTENS. Ut videmus *juncto* profluxit ab Omnibono, & Ed. Ven. quod habet unus Pulm. Sed sane nihili hic est: quare merito *vincto* Verselian. jam reposuit. Servos ergastularios eum intelligere, certum mihi est: de quibus dulcissime Tibull. L. II. El. VII, 7.

Spes etiam valida solatur compede vinctum.
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Vide Barth. ad Claudian. L. I. in Eutrop. 27. supra ad L. I, 170.

404 IN NULLOS] Homines, quia non sunt habitatores. Quippe illic interemtis omnibus post bella civilia jam nullus habitabat. SCHOL.

405 FAECE] Externis, & ignobilibus, qui in orbe ultimo velut mundi faeces remanserant. IDEM.

406 NE TANTO IN TEMPORE] Al. Vet. Cod. legit *corpore*. HORTENS. Atqui post hoc bellum saepe gesta sunt alia bella, ut adversus Brutum, & Cassium, triumvirale, aliaque. Quare cum Ill. Heinsio, ex vetustissimis MSS. Thuanaeo & Sixiano, qui nunc est Ampl. Viri J. Wittii, ita emendante confidenter rescripsi *corpore*. Bella quidem dein gesta sunt, sed non proprie civilia, quia externi Romam impleverunt, veris Romanis civibus priori bello absumtis, ex Lucani saltem sententia. Adstipulantur huic emendationi duo Pulm. unus Bersm. Vossiani sec. tert. & quint. Regius uterque, Marp. Oxon. unus. Notum est, saepissime civitatem, rempubl. & omnem collectam multitudinem *corpus* ab auctoribus vocari. Exempla ab eodem vide collecta ad Ovidii Trist. L. III, 14, 8. & Vellej. L. II, 109. Virgil. Aen. XI, 313.

- - - *toto certatum est corpore regni.*

Senatus corpus apud nostrum h. lib. 294. & *viscera rerum* vs. 579. ubi plura. Non raro etiam *tempus*, & *corpus* confunduntur. Vide notas ad Valer. Flacc. Lib. III, 333. & Lucret. Lib. I, 1036. Dein cum eodem reposui *possis* pro *posset*: ut est in tribus Pulm. uno Bersm. & sex meis melioribus, cum Edd. Ven. Brix. & Mediol.

408 FERALIA] Vult illic minora belli fuisse discrimina. Ideo dictum *cedant Cannae*, quae sunt *nomina feralia*, & Allia *damnata diu* i. e. in perpetuum, sive huc usque, donec in Pharsalia pugnaretur à Romanis. SCHOL.

408 NOMINA] Vetus Cod. *vulnera* habet. HORTENS.

409 FASTIS] Isti enim dies funebres in Annalibus continentur, quando pugnatum est apud Cannas, & Alliam. SCHOL.

410 SIGNAVIT LEVIORUM] Nam illos funebres dies nominavit, & signavit in fastis, quasi leviores, & minores. Hunc autem propter nimium nefas noluit ad memoriam reducere, & praetermisit. IDEM.

411 VOLUIT NESCIRE DIEM] Inquisiverunt tamen in eum viri docti, & quid de eo statuant, videre potes in doct. dissertatione J. Bapt. Belli de Thessalici conflictus mense, & die, inserta T. VIII. Thes. Antiq. Rom.

411 PRO TRISTIA FATA] Vetus Cod. *quo tristia fata*. HORTENS. *Quo* habent etiam Voss. sec. tert. & pro var. lect. primus cum Wittiano. acute sane, nec male. Ut dicat Lucanus. quid juvaret, si tristia illa fata notasset, & belli civilis scelus? cui bono haec in fastis legerentur? Ut passim sumitur *quo* cum accusat. Vide praeter alios Gronovium Lib. IV. Observ. c. 21. Heinsium ad Ovidii Epist. II. Her. 53. Art. Amat. I, 303. & ante

Tempora ſignavit leviorum Roma malorum;
Hunc voluit neſcire diem. [a] prô triſtia [b] fata.
Aëra peſtiferum tractu, morboſque [c] fluentes,
Inſanamque famem, [d] permiſſaſque ignibus urbes;
Moeniaque in praeceps laturos plena tremores
Hi [e] poſſent explere viri: quos undique traxit
In miſeram Fortuna [f] necem, dum munera [g] longi

Expli-

VARIAE LECTIONES.

a *proh* MSS. & Edd. qdd. b *bella* Edd. Ven. Br. c *ſilentes* M. *fluentis* V. tert. d *permiſſas* H. e *poſſunt* V. pr. tert. qu. R. 2. M. Edd. Rom. Parm. Pariſ. non male. f *vicem*, ſupraſc. *necem* W. g *longe* Hort. m.

ante eos Zinzerling. Prom. Crit. c. 24. Quia tamen ceteri Codices *pro*, vel *proh* retinent, & haec ad ſequentia etiam referri per exclamationem poſſunt, nihil temere muto: praeſertim cum ita ſoleat auctor, qui in ſimilibus effatis etiam multus eſt, ut *pro pudor*, *pro neſas*. &c. L. II, 98.

- - - pro fata, quis ille,
Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor
Corripuit!

v, 57.

- - - - - pro triſtia fata!
Et tibi non fidae gentis digniſſime regno. &c.

vi, 305.

- - - - - pro triſtia fata!
Non Uticae Libye clades, Hiſpania Mundae
Fleſſet.

V. & L. VIII, 678.

412 AERA PESTIFERUM TRACTU] Mallem *aëre peſtiferum tractum.* Virgil. L. III. Aen. 137.

- - ſubito cum tabida membris,
Corrupto coeli tractus, miſerandaque venit
Arboribusque ſatisque lues, & letifer annus.

414 IN PRAECEPS LATUROS PLENA TREMORES] Mſcr. *timores*, male. Intelligit enim terrae motus. BERSM. *Timores* exaratum eſt etiam in Voſſ. tertio, Marpurg. Hortenſ. Marg. & Voſſ. primo a m. pr. Nec aliter Scholiaſtes, intelligens è moenibus gradu praecipiti ruentes, vel ſe dedentes prae timore homines, his verbis, quae non bene capio. *Ordo eſt: timorem, qui in praeceps aufert moenia plena; ſcilicet, cum timent deducere moenia plena, decipiunt.* (f. *ſe dedunt*) In Witt. *Ut omnes ſe praecipitarent de muro timore hoſtium.* Sed omnino male. Senſus eſt, ut bene monuerunt viri docti Hi viri poſſent, vel poſſunt ſufficere reparando hominum numero, qui perire poſſent peſtilentia, fame, incendio, vel motu terrae, in praeceps dante moenia plena i. e. urbes hominibus plenas, ſive domos una cum habitatoribus. *Tremorem terrae* pro motu ſexcenties invenias. Similis locus eſt apud noſtrum L. II, 198.

Tot, ſimul infeſto juvenes occumbere leto,
Saepe fames, pelagique furor, ſubitaeque ruinae,
Aut coeli terraeque lues, aut bellica clades,
Numquam poena fuit.

415 EXPLERE] Hoc vult dicere, iſtos omnes, qui uno die perierunt, tot fuiſſe, ut per infinitas clades, ſi diverſi perirent, ſatiarent fata, dum multi ſunt. Potuerunt ergo ſufficere morbis, & ſatis eſſe peſti, fami, incendio, deditioni (*ſeditioni* Voſſ. pr.) qui nunc ſimul pereunt. SCHOLIAST.

417 EXPLICAT] i. e. dum ea, quae diu praeſtitit, dinumerat, ſi univerſa conſumit. i. e dum probare vult omnibus, quam magnam fecerit Romam, quae ſic caſura eſt. IDEM. *Glareanus* & dura compoſitio eſt, inquit, & verbum *explicat* varie expoſitum. *Sulpitius*, *explicat*, inquit, in pugna extendit. *Badius* autem, *Dum ipſa fortuna explicat:* id eſt, detegit ſeſe, qualis eſſet: nam prius viſa eſt favorabilis, *Eripiens* ſcilicet, Romae, *munera longi aevi:* id eſt, quicquid per tot ſaecula contulerat, ūna hora auferens. Haec *Badius*, cujus ordo placet. Sed quod de ſingulis pereuntibus poëta refert, id illum de Roma intelligere, non ſane placet. Haec GLAREAN. Hoc igitur proelio Fortuna tot ſaeculorum munera, victorias, & triumphos Romano imperio ſurſum eripuit. HORTENS. Varie, ut vides Lector, haec exponuntur. Praeterea *munera longi aevi* explicat Omnibonus, numeroſam multitudinem hominum, qui ad tantum numerum munere longi aevi excreverant. Eſt vir doctus, qui mavult *explicita.* Senſum auctoris hunc eſſe puto. Dum Fortuna munera longi aevi in Pharſalicos campos conlecta, ut tot triumphatos populos, & tantam armorum vim

ex-

Explicat eripiens aevi, populosque, ducesque,
Constituit campis: per quos tibi, Roma, ruenti
[a] Ostendat, quam magna [b] cadas. quo latius orbem
Possedit, citius per prospera fata cucurrit.
Omne tibi bellum gentes dedit omnibus [c] annis:
Te geminum Titan procedere vidit in axem.
Haud multum terrae spatium restabat Eoae,
Ut [d] tibi nox, tibi [e] tota dies, tibi curreret aether,
Omniaque errantes stellae Romana viderent.

Sed re-

VARIAE LECTIONES.

a *ostendit* B. 2. V. sec. Marp. A. Hort. m. b *cades* Ed. Med. c *armis* R. pr. H. O. 1. M. A. W. pro var. lect. Ed. Ven. & alii. V. Drak. ad Sil. 11, 94. d *ibi* Ed. Steph. e *nota* M.

explicat i. e. in acie extendit, simul ea omnia eripiens. Verbum *explicare* de aciei expansione proprium est. supra L. VI, 9.

- - - - Ter collibus omnes
Explicuit turmas, & signa minantia pugnam.

Virgil. L. II. Georg. 280.

Ut saepe ingenti bello cum longa cohortis
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directaeque acies.

Livius L. I. c. 27. *Erigit totam aciem, fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat.* Caesar. B. Civ. II, 26. *Ut legiones explicari, & consistere possent.* & passim. Maluit autem Lucanus hic adhibere τ' *explicat*, quam aliud verbum; quia in se continet significationem ostentationis, qua Fortuna illa omnia munera quasi in speciem exponit, ut ostendat, *quanta cadat Roma.* Sic L. X, 109.

Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu
Nondum translatos Romana in secula mores.

419 QUO LATIUS ORBEM] Si legas, *quae*, subauditur, *Roma.* Nunquam antea Imperium vel latius, vel amplius patuerat, quam tum temporis. Et quo majus erat, eo citius uno praelio eversum fuit. Citius diversis bellis auctum erat, cum semper foeliciter, ac prospere pugnaretur. HORTENS. Mscr. duo *quae latius*, ut ad Romam referatur: Fortuna Romana, quo major fuit, eo brevior. BERSM. Ut vulgo scribitur; sine dubio auctoris sensus esse debuit, Romam eo citius ruisse, quo plures gentes subactae ab ea sint, quia in se magna cadunt, nec se ferebat Roma. Sed aliud voluisse patet ex connexione totius loci; nempe Romam uno die perdidisse omnia, quae tam longi temporis tractu adquisiverat. Neque aliter exponit Scholiastes. *Hoc est, ut cunctis gentibus imperaret, diu factum est, & longo tempore, quod posteaquam consecuta est, celeriter fata felicia cucurrerunt i. e. transacta sunt; ut ad ejus exitium citius veniretur. ac si diceret. Tarde coepit esse felix, & non diu fuit* Unde videmus, Scholiastem non legisse *latius*; sed *tardius*; quomodo etiam exaratum est in Wittiano, & uno Oxon. ac pro var. lect. in Regio primo & Voss. primo. praeterea *quae* habent Steph. Pulm. & mei undecim MSS. cum Edd. plerisque, & omnibus ante Sulpit. *quam* est in Amst. Igitur legamus *quae tardius*; estque epiphonema per parenthesin ab auctore prolatum. An retinendum *quo tardius?* Ut sit, celeriter Roma felix esse desiit, quia tarde possedit orbem, cum Fortuna defatigata tot victoriis diutius Romae adesse noluerit, sed retro pedem uno inpetu tulerit. Videant acutiores.

423 EOAE] Propter Indiam dicit. SCHOL. & Parthiam.

424 TIBI] Nam & his gentibus currit, quae non sunt sub potestate Romana. SCHOL.

424 UT TIBI NOX] *Glareanus* diligentius hos versus excutit, quam alii interpretes. Uterque, inquit, & *Sulpitius*, & *Badius* exponit, *Nox*, id est, occidens, *tota dies*, id est, totus Oriens. Simplicius erat, *Nox*, & *dies*, absque ulla expositione accipere. Dies enim, & nox una cum aethere currunt. Oriens, & Occidens non currunt: nihilo minus Oriens, & Occidens intelliguntur. Sic *Glareanus.* HORTENS.

425 ERRANTES] Septem planetas dicit, quarum nomina dies habent. Has scimus errare. *Romana* i. omnes res Romanas. SCHOL.

426 RETRO TUA FATA TULIT] Hoc dixit. In pejorem partem i. retrorsum abstulit fata tua dies Emathiae funesta, cum illic bellum civile pugnatum est: quae quidem dies par fuit omnibus seculis, quibus tot populi collecti sunt. Nam quid-

quid

Sed retro [a] tua fata tulit, par omnibus annis,
Emathiae funesta dies. hac luce cruenta
[b] Effectum, ut Latios non horreat India fasces;
Nec vetitos errare Dahas in moenia ducat,
Sarmaticumque premat succinctus Consul aratrum:
Quod semper [c] saevas debet tibi Parthia poenas,
Quod fugiens civile nefas, redituraque numquam
Libertas, ultra [d] Tigrim, Rhenumque recessit:
[e] Ah, toties [f] nobis jugulo quaesita, vagatur,

Ger-

VARIAE LECTIONES.

a al. *sua* V. sec. b *effectum est* O. 1. c *summas* A. m. *a nob.* V. 1. *jug. nobis* V. 2. *jugulis* V. sec. d *Tigrin* V. 1. e vulgo *ac* & *negatur*. f *vobis* Hort.

quid aliis annis suo imperio subdiderunt, hoc uno die perdiderunt. SCHOL.

428 FASCES] i. Ut India postea Romanos duces non timeat, occisis omnibus. IDEM. Potius Romanum imperium, inminuta ejus per hoc bellum potentia; ut Glareanus jam monuit, notante Hortensio.

429 VETITOS ERRARE] i. e. nec Dahas includat in moenia, quos nos vetabamus errare; sed jam, quo volunt, eant non timentes. SCHOL. Vitiose in vulgatis editionibus post *ducat* duplex ponebatur punctum, pro leviore distinctione: nam ex seq. versu subintelligitur *Consul*.

429 DACAS] De hoc loco, & utrum *Dacas*, an potius *Dahas*, aut etiam *Sacas* legendum sit, vide supra libro secundo: annotavimus super versu 296.

- - *Procul hinc arcete furorem,*
O superi, motura Dacas ut clade, Getasque
Securo me Roma cadas &c.

MICYLL. *Dacas*. Ita & vetustissima legunt exemplaria. Daciam Scythiam Europaeam vocant, & Thraciae partem, aut certe finitimam. A Septentrione Carpatho monte à Sarmatia dividitur: ad Occasum Tibisco flumine ab Jazygibus, Metanastis, ad Meridiem; ad Ortum, usque ad Danubium excurrit. A Dacia, populus Daci dicuntur. Fuit aliquando, cum Dani, Strab. lib. VII. Unde in Comoedias Danorum, & Getarum nomina venerunt. Dacia, hodie Valachia dicitur. Dividitur in Transylvaniam, Zipserlandiam, Rasciam, Serviam, Septem Castra, & Bulgariam, gens semper Romano Imperio rebellis tanta belli gloria quondam clara, ut Romani illis annua tributa penderent. Vires gentis Trajanus, capto Decibulo eorum rege, fregit. Glareanus *Daas* hoc loco legendum censet, & recte, priori syllaba brevi, quae in *Dacus* producitur. A *Dacia* enim *Dacus* deducitur, non *Daca*. *Dahae* ultra Scythas populi sunt, ut multi alii, quos universos Persae Sacas vocant, à proxima gente, antiqui Arameos. Multitudo populorum innumera, & quae cum Parthis ex aequo degat. *Celeberrimi eorum*, ait Plinius, *Sacrae*, *Massagetae*, *Dahae*, *Essedones*, &c. HORTENS. *Daas* vel potius *Dahas*, recte Glareanus, & Pulmannus reposuerunt. *Dahas* est in Reg. pr. & Voss. uno. Ceteri scripti, & Editi *Dacas*, *Dachas*, *Dachos*. &c. *Sacas* Micyllus. Vide ad dictum L. sec. locum.

430 ARATRUM] Nam antea solebat Consul ad subjugatam gentem coloniam deducere, & aratro signare spatium civitatis. SCHOL.

431 DEBET] Hac cruenta luce effectum est, ut semper Parthia debeat poenas; nam necdum te, o Roma, vindicaras, occiso Crasso, & Romanis signis direptis. IDEM.

433 LIBERTAS ULTRA TIGRIM RHENUMQUE RECESSIT] Quasi dicat ultra terminos Imperii Romani. Sed cum infra dicat Germanis, & Scythis concessam libertatem, vereor ne, *Tanaim*, sit legendum, quem ultra Scythae, ut trans Rhenum Germani. Ultra Tigrim certe Parthi regnabantur, non autem liberi erant. Itaque opponit Tacitus: *Acrior Arsacis regno Germanorum libertas.* GROT. Vel erravit hic vehementer auctor, caeco inpetu abreptus; cum non potuerit ignorare, ultra Tigrim Parthos sub rege esse, & nequaquam liberos; vel cum Grotio omnino legendum *Tanaim*. ut opponat *Tanain*, & *Rhenum Scythis*, & *Germanis*: sicut *Euphraten*, & *Nilum* respondere facit *Phariis regibus*, & *Tigrani* Lib. II, 633. ubi vide. praeterea *vagatur*, (nam sic legi debet) magis pertinet ad Scythas, quam Parthos. Nihil tamen mutant MSS. & *Scythicum* pro *Parthico* dixisse potuit;

Germanum, Scythicumque bonum, nec respicit ultra
Ausoniam; vellem, populis incognita nostris!
Vulturis ut primum laevo fundata volatu,
Romulus infami complevit moenia luco,
Usque ad Thessalicas [a] servisses, Roma, ruinas.
De Brutis, Fortuna, queror. [b] quid tempora [c] legum
Egimus, aut annos à Consule nomen habentes?
Felices Arabes, Medique, Eoaque tellus,

Quam

VARIAE LECTIONES.

a *servisset* V. sec. H. Ox. 1. b *quod* W. a m. pr. & Ed. Hort. sine interrogationis nota. c *longum* B. 1.

tuit; ut L. II, 553.

- - Parthorum utinam post proelia sospes,
Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris.

ubi vide notas, & saepius Libro VIII.

434 RECESSIT, AC, TOTIES NOBIS JUGULO QUAESITA, NEGATUR] Sic vulgo hic locus editur; bono satis sensu: sed meliorem tamen, & efficaciorem lectionem praebent nobis MSS. nam primo pro *ac*, Pulm. & Bersm. unus, Hulst. & meus *Ha* i. e. *ah*, ut clare exhibent Reg. unus, Voss. unus & Oxon. pr. a m. sec. *at* Wittian. Per deplorabilem exclamationem haec prioribus subjungit auctor. nam post *recessit* τέλειον σίγμα ponendum est, ut feci. Deinde pro *negatur* in tribus Bersm. & quatuordecim meis scribitur *vagatur*; uti & in omnibus, ante Sulpit. qui primus *negatur* intrusit, & in Ald. Colin. Steph. ac Gryphii editionibus. Nec aliter Schol. Voss. sec. *vagatur i. e. a nobis recedit & deserit Romam.* Omnino legendum est *vagatur*, quod Germanis, ac Scythis, ut & Libertati maxime proprium, & servituti contrarium, cui non vagari licet, quo libet. Hinc Claudian. L. I. in Rufin. vs. 53.

- - - - Concordia, Virtus
Cumque Fide Pietas alta cervice vagantur.

Immo hic manet auctor in Metaphora; utitur enim verbis *fugiens*, *reditura*, *recessit*, *quaesita*, & *respicit*, quae omnia personae sunt accommodata. Videtur autem quodammodo Lucanus haec scribens ob oculos habuisse Virgil. Ecl. I. vs. 28.

Libertas, quae sera tamen respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat,
Respexit tamen & longo post tempore venit.

Denique recte Grotius cum primis Editoribus, & Scholiaste *incognita* videtur retulisse ad *Libertatem*; cum post *nostris* majorem distinctionem posuit pro commate, ut ceteri faciunt, referentes ad Romam, & *populos nostros* de circumjacentibus Romam Italis interpretantes. Male. Dicit auctor: Ah vagatur Libertas, nec ultra nos respicit, quam vellem, vel o utinam numquam à nobis cognita. Tunc numquam puduisset nos servire; & tu, o Roma semper servisses à Romulo usque ad hoc tempus. Hoc itaque modo lego, & distinguo.

Ah, toties n. j. q., vagatur,
G. Sc. bonum, nec r. u.
Ausoniam; vellem, p. i. nostris!

435 GERMANUM &c.] Nam apud eos perseverat libertas, à nobis fugata est. Ergo *Germanum bonum*, ipsa libertas: epexegesis. SCHOL.

436 INCOGNITA] Utinam libertatem Roma nescisset, ne cum tanto dolore eam nunc perdidisset. (*modo perderemus* Voss. pr.) IDEM.

437 VULTURIS] Romulus enim vulturis captavit augurium. IDEM.

437 LAEVO VOLATU] In Vossiano primo pro varia lect. scribitur *dextro* i. e. *prospero*. in sec. Voss. al. *laeto*. Perperam. veterum semidoctorum interpolatorum haec sunt monumenta. *Laevo* dicit auctor pro male ominoso ob discordiam fratrum, & caedem Remi, quae civilia bella praemonstrabat futura. Ut bene exponunt Interpretes. V. ad L. I, 95. De hac variatione monuit etiam Cl. Drakenb. ad Silium L. IV, 209. ubi calami lapsu scribit in vulgatis esse *dextro*, & in Voss. *laevo*. contra se res habet, ut videmus.

438 LUCO] i. e. populo, quem adducebat ad lucum. Cum adhuc raritas esset, & inopia civium, Romulus omnes nocentes, & criminosos in eumdem lucum inducebat; ibique eos crimine liberatos in numerum civium conferebat: ut Virgilius:

Hunc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Retulit.

SCHOL. V. ad L. I, 97.

439 USQUE AD THESSALICAS] Usque ad hoc bellum, quod in Thessalia gessisti. IDEM.

440

Quam sub perpetuis tenuerunt fata Tyrannis.
Ex populis, qui regna ferunt, sors ultima nostra [a] est,
[b] Quos servire pudet. Sunt nobis nulla profecto
Numina: cum caeco [c] rapiantur secula casu,
Mentimur regnare Jovem. spectabit ab alto
Aethere Thessalicas, teneat cum [d] fulmina, [e] caedes?
Scilicet [f] ipse petet Pholoën? [f] petet ignibus Oeten,
[g] Inmeritaeque nemus Rhodopes, [h] pinusque [i] minantes?

Cassius

VARIAE LECTIONES.

a deest in Hort. m. b *quod* V. pr. c *rapiuntur* B. 1. O. 1. d *fulgura* B. 1. *flumina* V. 1. e *clades* B. 1. V. sec. pro var. lect. f *petit*, *petit* B. 1. V. sec. & pro var. lect. pr. & tert. g *inmeritique* Ox. pr. h *pinosque* V. sec. i *manantes* V. sec. a m. pr.

440 BRUTIS] Qui libertatem protexerunt, (*adquisivit* Voss. pr.) quam nunc sumus perdituri. SCHOL.

440 TEMPORA LEGUM] i. e. cur in legibus viximus. *Consule.* Quando non inpositi sunt Imperatores, sed Consules. IDEM. Liv. initio lib. II. *Liberi jam hinc populi Romani res pace belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque legum potentiora quam hominum peragam.* GROT. Ed. tert.

442 FELICES] Illi enim, quia semper servierunt, poenam esse non putant servitutem. IDEM. Quibus populis *ingenita est sanctitas regii nominis*; ut ait Sallustius, adducente Servio ad Virgil. L. IV. Georg. 210.

Praeterea regem non sic Aegyptos, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant.

Ubi male Doctiss. Cerda ad Persarum regem haec restringit.

446 CAECO SECULA CASU] Non damno hanc lectionem. Monendum tamen in Wittiano, & Hort. Marg. scribi *fato*, & in optima Editione principe, ac Parm. & Paris. 1512. *cursu:* Eleganter, & ex nostri more. L. II, 567.

Non tam caeco trahis omnia cursu.

VI, 423.

- - - *Fati praenoscere cursus.*

h. lib. 544.

Fatis datus est pro Caesare cursus.

& alibi. Sidon. Apoll. Carm. V, 295.

Fatorum currente nota.

Adde Cel. Burm. ad Valer. Flacc. I, 532.

- - - *rerumque à principe cursu*
Fixa manent.

Vide etiam ad nostr. L. II, 2. Hinc *in cursu esse* Fortuna, aliaque dicuntur. Ovid. Lib. X. Metam. 400.

- - - - *certe Fortuna domusque*
Sospes & in cursu est.

ubi consule Heinsium, & passim tam apud Oratores, quam Poëtas *currere, & labi* fata, ac tempora dicuntur. De inpia opinione veterum, Deos esse dubitantium, si inmeriti adfligantur, & nocentes inpune abeunt, plurima collegit Barthius, ad Claudiani locum ex nostro, ut ille putat, expressum, L. I in Rufin. vs. I.

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu &c.

448 TENEAT CUM FULMINA] Vindicaret enim tantum nefas, si, ut dicimus, Juppiter fulmine uteretur. SCHOL.

449 SCILICET] Irascitur; quia montes fulminantur, & illa loca, quae nihil promeruerunt; & non homines, qui gerunt bella civilia. IDEM.

449 IPSE] Ill. Heinsius loco mox adducendo citat *ille.* quod an casu factum sit, an ex consilio, & scriptis suis sic legerit vir summus, nescio. Certe non male. Sic mox; *Thessalias dabit ille diem.* Diximus plura de eo pronomine ad L. V, 92.

- - - - *seu quod jubet ille, canendo*
Fit fatum.

450 PINUSQUE MINANTES CASUS. HOC POTIUS FERIAT CAPUT] i. e. altas pinus: nam quidquid altum est, casum minatur. *Hoc potius ferias caput*, ambigue dixit; sed intelligebat caput Neronis: cum *caput* urbem Romam dicere videretur. OMNIBON. *Pinusque minantes? Cassius hoc potius feriat c.? Minantes* i. altas, eminentes. *Cassius*, qui cum Bruto in Caesarem conjuravit, justitia, pietateque motus. Estque major Jovis contemptus, quam si legeris, *casus.* SULPIT. *Cassius hoc potius feriat c.* Loquitur Lucanus de Cassio percussore.

Cassius hoc potius feriet caput? astra Thyestae
[a] Inpulit, & subitis damnavit noctibus Argos:
Tot similes fratrum gladios, patrumque gerenti
Thessaliae [b] dabit ille diem? mortalia nulli
Sunt curata Deo. cladis [c] tamen hujus habemus

Vindi-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *abstulit*. b *dedit* B. 1. c *tantam* M.

sore. Sunt, qui & hunc versum per interrogationem legunt; rursum alii, qui secus. HORT. *Cassius h. p. feriet c.? Minantes casus? hoc potius* Mscr. quatuor. h. e. quae propter vetustatem minantur casum. *Feriat* Mscr. tria. BERSM. Vulgatae lectionis, ut vides, Lector, auctor est Sulpitius, post quem Aldus *ferias* mutavit in *feriet*. Antea legebatur.

- - - pinusque minantes
Casus? hoc potius ferias caput.

hoc sensu. Qualis ille est Jupiter, qui tantummodo velit petere fulmine innoxios montes, & pinus per se, licet fulmen non accedat, casum minantes? Si est Deus, hoc potius feriat caput, scil. Caesaris, ut addit recte Scholiastes, & Beroaldus. Hanc vero lectionem praeter Codd. Bersm. & quinque Pulm. etiam exhibent Vossiani quinque, Reg prim. Wittian. Hulst. Amst. meus, & Oxon. prim. a m. pr. *ferias* habent Pulm. quinque, & septem mei, quod & post Aldum retinuerunt Ascens. Micyli. Hortens. aliique. *furet* Voss. tert. Nullus tamen dubito, quin spuria tot Mstorum, etiam optimorum sit lectio; & ex frequenti nominum propriorum corruptione nata. Cui opinioni stabiliendae multum confert optimus Vossianus primus, in quo est *Casibus* cum glossa *vetustate pro casus*. In Voss. sec. ad vocem *minantes* scribitur i. *in coelum erectas*. quod utique non convenit τῷ *casus*. Quare *Cassius* & *feriet* cum interrogatione dictum cum viris doctis unice verum esse puto; praesertim cum & alii MSS. sic habeant, & durissima foret versus transitio, si *casus* legamus. Dicit ergo Lucanus. An Juppiter in inmeritos montes, & innocentes arbores saeviet, & homo potius, quam Juppiter debebit ferire caput nocentissimi Caesaris? *Minantes* potuit nude sine casu usurpasse pro, nutantes & tam vetustate, quam fulminis ictu casum minantes. De arbore, quae eruitur, Virgil. L. II. Aeneid. 628.

- - - illa usque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat.

Ovid. L. X. Metam 374.

Quo cadat in dubio est, & ab omni parte minatur.

Valer. Flacc. L. IV, 178.

Arboribus super, & dorso contecta minanti.

Ubi omnino consulendus magnus Burmannus. Supra L. II, 432.

- - & tremulis tabulata minantia pinnis.

Ita posset etiam *minantes* hoc loco defendi. Ut verum tamen fatear, non placet, licet constanter omnes MSS. retineant. Cur enim Lucanus designasset *Pholoen*, *Oeten*, *nemus Rhodopes* propriis nominibus, & subjunxisset frivolum illud, & versui fulciendo additum *pinusque minantes?* Non credo. Videtur potius *minantes* ex emendatione, ut putabatur, in textum irrepsisse; cum *Cassius* in *casus* erat depravatum. Accedo itaque viris doctis, qui ingeniose correxerunt, *pinusque Mimantis*, montis nempe. Primus ita conjecit Parrhasius ad Claudian. L. III. de R. Proserp. 347.

- - - Haec arma Mimantis
Sustinet.

Deinde N. Heinsius ad Silium Ital. L. V, 494.

Mixtus Athos Tauro, Rhodopeque adjuncta Mimanti.

Saepius in his vocibus peccatum fuisse, pluribus exemplis illustrat Drakenb. ibid. ad Lib. IV, 278. Quod forsan eo facilius hic fuit: quod ex vitiosa *Minantis* (ut est in Reg. pr.) scriptura crediderit librarius esse vulgarem antiqui moris accusativum pro *minantes*. Junxit Rhodopen, & Mimanta etiam Ovidius L. II. Met. 222.

Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimasque.

451 ASTRA THYESTAE] Cum Sol a Thebis fugiat, & nox continuata pro die sit. SCHOL. Errat Scholiastes, confundens duas fabulas. Sol à Thebis non fugit, sed ab Argis. Nec propter Etheoclen, & Polynicen, in quorum sepultura flamma rogi se separabat, tenebrae de die natae sunt, sed propter Atrea, & Thyesten. Ut diserte ait Lucanus, & notissimae sunt fabulae.

452 ASTRA THYESTAE INTULIT] Alii legunt *impulit*. Beroaldus *Abstulit*, ut sit, *abstulit Thyestae astra* i. lumen solis; sed nihil mutem. VERSEL.L. Si legas, *instuit*, ut intelligamus, noctem pulso Sole retro induxisse Jovem. Sin, *abstulit astra*, ut per *astra* Sol intelligatur, cujus aspectum

Vindictam, quantam [a] terris dare numina, fas est.
Bella pares Superis facient civilia Divos:
Fulminibus manes, [b] radiisque ornabit, & astris,
Inque Deûm templis jurabit Roma per umbras.
[c] Ut rapido [d] cursu, fati suprema morantem,
Consum-

VARIAE LECTIONES.

a *f.e.d.n.t.*P. 1. b *radiis o.*V. 1. Hort. m. c *at* W. d *fati c.* Hort. m.

ctum terris abstulit. Est, & qui legit, *Impulit:* quod eodem tendit. Impulit in ortum Juppiter Solem, & subitis noctibus damnavit Argos. *Impulit* in Cod. vetustiss. HORTENS. *Abstulit.* Mscr. *Impulit.* Sed duo ex iis habent; *Intulit*, non male; ut intelligamus, Jovem noctem intulisse, cum Atreus Thyestae liberos epulandos apponeret. BERSM. Illud *Abstulit*, quod est in uno, aut altero recentiore libro Msto, Beroaldo debetur, quod temere arripuit Gryphius, & deinde expresserunt Bersm. Grotius, & reliqui. *Intulit* ceterae Edd. vel *impulit*, ut Aldi, Colin. Steph. & Pulm. quod habent plerique ejus MSS. & ex meis Vossiani quinque (in quorum primo pro var. lect. est *depulit*,) Wittian. Hulst. & Amstel. *Intulit* cum aliis habet Reg. prim. Sed *impulit* rectum puto, i. e. celeriter immisit sidera, & noctem, sole remoto. Vide quae diximus ad Lib. IV, 65.

- - *quidquid, coeli fuscator Eoi,*
Inpulerat Corus.

Ejeci itaque *abstulit*. Nam *astra* pro sole tam simpliciter capi posse, non credo; licet noverim, *Sidus*, & *astrum* aliquando à Poëtis Solem, & Lunam vocari. *Abstulit*, si vel sic retinere velles, significaret, tantas tunc de die, in quo accidit scelus, fuisse tenebras, ut ne quidem stellas videre potuerint. Sed id minus est, quam noctem Argis contra naturalem ordinem inpulsam esse sole ad ortum reverso. L. VIII, 58.

Obvia nox miseras coelum lucemque tenebris
Abstulit, atque animam clausit dolor.

453 TOT FRATRUM] Cum illic duo tantum fuerint, Etheocles, & Polynices; & tamen amiserint diem. SCHOL.

455 CURATA] Geminam opinionem ponit; primo Deos non esse, deinde, si sunt, non curare mortalia. IDEM.

456 VINDICTAM] Haec clades nobis de se vindictam dabit tantam, quantam fas est, ut Dii hominibus exsolvant: Nam pares hoc bello fient coelestibus homines. (*superi i. homines* Voss. sec. male) Hoc propter Caesarem dictum, qui consecratus, & Divus est factus. IDEM.

457 QUANTAM] Sic bene reposuit Grotius, pro *quantum*, quod irrepserat in Mediolan. & dein in secundam Colinaei Editionem, unde in sequentibus remansit, Micyllum si excipias, & Hortensium. *quantam* est modo in uno, aut altero Pulm. uno Bersm. & meis tribus. Idem vitium obsidet etiam nunc vulgatos Codices L. VIII, 11.

- - - *tantae mercedis habere*
Credit adhuc jugulum, quantum pro Caesaris ipse
Avulsa cervice daret.

Sed *quantam* meliores libri, ut suo loco dicemus.

458 FULMINIBUS &c.] Habitu enim Jovis in templo Caesar est constitutus. Accepit & radios, ut solis esset simulacrum. SCHOL. Vid. Rupertus ad Flor. p. 628. BROUKH. V. Commentat. nostri, aliorumque hujus temporis scriptorum.

458 MANES] Hoc dicit, non futurum hunc Deum, ut stulti arbitrantur, sed umbram inferni, ut ipse alibi; *Romanorum Manes calc. Deorum.* SCHOL.

459 INQUE DEUM TEMPLIS JURABIT] Hoc in contumeliam numinum dictum est; ut in omnibus templis, non solum in Caesaris, per manes Caesaris jurarent. IDEM. Horat. Epist. I. L. II. vs. 6.

Jurandasque tuum per numen ponimus aras.

ubi vide Bentlej. & qui jam ante sic correxerat Broukhus. ad Propert. II, 1, 42.

Caesaris in Phrygios condere numen avos.

Sed forsan rectum est *nomen* apud Horat. Vellejus L. II, 124. *Augusti nomen divinis honoribus honoratum.*

461 CONSUMSERE] Hoc dicit: Postquam celeri cursu ad se venientes illum locum, qui eos medius à bello prohibebat, *consumserunt* i. e. cursu mutuo transmiserunt. SCHOL. Ovid. Epist. VI. Heroid. in f.

Cum mare, cum terras consumserit, aëra tentet.

i. e. peragraverit, transierit. passim *consumere annos, diem, aetatem.*

462 INDE MANUS SP. V. A. Q., Q. S. P. C., A. QUAE S. F. M.] Alii, quos & Beroaldus sequitur, legunt. Sic:

Consumsère locum; parva tellure ª diremti,
[*Inde manus spectant, vultusque agnoscere quaerunt,*]
Quo sua pila cadant, aut, quam ᵇ sibi fata minentur,
Inde manum spectant, tempus, quo noscere possent,
Facturi,

VARIAE LECTIONES.

a *redemti* B. 1. *direpti* V. 2. H. R. pr. M. Hort. m. *diremtis* V. 1. b *sua* R. 1.

- - - - - - *directi:*
Quo sua pila cadant, aut quae sibi fata minentur:
Inde manum spectant, tempus, quo noscere possent &c.

VERSELL. Alii hunc locum sic legunt:

- - - *Parva tellure diremti,*
Quo sua pila cadant, aut quam sibi fata minentur,
Inde manum spectant: tempus, quo noscere possent
Facturi quae monstra forent &c.

Ut sit sensus; *Spectant* sive circumspiciunt, quo, id est, in quam partem pila cadant, & manum sive multitudinem, *quam fata sibi minentur*, hoc est, ad caedem offerant. Spectant item, sive observant *tempus*, quo, quae *monstra*, hoc est, quas caedes facturi forent, noscere possent. Sed altera tamen lectio simplicior, ac planior videtur. MICYLL. *Inde manus sp.* Micyllus erudite hunc locum ita exponit: *spectant*, sive circumspiciunt, inquit, in quam partem pila cadant, & manum sive multitudinem, *quam fata sibi minentur*, hoc est, caedem offerant. Spectant item, sive observant *tempus*, quo quae *monstra*, hoc est, quas caedes facturi forent, noscere possent. Ad hunc modum *Micyllus*. Hunc versum,

Inde manum spectant, tempus quo noscere possent.

quaedam exemplaria non habent. Observant *manum*, hoc est, hostes quae monstra forent facturi. *Monstra* simpliciter exponunt, crudeles caedes. *Monstrum* proprie est, quicquid deforme est natura, hoc est, praeter naturam aut deficit, aut excedit. Summatim, quicquid contra naturam est. Cicero secundo, de Natura Deorum, docet, *monstra* etiam praedictiones, & praesentationes esse rerum futurarum. Observant itaque *tempus quo monstra utrinque sint facturi.* Addit simul, quae monstra illa sint, ut liberi in parentes tela sint missuri, frater fratrem germanum ferro, & hasta invadat. Ea profecto monstra sunt, quod naturam oppugnent. adeoque contra naturam est socerum, & generum armis contendere. HORTENS. *Quo s. p. c. a. quae s. f. m. I. manum sp. tempus quo noscere possent. Inde manus spectant vultusque agnoscere quaerunt, quo sua peila cadant, aut quam sibi fata minentur, Facturi.* F. *quae sibi* M. *Unde manus spectent, vultusque agnoscere possent, quo sua peila cadant, aut qua s. f. m. Facturi.* H. PULM. In m. sc. tribus: Hi versus hoc ordine leguntur.

Inde manus spectant, vultusque agnoscere quaerunt
Quo sua pila cadant, aut quam sibi fata minentur.

Sed in altero sequitur rursus:

Inde manum spectant, tempus quo noscere possunt.

In altero hic versus non repetitur, sed pro *Inde* legitur *Unde.* & *vult. agnosc. possent.* Et deinceps: *quae sibi fata minantur.* Et tert. *qui sibi fata minentur*, non mutato versuum ordine. Modius ex fide vi. Codic. ita legendum censet: Nov-Ant. LL. Ep. 24.

Ut rapido cursu fati suprema morantem
Consumsère locum: parva tellure diremti,
Unde manus spectant, vultusque agnoscere possunt,
Quo sua pila cadant, & qua sibi fata minentur
Facturi quae monstra forent.

pro *qua* m. scr. *quam* sc. manum, h. e. multitudinem, sibi fata ad caedem offerant. BERSM. *Inde manum spectant.* Multis è diversis lectionibus hanc concinnavimus. ubi propius hostem ventum est, aspiciunt quos petant vultus, quae ipsis minentur manus, quae denique facturi essent scelera. GROT. Intricatissimus hic locus est, & varie interpolatus: quare Editiones nihil moror, & taediosissimum earum recensum praetereo: Sciat tantum Lector hunc versum, quem Grotius praetulit, quemque ego uncinulis inclusi, insertum esse à Venetis primo; scil.

Inde manus (*manum* Grot. & al.) *spectant, vultusque agnoscere quaerunt.*

Illum vero, quem Grotius cum aliis ejecit,

Inde manum spectant, tempus quo noscere possent.

primum omissum esse à Sulpitio. Pro *quam* Grotius edidit *qua*; alii *quae*. Quod ad Mssos attinet, ille *inde manus s. vultusque agnoscere quaerunt* tantum est in meorum Wittiano, Voss. sec. Oxon. uno Regio recent. & Amst. nisi quod in altero versu quidam alii *vultus* pro *tempus* habeant. Omnes constanter MSS. agnoscunt hunc.

Inde manum sp. tempus quo noscere possent.

& priori loco ponunt illum *quo s. p. c.* &c. Quare putem omnino, hoc modo locum esse constituendum, ut clare exhibent Voss. primus cum duobus aliis, Regius prim. Marp. Hulst. Oxon. unus, Meus. (quamquam differant in *qua*, *quae*, *quam*, sed *quam* habent plerique cum Edd. primis, Aldo, Colin. & Steph.)

parva

Facturi, quae monstra forent. vidêre parentes
Frontibus adversis, fraternaque comminus arma:
[a] Nec libuit mutare locum: [b] tamen omnia torpor

Pectora

VARIAE LECTIONES.

a *non* Ed. Hort. b *tantum* Ed. Parm.

- - - parva tellure diremti,
Quo sua pila cadant, aut quam (vel *qua*) *sibi fata minentur,*
Inde manum spectant, tempus, quo noscere possent,
Facturi, quae monstra forent.

Hoc sensu. Inde ex utroque exercitu sibi quisque notat virum sibi adversum, & spectat, quo vel sua pila cadant, aut spectat manum, quam fata forsan sibi minentur, vel qua sibi m. f. (nam hoc mihi perinde est. V. L. VI, 173.) i. e. qua forsan casurus sit, vel utra proelium prima committat; facturus pro se quisque tempus i. e. statum, & conditionem temporis, sive proelium, quo possent noscere, qualia essent monstra, qui tam monstrosa facinora perpetraturi sint. Nam primo, *spectant manum, qua vel perituri sunt, vel quo jaciant sua pila*, intelligenda esse de viris unicuique adversis, videtur satis patere ex sequentibus. *Tempus* autem poni pro conditione, & statu temporis, non rarum est. Sic Vellej. Lib. I. c. 3. *Iliaca componentes tempora* pro iis posuit, qui res gestas eorum temporum scripserunt. Elegans locus est Propert. L. IV, 7, 53.

Tempus adest: committe rates: ego temporis auctor
Ducam laurigera Julia rostra manu.
Dixerat, & pharetrae pondus consumsit in arcus;
Proxima post arcus Caesaris hasta fuit.

Sic *facere locum* inf. L. VIII, 114

Fac, Magne, locum, quem cuncta revisant
Secula.

Monstrum autem vocare hominem sceleratissimum inprimis amat noster. De Maga L. VI, 633.

Monstroque potenti Extractus.

L. VIII, 474.

- - tamen omnia monstra
Pellaeae coiere domus.

548.

- - externaque monstra
Pellite.

613.

- - - - - ferrum
Regia monstra parant.

Denique meae constructioni, & explicationi favet Scholiastes, ex quo constat, versum illum de notatione *temporis* abesse non posse: nam etiam in illo Codice, in quo non apparet is versus, haec notat Schol. *Facturi, inquit, tempus, commisso proelio, quo invicem cognoscerent, essent ipsi quanta portenta.* vel, ut est in Voss. pr., *cognoscant, quae monstra, & portenta essent.* Haec si non satis sunt, addo Lutatium ad Stat. Theb. VI, 757. scribentem. *Utrique sperabant, quod ab alterius manu certamen inciperet. unde* Lucanus.

Inde manum spectant tempus quo noscere possint
Facturi quae monstra ferant.

ubi vitiose pro *forent* editur *ferant*. Omnibonus, & Bersmann. haec ita capiunt, ut sit Ellipsis verbi *fuit*. Dum spectant utrinque, illud tempus fuit tempus, quo possent cognoscere, quae monstra forent facturi. ut L. IV, 245. *Fecit monstra fides.* ubi vide. & ante vs. 172. *Deprensum est civile nefas.* sed durior haec ellipsis mihi videtur. Forsan auctor, ut in mentem amico meo veniebat, respicit manum Crastini, *cujus torta manu commisit lancea bellum.* Et foret tunc ita digerendus locus.

Inde manum spectant, tempus qua noscere possent,
Quo sua pila cadant, aut quo s. f. minentur,
Facturi quae, monstra, forent.

i. e. vident manum Crastini, per quam noscerent tempus, sive quae notaret tempus, quo emittere deberent tela, & quo fata minentur sibi eadem monstra, quae facturi essent ipsi. Verum tamen non adeo placet. Denique, si quis velit retinere priorem versum propter illa, *quo sua pila cadant*, per me licet. Modo tum mecum censeat, hunc esse unum ex iis locis, quos emendaturus, si licuisset, erat Lucanus; eumque plura more solito conjunxisse, quae deinceps resecuisset. Hoc modo tum versus disponere placeret mihi.

Consumsere locum, parva tellure diremtae
Inde manus spectant vultus, ac noscere quaerunt,
Quo sua pila cadant; aut quam sibi fata minentur,
Inde manum spectant; tempus quo noscere p. &c.

Ut *manus* priore loco utrumque exercitum significet, & posteriore, dextram hostis sui, vel, si vis, Crastini: sed tunc ita mallem scribere.

- - - ac noscere quaerunt,
Quo sua pila cadant, aut qua sibi fata minentur.
Inde manum spectant, tempus qua noscere possent,
Facturi quo monstra forent.

Eligat ex his omnibus, vel ipse effingat novum, quod velit judiciosus lector. Mihi adridet prima mea sententia.

466 NEC LIBUIT MUTARE LOCUM] Cum acies ita esset disposita, ut concurrentes parentes filiis ad-

Pectora [a] constrinxit; [b] gelidusque in viscera sanguis,
Perculsa pietate, coit: totaeque cohortes
Pila [c] parata diu tensis [d] tenuêre lacertis.
Dî tibi non mortem, quae cunctis poena paratur,
Sed [e] sensum post fata tuae dent, Crastine, [f] morti,
Cujus torta manu commisit lancea bellum,
Primaque Thessaliam Romano sanguine tinxit.
O praeceps rabies, cum [g] Caesar [h] tela teneret,
Inventa est prior [i] ulla manus! [k] tunc stridulus aër
Elisus lituis, [l] conceptaque classica cornu:
Tunc ausae dare signa tubae: tunc aethera [m] tendit,
Extremi-

VARIAE LECTIONES.

a *constringit* P. 1. B. 1. VV. LL. Steph. Ox. pr. a m. sec. *contraxit* B. 1. b *gelidus in* B. 1. c *paterna* B. 1. d *tenuata* Edd. Brix. Med. e *sensus* B. 2. V. 1. W. O. 1. f *mortis* B. 1. *mentis* B. 1. g *Ductor* B. 1. h *bella* B. 1. *arma* W. i *illa* B. 1. Marp. k *tum* MSS. qdd. l *concentaque* P. 1. m *tendit* B. 1.

adversi essent, fratribus fratres, neminem delectavit locum mutare (*nemini licuit* l. m. Voss. pr.) scilicet de loco in locum (*de eodem loco ad aliam aciem* Voss. sec.) transire; ut unusquisque parenti suo, aut fratri non staret adversus. SCHOL. Bersm. unus, Witt. Voss. tert. Marp. Oxon. unus *licuit*; quod quidem ex militari Romanorum est disciplina (vide modo Caesar. L. I. B. Civ. c. 44.) Hic tamen malim *libuit*. Noluerunt mutare locum ideo, sed tamen torpor pectora eorum constrinxit.

468 PERCULSA] Mscr. tria *percussa*. quartum *commota*. BERSM. Undecim etiam mei MSS. & Edd. Rom. Parm. Taberii, Ascens. Mic. Hortens. aliorumque *percussa*. Sed male. Consule notata ad Lib. I, 487.

469 TENSIS TENUERE LACERTIS] Geminus est Statii locus, & ex nostro adumbratus Lib. VI. Theb. 757.

Ut sese permensi oculis, & uterque priorem
Speravere locum, non protinus ira, nec ictus.
Alternus paullum timor, & permixta furori
Consilia; inclinant tantum contraria jactu
Brachia, & explorant caestus, hebetantque terendo.

In hac historia vid. Dio Cassius L. XLII.

470 POENA] i. e. mors, quae omnibus hominibus communis poena est. SCHOL.

471 SENSUM] Ad longiora tormenta. i. non finias dolorem morte, sed post mortem remaneat tibi sensus, quod te mortuum cognoscas, & esse in poenis. IDEM.

471 SENSUM] Al. *sensus* in Cod. vetusto. HORTENS.

471 CRASTINE] Proprium nomen est illius militis, qui primus tela jaculatus est; ut ait Titus Livius; *Primus hostem percussit nuper pilo sumto primo Gajus* (*Graius* MS. Γαΐῳ Plutarcho) *Crastinus*. SCHOL. Inprecatur Crastino, qui pugnam incoepit, aeternam sceleris conscientiam, & memoriam, quae ipsum discruciet. Erat hic Crastinus evocatus in exercitu Caesaris, qui cohortatis manipularibus suis, ut se sequerentur, respiciens ad Caesarem, faciam, inquit, hodie Imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas: haec quum dixisset, primus ex dextro cornu prorupit. Appianus libro II. Caesar lib. III. SULPIT. Huic postea inter occisorum cadavera reperto, mortuo dona dedit Caesar, quae mox cum eodem sepulta sunt, sepulchrumque eidem Caesaris mandato, insigne erectum, ut Appianus addit. MICYLL. Emendandus hinc Plut. apud quem hic proelii Pharsalici inchoator mendose scribitur Κρασσιανός. GROT. Ed. tert. Livii ille locus interiit una cum deperditis libris. quare hoc fragmentum huic Scholiastae debemus. an vero *nuper* scripserit Livius, dubitari potest; quia nunc jam *evocatus* erat. Caesar. L. III, 91. *Erat Crastinus evocatus in exercitu Caesaris, qui superiore anno apud eum primum pilum in legione X. duxerat.*

476 CONCEPTA] i. simul capta. hoc est, ut signum darent, & cornua, & classica sunt pariter comprehensa. SCHOL. Errat Schol. *classica* hic ipsa sunt cantica, & sonus bellici, quos edunt cornua. Sic *concipere verba*, *vota* &c.

478 INRUPIT] Mscr. duo, *irrumpit Ol.* & alt. *& rumpit Ol.* BERSMANN. *Irrumpit* exhibent etiam

Extremique fragor convexa [a] inrupit Olympi;
Unde procul nubes, quo nulla tonitrua durant.
Excepit resonis clamorem [b] vallibus Haemus,
Peliacisque dedit rursus geminare cavernis:
Pindus agit [c] fremitus, [d] Pangaeaque saxa resultant,
Oetaeaeque gemunt rupes. vocesque furoris
Expavere sui, tota tellure relatas.
Spargitur innumerum diversis missile votis.
Vulnera pars optat, pars [e] terrae [f] figere tela,
Ac puras servare manus. [g] rapit omnia casus;
Atque incerta facit, quos vult, Fortuna nocentes.

[a] Sed

Variae Lectiones.

a *irrumpit* Ed. Grot. &c. b *in v.* W. c *gemitus* vulgo. d *Panaceaque* R. pr. *Panageaque* V. pr. a m. pr. e *optat figere terrae* V. 1. f *affigere* VV. LL. Steph. P. 2. B. 1. sed v. ad L. IV, 647. g *capit* Ox. 1.

etiam tres Pulm. & quidam mei. Idque praetulit Grotius cum seqq. Edd. Sed optimi quique MSS. ut primi Vossiani, Witt. Reg. &c. *inrupit* in praeterito, retinent. quo tempore cetera verba hic juncta extulit Auctor.

478 Olympi] Mons Macedoniae. Sensus hic est. Ad Olympum montem sonitus tubarum, & fragor perveniebat: quo tonitrua non pervenire possunt, cum sint procul nubes, quibus tonitrua concitantur. *Procul* juxta Virgil. *Sera procul l. v. d. i. t.* SCHOL. Intelligit summum Olympi montis cacumen, quod nubes excedit, ut ait alibi noster, non coelum, ut capiunt plerique interpretes. Si vero abesset hic versus, parum detrimenti caperet sensus, & aptius reliqua subjuncta essent.

482 Pindus agit gemitus] Variae Steph. Lect. tres Pulm. & Bersm. ac duodecim mei cum multis ab Ill. Heinsio conlatis, & Edd. Rom. Parm. Omnib. Ascens. Micyll. Hortens. aliorumque exhibent *fremitus*. Quod adeoque auctori restitui; cum sequatur *gemunt*. Passim legas de fremitu, mugitu terrae &c. *fremitum*, & *gemitum* jungit quoque Justin. L. IV. c. 1. Vide Drak. ad Sil. Ital. L. I, 425. Vitiose apud Scholiast. Cruq. ad Horat. p. 31. editum videas *Pindus agens gemitus*: ut forsan ille seq. versu legerit *fremunt*. quod est in uno Bersm. Sed praestat plurimos, & optimos Mstos sequi. De verbo *gemere* hoc sensu vide ad L. VI, 137. Valer. Flacc. L. I, 728.

Jam Rhodopes nemora alta gemunt.

Claudian. L. II. in Eutrop. 170.

- - gemuit Nysaeo palmite felix
Hermus.

483 Oetaeaeque ge. re.] De Oeta monte paulo ante memoravimus. Sunt, qui legunt, *Ossaeaeque*. Ossa, & Pelion, montes Thessaliae sunt, ut Olympus Macedoniae, authore Strab. HORTENS. In textu Hortens. cum iisdem Editionibus mox recensitis exhibent *Osseaeque*, ut est quoque in Regio recent. utroque Oxon. Voss. quarto, & meo. Eodem res redit. quare vulgatum servo. infra vs. 806.

- - - nemus exstrue Pindi:
Erige congestas Oetaeo robore silvas.

485 Innumerum] Msc. *in numerum*. Ita & libri aliquot. BERSM. Ed. Rom. Ven. Aldi, & Hortens. Sed rectius una voce Adj. *innumerum* hoc loco scribas: nam non aliud post aliud usque ad magnum numerum sunt missa tela, sed singula à cunctis simul. Aliter de Phrasi *in numerum* inspice notata ad Lib. II, 111.

487 Omnia] Mic. *omina* h. e. vota. BERSM. & unus Pulm.

489 Sed quota pars cl.] Per admirationem legendum est meo judicio: quasi dicat, exigua pugnae pars telis, & hastis exacta est. HORTENS. Ante hunc versum in duobis Vossianis praecedunt versus 510. & seqq usque ad vs. 520. In alio solus vs. 510. hic erat interpositus. In Oxon. pr. a m. pr. iste versus deerat.

492 Pompeji] Huc usque generaliter de utroque narravit, nunc specialiter. *In ferrum* i. in unum tractum, & ordinem. SCHOL.

493

[a]Sed quota pars [b]cladis [c]jaculis, ferroque [d]volanti
Exacta est? [e]odiis solus civilibus ensis
Sufficit, & dextras Romana in viscera [f]ducit.
Pompeji densis acies stipata catervis
Junxerat in seriem nexis umbonibus arma;
[g]Vixque habitura locum, dextras, ac tela movendi,
Constiterat, gladiosque suos [h]compressa [i]timebat.
Praecipiti cursu vesanum Caesaris agmen
In [k]densos agitur cuneos; perque arma, per [l]hostem
Quaerit iter, qua [m]torta graves lorica [n]catenas
Obponit, [o]tutoque latet sub tegmine pectus.

500 Hac

VARIAE LECTIONES.

a *Et* B. 2. V. 3. H. b *hominum* R. 1. c *telis* Marp. d *nocenti* A. *volenti* Ed. Ven. e *studiis* B. 1. Marp. f *duxit* B. 1. g *vix h.* V. 1. h *complexa* A. i *tenebat* vulgo. k *medios* V. 1. l *hostes* A. meus. a m. pr. m *torva* W. *tota* R. pr. n *catervas* B. 1. R. 1. o *totoque* V. lec. a m. pr. *tutumque* B. 1.

493 JUNXERAT] Alii *vinxerat* (ut unus Pulm. *duxerat* Bersm. un.) male. Juvenal. Lib. I. Sat. 2, 46.

- - - - - - sed illos
Defendit numerus, junctaeque umbone phalanges.

BROUKHUS.

494 VIXQUE HABITURA LOCUM] Propter multitudinem, & densitatem militum. SCHOL.

495 GLADIOSQUE SUOS COMPRESSA TIMEBAT] Ne juncti nimium se invicem vulnerarent. IDEM. In Pulm. & Bersm. uno, item Voss. uno, Regiis, Oxoniens. & Marp. est *tenebat*. cum Edd. primis, Par. 1512. Grotii, ac sequentibus. Ceteri omnes, tam scripti, quam Editi, Scholiast. & in notis Omnibonus habent *timebat*. Nec aliter citat Servius ad Virgil. L. X. Aen. 432.

Extremi addensent acies, nec turba moveri
Tela manusque sinit.

Emphasis est, à Lucano saepe captata. Acies ita compressa, & densa stetit, ut alter alterius metueret gladium, ne prae nimia propinquitate vulneraretur. De compresso Curionis exercitu Lib. IV, 779.

Vix inpune suos inter convertitur ensis.

Quare *timebat* reposui.

496 PRAECIPITI] Hoc dicit *constitisse*, illos autem *currere*. SCHOL.

500 HAC] i. per loricam. Transfigebantur enim & arma cum corpore, ut esset solum, quod unusquisque vulneribus petebat. IDEM.

500 PER ARMA] Mscr. *arva*, corrupte. Per arma perventum esse dicit ad corpus. BERSM.

502 UNA] Pompeji. *altera*, Caesaris. SCHOLIAST.

503 FR. INDE S G. C. OMNE N. A CAESARE F.] Mscr. *sanguine*, mendose. BERSM. Non ita mendose, ut putat vir doctus. nam & *a sanguine* exaratur in optimo Regio primo, & Marpurg. Immo veram lectionem ostendit nobis praestantissimus Voss. prim.

- - - - - - frigidus inde
Stat gladius; calet inde nocens à sanguine ferrum.

Sic clare ille exhibet, quae unica est Lucani manus, & stilus. *Inde* à Pompeji parte; *inde*, à Caesare, ex qua glossa in textum inrepsit. Solet autem auctor noster bis idem pronomen ponere; ubi vulgo amant *hic*, *ille*, *hinc*, *inde* & similia. L. III, 526.

Caesaris hinc puppes, hinc Grajo remige classis
Tollitur.

L. IV, 401.

- - - ille salutis est auctor,
Dux ille fuit.

636.

Conflixere pares; telluris viribus ille,
Ille suis.

Infra VI. 533.

Sed hinc jugulis, hinc ferro bella geruntur.

Adde vs. 774. VIII, 157, 196. IX, 333. & alibi. *A sanguine calere* locutio est notissima; *à caede tepere*, *ab ira fervere*, & sexcenta passim sunt obvia. Ejeci itaque languidum istud *omne à Caesare.*

504

Hac quoque perventum est ad viscera: [a] totque per arma
Extremum [b] est, quod quisque ferit. civilia bella
Una acies patitur, gerit altera: frigidus inde
Stat gladius; calet [c] inde nocens à sanguine ferrum.
[d] Nec Fortuna diu rerum tot pondera vergens,
Abstulit ingentes, fato [e] torrente, ruinas.
[f] Ut primum toto diduxit cornua campo
Pompejanus eques, bellique per ultima fudit;
Sparsa per extremos levis armatura maniplos
Insequitur, saevasque manus immittit in hostem.
[g] Illic quaeque suo [h] miscet gens proelia telo:

Romanus

VARIAE LECTIONES.

a *tota* V. 1. b deest in V. 1. c vulgo *omne* & *Caesare.* d *non* V. 1. desunt hi versus 2. in A. e *torpente* Hort. m. V. Priscian. c. 804. f *ut toto pr.* V. 2. g *illinc* B. 1. h *miscens* B. 1.

504 PONDERA VERGENS] Ita MS. Hoc est librans, velut eventu dubio. GROT. *Vergens* habent duo Pulm. unus Bersm. & Marpurg. Ceteri retinent *vertens*, ut ante Grotium edebatur. Sed vide ad L. VI, 482.
Et medium, vergens nisus, titubavit in orbem.

505 TORRENTE] i. praecipiti. Non est morata in evertendis tot rerum ponderibus. SCHOL.

506 DIDUXIT] Vetus Codex legit *deduxit cornua.* al. *diduxit.* HORTENS. Edd. primae cum Sulpit. Ascens. Mic. Hort. aliisque, & MSS. tribus Pulm. duobus Bersm. & sex meis *deduxit*, male. *direxit* Voss. quart. & Oxon. pr. qui a manu sec. habet *destruxit.* Rectum est *diduxit.* Vide ad L. II, 294. & III, 584. *Robore diducto.*

507 POMPEJANUS EQUES] Quia Pompejus multitudine fidit exercitus, id agit, ut includat militem Caesaris pauciorem. Sed casu factum est, ut invadatur ipse, postquam spargendo rarum suum agmen effecit. SCHOL.

507 BELLIQUE PER ULTIMA FUDIT: SP.] Fudit, aut fusa est. *Belli* autem *ultima* fallaciam dicit. Nam si in se nihil comminus egissent, tunc debuerant fraude pugnare. Possumus autem & hic distinguere. *bellique per ultima fudit. Sp.* i. fudit eques cornua, & qui sequitur versus separatim legendus est. IDEM. Recte hoc ait Schol., quod haec a seq. versu separanda sint & *fudit cornua* construendum. Sed male *belli ultima* exponit fallaciam, nec bene Badius summa intelligit pericula. Melius Omnibon. ait *i. extrema sc. a tergo hostium.* Sive potius per extremum latus, & partem aciei apertam. *Cornua* enim sunt, *proelii sive belli ultima.* & *latera belli* paullo post. Caesarem hic sequitur auctor, qui L. III. B. Civ. c. 93. scribit: *Omnisque multitudo sagittariorum se profudit &c. equitesque Pompejani hoc acrius instare, & se turmatim explicare, aciemque nostram à latere aperto circuire coeperunt &c.*

508 LEVIS ARMATURA] Id est, equites levis armaturae, qui *Velites* dicuntur: continet autem *Manipulus* levis vicenos milites, & aliam turbam scutatorum. *Leves*, qui hastam tantum, gesaque gererent, vocabantur: haec prima frons in acie florem juvenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde aetas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, ut Livius ait, & de iis poëta intelligit. SULPIT. Conatur Sulpitius ea ex Livii verbis lib. VIII. ab V. C. confirmare, allegans verba, quae Livius, de hastatis levis quidem armaturae, sed qui neque equites, neque Velites erant, scribit. Mox ejusdem etiam verba de Principibus apponit, ac Poëtam hoc loco de iis intelligere asserit, quasi principes etiam levis armaturae, aut equites, aut Velites fuerint; adeo nihil pensi habuit Sulpitius, quid citaret, ad hujus loci sensum expediendum. Poëtae sensus ex Caesaris commentariis planus est, hoc loci. Loquitur enim de Pompeji equitatu, quem in Caesarianos prorupisse, ait, unaque cum eis levem armaturam sequutam, & sagittarios, & funditores. Cum autem equitatus Caesaris Pompejanorum equitum impetum non tulisset, sed paulum loco motus cessisset, ac Pompeji equites hoc acrius institissent, seque turmatim explicare, & Caesaris aciem à latere aperto circuire coepissent, ibi tum Caesarem quartae aciei signum dedisse, eam tanta vi in Pompeji equitatum impetum fe-

Romanus [a] cunctis petitur cruor: inde sagittae,
Inde faces, & [b] saxa volant, spatioque solutae
Aëris, & calido liquefactae pondere glandes.
Tunc & Ituraei, Medique, [c] Arabesque soluti,
Arcu turba minax, [d] nusquam [e] rexêre sagittas:
Sed petitur solus, qui campis inminet, [f] aër:
Inde cadunt mortes; sceleris sed crimine nullo
[g] Externum [h] maculant chalybem: [i] stetit omne coactum
Circa pila nefas: ferro subtexitur [k] aether,
Noxque super campos telis conserta pependit.
[l] Tum Caesar metuens, ne frons sibi prima labaret
Incursu, tenet obliquas post signa cohortes:

VARIAE LECTIONES.

a *pet. cun.* V. 1. W. Hort. m. b *tela* B. 1. c vulgo *Arabesque*, *soluto a.* d *numquam* V. sec. a m. pr. e *trexere* B. 1. *texere* V. 1. f *aether* B. 3. V. 2. R. 1. H. A. V. sec. pro var. lect. Edd. Ven. Br. Med. g *extremum* Edd. qdd. Ox. 1. & al. V. Drak. ad Sil. 12, 209. h *ch. m.* B. 1. *jaculant* R. pr. i *stat* A. k *aër* B. 1. R. pr. Marp. A. M. Ed. Rom. Parm. l *cum* V. 5. R. pr. O. 1. Ed. Ven. Hort. m. *tunc* MSS. Edd. qdd.

cisse, ut eorum consisteret nemo, omnesque conversi, non solum loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent: quibus summotis, sagittarios, funditoresque destitutos inermes sine praesidio interfectos esse. Haec poëta ex Caesaris commentariis bono ordine prosequutus est. Sulpitius saepe aliena, nec citato authore, (ut debuit) annectit, quae poëtae sensum non aeque, atque Caesaris verba juvant. Badius etiam male verbum, *Insequitur*, de Caesarianis exponit, cum de Pompejanis Velitibus, qui equites sequuti erant, intelligatur, deceptus poëtae verbis, *Saevasque manus inmittit in hostem*, existimans solos Caesarianos saevas habuisse manus, non etiam Pompejanos. GLAREAN. Malim *saevumque* cum amico, si MSS. addicerent, ut poëta hic etiam ex more Caesarianos magis notaret. De Manipulo, Velitibus, &c. consule Lipsium.

510 SUO TELO] Quippe diversa sunt arma diversis gentibus. SCHOL.

511 ROMANUS C. PETITUR CRUOR] Hoc dicit. Caesariani de auxiliis non laborant; sed tantum Romanos Pompeji socios interficiunt. Sive ut hoc intelligamus. Diversae quidem gentes mittunt tela diversa; sed hoc agunt, ut Romanos interficiant. IDEM. Posterior expositio proculdubio unice vera est, & per se patet.

512 INDE FACES ET SAXA VOLANT] Ut noster Virgilium L. 1. Aen. 150.

Jamque faces & saxa volant.

Sic Lucanum imitatus est Valer. Flacc. Lib. III, 96.

Saxa facesque atras & tortae pondera fundae.

ubi vide Cel. Burm. Hic pro *pondere* in Voss. pr. & Regio pr. cui suprascriptum est *pondere*, exaratur *tempore*. Argute, non tamen vere.

512 SOLUTAE] Adsidua enim vertigo plumbum incendit, & solvit. SCHOL.

512 SOLUTAE] *Sagittae aëris & cal. liquescere* Msc. pro liquescebant. BERM. Vitiose, & inepte.

514 SOLUTI] Qui sine imperatore sunt liberi. SCHOL. *Soluto.* Antiquus codex *soluti* legit. Hi populi praecipue arcubus utebantur, ut Cretenses, & Parthi. HORTENS. Mscr. *soluti*, hoc est sine rectore seu imperatore: sed rectius est *arcu soluto* h. e. expedito. BERM. Arcus *solutus* an sit expeditus, vehementer dubito. Mihi videtur è contrario esse minime expeditus, sive laxus, & non tensus. Quod vidit etiam Ascensius, qui ideo exponit, *postquam emiserunt*; vel *libero*, *& non represso à vicinis.* Sed perperam. Omnino scribendum est *Arabesque soluti*; ut est in Vossian. pr. sec. tert. Regio primo, Wittiano, Marp. Voss. quarto a m. sec. & Hort. marg. cum Scholiaste; qui tamen non bene explicat. *Soluti* sunt dissoluti, molles, effeminati, ut passim hi populi audiunt apud nostrum, & alios. Hoc sensu, & eodem modo *solutus* L. 11, 559.

- - - - *licet ille solutum*
Defectumque vocet.

ubi vide. Doctiss. Wasse *solutos* intelligit, discinctos. *Arcu turba minax* pertinet ad omnes. de *Ituraeis*, qui mirifice corrupti in MSS. scribuntur, vidimus supra.

Inque latus belli, [a] qua se vagus hostis [b] agebat,
Inmittit subitum, non [c] motis cornibus, agmen.
Inmemores pugnae, nulloque pudore [d] timendi
Praecipites, fecêre palam, civilia bella
Non bene barbaricis umquam commissa [e] catervis.
Ut primum sonipes, transfixus pectora [f] ferro,
In caput effusi calcavit membra regentis,
Omnis eques cessit campis, glomerataque [g] nubes
In sua conversis praeceps ruit agmina frenis.
Perdidit inde modum caedes, [h] ac nulla secuta [i] est
Pugna: sed hinc jugulis, [k] hinc ferro bella geruntur.
Nec valet haec acies tantum prosternere, quantum

Inde

VARIAE LECTIONES.

a *quo* V. 1. b *habebat* Hort. m. c *motum* B. 1. d *tenendi* B. 1. W. e *lacertis* H. f *telo* H. Ed. Rom. Parm. g *pubes* vulgo. h *&* Edd. qdd. i deest in B. 1. k *hic* Hort. m.

515 Nusquam rexere] Non in aliquem mittuntur hostem; sed tantum in aëris altitudinem diriguntur, ut inde casura vulnus inveniant. SCHOLIAST.

517 Mortes] Non tela, sed certus interitus. IDEM.

518 Externum] Quia Romani non erant. Sine crimine ergo & innoxium ferrum suum externum adversariorum sanguine polluebant. *Circa pila stetit nefas.* Hi enim Romani erant, qui pila gestabant, & hi tantum cum sceleris crimine dimicabant. IDEM.

520 Conserta] Amst. *conferta.* perperam. *conferta* est quasi continua, addensata. Vide ad L. III, 575. & alibi.

521 Caesar metuens &c.] Timens Caesar, ne exercitus ejus, qui in prima fronte erat, deficeret; his dimissis, qui hostibus resisterent, quosdam latenter à tergo reduxit, & lateri hostilis exercitus inmisit. SCHOL.

521 Labaret] Voss. unus & Ed. Veneta, *laboret.* ut solent loqui hac in re veteres. Haec addidisse sufficiat. Caes. L. I. B Civ. 45. *Neque subsidia à lateribus submitti, neque equites laborantibus usui esse possent.* Frontin. L. I, 10, 52. *Laborantique equitum turmae submisit alias, & sic recepit omnes.* Sed ceteri servant *labaret*, & recte.

522 Cohortes] Rursus hic Sulpitius ostendit se non admodum in Romana historia exercitatum, *Tenes*, inquit, *cohortes*, id est, *equites decimae legionis.* Quasi equites in cohortes dividantur. Poëta hic manifeste de Caesaris quarta acie loquitur, quam cum aciem instrueret, ad hanc pugnam, ex terna acie singulis detractis cohortibus, quartam instruxerat, equitatuique Pompejano opposuerat, in qua ejus diei victoriam constare ostenderat. Badius male hic sequitur Sulpitium. In septimo inde versu metonymiam putat idem Sulpit. in verbo, *Sonipes*, id est, *eques*, inquit, *Pompejanus:* non considerans, quae verba sequuntur, de equo, non de equite eum hic loqui. Quomodo enim eques Pompejanus calcavit membra regentis? & non potius equus transfossus equitem dejecit ac calcavit. GLAREAN.

524 Inmittit] Retinui hoc. monendum tamen, variare multum MSS. *inmisit* Pulm. & Bersm. unus. *Emisit* habent Var. LL. Steph. tres Pulm. unus Bersm. mei septem, & Ed. Ven. Brix. ac Med *Emittit* item Pulm. & Bersmannus, Voss. tert. Wittian. & Marpurg. quod non displicet. perpetuo apud nostrum, & alios haec variantur. Vide ad L. IV, 765.

At vagus Afer equos, ut primum emisit in agmen. VI, 135.

- - - *inmissae lampadis ignes.* 291.

- - *e totis emisit collibus agmen.* VII, 216.

- - *Non temere inmissus campis.* IX, 822.

- - - *sterilis se robore trunci*
Torsit & inmisit &c.

Frontin. L. II, 5, 33. *In stationem hostium emisit equites ita formatos.* Sic lego cum Cl. Burm. ad Vell. L. II, 110. Livius L. II, 43. *Solo equitatu emisso,* & L. IV, 18. ubi MSS. Voss. *misit.* L. X, 5. *Emissus*

 eques.

Inde perire [a] potest. Utinam, Pharsalia, campis
Sufficiat cruor iste tuis, quem barbara [b] fundunt
Pectora; non alio mutentur sanguine [c] fontes:
Hic numerus totos tibi vestiat ossibus agros.
Aut, si Romano compleri sanguine mavis,
[d] Istis parce, precor: vivant Galataeque, [e] Syrique,
Cappadoces, Gallique, extremique orbis Hibêri,
Armenii, Cilices: nam post civilia bella
Hic [f] populus Romanus erit. Semel ortus in omnes
It timor, & fatis datus est pro Caesare cursus.
Ventum erat ad robur Magni, mediasque catervas.
Quod totos errore vago [g] perfuderat agros,

Constitit

VARIAE LECTIONES.

a *valet* B. 1. b *fundent* V. 3. O. 1. c *fortes* B. 1. d *isti* V. 1. e *serique* V. 1. f *Rom. er. pop.* B. 1. g *profuderat* B. 1.

eques. Sed & illic Voss. MSS. *inmissus.* Et sane utrumque etiam apud Livium occurrit. Sic L. xxxv, 5. *Tum ad persequendos eos legionarii equites inmissi.* Quare hic etiam *inmittit* cum Voss. pr. Reg. pr. &c. retineo. Plura vide in notis N. Heinsii ad Claudian. B. Gild. 82.

- - *ruptaque emissus ab Alpe*
Poenus.

525 NULLOQUE PUDORE TIMENDI PR. &c.] i. qui non erubescebant, se timere: Hi externi, qui auxilium tulere Pompejo, pugnae inmemores derepente, & nullo timoris pudore fugientes, palam fecere, non rite commissa barbaricis catervis bella civilia. SCHOL.

530 GLOMERATAQUE PUBES] Praestantissimi Codices Regius prim. & Wittian. *nubes* cum Scholiaste. *Nubem glomeratam, collectam equitum multitudinem dicit.* De quo non est dubitandum: quare reposui. Livius L. xxxv, 49. *Rex peditum equitumque nubes jactat.* & passim, ut Lexicographi satis docent.

532 PERDIDIT MODUM &c.] Ex illo omnes sine modo caesi sunt. SCHOL.

532 NULLA SECUTA EST PUGNA] Non fuit postea certamen aliquod, quia Pompejani in fugam versi sunt. IDEM. Et tantummodo occidebantur, non occidebant. Juvenal. Lib. 1. 5. 111, 288.

- - - *cognosce prooemia rixae,*
Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.

533 HINC JUG.] De parte Pompeji. *hinc f.* ex parte Caesaris. SCHOL.

534 HAEC ACIES] Hoc est. Tanta erat Pompejanorum turba, quae occidi fugiens poterat, ut ad occidendum Caesaris non duraret exercitus. SCHOL.

537 NON ALIO] Adhuc enim Pompejani pereunt, sed barbari, non Romani, quos hic jam optat non occidi; sed ut Pharsalia barbarorum cruore satietur. IDEM.

538 OSSIBUS] Mscr. *hostibus*, corrupte. Barbarorum inquit, multitudo suis ossibus agros tegat. BERSM.

540 SYRIQUE] Msc. *Seresque*, depravate. IDEM.

541 EXTREMIQUE ORBIS HIBERI] Plerique interpretes capiunt hic *extremi* in nominat. i. e. ultimae gentes terrarum, & cum iis vir doctiss. L. Bos in Observat. ad Horat. p. 33. ut defendat Horatii locum L. 1. O. 35, 29.

Serves iturum Caesarem in ultimos
Orbis Britannos.

De quo loco hic latius agere, non mei est instituti. Consule Celeb. Bentlejum & Kuningham. Observat. contra Bentlej. c. 12. Qui bene cum Ascensio existimant, *extremi* hic esse genitivum. *Hiberi*, qui sunt sc. *populi extremi orbis* i. e. Hispaniae: Talem constructionem confirmat stilus Lucani. L. III, 213. *Phrygii Caesar Juli.* V, 52. *famae veteris Athenae.* VI, 301. VIII, 158. *Cornelia flantis fati:* 223. *aeterni Martis Alani.* 245. *placidi Colophona maris.* quibus locis vide plura, & alibi. Exemplis de *ultimo orbe* adlatis adde Statium Lib. V. Silv. c. 1.

Quantum ultimus orbis.

Ex-

Constitit hîc bellum, fortunaque Caesaris haesit.
[a] Non illic regum auxiliis conlecta juventus
Bella gerit, ferrumque manus movêre [b] rogatae:
Ille locus fratres habuit, locus ille parentes.
Hîc furor, hîc rabies, hîc sunt tua crimina, Caesar.
Hanc fuge, mens, partem belli, tenebrisque relinque;
Nullaque, tantorum, discat, me vate malorum,
Quam multum [c] bellis liceat civilibus, aetas.
[d] Ah potius pereant lacrimae, pereantque querelae!
Quidquid in hac acie [e] gessisti, Roma, tacebo.
Hîc Caesar, rabies [f] populis, stimulusque [g] furorum,
Ne qua parte sui pereat scelus, [h] agmina circum

It vagus,

VARIAE LECTIONES.

a *illic non* Edd. Ald. Col. Steph. Gr. Pulm. Bersm. *non heic aux. r.* P. 1. b vulgo *togatae.* c *lic. b.* B. 2. P. 2. V. 3. H. A. Edd. qdd. d *Ac*, *ha*, *hac*, *hae*, *a* MSS. & Edd. qdd. e *gessistis* B. 1. *gestasti* B. 1. f vulgo *populi.* g *furoris* vulgo. *malorum* VV. LL. Steph. h *agmine* Edd. Ven. Br. Med.

Extremae terrae Silio Lib. 1. vs. 270. ubi consule Drakenb. &c.

542 ARMENII] Al. (Hulst. MS.) *Armeni*, mendose. HORTENS.

543 HIC POPULUS ROM.] Si vis, inquit, Romanorum, o Pharsalia, sanguine compleri, istis gentibus parce, quae extraneae sunt. Nam post bella civilia ipsi incipient esse Romani; quia hi, qui nunc sunt, funditus interibunt. SCHOL.

543 ORTUS] Msc. *orsus* non male: qui à paucis coeperat. BERSM.

544 CURSUS] i. e. ut fatorum cursus ad felicitatem Caesaris duceretur, sive ut, cum deberet laborare Caesar, pro illo sua fata certarent, & invenirent cursum, ut Caesari faverent. SCHOL.

548 REGUM AUXILIIS CONLECTA] Ibi jam non auxilia pugnabant, sed ipsi Romani, de parte Pompeji. IDEM. Edd. Ven. Brix. & Mediol. *collata.* Male. *Conlectitium Pompeji exercitum* hinc vocat Cicero L. VII. Ep. ad Famil. 3. Vide ad L. 1, 477. ubi non recte dixi, hic *conlata* esse in MSS.

549 ROGATAE] i. Non illic movere ferrum manus rogatae (i. *conductae* Voss. pr.) scilicet, quarum Pompejus rogarat auxilium. SCHOL. A Pompejo. Sed si *togatae* legeris, hoc est, Romanae, illud *que*, pro *quia*, interpretaberis, ut apud Ovidium in Fastis:

Nataque de flamma corpora nulla vides.

Et Cicer. *Non solum nobis nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat.* SULPIT. Et manus rogatae S. a Pompejo, ut suppetias ferrent, non m. f. Si legatur *togatae*; exponetur sic. *que* pro *quia* manus togatae i. Romanae copiae m. f. Sed prior expositio placet. ASCENS. Diversa lectio est in Codice vetusto *togatae*, ut recte etiam monuit Sulpitius. HORTENS. Mscr. duo, *togatae*; ut indicentur Romani, quos Virgilius quoque *gentem* dixit *togatam.* Sed videntur hic copiae sociorum significari à Pompejo exoratae ad bellum. BERSMANN. Summus Grotius praetulit tamen *togatae* cum Edd. Rom. Parm. Omnibono, Stephano, & Paris. A. 1512. Juvant etiam duo Pulm. & Reg. prim. a m. pr. cum uno, vel altero recentioribus meorum. Nam reliqui omnes habent *rogatae* cum Scholiaste. & recte. Perpetuum Lucani morem esse, ut *que* ponat pro *&* *non* saepissime jam vidimus. Consule L. 11, 374. *Manus rogatae* ergo sunt exterae nationes à Pompejo accitae. Et est elucidatio prioris versus. quod etiam non infrequens est apud nostrum. De civibus per seqq. vs. satis ample agit.

551 TUA CRIMINA] Nam hic à te Romanus occiditur. SCHOL.

552 HANC] Verba poëtae. *Relinque*; dum videre detrectas. IDEM.

555 PEREANT] Dicente enim me, quae gesta sunt, quisquis audiet, flebit; tacente, nulla erit caussa lacrimarum. IDEM.

557 RABIES] Definit, quid sit Caesar, scilicet *rabies.* Epexegesis. IDEM.

557 RABIES POPULI] Praestantissimi Voss. prim. & Wittian. *populis.* quod malui. V. ad L. 1, 193. & alibi.

It vagus, atque animis ignes flagrantibus addit.
Inspicit & gladios, qui [a] toti sanguine manent,
Qui niteant [b] primo tantum mucrone [c] cruenti,
Quae presso tremat ense manus, quis languida tela,
Quis contenta ferat, quis praestet [d] bella [e] jubenti,
[f] Quem pugnare juvet, quis vultum, cive peremto,
Mutet: obit latis projecta cadavera campis.
Vulnera multorum, totum fusura cruorem,
Obposita premit [g] ipse manu. quacumque vagatur,
Sanguineum [h] veluti quatiens Bellona flagellum,

Bistonas

VARIAE LECTIONES.

a *toto* V. 1. Ed. Ven. b *tant. pr.* W. Hort. m. c *cruento* Hort. m. d *tela* P. 1. e *frementi* V. sec. pro var. lect. *gerenti* O. 1. *furenti* R. 1. f *cum* M. g *ille* V. 1. H. h *quat. vel.* P. 2. B. 2. mei 7.

557 STIM. FURORIS] Haec ea sunt, quae tacebit. In primis in hac acie stetit Caesar, qui populum ad rabiem impulerit, qui stimulus ad furorem suis extitit: ut per appositionem sit dictum: nisi quis malit interpretari. In hac acie fuit Caesar, hic fuit rabies populi Ro. hic stimulus omnis furoris. Vetus codex, *furorque*. Quasi dicat, in Caesariana acie furor saevit, ibi stimulus multus ad rabiem in conflictu. HORTENS. *Stim. furorum.* Msc. *furoris.* Qui populum ad rabiem, & furorem impulit. In veteri quodam Codice legitur, *furorque*, ut sit, ibi rabies saevit, & furor. BERSMANN. *Stim. furoris* Oestrum Bellonae. GROT. Bene per haec verba docet Grotius, ipsum Caesarem esse rabiem, & stimulum furoris, vel potius *furorum*; ut est in plerisque Edd. & meis optimis, plurimisque libris manu exaratis. Idemque significabit, si ita malis legere *furorque*; ut Doct. Wasse monuit esse in MS. Cantabr.

558 NE QUA] Ne alicubi à militibus suis geri bellum civile cessarit. SCHOL.

559 ANIMISQUE IGNES] Quod ait Cicero. *Currentem, ut dicitur, occupavit.* IDEM.

560 CONSPICIT] Msc. quatuor *inspicit.* Sed hic versus in uno Msc. sequitur hunc *qui niteant.* BERSMANN. In tribus etiam Vossianis, & Oxon. praecedit ille versus *qui n. Inspicit* revocavit Grotius, & est in Edd. Ven. Brix. Med. Sed tam mei, quam aliorum Codd. variant. nec multum refert. Statius L. IV. Theb. 134.

- - - *pater ipse cruentis*
In foribus laudatque nefas, atque inspicit enses.

Respicit est in Hort. Marg.

560 MANENT] Msc. *manant*, depravate. BERSMANN. *Manant* Voss. unus, Wittian. & meus. *Madent* Reg. pr. Voss. pr. & sext. Oxon. sec. & Amst. ut fere credas, aliud olim hic fuisse scriptum. Certe in Vossiano sec. est *madeant qui sanguine toti*, non male. Dein *prenso* pro *presso* est in duobus Pulm. uno Bersm. & Ed. Venet. cum duobus à N Heinsio inspectis, teste Drakenb. ad Sil. v, 281. Sed vide ad L. IV, 706.

- - - *cum dira voluptas*
Ense subit presso.

564 JUVET] Delectet, Caesare non jubente. SCHOL.

565 MUTET] i. tristis efficiatur, cive prostrato. *Obit* i. circuit. IDEM.

569 BISTONAS] Thracas dicit, quorum Deus est Mars. IDEM.

571 SCELERUM EST, CAEDES] Al. deest τὸ *est.* HORTENS. *Scelerum, & c.* Mscr. *caedesque oriuntur.* alt. *scel. est, caedes or.* BERSM. Voss. pr. sec. tert. Reg. pr. Witt. Oxon. sec. Marp. Amst. & meus cum Edd. Sulp. Ascens. Vers. Mic. Par. 1512. & Hortens. Edd. *scelerum est, c.* recte non *scelerum & c.* ut male distinxerunt Editores. Lucanus ait. *Quacumque Caesar vagatur, nox ingens est scelerum.* quam scelerum confusionem dein per partes describit poëta. *Scelerum caedes* sine *est* vel *&* Voss. duo, & Hulst.

572 ET PONDERE LAPSI] Homericum illud expressit, quod in Iliade frequens est.

Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.

id est,

Labitur, atque super sonuerunt arma cadentem.

HORTENS.

574 SUBICIT] Si est *subicit*, ministrat; si *subigit*, exacuit, intelligimus. ut Virgilius. *subiguntque*

que

Bistonas aut Mavors [a] agitans, si verbere [b] saevo
Palladia [c] stimulet turbatos aegide [d] currus;
Nox ingens scelerum [e] est. caedes oriuntur, & instar
Inmensae vocis gemitus; & pondere lapsi,
Pectoris arma sonant, confractique ensibus enses.
Ipse manu subicit gladios, ac tela ministrat,
[f] Adversosque jubet ferro confundere vultus.
Promovet ipse acies; inpellit terga suorum;
Verbere conversae cessantes [g] excitat hastae;
In plebem [h] vetat ire manus, monstratque [i] Senatum.

Scit,

VARIAE LECTIONES.

a *agitat* O. 1. b *toto* suprasc. *saevo* W. c *stimulat* B. 1. V. 1. Edd. Rom. Parm. d *cursus* B. 1. e vulgo *sc.*, *&* *c.* f *aversosque* H. g *verberat* A. h *vocat* Ed. Ven. i *suorum*, supr. *senatum* R. pr.

que in cote secures. SCHOL. *Subjicit.* Scribendum autem *Subicit*, unico i, versus gratia, κατὰ συγκοπήν. Sic & Martialis dixit libro x.

Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus &c.

pro, *Adjicit.* Et Juvenal. Satyr. 15.

Nunc abicit saeva dignum veraque Charybdi.

pro, *Abjicit.* MICYLL. *Subicit*, pro, *subjicit*, syncope, ad corripiendam syllabam mediam. Vetustum exemplar habet, *subigit.* HORTENS. Mscr. tria *subigit. subigit* est, subministrat, extrito altero *i*, metri gratia. BERSM. *Subigit* MSS. mei habent longe plurimi, & Edd. quaed. Sed recte Scholiastes, qui tamen dubitat, servavit *subicit* i. e. subministrat. ut bene exponitur. Sic Lib. VIII, 740. *Subicitque faces.* 796. *Obicis.* ubi etiam vide Micyll. & quos laudat Doct. Drakenb. ad Silium L. XIII, 298.

Et subici jubet ocius ignes.

Subit mendose Ed. Ven.

575 CONTONDERE] *Confundere* V. P. O. & Canterus Nov. Lect. L. III. c. 2. PULMANN. Msc. habet *confundere*, quod Canterus etiam probat. Nam superius quoque poëta dixit:

Vultus gladio turbate verendos.

& Caesar in proelio dixit, *miles faciem feri.* Alii habent: *contundere.* BERSM. *Confundere.* Recte Grotius secutus est Bersmannum, pro *contundere* rescribentem *confundere*; quomodo jam ediderant Romani, Parmens. & Paris. A. 1512. & confirmant Voss. pr. Reg. pr. cum tribus, quatuorve aliis. Non tam feriri modo faciem, quam turbari eorum vultus volebat Caesar, ne milites agnoscerent ora parentum, vel propinquorum; unde perculsi à proelio forte desciscerent. Hoc autem verbum in turbatione lineamentorum, & notarum, quibus alter ab altero dignoscitur, maxime est proprium. Lib. II, 166.

- - - *confusaque tempore multo*
Amisere notas.

191.

- - - *Quid perdere fructum*
Juvit, &, ut vilem, Marii confundere vultum?

L. III. in f.

Conjux saepe sui, confusis vultibus unda,
Credidit ora viri.

IX, 801.

Informis globus, & confuso pondere truncus.

Ovid. L. V. Met. 58.

- - - *fractis confudit in ossibus ora.*

XII, 250.

- - - - - - *ossa*
Non agnoscendo confusa reliquit in ore.

ubi perperam Heinsius praefert *contusa.* Valer. Maxim L. IV. c. 5. §. Ext. 1. *Oris decorem vulneribus confudit.* & illic qdd. Codd. *contudit.* Vide doctiss. cognati mei notas, & quae Cel. Burm. collegit ad d. Ovid. loc. & Petron. c. 105. *Confusis omnibus corporis lineamentis.* Eodem modo Graeci dicunt συμφύρειν. Theocrit. Idyll. XXII, 110.

- - - - - ὁ δ' ἀικίαις πλαγιαῖς
Πᾶν συνέφυρε πρόσωπον ἀνίκητος Πολυδεύκης.

Confusum talem vultum explicat Sophocles in Electr. vs. 757. de Oreste per terram raptato,

Ἔλουσιν αἱματηρὸν ὥστε μηδένα
Γνῶναι φίλων ἰδόντ' ἄθλιον δέμας.

Ceterum de hoc Caesaris stratagemate, si plura videre cupias, adi Illust. Rutgers. L. I. Var. LL. c. 4.

578

Scit, cruor inperii [a] qui sit, quae [b] viscera [c] rerum:
Unde petat Romam, libertas ultima mundi
Quo steterit ferienda loco. permixta secundo
Ordine nobilitas, venerandaque corpora ferro
Urguentur: caedunt Lepidos, caeduntque Metellos,

Corvi-

VARIAE LECTIONES.

a *quis* B. 3. V. 3. Edd. Rom. Parm. Ald. Par. 1512. Hort. m. b *vulnera* Ox. 1. c vulgo *regum*, vel *legum*.

578 MONSTRATQUE] Hoc est non Plebejos jubet interfici, sed senatores. SCHOL.

579 QUAE VISCERA RERUM] i. Ubi sanguis inperii sit, ubi membra rerum scilicet in senatu. IDEM. *Quae viscera legum.* Emendatio est nostra, eleganti, ni fallimur, metaphora. Ante, *regum.* Atqui Regibus nihil cum Senatu, de quo hic sermo. Illi enim seorsim apud sua quisque auxilia. GROT. Quasi ex compacto hic agunt omnes Editores, exhibentes nobis *regum*; ita ut ne quidem ullius varietatis mentionem faciant; praeterquam quod Hortensius *rerum* habeat in margine. cum haud dubie *regum* sit mendosum; quod pejus explicat Sulpitius, *qui regibus sunt charissimi.* Melius Badius Ascensius, *divitum unde regnum obtineat.* Hortensius dubitat, an non simplicius exponendum sit. Conjectura τοῦ πάνυ, cui accedunt J. F. Gronovius divinam emendationem vocans Diatrib. Stat. c. 2. & Drakenborch. ad Silium L. XIV, 667. satis placeret, si idonei illud exhibeant Codd. Nunc cum in multis MSS. ab Heinsio consultis, & veterrimis meis quampluribus, ut Vossiano pr. sec. tert. Regio pr. Bouhierii, Hulst. Oxon. primo, & Scholiaste sit *rerum*, nullus dubito, quin illud sit verum, & à Lucani manu. Notissima metaphora. Ut *inperio* dat *cruorem*, sic *rebus* dat *viscera*, sine quibus *corpus*, ut noster, & omnes auctores *regnum*, & *rempublicam* vocant (de quo supra vs. 406.) consistere nequaquam potest. Jam autem si ostendere vellem, *res* pro republica poni, putidus forem. Nihil notius. V, 609. VIII, 278. IX, 253. &c. Illud tamen addendum, quod non parum huc facit, *inperium*, & *res* conjunctas esse à nostro quoque L. V, 26.

Si Fortuna ferat, rerum nos summa sequetur,
Inperiumque comes.

Livius Lib. III. c. 6. *summa rerum, & maiestas Inperii.* Sic Inperium, & Senatum jungit Lucanus mox 588.

O decus inperii, spes o suprema Senatus.

IX, 207.

Nec color inperii, nec frons erit ulla Senatus.

Senatus autem sunt *viscera rerum*, & *viscera patriae* vs. 722. *viscera civitatis* Livio L. XXXIV, 48. *pectus reipublicae* Valerio Max. Lib. II c. 2. §. 1. Quod olim ipsos Romanos docuit Menenius Agrippa, nobili illa fabula de ventre, ac reliquis corporis membris. V. Liv. L. II. c. 32. Flor. L. I, 23. & alios. Senatum vero intellectum esse à Lucano, nemo negat, & patet ex versu praeced.

- - - *monstratque senatum.*

à quo libertas mundi ultima adhuc servabatur.

581 ORDINE SECUNDO] i. e. cum Equitibus Romanis juncta nobilitas. Ordo. *nobilitas urguetur.* SCHOL.

583 LEPIDOS] Lepidi, & Metelli familiae Romanae erant, ab eo, qui primus Lepidus, & Metellus: similiter Corvini, & Torquati. IDEM.

584 TORQUATAQUE NOMINA REGUM] Id est, principum Romanorum, non quod reges fuerint. Nam *Torquatus* fuit, qui occiso Gallo, torquem, quo spoliavit hostem, collo suo imposuit, & à torque est appellatus Torquatus, & ab eo gens omnis familiae Torquata. OMNIBON. Haec ille. Sed videndum, num longius poeta respexerit, nempe eo, quod externi ac barbari reges plerumque torquati ac purpurati incedere soliti fuerint: atque inde *torquata regum nomina*, dixerit κατ' ὑπαλλαγήν: pro, torquatorum regia nomina, sive regibus convenientia, si appellative scilicet usurpentur. Caeterum *nomina Torquatorum*, pro ipsis Torquatis dixit, κατὰ συνεκδοχήν. MICYLL. *Nomina legum.* Eadem rursus emendatio. *Legum nomina*, hoc est, liberae reipub. ut infra, *legum tempora*, id est, anni Consulares. GROT. Ed. pr. *Nomina legum.* Ita nos olim. Sed nunc sequor V. A. Johannem Rutgersium, qui distinctione locum sic sanat.

- - *Torquataque nomina, regum*
Saepe duces.

IDEM. Ed. sec. Sensum feceramus commodum. Sed quid opus? cum sola interpunctione mutata nihilo pejorem faciat Rutgersius:

- - *Torquataque nomina, regum*
Saepe duces.

Nem-

Corvinosque simul, Torquataque nomina, [a] regum
Saepe duces, summosque [b] hominum, te, Magne, remoto.
Illîc plebeja contectus casside vultus,
Ignotusque hosti, quod ferrum, Brute, tenebas!
O decus imperii, spes ô suprema Senatus,

Extre-

VARIAE LECTIONES.

a *legum* vulgo. b *homines* H.

Nempe ut olim Agamemnon, ὕπατος κρειόντων. GROT. Ed. tert. Amplexus sum verissimam Ill. Rutgersii distinctionem *nomina, regum saepe duces.* quam pluribus confirmat L. III. Var. LL. c. 7. Caedunt tales ac tam inlustri nomine viros, ut ipsi quoque reges *saepius* illorum auspiciis militaverint. *Regum ducem* Pompejum non uno loco noster dicit. Licet autem Grotius ipse suam conjecturam rejecisset, sequentes tamen editores *legum* retinuerunt. MSS. omnes *regum* praeter Voss. tert. *rerum.* Alii aliter haec exponunt, quos non moror.

585 TE REMOTO] Hoc est. Qui omnium eras summus. *Te remoto* i. tui comparatione. Nam tu omnium primus es. ut ait Virgilius.

- - - *excepto Laurentis corpore Turni.*

SCHOL.

586 CONTECTUS] Mscr. *contentus* (& Voss. un.) corrupte. M. Brutum dicit indutum armis plebejis, ne agnosceretur. BERSM.

587 BRUTE] Hic Brutus ab illo Bruto originem ducit, qui propter Lucretiam Tarquinios urbe (*ab urbe* Voss. pr.) expulit. Ideo autem dictum *extremum nomen per secula*, quia post quingentos annos hic natus est (*Brutus* Voss. sec.) & Caesarem occidit. Ut ait Tullius. *Fuerit ille licet Brutus, qui & ipse dominatu regio rempublicam liberavit, & stirpem prope quingentesimum annum propagavit.* SCHOL.

587 BRUTE] Duo hoc tempore Bruti fuere, quorum hic poëta frequenter meminit. Commentatores numquam distinguunt. M. Brutus Pompejum sequitur, de quo hoc loco, & lib. II. ubi ejus est oratio ad M. Catonem avunculum. Decimus Brutus Caesaris partibus adhaerens. Hic Massiliam mari oppugnavit: ut lib. II. Caesar, & hic poëta lib. III. retulit. Uterque postea Caesari gratus, conjurationi tamen adhaesere, quae Caesarem sustulit. *Decimus* autem, non *Decius* appellatus, qui Caesarem sequutus fuit. Est enim *Decius* familiae nomen, *Decimus* autem praenomen, ut *Sextus.* Multa hujusmodi male hodie in Romana historia confunduntur ab inexercitatis, ac non bene attentis. Longe enim differunt. *Quintus*, & *Quintius: Sextus*, & *Sextius: Septimus*, & *Septimius: Decimus*, ac *Decius.* Illa praenomina, haec nomina sunt. Caeterum hic poëta, ut fere Romani, hosce natos ex isto primo Cos. putarunt, cum Dionysius Halicarnasseus eum absque virili stirpe periisse dicat. Id quod est verisimile. Multi tamen Junii ex plebe Coss. fuêre à longo tempore. Unde nova nobilitas, ut pleraque Romanorum, etiam Caesarum postea. GLAREAN. Recte. Itaque M. Brutum significat poëta, qui Catonem avunculum habebat: ex ejus sorore Servilia prognatus, cum qua Caesar stupri consuetudinem habere vulgo credebatur. Quare cum eum in conjuratione in se ruentem videret, καὶ σὺ τέκνον, inquit, Graece, hoc est, *& tu fili.* HORTENS.

587 QUOD FERRUM TENEBAS] Quia in primis dicit, quod neque vellet hostis esse Pompeji, neque Caesaris, sed quisquis victoriam adquireret, quod illius hostis vellet esse. Ideo non cognoverunt eum, quia modo ferrum tenuit. SCHOLIAST. *Voss. pr.* Falso id ait Schol. nam ibid. in fine Orationis L. II. excitatum eum à Catone ad bella canit noster. Alii, ut Ascens. *quod* exponunt per *quoddam* simpliciter. Alii per interrogationem *quale ferrum illic tenebas, o Brute?* Ita etiam Lipsius L. III. de Re Milit. Dial. 5. Bersm. explicat *quam pretiosum*, quia eo Caesarem occisurus erat. Forsan rectius ita construes: *Illic tu es o Brute, contectus* pro *contecte* (V. ad L. II, 116.) *vultus* vel, ut sensus sit clarior, *vultum casside gregarii militis, & ignote hosti, te ferrum tenere.* Videant acutiores. Hostis certe non poterat nescire, Brutum in suis castris non esse. Cum vulgatis Bersmannum sequor per exclamationem scilicet. O Brute, qui prae plebeja casside ignotus es hosti, quale & quam bonum, & patriae vindicem ferrum tenebas.

588 IMPERII, O SPES] Libri omnes & MSS. *spes o supr.* BERSM. *Imperii, o spes* est in Reg. primo, Edd. Aldi, Colin. Gryph. ejusque hered. & Bersm. ut Synalaepha negligatur. Sed malo plurimos hic MSS. & Edd. sequi, ut fecit etiam Grotius, qui reposuit *spes o*, & est elegantius. In Voss. pr. *spesque o s. Imperiis* Hortens. M.

Extremum tanti generis per secula nomen,
Ne rue per medios nimium temerarius hostes,
[a] Nec tibi fatales admoveris ante Philippos,
Thessalia [b] periture tua. nil proficis [c] istic,
Caesaris [d] intentus jugulo: [e] nondum adtigit arcem
Juris, & humanum culmen, quo cuncta [f] premuntur,
Egressus, meruit fatis tam nobile letum:
Vivat, &, ut Bruti procumbat victima, regnet.
Hîc patriae perit omne decus: jacet aggere magno
Patricium campis commixta [g] plebe cadaver.

Mors

VARIAE LECTIONES.

a *ne* V. 1. H. b *moriture* W. c *istinc* B. 1. d *attentus* B. 1. e *non* V. 1. f *reguntur* vulgo. g *cede* V. sec. pro var. lect.

589 TANTI GENERIS] Msc. *generis tanti*: probe. BERSM.

591 PHILIPPOS] Plinius, & Mela in Thracia ponunt Philippos. Stephanus autem, Φίλιπποι, inquit, πόλις Μακεδονίας ἡ πρότερον Κρηνίδες. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα, καὶ πόλις Φίλιπποι τὸ παλαιὸν Κρηνίδες. Τοῖς δὲ Κρηνίταις πολεμουμένοις ὑπὸ Θρᾳκῶν βοηθήσας ὁ Φίλιππος, Φιλίππους ὠνόμασεν &c. Addit autem idem & Thebas Thessalicas, & Gomphos, Thesprotiam civitatem, eodem nomine aliquando dictas fuisse. MICYLL. Satis de his locis dictum supra. ut L. I. in f. &c.

592 TUA] Postea enim cum Macedoniam obtineret, quae est in Thessalia, ab Augusto superatus est, & in Philippis occisus. SCHOL.

594 HUMANUM CULMEN] Ad monarchiam, qua omnes gentes humanae gubernentur, cui totus orbis parere cogetur. vetus codex, *Juris & humani culmen* legit. ut sit sensus, nondum est egressus *culmen juris humani*. hoc est, dictaturam trium mensium. HORTENS. *Humanum culmen* est summa dignitas, & summum imperium, quo non civis tantum, sed quivis homo pervenire, aut *adscendere* potest; quo verbo cum aliis utitur noster L. II, 563. *Egredi* ergo *humanum culmen* est Deo similem se facere velle, Deum se jactare, quod Caesarem fecisse his verbis innuit auctor. *Columen* pro *culmine* est in Pulm. tribus, Bersm. & meis septem ac Edd. Ven. Brix. & Med. sollemni permutatione, ut saepius viri docti monuerunt, sed hoc saltem loco male. Lib. VIII, 8.

- - *quamvis summo de culmine lapsus.*

594 QUO CUNCTA PREMUNTUR] Revocavi hoc verbum, pro quo Grotius, & olim Veneti, & Taberius, & vulgo post Grotium dederant *reguntur*, ut est quidem in duobus Pulm. uno Bersm. Marp. & meo. Sed ceteri omnes retinent *premuntur*. Recte autem omnia premi culmine dicuntur, quod cuncta infra se despicit, & superat: atque ita melius manetur in Metaphora, quam si legas, *reguntur*. Ovidius L. VII. Metam. 450.

- - - *Facta premant annos.*

Statius L. I. Silv. 2, 115.

- - - *quantum Latonia Nymphas*
Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exsto.

ubi vide Barthium.

595 EGRESSUS] *Ingressus*, unus Bersm. Voss. quint. & pro var. lect. Voss. prim. cum Oxon. secundo. Cave, quid mutes, & consule Cel. Burmann. ad Vellej. L. II, 40. *Pompejus suoque & civium voto major, & per omnia fortunam hominis egressus.* qui locus optime huic convenit. Aliter dicunt *excedere*.

597 HIC] Redit rursus ad descriptionem belli. SCHOL.

598 COMMISTA] Legit hic Sulpitius, *& non mista plebe*. Separati enim erant, *ait*, illi à plebeis patricii, qui circa Pompejum pugnabant. Admirandae vetustatis codex habet *commixta plebe*. Sic etiam legit, teste Glareano, Antonius Sabellicus. Significat poëta, confusa cadavera plebeis patriciorum fuisse, non separatim in unum locum collecta fuisse. HORTENS. *Commista* C. V. P. L. O. Sabellicus in Annotat. *non mista* F. male. PULM. *Non mixta* etiam Veneti, Omnibon. Ascens. Micyll. & alii cum Scholiaste scribunt, qui dicit. *Istos enim solos supra Caesar jussit occidi.* Habent etiam *non mixta* Voss. tert. & prim. pro var. lect. Reg. uterque, Witt. Oxon. sec. & Amstel. Sed retineo ego *commixta*. Non omnes erant patricii juncti,

Mors tamen [a] eminuit clarorum in strage virorum
Pugnacis Domiti, quem clades fata per omnes
Ducebant. [b] nusquam Magni fortuna sine illo
[c] Succubuit: victus toties à Caesare, salva
Libertate perit: tunc mille in vulnera laetus
Labitur, [d] ac venia [e] gaudet caruisse secunda.
Viderat in crasso versantem sanguine membra
Caesar, & increpitans, Jam Magni deseris arma,
Successor Domiti; sine te jam bella geruntur;
Dixerat: ast illi suffecit, pectora pulsans,

Spiritus

VARIAE LECTIONES.

a *emicuit* P. 2. B. 1. V. pr. A. M. b *numquam* H. c *succumbit* B. 1. d *&* B. 1. V. 3. e *veniam secundam* V. 1.

juncti, sed per legiones, & robur Magni, sive cives plebejos pro suo quisque munere dispersi. Majoris etiam est invidiae, quod nobilium corpora plebejis jacuerint inmixta, & illi caeca in morte occubuerint, nisi quod tamen eminuerit mors Domitii.

601 SINE ULLO] Hoc est. Ubicumque victus est Magnus, pariter Domitius vincebatur. SCHOLIAST.

602 SALVA] Nam & supra in Corfinio à suis deditus, non rogavit, sed est dimissus à Caesare, qui ignovit illi. IDEM.

605 VERSANTEM SANGUINE MEMBRA] Sic quidem Grotius reponi curavit. & est in variis Steph. Lect. quat. MSS. Pulm. tribus Bersm. meis plerisque, & Edd. Veneta, ac Omniboni. Nemo etiam dubitare potest, quin sit Latinissimum. Aldus tamen, & ceteri Editores post eum maluerant *volventem*, quod videretur glossa prioris *versantem*; nisi pro eo verbo pugnarent vetustissimi mei, Voss. prim. Reg. prim. Wittian. Oxon. sec. Hulst. Meus, & Edd. princeps Rom. & Parmens. Quare quid praeferam, haereo. probum enim est utrumque. Perperam autem Sulpit. Ascens. & Micyll. edunt *solventem* i. e. extendentem membra, ut mortui solent.

607 SUCCESSOR DOMITI] i. *Succentor* i. e. fautor; vel *Successor*. Εἰρωνικῶς dictum est, qui sperasti mihi succedere. vel *succensor* legitur, quia eum instigabat ad bellum (*eadem arma succendebat ad bella civilia* Voss. sec.) Ecce enim sine te dimicatur. SCHOL. *Successor*. Quia successurum se Caesari in bellum Gallicum speraverat. GROT. Sic bene reliqui etiam exponunt interpretes. Res patet ex Suetonio c. 34. in vit. Jul. *L. Domitio, qui per tumultum successor* (διάδοχος Appiano) *nominatus*. Quare *successor* putem cum viris summis etiam esse à Lucani manu; *succensorem* vero vel *succentorem*, ut est in optimo Vossiano, pro instigatore, & secunda quasi belli tuba esse docti cujusdam Grammatici inventum. Licet multis Vossiani primi, ut integerrimi Cod. lectionem defendere conatus sit N. Heinsius Epist. ad Gronov. CCCLXXII. & CCCLXXV. Coactus enim est ipse quoque manus victas Gronovio dare, quem vide Ep. CCCLXXIII. *succensor* tamen est in tribus Pulm. uno Bersm. Voss. trib. & Hulst. Edd. Ven. & Taberii. *Accensor* Voss. unus pro var. lect. Marp. & Hort. Margo. At vero *succensor* Latina non est vox; uti nec *succentor*, nisi Latinitatis depravatae. Vocem *accensor* tribuunt etiam quidam Valer. Max. L. v. c. 7. *Non accensor gloriosae pompae, sed auctor extitit*. vulgo *accessor*. ubi vide Eruditorum notas. Glossae *accensor* ὑποταγωγὸς, εἰσηγητὴς, βούλαρχος. Voss. secundus longe aliam dat lectionem sc. *succensos gladios*. i. e. instigata à te Pompeji arma. Sed ut dixi, *successor* non temere loco est movendum, quod cum aliis retinent optimi Regius prim. & Wittian.

608 SUFFECIT] Sive, satis fuit, sive duravit: ut Virgil. *nec sufficit umbo*. SCHOL.

611 DUBIUM FATI] Sensus hic est. Non te jam victorem adspiciens morior; sed adhuc in exitu dubio constitutum, & Pompejo adhuc minorem. SCHOL. Causae nimis favet Lucanus. Vide Caes. B. Civ. III, 99.

612 STYGIAS] Al. *patrias*. i. ubi sunt parentes. SCHOL. *Voss. sec.* male. vehementer autem optabant *liberi* mori heroës. Vide Drak. ad Sil. II, 367.
- - - - *liberque Acheronta videbo*.

Spiritus in vocem, morientiaque ora resolvit.
Non te funesta scelerum mercede potitum,
Sed dubium fati, Caesar, generoque minorem
Adspiciens, Stygias, Magno duce, liber ad umbras,
Et securus eo: [a] te saevo Marte subactum,
Pompejoque graves poenas, nobisque daturum,
[b] Cum [c] moriar, [d] sperare licet. non plura [e] locutum

Vita fu-

Variae Lectiones.

a *saevo te* B. I. b *dum* B. I. V. sec. pro var. lect. c *morior* P. 3. R. 2. W. V. I. H. & Edd. qdd. *quum sperare l., morior.* Ed. Steph. d *spectare* V. I. e *locuto* R. I. *locuti* A.

614 Pompejoque graves p.] *Pompejoque duci* est in uno Bersm. Voss. pr. sec. & Oxon. primo. Videtur aliud quid latere. Voss. quint. non habet *que*.

616 Oculos pressere tenebrae] Minime damno hanc lectionem multis MSS. comprobatam: quam bonam scio, & elegantem. Ovid. L. III. Ar. Am. 648.

Victaque Lethaea lumina nocte premant.

& saepius poetae. Similia vide ad Lib. VI, 237. VIII, 56.

- - - *vultusque prementem*
Canitie.

Monendum tamen in uno Pulm. & Bersm. esse *texere*. in VV. LL. Steph. quatuor Pulm. duobus Bersm. & septem meis, in quibus Voss. pr. ac Edd. Ven. Brix. Med. & Hort. Marg., scribi *vertere*. Forsan hae voces glossae sunt verioris *mersere*. Virgil. VI. Aen. 267.

Pandere res alta terra & caligine mersas.

Ovid. L. X. Metam. 498.

Mersitque suos in cortice vultus.

Multus autem in hoc verbo est noster, ut saepius jam vidimus. *Mersa formidine.* vs. 284. *Mergere caput* pro, inclinare, vs. 163. ubi vide, & propius ad rem Valer. Flacc. L. VIII, 65.

- - - - *an lumina somno*
Mergitur.

ubi nihil esse mutandum docet Cel. Burmann.

517 Pudet] Hoc ex persona sua poëta dicit; quod se pudeat exsequi universa, quae gesta sunt, cum sint tantum crudelia. SCHOL.

520 Vitalia calcet] Ut L. [illegible], 219.

- - *telumque suo cum lumine calcat.*

& Ovid. XII. Metam. 390.

Tractaque calcavit, calcataque (viscera) rupit.

Sed ultra fidem, ut bene monet Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. VI, 555.

Sanguinis ille globos, effusaque viscera gestat.

621 Ore quis adverso, demisso faucibus ense, Expulerit moriens animam] Interpretes secure haec exponunt de Crastino, qui *gladio in os adversum conjecto* occisus est, referentibus Plutarcho in Caes. V. Caesare L. III. B. Civ. c. 99. Flor. L. IV. c. 2. aliisque. Sed *expellere animam* non notat mori, occidi: sed occidere, ut latius infra dicemus. Quare, si haec verba sana sunt; ita erunt capienda: ac si moriens Caesarianus, ense in ipsius os adacto, expulerit tamen animam alicui Pompejano: foretque ad imitationem Virgilii L. IX. Aen. 441.

- - - *instat non secius ac rotat ensem*
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverso, & moriens animam abstulit hosti.

Verum videtur tunc aliquid addi debuisse: praeterea loquitur à versu 619. usque ad vs. 626. de occisis, & tum demum de occisoribus. Unde olim credebam, invitis licet MSS. scribendum esse *exspuerit:* quae conjectura etiam in mentem venerat Doct. Waddelo. Nam *expellit*, ut dixi, animam vulnerans, *exspuit* vulneratus: ut invictis exemplis docent viri docti ad Valer. Flacc. loco mox adducendo. Crebro etiam hae voces permutatae sunt. Sed videamus nunc, an non foedius hic locus à librariis sit habitus. MSS. Vossiani prim. sec. & tert. Regius prim. Wittian. praestantissimi omnes Codd., habent *demissum faucibus ensem*. nec aliter Variae LL. Stephani, & Editio Veneta. *dimissam* etiam unus Bersm. & alter *in faucibus* cum Voss. uno. Praeterea pro *animam* Vossian. sec. & Wittian. *anima.* Vossian. tert. *animae.* Pro *ictu*, *ictus* Bersm. unus, Voss. sec. quart. & quint. cum Bouhieriano. Quare ad fidem Mstorum, donec certius quid reperiatur, exhibui.

Ore quis adverso demissum faucibus ensem
Expulerit moriens anima; quis corruat ictu. (vel *ictus*.)

Hoc

Vita fugit, densaeque oculos pressère tenebrae.
Inpendisse pudet lacrimas in funere mundi
[a] Mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
Quaerere, letiferum [b] per cujus [c] viscera [d] vulnus
Exierit; [e] quis fusa [f] solo vitalia calcet;
Ore quis adverso, [g] demissum faucibus ensem
Expulerit moriens [h] animâ; quis [i] corruat ictu;

[a] Quis

VARIAE LECTIONES.

a *moribus* Ed. Brix. b malim *cujus per*. c *vulnera* B. 1. d *ferrum* B. 1. V. 1. M. quod glossa est *vulneris* i. e. *teli*. e *per* H. f *loco* Ed. Rom. Parm. g *demisso ense* vulgo. h *animam* vulgo. i *corruit* B. 2. A.

Hoc sensu. Quis moriens ensem ore adverso demissum expulerit ex faucibus per animam sive sanguinem, cujus egredientis vi fit ejectus ensis. *anima* ergo est caussae ablativus. Solent autem plures diverso sensu ablativi jungi. Vide ad L. II, 213. Atque ita recte anima, seu sanguis, vel ipse homo per illam potest dici *expellere ensem*. Sic MSS. & Edd. ante Aldum apud Valer. Flacc. L. III, 107.

- - - compressaque mandens
Aequora purpuream singultibus expulit hastam.

De cruore passim. supra L. III, 585.

Donec utrasque simul largus cruor expulit hastas,
Divisitque animam.

Ovid. L. XIII. Metam. 392.

Qua patuit ferro, letalem condidit ensem,
Nec valuere manus infixum educere telum.
Expulit ipse cruor.

Seneca. Oed. 1041.

Ferrumque secum nimius ejecit cruor.

Anima ergo erit, ut apud Virgilium.

Purpuream vomit ille animam.

& passim. Scholiastes etiam sive glossator *ensem* legit in accusativo, exponens *dimissum* i. *ejectum*, ut habent MSS. mei quinque, vel *dimisso*. V. L. III, 636. Sed malim ego *demissum ore* jungere. *demissus* igitur est conditus, conjectus, adactus. Seneca L. I. de Ira c. 15. *Morbidis pecoribus ferrum demittimus.* Adde Consol. ad Marc. c. 22. Valer. Maxim. L. IX. c. 9. §. 2. *Jugulo suo gladium capulo tenus demisit.* ubi eadem est varietas. Statius Lib. VII. Theb. 714. *Cuspide demissa* &c. Male itaque Ill. Heinsius *dimittere* praefert in Ovid. Ep. Her. XIV, 5.

Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum.

plura ad L. VI, 125. Nec objiciat mihi quis, fieri vix posse, ut aliquis suo cruore expellat ensem, cum tamdiu non infixus vulneri maneat, sed statim ab ea manu, quae inflixit vulnus, retrahatur, & repetatur. Fateor id quoque: sed nemo nescit, Lucanum plurima tam absurda operi suo inmiscuisse, ut vel legenti varia mortis, vulnerumque genera, quae Lib. III. in navali pugna, & Lib. IX. de serpentium morsu enumerat, patebit. Attamen, mi Lector, si haec non placeant, en tibi varias conjecturas: unde quae placet eligere, vel similes effingere possis. Simplicissima omnium esset, & quae notaret, stantem ore adverso emisisse animam, cum ensis in fauces esset demissus, illa

Ore quis adverso, demisso faucibus ense,
Exspuerit moriens animam; quis corruat ictus.

vel

Ore quis adverso demissum faucibus ensem,
Exspueritque animam; moriens quis c. ictu.

vel

Expulerit vel *Exspuerit moriens; animae quis corruat ictu.*

Ictu animae i. cordis vulnere, ut dixi esse in duobus MSS. in Witt. pro var. lect. *uno ictu*. vel per Graecism. *animam q. c. ictus.* vel

Ore quis, adversus demissum faucibus ensem,
Exspuerit moriens animam.

i. e. *ensi demisso*, & *excepto faucibus*, ut loquitur L. VI, 230., obviam venientem. Plures conjecturae proponi possent; sed hae sufficiant. Ad alia properandi tempus est, Hoc tamen obiter addendum; quod vehementer me offendit versus, ut erat in vulgatis, ex solis constans ablativis; nec facile, credo, alicui placebit.

623 CADUNT] Msc. duo *cadant*; probe. BERSMANN. *Cadant* etiam Hulst. sed vulgatum est rectius.

623 QUIS STETERIT, DUM MEMBRA CADUNT] Dum pars corruit, quae vulnus accepit. SCHOL.

[a] Quis [b] ſteterit, dum membra cadunt; [c] qui [d] pectore tela
[e] Tranſmittant, aut quos campis [f] adfixerit haſta;
Quis cruor emiſſus [g] perruperit aëra venis,
Inque hoſtis cadat arma ſui: quis pectora fratris
Caedat, [h] &, ut [i] notum poſſit ſpoliare cadaver,
Abſciſum longe mittat caput; ora parentis
Quis laceret, nimiaque probet ſpectantibus ira,
Quem jugulat, non eſſe patrem. mors nulla querela
Digna ſua eſt, [k] nulloſque hominum lugere vacamus.
Non iſtas habuit [l] pugnae Pharſalia partes,

Quas

VARIAE LECTIONES.

a *qui* P. 2. V. 3. Bouh. Marp. b *ſteterat* Marp. c *quis* MSS. & Edd. qdd. d vulgo *pectora telis.* e *tranſmittat vel* MSS. & Edd. qdd. f *defixerit* B. 1. g *proruperit* V. 1. h *ut* & H. i *nudum* R. pr. k *nullos h.* B. 1. l *part. Ph. pugnas* A.

623 QUIS PECTORE TELA TRANSMITTAT, VEL] i. e. habeat pectora perforata telo ſ. a tergo inmiſſo, aut ut Sulpit. legit *quis tranſmittat tela pectore* i. e. per pectus ſuum. ASCENS. *Quis pectora tela tranſm. vel. qui pect. tel. tranſmittant* Mſcr. duo. Modius (Nov. Ant. LL. Ep. XXIV.) ita legendum arbitratur *quis pectore tela Tranſmutet.* probe. BERSMANN. *Qui pectora telis tranſmittant, aut.* MSS.

- - - quis pectore tela
Tranſmittat.

GROT. Ed. ſec. Solus Grotius edidit *pectora telis*, ut eſt in Var. LL. Steph. & Micyllus *pectora telo.* Videlicet quia cum Hortenſio intelligebant hoc de percuſſoribus, qui telo pectus trajiciunt; cum adhuc ſermo ſit de tali, qui telo perforatus interemptus ſit: quod ſecundis curis ſenſiſſe videtur vir magnus. Sine ſenſu Ed. Ven. & Berſmanni, ac Hort. Marg. *pectora tela.* MSS. & Edd. ceteri. *quis pectore tela tranſmittat vel.* ſive, ut eſt in plurimis, & repoſui *qui pectore tela tranſmittant, aut. pectore tela tranſmittere* eſt tranſitum telis dare per pectus ſuum, ita ut libera exeant. Scholiaſtes dicit. *ut ait alibi, ſupereſt telo poſt vulnera curſus.* Eodem modo Lib. III, 660.

Dejectum in pelagus, perfoſſo pectore, corpus
Vulneribus tranſmiſit aquas.

Silius Ital. L. II, 118.

- - - calamumque volantem,
Dum clamat, patulo excipiens tramiſit hiatu,
Et primae ferrum à tergo videre ſorores.

Sic ergo ſat bene ſe habet Mſtorum lectio: putem tamen, aliquid magis reconditum à Lucano relictum eſſe, & quod variationi anſam dederit, nempe

- - - quis pectora tela
Tranſmittant.

quis pro *quibus* ſeu per quorum pectora tela tranſeant. Nam ipſa miſſilia *tranſmittere aliquid* dicuntur. Ovidius L. IV. Metam. 749.

- - - quantum Balearica torto
Funda poteſt plumbo medii tranſmittere coeli.

Prudent Pſychom. 680.

Rara tamen chalybem tenui tranſmittere puncto
Commiſſura dedit.

Seneca de Brevitate v. c. 10. *per quaſſos foratoſque animos tranſmittitur.* Immo eodem modo Silius L. XV, 519.

Obvia nudatum tramittit lancea pectus.

tranſmittunt aëra terres Sidonio Apoll. Carm. XXII, 119. praeterea in Ed. Ven. exaratum eſt *Tranſmutant, quos aut c.* unde opinor, totum locum ſic conſtituendum eſſe

- - - - quis pectora tela
Tranſmittant; quosnam campis adfixerit haſta.

Non tamen nego *tranſmittere pectus telo*, minus Latinum eſſe. Contrarium ſatis evincunt Senecae loca. Thyeſte. 1088.

- - triſulco flammeam telo facem
Per pectus hoc tranſmitte.

Herc. Oet. 1165.

- - - Nec ullus per meum ſtridet latus
Tranſmiſſus enſis.

& Silii L. VII, 658.

- - - tramittit cuſpide pectus.

plures hujus verbi ſignificationes, his ſimiles vidimus ad L. III. & alibi.

625

Quas aliae clades: illîc per fata virorum,
Per populos hîc Roma perit: quod militis illîc,
Mors hîc gentis erat: sanguis [a] ibi fluxit Achaeus,
Ponticus, Assyrius: cunctos haerere cruores
Romanus, campisque vetat consistere torrens:
Majus ab hac acie, quam quod sua [b] secula ferrent,
Vulnus habent populi: plus est quam vita, salusque,
Quod perit: in [c] totum mundi [d] prosternimur aevum.
[e] Vincimur [f] his gladiis omnis, quae [g] serviet, aetas.
Proxima quid suboles, aut quid meruêre nepotes

In * re-

VARIAE LECTIONES.

a *ubi* P. 3. B. 2. V. 3. W. non male. *hic* A. *tibi* P. 1. *ibi f.* B. 1. b *scelera* V. 1. c *toto aevo* VV. LL. Steph. P. 2. B. 2. V. 1. d *prosternitur* VV. LL. Steph. B. 1. V. 1. e vulgo *vincitur.* f *hic* R. 1. Edd. qdd. g *serviat* B. 1. V. 2. W. H. M.

625 EMISSUS VENIS] Si quid, certe hoc languidum est: *emissis* habent Berlm. duo, Voss. pr. sec. tert. Reg. prim. & Oxon. pr. cum Ed. Veneta. Rectius scripsisset auctor, ut scripsit forsan, *Incisis.* L. III, 621. de sanguine

- - *ruptis cadit undique venis.*

Eleganter Ovidius L. IV. Metam. 122.

- - - - - *cruor emicat alte*
Non aliter quam cum vitiato fistula plumbo
Scinditur, & tenues stridente foramine longe
Ejaculatur aquas; & ictibus aëra rumpit.

Dein *abscisum* dedi rursus cum MSS. optimis magno numero, & Edd. primis. Vulgo *abscissum.* Grot. *Abcisum.* V. ad L. III, 33. & saepe.

628 ABSCISUM] Ideo abscidit caput; ut non sit tale crimen, si nesciatur, an fratris sit; cum hoc spoliat: & ideo longe mittit, ne de proximo, cujus fuerit, appareat. SCHOL.

630 NON ESSE P.] Acute dictum est. Nam licet pater sit, quem occidit, persuadet tamen, patrem non esse; dum illum tam crudeliter occidit. IDEM.

630 QUERELA DIGNA] Acerbiores fuerunt mortes, quam querelae harum acerbitates possint lugere. IDEM.

631 VACAMUS] i. e. digne aliquem lugere non possumus. IDEM.

632 PARTES] Majores, inquit, sunt in Pharsalia pugnae partes, quam in aliis provinciis: nam alibi singuli milites occiduntur, hic populi prostrati sunt. IDEM.

633 QUAM ALIAE] Servius Honoratus, in octavo (VII, 717.) Aeneidos, non multis foliis a fine, ad illud Vergilii,

- - - *Quosque secans infaustum*
Allia nomen.

putavit *Allia* fluvii nomen hoc in loco Lucani per simplex *L. Aliae* dici: cum *aliae* hoc loco sit adjectivum ad substantivum, *clades*; non proprium. GLAREAN. V. ad vs. 409. Merito hinc reprehenditur Servius à Beroaldo p. 276. T. I. Thes. Critici.

635 ACHAEUS] Gens ab Achaia. SCHOL.

636 CUNCTOS HAERERE CRUORES] Hoc dicit; illarum gentium sanguinem vetabat in campis stare sanguis amplior, qui eum inpellens faciebat in morem fluminis inundare (*habundare* Voss. sec.) IDEM.

638 AB HAC ACIE &c.] i. e. Caesaris ab exercitu majora ceperunt populi, quam quanta eis inferre potuerunt ea secula, quibus iidem populi esse coeperunt. Hoc est plures uno die perierunt, quam omnibus secutis. IDEM. *Voss. sec.* Male. Recte exponunt alii; major clades ab hoc proelio inlata est populis, quam ferre poterant illa tempora, quippe cum populi superioribus bellis essent exhausti.

639 PLUS EST QUAM VITA] Quia plures de omnibus periere, quam remanserant. SCHOL. Quia non solum pro illo tempore victi sunt, sed in perpetuum, ut semper servire cogantur posteri. nam male in aliis est *toto aevo.*

641 VINCITUR] In perpetuum enim aevum prosternimur; quia, his victis, omnes nos posteri sumus servituri; & ita erit, ac si superati simus. SCHOL.

641 VINCITUR] Msc. *vincimus*, male. BERSM. Insunt tamen in illa scriptura verae lectionis vestigia: scribendum enim *vincimur*, ut versu praeced.

pro-

In [a] regnum nasci? pavidi [b] num gessimus arma?
Teximus aut jugulos? alieni poena timoris
In nostra cervice sedet. post proelia natis
Si dominum, Fortuna, dabas, & bella dedisses.
Jam Magnus transisse Deos, Romanaque fata,
Senserat infelix, tota vix clade coactus,
Fortunam damnare suam. stetit aggere campi
Eminus, unde [c] omnes sparsas per Thessala rura
Adspiceret clades, quae bello obstante latebant.
Tot telis sua fata peti, tot corpora fusa,

Ac se

VARIAE LECTIONES.

a *regno* B. 1. b *non* B. 1. H. A. c *omnis* R. pr. V. sec.

prosternimur, (quod in aliis etiam abierat in *prosternitur.*) eleganti locutione. Sic Libro hoc vs. 363.

Quidquid signiferi conpressum limite coeli
Sub Noton & Borean hominum sumus.

Seneca Oedipo 17.

Stirpis invictae genus interimus, &
Labimur saevo rapiente fato.

983.

Quidquid patimur mortale genus,
Quidquid facimus, venit ex alto.

Plura exempla vide apud viros, Poëticorum leporum peritissimos, N. Heinsium, & Burm. ad Ovidii L. v. Metam. 343.

Cereris sumus omnia munus.

Immo laetabundus deinde curas secundas Heinsii inspiciens deprehendi *vincimur* ab illo in quibusdam codicibus manu exaratis inventum esse, & sic ipsum legere ad Ovid. Metam. IX, 425. ubi omnino est consulendus. praeterea Scholiastes suis verbis satis declarat, non aliter se legisse: quare auctori suam elegantiam reddidi.

643 PAVIDI NUM G.] Sensus est. Ita servimus, quasi pavide arma gessissemus, aut texissemus jugulos, occultantes nos sub armis, aut fuga, sicut hic, qui in bello victi sunt. Ergo non debuimus nasci, quia pro poena alieni timoris servimus, aut hoc debuisses concedere, Fortuna, ut bellum potuissemus facere. SCHOL.

643 PAVIDI] Quat. Pulm. & plerique mei *pavide*, ut rescripsit Grotius, & eum sequentes. Sed *pavidi* cum ceteris Edd. retinent Bersm. MSS. Wittian. Voss. sec. & quinque, vel sex alii. Amare poëtas magis adjectiva, quam adverbia, notum est, quapropter *pavidi* praefero.

645 POST PROELIA NATIS] i. e. qui post bella nascimur. Nam cum alii oppressi sint, etiam cervices nostrae jugum accipient servitutis. SCHOL.

647 TRANSIRE] Ad Caesarem. Alii *transisse*. IDEM. *Voss. sec.* Msc. *traxisse*, vitiose. A se recessisse ad Caesarem. BERSM.

648 TOTA VIX CLADE COACTUS] Vix potuit de nota felicitate diffidere. SCHOL. MSS. duo Bersm. Voss. pr. sec. quart. Amst. & alii cum Edd. quibusd. *vix tota*. Sed vulgatam praefero caesuram, licet ex innumeris exemplis sibi invicem contrariis pateat, incertissimum esse, quid auctor ipse maluerit. Rectius statuemus, cum numeros suos in his variasse. Hic autem *vix* referendum ad *coactus*. Aegre cogebatur Pompejus cedere, & fortunam veterem damnare. *Vix tanta* variae LL. Steph. Oxon. pr. & Pulm. unus. quod non nemini placet. *tota clades*, ut *totae ruinae* L. VI, 170. & alibi, ni fallor.

651 ADSPICERET] Non enim adparebat, quantus militum numerus occidisset; cum adhuc dimicaret exercitus. Ideo ergo conscendit aggerem, ut videre posset, quot perierint. SCHOL.

653 AC SE TAM M. P. SANGUINE] Nam exercitus est corpus Imperatoris, ut ait Virgilius.

- - - *toto certatum est corpore regni.*

IDEM. V. supra.

654 SICUT MOS EST MISERIS] Nec eum delectabat, quod miseros delectare consuevit (*solet* Voss. pr.) ut cum his cuncta pereant (*moriantur* Voss. sec.) IDEM.

654 TRAHERE OMNIA SECUM] Silius L. VIII, 335.

- - - *trahit omnia secum,*
Et metuit demens, alio ne Consule Roma
Concidat.

L. I.

Ac se tam multo pereuntem sanguine vidit.
[a] Nec, [b] sicut mos est miseris, trahere omnia secum
Mersa juvat, gentesque suae miscere ruinae.
Ut Latiae [c] post se vivat pars maxima turbae,
Sustinuit dignos [d] etiam nunc credere votis
Coelicolas, [e] vovitque sui solatia casus:
Parcite, ait, Superi, cunctas prosternere gentes:
Stante potest mundo, Romaque superstite, Magnus
[f] Esse miser. si plura [g] juvant [h] mea vulnera, conjux
[i] Est mihi, sunt nati; [k] dedimus [l] tot pignora fatis.

Civiline

VARIAE LECTIONES.

a *ne* W. b *veluti* M. c *viv. p. se.* B. 1. d *etiamnum* R. pr. *&* *jam n.* Edd. qdd. e vulgo *volvitque.* f *ense* V. 1. g *juvas* V. 1. h *me* A. i *&* Marp. k *didimus* V. 1. l *post* Ed. Ven.

L. x. 51.

Sin secas, Ausoniam tecum trahis.

655 MERSA] i. perdita L. I, 158.

Quae populos semper mersere potentes.

VIII, 509.

Reges, quorum omnia mersit.

Haec adduco, quia defendere possunt Ovidii locum ab N. Heinsii mutatione *moesta* L. III, II, 38. de sua Fortuna.

Te tamen est uno judice mersa parum.

Miscere posset confirmare Sabellici conjecturam L. III, 290. de Fortuna,

- - *tot immensae comites mixtura ruinae.*

Sed vel sic *missura* illic praefero. Claudian. L. II. in Ruf. haec imitatur vs. 18.

Insontesque meae populos miscere ruinae?
Everso juvat orbe mori. solatia leto
Exitium commune dabit.

657 SUSTINUIT] Passus est, inquit, deos dignos etiam nunc suis votis committere: hoc est, cum jam contra eum essent dii, dignos habuit, quos suis committeret votis. SCHOL. Malo simpliciter exponere *dignos votis credere*, pro existimare eos esse dignos, quibus vota faciat.

658 VOLVITQUE SUI SOLATIA CASUS] i. e. in pectore versavit, secum perpendit, quae sint casus sui solatia. Nam licet noster, & alii soleant addere *secum*, *tacitus*, *in pectore*, vel similia, non raro tamen simpliciter quoque occurrit. Sic apud Virgil. L. I. Aen. 309.

At pius Aeneas per noctem plurima volvens.

Livius Lib. VI, 28. *Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes.* & uti hic, sic post verbum *volvit* sequuntur verba Pompeji L. VIII, 621.

- - - *atque haec in pectore volvit.*
Secula Romanae &c.

Rectius vero pro *ait* tum legeremus hic *jam* cum uno Bersm., meo, & Ed. Veneta; quod valet idem ac *tandem*. vs. 370.

- - *parcendum ferro, manibusque suorum*
Jam ratus.

Virgil. L. VI. Aen. 69.

Vos quoque Pergameae jam fas est parcere genti.

& passim. plura dat Doct. Broukhus. ad Tibull. L. II, 5, 79.

- - - *Sed tu jam mitis Apollo.*

Verum aliam lectionem exhibent optimi libri, & vetustissimi, Regius pr. Voss. pr. & Wittian. *vovitque.* In Voss. pr. additur haec glossa *vovit* i. optavit, vel *novit*, vel *volvit*. Atque ita olim jam ediderunt Sulpit. Ascens. & Micyllus i. e. *Optavit, & à superis precatus est salutem reliquorum, quae erat ei solatio maximo in tanta ruina.* Vel, ut ait Scholiast. *Optavit solatia, quae ei essent, si solus occumbat.* Quam non dubito veram esse Lucani manum. Pompejus, ut Romanus pro patria se devovet, & à Diis precatur, ut in se, & suam domum vertant mala, quae in Romanos decreverint. Ansam mutandi dedit praecedens vox *votis*. Vide ad L. III, 127.

Saeva Tribunitias voverunt praelia dirae.

Deest hic versus in Amstel. Cod.

662 PIGNORA] In quae saeviant, si meo sanguine delectantur. SCHOL.

664 EXIGUAE &c.] Per interrogationem pronunciandum, ac si diceret. Parum ne est, me

cum

Civiline parum est bello, si meque, meosque
Obruat? exiguae clades sumus, orbe remoto?
Omnia quid laceras? quid perdere cuncta laboras?
Jam nihil est, Fortuna, meum. sic [a] fatur; & arma,
Signaque, & adflictas omni jam parte catervas
Circuit, & revocat matura in fata ruentes,
Seque negat tanti. [b] nec deerat robur in enses
Ire duci, juguloque pati, vel pectore [c] letum:
[d] Sed timuit, [e] strato, miles ne, corpore Magni,
Non fugeret, supraque ducem procumberet orbis:
Caesaris aut oculis [f] voluit subducere mortem.
Nequidquam. infelix socero, spectare volenti,
Praestandum [g] est ubicumque caput. [h] sed tu [i] quoque, conjux,
Caussa fugae, vultusque [k] tui: fatisque [l] negatum,

Te prae-

VARIAE LECTIONES.

a *fatus* R. 1. Edd. Sulp. Asc. Vers. Mic. Hort. &c. male. b *non* O. c *ferrum* Marp. d *at* VV. LL. Steph. P. 1. B. 1. *aut* V. 1. e *mil. st.* B. 1. f *valuit* Ed. Ven. g deest in V. 1. h *seu* Edd. Sulp. Asc. Vers. Par. Mic. Hort. i *modo* B. 1. k *tuus* V. 1. l *probatum* vulgo. *prob. est* Edd. Sulp. Asc. Vers. Par. Mic. Gryph. Hort. *neg. est* B. 2.

eum stirpe procumbere, si orbis removeatur exitium? SCHOL.

664 OBRUAT] Variant hic in tempore, & modo libri. Ante Grotium vulgo erat *obruet*, vel *obruit*, quod est in MSS. plerisque. *Obruis* habet unus Pulm. cum Edd. Sulpit. Ascens. Paris. & Hortens. non male. ut hic jam incipiat Apostrophe ad Fortunam.

666 MEUM] Facta enim sunt cuncta victoris, sc. Caesaris. SCHOL.

667 OMNI JAM PARTE] In Regio primo, & Voss. primo *omni jam morte* cum hac glossa *genere mortis*, suprascriptum tamen est *parte*. *morte* etiam Edd. Rom. & Parm. Nihil hic temere muto. Vulgatum satis se defendit.

668 REVOCAT] Ut hoc diceret: Non sum ego tantus, ut pro me omnes perire debeatis. *Matura* accelerata ruere volentes. SCHOL.

669 TANTI] Sc. pretii esse, ut pro se omnes mori debeant. IDEM.

671 TIMUIT] Caussas fugae, ne segnis videretur esse Pompejus, duas posuit. Tertiam addidit uxorem. IDEM.

674 NEQUIDQUAM] *Nequiquam* Voss. pr. sec. Wittian. & Pulm. un. Vide ad L. 11, 491. & ubique viros doctos. Ed. add. *necquicquam*.

675 PRAESTANDUM] Ut sit major invidia, si ipso praesente moriaris. SCHOL.

676 FATISQUE NEGATUM] Fuit ergo & hoc Magno caussa fugae, quod mori te praesente cupiebat; quod quidem negabatur à fatis. SCHOL.

676 FATISQUE PROBATUM EST] Aldus legit *fatisque negatum*. Quod non placet; quia dictum est ex persona poëtae scientis, praesente Cornelia postea occidendum; quod non esset futurum, si fatis negatum. VERSELL. In fatis est, te in conspectu conjugis mori. Msc. duo *negatum*, & totidem *negatum est*. BERSM. Miror MSS. omnes habere *fatisque negatum*. Forte scripserit Lucanus *rogatum*, ut allusio sit ad legum rogationes. GROTIUS. Ed. sec. *Fatisque negatum*. Hoc constanter retinent MSS. omnes, & Editiones ante Sulpit. nisi quod in Voss. tert. a m. pr. sit *negatis*. Omnibonus ait; *fata noluerunt, quod absente Cornelia Pompejus moreretur*. In Voss. quarto pro glossa est: subintellige, *nisi*. Melius, quod videtur etiam voluisse Scholiastes, explicaremus. Fugit Pompejus; quia à fatis ei negatum est hic in Pharsalia mori, te praesente; nam remota erat in Lesbon. & forsan scribendum *fatisque negatum hic*. quamquam non multum placet. An *renetum* vel tale quid? Ut de nentibus Parcis loquatur. Nam *Fata* pro Parcis saepe ponunt. Vide Ill. Spanhem. de praest. num. p. 838. Ed. in qto. J. Sponium Recherche des Antiq. de Lyon.

678 TELA] Ne se à tergo aliquis vulneraret. SCHOL.

678

Te praesente, mori. [a] Tunc Magnum concitus aufert
A bello sonipes, [b] non tergo tela paventem,
Ingentesque animos extrema in fata ferentem.
Non gemitus, [c] non fletus erat, salvaque [d] verendus
Majestate dolor, qualem [e] te, Magne, decebat
Romanis praestare malis. non inpare vultu
Adspicis Emathiam; nec te vidêre superbum
Prospera bellorum, nec fractum adversa videbunt.
[f] Quamque fuit laeto per tres infida triumphos,
Tam misero Fortuna minor. jam, pondere fati
Deposito, securus abis: [g] nunc tempora laeta
Respexisse vacat: spes numquam inplenda recessit:
Quid fueris, nunc scire licet. fuge proelia dira,
[h] Ac testare [i] Deos, nullum, qui [k] perstet in armis,

Jam ti-

VARIAE LECTIONES.

a *tum* MSS. & Edd. qdd. b *tergo non* H. c *nec* B 1. d *verenda* A. e *ted* R. pr. f *quodque* A. g *jam* V. 2. h *attestare* B. 1. i *Deum* W. pro var. lect. k *perstat* MSS. & Edd. qdd. *praestet* P. 2. V. 1. M. Edd. Rom. Ven. male. V. ad L. IV, 30.

678 NON PAVENTEM] Haec satis male conveniunt cum iis, quae leguntur L. VIII, 5. &c.

- - - - *pavet ille fragorem*
Motorum ventis nemorum comitumque suorum:
Qui post terga venit, trepidum laterique timentem
Exanimat.

V. Ang. Decembrius VI. de Polit. Liter. p. 495. BROUKH.

681 MAJESTATE SALVA] Quia facies in adversis velut in prosperis inmutata fuit. SCHOL.

684 FRACTUM] Ed. Ven. *stratum* perperam. VIII, 344.

Dejectum satis, humilem, fractumque videbit.

685 LAETO] Mscr. *laetos* h. e. hilares, superbos. Sicut Fortuna infida fuit Pompejo rebus secundis; ita illo minor in adversis; cum de statu mentis non posset eum dejicere. BERSM. *Laeto* rectum est, ut retinent MSS. mei omnes, & obponitur *misero.* V. Priscian. c. 1177.

685 INFIDA] Quippe quae nunc eum deseruit, & oppressit. SCHOL.

686 MISERO FORTUNA MINOR] Misero. i. e. Pompejo, minor fuit ipsa Fortuna i. e. in malis suis infra se habens Fortunam despiciebat, atque calcabat. IDEM.

686 PONDERE FATI DEPOSITO] Onus enim fati. i. bella civilia sustinebat, & imperium suum, quae omnia nunc deposuerat, ut ait Cicero. *Quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur.* IDEM.

687 ABIS] Voss. sec. *abit*. Docta manus in margine libri sui mecum à doctiss., & humanissimo viro J. Melio communicati adscripserat *abi* non male. sed nec vulgatum mutandum.

688 NUMQUAM INPLENDA] Laetis rebus continuis. *Recessit* i. sine spe esse coepisti, quae in te tanta erat, ut non potuisset inpleri. Adeo multum sperabas. SCHOL.

689 QUID FUERIS, N. SCIRE L.] Nam quando in eadem potestate jam non es, nunc potes intelligere, quid fueris. IDEM.

691 JAM TIBI MORI] Hoc est. Jam non pro te sanguinem fundere, qui proelia reliquisti, *cum flebilis A. d. &c.* Quemadmodum, inquit, in illis locis post mortem tuam bellum non tua voluntate commissum est, sic etiam nec (*jam non* Voss. sec.) in hoc loco tuum est, quod tanti, te fugiente, moriuntur. IDEM.

691 FLEBILIS AFRICA DAMNIS] Quae semper damna sua fletura sit. Et hic autem post mortem Pompeji dimicatum est. IDEM.

692 MUNDA NOCENS] Civitas Hispaniae. In hac civitate adversus Pompeji filium dimicatum est. IDEM.

692 PHARIOQUE A GURGITE CLADES] Tacet hic meorum Codd. Scholiastes. Interpretes capiunt de caede Ptolemaei. ut *clades à gurgite* sit cla-

Jam tibi, Magne, mori: ceu flebilis Africa damnis,
Et ceu Munda nocens, Pharioque à gurgite clades,
Sic & [a] Thessalicae post te pars [b] maxima pugnae.
Non jam [c] Pompeji nomen populare per orbem,
Nec studium belli: sed [d] par, quod semper habemus,
Libertas, & Caesar [e] erunt: teque inde fugato,
[f] Ostendet moriens, [g] sibi se pugnasse, Senatus.
Nonne juvat, pulsum bellis cessisse, nec [h] istud
[i] Perspectasse nefas? spumantes caede catervas
Respice, turbatos [k] incursu sanguinis amnes;

Et soce-

VARIAE LECTIONES.

a *Thessaliae* V. 2. vid. supra. b *magna ruinae* VV. LL. Steph. c *Pompejus* B. 1. acute. d *quod p.* M. e *erit* Bouh. V. 1. f *ostendit* VV. LL. Steph. P. 3. B. 3. V. 4. W. M. Edd. Ven. Sulp. g *in s.* A. h *illud* P. 1. Hort. M. i *Prospectare* vulgo. k *in cursu* Edd. qdd.

clades maris Aegyptiaci, de qua locutione vide ad Lib. VIII, 343. vel *in gurgite*, ut est in meo codice. deest *a* in uno Bersm. Sed audiamus hic Doctiss. & Humaniss. Waddelum, verissime hunc locum corrigentem in litteris ad me datis. Ait ergo. Quaenam est illa clades, quae Romanis accidit in Aegypto post Pompejum? Ridiculum videtur intelligere de ipsius Pompeji caede; quando poëta loquitur de illis, quorum mors inputari non debeat Pompejo. Nec accipi potest de Bello Alexandrino, quod non erat pars belli civilis. Apud Florum legimus de saevissima clade, quae accidit Varo in ipso ostio Oceani L. IV. c. 2. In reliquis calamitates enarrans, quae Pharsalicam pugnam insecutae sunt; nisi quod nullam mentionem facit cladis in Phario gurgite. (Verba Flori sunt. *Quasi non esset usquam dimicatum; sic arma rursus & partes. Quantoque Africa supra Thessaliam, tanto Africam superabat Hispania* &c. *In ipso ostio Oceani Varus Didiusque legati conflixere. Sed acrius fuit cum ipso mari, quam inter se navibus bellum. siquidem velut furorem civium castigaret Oceanus, utramque classem naufragio cecidit.*) Verosimile igitur est, locum hunc Lucani ab Interpolatoribus, quibus non ita nota esset historia Vari, fuisse corruptum, & *Varique* mutatum esse in *Pharioque*. In quem etiam errorem eos praecipue induxit locus autoris huic non adeo dissimilis. L. VI, 306.

Non Uticae Libyae clades, Hispania Mundae
Fleslet, & infando pollutus sanguine Nilus
Nobilius Phario gestasset rege cadaver.

Verum illic omnia sunt plana, & certa: Inter mala, quae dicit, praeveniri potuisse, si Pompejus victoria sua usus fuisset in Caesarem, ponit caedem nefandam Pompeji. quae tamen hic nullatenus locum habere potest. ubi poëta de iis cladibus loquitur, quae pugnam Pharsalicam secutae sunt, & acciderunt post Pompeji mortem, adeoque illi inputari nullo jure potuerunt. Haec ad me Vir doctiss. & ingeniosissimus. Verissime, ni fallor, clades *Vari à gurgite* sc. facta; ut *injuria ab illo* apud Terent. & similia; vel *in gurgite*: Varum enim Pompejanarum fuisse partium, patet ex historicis, & vel ex nostro Lib. IV.

693 SIC ET THESSALICAE POST TE P. M. PUGNAE] Post fugam tuam non ad te pertinebit. SCHOL. Qui post obitum tuum sub Bruto profligati sunt. BERSM. Major pars cladis Thessalicae contigit absente jam Pompejo; ideoque illi non magis imputari potest, quam quae post mortem ipsius acciderunt. GROT. Recte haec interpretatur Grotius. Plerique cum Bersm. intelligunt de reliquis Pompejanarum partium alibi victis. Sensus ergo est. Testare, nullum tibi mori; nam, veluti partes in Africa, Munda, & Oceano non tibi perierunt, sed libertati; sic etiam pars maxima pugnae (*turbae* Voss. pr. Edd. Ascens. Mic. & Hortens.) Thessalicae periit post te, i. postquam abiisti, non tibi, sed libertati, & patriae.

693 TURBAE] Al. *pugnae* in duobus Vet. Codd. HORT.

695 PAR, LIBERTAS ET CAESAR] Ut contra Caesarem Libertas dimicet, non Pompejum. SCHOLIAST. Lib. VI, 191. *Parque novum bellum atque virum.*

699 PROSPECTARE] Variant scripti, & Editi. *prospectasse* Pulm unus, quatuor Bersm. & quinque mei cum Edd. Rom. Brix. & Med. *perspectare*

Reg.

Et soceri miserere tui. quo pectore Romam
Intrabit, [a] factus campis felicior istis?
[b] Quidquid in ignotis solus regionibus exsul,
Quidquid [c] sub Phario [d] positus [e] patiere tyranno;
Crede Deis, longo fatorum crede favori:
Vincere, pejus erat. prohibe, lamenta sonare;
Flere [f] veta populos: [g] lacrimas, luctusque remitte.
[h] Tam mala Pompeji, quam prospera mundus [i] adoret.
[k] Adspice [l] securus, vultu non supplice, reges:
Adspice possessas urbes, donataque regna,

Aegy-

VARIAE LECTIONES.

a *camp. f.* W. H. Hort. m. b Hi versus transponuntur in Voss. pr. c *& a Phar.* VV. LL. Steph. d *potius* Edd. Br. Med. e *patiare* Edd. Ald. Col. Steph. Gryph. Pulm. Bersm. Maitt. f *vetes* B. 1. g *luctus lacr.* V. pr. h *jam* W. i *adorat* A. k deest hic versus in Ox. 1. l *securos* R. pr. a m. pr.

Reg. prim. Ed. Par. 1512. & Hort. m. sed *perspectasse* exhibent variae Lect. Steph. quatuor Pulm. omnes Vossiani, Witt. & Oxon. unus, ac Edd. Ven. Sulpit. Ascens. Micyll. & Hortens. Recte omnino, quare reposui. significat, ut ait Schol. aliique *perspexisse, sive usque ad finem spectasse.* Sueton. in Aug. c. 98. *Infirmis intestinis, morbo variante, tamen & quinquennale certamen gymnicum honori suo institutum perspectavit.* in Domit. c. 4. *Edidit navales pugnas, atque inter maximos imbres perspectavit.* Sic recte Torrent. vulgo quoque *prospectavit.* Alii vulgo distinguunt *nefas, sp. c. catervas? respice t.* male. Nobiscum faciunt MSS. optimi.

699 SPUMANTES CAEDE CATERVAS] Intelligo catervas prostratorum, quorum sanguis in caede spumat, ut L. III, 365. De voce *catervae* hoc sensu vide ad L. II, 136. In meo Codice est *fumantes.* Solemni permutatione. Vide ad L. IX, 722. Drakenb. ad Sil. Ital. I, 126. II, 163. *Sanguine fumare locus* passim dicitur. Etiam de hominibus tam caesis, quam caedentibus. Vide auctores, qui laudantur ad Valer. Flacc. I, 816. II, 233.

It cruor in thalamis, & anhelo pectore fumant
Vulnera.

Stat. L. X. Theb. 738.

Laxat, agit turmas idem, atque in sanguine fumat.

Prudent. Psychom. 810.

Fumarat calido regum de sanguine dextra.

701 MISERERE] Quia vincit. SCHOL.

705 CREDE DEIS] Vel committe. i. commenda. IDEM. Perpetuus in te Deorum favor, fidem tibi faciat, e duobus malis id tibi evenisse, quod erat minus. Minus malum est bello civili vinci, quam vincere. Ni ita esset, victorem te fecissent Dii, quos tibi bene velle dubitare non debes. GROT. Ego quoque Grotii, quam Scholiastae, & aliorum interpretationem sequi malo. Quidquid etiam mali posthac tibi contingat; crede tamen Deis, vincere fuisse pejus.

705 LONGO] Perquam diu floruisti. Quasi haec ad favorem pertineant. SCHOL.

708 TAM MALA] Adversa, inquit, tua venerentur, sicut prospera consuerunt. IDEM.

708 ADIRET] Mscr. quatuor *adoret* h. e. veneretur Pompejum, tam in adversis, quam in rebus secundis. BERSM. *Adoret.* Ita non tantum habent illi, sed omnes omnino MSS. & Edd. quae saltem alicujus sunt pretii. Quod etiam sensus flagitat. Nec monerem; nisi Bersm. edidisset *adiret:* unde videtur vilem sane Lugdunensem Ed. apud Joan. Frellon. A. 1562. esse secutus: in ea enim sola *adiret* reperi.

710 POSSESSAS] Quas tu ante possederas. *Donata.* Dicit Pharnacen, cui Methridatis patris ejusdem donavit imperium, Ptolemaeum, & Jubam. SCHOL.

711 AEGYPTUM, LIBYAMQUE; ET TERRAS ELIGE MORTI] Cave, ne construas. *elige Aegyptum* &c. ut vulgo fieri videtur. quare majorem distinctionem posui post *Libyamque.* donata regna sunt Aegyptos, & Libye; dein generaliter dicit, & terram, quam velis, elige, ut occumbas. Antea putabam, scribendum esse *Aegypton, Libyenque, & Carras elige morti.* Dubitabat enim Pompejus, an vellet ad Ptolemaeum, an ad Parthos, an vero ad Jubam se conferre. Hortaretur ergo Lucanus, ut vates eum, ne dubitet; sed magno animo, quemcum-

Aegyptum, Libyamque; & terras elige [a] morti.
Vidit, prima tuae testis, Larissa, ruinae,
Nobile, [b] nec victum fatis caput: omnibus [c] illa
Civibus effudit totas per moenia vires,
[d] Obvia ceu laeto: [e] promittunt munera flentes:
Pandunt templa, domos: socios [f] se cladibus optant.
Scilicet inmenso superest [g] ex nomine multum;
Teque minor solo, cunctas inpellere gentes
Rursus in arma potes, [i] rursusque in [k] fata [l] redire.
[m] Sed quid opus victo populis, aut urbibus, [n] inquit?
Victori [o] praestate fidem. Tu, Caesar, in alto
Caedis adhuc [p] cumulo patriae per viscera vadis:

At tibi

VARIAE LECTIONES.

a *mortis* V. sec. b *nunc* M. c *ulla* O. 1. d *omnia* V. sec. pro var. lect. e *praemittunt* vulgo. f *de* B. 1. g *de* VV. LL. Steph. h *potest* R. 1. i *rursus* H. k *bella* B. 1. l *referre* P. 1. m *Si* Ed. Hort. n *inquam* O. pr. a m. pr. o *praestare* A. Edd. Hort. Bersm. vitiose. p *tumulo* VV. LL. Steph. P. 1. B. 2. V. 1. H. O. 1. M. Ed. Ven.

cumque ex his eligat, nec eos supplex adeat; cum perinde esset: quoniam videbantur, & Parthi & Juba eum, ut victum aeque occisuri fuisse, ac Ptolemaeus. De aliis regnis petendis non cogitasse Pompejum, patet ex Lib. VIII, 277.

- - - - vos pendite regna
Viribus, atque fide, Libyen, Parthosque, Pharonque.
Quaenam Romanis deceat succurrere rebus.

Adde Appian. L. II. B. Civ. p. 786. Vellej. L. II. c. 53. Flor. L. IV. 2. §. 51. aliosque. *Carras* autem nominasse maluisset auctor ob occisos illic Crassos. ut Lib. I, 105.

- - - miserando funere Crassus
Assyrias Latio maculavit sanguine Carras.

Immo locus ille ab ea clade ita signari, ut Allia, Cannae, Pharsalia &c. solet. Flor. L. I, 11. *Idem tunc Faesulae, quod Carrae nuper.* Sed nunc, ut dixi, nihil praeter distinctionem muto; & eumdem praebet sensum, sed majore cum emphasi. Vult ergo, ut cogitet de loco mortis; non de Marte, sive reparando proelio, quod cogitabat Pompejus.

712 VIDIT] Narrat iter Pompeji fugientis. *Larissa* civitas est Thessaliae, unde Achilles fuit. SCHOL.

713 ILLA] Larissa, quae ei obtulit auxilium totius civitatis. IDEM.

715 LAETO] Mscr. *lento.* depravate BERSM.

715 PRAEMITTUNT] Sic quidem exhibent Edd. Rom. Ascens. Versell. Steph. Gryph. Mic. Hort. Pulm. & post illas omnium deinceps editorum typi. Et favet vox *munera.* L. III, 75.

Quam seriem rerum longa praemittere pompa.

Munera praeferimus Virgil. L. XI. Aen. 249. Intelligeret ergo Lucanus dona Larissaeorum per servos publicos, aliosve praelata, quae Pompejo obviam eunti proferrent. Verum tam Pulm. & Bersm. quam mei omnes MSS. cum Edd. Ven. Parm. Colin. &c. & Schol. *promittunt* habent. quod mutari nolim. Officia sua, & opes ei promittunt, seque illi in quavis re auxilium daturos spondent, ut proceres Mitylenei L. VIII, 121.

Accipe templorum cultus, aurumque Deorum
Accipe; si terris, si puppibus ista juventus
Aptior est, tota, quantum valet, utere Lesbo.

718 TEQUE MINOR SOLO] Qui tantum te minor factus es, tamen major Caesare; si vis tantummodo, omnes potes cogere ad bella. SCHOLIAST.

719 IN FATA] Priora. Nam ait supra

- - - - jam pondere fati
Deposito securus abis.

IDEM.

720 INQUIT] Verba Pompeji. *Tu.* Verba poëtae. *gemitus* sc. Larissaeorum. IDEM.

726 NUNC TIBI, MAGNE F.] Aversione ad Pompejum absolvit hanc narrationem. Estque epiphonema ex favore oppidanorum collectum. Et qui foelix est beneficio Dei: Etenim, qui foelix est, & foelicitate sua erigitur, nescit, se amari, maxi-

At tibi jam populos donat gener. [a] avehit inde
Pompejum sonipes: gemitus, lacrimaeque sequuntur,
[b] Plurimaque in saevos populi convicia divos.
Nunc tibi vera fides quaesiti, Magne, favoris
Contigit, ac fructus. [c] felix se nescit amari.
  Caesar, ut Hesperio vidit satis [d] arva natare
Sanguine, parcendum ferro, manibusque suorum
Jam ratus, ut viles animas, perituraque frustra
Agmina permisit vitae. sed, castra fugatos
Ne revocent, pellatque quies nocturna pavorem,
Protinus hostili statuit succedere vallo;
Dum fortuna[e] calet, [f] dum[g] conficit omnia terror;

Non

VARIAE LECTIONES.

a *advehit* V. 1. R. 1. O. 1. M. Edd. Ven. Br. Med. *at vehit* A. *& vehit* Edd. Rom. Parm. b Versus hic deest in Bouh. c *sese* A. d *arma* R. pr. e *valet* Edd. Rom. Parm. Paris. f *cum* Ed. Haec. Gryph. Maitt. g *continet* suprascr. *conficit* V. pr.

maxime ab iis, de quibus bene demeretur. Virtutem crescentem sequitur favor. Gloriae comes est favor apud bonos, apud malos, invidia. *Sulpitius* aliter exponit hoc epiphonema. In duobus pervetustis codicibus repperi has duas voces commutatas, & transpositas. *Nunc tibi vera fides quaesiti Magne fa.* HORTENS. *Nunc tibi vera f. q. M.* Nunc cognoscere tibi licet, qui vere sint amici tui. Cicero. *Ut aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici potest.* BERSMANN. Ut Hortens. disposuit verba, sic inveniuntur quoque in Steph. variis lect. duobus MSS. Pulm. & meis, ac Edd. Ascens. Versell. & Micylli. Obscurius haec exponit Hortens. Melius ceteri cum Schol.

726 FAVORIS] Duobus vitiis Pompejus laborabat: nam & favoribus multum gaudebat, ut in primo ipse Lucanus:

- - - - famaeque petitor
Multa dare in vulgus, totus popularibus auris
Inpelli.

Et vitio superbiae quodammodo tangebatur. Nam uno digito caput scalpebat, quod est superbiae indicium. Unde Martialis de eo in Epigrammate

Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno
Scalpit. quid, dicas, hunc sibi velle? Virum.

Quidam autem luxuriae vitium esse dicunt, uno digito caput scalpere: ut Juvenalis:

- - nunquam pathicus tibi deerit amicus
Stantibus & salvis his collibus: undique ad illos
Conveniunt, & carpentis & navibus omnes,
Qui digito scalpunt uno caput.

SCHOL. In meis Codicibus non plura ex tam insigni Scholiastae loco comparent, quam usque ad *superbiae indicium.* Cetera supplevi ex MSS. doctissimorum virorum Lindenbrogii & Scriverii, qui ad Terent. Hecyr. Act. II. & ad Martial. spectacul. Fragm. haec protulerunt: ubi omnino videndi.

727 FELIX SE NESCIT AMARI] Tunc enim fides amantium esse probatur, cum adversa oriuntur. Cum felix, inquit, esses, felicitati offerri obsequium putabas solere, non Magno. At nunc miser factus, quod ante omnes te dilexerint, te cognoscis. Sed hoc Poëta generaliter dixit. SCHOLIAST.

729 MANIBUSQUE SUORUM] Et hic expressa est crudelitas. Parcit, sed ideo ignoscit, quia non vult suos in occidendo diutius laborare; non, quia miseretur inimicis. IDEM. Voss. sec.

731 FUGATOS] Ne Pompejani in castra redeuntes, nocte interposita, timere desinant. IDEM.

735 NON VERITUS &c.] Hoc dicit. Caesar jussurus militi suo, ut Pompejanorum invaderent castra, non verebatur, ne jam milites fessi graviter ferrent hoc sibimet imperari. Nam gratum hoc erat illis futurum; quia in praedam mittebantur. IDEM.

435 AC MARTE SUBACTIS] i. e. defatigatis scil. illis Caesarianis; sive cum jam Pompejani subacti proelio viderentur. IDEM. Msc. tria. *aut Mart.* quidam legunt *haud.* BERSM. *Subactis* i. defatigatis. GROT. Sulpit. Ascens. & alii *haud* exhibent, intelligentes *non victos.* ut Lib. VIII. 144.

Marte

Non veritus, grave [a] ne fessis, ac Marte subactis,
Hoc foret inperium. [b] non magno hortamine miles
In praedam ducendus erat: victoria nobis
Plena viri, dixit: supereſt pro ſanguine merces,
Quam monſtrare, meum eſt: [c] nec enim donare vocabo,
[d] Quod ſibi quiſque dabit. cunctis, en! plena metallis
Caſtra patent: raptum Heſperiis [e] è gentibus aurum
Hîc jacet; Eoaſque premunt tentoria gazas.
Tot regum fortuna ſimul, Magnique, coacta
Exſpectat dominos. propera praecedere, miles,
Quos ſequeris: quaſcumque tuas Pharſalia fecit,

A victis

Variae Lectiones.

a *nec* A. b *magnoque* M. c *neque* VV. LL. Steph. P. 2. B. 2. V. 4. Edd. qdd. d *quam* H. e *ex* B. 1. V. 1. deeſt in A.

Marte ſubactum. aut habent quoque variae lectiones Steph., quinque Pulm. ſex mei recentiores, & Edd. Ven. Brix. Med. Duriſſimum videtur, victorem exercitum vocari *ſubactum Marte*: ſed nec ad Pompejanos referri poteſt. an fuit?

- - - *feſſis, at Marte ſubactis.*

i. e. lege rei militaris coactis. *Subigere* pro cogere frequenter occurrere, ſciunt docti. V. Heinſ. ad Claudian. in Rufin. L. 11, 314. An potius *feſſis à Marte peracto* vel *ſubacto*, defatigatis vincendo; quod amico venit in mentem; & quo ſenſu vulgata etiam ſumi debent.

736 Hoc foret] Alii *non foret*. Nos retinuimus *hoc* ex fide trium Mſcr. & librorum quorumdam. BERSM. *Non foret* ediderat vitioſe Gryphius, quem temere ſecutus eſt Pulmann. Revocavit veterem ſcripturam jam dudum Modius Novant. LL. Ep. 24. Maittaire tamen rurſus *non* exhibuit. Aliter MSS. & bonus ſenſus.

739 Donare vocabo] In Regio primo, Voſſ. primo, & ſecundo exaratur *vacabo*. Hoc ſenſu. Meum tantum eſt monſtrare praedam, non etiam donare, cum ſibi quiſque eam rapere poſſit. Sed magis placet vulgatum. Monſtrare debeo vobis praedam: *monſtrare*, dico: nam nolo dicere *donare*, cum ego illis non *dabo*, ſed quiſque ſibi *dabit*.

744 Propera praecedere] i. e. Pompejanos, quos fugans ſequeris, manſi; ſcilicet, ut prior ingrediaris in caſtra. SCHOL. Vitioſe novitiae quaedd. Edd. & recentiores MSS. *procedere*. V. Doct. Waſſe ad Salluſt. B. Cat. c. 49. *properaret ad urbem accedere*.

746 A victis rapiantur opes] Scribe ex fide MSS. *rapiuntur*. Niſi praecedis Pompejanos, jam illi rapient ſupellectilem, quae in caſtris eſt, quaeque vobis victoriae jure debetur. GROT. Vulgo exponunt, eripiantur victis. Sed optime *rapiuntur* eſt in Mſcr. Berſm. Regio primo, Witt. Voſſ. ſec. & tert. Bouh. Hulſt. Marp. & Ed. Ven. Niſi properas miles, opes, quae jam jure belli ſunt *tuae*, rapiuntur, vel *rapientur* (ut eſt in uno Berſm.) & auferentur per victorem, nec tibi victori, cui debentur, eas relinquent.

746 Nec plura locutus] Al. *ſic milite juſſo*, & eodem modo in alio vet. exemplari. HORTENS. Hic quoque prior editio habuit, *ſic milite juſſo*, quod manuſcripti teſtantur. GROT. vſ. 618. *non plura locutum vita fugit. Sic milite juſſo* habent var. lect. Steph. duo Pulm. tres Berſm. & unus ad marg. cum ſeptem meis & Edd. Rom. Parm. Omniboni, & aliorum. *locuto* unus Oxon. Sed praeterea in Voſſ. prim. & ſecund. a m. pr. non conſpicitur ille verſus *impulit* &c. ſatis languidus. Ut forſan Lucanus, certe non male, reliquerit,

- - - - *Sic milite juſſo*
Ire ſuper gladios, ſupraque cadavera patrum,
Et c. c. duces; quae ſ.

Saltem hunc locum jam olim varie deſcriptum fuiſſe, ex tanta variatione patet. Sed bis auctorem opus ſuum edidiſſe, non puto: de quo alibi plura diximus.

749 Quae fossa] Nulla res valet retinere properantes; ſed cuncta perrumpunt. SCHOL.

751 Scire ruunt] i. e. Feſtinant noſſe, propter quas opes geſſerint bella civilia. IDEM.

751 Scire ruunt] Sic eleganter, & magna cum

A victis [a] rapiuntur opes. nec plura locutus
Inpulit amentes, aurique cupidine caecos,
Ire super gladios, [b] supraque cadavera patrum,
Et [c] caesos calcare [d] duces. quae fossa, quis agger
Sustineat pretium belli, scelerumque petentes?
Scire [e] ruunt, quanta fuerint mercede nocentes.
Invenêre quidem spoliato plurima [f] mundo,
Bellorum in sumtus congestae, pondera massae:
Sed non [g] inplevit [h] cupientes omnia mentes.
Quidquid fodit Hiber, quidquid Tagus expulit auri.
Quodque legit dives summis Arimaspus harenis,

Ut [a] ra-

VARIAE LECTIONES.

a *rapiantur* vulgo. b *superque* V. 1. c *coecos* B 1. in m. d *deos* B. 1. e vulgo *volunt*. f *mundi* R. 1. g *implerunt* alii. *complevit* Hort. m. h *capientes* O. 1.

cum efficacia scribitur in Vossianis tribus, uno Pulm. & Bersm. MSS. pro *volunt*. Et recte explicat Scholiast. *festinant*. Ante me ex plurimis MSS. ita scribendum esse, jam monuit Ill. Heins. ad Silium Ital. L. I, 170. & ad Claudian. L. III. de R. Pros. 386.

Quales pestiferas animare ad crimina taxes
Torva Megaera ruit.

Plura exempla vide in notis Cl. Drakenb. ad Silium L. XIV, 581. Apud Valer. Maxim. L. V. c. I. §. Ext. I. *Quis autem illam osculari non curaret*, in MSS. multis est *curreret*. ut edidit Pighius. Forte legendum *rueret*. *ruit* in *curris* sic abierat apud Senecam Herc. Fur. 840.

Quantus Eleum ruit ad Tonantem.

ubi consule J. F. Gronovium.

753 IN SUMTUS] Quos Pompejus collegerat ad belli auxilia necessarios. SCHOL.

754 IMPLERUNT] Ita rectius quam *implevit*. Est enim in hoc versu expletus sensus. GROT. Pro Grotii lectione faciunt Edd. Veneta, Sulpit. Ascens. Versell. Paris. Micylli, & Hortens. Sed MSS. omnes constanter retinent *implevit*. Voss. unus *inplebit*. Quare contra MSS. nihil mutari velim. Cum Grotio tamen, quidquid alii obloquantur, sensum in hoc versu finitum existimo. Nam *quidquid* &c. debent pertinere ad τ' *rapiant*, quod aliter nimis nude positum est. Sensus est vel sic perspicuus. Non, illa pondera massae non inplerunt; sed illa massa, quae in castris fuit, non explevit, & satiavit cupientes omnia. Nam quamvis raperent totius orbis divitias, parvo scelus suum se vendidisse putabunt; quia ipsam Romam concupiscunt.

755 TAGUS] Fluvius Hispaniae; ubi aurum nascitur, vel solet inveniri. SCHOL.

755 QUIDQUID TAGUS EXTULIT AURI] Msc. *expluit*, fortasse pro *expulit*, sicut est in altero Msc. alii *expuit*. BERSM. *Expulit* reposuit Grotius, & recte: quomodo habent etiam Pulm. tres, & mei optimi, plurimique cum MSS. plerisque ab Heinsio conlatis (V. Drak. ad Sil. IX, 395.) & Edd. Rom. Parm. Ascens. Versell. & Paris. i. e. alveo suo ejecit, & destituit. Sed & alterum non plane damnandum. *Ferre* enim, & *vehere* aurum Tagus, ut alii *auriferi* fluvii, dicitur. Expressit quodammodo noster Senecam Thyeste. 352.

Non quidquid fodit Occidens;
Aut unda Tagus aurea
Claro devehit alveo:
Non quidquid &c.

756 QUOD LEGIT] Msc. quatuor *quodque legit*. BERSM. *Quodque* praetulit Grotius cum MSS. & Edd. plurimis. Tres tamen Voss. primi, Witt. Hulst. Edd. Rom. Parm. Sulp. Vers. Aldi, Col. Steph. Gryphii &c. habent in praeterito *quod legit*, ut *fodit*, *expulit*.

756 ARIMASPUS] Hi barbari sunt, qui fragmenta auri colligunt, qui singulos oculos habere dicuntur. SCHOL.

757 UT RAPIANT] Quamvis rapiant haec omnia, non tamen putabunt, praemia meritis respondere. GROT.

757 PARVO VENISSE] Ut haec, inquit, omnia rapiant, parvo se credunt sua scelera vendidisse. SCHOL.

757 PUTABUNT] Unus Pulm. Voss. tres Witt.

Reg.

Ut [a] rapiant, parvo scelus hoc venisse putabunt.
Cum sibi Tarpejas victor [b] desponderit arces,
Cum spe Romanae [c] promiserit omnia praedae,
Decipitur, [d] quod castra [e] rapit. capit inpia [f] plebes
Cespite patricio [g] somnos; [h] cassumque cubile
Regibus infandus miles premit: inque parentum,
Inque toris fratrum posuerunt membra nocentes;
Quos agitat vesana quies, somnique furentes:
Thessalicam miseri versant in pectore pugnam.
Invigilat cunctis [i] saevum scelus, armaque tota
Mente agitant, capuloque manus absente [k] moventur.

Ingemuisse

VARIAE LECTIONES.

a *rapiat* V. 1. b *disponderit* B. 1. *disponderet* A. *desponderat* M. *desponderet* R. pr. *spospanderit* O. 1. *disponeret* V. 1. c *perm.* V. 1. Ed. Elz. d *qui* H. A. e *petit rapit* B. 1. f *pubes* A. male. g *somnum* B. 1. h *vacuumque* vulgo. i *scaevum* V. 2. k *movetur* V. 2.

Reg. pr. a m. sec. & Amst. *putabant.* cum Edd. Ven. Sulp. Aldi, Paris. Mic. & Hortens. Ut foret sensus. Quamvis illic rapiant, sive rapuerint, quidquid Hiber fodit &c. tamen putabant hoc nimis exiguum pro tanto scelere. Sed melius placet *putabunt*, eo, quem superius dixi, sensu.

760 DECIPITUR] In fraudem se existimat incidisse. SCHOL.

760 CASTRA] Castra, non Romam. GROT.

760 IMPROBA] Mscr. tria *impia.* & tert. *infima.* BERSM. Recepit Grotius in textum *impia*: quod omnes omnium, meique Codd. jubent. *Improba* est in Edd. principe, Parm. Aldi, Colin. Steph. Gryph. Pulm. Hortens. &c. Nec spernerem hanc vocem, nisi MSS. praeirent. Notat enim hominem audacem, inpudentem, & plus, quam decet, sibi adripientem. Ovid. L. XIII. Metam. 112.

Debilitaturum quid te petis, inprobe, munus.

Phaedr. F. 65.

Mordaciorem qui inprobo dente adpetit.

Lib. VIII, 557. Ptolemaeum hoc sensu vocat *inprobum puerum.* Hinc *spes inproba* Lib. IV, 30. Justin. L. XXII, 7. & saepe. Vide, quos laudat Doct. Duker. ad Flor. L. III, 10, 17. Eadem varietas in hac voce est Lib. V, 158.

761 PATRICIO] i. e. in his locis quiescunt Caesariani milites, in quibus intra castra requiescere Pompejani consueverant Senatores. SCHOL.

761 VACUUMQUE CUBILE REGIBUS] Voss. sec. & prim. a m. sec. Oxon. prim. duo Pulm. & unus Bersm. MS. cum variis Steph. lect. *stratumque* exhibent. cubile scilicet, quod, in usum regum ac ducum erat stratum. *Triclinia strata* Caes. B. Civ. III, 96. Sed aliud latet. Scribendum enim omnino, ut feci, *cassum* i. vanum, *vacuum*, quae vox manifeste ex glossa paulo ignotioris vocabuli inrepsit. Glossae Voss. sec. scribunt *caesum*, vel *cassum* i. vanum, vel *vacuum. caesum* est in Regio primo, & Voss. tertio. *caesis* Reg. recent. Sed *cassum* exhibet clare Marpurg. cum Hortensii margine. Lucret. L. IV, 369. *lumine cassus aer.* Vide Cerdam ad Virgil. L. II. Aen. 85.

- - - - *nunc cassum lumine lugent.*

Saepius hanc vocem restituit Heinsius. Inspice ad Ovid. L. V. Met. 482. VI. Fast. 406.

764 SOMNIQUE FURENTES] Canterus Novarum Lect. L. III. cap. 2. *Somnoque fruentes Thes.* PULMANN. Sane non magnopere fruebantur somno i. voluptatem cum utilitate conmixtam ex somno capiebant, si versabant in pectore pugnam Thessalicam. Optime Lucanus somnis furentibus, & vesana quiete eos agitatos esse dicit, qui &c. Vide seqq. Ut hic victoribus *furentem* stimulis scil. Eumenidum dat somnum, ita Corneliae *timidum* adscribit Lib. VIII, 43.

- - - - *tristes praesagia curas*
Exagitat, trepida quatitur formidine somnus:
Thessaliam nox omnis habet.

Sollicitos somnos dixit supra vs. 8.

765 MISERI] Miseri ipsi versant; si *miseris*, quies versatur. SCHOL. Ut scilicet jungamus *somnique furentes versant miseris.* &c. *Miseris* habet Voss. sec. *misero* Voss. quart. a m. sec. Quaedd. Edd. veteres etiam delent distinctionem post *furen-*

Ingemuisse [a] putem campos, terramque nocentem
Inspirasse animas, infectumque aëra totum
Manibus, & superam Stygia formidine noctem.
Exigit à meritis [b] tristes victoria poenas.
Sibilaque, & flammas infert sopor: umbra peremti
Civis adest: sua [c] quemque premit terroris imago.
Ille senum vultus, juvenum videt ille [d] figuras:
Hunc agitant totis [e] fraterna [f] cadavera somnis:
Pectore in hoc pater est, omnes in Caesare manes.
Haud alios, nondum Scythica purgatus in ara,
Eumenidum [g] vidit vultus [h] Pelopëus Orestes:

Nec ma-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *putes. putant* VV. LL. Steph. *putat* P. I. b *tristis* R. pr. W. c *quaeque* Ed. Hort. d *figuram* B. I. V. I. e *seva* H. f *pericula* VV. LL. Steph. g *vadis* VV. LL. Steph. *vuls vid.* Marp. h *Pelopejus Horestes* MSS. & Edd. qdd.

rentes. Mihi magis vulgata distinctio adridet.

765 PECTORE] Mscr. *pectora*, mendose. BERSMANN.

766 INVIGILAT] Hoc enim in somniis vident, quod per diem admisere crudeliter. SCHOL.

768 INGEMUISSE PUTES C.] Passim secundam personam subjunctive adhibent, pro incerto, & quovis homine. L. VIII, 147. *mutare putares.* consule viros doctos ad Petron. c. 108. Vellej. L. II, 25. Justin. L. II. c. 12. *Ut in muliere virilem audaciam cerneres.* quo loco motus eodem capite illic legere mallem, *ut intelligeres, quam nullae essent hominum adversus Deos vires.* vulgo *intelligeret.* Hic tamen tres Codd. Pulm. unus Bersm. & mei octo, inter quos praestantissimi, cum Ed. Ven. Mic. & Hort. habent *putem* ex persona poëtae, qui posset dicere *putes*, si ipse illos tumultus furiarum vidisset. Nunc *putem*, ait rectius, & dat caussam consternationis illorum. Quia scilicet umbrae occisorum impleverunt totum aëra, ruptis cum gemitu (ut solet in tali re! Vide ad L. III, 10.) terris.

769 INSPIRASSE] Occisorum animas ad superos remeasse, quae exercitarent eos, à quibus fuerant interemti. *Noctem* sc. infectam esse. SCHOL.

769 INFECTUM] *Infestumque* Msc. vitiose. (*confectumque* Reg. uterque, Voss. prim., BERSM.

770 SUPERUM] Mscr. quatuor *superam* h. e. tenebras superioris hemisphaerii. IDEM. Bene *superam* in textu restituit Grotius, ut habent omnes MSS. & Edd. veteres. *Superum* à Colineo ortum est, quem Steph. Gryph. &c. secuti sunt; *Supera nox est*, quae super terras est, quae *superae* dicuntur inferorum respectu. Latius de hac voce egimus ad L. III, 712. Adde Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. VII, 259. Virg. Aen. VI, 128. Senec. Hippol. 145. Claud. R. Pros. I. in f. &c.

771 MERITIS] MISERIS Msc. Plaut. *nihil est miserius, quam animus hominis conscius.* BERSM. Unus item Pulm. Voss. sec. & prim. pro var. lect. *miseris.* vs. 784.

Et quantum poenae misero mens conscia donat.

771 VICTORIA] Ipsa victoria poenas sumebat à victoribus. SCHOL.

772 SIBILA] Scilicet, ut agitari Furiis viderentur. IDEM.

776 OMNES] Singuli, inquit, singulos videbant; Caesar autem universos. IDEM.

777 IN ARA] Sc. ab Diana. Orestes furens in Taurica regione à sorore Iphigenia Dianae Scythiae Sacerdote sanatus asseritur. Nam in Aulide (*illo* MS.) Iphigenia sublata est; cum in locum ejus esset cerva supposita. IDEM. *Voss. sec.* In primo alia multa habentur, sed manu recentiore adtexta.

780 DESISSET] Scil. insanire. Acute dictum, *cum desisses.* Majorem enim furorem habuit, cum resipuit; quia tunc se parricidium fecisse cognovit. SCHOL. *Descisses.* à sanitate mentis decessisset. Mscr. *desisset*, mendose. BERSM. *Desisset Agave.* Ita rescripsimus pro *descisses.* Non magis externati erant, aut Pentheus, cum Agave fureret, aut ipsa Agave cum furere desiisset, & scelus suum agnosceret. GROT. Ed. pr. Probat hanc nostram emendationem MS. P. IDEM. Ed. sec. Probat

Nec magis adtonitos animi ſenſere tumultus,
[a] Cum [b] fureret, Pentheus; aut, cum deſiſſet, [c] Agave.
[d] Hunc omnes gladii, quos aut Pharſalia vidit,
[e] Aut [f] ultrix viſura dies, ſtringente Senatu,
Illa nocte premunt: hunc infera monſtra flagellant.
Et quantum miſero poenae mens conſcia [g] donat,
Quod Styga, quod manes, [h] ingeſtaque [i] Tartara ſomnis,
Pompejo vivente, videt! Tamen omnia paſſo,
Poſtquam clara dies Pharſalica damna retexit,
Nulla loci facies revocat feralibus arvis
Haerentes oculos. cernit propulſa [k] cruore

Flu-

Variae Lectiones.

a *dum*, *dum* A. b *fugeret* B. 1. c *Agava* W. d *nunc* V. 1. e *haud* V. 1. f *victrix* P. 2. B. 1. R. 1. V. 1. g *dedit* W. h vulgo *infeſta*. i *corpora* P. 1. R. pr. W. M. k *furore* O. 1.

bat & ſecutus ut ſaepe Lucani ἐπίτομα Papinius:

- - - - - *cum laſſa furorem*
Vicit & ad comitum lachrymas expavit Agave.

Et alibi:

Penthea jam fractis genitrix Cadmeïa thyrſis,
Jam dimiſſa deo, pectusque adoperta cruentum
Inſequitur planctu.

Quare & quod praeceſſit, *cum fureret*, eſt ἀπόζευγμα & ex poſteriori ſupplendum *Agave*. GROT. Ed. tert. Egregie ita correxit Grotius; quod non intellexit in ſuo Cod. inventum Berſmannus. Hanc emendationem non tantum fortiter confirmat optimus Scholiaſtes; ſed etiam MSS. mei ſeptem vel octo, in quibus praeſtantiſſimi Voſſiani, & Regii. *Dediſſet* Witt. & Amſt. alii *diſciſſet*, *deciſſet*. &c. *d ſeruiſſet* Pulm. unus. *Deſiſſet*, pro varia lectione in margine jam poſuit Hortenſius; nam quod Aſcenſium olim ita excudiſſe dicat Ill. Rutgerſius L. 1. Var. LL. c. 12. in eo fallitur. Edidit, & expoſuit *deſciſſet* i. male ſciviſſet, deſipuiſſet. Ipſe autem corrigit *aut deſaeviſſet* ex L. v, 303. *nec, dum deſaeviat ira*, ſed omnino probum eſt *deſiſſet*; quod verbum eodem modo corruptum fuit apud Claudian. L. 11. in Eutrop. 526.

Et rabiem deſiſſe dolent.

ubi conſulatur N. Heinſius, qui ibi quoque hanc Grotii emendationem probat, quam puto Scholiaſtae ab illo deberi.

782 Stringente Senatu] Dicit illum diem, quo in Senatu occiſus eſt à Bruto, & Caſſio, & reliquis multis Senatoribus. SCHOL.

784 Et quantum] Admirando. IDEM. Cum quadam indignatione. Atque ita ex MSS. legi rurſus curavit Grotius. Vulgo enim erat *heu*, exceptis Edd. Rom. & Parm. *Heu* eſt in uno Regio, & Oxon. in Marp. *Ha*. in Oxon. primo *En*. In ceteris &, recte. Vid. ad L. v, 58. dein repoſui ex primis editis, & MSS. plurimis, optimiſque *miſero poenae* pro *p. miſ.*

784 Mens conscia] Hoc loco oſtendit, poenam nocentibus non extrinſecus naſci; ſed de propria mente deſcendere: nam ipſa eſt. quae efficit inſanire; ut ait Cicero pro Roſcio (Amer. 624.) *ſuae malae cogitationes, conſcientiaeque animi terrent. Has* (*haec* MSS.) *ſunt impiis adſiduae, domeſticaeque Furiae* (*ferae* MSS.) SCHOL.

785 Ingestaque Tartara somnis] Sic, non *infeſta*, ut vulgo fit, jubent conſtanter legi MSS. omnes Steph. Pulm. Berſm. & mei cum Edd. Rom. Parm. & Omniboni. Quod monuit jam ingenioſiſſimus Heinſius ad Claudian. Lib. 111. R. Proſerp. 81.

Nuncia materno facies ingeſta ſopori.

ubi omnino conſule, uti & Barthium p. 457. MSS. etiam Cantabr. eodem modo ſcribunt, monente Clar. Waſſio, qui etiam ita legit, additque locum Macrob. L. 1. Somn. Scip. c. 1. *Rerum facies non diſſimilia ſignificans à Tulliano Scipione ter quietem ſibi ingeſta narratur.* Statius L. vi. Theb. 465.

- - - - - *bacchatur utriſque*
Tiſiphone caſtris, fratrem huic, fratrem ingerit illi,
Aut utrique patrem.

Seneca Epiſt. xii. *Ingerere alicui Epicurum.*

786 Vivente] Nam pejora pateretur etiam, ſi & Pompeji umbra ad eum veniſſet. SCHOL.

787

Flumina; & excelſos [a] cumulis aequantia colles
Corpora, ſidentes in [b] tabem [c] ſpectat acervos,
Et Magni [d] numerat populos: epuliſque paratur
Ille locus, vultus ex quo, facieſque [e] jacentum
[f] Agnoſcat. juvat, Emathiam non cernere terram,
[g] Et luſtrare oculis campos, ſub [h] clade latentes.
[Fortunam, Superoſque ſuos in ſanguine cernit.]
Ac, ne laeta furens ſcelerum ſpectacula perdat,
Invidet igne rogi miſeris, coeloque nocenti
Ingerit Emathiam. non illum Poenus humator
Conſulis, & Libyca ſuccenſae lampade Cannae

Compel-

VARIAE LECTIONES.

a *cumulos* V. ſec. a m. pr. b *tabe* V. 1. R. 1. c *exſpectat* B. 1. d *pop. n.* B. 1. e *jacentes* P. 1. B. 2. non male. V. ad L. VI, 542. *jacentem* Ed. Ven. Par. f *agnoſcas* Ed. Hort. g *luſt. & camp. oc.* B. 1. *ſed l.* B. 1. h *caede* Marp.

787 PHARSALICA] Reg unus, Amſtel. Edd. Rom. Parm. Pariſ. 1512. aliaeque *Pharſalia*; uti & vſ. 823. VIII, 14. *Pharſalia caſtra* 514. *Pharſalia rura. Philippii campi* Vell. II, 86. ſed vide ad L. II, 49. III, 454. & ſaepiſſime.

789 OCULOS] i. e. Caeſaris, cum crudele ſpectaculum videre non horreret. SCHOL.

591 SIDENTES] Putreſcentes, deficientes. *numerat* in cadaveribus ſcilicet. IDEM. Mſcr. *fidentes*, corrupte. alii *depreſſos*. Manantes ſanie dicit, & putreſcentes. BERSM. Unde Sulpitius, Aſcenſ. Micyll. & Hortenſ. habeant *depreſſos*, expiſcari non poſſum. Gloſſa certe eſt ☧ *ſidentes*, quod omnes ſervant MSS.

794 NON CERNERE TERRAM] Ut videri terra non poſſit, cum ſit tecta corporibus. Hoc ſequenti verſu eſt exſecutus. SCHOL. Recte & ex genio Lucani. Recentior gloſſator in Voſſ. ſecundo legit etiam *nunc*; quia ſcil. ibi vicit. Nil muta. Ceterum vide ſimilia in notis Drakenb. ad Silium L. XII, 522.

Hic fluvium, & campos abſcondit caede virorum.

796 FORTUNAM &c.] Deeſt hic verſus in antiquiſſimis libris, Regio primo, Bouhier. Item Voſſ. ſec. tertio, & Wittiano; niſi quod ultimis tribus margini ſit adſcriptus. Quare vehementer ſuſpectus eſt hic verſus, & ſalvo ſenſu commode abeſſe poteſt.

797 AC NE] In Cod. vetuſto *ac ne laeta* &c. Inde *Fortunam Sup.* HORTENS.

798 INVIDET IGNE MISERIS] Non comburit, non ſepelit: & eſt vetus verbi conſtructio, cujus meminit Diomedes. SULPIT. Nam & cum genitivo, *Invideo tibi gloriae:* & cum accuſativo (quod in verſu manſit) *Invideo tibi gloriam*, dici ait. Vide Lib. I. MICYLL. *Igne uri* ſed ſupraſcr. *rogi* eſt in Voſſ. primo.

798 COELOQUE NOCENTI] Ut ſidera videant crimen admiſſum de morte tantorum. SCHOL.

799 HUMATOR] Hannibal ſcilicet, & Poeni hoſtes licet eſſent, ſepelierunt tamen cadavera principum Romanorum i. Paulli Conſulis, qui Punico bello occiſus, ab hoſtibus ſepultus eſt. IDEM.

800 CONSULIS] Tiberius Gracchus Conſul in Lucania à Poenis ab Hannibale eſt ſepultus: cum adhuc ejuſdem Gracchi exercitus armatus ſtaret. Hic autem à Fulvio quodam Lucano hoſpite ſuo per colloquium eſt proditus Poenis. Vel aliter. Poeni cum eſſent hoſtes, tamen ſepelierunt cadavera Romanorum Paulli, & aliorum. IDEM. De Paulo Aemylio dictum accipio; is enim ad Cannas periit. Et hoc ſequentia quoque arguunt, quod addit:

Et Libyca ſuccenſae lampade Cannae.

Succenſas enim *Cannas* συνεκδοχικῶς dicere videtur, pro, accenſo rogo ad Cannas, ſive etiam pro, rogo conſulis, qui ad Cannas periit. Meminit autem hiſtoriae Livius Lib. II. Decad. 3. *Tum ſepeliendi cauſa*, inquiens, *conferri in unum corpora ſuorum juſſit. Ad octo millia fuiſſe dicuntur fortiſſ. virorum. Conſ. quoque Romanum conquiſitum, ſepultumque quidam autores ſunt* &c. Nam Marcellus, de quo quidam hunc locum intelligi poſſe putant, in Apulia, ubi & Hannibalis inſidiis circumventus, atque occiſus fuit, ſepultus traditur. Ut idem Livius lib. VII. Decad. 3. autor eſt. MIC.

Nic

Compellunt, hominum ritus ut servet in [a] hostes:
Sed meminit, nondum [b] satiata caedibus ira,
Cives esse suos. Petimus non singula busta,
Discretosque rogos: [c] unum da gentibus ignem;
[d] Non interpositis urantur corpora flammis.
Aut, generi si poena juvat, nemus exstrue Pindi;
Erige congestas Oetaeo robore silvas;
Thessalicam [e] videat Pompejus ab aequore flammam.
Nil agis hac ira: tabesne cadavera solvat,
[f] An rogus, [g] haud [h] refert: placido Natura [i] receptat
Cuncta sinu, finemque sui sibi corpora debent.
Hos, Caesar, populos si nunc non [k] usserit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti.

Commu-

VARIAE LECTIONES.

a *hoste* V. 1. *hostem* VV. LL. Steph. P. 3. B. 1. Edd. Rom. Parm. Brix. Med. b *saturata* V. sec. pro var. lect. c *verum* Ed. Hort. d *nec* V. 1. e *ut* B. 1. Ox. pr. Edd. Rom. Parm. Ascens. Mic. Hort. f *aut* VV. LL. Steph. B. 2. g *aut* H. h *differt* B. 1. i *recepit* VV. LL. Steph. k *usserit* A.

Nihili sunt, quae de Gracco hic ait Scholiast. *Ingerit Emathiam* interpretor: facit Emathiam unam ex illis terris, quae nocens habent coelum. Vulgo Hypallagen statuunt. pro, *ingerit coelum nocens Emathiae* sive inficit Emathiam.

803 CIVES ESSE SUOS] Ut haec sit caussa non donandae sepulturae; quod scit, eos cives suos fuisse, non hostes. SCHOL.

803 PETIMUS] Verba poëtae quasi pro mortuis rogantis. IDEM.

806 GENERI] Msc. *generis*, male. Si Pompejum majore vis afficere aegritudine. BERSM.

808 AB AEQUORE] Ut haec sit poena Pompeji, si in longinquo positus videat suos concremari. SCHOL.

809 NIL AGIS] Ut tanto cruciatu afficiatur corpus, cum jacuit insepultum. IDEM.

811 FINEMQUE SUI] h. e. postquam interemta fuerint, nihil requirunt; at ipsa sibi finem adferunt, cum tabescunt. IDEM.

814 COMMUNIS] Ut coelum cum terra ardeat, ubi hominum ossa sunt. Ἐκπύρωσιν dicit futuram orbis, & coeli. IDEM.

815 TUAM FORTUNA VOCABIT] MSS. duo Bersm. Voss. sec. & prim. pro var. lect. aliique (V. Burm. ad Phaed. F. 16.) ac Ed. Veneta *locabit*. Non audio. *Vocari* dicuntur homines, quo ire jubentur. Hinc L. III, 336.

Vel cum tanta vocent discrimina Martis Hiberi.

Seneca Agam. 591.

- - Et miseros libera mors vocet,
Portus aeterna placidus quiete.

Herc. Oet. 1916.

- - - - - jam ne Elysias
O gnate, domos, jam litus habes,
Ad quod populos Natura vocat.

Silius L. IV, 510. X, 523.

- - - - - cum fata vocabunt,
Tale precor nobis, salva Karthagine letum.

Plura vide ad Lib. I, 146. Heins. & Drakenb. ad Silium X, 112.

816 EUNT ANIMAE.] *Sunt an.* est in duobus Pulm. Voss. pr. tert. & sec. pro var. lect. Item Regio utroque, Witt. Hulst. & Amstel. *erunt* in duobus Bersm. Edd. Principe, Parm. & Mediol. sed vulgatum tamen recte se habere contra tot MSS. puto. *Eunt* dicit, quia animae, quae hesterna luce è corpore demigraverant, tum in auras ibant, vel potius ad inferos. Aliquos enim dies inpendere huic itineri credebantur. Hesiod. Theogon. 720.

Τόσον &c.
Ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
Ἐκ Γαίης κατιὼν δεκάτῃ ἐς Τάρταρον ἵκοι.

Adde Cerdam ad Virgil. Aen. VI, 579. Hinc noster L. V, 652.

- - dubium est, quod traxerit illuc,
Adspiciat Stygias, an quod descenderit, umbras.

713.

Communis mundo ſupereſt rogus, oſſibus aſtra
Mixturus. quocumque [a] tuam Fortuna vocabit,
Hae quoque eunt animae. non altius [b] ibis in auras,
[c] Non meliore loco Stygia ſub nocte jacebis.
Libera Fortunae mors eſt: capit omnia tellus,
Quae genuit: coelo tegitur, qui non habet urnam.
[d] Tu, cui dant poenas [e] inhumato funere [f] gentes,
Quid fugis hanc cladem? quid olentes deſeris [g] agros?
[h] Has trahe, Caeſar, aquas: [i] hoc, ſi potes, utere coelo.
Sed tibi tabentes populi Pharſalica [k] rura
Eripiunt, camposque tenent, victore fugato.
[l] Non ſolum Haemonii funeſta ad pabula belli
Biſtonii venêre lupi, tabemque cruentae

Caedis

VARIAE LECTIONES.

a *animam* B. 1. b *ibit* R. pr. & V. pr. a m. pr. c *nec* B. 1. d *tum* Edd. Sulp. Aſc. Par. Mic. e *inhumatae* V. ſec. a m. ſec. f *manes* B. 1. *reges* H. g *urbes* A. h *Abſtrahe* P. 2. *Has bibe* B. 1. i *hic* M. *vel* O. 1. Edd. Rom. Parm. k *regna* A. l *nec* V. ſec. Edd. Aſc. Mic. Hort. m.

713.

- - - - modo luce fugata
Deſcendentem animam, primo pallentis hiatu
Haeret adhuc Orci.

Quamquam *ſunt*, non penitus damno.

816 NON ALTIUS] Et hoc dicit. In morte nulla diſcretio eſt. Omnes animae ſimili ſorte retinentur. Non tu quietiorem locum accipies. Dicunt Philoſophi, Elyſios campos in Planetarum conſiſtere circulis. Ideoque dictum eſt, *non altius ibis in auras*, quam rem pleniter Felix Capella proſequitur. SCHOL. *Ires in auras* videtur poëta potius hic dixiſſe propter incertitudinem veterum notiſſimam, an Anima diſſiparetur, & in auras iret, an vero ad inferos mearet: ſive ergo anima eat in auras, non altius ibis in auras, ſive ad inferos, non meliore loco jacebis.

818 LIBERA FORTUNA] A Fortuna. Fortunae mors non eſt obnoxia. Cunctis eſt quippe communis; nam vita fortunae, à qua regitur, mancipata eſt. SCHOL.

818 LIBERA FORTUNAE] Ita cum genitivo dixit auctor L. IV, 384.

- - - - ſuas curarum liber in urbes
Spargitur.

Virgil. Lib. X, 154. *libera fati*: ubi vide Pierium. Senec. Hippol. 492. *Spei metusque liber.* Plena manu conlecta exempla vide apud Cl. Drakenb. ad Silium L. II, 442.

It liber campi paſtor,

Ediderunt autem ſic hoc loco Veneti, Brixiani, Gryph. heredes, Pulm. Berſm. & ſeqq. placet quoque Heinſio ad Silium L. XIV, 630. qui tamen teſtatur, id tantum in tribus eſſe Codd. Eſt etiam in uno Berſm. ſolum, & meis quatuor, vel quinque. Ceteri vetuſtiores ſcripti, & editi *Fortuna*. ut Lib. VIII, 647. *culpâ libera*. Elegantius tamen hic eſt *Fortunae*. Deinde Ill. Heinſius legendum vult *ſors haec* ex conjectura; ſed nullus eum juvat codex; quare licet hae voces frequenter commutentur, ut diximus ad L. V, 773. & alibi. & ſic in Liv. L. XXVIII, 27. *famam mortis meae*, in Voſſ. Cod. eſt *ſortis*, tamen nihil temere hic innovem. *Libera mors.* vidimus modo in Seneca. Mors, ſive mortuus eſt liber à fortuna, adeoque nihil inter eum, & Caeſarem intererit.

819 COELO TEGITUR] Mecoenas (mollis ille, ſatis fortiter *Ed. tert.*) dixerat:

Nec tumulum curo; ſepelit natura relictos.

GROT.

820 TUM] Alia diverſa lectio eſt, *tu*, quae mihi hoc loco quadrare videtur: atque ita duo codices vetuſti diverſis manibus in membranis exarati legunt: ut ſit averſio ad Caeſarem in hanc ſententiam. Tu Caeſar, cui hae gentes poenas dant, (citra interrogationem) quod inhumatae, & inſepultae jaceant, quare deſeris hos agros Pharſalicos, quod cadaverum putredine corrupti aërem infecerint. HORTENS. Hi tres ſequentes verſus abſunt à Codd. Boulıer. & Regio primo. Adſcripti tantum ſunt quoque margini Voſſ. primi, tertii

Caedis odorati, Pholoën liquêre leones.
Tunc [a] ursae latebras, obsceni tecta, [b] domosque
Deseruêre canes, & quidquid nare sagaci
Aëra non sanum, motumque cadavere sensit.
Jamque diu volucres, civilia [c] castra secutae,
Conveniunt. vos, quae Nilo mutare soletis
Threïcias hiemes, ad mollem [d] serius Austrum
[e] Istis, aves. numquam tanto se vulture coelum
Induit, [f] aut plures presserunt aëra pennae.
Omne nemus misit volucres, omnisque cruenta
Alite sanguineis stillavit roribus [g] arbor.
Saepe super vultus victoris, & inpia signa,
Aut cruor, aut alto defluxit ab [h] aethere tabes,
Membraque [i] dejecit, jam [k] lassis unguibus, ales.
[l] Sic quoque non omnis populus pervênit ad ossa,

Inque

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *ursi*. b *domusque* VV. LL. Steph. Ed. Br. V. ad L. VI, 29. & alibi. c *bella* VV. LL. Steph. B. 2. d *segnius* Ed. Paris. Hort. e *itis* B. 1. f *haud* O. 1. g *arbos* P. 1. h *aëre* Hort. m. i *projecit* V. sec. pro var. lect. k *laxis* P. 1. *lapsis* O. 1. l *Hic* W. 2 m. pr. *si* M.

tii, & Wittiani. Qui praestantissimorum codicum consensus non est de nihilo. Nec explicat eos Scholiastes. Nihil tamen temere pronuncio. satis habeo, me monuisse.

823 PHARSALICA] *Pharsalia* Wittian. Reg. rec. Amstel. & unus Bersm. cum. Edd. Rom. Parm. Sulpit. Ascens. Versell. Mic. Hortens. aliisque. V. ad VI. 787.

826 BISTONII] Thracii, quia Mars illic colitur, in cujus tutela sunt lupi, ursae, & ursi. SCHOLIAST.

828 URSAE] Sic rescripsi pro *ursi* fide variarum lectionum Steph., duorum Codd. Pulm. unius Bersm. utriusque Regum, & quatuor vetustissimorum Vossii. Dein *obscenae* est in Var. LL. Steph. duobus item Pulm. uno Bersm. & Voss. pr. sec. quarto. ut Virgil. L. I. Georg. 470.

Obscenaeque canes, inportunaeque volucres.

Et in eadem re infra L. IX, 141.

- - *Phariaene canes avidaeque volucres*
Distulerint.

Consule Heinsium ad Ovidii Metam. L. XV, 797. III, 140.

- - - *canes satiatae sanguine herili.*

& quae diximus ad L. I, 548.

- - - - - *flebile saevi*
Latravere canes.

ubi eadem varietas.

830 SENSIT] Ita reposui pro *sentit*, quod Grotius praetulerat cum Edd. Ven. Brix. & Med. & habent pauci MSS. Magno numero meliores *sensit* tum scilicet post cladem. Vitiose haec leguntur apud Lutat. *motum cadavera sentit*, ad Statii Theb L. IX, 27.

- - - - - *catervae*
Incestarum avium, longe quibus aura nocentem
Aëra, desertasque tulit sine funere mortes.

Et ut nihil est tam absurdum, quod non committunt librarii, *que* deest etiam in Amst. & *cadavera* in Hust.

831 VOLUCRES] Ubicumque exercitus est, ibi sunt volucres. SCHOL.

834 AVES] Grues dicit, quae in initio hiemis à Thracia in Libyam veniunt, quae Libya non longe ab Aegypto, & Nilo separata est. *Serius*. dum praedam de cadaveribus exposcitis. IDEM.

834 NUMQUAM TANTO SE] *Nusquam* Msc. non male. BERSM. *Nusquam* legit Modius Nov ant. LL. Ep. 24. Sed contra MSS. praeter Bersm. unum, nil mutare opus est Dicit, numquam tot aves uno loco simul adparuisse, quam nunc in Pharsalicis campis. *tanto se* autem exprimi curavi, jubentibus MSS fer: omnibus, & Edd. priscis, non *se tanto*. de verbo *induit* vid. Barth. ad Claud. IV.

Cons.

Inque feras [a] discerptus abit: non intima curant
Viscera, nec totas [b] avide sorbere medullas:
[c] Degustant artus. Latiae pars maxima turbae
Fastidita jacet; quam sol, [d] nimbique, diesque
Longior Emathiis resolutam miscuit arvis.
[e] Thessalia, infelix, quo tanto crimine, tellus,
Laesisti Superos, ut te tot mortibus unam,
Tot scelerum fatis [f] premerent? quod sufficit aevum,
Immemor ut donet belli tibi damna vetustas?
Quae seges infecta [g] surget non decolor herba?
Quo non Romanos violabis vomere manes?
Ante novae venient acies, [h] scelerique secundo
Praestabis nondum siccos hoc sanguine campos.
Omnia majorum vertamus busta licebit,
Et [i] stantes tumulos, & qui radice vetusta

Effudêre

VARIAE LECTIONES.

a *disceptus* R. pr. *discretus* V. 1. b *avidae* W. M. Ed. Aldi rectius. *audent* H. c *degustantque* P. 3. B. 2. V. 3. R. 1 M. Edd. Rom. Parm. Sulp. Ascens. Vers. Mic. Hort. aliaeque. d *nimbusque* VV. LL. Steph. P. 2. e vulgo *Thessalica*. *Thessaliae* P. 1. M. f *premeres* O. 1. g *surgat* B. 1. h *scelique* H. i *stantis* V. 1.

Conf. Hon. p. 534. *sese annus induit.* praeterea non inepte Wittii Codex habet *texerunt aethera pennae*; ut alibi.

834 SE TANTO] Mscr. duo, & libri quid. *tanto se vulture coelum.* Tot vulturibus obtectum fuit, qui cadavera futura triduo praesentiunt, teste Plinio. BERSM.

837 SANGUINEIS RORIBUS] Ut Virgilius.

- - *spargit rapida ungula rores*
Sanguineos.

SCHOL. *Cruentos rores* ait Stat. L. II. Theb. 674. *diros rores de sanguine* infra L. IX, 701.

841 SIC QUOQUE] Cum ab avibus manderetur. SCHOL.

845 FASTIDITA] Invidiose dictum; ut fastidiant canes, & aves cadavera Romanorum, nec sic tamen accipiant sepulturam. IDEM. V. Lutatium ad Stat. IX. Theb. 301.

847 THESSALIA] Ita malui cum MSS. meis decem, & aliis, quam *Thessalica*. quod Grotius dederat ex tribus Pulm. & uno Bersm. ac Edd. Veneta, & Aldi: Adpositio est vulgaris *Thessalia infelix tellus.* vel *Thessalia tellus*, ut L. VIII, 249. *Pamphylia tellus.* Sic *Graecia tellus*, *Thracia tellus*, & similia passim. Vide ad Silium XVI, 180. & infra ad Lib. IX.

847 INFELIX] Finit epilogum querelis. SCHOL.

847 QUO TANTO] Ut Latinum sit, non tamen valde placet. Variae lectiones Steph. habent *quid*. quod praeferrem. *quae* Witt. *tantum* Vossiani tres vetustissimi, Amstel. & primus Pulm. *tantum* i. adeo laesisti.

851 INFECTA] Scilicet de tabe, & sanguine. SCHOL.

853 ANTE NOVAE] Antequam aut vetustas tabe haec belli damna caedat, aut seges non infecta nascatur, novae venient acies. Postea enim apud Philippos in Macedonia bellum civile gesserunt Brutus, & Cassius contra Augustum. IDEM.

856 RADICE VETUSTA] Quas innatae (*surgentes* Voss. pr.) arbores dissiparunt. IDEM. Caprifico, quae in sepulcris de epate hominis enata etiam saxa penetrat. unde Martialis.

Marmora Messalae findit caprificus.

Alii radicem exposuerunt materiam, unde exaedificata essent busta. BERSM. Vide Comment. Totum hunc locum citat Priscian. c. 1028. Adumbrata haec videntur ex Virgilio L. I. Georg. 490.

Romanas acies iterum videre Philippi;
Nec fuit indignum Superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Haemi pinguescere campos.
Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis
Agricola, incurvo terram molitus aratro
Exesa inveniet scabra robigine pila,
Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanis,
Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris.

Effudêre fuas, victis compagibus, urnas;
[a] Plus cinerum Haemoniae fulcis telluris [b] aratur,
Pluraque [c] ruricolis feriuntur dentibus offa.
Nullus ab Emathio religaffet litore [d] funem
Navita, nec terram quifquam [e] moviffet arator,
Romani buftum populi; fugerentque coloni
Umbrarum campos; gregibus dumeta carerent;
Nullufque anderet pecori [f] permittere paftor,

Vel-

VARIAE LECTIONES.

a Tranfponuntur hi verfus in V. fec. b *aratri* Edd. Rom. Parm. c *ruriculis* V. 1. d *puppem* B. 1. e *noviffet* A. f *committere* B. 1.

856 STANTES TUMULOS] Tam integros adhuc tumulos, quam vetuftate collapfos. GROT.

858 PLUS CINERUM] Hoc dicit. Plus cineris, quam pulveris habere coepit Theffalia, & Haemoniae fulcis cineris plus aratur, quam telluris, aut fic accipimus. Plus cineris aratur in Theffalia, quam poffint urnae (*umbrae* Voff. pr.) habere majorum. SCHOL. Unice vera eft prima explicatio. licet omnia bufta eruamus, tamen plus cinerum aratur &c. ut bene exponunt reliqui interpretes.

860 NULLUS] Σύγχυσις. Totus pendet hic fenfus ufque ad illum verfum, *fi non prima nefas* &c. SCHOL.

861 MOVISSET ARATOR] *Aratro* Voffiani quatuor, Regius prim. a m. pr. Pulm. tres, unus Berfm. & Hort. margo. Parum refert. Nam *movere terram* fimpliciter, & *movere aratro* pro arare poetae paffim adhibent. Ovid. L. III. Metam. 102. Virgil. L. I. Georg. 123. II, 316. ubi vide La Cerdam.

862 BUSTUM] Ipfam terram *buftum* dicit Romani imperii. SCHOL.

866 SOLIS INIQUI LIMITE VEL GLACIE] Κεκαυμένην dicit plagam, quae inhabitabilis, aut illas, quae frigidae funt, quae & ipfae inhabitabiles funt. Talis, inquit, haberetur Theffalia, fi fola civili effet maculata certamine. IDEM.

867 IGNOTA] In Voffiano fec. pro var. lect. eft *ignava* i. fteri is. *Ignava arbor* Virg. L. II. Georg. 208. *Iners gleba* ibid. 92. & alibi. Nifi malis inde legendum conjicere *ignara* paffive pro incognita, ut faepe Salluftius, Tacitus, aliique locuti funt. Confule Cort. ad B. Jug. c. 93. Heinfium ad Ovid. Metam. VII, 673.

Adfpicit, Aeoliden ignara ex arbore factum
Ferre manu jaculum.

vulgo *ignota*.

868 SI NON PRIMA &c.] Ordo eft: nullus ad te acceffiffet, aut araffet, & reliqua nullus feciffet, nifi de hoc minus fugienda videreris, quia non te folam macularant bella civilia, fed primam. SCHOL.

869 NOCENTES] Nam eos omnes facitis nocentes; facitis, ut omnes non poffimus odiffe. IDEM. Quia fcilicet totus mundus eft nocens; Facite ergo, ut aliquas poffimus odiffe, non omnes. Male in Marpurg. eft *nefandas*. vf. 692. *Et ceu Munda nocens*. 768. *terramque nocentem* L. IX, 81.

- - - - *terraeque nocenti*
Non haerere queror. nocens Aegyptus L. X.

Stat. L. XI. Theb. 134.

- - - *vifufque nocentibus arvis*
Abftulit.

Alio quoque loco id monendum habui.

870 ABSOLVITIS ORBEM] Dum enim totum orbem nocentem facitis, crimen ejus abfolvitis, quia ubique pollutus eft. SCHOL. *Solvitis* liberatis culpa, ait Sulpitius, recte meo judicio, nam diverfa lectio eft *abfolvitis orbem*. HORTENS. Sulpit. fcilicet, Afcenf. Micyll. & Hortenf ediderunt *folvitis*; uti eft in uno Pulm. Berfm. Voff. pr. Regio pr. utroque Oxon. Amft. & meo. quod melius obponeretur τῷ *premitis*. Sed *folvere* tam fimpliciter pofitum in hac fignificatione, vix audeam recipere. *Abfolvere* frequens eft. Forfan in eodem fenfu dixit Lib. II, 250. *abfolvere bellum*. Gloffae Voff. primi exponunt *folvitis i. perditis*. quod non intelligo. Dein in MSS. & Edd. multis eft *Pachinni* vel *Pachini* vitiofe. Graece Πάχυνος, feu Πάχυνον, & corripuit fecundam Dionyfius.

871 UNDA PACHYNI] In Sicilia enim adverfus Sextum Pompejum Pompeji filium dimicatum eft. SCHOL.

872 MUTINA] Civitas Italiae, (deeft in Voff. pr.)

Vellere surgentem de [a] nostris ossibus herbam:
[b] Ac, velut inpatiens hominum, vel solis iniqui
Limite, vel glacie, [c] nuda atque ignota [d] jaceres;
Si non prima nefas belli, [e] sed sola tulisses.
O Superi, liceat terras odisse nocentes.
Quid totum premitis, [f] quid totum absolvitis orbem?
Hesperiae clades, & flebilis [g] unda Pachyni,
Et [h] Mutina, & Leucas puros fecêre Philippos.


VARIAE LECTIONES.

a *vestris* M. b *at* B. 1. M. c *nulla* Edd. Br. Med. d *taceres* V. sec. pro var. lect. e *nec* V. sec. f *qui* B. 1. g *ora* B. 1. male. V. ad L. VI, 814. h *Mutinae* Ox. 1.

pr.) ubi adversum Gneum Pompejum Pompeji filium (desunt *P. fil.* in V. pr.), dimicatum est. SCHOL. Turpiter haec ita leguntur in Scholiaste; vel enim scribendum *adversum Antonium*, vel forsan olim Scholiastes legit *Munda*; delendumque foret *Italiae*. De Munda Hispaniae sic posita vs. 692. vide. Sed *Mutinae* in Gallia Cisalpina morte Hirtii, & Pansae nobilis meminit noster L. 1, 41.

His, Caesar, Perusina fames, Mutinaeque labores
Accedant fatis; & quas premit aspera classes,
Leucas; & ardenti servilia bella sub Aetna.

872 LEUCAS] In Actiaco adversus Antonium. *Puros.* Societate sui scilicet criminis copulata. SCHOL. Respectu majorum etiam cladum.



M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE.

LIBER OCTAVUS.

Jam ſuper Herculeas; [a] *quo fugit, denotat, atque*
[b] *Quid dixit* [c] *Magnus;* [d] *quid, quando quaerere* [e] *Parthos*
Conſuluit. Sed caſſa fuit ſententia Magni.
Parſque [f] *ſecunda notat, Pompejum morte peremtum*
Indigna Phariis. pars ultima [g] *datque ſepulcrum.*

Jam ſuper Herculeas fauces, nemoroſaque Tempe,
Haemoniae deſerta petens diſpendia ſilvae,
Cornipedem, exhauſtum [a] curſu, ſtimuliſque [b] negantem,
Magnus agens, incerta fugae veſtigia turbat,
Implicitaſque errore vias. pavet ille fragorem
Motorum [c] ventis nemorum; comitumque ſuorum
Qui poſt terga [d] redit, [e] trepidum, laterique timentem
Exanimat. quamvis [f] ſummo de culmine lapſus,
Nondum vile ſui [g] pretium ſcit ſanguinis eſſe,

Se-

VARIAE LECTIONES.

a *curſus* Ox. I. *curſum* V. I. b *negatum* VV. LL. Steph. Ox. pr. c *a vent.* V. I. Ed. Br. d *venit* Ed. Grot. & Hack. e *trepidumque* Ed. Ven. *trepido* V. ſec. pro var. lect. f *lapſ. de culm. ſ.* B. I. g *facinus* B. I. V. ſec. a m. pr.

a DEFUGIT] Meus.

b QUI] Amſt.

c MULTIS] Meus, & Amſt. deeſt in Barth. uti & ſeq. *quid.*

d QUOD MIHI Q.] Amſt.

e PORTUS] Barth.

f SERA] Amſt. Barth. Cod. interponit ante hunc verſum. *Altera pars exitium tibi, Magne, paratum.*

g FACTA SEPULCRO] Barth.

1 FAUCES] Inter montes Oſſam, & Pindum, quos Hercules aperuit, vel ſeparavit. SCHOL. V. L. VI, 348.

3 STIMULISQUE NEGANTEM] Etiam ſtimulis urguentibus agitatum, curſum negantem. SCHOL. Sic Statius Hercule Sarrentino:

\- - - *& ſaxa negantia ferro.*

Et II. Thebaidos:

\- - *attamen illi Membra negant.*

GROT. *Ed. tert.* Non ſubintelligitur *curſum*, ſed *obſequi*, *cedere*, ſive aliud tale. Conſule omnino magnum Gronov. ad Statii Silv. Lib. IV. c. 45. p. 298.

4 TURBAT] Hypallage, pro, turbatus incertis veſtigiis fugae. SCHOL.

5 IMPLICITASQUE ERRORE VIAS] *Que* carent unus Berſm. Hulſt. & meus cum Edd. Brix. Med. an ſcripſit auctor *implicitis errore viis?* Turbat veſtigia incerta per multiplices errores, ut inſequentes

Seque, memor fati, [a] tantae mercedis habere
Credit adhuc jugulum, [b] quantam pro Caesaris ipse
Avulsa cervice daret. deserta sequentem
Non patitur tutis fatum celare latebris
Clara viri facies. multi, Pharsalica [c] castra
Cum peterent, nondum fama prodente ruinas,
Occursu stupuêre ducis, vertigine rerum
Adtoniti: cladisque suae vix ipse fidelis
[d] Auctor erat. gravis est Magno, [e] quicumque [f] malorum
Testis

VARIAE LECTIONES.

a *tantum* VV. LL. Steph. b *quantum* vulgo. c *rura* B. 1. d *actor* B. 1. e *cuicumque* V. 1. pro var. lect. f *laborum* V. pr. W. non male. V. ad v, 481.

tes nescirent certum ejus iter. Male Scholiastes statuit, Hypallagen his verbis inesse.

5 PAVET ILLE FRAGOREM &c.] Virgilius.

Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
Suspensum.

SCHOL. Sui oblitus auctor, in fuga facit Pompejum timidum; cum tamen dixisset Lib. VII, 677.

- - *Tunc Magnum concitus aufert*
A bello sonipes, non tergo tela paventem,
Ingentesque animos extrema in fata ferentem.

De fugientis terrore, ex sonitu aurae agitato vide Virgil. Aen. II, 730. &c. Stat. X. Theb. 382. Sil. Ital. VI, 58. Claudian. II. in Eutrop. 451.

6 NEMORUM; COMITUMQUE SUORUM QUI] Ita distinguere malui, quam ut vulgo solent jungentes *fragorem nemorum comitumque.* Quicumque de comitibus ipsius post terga advenit, eum exanimat, verentem, ne hostis sit.

7 QUI POST TERGA REDIT] Qui codices legunt, *ferit*, respiciunt fragorem à tergo sonantem. Quidam codices legunt, *redit*. Sed eodem tendit. HORTENS. Sulpitius, & Micyllus legunt *ferit*. Sed contra MSS. Ceteri usque ad Grotium exhibent *redit*, sc. à fuga, vel simpliciter pro, *venit*, *sequitur*, ut Bersmann. exponit, & habent MSS. longe plurimi. Non raro quidem *redire* ponitur pro *venire*; sed potius cum de re, quam de personis mentio est. Apertum autem mihi esse videtur, Lucanum loqui de quovis Pompejano, qui fugientem Pompejum à tergo sequitur, & adsequi conatur, ut ducem comes. Nec placet tamen lectio Grotii, qui tacite reposuit *venit*, ut est in uno Pulm. Regiis, Marp & Oxon. uno, sed quae vox manifeste est glossa; pro qua eam habet quoque Voss. prim. & pro var. lect. Voss. secund. Putem omnino, auctorem scripsisse *ruit* i. e. magno cum inpetu adproperat, verbo perquam fugae proprio. *Ruere portis* & similia passim. Sic *qua data porta ruunt* apud Virgil. alibi quoque *redit* & *ruit* confunduntur. Lib. VII, 404. pro *ruitura* in meo Cod. est *reditura.*

9 NONDUM VILE] Scit adhuc pro gloria ab hostibus accipi, si jam miser factus Pompejus tamen esset occisus. SCHOL.

9 NONDUM VILE &c.] Sed maximum, inquit *Sulpit.* Amphibologia est. Incertum est, utro, *nondum*, sit referendum, ad verbum *scit: nondum scit*, ut sit oratio negativa, an, ad adjectivum, *vile*, ut sit affirmativa. ut exponit Sulpit. Pompejus scit, sanguinis sui pretium, nondum esse vile. An sic potius, nondum novit Pompejus sanguinis sui pretium esse vile, quod in Aegypto à spadone & Achilla regio praefecto, & L. Septimio Trib. milit. qui bello piratico sub Pompejo ordinem duxerat, interficeretur. Utrum velit lector sequatur. HORTENS. Ex seqq. satis patet, *nondum vile pretium sanguinis* jungenda esse.

10 FATI] Cujus fuit ante bella civilia. SCHOL.

11 QUANTAM] Ita malo cum MSS. praestantissimis Voss. pr. sec. Regio utroque, & Bersm. uno: *quantam mercedem* scil. ipse daret: licet sciam, vulgatum *quantum* etiam posse defendi. Superiore libro vs 456. pro *quantam* in nonnullis MSS. erat *quantum*. Dein rursus *Pharsalia* est in Marp. & Amst. cum Edd. Aldi, Veriell. & Hortens. Marg. V. ad L. VII, 787. &c.

13 NON PATITUR] Hoc est, quia erat omnibus cognitus, latere non poterat. SCHOL.

15 CUM PETERENT] Nescientes scilicet adhuc, Pompejum esse superatum. IDEM.

16 OCCURSU] Unus Bersm. Cod. habet *occursum*; quod notandum. Solent enim poetae *ad* stu-

Teſtis adeſt. [a] cunctis ignotus gentibus eſſe
Mallet, & obſcuro [b] tutus tranſire per [c] urbes
Nomine: ſed [d] longi poenas Fortuna favoris
Exigit à miſero, quae tanto pondere famae
Res premit adverſas, [e] fatiſque prioribus urguet.
Nunc feſtinatos nimium ſibi [f] ſentit honores,
[g] Actaque lauriferae damnat Sullana juventae.
Nunc & Corycias claſſes, & Pontica ſigna,
[h] Dejectum meminiſſe [i] pudet. ſic longius aevum
Deſtruit [k] ingentes animos, & vita ſuperſtes
Inperio. niſi ſumma dies cum fine bonorum

Ad-

VARIAE LECTIONES.

a *cunctiſque* B. 1. b *totas* V. 1. c vulgo *orbem.* d *poen. longi* MSS. multi. Hort. m. e *factisque* V. 2. Cantabr. f *ſenſit* B. 1. W. R. 1. Edd. Gryph. Pulm. Berſm. g poſtponitur hic verſus ſequenti in V. ſec. h *devictum* B. 1. *detectum* V. ſec. pro var. lect. i *piget* vulgo. k *ingentis* V. pr. R. pr.

ſtupere accuſativum caſum jungere. Vide, quae conlegit Cl. Drakenborg. ad Silium L. v, 502.

- - - - *ſtupet ipſe tyranni*
Fortunam Libyci Mavors.

17 VIX IPSE] Cum ipſe fugiens videretur, vix ei credebatur, quod fugiſſet. SCHOL.

18 QUICUMQUE MALORUM TESTIS] Pudorem incutit Magno, quicumque novit, Pompejum eſſe, qui iſta patiatur. IDEM.

20 PER URBES] Hoc reſtitui ex MSS. tam Pulm. & Berſm. quam meis optimis, plurimisque, ac Edd. priſcis. Sulpitius dedit primus *orbem*, & ex eo Ald. Col. Steph. Gryph. Pulm. & ceteri.

21 POENAS] Tantum Fortuna ei nocuit adverſa, quantum ſecunda (*proſpera* Voſſ. pr.) praeſtitit. SCHOL.

22 PONDERE FAMAE] Quod nobilem hominem gravius conſuevit adfligere. IDEM. Claudian. ſec. Conſ. Stil. 79. *venerabile famae pondus.* ubi vidend. Barthius.

23 FATISQUE PRIORIBUS URGUET] Ut ſibi aequet miſeriam felicitas antecedens; ſive dum praeteritae reminiſcitur felicitatis. SCHOL.

24 NIMIUM FESTINATOS] Quos puer meruit, ut ad felicitatem velociter perveniret. Nam de Domitio, & Africanis (*clepianis* MS.) fugitivis, annos XVIII. (XXIV. leg.) natus triumphavit. Ideo dictum *nimium feſtinatos.* IDEM.

25 ACTAQUE DAMNAT SULLANA] In Sullanis enim caſtris fuit, ut ipſe in primo ait.

Et docilis Sullam ſcelerum viciſſe magiſtrum.

IDEM. Ut ergo *acta Sullana* notarent acta Pompeji, quae ſub Sulla militans geſſit. Sed vide, num *acta Sullana* ſint acta lauriferae juventae, per Sullam, ſua triumphi negatione, nobilitata, ſive ea acta, quae olim Sulla damnabat, nunc vero ipſe damnat. Sunt viri docti, qui putant, locum eſſe emendandum hoc modo.

Actaque lauriferae, Sullae damnata, juventae.

vel etiam

Actaque lauriferae condemnat, Sulla, juventae.

ut per apoſtrophen ad Sullam ſe convertat poëta. Perpendat locum latius judicioſus lector: ſimpliciſſima eſt explicatio; acta, quae ſub Sulla, ejuſque tempore egit, tam res proſpere geſtas, quam triumphos.

26 CORYCIAS CLASSES] In Coryco enim civitate piratas, quos illic vicerat, colere rura praecepit. SCHOL. *Voſſ. ſec.* Errat Scholiaſtes; cum Corycus ſit mons, & promontorium Ciliciae, in cujus mediterranea loca Cilicas compulit Pompejus. Non rectius interpretantur multi interpretes claſſem contra piratas ductam: cum ſignificentur ipſae piratarum claſſes Cilices ſive Coryciae à parte ſic dictae, ut *Corycii preſſura croci* Lib. IX. Sic ſtatim *Pontica ſigna* non notant exercitum contra Mithridatem ductum, ſed ipſas illius regis copias: unde ait ad illa verba Scholiaſt. *Metridaten, regem Ponti, quem ipſe ſuperavit.*

27 MEMINISSE PIGET] Berſm. tres, & mei decem, vel plures cum Editis ante Sulpitium habent *pudet:* quod mutatum non oportuit. Scopus Lucani eſt oſtendere, quantopere puduit Pompejum hujus cladis: quem pudorem auget recordatio priſtinarum victoriarum; unde ſequitur *Dedecori eſt Fortuna prior.* Ut apud alios auctores, ita etiam

in

Adfuit, & celeri [a] praevertit tristia leto,
Dedecori [b] est fortuna prior. quisquamne secundis
Tradere se fatis audet, nisi morte [c] parata?
Litora contigerat, per quae Peneïus amnis
[d] Emathia jam clade rubens exibat in aequor.
Inde ratis trepidum, ventis, [e] ac [f] fluctibus impar,
Flumineis vix tuta vadis evexit in altum:
Cujus adhuc remis quatitur Corcyra, sinusque
Leucadii, [g] Cilicum dominus, terraeque Liburnae,
[h] Exiguam vector pavidus conrepsit in [i] alnum.
Conscia [k] curarum [l] secreta [m] in litora Lesbi.

Flectere

VARIAE LECTIONES.

a *pervertit* B. 1. b deest in B. 1. V. 1. Ed. Ven. c *suprema* VV. LL. Steph. *peracta* Ox. 1. M. d *Emathiae* Hort. m. e sic MSS. & Edd. Ven. Brix. Med. Asc. Vers. Mic. non *&. at* VV. LL. Steph. f *flatibus* P. 1. g *dom. Cil.* B. 1. h *exiguum* Ed. Hort. i *alvum* B. 1. Ed. Hort. Elzev. k *caussarum* V. 1. l *secretae* V. 1. rectius. m *ad* A.

in Lucano saepius hae voces confunduntur.

28 VITA] Ut fecit in Magno, qui perdito imperio vixit. SCHOL.

30 ADFUIT] Non male in Bersm. uno est *adfluat*, & *praevertat*, quo facit glossa Voss. primi pro *adsit*, & Edd. Rom. Parm. Brix. Med. Paris. habentes *praevertat*. *Adfluere* quod de tempore eleganter dicatur probare velle, putidi foret. De conmutatione illorum verborum doceri potes ex Drakenb. collect. ad Silium XIV, 209. Vitiose Hortens. Ed. *afficit*.

30 PRAEVERTIT] Ut unusquisque tunc pereat, cum vitae felicitas terminatur. *praevertit*. i. antevenit, ut Virgilius

- - *cursuque pedum praevertere ventos.*

SCHOL.

30 TRISTIA LETO, DEDECORI] Fecimus cohaerere cum sequenti commate. Sententia est: Felicitatem, ni adsit matura mors, ludibrio ferme homines exponere. GROT. Post *leto τέλειον σίγμα* ponebatur antea male.

31 DEDECORI] Major enim pudor est, à summis ad extrema venire. SCHOL.

32 NISI MORTE PARATA] Nemo fortunatus debet dici, nisi postquam perierit. Nam viventibus fortunatis possunt adversa contingere, & incipient non esse felices. IDEM.

35 TREPIDUM] Legitur & *Magnum*, ait glossa Vossiani primi, & secundi, & sic scribi in Cod. Petaviano monet Celeb. Burm. ad Valer Flacc. L. I, 50. qui jungeret *magnum altum*, ut *magnum mare* &c. de quibus illic videre lector potest. Mihi etiam placet *Magnum*. Sed de ipso Pompejo malim intelligere. Videtur auctor eleganter captasse nomen Pompeji *Magnum*, ut vehementius lector conmoveretur ad tantam Fortunae vicissitudinem, qua Magnus ille Pompejus cogitur fragili, & parva, & fluviatili nave aufugere: quasi cum Justino diceret Lib. II. c. 13. *Erat res spectaculo digna, & aestimatione sortis humanae, rerum varietate mirandae, in exiguo latentem videre navigio, quem paullo ante vix aequor omne capiebat &c.* Mox satis ostendit auctor, illum fuisse *trepidum*; cum scribit *vector pavidus conrepsit*. *trepidum* abest ab Amstel. Msto.

36 FLUMINEIS] Quae etiam in vadosis locis propter brevitatem suam vix tuta esset. SCHOL. Vadis, quae Peneus amnis facit, influens in Thermaicum sinum. BERSM. Navis non bellica, ac ne oneraria quidem, sed fluvialis. GROT.

39 CONREPSIT] Msc. *correxit*, male. BERSM.

39 RECTOR CONREPSIT EXIGUAM IN ALNUM] Ab officio, gestu, & instrumento conmiseratio. ipse enim regebat naviculam, quam repens, id est, trahens corpus intravit. Legitur & *vector*, hoc est, qui vehebatur. SULPIT. Et hoc melius. Nisi malis nomen *Rector*, cum genitivo, *Terrae Liburnae* construere, ut sit: *Rector*, sive dominus *terrae Liburnae*. Velut paulo ante, *Dominus Cilicum*, in eodem versu dicitur. MICYLL. *Rector*. Si *rector* legas, referendum est ad terrae Liburnae. Sin *vector* Pompejus, qui vehitur. *Vector*. qui vehit, & qui vehitur. HORTENS. *Vector*. *Rector* Msc. utrumque ad Pompejum refertur, sive

Flectere vela [a] jubet, qua tunc tellure latebas
Moestior, in mediis quam si, Cornelia, [b] campis
Emathiae stares. tristes praesagia curas
Exagitant: trepida quatitur formidine [c] somnus:
Thessaliam nox omnis habet: tenebrisque remotis,
Rupis in abruptae scopulos, extremaque currens
Litora, prospiciens [d] fluctus, nutantia longe
Semper prima vides venientis vela carinae,
Quaerere [e] nec quidquam de [f] fato conjugis audes.
En! ratis, ad vestros quae tendit carbasa portus,

Quid

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *jubes.* b *bellis* Marp. m. c *somni* B. 1. d *fluctu* VV. LL. Steph. e *ne* V. 2. R. 1. M. f *facto* B. 1. V. 1.

sive rectorem dicas terrae Liburnae, sive vectorem naviculae, qua ipse vectus est. BERSM. In duobus etiam Pulm. Voss. primo a m. pr. & quinto, Regio uno, Witt. & Marp. pro var. lect. Edd. Rom. Parm. Ven. & Paris. est *rector*. Sed male ille Dominus Cilicum & terrae Liburnae est *vector pavidus*, ut MSS. plerique retinent. Vide ad L. v, 582. Ovid.

Idem navigium, navita, vector, ero.

Scilicet qui vehitur. nam nugatur Sulpitius, Pompejum ipsum gubernatorem faciens.

41 JUBES] Facis, atque impellis, absens scilicet, quando ille te conjugem invisere, & secum auferre, atque in tuto alicubi collocare desiderat. MICYLL. *Jubet.* Alias, *jubes*, ut tota oratio ad Corneliam avertatur, per Apostrophen. Sin legas, *jubet*, ut ad Pompejum referatur. Pompejus vela in Lesbum facere, jubet. Quare *conscia*, pro ratione lectionis, vel ad *Corneliam*, vel ad, *littora* referri potest. HORTENS. Nimis argutum illud *jubes*; neque etiam in plerisque Pulm. omnibus Bersm. & meis, unum, aut alterum recentiorem si excipias, nec Edd. priscis aliter legas, quam *jubet* scil. Pompejus. Sulpitius primus *jubes* intrusit. *Conscia* referendum est ad litora Lesbi *secretae* (ut placet ex Voss. uno) quae ita recte dicuntur ob habitantem illic Corneliam. Ovid. Epist. Leand. 105.

- - - *Et turris conscia novit.*

Metam. ii, 237.

Hinc odio nemus est, & conscia silva.

vi, 57.

- - - *Conscia saxa movebo.*

Claudian. Cons. Olybr. 125.

- - *Conscia ter sonuit rupes.*

Valer. Flacc. L. iv, 356.

Antraque deprensae tremuerunt conscia culpae.

Silius L. iii, 4?9.

Armat Tartessos stabulanti conscia Phoebo.

& saepius.

41 QUA TUNC TELLURE] Sic scripti, non *tum*. Sed in uno Pulm. Voss. quarto, Edd. Ascens. & Paris. 1512. *nunc*; quod elegans, & rectum puto. *Nunc*, hoc tempore, quo haec contigerunt. vi. 51. *Sed nunc tibi summa paveris.* & passim: quamvis crebro fuerit depravatum. Unus instar omnium id docet Cel. Burmann. Ep. Heroid. xviii, 95.

Nunc etiam nando dominae placuisse laboro.

41 LATEBAS] Ubi Cornelia uxor ejus erat constituta. Ordo est. Qua tellure tunc latebas Cornelia, moestior, quam si in mediis campis Emathiae stares. SCHOL.

43 PRAESAGIA] Ut Virgilius. *Praesaga mali mens.* IDEM. V. vi, 414. vii, 186, 331. viii, 571. ix, 120.

45 HABET] i. e. per totam noctem bellum Thessaliae contuebatur. IDEM.

46 CURRENS] Variant hic MSS. Quod à Sulpitio profectum hodie circumfertur, & ego retinui, *currens* est in optimo Cod. Pulm. uno Bersm. Voss. primo, & sexto, Regio utroque, Marp. meo, Oxon. uno, aliisque. *curris* habent var. LL. Steph. tres Pulm. item Bersm. & mei septem cum Edd. primis. *curris* tres rursus Pulm. & Voss. sec. nil muto. Multus est in participiis auctor, ut attentus lector deprehendet.

47 NUTANTIA] *Mutantia* Msc. duo: (Ed. Brix. in meo *natantia*) minus probe. BERSM. Rectius certe foret *luctantia*. quod est in Wittiano Cod. sed nulla mutatione opus est. Trementia & in proram,

Quid ferat, ignoras: sed nunc tibi summa pavoris
Nuncius armorum tristis, rumorque sinister.
Victus adest conjux. quid perdis tempora [a] luctus?
Cum possis jam flere, [b] times. [c] tum puppe propinqua
[d] Prosiluit, crimenque Deûm crudele notavit,
Deformem pallore ducem, vultusque prementem
Canitie, atque atro squalentes pulvere [e] vestes.
Obvia nox miserae coelum, lucemque tenebris
Abstulit, atque animam [f] clausit dolor: omnia nervis
Membra relicta labant: riguerunt corda, diuque

Spe

VARIAE LECTIONES.

a *fletus* B. 2. V. pr. R. pr. W. H. M. b *times?* B. 1. c *tunc* al. d *prosiliit* B. 1. V. 2. e *crines* VV.LL. Steph. V. 1. f *clusit* V. sec. a m. pr.

ram vel huc illuc vergentia vela intelligit: vide Ascens. *Nutant turres*, *arbor* L. I. & VI. *nutare* ipsa navis dicitur à Claudian. B. Gild. 220. & quaecumque prominent, aut crebro moventur. Vide ad Silium L. I, 460. V, 506. VI, 238.

48 VIDES] Alii legunt *videns*, sed quia sequitur *nec audes*, legam *vides*. VERSELL. *Videns.* Mscr. quatuor *vides.* probe. BERSM. Praeter Edd. Ascens. Versell. Hortens. & Grotii, habent ceterae *videns*, cum Voss. duobus. Sed duo Pulm. Codd. & praestantissimi Voss. prim. & sec. Reg. prim. Wittian. & Marp. exhibent *videt*, & deinde *audet*, iidem Voss. Reg. Pulm. unus, & Marp. Quod praefero. Concinnior enim videtur oratio: Si post primam Corneliae adlocutionem decore redit ad narrationem, qua per ejus trepidationem abrupta, rursus se ad ipsam convertit. Similis error in vulgatis est L. IX, 1062. Cum vero sensus satis sibi constet, nihil hic innovare in re levi volui.

49 AUDES] i. e. ne contraria nuncientur. SCHOL. al. *audet* in vetusto Cod. HORTENS.

51 SED NUNC] Al. *&*. Forte legendum *est*. IDEM. *Es* circumfertur in Edd. Ven. Brix. & Mediol. Pro varia lect. suppeditat Voss. prim. Forsan fuit *at*. L I, 24.

At nunc semirutis pendent quod moenia tectis.

Post *sinister* adposui rursus τέλειον ςίγμα, quod à vulgatis non recte aberat. Finem, & summam pavendi habet Cornelia, quia victus adest conjux, & jam flere, non timere debet.

53 QUID PERDIS TEMPORA LUCTUS] Modo, inquit, fle Cornelia; antequam Pompejus adveniat: postea enim prae nimio dolore non poteris. BERSM. Non debes lugendi tempora metu consumere. Times, cum jam sit quod lugeas. Victus maritus scilicet. GROT. Recte cum aliis haec interpretatur Grotius. Contrarium habuimus Lib. II, 26.

Nec dum est ille dolor, sed jam metus.

ubi vide plura.

54 FLERE, TIMES] *Timor* enim de malis incertis est. *Luctus* vero de certis, & manifestis. SCHOLIAST.

54 TUNC P.] Al. *tum* & *cum* in vetusto Codice. HORTENS.

55 NOTAVIT] Circumspexit; ut ait Cicero; *Notat & designat oculis.* Hoc autem dicit. Adspexit crudele crimen Deor. i. e. Pompejum tam humilem revertentem. SCHOL. Vel *notavit Pompejum deformem*, quod erat crimen deorum.

57 CANITIE] Sic primus reposuit Grotius pro *canitiem*, quod antea edebatur, & cum aliorum MSS. etiam mei sex retinent, in quibus Voss. primus. Ed. Ven. vitiose *canitiae*. Potest dici ipsa canities premere, sive tegere vultus, ut apud Ovid. *premit inguina cortex*, & alibi. ob nimiam tamen repetitionem syllabae *em* praefero hic cum MSS. plurimis, & in iis Wittiano, Regio primo, Voss. sec. tert. &c. etiam *canitie*.

58 OBVIA NOX] *Vox* Mscr. mendose. Caligine oculis oborta exanimatam esse dicit Corneliam. BERSM.

59 ANIMAM CLAUSIT] Caliginem enim animi repentino dolore toleravit. SCHOL.

59 ANIMAM] MSS. Steph. Pulm. quinque, Vossiani sex, Reg. prim. Amst. & Edd. primae cum Ascens. Paris. Micyllo &c. *animum*. L. IV, 290.

Adligat atque animum, subducto robore, torpor.

Sed & illic nonnulli Cod. *animam:* & ita saepe cum in aliis, tum in Lucano variatur, nec multum referre puto.

Spe mortis decepta [a] jacet. jam fune ligato
Litoribus, lustrat vacuas Pompejus harenas.
Quem postquam [b] propius famulae vidêre fideles,
Non ultra gemitus tacitos [c] incessere [d] fatum
Permisêre sibi, frustraque adtollere terra
Semianimem conantur [e] heram: quam [f] pectore Magnus
Ambit, & adstrictos refovet complexibus artus.
Coeperat, [g] in summum revocato sanguine corpus,
Pompeji sentire manus, moestamque mariti
Posse pati faciem: prohibet succumbere fatis

Ma-

Variae Lectiones.

a *fuit* R. 1. b *fam. prop.* B. 2. W. H. Marp. M. c *incedere* V. 1. *in Caesare* Ed. Ven. V. ad L. v, 681. d *fata* vulgo. *fatis* Hort. m. e *eram* R. pr. H. f *corpore* B. 1. g *insanum* V. sec. pro var. lect.

61 Spe mortis] Putabat enim, se perire, quod exanimata est. SCHOL.

61 Spe mortis decepta jacet] Voluisset enim mori, sed non est mortua. sunt tamen, qui legant *depressa*; quod non placet. VERSELL. *Depressa. Decepta* C. V. L. O. G. F. *dejecta jacent* P. PULM. Msc. quatuor, *decepta*. Ita & libri quidam; ut dicatur, eam jacuisse quidem exanimem, sed frustratam fuisse spe illa mortis desideratae, quia ad se rediit. BERSM. *Decepta* recte revocavit Grotius, pro quo male Aldus, Colin. Steph. Gryph. &c. *depressa* dederant; quod est etiam in uno Oxon. & Voss. alter Oxon. *deserta*. in Voss. pr. pro var. lect. *dejecta*. Ceteri recte *decepta*. Locum corrupere, qui crediderunt, *spe mortis* per ἀκυρολογίαν à Lucano dictum esse pro metu mortis, ut capit quoque Hortensius. Recte vero intellexerunt Sulpit. & Ascens. atque ante eos Schol. cum Omnibono *quia mori sperabat, sed decepta est, quia tandem ad se rediit. unde* Ovidius *ait*

Officium fecere pium; sed inutile nobis:
Indignor miserae non licuisse mori.
Ut rediit animus, pariter rediere dolores.

Locus est Epist. Her. XIII, 27. Simile illud Ep. X, 111.

Crudeles somni, quid me tenuistis inertem?
At semel aeterna nocte premenda fui.

Dictus autem hic locus est per Oxymori speciem; quam figuram inprimis amat noster; ut saepe monendum habui. Duo nunc adscribam loca Lib. v, 450.

- - - - *nova vota timori*
Sunt inventa novo &c. coelo languente fretoque,
Naufragii spes omnis abit.

Optabant enim vehementem ventum. Male & illic quidam *spem* pro metu sumunt. L. VIII, 745.

- - *sed Pompejo felicior umbra*
Quod jam compositum violat manus hospita bustum.

Cum alias maximae infelicitatis haberetur violari post mortem. Decepta ergo est frustrata, voto moriendi non potita. Consule Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. VII, 161.

Ac me nunc decepta reliquit.

Quid autem frequentius, quam *falli, decipi spe*, positum invenias?

63 Famulae videre] Jam enim exanimata domina videre non poterat. SCHOL.

64 Non ultra gemitus tacitos] Hoc dixit. Famulae sibi non amplius permisere cum (*non* MSS.) fatis queri quam tacito gemitu. Flere enim idcirco nolunt, ne dolentem dominam vehementer adfligant. IDEM. Postquam pedissequae Corneliae videre, & agnovere Pompejum de improviso in littore stantem, submisse coeperunt apud se insectari inclementiam fatorum, quasi dicat: famulae non permisere sibi ultra tacitos questus insectari Divos, ut ad quas, ait *Glareanus*, non tantus dolor, quantus ad Corneliam pertinebat. *Fata* igitur, inquit idem, accusandi casus est, & sibi reciprocum ad *famulas*; *Badius* vero exponit, Fata non permisere Corneliam incessere sibi fata, id est, provocare mortem, aut irritare Deos, ultra gemitus tacitos, id est, nisi forte tacito in pectore, quae expositio prorsus rejicienda est. Loquitur autem poëta de famulis Corneliae, non de Cornelia. Hactenus *Glareanus*. HORTENS. Non amplius clam, sed palam invectae sunt in fatorum inclementiam. BERSM. Non sunt ausae palam lamentari, aut ipsum Pomp. veritae, aut ne Corneliae dolorem accenderent. GROT. *Non ultra*

pro

Magnus, & inmodicos castigat voce dolores.
Nobile cur robur Fortunae vulnere primo,
Femina tantorum titulis insignis avorum,
Frangis? Habes [a] aditum, mansurae in secula, famae:
Laudis in hoc sexu, non legum jura, [b] nec arma,
Unica materia est, conjux [c] miser. erige mentem,
Et tua cum fatis pietas [d] decertet, & ipsum,
Quod sum victus, ama: [e] nunc sum tibi gloria major;
A me quod fasces, & quod, pia turba, Senatus,
Tantaque discessit regum manus: incipe Magnum

Sola se-

VARIAE LECTIONES.

a al. *habitum* V. sec. b *neque* B. 1. V. 1. Marp. *non* H. c *miserere gementis* V. sec. d *discertet* B. 1. e *nam* V. 2. W. pro var. lect. Edd. Asc. Vers. Mic. Hort.

pro non amplius, non diutius usurpasset cum Virgilio L. VI. Aen. 869. X, 663. Justino L. XX. c. 3. & aliis etiam Lib. VI, 476.

Libera non ultra, parva quam nocte juventus.

646.

- - - *ultra non credere solo.*

V, 534.

- - - *non ultra cuncta carinas*
Debebis.

VII, 88.

Nil ultra fata morabor.

Quo sensu praeter Bersmannum hic etiam capit Omnibonus. Scilicet, Famulae non permisere sibi amplius, gemitus suos tacitos i. se tacite gementes incessere fatum; sed ejulare, & lamentare voluerunt; ut in gravi luctu à famulis exigitur: quae posteriora subintelligi deberent. Verum enimvero amplector tamen ceterorum interpretum sententiam, *ultra* hic pro praepositione sumentium: quo decorum magis observatur. Famulae licet ejulare vellent, tamen prae reverentia Pompeji, & dominae, non permiserunt sibi incessere fatum ultra gemitus. Gemendo tantum, non ejulando fatis, Diisque invidiam fecere. Hae itaque famulae prae reverentia faciunt, quod prae metu Ariminenses L. 1, 256.

- - - *gemitu sic quisque latenti*
Non ausus timuisse palam. vox nulla dolori
Credita.

Sic *ultra* adhibuit etiam Sueton. in Vespasiano c. 21. *Haud ultra verba excanduit.* Immo ipse noster L. II, 138.

Ultra Candinas sperabat vulnera Furcas.

64 FATUM] Sic rescripsi, pro *fata*, auctoribus MSS. quatuor Pulm. duobus Bersm. Voss. pr. sec. tert. Regio utroque, Wittiano, & tribus aliis, ac Edd. Rom. Parm. Paris. & Hort. marg. Quod sensum reddit nonnihil clariorem. passim tam *fatum*, quam *fata* dicit auctor mox VI. 120.

Noto reparandum est litore fatum.

67 ADSTRICTOS REFOVET ARTUS] Voss. quart. & Amstel. *adflictos*, quomodo Ascens. Micyll. & Hortens. ediderunt, quorum ultimus exponit, moestam, lugentem Corneliam. Frustra. *Adstrictos* est gelidos, torpore rigentes. nam male alius etiam reddit per *strictim ad pectus suum adplicitos.* Explicatio mea patet ex toto contextu, vocibusque *riguerunt membra*, *refovet* & *revocatos.* quae omnes gelidis & torpentibus membris propriae sunt. Ut frigus etiam *adstringere* dicitur. Ovid. L. IX. Metam.

- - *nivibus quoque molle rotatis*
Adstringi, & spissa glomerari grandine corpus.

Noster L. IV, 652.

- - - - - *jam pectora pigro*
Stricta gelu.

Ita *adligari* aliquoties. Inspice, si lubet, quae congessi ad L. 1, 246.

68 COEPERAT] Coeperat sanguis Corneliae ad extrema usque membra revocatus Pompeji sentire manus: nam sanguis se timore ad interiora colligit. SCHOL.

72 NOBILE CUR ROBUR] Ordo. cur *nobile corpus*, vel *robur frangis.* IDEM. Elegantius ordinasset verba Lucanus sic *n. c primo F. v. robur.*

74 MANSURAE IN SECULA F.] Errore typothetarum procul dubio inrepserat in Grotii Editionem *mansura.* Hoc tamen secure sequentes editores expresserunt contra Mstos, & bonum sensum. Non

Sola sequi. deformis, adhuc vivente marito
Summus, & augeri vetitus, dolor: ultima debet
Esse fides, lugere virum. tu nulla tulisti
Bello damna meo. vivit [a] post proelia Magnus,
Sed Fortuna perit: quod defles, illud amasti.
Vocibus his correpta viri, vix aegra levavit
Membra solo, [b] tales gemitu rumpente querelas:
O utinam in [c] thalamos invisi Caesaris issem
Infelix conjux, & nulli laeta marito!
Bis nocui mundo: me pronuba [d] duxit Erinnys,
Crassorumque umbrae; devotaque manibus illis,
Assyrios in castra tuli civilia casus:

Praeci-

VARIAE LECTIONES.

a *sub* Edd. Br. Med. b *gem. tal.* H. c *thalamis* A. d *ducit* V. 6. W. Edd. Ven. Br. Med. Par. *dixit* Hort.

secula mansura dicit, sed *famam mansuram in secula.*

75 LAUDIS IN HOC SEXU, NON L.] Sensus est. Habes, unde in perpetua laude verseris i. conjugem miserum. Nam a femina, non armis, aut legibus custoditis gloria comparatur, quia sexus infirmus est; sed tantum, si maritum dilexerit, cum sit factus infelix. SCHOL. Sic distinguendum puto, ait *Glareanus*; Distinguendum post genitivum *famae:* tum genitivum *laudis* regi à nominativo *Materia.* Item, & post *arma* distinguendum, ac deinde inferendum: Conjunx miser est unica materia laudis in hoc sexu, non legum jura, nec arma. Haec ille. HORTENS. Materiam laudis uxori praebet fides marito praestita, rebus adversis. Ovidius.

Scilicet adversis probitas exercita rebus
Tristi materiam tempore laudis habet.

BERSM. Recte ita distinguendum monuit Glareanus; quia Badius videtur junxisse *famae laudis.* Citat hunc locum Lutatius ad Stat. Theb. III, 704.

- - *nescis pater optime, nescis,*
Quantus amor caussae misero nupsisse marito.

77 DECERTET] Ut videar pene non victus, si in eodem, quo semper amore apud te fui, durabis. Sive ut vincas fata, si amorem tuum nihil minuat mutata fortuna. SCHOL.

78 VICTUS] Sive quia cito ad te remeans, sive quia amorem mereor ex miseratione majorem. IDEM.

78 NUNC SUM &c.] Ipsum se majorem gloriam dicit uxoris, quod eum sit sola secutura ab omnibus derelictum. SCHOL.

81 DEFORMIS] Hoc cum indignatione dictum est. Cum adhuc maritus vivat, tu moeres, & squales. IDEM.

81 ADHUC VIV.] Mscr. *abhac*, depravate. BERSM.

82 SUMMUS, ET AUG. &c.] Nam cum summus sit ille dolor, cum maritus amittitur; tu sic modo doles, me vivente, ut nihil addere moerori valeas, cum fuero interemtus. SCHOL.

83 LUGERE VIRUM] Tunc vir lugendus est; cum jam nihil aliud possit accidere: scilicet cum periisse constiterit; non, cum adhuc sit in incertum. IDEM.

85 QUOD DEFLES &c.] i. e. Si me vivente, sed misero, non desinis lugere, Cornelia; constat, te huc usque non Pompejum amasse, sed Fortunam meam, quam nunc plangis adfectam. IDEM.

86 CORREPTA] i. castigata. IDEM. Libri quidam *correcta* i. increpata, castigata. BERSM. Sed & idem notat *correpta.* Nam *correcta*, quod est in quatuor Pulm. MSS. duobus Voss. & meo ex m. sec. ac Edd. Alcens. Versell. Paris. est glossa genuinae vocis *correpta.* Ovidius Epist. XIX. Her. 22.

Corripio verbis aequora pene tuis.

L. III. Metam. 565. VI, 610.

- - - - *fletumque sororis*
Corripuit.

atque ita ille, & alii passim.

Praecipitesque dedi populos, cunctosque fugavi
A caussa meliore Deos. ô maxime conjux,
O thalamis indigne meis, hoc juris habebat
In tantum Fortuna caput? cur inpia nupsi,
Si miserum factura fui? nunc accipe poenas,
Sed quas sponte luam. quo sit tibi mollius aequor,
Certa fides regum, totusque paratior orbis,
Sparge mari comitem. mallem [a] felicibus armis
Dependisse caput: clades [b] nunc denique lustra,
Magne, tuas; ubicumque jaces. Civilibus armis
Nostros [c] ulta toros, ades huc, [d] atque exige poenas,
Julia [e] crudelis, placataque pellice [f] caesa,

Ma-

VARIAE LECTIONES.

a *civilibus* M. b *nunc el.* al. c *ultra* V. 2. d *at* B. 1. e *crudeles* V. pr. non male. f *cessa* V. 1. M.

88 INVISI &c.] Non quo Pompejo Caesarem praeferat; sed idcirco Caesari nupsisse vult, quia ipsa infelix talem fortunam Caesari posset adferre. SCHOL.

89 NULLI] Prius enim in matrimonio Crassi fuerat, qui occisus est ad Parthos. IDEM.

90 BIS NOCUI MUNDO] i. e. Orbis haec patitur meo fato prius in Crasso, modo in Pompejo (*semel morte Crassi, nunc fuga Pompeji.* Voss. sec.) IDEM.

90 PRONUBA DUXIT ERINNYS] Virgilius.

Et Bellona manet te pronuba.

IDEM. Msc. *junxit*. Deduxit ad sponsam, quod munus erat *τῆς προμνηστρίας* seu pronubae. BERSM. *Pronuba Tisiphone*, *Erinnys* Ovidio Ep. Her. II, 117. VI, 42. VI. Metam. 427. Posset hic legi quoque *umbras devotaque*: sed MSS. servant bene vulgatum.

94 A CAUSSA MELIORE] i. a parte Pompeji, qui justius dimicabat, propter me cuncta numina recesserunt. SCHOL.

95 O THALAMIS INDIGNE] *Indigne* sic accipiamus: non, quod haec melior sit; sed quod Pompejus indignus sit in tantum per ejus fata venire discrimen. IDEM. Habet hanc Corneliae orationem etiam Plut. in Pompejo, ut appareat ex historia desumtam, in Pomp. p. 658, 659. Ed. Paris. Et digna est tenerrimo ejus in maritum amore. GROT. *Ed. tert.*

96 IN TANTUM] i. in te, ut per me fieres infelix.

98 QUO SIT] Me, inquit, occide, ut omnia jam prospera consequaris. SCHOL.

101 DEPENDISSE] i. e. Ut tunc periissem, cum adhuc eras felix, & in eadem felicitate nunc mansisses. SCHOL.

101 LUSTRA] i. Expia, scilicet me interemta. IDEM.

102 TUAS; UBICUMQUE JACES. CIV.] Sic malui distinguere cum Beroaldo. Expia clades omnes, in quibuscumque victus es, & jaces, partibus tuis profligatis. Tu vero Julia, quae civili bello nostrum conjugium ulta es &c. Vulgo interpungebant *tuas. ubicumque jaces civilibus armis.* Ut intelligeretur Julia. *ubicumque tu jaces, sc. sepulta*, dicit Ascensius: ut L. IV, 394. Inepte, si quid video. Romae enim sollemni funere rite sepulta erat. Non ergo vagabatur ejus umbra; sed Pompejum, & Corneliam tantum infestabat. Vide Lib. III. Init.

104 PELLICE] Ad satisfactionem haec posuit; quod se negat uxorem, sed pellicem. SCHOL. *Pellicem* autem improprie se dicit, & *κατ' αὔξησιν*, ex moerore, & invidiae causa. Nam Cornelia uxor Pompeji erat. *Pellex* autem proprie dicitur ea, quae cum alterius marito viva illa rem habet. MICYLL. Illa Cornelia, quam tu Julia, *pellicem* vocas. Respicit ad Juliae verba L. III, 21.

- - - - semperque potentes
Detrahere in cladem, fato damnata maritos,
Innupsit tepido pellex Cornelia busto.

ubi vide.

107 FLECTUNTUR] Mscr. *plectuntur*. minus probe. Commoventur ad lacrimas fletu uxoris suae. BERSM.

108 SICCAQUE] Hoc est. Qui non flevit in Thessa-

Magno parce tuo. sic fata, iterumque refusa
Conjugis in gremium, cunctorum lumina solvit
In lacrimas. duri flectuntur pectora Magni,
Siccaque Thessaliae, [a] confundit lumina Lesbos.
[b] Tunc Mitylenaeum, pleno jam litore, vulgus
Adfatur Magnum: Si maxima gloria nobis
Semper erit, [c] tanti pignus [d] servasse mariti,
Tu quoque devotos sacro tibi foedere muros,
Oramus, sociosque lares [e] dignere vel una
Nocte tua: fac, Magne, locum, quem cuncta revisant
Secula; quem veniens hospes Romanus adoret.
Nulla [f] tibi subeunda magis sunt moenia victo.
Omnia victoris possunt sperare [g] favorem:
[h] Haec jam crimen [i] habent. [k] quid, quod jacet insula ponto,
Caesar eget ratibus? Procerum pars magna coibit

Cer-

Variae Lectiones.

a *confudis* B. 1. mei 5. & Edd. qdd. b. *tum* B. 1. c *pign. t.* Edd. Rom. Parm. d *servare* H. e vulgo *dignare.* f *mag. sub. t.* B. 1. g *salutem* supras. *fav.* W. h *nec* Ed. Ven. i *habes* V. 1. Hort. m. k *quid-quid* R. 2. M.

salia, flevit in Lesbo. SCHOL.

108 Thessaliae] Vossian. primus cum Ascens. Ed. *Thessalia.* Ut *Italia* pro, *in Italia* Virg. Aen. 1, 267. *Ausonia* Silius L. iv, 732. *Gallia* pro *in Gallia* Caesar. B. Gall. v, 55. ubi consule Doct. Davisium. *Macedonia* pro *in Macedonia* Obseq. c. 125. ubi non opus inserere *in.* & passim in accus. sine praepos. contra Grammaticorum regulam nomina regionum ponuntur. sed & genitivum temere non muto. v, 266.

Pars jacet Hesperia.

In aliis est *Hesperiae.* Immo vide infra ad vs. 428.

Et si Thessaliae bellum civile peractum est.

ubi Grotius rescribi jussit *Thessalia.*

109 Pleno jam] Cum MSS aliis etiam Witt. & Voss. prim. *jam pleno*; ut edidit Colin. Steph. Gryph. Pulm. & Bersm. qui tamen monuerunt in suis libris plerisque esse *pleno jam.* Si non aliis monosyllabis, certe hac voce solet noster claudere quartum pedem: ut putem in illis locis, ubi vulgo contrario ordine ponitur, esse corruptum. Vel in solo libro primo sexies ita invenias: ut vs. 222, 241, 294, 504, 577, 694.

113 Dignere vel una] i. e. dignos habeas, in quibus vel una nocte, moreris. Alii sic distinguunt: *dignere. vel una nocte tua f.* SCHOL. *Voss. sec.*

113 Dignere] Rescripsi *dignere*, fide optimorum Codicum Reg. primi, & Voss. pr. quibus accedunt Voss. tert. Hulst. & Schol. vulgo *dignare.*

114 Nocte tua] Voss. unus *nocte; tuum fac, M., locum.* Ne audias. *tua* i. e. tuae quieti inpensa, quam hic apud nos memorabilem facias secessu tuo. Sic *mea, tua, sua dies, nox* &c. apud poëtas simili sensu obvia. Vide de hac locutione Gevartium ad Statii L. ii. Silv. c. 18. & cujus verbis hic utor, J. F. Gronov. Diatr. Statiana c. 43. *Facere locum* dicitur, ut *facere tempus* Lib. 464. ubi vide.

114 Revisent] *Revisant* Msc. non male. BERSMANN. Immo vere, ut sequitur *adoret.* Nec aliter est in MSS. meis, & Edd. Ven. Brix. Med. Hort. Marg. quare etiam jure merito recepit Grotius.

117 Sperare] Al. *superasse* in vetusto Cod. HORTENS.

118 Crimen habent] Hoc dicit. Omnes aliae civitates infidae sunt, & possunt promereri veniam; sed haec, quae tibi fida est, offendit Caesarem, & jam apud eum criminosa est; quia conjugem tuam recepit, & te. SCHOL.

118

Certa loci. [a] noto reparandum [b] est litore [c] fatum.
Accipe templorum cultus, aurumque Deorum
Accipe: si terris, si puppibus ista juventus
Aptior est, tota, quantum [d] valet, utere Lesbo.
[*Accipe: ne Caesar rapiat, tu [e] victus habeto.*]
Hoc [f] solum crimen meritae bene detrahe terrae,
Ne nostram videare fidem felixque secutus,
Et damnasse miser. Tali pietate virorum
Laetus, in adversis & mundi nomine gaudens,
Esse fidem; Nullum toto mihi, dixit, in orbe
Gratius esse solum, [g] non parvo pignore vobis
Ostendi. tenuit nostros hac obside Lesbos
Adfectus: hîc sacra domus, [h] carique [i] penates,
Hîc mihi Roma fuit. non ulla in litora puppim
Ante dedi fugiens, [k] saevi cum Caesaris [l] iram

Jam

VARIAE LECTIONES.

a *notum* VV. LL. Steph. P. 1. b deest in B. 3. c *bellum* P. 3. B. 2. V. 3. O. 1. Edd. Sulp. Asc. Mic. Hort. male. *factum* Mic. m. d *potes* V. tert. e *cr. sol.* Edd. Rom. Parm. Br. f *victor* W. g *parvo non* B. 1. h *sacrique* V. sec. pro var. lect. i *nepotes* MSS. qdd. male. V. Burm. ad Val. Flacc. VII, 50. k *cum* *s.* O. 1. l *arma* V. pr. R. pr. O. 1. Marp. *ira* V. sec. pr. pro var. lect.

118 PONTO] Ab opportunitate loci sumta persuasio. SCHOL.

119 COÏBIT] Multi ad te principes revertentur, cum te in his locis, quae sciunt, esse cognoverunt. IDEM.

120 NOTO] Ubi, qui fueris, potest sciri, & ideo ad te libenter accurrent. IDEM.

121 TEMPLORUM] Msc. *colorum*: vitiose. BERSMANN.

122 JUVENTUS] Accipe juventutem securus, apud nos conjugem tuam relinquenda. SCHOL.

124 ACCIPE: NE C.] Non habetur in antiquis Codicibus hic versus. R. STEPHAN. Hic versus non est in septem libris manuscriptis. PULM. Fuit mihi semper suspectum illud:

Accipe, ne Caesar rapiat, tu victus habeto.

Et habeo jam adfirmare, cum non magis in Pulmannianis, quam in duobus, quos nos inspeximus, Msc. Codicibus reperiatur non esse τοῦ ποιητοῦ. MODIUS. Nov-ant. LL. Ep. 05. Hunc versum non habent Codices nostri Msc. & Modius eum νόθον ducit. BERSM. Spurium esse versum, & insulso monacho, non Lucano dignum, non verba per se modo, sed & MSS. mei omnes fere ostendunt. Carent eo quoque primae editiones. Intrusit illum primus Sulpitius, inventum tamen in MSS. nam in Marp. & Voss. sexto recentissimo, & in Marg. Wittiani libri ab novitia manu comparet. Immo, quod mireris, in Regio primo: nisi inposuerit mihi variarum lectionum enotator Parisiensis. Quidquid sit, sine haesitatione est rejiciendus tamen, & nimis liberali Sulpitio rursus condonandus.

128 LAETUS, IN ADV.] Mscr. duo ita distinguunt; *laetus in adversis*, &c. BERSM. Per hanc interpunctionem, quam facile Bersmanno credo esse in quibusdam MSS., distinctiones raro curantibus, edidit cum aliis Hortens. sed male. laetus, & gaudens in rebus adversis tamen superesse fidem. Sequentia Bersm. verbis ex Hortensio partem desumtis non recte quoque explicat.

128 MUNDI NOMINE] i. e. pro omnibus hominibus laetabatur, fidem servare mortalium aliquos: quod jam in terris difficile videbatur. SCHOL. Imperii Romani respectu hoc sibi deferri officium, vel: nunc nomine tantum, non autem re, sicut antea. BERSM. Non sui causa gaudet, sed generis humani nomine, quod tam profligato saeculo fides aliqua superesset, ipse alioqui beneficio non usurus. GROT.

133 ULLA IN LITORA PUPPIM] *Ullo in littore* pup-

Jam scirem meritam, servata conjuge, Lesbon,
Non veritus, tantam veniae committere vobis
Materiam. [a] sed jam satis est fecisse nocentes:
Fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem.
Heu nimium felix aeterno nomine Lesbos!
Sive doces populos, Regesque [b] admittere Magnum,
Seu praestas mihi sola fidem. [c] nam quaerere certum est,
Fas quibus in terris, [d] ubi sit scelus. accipe, numen,
Si [e] quod adhuc mecum [f] es, [g] votorum extrema meorum:
[h] Da similes Lesbo populos, qui Marte subactum
Non intrare suos, infesto Caesare, portus,
Non exire vetent. dixit, [i] moestamque carinae
Inposuit comitem. cunctos mutare putares

Tel-

VARIAE LECTIONES.

a *si* A. b *amittere* R. pr. W. c *nunc* B. 1. Edd. Ven. Br. Med. *jam* Marp. d *nisi* H. e *quid* V. 1. f *est* V. 4. W. M. Edd. Rom. Par. Ven. Br. Med. g *fatorum* Marp. h *das* V. 1. i *moestaeque* V. 1.

puppem Mscr. duo. Sed pro *puppem* alterum legit *puppes*. BERSM. *Ullo in litore* est quoque in variis lect. Steph. quinque Pulm. & meis sex, Edd. primis, & Aldina. Ut saepe variatur. diximus plura cum alibi, tum L. II, 712.

- - - *tractoque in litore bello.*

Puppem pro *puppim* habent iidem Pulm. MSS. & mei quinque. de eo ad L. III. egimus.

134 CAESARIS IRAM] Sensus hic est. Uxorem vobis dereliqui. Ob hoc iratus est vobis Caesar. Tantum ergo confido de vobis, ut ad vos venire maluerim, cum hodie, me occiso, possetis iram Caesaris, mentemque placare. SCHOL.

137 MATERIAM] Mscr. *Materiem*. Intelligit autem se ipsum, quo tradito Caesari, facile veniam impetrassent conservatae Corneliae. BERSM. *Materiem* habet quoque Pulm. unus, & Voss. sec. a m. pr. rectius hic. variatur quoque L. II, 8. & alibi. Alii exponunt *materiem* pro conjugem Pompeji, quam si tradidissent, veniae fuisset materia. sed sequi Bersm. malo.

137 NOCENTES] Cum enim uxorem commendavi, feci, ut vos Caesar noxios judicaret. Hoc fecisse sufficiat. Nunc ad vos venire non debeo; ne nocentiores faciam apud Caesarem, me recepto. SCHOL.

138 AGITANDA] Omnium populorum animos explorare vult, circa se quales sint. IDEM.

140 REGESQUE] Mscr. *Regemque:* minus probe. Vel, quod tuo exemplo doces alios populos & reges, ut me miserum excipiant hospitio. pro *praestas* Msc. *praestes*, mendose. pro *meorum*, Msc. *malorum*, inscite. BERSM.

140 ADMITTERE] In utroque, inquit, es gloriosa, sive me sola recipis, sive & aliis das exemplum, ut me suscipiant. SCHOL.

142 FAS SCELUS] Ibi adhuc Justitia perseverat, ubi fuerit ipse susceptus: ibi scelus, ubi se ad Caesarem contulerunt civitates. IDEM.

146 NON EXIRE] Nam intrare etiam inimici patiuntur, ut capiant. IDEM.

147 INPOSUIT] Post bidui moram scilicet. Caes. B. Civ. III, 102. dein malim *toto quam*.

147 PUTARES] Pro putaret aliquis. SCHOL.

149 AETHERA] Msc. *aethere:* minus recte. BERSM.

150 MINUS] Est vir doctissimus, qui conjicit hic scribendum *magis:* quia supra profusum Mitylenaeorum in Pompejum amorem auctor memoravit, ponitque majorem distinctionem post *meruerat*. Alibi autem *magis*, & *minus* commutantur. Hic tamen nihil mutem. minus ingemuit populus propter discessum Pompeji, cujus Fortuna tantum illis dolorem movit, quam propter discessum Corneliae, quae jam facta erat *civis* eorum, & propter tantas animi, quas dein descr.bit, dotes illis erat carissima.

153 QUAM VIX, SI &c.] Msc. *quamvis si*; sed ad marginem reponit *quam vix si*. BERSM. *Quamvis* est in primo, & aliis duobus Voss. Regio uno, Witt. Hulst. meo, & tribus Pulm. ac Hort. marg. Dein *non poterant* in iisdem Voss. Regio utroque, Witt.

Tellurem, patriaeque [a] solum: sic litore toto
Plangitur, infestae tenduntur in aethera dextrae:
Pompejumque minus, [b] cujus Fortuna [c] dolorem
Moverat, ast illam, quam toto [d] tempore belli
Ut civem videre suam, [e] discedere cernens
Ingemuit [f] populus: quam vix, si castra mariti
Victoris [g] peteret, siccis [h] dimittere matres
Jam poterant oculis: tanto [i] devinxit amore
Hos pudor, hos probitas, castique modestia vultus;
Quod submissa nimis, nulli gravis hospita [k] turbae,
Stantis adhuc fati vixit, quasi conjuge victo.
  Jam pelago [l] medios Titan demissus ad ignes,
Nec quibus abscondit, nec, si quibus exerit orbem,

Totus

VARIAE LECTIONES.

a *locum* VV. LL. Steph. b *cui* V. 1. c *laborem* W. pro var. lect. d *pondere* M. e *descendere* R. pr. V. 1. male. *decedere* V. pr. a m. pr. f *vulgus* VV. LL. Steph. P. 2. B. 1. V. 1. O. 1. Edd. Ven. Br. Med. g *peterent* Ed. Ven. h *admittere* Ed. Hort. vitiose. i *devicit* VV. LL. Steph. Ed. Br. *dejunxit* M. Ed. Rom. k *terrae* Marp. l *medio* Hort. m.

Witt. Hulst. & tribus Pulm. *vix pot.* in variis Steph. lect. *vix si* pro varia lectione est in Voss. primo. *Quamvis non poterant* in suis MSS. videtur invenisse etiam Omnibonus. Ita enim ad haec verba commentatur. *Nec mirum, si in discessu ipsius flevere matronae: nam, si etiam vir fuisset victor, non poterant videre illam sine lachrymis discedere.* Et placet. In vulgaris, quae sensum quidem habent efficacem, obstat repetitio relativi *quam. illam, quam viderunt, quam poterant.* Abundat etiam *jam.* Quidquid sit, meliores certe MSS. pugnant pro *quamvis* & *non.* Dein cum amico malim *Has pudor.* scil. matres, *hos probitas* scil. viros. De quo loquendi modo vide ad L. VII, 503.

155 TANTO] *Toto* Msc. perperam. BERSM.

157 SUBMISSA NIMIS] Nequaquam persuadere mihi possum, ita Lucanum scripsisse, saltem ut vulgo haec verba distinguunt. *Submissus* dicitur supplex. *nimis* ergo *submissus* est homo humilis, quod dandum vitio praesertim in Cornelia, nobilissima Romana femina. Hinc inf. vs. 593.

- - - *stetit anxia classis*
Ad ducis eventum, metuens non arma, nefasque;
Sed ne submissis precibus Pompejus adoret
Regna sua donata manu.

Melius itaque dixisset hic auctor, *quod submissa minus*, sed tamen nemini gravis. An distinguendum, *quod submissa, nimis nulli gravis?* sed vereor, ut hae conjecturae alicui placeant. Quare adquiesco, invitis licet MSS. omnibus, in ingeniosissima Ill. Heinsii conjectura, *submissa animis* ad Prudent. L. 1. contra Symmach. 478.

157 NULLI GRAVIS] i. e. omnibus hospitalis fuit. SCHOL.

158 STANTIS ADHUC FATI] Graeca ἀντίπτωσις, pro, stante adhuc fato, h. e. fortuna adhuc prospera. BERSM. Cornelia *stantis fati* ut infra. *aeterni Martis Alanos.* GROT. Vide quae diximus ad L. VII, 541. *extremique orbis Hiberi.*

158 QUASI CONJUGE VICTO] Cornelia, cum adhuc Pompejo Fortuna esset incolumis, tam humilis omnibus obsecuta est, quasi jam maritus ejusdem superatus esset à Caesare. SCHOL.

159 DEMISSUS AD IGNES] Bersm. duo *demissus in ignes* in uno Voss. *dimersus in ign.* meus *dimissus.* Marp. *Titan radios dimissus.* Amstel. *demiserat ignes.* Forsan scripserit auctor *demerserat ignes.* Consule notata à me ad L. III, 41.

- - *Titan jam pronus in undas*
Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,
Quantum deesse solet lunae, seu plena futura est;
Seu jam plena fuit.

160 NEC QUIBUS ABSCONDIT &c.] Sensus hic est. Jam sol occidens medius erat in maris fluctu; sed nec apud nos erat totus, quibus occidebat, nec apud Antipodas, quibus nascebatur, quippe absconditur orbis medius, (totus) apparebat. SCHOL.

160 NEC SI QUIBUS] Bene *si* addidit. Est enim in dubio, an aër (*mare* MS.) habeat Antipodas.

 Est

Totus erat: vigiles Pompeji [a] pectore curae
Nunc socias adeunt Romani foederis urbes,
Et varias regum mentes; nunc [b] invia mundi
Arva super [c] nimios soles, Austrumque jacentis.
Saepe labor moestus curarum, odiumque futuri
[d] Projecit fessos incerti [e] pectoris aestus,
Rectoremque ratis de cunctis consulit astris;
Unde [f] notet terras; quae sit mensura [g] secandi

Aequo-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *in pectore*. b *devia* H. c *sol. nim.* A. d *dejecit* B. 1. e *ponderis* Edd. Ascens. Vers. Mic. Hort. f *notat* O. 1. g *sequenti* B. 1.

Est enim tensus. SCHOL. Dubitative autem dicit, *Si quibus*, quasi dubitet, an usquam, aut ulli sint Antipodes. Nam & hoc apud multos controversum semper fuit. Ut & apud Macrobium, Augustinum, & Lactantium videre est, quos tamen Geographicorum, & Mathematicorum demonstrationes refellunt. MICYLL. Rectius non dubitavit auctor L. VI, 571.

- - - - - - *alta*
Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
Sub nostra tellure diem.

Unde conjiceres scribendum,

- - - *nec se quibus exserit orbis*
Totus erat.

Sed nihil obstat, quo minus auctor, qui captat semper ostendere, & prodere Philosophorum sententias, hic noluerit videri hujus incertitudinis, in qua tunc temporis plerique erant, gnarus. Formula autem loquendi in dubitatione est elegans, *si quis*, *si qua*. &c.

161 POMPEJI IN PECTORE CURAE] Mic. duo *Pompeji pectore* sine praepositione. BERSM. Praepositionem hanc intruserunt rursus Sulpit. & Aldus. Priores eam non agnoscunt; uti nec Ascens. Versell. Mic. Hortens. neque MSS. mei longe plurimi, & optimi. Ordo est. *Curae vigiles Pompeji adeunt urbes pectore*. Sic Lib. VI. vs. 1.

- - *pugnae jam mente propinqui.*

Stat. Lib. X. Theb. 380.

- - - *Animisque propinquant.*

Silius L. II, 352.

- - *atque animo patria arma movebat.*

VII, 586.

Jam styga, & aeternas intrarat mente tenebras.

ubi vide Cl. Drakenb. & sexcenta alibi similia.

162 ADEUNT] Haec omnia sibi Pompeji animus fingit dispositione curarum. SCHOL.

164 MUNDI ARVA SUPER NIMIOS SOLES AUSTRUMQUE JACENTIS] Male erat *jacentes*. GROT. Ediderant scilicet *jacentes*, ut est in Oxon. uno, & Voss. pr. a m. s., Sulpit. Ald. Par. Colin. Steph. Gryph. & Bersm. *jacentem* habent duo MSS. Bersm. & Voss. duo recentiores, Regius junior, Amstel. & meus a m. sec. cum Edd. Rom. Parm. Brix. & Med. Ceteri omnes scripti, & editi *jacentis* mundi scilicet. L. IV, 674. VIII, 813.

- - - - *quidquid in Euro*
Regnorum Boreaque jacet.

Ovid. L. I. Metam. 338.

Litora voce replet sub utroque jacentia Phoebo.

IV, 771.

- - - *gelido sub Atlante jacentem*
Esse locum.

& passim. Sed quid notat *super nimios soles*? an ultra zonam torridam versus Austrum magis? Vide L. IX, 605. X, 50, 242. *Trans Notom.* Nam arva jacent sub sole, non super solem. Videtur potius scribendum esse *sub & nimios soles*. vel *medios*. solet enim noster *sub* hoc casu construere. Vide omnino, quae congessimus ad Lib. IV, 333.

Non super arentem Meroën, Cancrique sub axem
Qua nudi Garamantes arant, sedere.

Ingeniose etiam amicus meus conjiciebat, *arva* ex Glossa enatum esse, & legendum *super vicinos*. *Invia mundi* dictum, ut statim *devia mundi*, *culta soli deserta viarum*, & alia sexcenties. Verum tamen nihil muta. *Super* omnino significat ultra zonam torridam, ut mox vs. 226.

Arva super Cyri Chaldaeique ultima regni &c.
Jam propior, quam Persis, eram.

Supra vs. 312, 318.

165 LABOR] Quem Pompejus est passus, qui labor

Aequoris in coelo; Syriam quo sidere servet:
Aut quotus in plaustro Libyam bene [a] dirigat ignis.
Doctus ad [b] haec fatur taciti servator Olympi:
Signifero quaecumque fluunt labentia coelo,
Numquam stante polo, [c] miseros fallentia nautas,
Sidera non sequimur: sed qui non mergitur undis
Axis [d] inocciduus, gemina clarissimus Arcto:
Ille regit puppes. hic cum mihi semper in altum
Surget,

VARIAE LECTIONES.

a *dirigit* V. pr. *derigat* R. pr. b *hoc* VV. LL. Steph. M. c *tacitos* V. sec. pro var. lect. d *in occiduis* R. 1.

labor semper ob curas moestus est, & odit omnia, quae futura sunt. SCHOL.

170 DIRIGAT] Quae Stella in septentrione cursum navium mittat ad Libyam. IDEM.

171 TACITI] i. e. magni. ut Virgilius *luminibus tacitis.* alibi *tacitae per amica silentia lunae* & *tacitum obsedit limen amatae.* IDEM. Male. Tu vide potius, lector, quae scribit Servius ad Virgil. L. III. Aen. 515.

Sidera cuncta notat tacito labentia coelo &c.

173 NUMQUAM STANTE POLO] Septem enim Stellae sunt, quae motu axis feruntur errantes. Has nauta non sequitur. SCHOL. Quomodo Polus nunquam stet, merito quis miretur, qui inconcussus, ac immobilis semper consistit. Hoc commentatores utique explicare conveniebat. Ego exponerem. *Nusquam stante polo*, id est, ubi nullus est locus stabilis, unde navis ulla dirigi queat. Quemadmodum de terrae longitudine disputant Geographi. Latitudinis quidem est immobile aliquod principium, nempe polus; longitudinis nullum, nisi in diversis regionibus eodem temporis momento factas eclipses attendamus, quemadmodum Ptolemaeus libro primo capite quarto Geographiae commonstrat. *Polus* igitur hoc loco accipitur pro *coelo*, non quavis coeli parte mobili. Verum autem polum mox subjungit, cum inquit, *Axis inocciduus.* GLAREAN. Stellas Zodiaci intelligit, quae perpetuo moventur cum mundo, ut bene alii.

175 INOCCIDUUS] Qui numquam occidit Helicen, & Cynosuram dicit. *Helice* Arcturus Major. *Cynosura* minor. SCHOL. *Quas* & *arcton* vitiose legitur apud Scholiast. Crucq. Horat. p. 122.

176 REGIT] Ut non casu, sed ratione hoc contingat. SCHOL. Locum hunc imitatus esse videtur Valer. Flacc. L. II, 61.

Atque adeo non illa sequi mihi sidera, monstrant,
Quae delapsa polo reficit mare &c.
Sed mihi dux.

& quae sequuntur.

176 HIC CUM MIHI] Hoc theorema nauticum est, sed tamen à vera, & Geographica, ac Astronomica ratione, non alienum. Sensus ita est horum aliquot sequentium versuum. Cum è Lesbo ita navigamus, inquit ad Pompejum nauta, ut identidem Polus Arcticus, quem inocciduum jam dixerat, *surgat*, id est, elevetur, videlicet, ut lucidae illae duae stellae in humeris minoris ursae, quas χορευτὰς Graecis dictas prodit Hyginus. (*reliquae autem duae choreutae dicuntur*, inquit, *quod circum polum versantur*) quemadmodum & libro tertio admonuimus. (Sunt enim duae illae secundae magnitudinis) prope super antemnam appareant, tunc iter nostrum est in pontum, & Bosphorum. Contra, cum è Lesbo ita navigamus, ut idem polus, Arctophylax, & ipsa adeo Cynosura sive ursa minor in cauda est stella (ut ita dicam) polaris, *descendant* ab summa arbore, tunc, in Syriam tendit ratis. Quasi diceret, si ad meridiem navigamus, Polus Arcticus discedit à puncto verticali, quem per malum significat. Contra autem fit, si ad Septentrionem, in Pontum, inquam, divertamus. Haud me latet, quid commentatores super hac re, & scribant, & sentiant, quae ego plane non intelligo, nec vera esse credo. Quanquam, ut verum dicam, nec difficile fuerit, etiam verum nautae sensum cavillari, ut cum loquitur de itinere in Syriam, quod quidem non unius rationis est. Ad Gnidon enim usque procedit nautae Theorema (id autem oppidum Cariae, in cornu peninsulae) quamdiu videlicet meridiem versus incedit navis. At post Gnidon, ad Orientem deinde fit conversio, quae poli non magnum jam discrimen habet. Verum nauta proxima quaeque à Lesbo itinera respexit, non illa jam remotiora, quae aliam accipiunt rationem. Sed

 haec

Surget, & instabit summis minor Ursa [a] ceruchis;
Bosporon, &, Scythiae curvantem litora, Pontum
Spectamus. quidquid descendet ab arbore summa
Arctophylax, propiorque mari Cynosura feretur,
In Syriae portus tendet ratis. inde Canopos
Excipit, Australi coelo contenta vagari,
Stella, timens Borean: [b] illa quoque perge sinistra,
Trans Pharon: in medio tanget [c] ratis aequore Syrtim.
Sed quo vela dari, quo nunc pede carbasa tendi
Nostra jubes? dubio [d] contra cui pectore Magnus,

Hoc so-

VARIAE LECTIONES.

a *cheruscis*, *cherucis* &c. MSS. & Edd qdd. uti & *Bosphoron*. b *illac q. parte* A. c *tangit* B. 1. V. 1. R. 2. Marp. Edd. Ven. Br. d *cui contra* B. 2. V. 1. M. *contra quem* A.

haec altioris sunt contemplationis, à nobis hac potissimum de caussa adducta, ut lector secum etiam consideret, quam levi (ut dici solet) brachio quidam magnos authores exponere conentur, nihil pensi habentes, quo quaeque dicta cadant. GLAREAN.

177 CERUCHIS] i. e. cornibus mali mei. Antennae cornua sic vocantur. SCHOL. V. Comment.

179 QUICQUID DESCENDET AB ARBORE SUMMA] Non, *descendit*. nam sequitur, *feretur*. Quare & mox, *tendit* in *tendet* mutavimus. GROT. *Descendet* jam ediderunt Rom. Parm. Paris. 1512. & Hortens. MSS. tamen retinent fere omnes *descendit*. uti supra *surgit* Bersm. duo, & mei novem. unus *surgat*. *Discedit* Amst. dein *tendit* multi libri quoque, *tendat* Edd. Ven. Brix. |& Med. sequor Grotium.

179 ARBORE] i. e. malo navis. Ab arbore videtur descendere in fluctus, cum inferior efficitur. SCHOL.

180 ARCTOPHYLAX] Ipse est Arcturus i. e. Bootes. dictus ideo, quod ab Arctis non recedat, sed eas custodiat. IDEM.

180 CYNOSURA] Fuit autem Cynosura una ex nymphis Idaeis, quae Jovem nutrierunt inter Curetas. Ut & Helice, quae ambae pro ea opera à Jove postea inter sidera relatae, alioque nomine Arcti vocatae sunt, ut est apud Hyginum. MICYLL.

181 CANOPOS] Nomen est stellae in Austro positae. SCHOL. Canopus, stella vicina polo Austrino, sive Antarctico. De Hoc Plinius Lib. II. cap. 70. *Septentriones non cernit Troglodytice, & confinis Aegyptus. Nec Canopum Italia, & quam vocant Berenices crinem.* Et Strabo libro primo, de Arctis loquens: Οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν πω τὴν ἑτέραν μὴ ἀστροθετεῖσθαι. Ἀλλ' ἀφ' οὗ οἱ Φοίνικες ἐσημειώσαντο καὶ ἐχρῶντο πρὸς τὸν πλοῦν, παρελθεῖν καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας τὴν διάταξιν ταύτην ὥσπερ καὶ τὸν Βερενίκης πλόκαμον, καὶ τὸν Κάνωβον ἐχθὲς καὶ πρώην κατωνομασμένον. Vitruvii autem verba libro nono cap. septimo; ita habent: *Nanque uti Septentriones circum axis cardinem versantes non occidunt, neque sub terram subeunt, sic & circa meridianum cardinem, qui est propter inclinationem mundi sub ectus terrae, sidera versabunda, latentiaque non habent egressus orientes supra terram. Itaque eorum figurationes propter obstantiam terrae non sunt notae. Hujus autem rei index est stella Canopi, quae his regionibus est ignota, renunciantibus negociatoribus, qui ad extremas Aegypti regiones, proximasque ultimis finibus terrae terminationes fuerunt.* Est autem & civitatis nomen *Canopus*, centum viginti stadiis ab Alexandria distantis in Aegypto, à Canopo Menelai gubernatore, ut Strabo ait libro ultimo, appellatae. A quo & *Canopicum* ostium Nili. Ejus Plinius meminit lib. v. c. 31. MICYLL.

182 AUSTRALI PARTE &c.] Quoniam in Australi parte posita non accedit ad Borean, ideo & *timens B.* dicta est. SCHOL.

183 PERGE] Mic. *pergo*, non male: ut de se loquatur nauta, sicut antea. BERSM. Immo vero male, & sine sensu. Dicit auctor. Si pergas, Canopo ad finistram visa, navigare ulterius Pharo, incides Syrtibus.

183 SINISTRA] i. e. si per sinistrum illius pergas stellae, ad hanc regionem venies. SCHOL.

184 SYRTIM] Ita recte edidit rursus Grotius cum Venet. Ascens. Mic. & Hort. ac MSS. quatuor

Hoc ſolum toto, reſpondit, in aequore ſerva,
Ut ſit ab Emathiis ſemper tua longius [b] oris
Puppis, & Heſperiam [c] pelago, coeloque [d] relinquas:
Cetera da ventis. comitem, pignuſque recepi
Depoſitum: [e] tunc certus eram, quae litora vellem;
Nunc portum Fortuna dabit. Sic fatur. [f] at ille
Juſto vela modo, pendentia cornibus aequis,
Torſit. & in laevum [g] puppim dedit, utque ſecaret,
Quas Aſinae cautes, &, quas [h] Chios [i] aſperat, undas,
Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.

Aequora

VARIAE LECTIONES.

a *nova* V. 1. a m. pr. b *horis* MSS. qdd. c *coel. pel.* B. 1. M. d *relinquas* H. non male. e *tum* MSS. & Edd. qdd. f & B. 1. g *puppem* MSS. qdd. h *Chius* V. ſec. i *aſperet* B. 1.

tuor Pulm. duobus Berſm. ac duodecim meis. Saepiſſime utitur hac voce in ſingulari noſter V. Indic. Immo Priſcianus, ut probet *Syrtim* dici in ſingulari, hunc adducit locum c. 717. Alii *Syrtes.*

185 PEDE] Funis in nave. SCHOL. V. ſupra.

187 IN AEQUORE] Praeſtantiſſimus Voſſ. pr. uterque Regius, & Hulſt. *ab aequore.* quod eſſet dictum, ut L. VII, 808.

Spectet ab aequore flammam.

& *à fluctibus ſummis videre* L. V, 640. ubi vide.

188 AB EMATHIIS &c.] Nec ad Emathiam vult ire, ubi Caeſar, & bellum eſt; nec ad Italiam; quia pudet venire ſuperatum. SCHOL.

190 CETERA DA VENTIS] Cetera ſic age, ut te ventorum facile flatus impellat. IDEM.

191 DEPOSITUM PIGNUS] Ut alibi *depoſitum, Fortuna tuum.* *Tunc* non recepta conjuge. IDEM.

191 VELLEM] Sc. contingere. Hoc eſt, cum ad Lesbon Corneliae amore properabam. IDEM.

195 ASINAE] *Aſine* caſtellum eſt Spartanorum. IDEM. Saxa, & ſcopuli Aſinae oppiduli, quod eſt in ſinu Meſſenio, qui ab eo *Aſineus* dicitur. Ejuſdem nominis alia eſt Laconica, ut ait Strabo libro octavo. SULPIT. Atque eodem modo & Omnibonus hunc locum legit, & per mediam Aſinam, & Chion navigaſſe Pomp. accipit, non animadvertens itineris rationem, atque propoſitum, neque etiam quantum Aſinae littus, & huic vicina Chios à Meſſenio, aut etiam Laconico mari diſtet. Non enim in Graeciam, aut Occidentem verſus navigabat Pomp. ut qui Heſperiam pelago, coeloque relinquendam dixerat, ſed in Orientem tendebat, *Icariae ſcopulos Epheſumque relinquens, & claram ſole Rhodon,* ut infra ſequitur. Quare ipſe quidem locum hunc ſuſpectum habeo, dubitoque, an potius legendum ſit.

Quas Aſiae cautes, & quas Chios aſperat undas.

Ut intelligamus inter Aſiae littus, & inſulam Chion ſiniſtram verſus Rhodon, atque inde in Ciliciam abiiſſe. MICYLL. *Aſine* oppidum eſt inter maritima Achaiae in Peloponneſo, unde ſinus *Aſinaeus* nomen habet, ad meridiem peninſulae: ſicut ſtatim à *Corone Coronaeus:* & in extrema ora procurrit in mare Taenarum promontorium. Sed quid *Aſine* huc ſpectat, non video, tam procul verſus occaſum à Lesbo diſtans. *Aſine* diſtat à Malaeſe XXXVI. M. paſſ. Ibi Trezen, nobilis quondam urbs, & portu inſignis, cui nomen Pogon, id eſt barba. De quo natum fuit proverbium, in glabros, *Troezenem pete.* ſive, naviga, in eum, qui cum mento imberbi eſſet, tamen appoſititiis pilis, barbam virilem mentiretur. Nonnulla exemplaria *Aſiae cautes* legunt, quam Lectionem veram eſſe, cenſet Glareanus, cujus judicio & ego ſubſcribo. Eſt enim *Aſine* nimis remota à Lesbo verſus Occaſum, quem tractum declinare juſſit Pompejus, & in laevum torſiſſe navem poëta dicit. Nam inter Epheſum, & Samum, ait *Glareanus*, & Icariam tranſiit. Itaque ego *Aſiae* legere malim, quam *Aſinae*, quod nomen ſcio ut aliquis ſubſtituit, volens ingenioſus videri, quum poëtae mentem non perciperet. Nec obſtat *Aſiae* generale nomen, quod hic ſpeciale eſt, non urbis quidem, ſed regionis littoralis contra Chium, & Samum. Quod ſi omnino quis proprium nomen aliquod, aut inſulae, aut orbis legi hic debere contendat, malim ego *Pſyriae* legere, cujus eſt mentio Odyſſ. III. in Oratione Neſtoris, meminitque Strabo magnifice lib. 14. in Lesbi deſcriptione;

Aequora senserunt motos, [a] aliterque secante
Jam pelagus rostro, nec idem spectante carina,
Mutavêre sonum. [b] non sic moderator equorum,
Dexteriore rota laevum cum circuit [c] axem,
Cogit inoffensae currus accedere metae.
[d] Ostendit [e] terras Titan, & sidera texit.
Sparsus ab [f] Emathia fugit quicumque procella,
Adsequitur Magnum: [g] primusque [h] à litore Lesbi
Occurrit natus, [i] procerum [k] mox turba fidelis.
Nam neque dejecto fatis, acieque fugato
Abstulerat Magno reges Fortuna [l] ministros:

Terra-

VARIAE LECTIONES.

a *altumque* B. 1. b *nec* B. 2. c *orbem* al. d *offendit* B. 1. e *Tit. terr.* B. 1. V. 1. f *Haemonia* B. 1. g *primus a* B. 1. h *ab* P. 2. V. 1. R 1. H. Hort. m. i *comitum* VV. LL. Steph. *curris* P. 1. k *& mox* V. pr. l *faventes l. ministros* V. sec. *sinistros* Ed. Rom.

ne: & situs ejus huic loco non ineptus est, ut legatur.

Quas Psyriae cautes, & quas Chius asperat undas.

Haec *Glareanus.* HORTENS. *Asine* Msc. *Sacine* mendose alter. *Asiae*, quam lectionem Micyllus quoque probat: ut dicatur inter Asiae littus, & Chion insulam sinistram versus Rhodon, atque in Siliciam navigasse, sive inter Ephesum, & Samum, & Icariam transiisse, ut Glarean. BERSMANN. *Asiae.* Sic quidem est in Regio uno, & Grotius edidit ex Micylli emendatione. Priores Editiones, & MSS. plurimi cum Scholiaste habent *Asine*, vel *Asinae*; *Sasinae* Pulm. duo, Voss. unus & Ed. Ven. *Lasinae* Var. LL. Steph. Verum recte notarunt Viri doctissimi, *Asinae* nullum locum hic esse posse, ut quae in Messeniaco agro Peloponnesi sita inmensum distat à Chio. Neque huc facere potest, quod in vetustis Pomponii Melae Editionibus inter Sporadas recenseatur *Asine*. Lib. II. c. 7. §. 9. Scribendum enim illic est *Syme*, ut Vossius docuit. Immo vera licet ibi esset lectio *Asine*, nihilo tamen rectius hic diceretur secare Asines, & Chii undas. Inmensum enim distant, & interjacent Icaria, Ephesus, aliaeque, quas recensebit vs. 244. Beroaldum autem legisse, video *Samiae cautes*; atque ita diserte habet Marp. Cod. Sed & *Samos* post Chion est sita, cum debeat esse locus, inter quem & Chion secaret undas. *Asiae*, quae Micylli est conjectura, recipienda quoque non est; nam, praeterquam quod verisimile non est, librarios in tam noto nomine cespitasse, & pro eo minus notum reposuisse, nimis generale est, ut inter Asiae cautes, & Chium possit dici, Pompejum navigasse. Aliud itaque quaerendum. MSS. Amstel. exaratum habet *Sirie*, & in variis Grotii lectionibus est *Syriae.* Hinc prius amicus meus scribendum esse conjiciebat *Scyri*, nobilis insulae, è regione Chii in Aegaeo mari jacentis, & scopulis celebris. Statius Lib. II. Achill. 17.

- - - *Cum se scopulosa levavit*
Scyros.

Adde Barthium ad Lib. I. Achil. 285. Prope verum. Vel sic tamen haec longius à Chio sita est. Quare omnibus rite perpensis, accedo, & ille mecum, verissimae Glareani conjecturae, legentis *Psyriae cautes.* *Psyra* enim est insula Chio ab Occidente obposita, parva, sterilis, & inculta. Vide Comment. ad Steph. Byzant. Ψύρα, νῆσος μικρὰ πλησίον Χίου, ἣν ὁ ποιητὴς Ψυρίαν καλεῖ

Νήσου ἔπι Ψυρίης. Τὸ ἐθνικὸν ὁ Ψύριος· καὶ τὸ θηλυκὸν, Ψυρία &c.

Et sic reponendum quoque apud Priscian. L. II. c. 588. In vulgatis illic etiam *Asinas* exhibetur. *Asperare* dixit ad exemplum Virgilii L. III. Aen. 285.

Et glacialis hiems Aquilonibus asperat undas.

Ovid. L. II. Am. El. II, 27.

Quid? si concussas Triton exasperet undas.

Liv. L. XXXVII, 12. *Exasperato fluctibus mari.* *Asperum mare* ibid. c. 17. Horat. I. O. V. Valer. Max. IV, 2. Sil. VI, 524. &c.

198 SPECTANTE CARINA] Male Bersm. unus *inspectante.* Supra *spectamus pontum.* Navis argute dicitur *spectare* propter oculum, quem vel pictum, vel

Terrarum dominos, & sceptra Eoa tenentes
Exsul habet comites. jubet, ire in devia mundi
Deiotarum, qui sparsa ducis vestigia légit.
Quando, ait, Emathiis [a] amissus cladibus orbis,
[b] Qua Romanus erat, superest, fidissime regum,
Eoam tentare fidem, populosque bibentes
Euphraten, & adhuc [c] securum à Caesare Tigrin:
[d] Ne pigeat, Magno quaerentem fata, remotas
Medorum penetrare domos, Scythicosque recessus,
Et totum mutare diem, vocesque superbo
Arsacidae [e] perferre meas: Si foedera [f] nobis

Prisca

VARIAE LECTIONES.

a *amissis* Ed. Ven. Hort. *amisistis* V. 1. b *qui* VV. LL. Steph. B. 2. V. 1. R. 1. O. 1. Ed. Ven. c *securam* W. *securum e.* B. 1. d vulgo *nec.* e *proferre* V. 1. M. male. V. Burm. ad Val. Flacc. v, 663. f MSS. & Edd. qdd. *vobis* male.

vel caelatum habebat in prora. Livius Lib. xxx. c. 25. *Sepulcrum dirutum proram spectare, abominatus.* D. Lucas Act. Apost. c. 27. Com. 15. *πλοίου μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ.* Adde Scheffer. de re navali p. 49, 51, 174. & figuras navium, quas profert Baysius. Clare etiam conspicitur oculus in prora navis in nummis gentis Fontejae, licet eum non semper observarint viri docti. V. Polluc. L. 1. §. 86.

199 MUTAVERE SONUM] i. e. aequora conversione navis (*navium* Voss. pr.) aliter sonare coeperunt. SCHOL.

200 DEXTERIORE ROTA] Hunc locum diligenter explicat Badius, ut in tali conversione rota in sinistra parte stet ad tempus, quasi immobilis, & dextra vertatur. Unde patet olim à dextra in sinistram procursum, ac currus in sinistrum flexos, cum hodie contra fiat, à sinistris in dextram, quod certe magis secundum naturam est. Nisi quis dicat poëtam, ut in multis aliis contrarium exhibuisse, quod equidem nescio. GLAREAN.

200 CUM CIRCUIT AXEM] Steph. Var. LL. tres Pulm. MSS. unus Bersm. & duo, vel tres mei cum Ed. Veneta, & Grotii *orbem* habent. Minus bene. Non enim modo rotam, sed totum axem, & currum circuit, cum per rotam dexteriorem prope metam currum vertit ad laevam. Ovid. L. III. Am. 2, 69.

Me miserum! metam spatioso circuit orbe.
Quid facis? admoto proximus axe subit.

& alibi. Male alii contra morem in circo habitum stantem intelligunt rotam dexteriorem, ut à sinistra dextram versus statuatur à Lucano cursus equorum. A dextra ad sinistram incipiebant, ut patet ex Onuphrio, aliisque.

201 INOFFENSAE METAE] Huic accedere declinavit, in quam non offendere vult in Olympio certamine. SCHOL.

202 TEXIT] i. majori luce operuit. IDEM.

203 PROCELLA] Consuetudo auctorum est, bellum incendio, & procellis comparare. *Quicumque.* de parte Pompeji. IDEM.

205 NATUS] Sextus Pompejus, Magni filius. IDEM. Alii non *Sextum* hoc loco, sed *Cneum* intelligunt. Nam Sextum, ut juniorem, una cum matre Cornelia Mitylenis ante pugnam depositum fuisse, eoque post cladem acceptam Pompejum potissimum Lesbum petiisse, ut inde uxorem, filiumque, ut Plutarchus ait, reciperet. MICYLL. Micyllum sequitur Hortensius, sed male. nam noster Lib. VI. fuse indicat Sextum non cum matre Lesbi fuisse, sed in exercitu; & L. IX. clare ostendit, Sextum cum matre post occisum patrem adpulisse ad Libyam, ubi Cneus jam erat una cum Catone, aliisque Consule vi. 85, 120. &c.

210 DEJOTARUM] Gallograeciae regem. Ne miraremur; unde in his terris Dejotarum invenerit, hoc poëta differit. *Qui sp. d. vestigia leg.* i. qui inter ceteros fugientes vestigia Pompeji est secutus. SCHOL.

211 QUANDO] i. Quoniam, quandoquidem. Quoniam quidem per Emathias clades amisimus orbem, qui erat sub ditione Romana. IDEM.

213 POPULOS] Parthos dicit, & ceteras Orientis gentes. IDEM.

214 SECURUM A CAESARE] Qui nondum Caesaris injurias sensit. IDEM.

215

Prisca manent, mihi [a] per Latium jurata Tonantem,
Per vestros adstricta magos; inplete pharetras,
Armeniosque arcus Geticis intendite nervis:
Si vos, ô Parthi, peterem cum Caspia claustra,

Et se-

VARIAE LECTIONES.

a *si* Ed. Hort.

215 NE] Sic rescripsi pro *nec* auctoritate MSS. quinque Pulm. trium Bersm. & meorum quatuordecim cum Edd. Rom. & Parm. Ascens. Versell. Paris. aliisque.

215 PIGEAT] Scil. te Pompejo fata quaerentem. SCHOL.

217 MUTARE] *Totum mutare diem*, dixisse videtur ὑπερβολικῶς, pro, eo usque versus Orientem proficisci, dum tempus diei propter loci distantiam, & mundi inclinationem varietur, collatione Occidentis videlicet. Nam Orientalibus Sol citius oritur, atque apparet, quam iis, qui versus Occidentem degunt. Quidam autem pro *mutare*, *motare*, legunt, *diemque* pro Oriente accipiunt, κατὰ συνεκδοχὴν, eo quod ab Oriente dies procedat, ut sit sensus: Totum commovere, atque excitare Orientem. Perinde ut & Sulpitius locum hunc exponit. De qua lectione judicent alii. MICYLL. *Et totum motare.* Alii *mutare* legunt. Sulpitius exponit, excitare totum Orientem, unde dies emanat. At Mycillus, *totum*, inquit &c. Sulpitii interpretatio, ut minime absurda magis placet, ut poëta luserit ad illud Virgilianum.

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Motare totum orbem Orientem in arma contra Caesarem. HORTENS. *Mutare.* Aliud subire coelum, cujus dies aliter se habent. GROT. Verissime. illud *motare* excogitatum est contra omnes Mstos à Sabellico in Annotat. Syll. II. in T. I. Thes. Crit. p. 184. Sic autem cum aliis loqui amat noster. L. V, 107.

Saepe dedit sedem totas mutantibus urbes,
Ut Tyriis.

supra vs. 147.

- - - *cunctos mutare putares*
Tellurem patriaeque solum.

Mutare locum, *terram* L. II, 137. VI, 271. Lucretius L. IV, 460.

Conclusoque loco coelum, mare, flumina, montis
Mutare, & campos pedibus transire videmur.

ubi vide Fabrum. *mutato evadere coelo* Silio L. X, 420. Adde J. F. Gronov. L. III. Observ. c. I. & omnino Celeb. Bentlej. ad Horat. L. II. O. 16, 19. ubi nihil mutandum puto,

- - - *quid terras alio calentis*
Sole mutamus? patriae quis exsul se quoque fugit?

218 ARSACIDAE] Hic Arsaces (*Arsacus* MS.) rex Parthorum (*Persarum* Voss. pr.) fuit. SCHOL. Arsacidae autem dicuntur ab Arsace, primo regni Parthici autore, perinde ut Ptolomei Aegyptii reges, à primo Lagi filio. Vide Justin. lib. XLI. MICYLL.

218 FOEDERA] Hic ostendit, se societatem cum his inisse. SCHOL.

219 MIHI PER LATIUM &c.] In quibus firmandis ego per Latialem Jovem juravi: Vobis autem sunt adstricta per Magos vestros, scilicet Chaldaeos, qui in Parthia sunt. IDEM.

220 ADSTRICTA] Ita habent MSS. omnes. Sulpitius tamen, eumque secuti Ascens. Versell. Paris. Micyll. & Hortens. ediderunt *obstricta*, ut vs. 235. Perperam. *Adstringere fidem*, *foedus* passim. *Jurare*, & *adstringere* jungit etiam Ovidius Epist. XVI. Her. 319.

Tunc ego jurabo quaevis tibi numina, meque
Adstringam verbis in sacra jura tuis.

222 SI VOS, ô PARTHI] Si vos, o Parthi inquietare nolui, cum vexarem Alanos, & Caspianos. Nunc mihi reddite vicem auxilia dirigendo. SCHOL.

222 CASPIA CLAUSTRA] i. fines Armeniae. IDEM. Caspii montes sunt inter Armeniam majorem, & Mediam, ubi fortassis etiam alicubi claustra, aut furcae sunt, de quibus loquitur poëta. Nam de Caspiis portis inter Parthiam, & Mediam intelligere, consentaneum non est, cum nimis in Orientem tendant, nec eousque quisquam Romanorum pervenit Caesarum, nedum Pompejus, cum ejus tempore potentissimi essent Parthi. Quamvis paulo post gloriatur, Gangis, & Hydaspis fontibus se propiorem fuisse, quam sit Persis regio, quod de altero maris Caspii littore intelligatur. Siquidem Pompejus unquam in Alanis bellum gessit, quos Ptolemaeus in Scythia intra Imaum montem ponit, ultra medium Caspii maris. Alanos item montes in eadem Scythia. Sunt & Alauni diphthongo in media syllaba (si codices non errant) & populi, & montes in Sarmatia Europae, apud Tanaim flumen, eodem authore. GLAREAN. *Caspia regna* non omnino male scribitur

Et sequerer duros aeterni Martis Alanos,
Passus [a] Achaemeniis late decurrere campis,
In tutam trepidos numquam Babylona coëgi:
Arva super Cyri, Chaldaeique ultima regni,

Qua [a] ra-

VARIAE LECTIONES.

a *Achimeniis* MSS. qdd. V. ad L. ii, 48.

bitur in Voss. uno, Edd. Rom. Parm. Brix. Mediol. & Paris. ex Virgilio L. vi. Aen. 799.

Hujus in adventum jam nunc & Caspia regna.

Castra est in Oxon. pr. & Marp. a m. pr. frequenti librariorum errore. vide ad Silium Lib. x, 643. Rectum est *Claustra:* quamvis hoc loco non verae Caspiae Pylae, seu *Caspiarum claustra*, ut loquitur Tacit. L. i. c. 6. intelligi debeant, sed Sarmaticae, ut patet satis ex subjunctis *Alanis*, Sarmaticae Europaeae populis, de quibus mox agemus: Alii fauces versus Armeniam intelligunt ut vs. 291.

Caspiaque inmensos seducunt claustra recessus.

Passim omnes munitos, & angustos locos *claustra* vocant. Jam Caspii montes longissimo tractu extenduntur. Valer. Flacc. L. v, 125.

Cum redit ingenti per Caspia claustra triumpho,
Massageten, Medumque trahens.

Mox vs. 236. Adde Indic. & Heins. ad Vellej. i, 3. Broukhus. ad Propert. iii, 7, 55.

223 ALANOS] Gens in Ponto, quae perpetuis proeliis inquieta est. SCHOL. Pompejus cum Mithridatem persequeretur, in ultimas, & ignotas gentes penetravit, hoc est, Iberos, & Albanos, quorum reges cum LXXIII. hominum M. ad Cirtum fluvium illi occurrebant, vel (ut alii) Cydnum, ortum, labentemque è Caucaso. Pompejus, superato amne, reges in profundissimas sylvas praecipites egit: mox igni circumjecto cum ad perniciem eos insectaretur, flamma, & ferro delevisset, nisi obsidibus datis reges suppliciter pacem petivissent. Albani etiam, qui ad Caucasum habitant, etiam pacem petiverunt, ut ait Plutarchus, atque inde scribit, Pompejum in Iberos, accolas Tauri montis multo Albanis bellicosiores movisse castra, quippe qui ne Macedonum quidem armis olim cessissent. Quibus partim caesis, partim captis, ipsa gens in deditionem venit, cum rursum Albani defecisse nuntiantur. Quos circa Abantem amnem iterum praelio vicit Pompejus, in quo Cosi regis frater ipsius Imperatoris manu interfectus fuit. In hac acie credunt quidam Amazones ex Thermodonte, & regione, quae supra Thermodontem est, accersitas cum Albanis militasse. Hinc Pompejus ad Caspium mare, iter flexit, sed regione serpentibus infesta praesenti conatu excussus in Tigranem belli impetum vertit. Quare crediderim, Lucanum hoc loco Albanos per Alanos significasse, elisa litera *b* è medio per syncopen, cum dicit,

Cum sequerer duros aeterni Martis Alanos.

Nam in Scythiam ad Alanos ultra Imaum montem propter dissitas novo prope orbe regiones nondum pervenit quisque Romanorum. Quod vero ad Albaniam, quae superfusa est montibus Caucasiis usque ad Cyrum amnem, ibi Iberiae statim, inde Armeniae majori confinium est, descendit. Sed Hiberia, quo angustior est, hoc frequentior habitatur. Difficiles sunt aditu *Hiberi*, sive *Iberi*, (utroque modo authores usurpant) propter montium angustias, & itinera etiam alicubi excisa manibus, ut portarum Amanicarum. Et quia vix alibi Caucasus difficilior transitu est, quam ubi Albanos, & Hiberos a Scythis Sauromatis, sive Sarmatis, qui hodie Tartari dicuntur, disterminat, Pylas illic habet, sive portas Caucasias à Plinio dictas lib. vi. capite ii, quas quidam magno errore *Caspias* dixerunt. Hoc errore ductum Lucanum verisimile est, cum ad Caspia claustra Alanos Pompejum secutum fuisse dicat. His enim (ut ostendimus) superfusi sunt Albani, à quibus Ptolemaeo *Albaniae* appellantur. *Hae portae* (ut Plinii verbis utar) *inter ingentia naturae opera referuntur, montibus repente interruptis, fores obducuntur ferratis trabibus, subter medias Dyriodori amne fluente, citraque in rupe castello communito ad arcendas transitu gentes innumeras. Haud inde longe Armeniae montes in coelum attolluntur, Hiberibus objecti, per quos una angusta via transitum praebet, Armeniae pylae appellatae, nihilo aequiores transeuntibus, ut magnae Pompejo gloriae fuerit, ingredi cum exercitu ad Hiberos auso, tametsi post devictum Tigranem nihil illi impervium videbatur, propter famam victoriarum.* Atque quidem de Alanis, sive Albanis, & portis, ac claustris Caspiis, de quibus erudito lectori suum judicium esto. HORTENS. Non *Alanos* pro *Albanis* per syncopen litterae *b* posuit Lucanus, sed errore suo hanc gentem *Alanorum*, quae tum primum nomine solo videtur Romanis innotuisse, ut ferocissima, confundens cum *Al-*

Qua [a] rapidus Ganges, & qua Nysaeus Hydaspes
[b] Accedunt pelago, Phoebi surgentis ab igne
[c] Jam propior, quam Persis, eram: tamen, omnia vincens,
Sustinui, nostris [d] vos tantum deesse triumphis;
Solusque [e] è numero regum telluris Eoae,
Ex aequo me Parthus [f] adît. nec munere Magni
Stant [g] semel Arsacidae. quis enim post vulnera cladis
Assyriae, justas Latii compescuit iras?
Tot meritis [h] obstricta meis, nunc Parthia ruptis
Excedat claustris vetitam per [i] secula ripam,
[k] Zeugmaque Pellaeum. Pompejo vincite, Parthi;
Vinci Roma volet. [l] regem parêre [m] jubenti

Ardua

VARIAE LECTIONES.

a *trepidus* B. 1. b *accedis* A. c *nunc* B. 1. d *tantum vos* V. 1. e *ex* P. 2. f *habet. vel munera* VV. LL. Steph. g *simul* Ed. Br. h *adstricta* B. 2. Ed. Ven. i *scelera* H. k *Zeuma* MSS. & Edd. pp. l *regi* V. 1. m *volenti* B. 1.

banis, quos una cum Colchis, & Iberis vicit Pompejus. Vide praeter alios Florum L. III. c. 5. §. 28. Ad *Alanos* numquam pervenit Pompejus. Recte tamen Barthius ex hoc loco & L. 1, 454. refellit magnum Casaubonum, qui *Alanos* demum sub Flaviis principibus innotuisse Romanis putat, ad Gulielm. Briton. L. 1, 123. ubi operose de *Alanis*, & *Albanis* disserit; item ad Claudian. *Aeterni Martis* non capiendum est cum Romanis, ut paullo post ait Hortensius, sed exponendum; *qui perpetuo sunt in armis*; ut bene alii explicant; & praesertim in equis, testibus Martiali, & Dionysio. Hunc autem versum imitatus est Sidonius Apollin. Carm. II, 364.

Vandalicas turmas, & juncti Martis Alanos.

224 ACHAEMENIIS] Ab Achaemene rege Persarum sunt dicti. SCHOL. Ἀχαιμενία, inquit Stephanus, ἡ Περσικὴ μοῖρα, ἀπὸ Ἀχαιμένους, υἱοῦ Αἰγέως. MICYLL.

225 LATE DECURRERE] Ita quidem etiam exhibent optimi Codices. In duobus tamen Bersm. & quatuor meis, ac Edd. Rom. Parm. Brix. Med. Sulpit. Ascens. Paris. Mic. Hortensiique exaratur *discurrere*. quod verbum aptius cum τῷ *late* convenit, & innuit Pompejus, se sivisse, ut liberi per campos huc illuc vagarentur. Lib. 1, 471.

Barbaricas saevi discurrere Caesaris alas.

Ovid. L. II. Fast. 223.

Sic Fabii latis vallem discursibus implent.

Immo cum pro *campis* in Edd. principe, & Parm. scribatur *Susis* putem *decurrere Susis*, hoc versu interpsisse ex Lib. II, 48.

Achaemeniis decurrant Medica Susis
Agmina.

Inepta vero haec Pompeji oratio est: quasi vero Parthos, si potuisset, non debellasset, & signa ab illis repetisset.

227 NYSAEUS] Fluvius ex Nysa Indiae monte descendens. SCHOL. De hac Nysa à Dionysio, qui & Bacchus, condita, meminit & Arrianus Libro quinto. MICYLL. V. ad L. 1, 65.

229 AB IGNE JAM PROPIOR, QUAM PERSIS, ERAM] Orientis solis flammis ego eram propinquior, quam Persae, qui juncti sunt. SCHOL. *Ab igne Jam propior.* Distinctionem mutavimus, ut sit sensus, Propior Orienti eram, quam Persae ipsi. GROT. In quibusdam nempe Edd. distinguebatur post *igne*. Omnes tamen Interpretes recte explicant.

231 SOLUSQUE] MS. Marp. *solus &* cum Edd. Sulp. Ascens. Vers. Par. Mic. Hort. numerosius, & concinnius.

232 EX AEQUO] Quippe non victus aequalis est mihi. SCHOL. Sic Plinius de Parthis: *Ad Scythas pertinent, cum quibus ex aequo degunt.* Et ante de Scythis: *Multitudo populorum innumera, & quae cum Parthis ex aequo degat.* GROT. Ed. tert.

233 SEMEL] Nec semel sunt tantum meo beneficio liberati. SCHOL.

233 VULNERA] Quae nos illic passi sumus, non, quae vos pertulistis. IDEM.

234

Ardua non piguit; positisque insignibus aulae,
Egreditur famuli raptos [a] indutus amictus.
In dubiis tutum est inopem simulare [b] tyranno.
[c] Quanto igitur [d] mundi dominis securius aevum
Verus pauper agit! [e] dimisso in litore rege,
Ipse per Icariae scopulos, Ephesonque relinquens,
Et placidi Colophona maris spumantia parvae
Radit [g] saxa Sami: spirat de litore Coo
Aura fluens: Gnidon inde fugit, claramque [h] relinquit
Sole Rhodon, magnosque sinus Telmessidos undae
Compensat medio pelagi. Pamphylia puppi
Occurrit tellus: nec se committere muris

Ausus ad-

VARIAE LECTIONES.

a *inductus* V. 1. O. 1. b *tyrannum* V. sec. qu. a m. pr. A. c *quantum* Marp. H. a m. pr. *quando* A. d *dom. m.* Marp. e *demisso* R. 1. O. 1. V. 1. f *cariperiae* V. 1. g *claustra* Ed. Br. Med. h *reliquit* V. 3.

234 LATII C. IRAS] Hoc dixit. Mortem Crassorum, quae in Parthia facta est, voluit Senatus vindicare, sed Pompejus obstitit. SCHOL.

237 ZEUGMAQUE PELLAEUM] Magnus Alexander Pellaeus victis Parthis finem posuit, quem numquam excederent, Euphratem fluvium, & civitatem Zeugma, quae in ejus est ripis. SCHOL. Zeugma urbs fuit ab Alexandro condita in ripa Euphratis, ubi ille exercitum aliquando trajecit, unde & nomen sortita est, autore Stephano. Graecis enim ζεῦγμα pons, aut quicquid pontis vicem sustinet, appellatur, eo quod utramque ripam conjungat. *Pellaeum* autem vocat poëta, pro Macedonico, sive a Macedonibus condito. Nam Pella Macedoniae urbs fuit, Alexandri patria, unde ipse quoque Pellaeus passim à poëtis nominatur. MICYLL.

238 ROMA VOLET] Optabit à vobis vinci, si mihi victoriam comparatis. *Regem* Dejotarum. SCHOL.

240 FAMULI RAPTOS AMICTUS] MSS. quatuor Pulm. cum Edd. Veneta, Aldi, Colin. & Stephani dant *ruptos*, quasi scissa, & pannosa fuisset vestis. In Voss. sec. & quinto *famulo* habetur. rectius pro veste, quae famulo exuta, & derepta est. Simpl. pro compos. 1, 157. *Victori rapuere* IX, 1100. *rapta dius populis.* & saepius. *rapto* Reg. pr. dein vs. 244. *Epheson* Graeco more reposui ex MSS. Witt. Voss. tert. & meo, ut forsan scribi etiam debet *Tauron*.

242 DOMINIS] Alii *domini* (Ed. Haered. Gryph. & Pulm. vitiose) nos reposuimus *dominis* ex Mscr. tribus, & libris aliquot. BERSM.

243 VERUS PAUPER] Nam hic simulatus est. SCHOL.

244 ICARIAE] Insula Asiae, ubi Icarus occidit. IDEM.

244 SCOPULOS] *Populos* Msc. male. BERSM.

246 LITORE COO] Quidam codices legunt pro *Coo*, *Eoo*. Is ventus plane naviganti in Ortum contrarius fuisset. HORTENS. *Choo* Msc. duo. quid. libr. *Eoo* mendose. BERSM. *Choo* MSS. habent multi. *Eoo* est in quinque Pulm. Voss. pr. Witt. Amst. & meo; ut ediderunt Aldus, Colin. & Steph. sed male. Dicit auctor, Pompejum jam reliquisse insulam Co. quare de ejus litore aura secunda spirat.

248 TELMESSIDOS UNDAE] In Asiatico mari sinus nomen. SCHOL. *Themesidos* MSS. duo vitiose. *Telmessus* oppidum Lyciorum, & promontorium cum portu. BERSM. Variant nonnihil MSS. Sed vera haec lectio. *Telmessus* urbs apud Plinium, apud Strabonem, & Stephanum Τελμησσός. Est in confinio Lyciae, & Cariae. GROT. Ed. sec. *Temessidos*, *Themissidos*, *Theumesidos* &c. MSS. exhibent corrupte.

249 COMPENSAT] Hoc est. Flexum illum tanti sinus non circuit, sed per altum recto itinere contendit, habiturus grande compendium. SCHOL. *Compensat: medio pelago P.* Compendium facit itineris, recta navigatione. Mscr. tria. *Compensat medio pelagi. Pamph* BERSM. *Medio pelagi.* Priori periodo haec verba adscripsimus. Sunt enim opposita, medium pelagi, &, magni sinus. Comper-

Ausus adhuc ullis, te primum, parva [a] Phaseli,
Magnus adit. nam te metui vetat incola rarus,
[b] Exhaustaeque domus populis; majorque carinae,
Quam tua, turba fuit. tendens [c] hinc carbasa rursus,
[d] Jam Taurum, Tauroque videt Dipsanta cadentem.
[e] Crederet hoc Magnus, [f] pacem cum praestitit undis,
Et sibi consultum? Cilicum per litora tutus
Parva puppe fugit: sequitur pars magna Senatus,
Ad profugum collecta ducem: parvisque [g] Syedris,
Quo portu [h] mittitque rates, recipitque Selinus,

In Pro-

Variae Lectiones.

a *Phaselis* vulgo. b Hic & seq. Vers. non leguntur in Reg. pr. c *hic* V. 1. W. O. 1. Ed. Bersm. *duc* Asc. d *in T.* Edd. Sulp. Asc. Paris. e *Credidit* V. sec. f *cum p.* V. sec. g vulgo *Celendris* & *Synedris.* h *mittit puppes* B. 1.

pensare est compendi facere. Seneca Hippolyto: vs. 84. *Qua via longum compensat iter.* GROT. Recte ita distinxisse Grotium liquet, ex Scholiaste, & ipsa ratione. Pamphylia enim non jacet medio pelago. Sed Pompejus compensat gyrum magni sinus recta via per medium pelagi. Ed. Veneta recte jam interpunxit. *Pelago* vero contra omnes MSS. est in Ald. Col. Steph. Gryph. Pulm. & Bersm. Edd.

251 Parva Phaseli] Civitas Pamphyliae, ubi usus navis illius inventus est, quam Phaselum dicimus. SCHOL. *Φασηλίς*, inquit Stephanus, *πόλις Παμφυλίας, ἡ πρότερον Πιτύουσα, καὶ ὕστερον Φάρυγκλος.* Et addit: *Ἡρωδιανὸς δὲ μόνος τοῦτό φησι, καὶ προπαροξύνεσθαι.* Plutarchi autem verba in Pompejo sunt: *Primam autem civitatem Attaleam Pamphyliae ingressus est post fugam, ubi triremes quaedam obviam è Cilicia ei advenere.* MICYLL. Mscr. tria *Phasele*, quart. *Phalese*, perperam. Phaselis *πόλις Παμφυλίας* &c. Steph. BERSM. *Phaseli* vocante casu Msc. P. rectius. GROT. *Ed. sec.* Hanc alii Lyciae, alii Pamphyliae assignant. IDEM. *Ed. tert. Phaseli.* Steph. Codd. quat. Pulm. & Voss. duo *Phasele. Phaselus* meus, *Phaselae* Oxon. pr. *Phaseli* Reg. prim. verissime, quare sine haesitatione recepi; praesertim cum jam monitum sit à Grotio, cui adstipulatur Is. Vossius ad Melam L. 1. c. 14. Vitiose Ascens. *Phasilis* dedit. *Parva* autem cum eodem Vossio capiendum, non de spatio loci, sed paucitate incolarum tunc temporis: quippe quae diruta, & deserta erat; cum fuerit olim una ex tribus maximis Cilicum civitatibus.

254 Quam tua] Scilicet plures fuerunt in nave Pompeji, quam in tuis moenibus erat civium multitudo. SCHOL.

255 Dipsanta] Nomen est fluvii (*ab undis sitientibus appellatum.* Voss. sec.) qui de Tauro monte profluit (*aut in fluvium Taurum decurrit* addit male Voss. sec.) IDEM. *Dipsonta.* Mscr. duo *Dipsanta*, & alter. *Dimpsanta.* tert. *Dipsana. Dipsas* fluvius Ciliciae. BERSM. *Dipsonta* contra MSS. praeter Voss. quart. exhibuere Ven. Ald. Colin. Versell. Steph. Gryph. Pulm. &c. *Dipsunta* est in duobus Pulm. & tribus Voss. Ceteri omnes *Dipsanta* cum Boccatio servant.

256 Crederet hoc &c.] Quando, inquit, credere posset hoc Magnus, quod pacem undis commisit, & ad nullam voluit accedere civitatem, etiam sibimet profuturum? Nam populis proderat ad victoris iram; quod Pompejum nemo susceperat, & huic tamen proderat, quod erat tutus in fluctibus. SCHOL. Obscurius haec exponit Schol. dicit Lucanus. An umquam Pompejus potuisset credere, sibi usui fore, suaeque securitati consultum, quod mare à piratis purgaverit, & pacaverit? unde jam tutus potuit Cilicum litora sine piratarum metu praeterire.

256 Hoc] Msc. *huc:* in hoc mari tutum sibi fore receptum. BERSM.

259 Celendris] Oppido in Cilicia cum portu, ut docet Strabo, & ipse poëta indicat. Nec legas *Synedris*, & ridicule congregationem hic significare interpreteris. SULPIT. Ab hoc autem & *Celendritis* Ciliciae regio appellata. Cujus Plinius meminit libro quinto, cap. vicesimo septimo. MICYLL. Syncope, pro *Celendiris.* Plin. lib. v. cap. 27. in descriptione Ciliciae. *Amnes*, inquit, *Saros*, *Gygnus* (sive *Cydnum* potius) *Tarsum*

In Procerum [a] coetu tandem moesta ora resolvit
Vocibus his Magnus: Comites bellique, fugaeque,
Atque instar patriae, quamvis in litore nudo,
In Cilicum terra, nullis [b] circumdatus armis
Consultem, rebusque novis exordia quaeram,
Ingentes praestate animos: non omnis in arvis
[c] Emathiis cecidi, nec sic mea fata premuntur,
Ut nequeam [d] relevare caput, cladesque receptas
Excutere. an [e] Libycae Marium potuere ruinae
Erigere in fasces, & [f] plenis reddere [g] fastis?

Me pul-

Variae Lectiones.

a *coetum* VV. LL. Steph. P. 1. V. 1. *coeptu* Ed. Ven. b *circumditus* A. c *Emathiae* Marp. d *revelare* O. 1. e *Libyae* B. 1. f Edd. qdd. *plen. &c.* g *fatis* R. 1. V. 2. H. Marp. M. Hort. m.

sum liberam urbem procul à mari secans. Regiô Celendiritis cum oppido. Haec Plin. Oppidum indicat *Celendiras*, cum portu, in regione Celendiritide. Libenter utor *Glareani* judicio in obscuris hujus poëtae locis illustrandis. *Celendiris*, tetrasyllabum est, *inquit*, apud Strabonem, lib. XIV. & in V. ut puto, Graecorum declinatione. Poëta noster trisyllabon fecit, & in primam receptum declinationem. Apud Plin. lib. V. cap. 27. pro *Celenderis*, perperam, ut puto, legitur, *Celendiritis*, pentasyllabon, quanquam regionem facit cum oppido. Ptolemaeus littorale oppidum facit, sicut & *Selinunta*, quod hic poëta flumen facit. Aldinus codex, *Synedris* legit, quod Sulpitius irridet. Intelligimus igitur hasce orationes Pompeji, & Lentuli *Celendris* habitas. Hucusque *Glareanus*. HORTENS. *Celendris*, Mic. & Glareanus. Libri veteres, & Aldus *Synedris*, corrupte. PULM. *Synedris.* Msc. quatuor *Sinedris*. quod sit insulae nomen, vel portus. Alii legunt *Celendris* κτ̃ συγκοπὴν pro *Celenderis*, quod Ptolemaeo est opidum litorale. Vide Strabon. Lib. XIV. Plin. Lib. V. cap. 27. BERSM. Legi debere *Syedris* monuit ad Florum pridem Salmasius, pariterque corrigendum Strabonem, ubi Συδρέ. Σύεδρα sunt apud Stephanum, Ptolomaeum, Acta Synodica sub Mena. GROT. *Ed. tert.* Nugantur Interpretes *Celendris* legentes: quod à Sulpitio profectum receperunt Ascens. Versell. Paris. Mic. Hortens. & Pulm. Urbs haec Ciliciae non *Celendra*, vel *Celendrae* dicitur in nominativo, ut deberet, si in Ablativo esset *Celendris*; sed in recto casu vocatur *Celendris*, vel *Celenderis*; nec maritima est, sed magis mediterranea. *Selindris* est in Voss. quinto. Ceteri omnes scripti, & Editi *Synedris*, *Sinedris*, *Synaedris*. Procul omni dubio scribendum *Syedris* cum Salmasio Plin. Exercit. p. 542. Adde eum, & Doct. Dukerum ad Florum L. IV. c. 2. *Pulsus Syedris, deserto Ciliciae scopulo. Syedrae* enim, vel *Syedra* maritimum oppidum est Ciliciae Tracheae.

260 Selinus] Locus in Cilicia, ubi consilium Pompejus habiturus est. SCHOL. Mscr. *Silinis. Selinis* tertium: *Salinis*, & *Selirus*. Selinus opidum litorale, quod poëta hic fluvium facit, sicut & Strabo. In uno etiam est *Silenis*. BERSMANN. Et hic variant manuscripti. Sed vera haec lectio. *Selinus* fluvius est Ciliciae apud Strabonem (Lib. XIV.) GROT. Recte hic *Selinus* dedit Sulpitius, ut est inter alios in optimo Voss. primo. Ante *Selinis* & in plerisque MSS. al. *Salinus*, *Selinys. Selenus* Ascens. & Paris. *Selinus* oppidum, & fluvius quoque in Sicilia: pro quo etiam in MSS. *Selinis* scribitur. Vide ad Virgil. Aen. III, 705. Silium XIV, 200. & Vibium Sequestr.

264 Nullis c. armis] i. nullum habens exercitum. SCHOL.

265 Rebusque novis] In variis Steph. Lect. quinque MSS. Pulm. duobus Bersm. & meis septem, Editionibusque Rom. Parm. Brix. Med. & Par. &c. scribitur *meis*. Quod tamen ex glossa videtur natum. Dein pro *arvis* exhibent VV. LL. Steph. tres Pulm. Reg. pr. a m. pr. Witt. & Oxon. pr. a m. pr. *armis*. quod dictum foret pro, in proelio Pharsalico. sed mutatione non eget. Hinc autem in Regio primo desunt versus usque ad 314. *quas feci.*

266 Praestate] Praeposuit *quamvis*, & non subjunxit *tamen*. SCHOL.

269 Libycae] Cum apud Carthaginem latuit. IDEM.

Me pulsum leviore manu Fortuna [a] tenebit?
Mille meae Grajo volvuntur in aequore [b] puppes,
Mille duces: sparsit potius Pharsalia nostras,
Quam subvertit opes. sed me vel sola tueri
Fama potest rerum, toto quas gessimus orbe,
Et [c] nomen, quod mundus amat. vos [d] pendite regna
Viribus, atque fide, [e] Libyen, Parthosque, Pharonque,
[f] Quaenam Romanis deceat succurrere rebus.
Ast ego curarum [g] vobis arcana mearum
[h] Expromam, mentisque meae quo [i] pondera vergant.
Aetas Niliaci nobis suspecta tyranni est:
Ardua quippe fides robustos exigit annos.

Hinc

VARIAE LECTIONES.

a *negabit* Edd. Rom. Parm. Br. Med. b *classes* M. V. ad vs. 575. c *mund. q. nom.* H. d *pandite* Marp. *pandite signa* V V. LL. Steph. e *Libyam* MSS. & Edd. plerique. f *quemnon* in marg. *quemnam* B. 1. R. 1. *quas nunc* Hort. m. g vulgo *proceres*. h *exponam* P. 3. B. 1. V. 1. Marp. i *pondere* B. 1

269 LIBYCAE RUINAE] *Carinae* Mscr. (& Hulst.) sed ad marginem reponit *ruinae*. Delituit autem Marius aliquamdiu inter Carthaginis ruinas: idemque è carcere Minturnensi dimissus navicula in Africam trajecit. BERSM.

270 ET PLENIS R. FASTIS] Fuit enim septies Consul. Ideo *plenis fastis* in ipsius nomine. SCHOLIAST.

271 PRESSUM] *Pulsum* Mscr. tria. quartum; *pulsum livore*. BERSM. Omnes omnino MSS. praebent *pulsum* i. e. quassatum, dejectum. In Editionibus tamen Sulpit. Aldi, Colin. Steph. Pulm. &c. legas *pressum*.

273 SPARSIT] Non enim obruit, sed fugavit. SCHOL.

274 TUERI] Non quidem damno hanc vocem; immo probo; cum sit in Voss. veterrimo, & Regio uno, aliisque: monendum tamen in variis Steph. lect. tribus Pulm. duobus Bersm. & Voss. quinque, Wittiano, Hulst. Oxon. & Amstel. MSS. haberi *juvare*. Unde conjicio, scribendum esse *levare*, quod clare praebet Cod. Marpurg. Ut obposuerit Lucanus τοῖς *tenere*, & *subvertere* verbum *levare*. Lib. I, 581. *Spes trepidas mentes levet*. *Juvare*, & *levare* alibi quoque commutantur. Vide Broukh. ad Propert. L. I, 9, 34.

277 PENDITE REGNA VIRIBUS ATQUE FIDE] His enim duobus modis aestimantur imperia. i. e. vos pendite, an adhuc integrum meum sit regnum; cum & vires nobis det Libya, Parthi, & Alexandria, & fidem integram custodiant, quam mihi debent. SCHOL. Rectius alii Interpretes exponunt; vos expendite, & considerate, quodnam trium illorum regnorum firmius, & fidelius sit nobis, & dignius, quod Romanis rebus succurrat.

279 PROCERES] Vix credo, Lucanum ita scripsisse; qui sciebat, non sic à Consule, vel Senatus principe, aut alio ad Senatum quid referente adpellari solitos fuisse Senatores. *Patres* debuisset dicere, ut L. V. & alibi recte loquitur. Verum vox haec à glossatore prius addita in textum deinceps irrepsit pro *vobis*: ut est in variis Steph. lect. quinque Pulm. tribus Bersm. & duodecim meis MSS. vetustioribus, & optimis. *Vobis* ediderunt etiam Veneti, Sulpit. Ascens. Versell. Mic. & Hortens.

280 VERGANT] i. e. in quam partem mea sit inclinata sententia. SCHOL. Male *versant* Amst. videtur autem expressum ex Senecae Med. 391.

Quo pondus animi verget?

Sil. II, 382.

Insidas ad Martem vergere mentes.

281 TYRANNI] Ptolemaei, qui adhuc puer est, regis Alexandriae. SCHOL.

282 ARDUA] Sive quia semper difficilis est; sive quia vix servatur in rebus adversis. IDEM.

283 MAURI] Jubae, regis Mauritaniae, qui semper infidus est astutia fraudulenta. IDEM.

284 MEMOR GENERIS] Jubam dicit, qui de Sorore Hannibalis natus est. IDEM.

286 OBLIQUO] Jubae obliquo sanguine, quia à sorore descenderat. Nam rectus ille est, qui de viris

[a] Hinc anceps dubii terret sollertia Mauri:
Namque, memor generis, Karthaginis [b] inpia proles
Inminet Hesperiae, [c] multusque in pectore vano [d] est
Hannibal, obliquo maculat qui sanguine regnum,
[e] Et Numidas contingit avos: jam supplice Varo
Intumuit, viditque loco Romana secundo.
Quare agite, Eoum, comites, properemus in orbem.
Dividit Euphrates ingenti gurgite mundum,
Caspiaque inmensos seducunt claustra recessus,
[f] Et polus Assyrias alter noctesque, diesque
Vertit, & abruptum est [g] nostro mare discolor undâ,
Oceanusque suus. regnandi [h] sola [i] voluptas.

Cel-

VARIAE LECTIONES.

a *hic* V. 1. b *improba* Hort. m. c *multus in* B. 2. d deest in A. e *ac* al. & V. pr. f *prob* B. 1. g *nostrum* P. 1. B. 1. h *summa* Marp. m. i *voluntas* MSS. & Edd. qdd.

viris nascitur (*erit à nobis* Voss. sec.) SCHOL. Frequens meditatio, & imago Annibalis, qui per obliquam lineam erat ex sanguine regio Numidarum, cujus gloriam maculabat, quod adhuc inultus jacebat. Erat autem Juba Maurusiorum, Numidarumque rex. SULPIT. Omnibonus hunc locum de Juba exponit, quasi ille ex familia, seu gente Annibalis originem traxerit. Et quod poëta dicit: *Obliquo maculat qui sanguine regnum*, id ita dictum accipit, quasi idem rex nothus fuerit. Sulpitii expositio simplicior videtur, nisi quod posterius illud, quod poëta ait, *Maculat qui sanguine regnum* &c. eo ipse referendum puto, ut de perfidia Punica, & Annibalis, non de eo, quod adhuc inultus jacebat, intelligatur MICYLL. Sic Papinius V. Thebaidos. *Obliquumque a patre genus. Contingit* hic valet, contagione polluit. GROT. *Ed. tert.* Notat Jubam tamquam Nothum. V. Briosius Ep. p. 144. BROUKHUS. Plerique viri docti haec verba capiunt de Juba, quod vel nothus fuerit, ut etiam videtur censere Lutatius ad Stat. v. Theb. 222. vel quod e sorore Hannibalis sit natus, ut cum Scholiaste ait Ascensius. Mihi videtur auctor loqui de Hannibale, qui maculat regnum Numidae obliquo sanguine; quia descenderit ex filia, vel sorore regis cujusdam Numidarum, atque inde maternum genus duxerit, & sic contigerit avos Numidas. *Maculat* dicit ut Romanus propter odium Hannibalis. Pari modo *temeratus sanguis* in oratione Claudii Inperatoris ad Senatum Romanum apud J. Spon. Recherche des Antiq. de Lyon p. 170.

287 CONTINGIT] Hoc est. Et majore Numidarum cognatione contingit. SCHOL.

287 SUPPLICE VARO] Qui in hoc bello Africam tenuit. Quia, inquit, habuit supplicem Varum, intellexit, se potiorem, & secunda esse omnia, quae sunt Romana. IDEM.

290 INGENTI] Ita primus exhibuit Grotius: atque ita est in variis lect. Steph. uno Pulm. duobus Berlm. Wittiano, Marp. Amst. Oxon. pr. a m. pr. & meo. Ceteri scripti, & Editi *ingentem*. An fuit *ingenti in g.?* de praepositione *in* hoc sensu agimus ad L. 11. & 1x.

291 CASPIA] Coatrae Idepani (sic MS.) montes sunt, qui orbem nostrum claudant ad Oceanum, ubi est Caspium mare, vel dicit *claustra Caspia*. SCHOL. Haec non capio. Lucanus dicit simpliciter ultra Caspia claustra Medorum scil. & Parthorum, inmensum terrarum esse spatium: quo vel tutae esse, vel auxilia conquirere possent Pompejanae partes. Vitiose apud Lutat. ad Stat. VIII. Theb. 291. editur *inmenso secludunt recessu. Educunt* est in VV. LL. Steph. & uno Oxon.

292 ET POLUS ASSYRIAS ALTER] Nulla est Assyriae pars, in qua polus alter, id est Antarcticus videri queat, nisi *Assyriam* pro India accipias. Sed hercle tempore hujus poëtae Romanis haec non plane constabant. Idem dico de *rubro mari* nisi *Indicum* intelligit, cujus pars est rubrum mare. Porro Badius exponit. *Et mare est illis abruptum nostro mari. Et illis est Oceanus suus*, id est, proprius *discolor unda.* Ego malim ita construere. *Mare est illis discolor unda, nostro mari: & est Oceanus illis suus*, ut *discolor* sit adjectivum ad mare, non ad *Oceanum*, quod conjunctio *que* evincit.

GLA

Celsior in [a] campis sonipes, & fortior arcus;
[b] Nec puer, aut senior letales tendere nervos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta.
Primi Pellaeas arcu fregêre [c] sarisas,
Bactraque, Medorum sedem, murisque superbam,
Assyrias, Babylona, [d] domos. nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, [e] audentque [f] in bella venire,
Experti Scythicas, Crasso pereunte, pharetras.
Spicula nec solo spargunt [g] fidentia ferro
Stridula; sed multo [h] saturantur tela veneno.
Vulnera parva nocent, fatumque in sanguine summo est.
O utinam non tanta mihi fiducia saevis
Esset in Arsacidis! fatis nimis aemula [i] nostris
Fata movent Medos, multumque in gente [k] Deorum [l] est.

Effun-

VARIAE LECTIONES.

a *campo* V. 3. R. 1. Bouh. Edd. Ascens. Par. Mic. Hort. non male. b *non* VV. LL. Steph. V. 1. c Sic V. pr. sec. tert. W. non *sarissas*. V. ad L. x, 47. d *domus* V. 1. e *audent* B. 1. A. f *ad* P. 1. g *furentia* O. 1. *scientia* V. 1. h *satiantur* B. 1. *tinguntur* R. 1. V. ad L. III, 267. i *juris* Edd. Rom. Parm. sed V. ad L. VII, 113. k *decorum* M. l deest in O. 1.

GLAREAN. Recte, & à viris doctis saepe monitum.

293 NOSTRO] Absolute dictum est. Est divisum mare à nostro mari. *discolor*. sc. rubrum. SCHOLIAST.

295 SAGITTA] Senis, vel pueri. *primi* Parthi. *Sarissas*. Quasi diceret Macedonas. Sarissae autem sunt hastae Macedonicae. SCHOL. Lutat. ad Stat. Theb. VII, 269.

299 BACTRA] Nomen est civitatis Medorum. subaudimus *primi fregerunt*. SCHOL.

299 MURISQUE SUPERBAM] Muros autem de testa coctili habuit Babylon. IDEM. V. L. I. init.

300 ASSYRIAS DOMOS] Definit, quid sit Babylon. sc. Assyriae domus. IDEM. *Assyriam* pro *Syria* veteres dixisse, tum alii monuere, tum Strabo lib. XVI. Sic Seneca Hippolito; 87.

- - - quicquid Assyria tenus
Tellure Nerei pervium rostris jacet.

Ut nos ibi legendum conjecimus. GROT. *Ed. tert.*

301 AUDENTQUE IN BELLA V.] Et ideo audent, quia experti sunt sagittas suas nocuisse Romanis. SCHOL.

302 PHARETRAS] Ita bene ex suis procul dubio MSS. restituit Grotius, habentque quidam Pulm. Bersm. & mei omnes Codd. excepto Oxon. pr. a m. pr. Edidit sic quoque Taberius; alii *sagittas* contra morem Lucani, qui voce *pharetras* in plur. numero pro sagittis uti solet. Vide ad L. VI, 354.

Herculeis fortis Meliboea pharetris.

303 SPICULA STRIDULA; SED] Sic malui distinguere post *stridula*, quam post *ferro*. ut vulgo fit. sed *stridula* aptius jungitur τῷ *spargere*, quam alii verbo. Attollit etiam haec distinctio versum, qua haec verba interpunguntur quoque in Serv. ad Virgil. Aen. XII, 857.

Armatam saevi Parthus quam felle veneni;
Parthus, sive Cydon, telum inmedicabile torsit.

Expressit aliquo modo hunc locum Silius L. XIII, 198.

Ille hastam quatere, & medicatae cuspidis ictu
Proelia moliri, & nudo non credere ferro.

V. & L. I, 219.

305 VULNERA PARVA] Celebr. Vir J. Wasse ad Sallust. B. Jug. c. 109. ex duobus Anglicanis Codd. legit *vulnera prima*, & interpretatur, quae priore parte ferri infliguntur. Velim, adduxisset vir doctiss. exemplum, ubi ita loquatur clare idoneus quis auctor. Videtur tunc potius debuisse dicere Lucanus *spicula prima*, vel simile quid, ut exempla ab ipso adlata aperte ostendunt, quibus plura, nisi res esset notissima, addi possent. V. Sil. V, 275, 451.

Nisi

Effundam populos alia [a] tellure revulsos,
Excitosque suis inmittam sedibus Ortus.
Quod si [b] nos Eoa fides, & barbara fallunt
Foedera; vulgati [c] supra commercia mundi
Naufragium Fortuna ferat. non regna precabor,
Quae feci; [d] sat magna feram solatia mortis,
Orbe jacens alio, [e] nil haec in membra cruente,
Nil socerum fecisse [f] pie. sed cuncta [g] revolvens
Vitae fata meae, semper venerabilis illa
Orbis parte fui: quantus Maeotida supra,
Quantus apud Tanain [h] toto conspectus in [i] ortu!
Quas magis in terras nostrum felicibus actis
Nomen [k] abît, aut unde redît majore triumpho?
Roma, fave coeptis: [l] quid enim tibi [m] laetius umquam

[a] Praesti-

VARIAE LECTIONES.

a *abs*. B. 1. b *non* Ed. Ven. Br. *vos* M. c *super* Ed. Ven. V. ad vs. 164. d *sed* vulgo. e *nihil* MSS. & Edd. plur. ante Grot. f *pium* P. 1. g *resolvens* B. 1. h *santo* V. 1. i *orbe* VV. LL. Steph. O. 2. k *adit* W. l *quidquid* V. 1. m *lectius* B. 1. *lenius* B. 1.

Nisi quis *vulnera* tunc mallet accipere pro sagittis, vulnus facientibus per Metonymiam effecti pro efficiente. quomodo hanc vocem saepe sumi alibi, ni fallor, monuimus. Hoc tamen loco id foret durissimum, neque Codd. alii, quos magno numero consuluerunt viri docti, & ego, *prima* hic exhibent. Nostro *vulnera prima* simpliciter sunt, quae prima infliguntur. Sic Lib. IV, 546.

- - sed eum, cui vulnera prima
Debebat, grato moriens interficit ictu.

Et sic alii. Joseph. Iscan. L. VI. B. Troj. 433.

Dixerat, & gladium vibrans, & vulnera praeceps
Prima petens.

Recte autem *parva* vocat; quae vix cutem penetrarunt, & summum sanguinem tetigerunt. Curtius hac in re dicit Lib. IX, 8. *Leves plagae insanabiles sunt.* & in negotio non multum dissimili noster L. IX, 739. de morsu Dipsadis

- - - - - - ipsaque leti
Frons caret invidia, nec quidquam plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum.

cum paullo ante, ut hic, cecinisset.

Insolitasque videns parvo cum vulnere mortes.

305 IN SANGUINE SUMMO] Qui juxta cutem est. Ipsum sanguinem dicit summum. SCHOL.

306 SAEVIS] Msc. *laevis*, & *ferri* h. e. belli. BERSM.

308 MEDOS] Qui similes sunt Romanis Fortuna non dispari. SCHOL. Immo invidi; ut *aemula imperii Carthago*, & sexcenta alia.

308 MULTUM DEORUM] Multitudo. sunt enim religiosi per Chaldaeos circa sacrificia celebranda. SCHOL: *Voss. sec.* Habent deos multum faventes; ut bene reliqui interpretes exponunt. Vide ad L. X, 397.

309 EFFUNDAM] Producam, & inmittam contra Caesarem. SCHOL.

310 ORTUS] Parthos, aliosque orientis populos. GROT. Alii exponunt, *si Parthi non suffecerint.*

312 SUPRA COMMERCIA] i. e. ultra. Illo, inquit, naufragium meum Fortuna compellat; ubi nullus me cognoscet, supra eam partem, qua mercatores ire consuerunt perviis regionibus, & cognitis. SCHOL.

314 SED MAGNA FERAM SOLATIA] Regius, Voss. sec. quart. & meus, *sat magna*. Verissime, ut puto. Corruperunt elegantem locutionem, qui credebant, Lucanum debuisse scribere *sat solatii*. sed falso. Ovid. L. III. Metam. 149. ex emendatione Clar. Burmanni,

Fortunamque dies habuit satis.

Vulgo *Fortunae*. Valer. Flacc. L. I, 174.

- - - - - sat multa parate
In quaecumque vocas.

Kk kk V, 548.

[a] Praestiterint Superi, quam, si civilia Partho
Milite bella [b] geras, [c] tantam consumere gentem,
Et nostris miscere malis? Cum Caesaris arma
[d] Concurrent Medis, aut me Fortuna necesse est
Vindicet, aut [e] Crassos. Sic fatus, murmure [f] sensit
Consilium damnasse viros: quos Lentulus omnes
Virtutis stimulis, & nobilitate dolendi
Praecessit, dignasque tulit modo Consule voces:
Siccine [g] Thessalicae mentem fregêre ruinae?

Una dies

VARIAE LECTIONES.

a *praestiterunt* V. 1. b *geram* B. 1. *geris* V. sec. a m. pr. c *tantas gentes* B. 2. W. O. 2. Edd. Rom. Parm. Ven. Br. Med. d *concurrant* Edd. Sulp. Asc. Mic. Gryph. Steph. Hort. aliaeque. e vulgo *Crassum*. f *sensit* P. 3. B. 1. V. 2. Marp. H. O. 1. Edd. Asc. Mic. Hort. Grot. &c. g *Thessalias* Ed. Ven.

v, 548.

- - - - *sat magna laborum*
Dona fero.

Silius Ital. L. vi, 122.

Sat tibi, sat magna, & totum vulgata per orbem
Stant documenta domus.

ix, 140.

Sat magnum hoc miserae fuerit mihi cardine vitae
Solamen, cavisse meis.

Adde L. v, 118. x, 367. Et quo pluribus exemplis opus est. Noster ipse sic loquitur L. v, 660.

Sat magna peregi.

Mox sequitur *sed.* deinde *Tanain* rursus scripsi ex Regio primo, & meo, non *Tanaim*.

315 NIL HAEC &c.] Hoc, inquit, habebo solatium in orbe alio jacens; nec crudeliter aliquid in me facere poterit Caesar, nec pie. h. e. nec parcendi, nec puniendi in me habebit potestatem. SCHOL.

324 GENTEM] i. Parthiam, ut & ipsa pariter opprimatur. IDEM.

324 CONSUMERE GENTEM] Plerique editores ante Grotium hunc infinitivum per admirationem positum capiunt, interrogationis signum figentes etiam post *geras*. Sed non opus est; Clarus enim est sensus, & aptissime procedit.

327 VINDICET] Vindicet me, si vicerint Caesarem Parthi. Vindicet Crassos, si victi a Caesare fuerint Parthi. SCHOL.

327 CRASSOS] Ita exhibui auctoritate Codd. duorum Palm. Voss. pr. sec. tert. Regii utriusque, Marp. Hulst & mei, non *Crassum*, ut vulgo erat. patrem, & filium intelligit: ut saepissime. V. L. ii, 65. x, 51. Hoc ipso libro vii. 91, 358, 420.

Crassorum vindicta perit.

329 DOLENDI] Plus enim ceteris doluit hanc Pompeji, suamque fortunam. SCHOL. Generosius in dolore se gessit. Claud. B. Get. 376.

Non dejecta malis, mixta sed nobilis ira &c.

& passim.

330 MODO] Modo dignas, nam fuit postmodum in republica plurimum turbulentus. SCHOL. Immo dignas illo viro, qui modo consul fuerat. V. L. v. Init.

332 SECUNDUM EMATHIAM] Pro Emathiae lis tanta datur. *Litem dare* praetor dicitur, pro quo sententiam profert. sed hic *ἀπαγορευτικῶς* dictum. Totumne Emathiae crimen adscribatur, cum tu sis ubique superatus. SCHOL. Non recte haec capit Scholiastes, licet phrasin bene explicet. Rogat Lentulus. An tota caussa post hanc cladem, excidisti, & Thessalici proelii victoribus nunc lis data est tota, & an non potes tibi aliunde, quam a Parthis auxilium comparare? Nimis desperas, Magne. Alii pejus *secundum* sumunt pro *post*. *Litem secundum aliquem dare* pro caussam alicui, ut victori addicere, forensis est locutio, & vel ex Lexicis notissima. V. Priscian. c. 977, 1204.

333 JACET] An, sicut in Emathia mala usi sumus fortuna, ita & in omnibus locis utemur? SCHOL.

335 PARTHORUM PEDES] i. e. a quibus opem supplices. Interim ad invidiam commovendam humile verbum posuit *pedes* scilicet, quos amplexus esset petens auxilium. IDEM.

335 TRANSFUGA MUNDI] Invidiose dictum; quod in ultimas vult ire terras mundi transfuga, tamquam a mundo fugere possit, cum sit futurus intra mundum. IDEM.

337 ADVERSOSQUE POLOS] *Aversosque* Msc. duo.

Una dies mundi damnavit fata? [a] secundum
Emathiam lis tanta datur? jacet omne cruenti
Vulneris auxilium? solos tibi, Magne, [b] reliquit
Parthorum Fortuna pedes? quid transfuga mundi
Terrarum [c] totos tractus, coelumque perosus,
[d] Aversosque polos, alienaque sidera quaeris,
Chaldaeos culture focos, & barbara sacra
Parthorum famulus? [e] quid caussa obtenditur armis
Libertatis amor? [f] miserum quid decipis orbem,

Si ser-

VARIAE LECTIONES.

a *secunda Emathia* B. 1. b *relinquit* B. 1. V. 2. Edd. Ven. Br. Med. c *tantos* R. 1. *tract. tot.* MSS. qdd. Est, qui conjicit *notos* non male. d vulgo *adversosque. adversusque* V. 1. e *qua c. ostenditur* R. 1. f *totum* VV. LL. Steph. O. 2. a m. pr.

duo. Constellationes infestas, vel cognitas. BERSMANN. *Adversos* defendi posset ex eo, quod Lucanus Assyrios, & Parthos supra quoque ultra Aequinoctialem, & in Hemisphaerio Antarctico male posuerit vs. 292.

Et polus Assyrias alter noctesque diesque
Vertit.

& similia alibi. Verum aliam vocem *aversos* scilicet, praeferri hic jubent MSS. Pulm. quatuor, Vossiani quatuor, Regius uterque, & Wittianus cum glossatore, qui recte exponit *remotos*, nec bene nobis cognitos. sic *aversa itinera*, *aversus trames* &c. de quibus vide J. F. Gronov. ad Senecae Med. 10. *Aversa superis regna*, & Livium L. XXII. c. 7. & nos ad Lib. III, 345. *aversis fontibus.* alias *adversos polos* dixisset, ut L. IX, 876. *Imus in adversas axes.*

338 CHALDAEOS FOCOS] Ignem, Deum Chaldaeorum. GROT. Sic optime cum Edit. Veneta rescripsit Grotius; quam lectionem Steph. Pulmanni, & aliorum, meique omnes fere MSS. confirmant. Vulgo edebatur *Deos*, ex glossa natum. πυρεῖα Graeci dicunt.

339 QUID CAUSSA OBTEND. A. LIBERTATIS AMOR] Quid honesto nomine in nos hostem excitamus, libertatis amore? Haec enim est caussa. Vel, cur arma libertatis caussa sumta esse dicuntur? SCHOL. *Caussa obtenditur armis Libertatis amor?* G. & Canterus Novarum Lect. Lib. III. cap. 11. PULM. Plerique libri *quid causae obtenditur armis? Libertatis amor?* Msc. *quid causa ostenditur:* nos retinuimus lectionem duorum Msc. quam Cantero quoque probari animadvertimus, & veram judicamus. Quid praeteximus huic bello libertatem, si Parthis nos subjicere non detrectamus. BERSM. *Causa.* Cur libertatis tutelam belli caussam dicimus, si externa imperia pati possumus. GROT. *Caussa*, ut rescribi voluerunt Canterus, & Bersmann. (contra cujus mentem in ipsius editione legas *caussae*,) & rescripsit Grotius, exaratur in meis longe plurimis Codicibus. Et recte. *caussae* tamen habent Wittian. Voss. secund. & quart. quod duplici interrogatione ferri etiam posset; ut dicat Lentulus. Quam caussam, o Magne, armis praetexis? an amorem libertatis? sed quid tum frustra decipere orbem conaris, cum hac ad Parthos profectione docebis, te posse servire.

341 DECIPIS] Decipis, inquit, orbem; cum eum vis liberum facere dimicando; si jam ipse servire contentus es. SCHOL.

341 REGENTEM] Cod. meus *gerentem*, solita commutatione. Vide ad Lib. IV, 662. *Bella regat.* Est vir doctus, qui legat *tuentem.* Non audio.

342 HORRUIT AUDITU] Sc. Parthus; quid, si vidisset? SCHOL.

342 AUDITU] Ita restitui, MSS. & Edd. auctoritate. vulgo legas *auditum:* quod primum in Grotii Editionem, operarum forsan incuria, irrepsit. Certe vix Latinum est *auditus regens Romana. Auditu* est ablativus a recto casu *auditus*; quales multas nominum terminationes rariores vide in notis Doctiss. cognati mei Torrenii ad Valer. Maxim. L. I, I. §. I. En hanc ipsam vocem apud nostrum L. X, 183.

- - - *quis dignior umquam*
Hoc fuit auditu.

Apud Plautum Bacchid. III, 3, 65. *Non ex auditu arguo.* Mercat. V, 2, 62. *De auditu nuncias.* quamquam iis in locis viri docti ex MSS. legant

 au-

Si servire [a] potes? te, quem Romana regentem
Horruit [b] auditu, quem captos ducere Reges
Vidit [c] ab Hyrcanis, Indoque [d] à litore, silvis,
Dejectum fatis, humilem fractumque videbit,
Extolletque [e] animos Latium vesanus in orbem,
Se simul, & Romam Pompejo supplice mensus?
Nil animis, fatisque tuis effabere dignum:
Exiget ignorans Latiae commercia linguae,
Ut lacrimis se, Magne, roges. [f] patimurne pudoris
Hoc vulnus, clades ut Parthia vindicet ante
Hesperias, quam Roma suas? civilibus armis
Elegit te nempe ducem. quid vulnera nostra
In Scythicos [g] spargis populos, cladesque latentes?

[a] Quid

VARIAE LECTIONES.

a *voces* V. 1. b vulgo *auditum*. c *Icariis* Ed. Ven. d *ab* V. 1. H. e *animum* O. 1. f *patimurque* O. 1. g *sparges* V. 1.

audito, ut hic est in uno Bersm. sic *de concurso* pro *de concursu* MSS. Lucretii Lib. I, 385. ubi vide.

343 HYRCANUS] Sulpitius *Hircano* legit contra carminis rationem. HORTENS.

343 AB HYRCANIS, INDOQUE A LITORE, SILVIS] Ordo est: *Ab Hyrcanis silvis & ab Indo litore*. SCHOL. Rarior est haec synchysis, quae magis, & praecipue à Comicis, in verbis eorumque casibus usurpatur. Quam tamen amavit noster quoque. Vide Lib. V, 800. & ad L. VI, 653. Immo ut hic ordo verborum in nominibus concipitur, sic eodem plane modo invenitur apud Manil. L. I, 419.

Discordes vultu, permixtaque corpora, partus.

nec multum dissimilis ille versus nostri Lib. III, 295.

Usque Paraetonias Eoa ad litora Syrtes.

In Editionibus quibusdam junguntur *Indoque à litore silvis*. *Silvae à litore* forent silvae litoris Indici. Virgil. E. I, 8. *agnus ab ovilibus*. Georg. II, 243. *à fontibus undae*. Ovid. L. VIII. Met. 410. *ab arbore ramus*, & similia sexcenta, quae jam adduxere Giphanius, Gronovius, Vossius, aliique viri docti sup. L. VII, 692. *a gurgite clades*. Audaciores possent conjicere *Indique a litoris ulvis*, vel *saevis Dej. fatis*: sed *silvas Hyrcanas* jungi vult Lucanus. nam ipse ait L. III, 268.

Vastisque Hyrcania silvis.

346 MENSUS] Ut speret, se Italiam possidere posse, cum te supplice metiatur, se Romanis esse meliorem. SCHOL.

348 IGNORANS LATIAE COMMERCIA LINGUAE] Hoc est Non poteris apud eos tale aliquid loqui, quod te, & iis dignum sit. Nam cum illi Latinam nesciant linguam necesse est, te solas lacrimas deferre, quibus possint intelligere, se rogari. IDEM.

351 HESPERIAS] Quas Pompejus infelix accepit. *suas* de Parthis, ubi perdidit Crassos. IDEM. Clades acceptas Pharsalico praelio prius Parthi vindicent, quam nos cladem ad Carras? GROT. Bene exponit haec Grotius, ut olim etiam Ascensius, aliique. Male scilicet Bersmannus explicuerat, *à Romanis sibi inlatas*

354 PARTHOS TRANSIRE] Ut ultra Parthos eant clades nostrae, quas antea nec ipsi Parthi scire consueverunt. SCHOL. Quasi diceret Lucanus *quid doces clades nostras transire Parthos*. Non intellexit auctoris mentem Scholiastes. Rectius Interpretes ceteri exponunt. Quid doces Parthos transire Euphraten, & ad nostras regiones venire, cum se ultra Euphraten (vs. 236.) continere intra terminos imperii sui debeant, ne serviamus aliquando exteris regibus. *Scythicos populos* rursus Parthos intelligit auctor, ut solet, & jam saepius monuimus. sic denuo vs. 432. vs. 302. *Scythicas pharetras* IX, 827. *Scythica harundo*.

355 NULLOS ADMITTERE REGES] Habere, inquit, posset Roma hoc solatium in hac calamitate, quod non ab exteris regibus occupata est, sed civi suo i.e. Caesari servit. Hoc tu eripis, excitando tam remotos contra Romam populos. SCHOLIAST.

[a] Quid Parthos transire doces? solatia tanti
[b] Perdit Roma mali, [c] nullos admittere Reges,
Sed civi servire suo. juvat ire per orbem
Ducentem saevas Romana in moenia gentes,
Signaque ab Euphrate cum Crassis capta [d] sequentem?
Qui solus regum, [e] fato celante [f] favorem,
Defuit Emathiae, nunc tantas ille [g] lacesset
Auditi victoris opes, [h] aut jungere fata
Tecum, Magne, volet? non haec fiducia genti est.
Omnis, in Arctois, populus, quicumque pruinis
Nascitur, indomitus bellis, & Martis amator.
Quidquid ad Eoos tractus, mundique teporem
Labitur, emollit gentes clementia coeli.

Illic &

VARIAE LECTIONES.

a *ad* H. b *perdet* B. 1. c *nullosque* B. 1. d *sequente* B. 1. e *facto* V. 1. f *furorem* V. pr. suprasc. g *lacessit* H. V. 1. h *haud* B. 1.

359 CELANTE] Sensus hic est. Populus ille, qui solus non venit in Emathiam, celante fato regum favorem i. e. dum eos celant fata, geri bella civilia, ut nulli Parthi reges faventes auxilia declinarent. Hic jam venturus est contra victorem i. e. Caesarem. SCHOL. Non cepit haec rursus Scholiastes. Ait auctor. An Parthorum rex, qui regum solus tibi auxilio non venit tunc, cum fata adhuc celabant, cui ipsa faverent, & dubia adhuc esset alea belli, jam contra victorem pugnaret, aut sua fata tuis vellet adjungere? Non adeo suis armis, & virtuti confidunt Parthi.

362 FIDUCIA] Negat hos habere virtutem, & hoc exsequitur. SCHOL.

362 GENTI EST.] *Est* Mscr. omittit. BERSM. Non habet quoque Ed. Romana, & Parmens. rectius. vs. 370. eaedem etiam Edd. non agnoscunt *est*, nec MS Huls.

364 MORTIS AMATOR] Msc. *Martis*, h. e. belli. BERSM. *Martis* placuit ita Grotio, ut in textum receperit, confirmatum variis Stephani lectionibus, & duobus Pulm. Ovid. quibus accedunt Regius primus, aliique ex meis pauci. Idque ego quoque praefero. nam licet *mortis*, eo sensu, ut mori malint, quam fugere, non omnino damnem (vide enim, quae diximus ad Lib. 1, 461) magis tamen placet hoc loco *Martis*; quia videtur Lentuli sententiae magis inservire, qui dicit, eos amare bella & Martem, sive proelia, & semper pugnandi desiderio teneri, armorum avidissimos, ut ait Livius. Immo quamvis de specialibus Septentrionis gentibus aliquando dicatur, eos facillime subire mortem, ut eam amare videantur, sicut loco indicato vidimus, id tamen de omnibus tam generaliter dici nequit; quippe quod est contra humanam naturam. Licet sint capaces mortis, ejusque contemptores, non sunt tamen rapaces, aut mortis amatores; & quamvis eam non adeo metuant, ac molles Orientales, mori tamen libenter non cupiunt. Nec enim, quod de Sacerdotibus, vel singulis aliquando hominibus refertur, ad totas gentes trahi debet. *Mars*, & *mors*, ut apud alios saepissime confunduntur, ita etiam apud nostrum L. IV, 538. VI, 153. VII, 129. ubi vide, & in primis, in eadem re L. IV, 146. de Hispanis.

Indomitos quaerit populos, & semper in arma
Martis amore feros.

De iisdem ait Silius L. XVI, 106.

Et amantes Martis Hiberi.

365 EOOS] Ubi sunt Parthi, quos dicit ignavos. SCHOL.

366 LABITUR] *Ibitur* Mscr. duo, impersonaliter, quacumque ibitur. BERSM. *Ibitur* est in Vossianis sec. quart. & sext. suprascriptum etiam sed rursus deletum est in Voss. primo. Non male, sed *labitur* citat etiam Servius ad Virgilium L. I. Georg. vs. 57. *Labitur* scilicet coelum, quod passim *volvi*, & *labi* dicitur. *quidquid* valet *in quantum*. Sic L. III, 294.

Quidquid ab Occiduis Libye patet arida Mauris.

VIII, 179.

- - *quidquid descendit ab arbore summa*
Arctophylax.

Illic & laxas vestes, & fluxa virorum
[a] Velamenta vides. Parthus per [b] Medica rura,
Sarmaticos [c] inter campos, effusaque plano
Tigridis arva solo, [d] nulli superabilis hosti est
Libertate fugae: sed non, [e] ubi terra tumebit,
Aspera [f] conscendet montis juga; nec per opacas
Bella [g] geret tenebras incerto debilis arcu,
[h] Nec [i] franget nando violenti [k] verticis amnem,
Nec tota in pugna [l] perfusus sanguine membra
[m] Exiget aestivum calido sub pulvere solem.
Non aries illis, non ulla est machina belli;
[n] Aut fossas inplere valent; Parthoque sequenti
Murus erit, [o] quodcumque potest obstare sagittae.
Pugna levis, bellumque fugax, turmaeque vagantes,

Et me-

VARIAE LECTIONES.

a *vestimenta* Marp. pro var. lect. b *Media* B. 1. H. non male. V. ad L. II, 49. & alibi. c *intra* V. 1. d *nullo* B. 1. *nullus* O. 1. *nullo superabitur hoste* VV. LL. Steph. e *nisi* H. f *conscendit* B. 1. W. g *gerit* V. sec. a m. pr. h *non* Edd. qdd. i *frangit* W. Edd. Br. Med. & Schol. Cruq. ad Horat. p. 26. k sic meliores libri, non *verticis. gurgitis* VV. LL. Steph. P. 2. B. 1. V. 1. O. 2. Marp. Amst. V. ad Lib. IV, 102. l *profusus* B. 1. m *exigit* B. 2. n *at* P. 1. vulgo *haud* & *sequente*. o *quicumque* Marp.

VII, 500.

- - - - - - *quidquid*
Cogitur ipse.

Cicero pro Dejot. c. 8. *quidquid à bellis rex vacabat.* Adde Heinsium ad Claudian. Mallii Cons. VI. 56.

- - - *quodcumque rubescit*
Occasus, quodcumque dies devexior ambit.

Illabitur vitiose Amstel. Cod.

368 VIDES] Sive tu videbis; sive vides ad personam Pompeji dictum est, sed more narrantium. SCHOL.

370 NULLI SUPERABILIS] A nemine ille vinci potest libertate fugiendi; quia & patentia ibi, & plana sunt loca; sed ubi colles fuerunt, non potest dimicare, sed vincitur. IDEM.

371 LIBERTATE FUGAE] Sic Prudent. Psychom. 194.

- - - - - - *negata*
Libertate fugae.

373 INCERTO] Bene *incerto*, cujus ictus incertus est, quippe fugientium. Detractio Parthorum. SCHOL. Immo si noctu per opacas tenebras deberent pugnare.

375 TOTA] Malim *totum*, ut est in Vossiano tertio, & Scholiaste dicente *tota die non potest dimicare*, vel *tota nec.* In Oxon. uno est *pugna in tota*, Bouh. Cod. non agnoscit hunc versum.

378 AUT FOSSAS] Ita pro *haud* reposui, jubentibus Codd. quatuor Pulm., duobus Bersm. Vossianis quinque, Regio primo, & Wittiano cum Edd. Rom. Parm. & Aldina. Subintelligitur *non ἀπὸ κοινοῦ*: ut centies solet noster; quod jam saepius monuimus. Dein rescripsi quoque *sequenti* cum Editis ante Sulpitium, & Paris. 1512. Steph. var. lect. sex Pulm. & duobus Bersm. ac meis tantum non omnibus MSS.

380 FUGAX] Sic enim pugnant, ut fugere judicentur. SCHOL.

381 PELLERE] Non enim hoc agit, ut loco pellat inimicum, sed ut suum deserat locum, & versus in fugam tutius dimicet. *Dolis* i. venenis. IDEM.

381 MILES] Fefellit memoria Lutatium ad Statium L. IX. Theb. 772. citantem *virtus*, quod versu abhinc secundo sequitur. Legerat enim in Lucani Lib. I, 144.

- - - - - *sed nescia virtus*
Stare loco, solusque pudor non vincere bello.

Dein pro *umquam* variae lectiones Steph., septem Codd. Pulm. duo Bersm. & mei novem scribunt *usquam*, ut editur quoque apud Priscian. p. 908. sed

Et melior cessisse loco, quam pellere, miles.
Inlita tela dolis, nec [a] Martem comminus umquam
Ausa pati virtus, sed longe tendere nervos,
Et, [b] quo ferre [c] velint, permittere vulnera ventis.
Ensis [d] habet vires, & gens quaecumque virorum [e] est,
Bella [f] gerit gladiis. nam Medos proelia prima
[g] Exarmant, [h] vacuaeque jubent remeare pharetrae.
Nulla manus illis fiducia; tota veneni est.
Credis, Magne, [i] viros, quos in discrimina belli
Cum ferro [k] misisse parum [l] est? tentare pudendum
Auxilium tanti [m] est, toto divisus ut orbe
A terra moriare tua? tibi barbara tellus
[n] Incumbat? te parva tegant, [o] ac vilia busta,
Invidiosa tamen, Crasso quaerente sepulcrum.

[a] Sed

VARIAE LECTIONES.

a *mortem* Hort. m. b *qua* Edd. Asc. Mic. Hort. m. c *volent* V. pr. R. pr. W. Marp. Hort. m. *valent* B. 1. d *sint* V. 1. e deest in B. 1. V. 1. Marp. Amst. Edd. Rom. Parm. f *gerunt* Marp. non m. e. g *exornant* V. 1. h *vacua pharetra* VV. LL. Steph. P. 4. B. 1. V. 3. W. O. pr. a m. pr. i *viris* O. 1. k vulgo *venisse*. l deest in V. 1. m non agnoscit *est* V. 1. recte. n *incubat* A. Ed. Ven. o *&* B. 1. V. 1. *aut* Marp. *civilia* B. 1.

sed p. 899. vulgatum *umquam* exhibetur.

384 FERRE VELINT] Sc. ipsi venti, ut in illum vulnera veniant, in quem venti perferre voluerint. SCHOL.

385 GENS QUAECUMQUE VIRORUM] Parthos notat ut effeminatos, imbelles. Sic rex Epiri Alexander se in viros incidisse dicebat, Alexandrum Philippi Macedonis filium in feminas. GROT.

387 EXARMANT] Sagittis enim jactis, quas gerebant, inermes fiunt in prima parte certaminis. SCHOL.

387 JUBENT] Medos. Bene autem additum *jubent*, ut necesse his sit redire de proelio, antequam finiatur. IDEM

388 ILLIS FIDUCIA] Ita ex Mstis distinxi cum Aldo, & Editionibus, Ascensio prioribus. Non fidunt illi manibus suis, & fortitudini, sed veneno, quo sagittas acuunt. Vulgo vitiose distinguebatur *illis; fiducia*.

388 VENENI] Fiducia, quia sagittas toxicatas habent, in quibus maxime confidunt. SCHOL.

390 CUM FERRO VENISSE] Si Mstos non consuluissem, non damnassem hanc lectionem; utpote quae per se satis est proba. Sed tres Pulm. Codd unus Bersm. Voss. prim. tert. & sext. item Regius prim. Wittian. Marp. & Voss. secund. pro var. lect. legi jubent *misisse*. ut feci. An credis eos esse viros, quos in bellum non satis habes ferro armatos mittere, sed quos debes mittere cum veneno. L. II, 599.

- - Nec in tantae discrimina mittere pugnae
Jam victum fama non visi Caesaris agmen.

390 PARUM EST] Ferro enim adjungitur venenum. SCHOL.

391 TANTI EST] Cum invidia pronunciandum *tanti est*. Adeo cupis pudendum tibi auxilium rogare Parthorum, ut illic debeas mori toto a tua terra orbe divisus. IDEM.

391 TOTO DIVISUS UT ORBE] Mscr. *tanto* h. e. tanto orbis spacio. Virgil.

Et penitus toto divisos orbe Britannos.

BERSM. *Tanto* habet Oxon pr. a m. pr. Quod pene malebat Modius Lect. Novant. Ep. 95. sed motus loco Virgilii a Bersmanno adlato, cui multa addi possent, se repressit. Et recte. Alter de *tanto* plura collegit N. Heinsius ad Valer. Flacc. L. VII, 132.

394 QUAERENTE] Crassus autem ibi jacuit insepultus. nam missus est in Euphraten. SCHOL.

395 SORS LEVIOR] Quam uxoris tuae Corneliae. IDEM. Retinui lectionem, quam optime Grotius reduxit, & confirmant unus Codd Pulm. Bersm. Voss. sec. Marp. Oxon. pr. quart. & pro var.

[a] Sed tua sors levior, quoniam mors ultima [b] poena est,
Nec metuenda viris. [c] at non Cornelia letum
Infando [d] sub rege timet. [e] num barbara [f] nobis
Est ignota Venus, quae, ritu caeca ferarum,
Polluit innumeris leges & foedera taedae
Conjugibus? thalamique patent secreta [g] nefandi
Inter mille nurus: epulis vesana, meroque
Regia, non [h] ullis exceptos legibus horret
Concubitus: tot femineis complexibus unum
Non lassat nox tota marem. jacuêre sorores

VARIAE LECTIONES.

a *si* VV. LL. Steph. b *poenae* B. 1. c *ac* H. d *sed* Ed. Ven. e *non* P. 3. B. 1. V. 1. O. 1. *nunc* H. f *vobis* P. 2. V. 2. W. A. O. 1. a m. sec. Edd. Rom. Parm. Br. Med. aliaeque, non male. g *vetandi* A. h *nullos* Grot.

var. lect. Voss. prim. aliique cum Hortens. Marg. Ceteri tam Editi, quam scripti *melior:* quae confusio non semel est etiam apud Ovidium, & Silium L. v, 363. Dein *nec metuenda* cum Grotio habent MSS. omnes, & Edd. ante Sulpit., qui primus *non* exhibuit. *est* quod in paucis his versibus nimis saepe repetitur, non adparet rectius in uno Bersm. & Vossiano.

395 ULTIMA POENA] i. e. mors, quam patieris, tibi ultima erit poena; quae quidem mors, aut pars est ultima viventium aut certe sors ultima. SCHOL. V. ad L. v, 773.

400 PATENT SECRETA NEFANDI INTER MILLE NURUS] Ita verissime haec conjungenda in sua Editione curavit Grotius, antea post *nefandi* ponebatur τέλειον σίγμα; & *patent* exponebant Interpretes *in publico coeunt.* Ridicule, & falsissime. *Secreta thalami patent inter mille nurus.* Id est, communicantur cum mille feminis, quae uni servanda erant. De verbo *patere* vide ad L. vi, 139. Male tamen Grotius posuit interrogationis signum post *nurus:* cum esset ponendum post *conjugibus.*

402 NON ULLOS] Ita rescripsimus pro, *ullis.* Nullos horret concubitus interdictos legibus. GROTIUS. Revocavi ego *ullis*, quod MSS. omnes constanter retinent, & eodem redit; si *non* cum τῷ *horret* construas. non horret concubitus, qui aliqua lege sunt prohibiti. Vereor tamen, ut *horret* sit ab ipsa Lucani manu. Certe in quinque libris Pulm. & meis quinque, Edd. Ald. Colin. & Steph. scribitur *audet:* notatque sequentia Scholiastes Voss. secundi. Audet *i. licere sibi credit & filias & sorores stuprasse, quod lege prohibetur. Si* audit, *sic intelligimus scil.* non audit: *Si* audet; *audet etiam inlicitos concubitus, quia pro se nullis excepti sunt legibus. Audere concubitus.* ut *audere convicia* L. ix, 187. optime. Si tamen alicui *audet* minus placet, conjicere posset, scripsisse auctorem *auget* hoc sensu? Mille illis sunt pellices; at vero cum ebrii sunt reges, augent suos concubitus, qui nullis legibus coërcentur, aut quorum nulli sunt excepti ullis legibus saltem regi, qui legibus se solutum putat.

404 LASSAT] *Laxat* P. id est, enervat. *Lassat* C. V. L. G. F. PULM. Vossianorum unus etiam habet *laxat*, ut ediderunt Sulpit. Aldus, Colineus, Stephanus, Micyll. & Pulmannus: ut solent haec verba passim permutari. Sed *lassat* hic unice verum est. Vide Doct. VV. Commentar. ad Tibull. L. i, 10, 55.

Et quum fortivo juvenem lassaverit usu.

Ovid. L. iii. Amor. El. 7, 80.

Aut alio lassus amore venis.

Laxare, seu *resolvere* aliud esse in re Venerea docent lasciviores poëtae: quod explicare nostri pudoris non est. Deinde pro *tota* in meo Codice, variis Steph. lectionibus, Edd. Sulpit. Ascens. Paris. Mic. Hortens. est *una*, ut *nox una* opponatur *uni viro:* sed quia sensus foret obscurior, & capi posset, quasi id tantum ab illis regibus una nocte fieret, non etiam pluribus, servo *tota*, quod retinent ceteri libri. *tanta* Oxon. pr. a m. pr. Propert. L. ii, 18, 23.

Percontere licet. saepe est experta puella,
Officium tota nocte valere meum.

405 IN REGUM THALAMIS] Emendatio est Grotii, ex Seph. Pulm. & Bersm. Codicibus, quibus adstipulantur plerique mei, & meliores. Antea edeba-

In regum thalamis, ſacrataque pignora matres.
Damnat apud gentes ſceleris non ſponte peracti
[a] Oedipodionias infelix fabula Thebas:
Parthorum [b] dominus quoties ſic ſanguine mixto
Naſcitur Arſacides! cui fas inplere parentem,
Quid [c] rear eſſe nefas? proles tam clara Metelli
Stabit barbarico conjux milleſima lecto.
Quamquam non ulli plus regia, Magne, vacabit
[d] Saevitia ſtimulata Venus, tituliſque virorum.
[e] Nam, [f] quo plura [g] juvent Parthum portenta, fuiſſe

Hanc

VARIAE LECTIONES.

a *Oedipodionidas* B. 1. H. *Oedipodionas* B. 1. Hort. m. *Oedipodonias* V. 1. b *quot. dom.* O. 1. c *putes* R. 1. d *ſaevitiae* vulgo. e *jam* V. 1. f *quod* V. 1. g *juvant* Ed. Par. Hort.

debatur *fratrum.* Quod per ſe verum quidem foret. Non enim à regibus deteſtandus ille concubitus ſolis exercebatur, ſed & à reliquis civibus. Vide Briſſon. de Perſarum Rep. L. II. p. m. 289. &c. & hic notas doctorum. Nihilominus *regum* praefero. Agit Lucanus de illo tantum more reſpectu regum, & aulae, ut periculum oſtendat, in quo foret Cornelia. Cum autem *regum* in *fratrum* corruptum fuit, neceſſario quoque mutandum fuit *matres* in *matrum*, ut fecerunt, & in pleriſque legitur Edd. & Mſtis. ut *pignora* vulgari ſignificatione ponatur de filiis. *Matris* tamen eſt in ſeptem Pulm. uno Berſm. & meis ſex Codd. & Edd. Rom. Parm. Brix. Med. *Matres* habent variae Steph. lectiones, duo Berſmanni (qui *matrum* retinet, & exponit, *filii execrabiles jacuere in matrum thalamis.* alii *filii, qui ſacra deberent eſſe pignora*, contorto nimis ſenſu) Voſſiani duo, Reg. unus, Marp. & alii cum Grotio. In Ed. Veneta, & Stephani eſt *pignora rerum.* Ut *regum*, ſic *matres* ego probo. *Pignora* enim non modo filii dicuntur, ſed omnes, qui ſanguine ſe proxime contingunt. Conſule noſtri loca L. III, 32. VII, 324, 347. h. lib. vſ. 499. Errat autem Vir. Doctiſſ. J. Waſſe ad Salluſt. Jug. c. 82. in Ed. principe pro *regum* negans exſtare *fratrum.* Probe id ſcio: meis enim oculis eam luſtravi.

406 NON SPONTE] Quia per ignorantiam Oedipus cum Jocaſta matre concubeit, in fabulas miſſus eſt; cum hoc non fecerit voluntate. SCHOL.

407 THEBAS] Doctiſſ. Tollius ad Auſon. Moſell. vſ. 314. monet, in ſcriptis membranis ſcribi, ut corrigit, *taedas:* quomodo vir doctus ad marg. libri ſui adleverat eſſe ſcribendum. Mei libri nihil variant. Sed placet omnino *taedas.* Tragaedia damnat nuptias Oedipodis, non Thebas ob ejus inceſtum.

409 CUI FAS] Qui, inquit, hoc ſibi licere aeſtimat, quod putaturus ſit non licere? SCHOL. Quaſi Schol. legerit *putet*, ut eſt in uno Regio Cod.

411 STABIT] Hoc jam non uxoris eſt, ſed pellicis. SCHOL.

412 VACABIT] Hoc ad dolorem Pompeji corrigit, quod dicat, cum ipſa prima regem eſſe cubiturum. IDEM.

413 SAEVITIA STIMULATA VENUS] Ordo eſt. Regia Venus non ulli plus vacabit, ſtimulata ſaevitia, quam Cornelia. IDEM. *Saevitiae* vulgo nunc legas, ortum ex Editione Grotiana, typothetarum, credo, errore. Certe *ſaevitia* recte habent MSS. omnes. Pro *ſtimulata* optimi Codd. Voſſ. prim. & Reg. prim. cum Hulſt. & Edd. Rom. Parm. Brix. Mediol. Ald. Sulpit. Colin. Hort. marg. exhibent *ſtimulante.* quod nequaquam temere ſpernas *ſtimulante ſaevitia, & titulis virorum* ſc. *ſtimulantibus.* Ita jungere ſolent poëtae *ſtimulante fame.*

413 TITULISQUE VIRORUM] Ut hinc libido ejus magis ardeſcat; cum conſiderat, eam tam potentium virorum i. Pompeji, & Craſſi tenuiſſe matrimonia. SCHOL.

416 VETUSTAE] Quam prior maritus Craſſus excepit. Sic ergo trahitur, tamquam olim jam eſſet devota. IDEM.

422 FERIT] Nam cum ferre auxilium tibi coeperint Parthi; de his Craſſorum mors non poterit vindicari; & hoc nefas eſt, ut, cum arma vos geratis, inulti ſint Craſſi. IDEM.

425 IMPERII NUDARE LATUS] Senſus hic eſt.

Tanti

Hanc ſciet & Craſſi: [a] ceu pridem [b] debita fatis
Aſſyriis, trahitur cladis captiva vetuſtae.
Haereat Eoae vulnus miſerabile ſortis:
Non ſolum auxilium funeſto [c] à rege petiſſe,
Sed geſſiſſe prius bellum civile pudebit.
Nam [d] quod apud populos crimen ſocerique, [e] tuumque
Majus erit, quam [f] quod, [g] vobis miſcentibus arma,
Craſſorum vindicta perit? [h] incurrere cuncti
Debuerant in Bactra duces, &, ne qua vacarent
[i] Arma, vel Arctoum Dacis, Rhenique catervis
Inperii [k] nudare latus, dum perfida Suſa
In tumulos prolapſa ducum, Babylonque [l] jaceret.
Aſſyriae [m] paci finem, Fortuna, precamur:
Et, ſi Theſſalia bellum civile peractum eſt,
Ad Parthos, qui [n] vicit, eat, gens unica mundi [o] eſt,

De

VARIAE LECTIONES.

a *ſeu* B. 1. b *dedita* VV. LL. Steph. c *ab r.* V. 4. Edd. qdd. d *neque* B. 1. e *tuique* Ox. 1. f *ſi* P. 1. B. 2. O. 1. V. 1. g *nobis* B. 2. V. 1. O. 1. M. Hort. m. h *concurrere* P. 2. B. 2. A. male. *e* in caeſura ſaepe producunt noſter, & alii. i *arva* R. pr. k *nudaſſe* W. l *jacerent* vulgo. m *pacis* VV. LL. Steph. Ox. 1. n *vincis* P. 4. B. 3. R. pr. O. 2. V. 1. Edd. Ven. Br. Med. *vincas* W. V. tert. Hort. m. o deeſt in A.

Tanti erat auferre exercitum, qui nunc prohibet Dacos, & nudare his latus imperii noſtri, dum tantum omnes ad expugnandos Parthos colligerentur. SCHOL. Hinc Floro L. III, 5. *nudum imperii latus.* ubi vide Doct. Duker.

425 SUSA] Civitas Parthorum, vel Perſarum. SCHOL.

425 SUSIS BABYLONQUE JACERENT] *Suſa* G. F. *jaceret* C. P. L. O. G. F. vera lectio eſſe videtur, *Suſa jacerent.* Hoc in vulgatis, illud in antiquis libris legitur. PULMANN. Plerique libri, & Mſc. tria *Suſis*: quartum *Suſa*, quod rectum putamus. pro *jacerent.* MSS. quatuor *jaceret.* BERSM. Interpretes antiqui temere pronunciant, urbem hanc tam *Suſidem*, quam *Suſa* vocatam eſſe; quem errorem errat quoque Iſidorus Lib. XV. Origin. c. 1. *Suſis. Oppidum Perſidae ajunt Memnonis fratrem condidiſſe, dictum autem Suſis, quod immineat Suſae fluvio.* Verum nuſquam, quod ſcio, poëtae, aut hiſtorici *Suſidem* hanc urbem, ſed *Suſa* vocant, ut noſter ipſe L. II, 49. Nam quod apud Sidon. Apollin. Lib. VII. Ep. 17. *Regi Suſidis orae*, & L. VIII. Ep. 9. *Aulae Suſidis culmen* invenias, eſt illud adjectivum; vel ubi *Suſida* memorant, intelligi debet de Suſiana regione. Conſule Steph. Byzant. in voce Ἐλύμαι. Recte itaque cum Pulmanno Berſmannus, Grotius, & alii pro *Suſis* repoſuerunt *Suſa*, quod confirmant mei quoque libri praeter ſex recentiores. Male autem contra omnes Mſtos, & Editiones veteres ediderunt *jacerent*: cum ex genio noſtri recte antea expreſſum eſſet *jaceret*. Qui ſingularis numerus in cauſſa fuit; cur mutarint *Suſa* in *Suſis* librarii. Solet auctor cum plurali, & ſingulari componere verbum in ſingulari numero; ut ſaepius jam monuimus. Lib. I, 19.

Sub juga jam Seres, jam barbarus iſſet Araxes.

ubi male Servius, & Valerius Probus *Seres* capiunt in numero ſingulari, qui eſt *Ser*, non *Seres*. Vide omnino, quae congeſſimus ad L. I, 422.

427 ASSYRIAE PACI FINEN] Ut in Parthia, inquit, bella moveantur, hoc petimus. SCHOL.

428 ET SI BELLUM &c.] Si in Theſſalia jam civilia bella completa ſunt, contra Parthos veniat movens bella victor ſcilicet Caeſar. IDEM.

428 THESSALIA] Non *Theſſaliae*. deeſt *in* praepoſitio. GROT. Miror, hic Grotium *Theſſalia* maluiſſe, non *Theſſaliae*; cum tamen ad vſ. 108.

Siccaque Theſſaliae confundis lumina Lesbos;

nihil monuerit: ubi vide, quae nos notavimus, & in quibusdam *Theſſalia* eſſe diximus. adde ad vſ. 845. Hic *Theſſalias* habent unus Pulm. Berſm.

Wit-

De qua [a] Caesareis [b] possim gaudere triumphis.
[c] Non tibi, [d] cum primum gelidum transibis Araxen,
Umbra senis moesti, Scythicis [e] confixa sagittis,
[f] Ingeret [g] has voces? Tu, quem post [h] funera nostra
Ultorem cinerum nudae speravimus umbrae,
Ad foedus, pacemque venis? [i] tum plurima cladis
Occurrent monimenta tibi: quae moenia [k] trunci
Lustrârunt cervice [l] duces, ubi nomina tanta
Obruit Euphrates, & [m] nostra cadavera Tigris
Detulit in terras, ac reddidit. ire per ista
Si potes, in [n] media socerum quoque, Magne, sedentem
Thessalia placare potes. quin respicis orbem
Romanum? si regna [o] times projecta sub Austro,
Infidumque Jubam, petimus [p] Pharon, [q] arvaque Lagi.
Syrtibus hinc Libycis tuta est [r] Aegyptos: [s] at inde

Gur-

VARIAE LECTIONES.

a *Caesarei possunt g. triumphi* B. 1. R. 1. V. 1. b *possum* W. *possem* Edd. R. P. Br. Med. c *num* V. 2. O. 1. A. Marp. M. Ed. Ven. Br. *num primum t. c.* B. 1. male. d *quamprimum* Ed. Grot. & seqq. contra Mstos. e *infixa* VV. LL. Steph. P. 3. B. 2. V. 1. f *ingerat* Edd. qdd. g *ad* B. 1. h *vulnera* V. 1. i *tunc* MSS. & Edd. qdd. k *trunca* V. sec. a m. pr. l *ducis* VV. LL. Steph. m *vestra* M. A. n *mediam Thessaliam* V. tert. o *signa* Ed. Br. p *Phares* VV. LL. Steph. V. 1. q *armaque* Edd. Asc. Par. Mic. Hort. r sic R. pr. V. sec. pro var. lect. vulgo *Aegyptus.* s *ac* A. Hort. m. & V. 1.

Wittian. Voss. sec. & quart. cum Edd. Sulpit. Aldi, Colin. Steph. & seqq. quibusdam; defenditque Doctiss. Davisius ad Caesar. L. VIII. B. Gall. in Praef. ubi plura similis locutionis exempla adduxit; ut fecit quoque G. J. Vossius de Construct. c. 25. Dukerus ad Flor. L. I. c. 18. *Lucaniae suprema pugna*; quam lectionem ibi confirmant quatuor MSS. Leidd. Cortius ad Sallust. B. Jugurt. c. 33. *Romae Numidiaeque.* Verum cum plurimis, & optimis MSS. *Thessalia* retineo; quod probum esse, supra vidimus: ubi etiam adeo incerta est lectio, crebro immutari temerarium est.

431 TRANSIBIS ARAXEN] *Transibis Araxem* Msc. duo, probe: tertium, *transibis ad axem* (& Voss. unus.) Alii *transibit Araxem*, ut ad umbram referatur. BERSM. Putem typothetarum errore *transibis* in Ed. Pulm. vel aliam priorem irrepsisse. Operae tamen pretium fuit visum Modio, ut moneret *cum primum*, & *transibis* esse scribendum, Novant. Lect. Ep. 95. *Araxen* Graeco more dedi pro *em* ex MSS. vetustissimis.

434 ULTOREM CINERUM NUDAE S. U.] Msc. & *nudae.* Cadaveris insepulti. BERSM. *Et* inserunt quoque Marpurg. & Amstel. non ut cadaver intelligat, sed manes non rite humatos. Vide ad vs. 841. Malim tamen in Dativo sumere, eodem sensu.

436 OCCURRENT MONIMENTA] Ante oculos tuos cuncta versabuntur, quae gesta sunt. SCHOLIAST.

439 IRE PER ISTA &c.] Si potes transire per illas terras amicus, tunc facilius impetrabis amicitiam à Caesare. IDEM. Non cepit auctoris mentem Scholiastes, quam bene explicuit Hortensius his verbis. *Quasi dicat: si per ista loca tam immania, tam barbara potes te conferre supplicem, id quod tua majestate indignum est, profecto potes etiam retro in Thessaliam ire, & Caesarem placare, quod honestius, quam illud ducendum est, & nullo adeo prope periculo.* Pro *ista* in Regio primo, Witt. Hulst. Oxon. uno, & meo scribitur *istas.* sc. terras. sed vulgatum praefero.

441 QUIN RESPICIS ORBEM R.?] Ut Virgilius.

Quin potius pacem aeternam, pactosque Hymenaeos
Exercemus?

Persuasum est, ne iret ad Parthos: nunc persuadetur, ne eat ad Africam, sed Aegyptum. SCHOL.

442

Gurgite septeno [a] rapidus mare submovet amnis:
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Jovis: in solo tanta est fiducia Nilo.
Sceptra puer Ptolemaeus habet [b] tibi debita, Magne,
Tutelae commissa tuae. [c] qui nominis umbram
Horreat? innocua est aetas: ne jura, fidemque,
Respectumque [d] Deûm [e] veteris [f] speraveris aulae.
Nil [g] pudet adsuetos sceptris: mitissima sors est
Regnorum sub rege novo. Non plura locutus
Inpulit huc animos. quantum [h] spes ultima rerum

Li-

VARIAE LECTIONES.

a *rapidum* V. 1. A male. b *ter* O. 1. c vulgo *quis*. d *deis* O. 1. e *veteri aula* V. 2. f *superaveris* B. 1. g *pudeat suetos* R. pr. h *sors* B. 1. W. V. 2. male. V. ad L. VI, 700.

442 PROJECTA SUB AUSTRO] Unus Bersm. & Voss. *protenta* i. e. exporrecta. male. Vide ad L. IX, 492. *Sub medio projecta die.*

445 GURGITE SEPTENO] Nilum dicit, cujus ora septena dicuntur. SCHOL.

446 NON INDIGA MERCIS] Ut aliquid illuc deferatur; sed omnibus haec abundat. *Jovis* i. e. pluviae, quia Jupiter est aër. IDEM.

448 PUER] Vult probare, hoc prodesse Pompejo, quod puer est imperator. IDEM.

449 TUTELAE] Post mortem enim patris Ptolemaei Pompejus obtinuit hoc regnum, donec huic imperium traderetur. IDEM. Non distincte satis haec verba exponit Scholiastes; quae ita non intelligenda sunt, quasi Pompejus tutor Ptolemaei fuisset, & quidem ex testamento patris, ut hic nonnulli interpretes ajunt. Non ita se res habuit; sed M Lepidus ei fuit tutor datus à Senatu, cum pater ipsi tutorem scripserat populum Romanum. Ut ex nummis, multisque auctoribus patet. Consule Lipsium ad Tacit. L. XI. Annal. c. 67. & Ill. Spanhem. de usu numismatum p. 559. in 4to; ubi tamen vir magnus haec proprie sumere videtur. Amplificat rem more suo Lucanus, quia ejus beneficio pater per Gabinium in regnum restitutus omnia Pompejo debebat, idque fatebatur: unde ejus filius sponte à Pompejo defenderetur, si quid hostile ei supervenisset. Aliter si capias, erravit Lucanus, ut clare fecit Ampelius c. 35. *Ptolemaeus, Pupillus* (V. Liv. Epit. 112.) *dictus, qui Pompejum tutorem à Senatu accepit, donec pubesceret* &c.

449 QUI] Ita edidi pro vulgari *quis*, auctoritate Voss. primi, sec. quinti, Reg. pr. Oxon. & Hulst. Dein *ne* cum tribus Pulm. & pluribus nostris MSS. ac Grotio praetuli pro *nec*; quamquam id Voss. pr. Reg. pr. Witt. & alii servent. Optime explicavit haec verba Scholiastes. Tacit. L. XIV. Annal. Init. *vetustate Imperii coalita audacia.*

450 NE JURA &c.] Hoc dicit, ne speraveris, esse jura, & fidem, & respectum Deorum in veteribus regibus. Hi enim diuturnitate regnandi cuncta sine pudore committunt. SCHOL. *Nec jura &c.* Εἰρωνικῶς. non est, quod metuas injustitiam, perfidiam, impietatem veteris regis. BERSMANN. *Ne jura fidemque.* Ita maluimus quam *nec*. Sensus est; Regnandi jus veteribus haud tuto credi: meliores esse reges juvenes. GROT.

453 SUB REGE NOVO] Necesse est, ut placidi sint, & mites, qui primum coeperint regnare. SCHOL.

454 QUANTUM &c.] Lentulus Pompejo imperavit, quod faceret, quia in ultimis rebus omnis homo liber est ad loquendum, & necessitas, dum sibi consulit, libere loqui compellit. *Quantum* cum admiratione pronunciandum. Est exclamatio poëtae. IDEM.

455 HABES] Sic malui cum Ascensio legere in secunda persona, quod poëticum magis est, quam *habet*. Lectionem hanc confirmant unus Pulm. Oxon. prim. & Vossian. quart. margo Hortens. & Micylli.

457 NULLAS CUI &c.] Quam sedem omnibus aliis praetulit templis. Memor hujus undae est, quod in mari hoc nata hanc insulam diligebat. ut ait Virgilius.

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo.

SCHOL.

462 TRANSVERSO VERTITUR AESTU] Msc. *transfuso*: minus probe. Ex transverso cursum direxit in Casium montem. BERSM. *Transfuso.* Eo mari,

Libertatis [a] habes! victa est sententia Magni.
[b] Tunc Cilicum liquêre solum, Cyproque citatas
[c] Inmisêre rates, nullas [d] cui praetulit aras
Undae diva memor Paphiae, si numina nasci
Credimus, aut quemquam fas est coepisse deorum.
[e] Haec ubi deseruit Pompejus litora, [f] totos
Emensus Cypri scopulos, quibus exit in Austrum;
Inde maris vasti [g] transverso vertitur aestu:
Nec [h] tenuit [i] gratum nocturno lumine [k] montem,
Infimaque Aegypti pugnaci litora [l] velo

Vix

VARIAE LECTIONES.

a *habet* vulgo. b *tum* MSS. & Edd. qdd. c *inmersere* R. pr. V. pr. H. d *ubi* A. *cum* O. 1. a m. sec. e *hic* B. 1. f *notas* W. a m. pr. g Grot. Ed. & seqq. *transfuso*. h *cernunt* A. i vulgo *Casium*. k *pontem* meus a m. pr. l *vento* R. 1.

ri, quod Cyprum, & Aegyptum transfunditur. GROT. *Transfuso*, quod recepit Grotius, habent Reg. recent. & Oxon. prim. Retinui tamen ego veterem lectionem *transverso aestu*; nisi malis *transfisso aestu*. *Findere mare* passim dicuntur navigantes. Sensus Lucani videtur esse Pompejum mutavisse cursum, & obliquo aestu navigasse ad Aegyptum, sic *transversus torrens* Lib. IV, 818. *Transversi Aquilones* Livio Lib. XXXVI, 43. pro *vertitur* in Marpurg. est *funditur*. Ascensius edidit *transversus*. Adridet conjectura mihi.

Inde maris vasti transversus finditur aestus.

vel *verritur*. Quod sexcenties dicunt poëtae. Sed prius tamen malo. *vertere aestum* vero est alio cursum dirigere. Virgil. L. III. Aen. 668.

Vertimus & proni certantibus aequora remis.

Quomodo illic cum quibusdam malo, quam *verrimus*.

463 CASIUM NOCTURNO LUMINE] Cum observaret nocturnum lumen Phari, noluit ire in Casium, sed in Pelusiacum ostium. SULPIT. Ita quidem Sulpitius. Nec multo aliter Omnibonus, qui, *Nec navigavit in portum*, inquit, *sed ex transverso mari cursum dirigens, declinavit in Casium.* Et rursum, *Pharum significat*, inquit, *insulam, & turrim magna altitudine, mirificis operibus exstructam, montis instar, quae nomen ab insula accepit, haud procul ab Alexandria* &c. Uterque igitur Pharum cum Pelusiaco hostio, & monte Casio confundit, nulla Geographiae habita ratione. Nam Pelusium, & Casius mons Palaestinam, & Arabiam proxime contingunt, Aegyptumque ab Asia dividunt. Pharus autem è regione Canopici ostii, Alexandriae urbi ponte jungebatur, Pelusiumque, & Canopus totius Aegypti, quam aliquando à figura triquetra, δέλτα nominarunt, veluti basim constituunt, extremosque angulos illius efficiunt. Ut & Plinius meminit libro quinto capite nono, & tricesimo primo. Et Strabo libro XVII. Cujus verba sunt: Ἔστι τοίνυν ἡ ἀπὸ Πηλουσίου παραλία πρὸς τὴν ἑσπέραν πλέουσι μέχρι μὲν τοῦ Κανωβικοῦ στόματος χιλίων που καὶ τριακοσίων σταδίων, ὃ δὴ καὶ βάσιν τοῦ δέλτα ἔφαμεν. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Φάρον τὴν νῆσον ἄλλοι στάδιοι πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. De Casio autem idem libro XVI. ita meminit: Ἔστι δὲ τὸ Κάσιον, θινώδης τις λόφος ἀκρωτηριάζων, ἄνυδρος, ὅπου τὸ Πομπηΐου τοῦ Μάγνου σῶμα κεῖται, καὶ Διός ἐστιν ἱερὸν Κασίου. πλησίον δὲ καὶ ἐσφάγη ὁ Μάγνος δολοφονηθεὶς ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων. εἶτ' ἐπὶ Πηλούσιον ὁδός. ἐν ᾗ τὰ Γέρρα, καὶ ὁ Χαβρίου λεγόμενος χάραξ &c. Videtur igitur sententia hujus loci talis quaedam esse: *Nec tenuit Casium*, quem petebat scilicet, sed vento adversante ex transverso, aegre ad eam partem Aegypti appulit, quae infra Casium est, qua Nilus juxta Pelusium in mare exit, septimo, atque ultimo ostio. Unde postea, cum audisset, regem circa Casium commorari, iter sursum versus reflectit, Casiumque etiam ipse petit &c. Ut ablativi, *Nocturno lumine*, non ad verbum, *Tenuit*, sed ad *Casium montem* referantur, sintque veluti epitheton illius, ut qui & ipse nocturno lumine, sive facibus noctu accensis, perinde ut in altera Aegypti extremitate Pharus solebat, navigantibus iter commonstraret. Aut, ut simpliciter, *Nocturno lumine*, pro eo quod est, *per noctem*, accipiamus, quando infra sequitur: *Nec Phoebus adhuc, nec carbasa languent.* Caeterum & Caesar, & Appianus tradunt, Ptolomeum tum forte circa Casium

Vix [a] tetigit, qua, dividui pars maxima Nili,
In vada decurrit Peluſia ſeptimus amnis.
Tempus erat, quo Libra pares examinat horas,
Non [b] uno plus aequa [c] die, noctique rependit
Lux minor hibernae verni ſolatia damni.
Comperit ut, regem Caſio ſe monte tenere,
Flectit iter: nec Phoebus adhuc, nec carbaſa languent.
Jam rapido ſpeculator eques per litora curſu
Hoſpitis adventu pavidam compleverat aulam.

[a] Conſilii

VARIAE LECTIONES.

a *tenuit* B. 1. O. pr. W. a m. pr. b *una* MSS. qdd. & Edd. Ald. Col. Steph. Gryph. aliaeque, male. c *dies* O. 1.

ſium caſtra habuiſſe, contra ſororem Cleopatram, quam regno ejecerat; bellum è Syria contra ipſum molientem. Appianus autem etiam caſu quodam Pompejum ad Caſium delatum addit, vento incumbente, quod a poëta nonnihil diſſentit, qui illum conſilio a Peluſio ad Caſium flexiſſe curſum ait. Sec haec hactenus. MICYLL. Mic. *Caſion*: reliqua tria: *gratum*, mendoſe. Nec tenuit Caſium, ſed vento adverſante infra Caſium appulit. *Nocturno lumine* i. luna praelucente, ſive nocte, poëtica circumitione. vel, praeeuntibus facibus, in illo monte accenſis. BERSM. Nullus hic locus Caſio monti, qui poſt aliquanto memoratur. MSS. habent:

Nec tenuit gratum nocturno lumine montem.

Chimaeram intelligit, montem noctibus flagrantem, ut loquitur Plinius v, 27. GROT. *Ed. ſec.* Varie hic ſe torquent viri doctiſſimi; cum veriſſima, & ſimpliciſſima ſit Omniboni expoſitio: ut non *Caſium* legatur, ſed *gratum*. quomodo recte legit, ſed male explicat Grotius. *Gratum* ex meis habent quoque Regii, Voſſianus prim. Wittian. & ſex recentiores cum Editionibus primis, & Pariſ. 1512. Per *gratum nocturno lumine montem* non alium intellige, quam Pharon nocte in excelſiſſima ſpecula faces in navigantium uſum accenſas habentem, adeoque nautis gratiſſimum. Hoc Lucani mens, hoc hiſtoriae veritas, hoc locorum ſitus poſtulant. Pompejus à Cilicia profectus, & Cypron praetervectus trajicere voluit in Aegyptum, & quidem Alexandriam, Ptolemaei regis ſedem, ut illic auxilium ab eo peteret. Verum per reluctantem ventum, & *transverſum aeſtum*. quae verba notanda, non potuit eo curſu tenere Alexandriam, ſive Pharon inſulam ei urbi adjacentem. Verum vix tetigit ſive adpulit ad Peluſium, oſtium Nili maxime Orientale, & Cypro propinquius. Hic dum in ancoris ſtetit, audivit, regem non eſſe Alexandriae, ſed in monte Caſio eſſe cum exercitu contra ſororem bellum gerentem. Hoc audito ſtatim *flexit iter*; quia nondum ventus, nec dies defecerat, & retroegit curſum ad Caſium montem, qui jam ipſi à tergo erat, utpote magis ad Orientem, & in regione Caſſiotide ſitus, docentibus omnibus Geographis. Si per *gratum montem* eſſet intelligendus Caſius, quem prae aeſtu tranſverſo tenere non potuerat, non debebat à Peluſio *flectere iter*, ſed recto curſu ad Caſium pergere. Sed *flexit iter*, quia jam praetergreſſus fuerat Caſium montem; at non ultra Peluſium verſus Pharon navigare potuerat. Ut dixi, rem ſe habere patet ex Plutarcho, Dione Caſſio, & aliis. Sed audiamus ipſum Caeſarem Lib. III. B. Civ. c. 103. *In Ciliciam, atque inde Cyprum, dein Peluſium pervenit. Ibi caſu rex erat Ptolemaeus* &c.; *Ad eum Pompejus miſit, ut pro hoſpitio, atque amicitia patris Alexandria reciperetur* &c. Appian. Lib. II. p. m. 786. *καί πως κατὰ δαίμονα ἐς τὸ Κάσιον τὸ πνεῦμα τὸν Πομπήιον κατέφερε* &c. Unde Grotio, niſi ex Scholiaſte, in mentem venerit, per *gratum montem* intelligi poſſe Chimaeram in Cilicia, à qua profectus erat, & ad quam prius, quam Peluſium pervenire potuiſſet, comminiſci nequeo; neque etiam, quomodo Voſſius hic de monte Antiocheno ad Lib. I. c. 10. Pomponii Melae cogitare potuerit. Jam autem, ſi voluiſſet Lucanus, quod non fecit, Caſium montem indigitare *nocturno lumine*, ea verba non ſignificarent lunae lumen, aut faces accenſas, ſed ſolem nocte in illo monte lucentem. Quod enim alii Antiocheno monti, noſter Aegyptio tribuit; ut patet ex L. X, 434.

- - Lucifer à Caſia proſpexit rupe, diemque
Miſit in Aegypton primo quoque ſole calentem.

Sed, ut dixi, Pharon intelligit promontorium, ut debuit auctor.

463

[a] Consilii vix tempus erat: tamen omnia monstra
Pellaeae coiêre [b] domus; quos inter [c] Achoreus
Jam placidus [d] senio, fractisque modestior annis,
(Hunc genuit, custos Nili crescentis in arva,
Memphis vana sacris; illo cultore Deorum,
Lustra suae Phoebes non unus [e] vexerat Apis;)
Consilii vox prima fuit, meritumque, fidemque,
Sacraque defuncti [f] jactavit pignora patris.
[g] Sed melior suadere malis, & nosse tyrannos,

Ausus

VARIAE LECTIONES.

a *concilii* Ed. Rom. b *manus* B. 1. A. c *Aquoreus* A. Ed. Ven. d *senior* Edd. Rom Ven. e *vixerat* vulgo. f *jactanti* B. 1. g *&* O. 1

463 MONTEM] Pharon. Mons est Aegypti, in quo turres ligneae fiebant, quae in adventum navium incendebantur. Aliter Chimaera, mons est in Cilicia, qui nocturnis aestibus ignem exhalat. Hic enim *nocturno lumine gratus est*, quia navigantibus iter praestat. SCHOL. *Voss. pr.*

465 MAXIMA] Hic est Nili pars maxima, septimus fluvius. IDEM.

467 PARES EXAMINAT] Aequinoctium autumnale significat. IDEM.

468 NON UNO PLUS AEQUA DIE] Omne enim aequinoctium uno die est. Nam aut major est, qui antecessit, & erit brevior, qui sequitur: aut si minor ante fuerit, jam major incipit. Est ergo non plus uno die aequa. IDEM.

469 VERNI SOLATIA DAMNI] Ut, quod spatium vere perdidit, hoc compenset autumno. IDEM.

471 CARBASA] Mscr. *sidera*, perperam. Nondum sol occiderat, & venti spirabant. BERSM.

471 LANGUENT] i. e. Fatigata sunt. Diem describit, nondum exactum esse, cum adhuc nec sol, nec vela sunt labore lassata. SCHOL.

474 MONSTRA] Consiliarii. Primores omnes monstra Pellaeae domus dicit. IDEM.

475 PELLAEAE] *Pellaeam* autem *domum* vocat, propter primum Ptolomaeum, qui ex Macedonum genere fuerat, Lago patre natus, & post mortem Alexandri Magni in divisione regnorum, Aegyptum sortitus, à quo deinceps caeteri ad ultimum hunc usque progenie, ac successione regni descenderunt. MICYLL.

477 CUSTOS NILI] Quia Nilus per eam fluit; sive quia ab eadem continetur. *Vana* scilicet, quia plurima colit monstra. SCHOL. Memphin & Plinius libro v. cap. 9. & Strabo libr. XVII. civitatem vocant Aegypti, ubi & regia veterum Aegypti regum fuit, & σηκὸς, sive stabulum, ubi Apis asservabatur. *Custodem* ergo *Nili* vocat, vel quia βασίλειον, sive Regia Aegypti fuit, ut Nilum κατὰ συνεκδοχὴν pro Aegypto accipiamus: vel, ut Omnibono placet, quod in eadem Apis conservabatur, quo nascente Nilus crescebat, & si forte non nasceretur, pro malo omine habebatur, quasi deus iratus esset, ut idem inquit. Caetera apud Strabonem, & Herodotum vide. MICYLL. Rectius Beroaldus putat, Memphin, *custodem Nili crescentis* dici; quia illic est Nilometrium, in quo incrementa Nili notabantur olim, & etiam nunc. Vide Casaubon. ad Strabon. L. XVII. p. 817. Ed. Paris. & Voyag du Paul Lucas T. III. p. 320. &c.

479 LUSTRA SUAE PHOEBES] Incertum, an cubilia, an quinquennalia sacra. In lustrationem Phoebes i. lunae haec sacra celebrantur. SCHOL. Lunae, cujus bicornis imaginem Apis in dextro habebat latere, macula candicante Plinius L. VIII. c. 46. Intelligit autem lustra Lunaria, quae sunt v. mensium. BERSM. Scilicet legit, ut vulgo post Sulpitium fit, Bersmannus *vixerat*. Verum Edd. priores, MSS. Pulm. tres, duo Bersm. & novem mei vetustissimi habent *vexerat*. in variis Steph. lection. uno Pulm. & Regio est *duxerat*. An *vehere lustra Phoebes* notat, portare in solemni festo, (in quo Apis semper comes, ut ait Ovidius) Sacra Lunae expiatoria (*expiationes* ait Beroaldus) & lustralia, sive lustralem pompam? An potius scribendum *vexerat*, vel *duxerat sistra* i. e. dux erat sacerdotum in sacris Isidis sistro canentium? Mihi non plane liquet. *Vivere lustra suae Phoebes* tamen vix Latinum puto. Quid velit Hortens. non intelligo ad V. *Lustra* scribens, quod *macula illa candicans, ut Plin. cornibus lunae crescere inciperet:* At vero hoc non dicit Plinius, sed maculam fuisse illam figura cornuum Lunae incipientis crescere,

Ausus Pompejum leto damnare Pothinus;
Jus, & fas multos faciunt, Ptolemaee, nocentes:
Dat poenas [a] laudata fides, [b] cum sustinet, inquit,
Quos Fortuna premit. fatis accede, Deisque,
Et cole felices, miseros fuge. sidera [c] terrae
Ut distant, [d] ut flamma mari, sic utile recto.
Sceptrorum vis [e] tota perit, si [f] pendere justa
Incipit; evertitque arces respectus honesti.
Libertas scelerum [g] est, quae regna [h] invisa tuetur,
Sublatusque modus [i] gladiis. facere omnia saeve
Non inpune licet, nisi [k] cum facis. exeat aula,
Qui vult esse pius. [l] virtus, & summa potestas

Non

VARIAE LECTIONES.

a *laudanda* VV. LL. Steph. b *dum* O. I. c vulgo *terra*. d *&* vulgo. e *tanta* O. I. f *reddere* suprasc. *pondere* W. *prendere* P. I. V. I. g deest in H. h *injusta* P. I. i *gladii* W. V. tert. k *dum & volet* Grot. & seqq. l *pietas* V. I.

re, non maculam illam crescere. De Api porro, ejus notis, & festo vide Pignorium Mens. Isiaca p. 36. &c. Errat vero Scholiastes dupliciter; cum dicat, plures hoc nomine boves tunc simul fuisse. cum verbis *non unus* velit Lucanus ostendere longinquum Achorei Sacerdotium, in quo plures fuere mersi in aquam, non inmolati, & novi inventi: quod etiam non praecise singulis annis fiebat; sed certis vitae annis, quos fas non est excedere bovem.

479 APIS] Taurus est, qui annis singulis immolabatur Isidi, cum in grege fuerit alter inventus; sed nunc hoc dicit, hunc Achorea tam religiosum fuisse, ut non tunc unus Apis esset in templo, sed multi. *Phoebes* Isidis quia eadem Isis, quae Luna; Osiris, qui sol. SCHOL.

480 PRIMA] Prior est haec locutus. *Meritum fidemque* sc. Pompeji, & quae cum Ptolemaei patre foedera comparasset, & suasit, ut reciperetur. IDEM.

482 MELIOR SUADERE MALIS] i. e. Qui malis omnibus doctus est, etiam nefaria persuadere, & qui sciret, regum animos ad scelera proniores. IDEM. Alii *Efficacior ad persuadendum mala*, vel simile. Sed *malis* notat homines malos, non res malas. Melior ad persuadendum malis tyrannis. quod recte vidit Omnibonus. Posses etiam legere *malos*. *suadere* enim saepe invenias cum accusat. personae. vide Cel. Burm. ad Phaed. F. xv. & Petron. c. 46.

483 POTHINUS] Ita ubique scribendum hoc nomen, non, ut ante fuit, *Photinus*. Est enim Graecum ποθεινὸς apud Plutarchum, Appianum, alios, non Φωτεινὸς, quod & lex versuum repudiat. GROT. *Ed. tert.* & *sec.* ad L. x, 103. *Pothinus* exhibent etiam Voss. sec. Regii, & alii pauci, uti & Witt. L. x, 95. &c. Ceteri Edd. & MSS. *Photinus*. Error librariorum videtur inde natus: quod monachis notior fuerit Photinus primus Episcopus Lugdunensis sub M. Aurelio martyrium passus. De quo vide Sponium in Lib. Recher. Des Antiq. de Lyon p. 11. vel etiam Photinus haereticus, cujus meminit Prudentius Psychom. 796. Nam apud omnes Latinos auctores, ubi hujus nebulonis fit mentio, depravatum nomen in MSS. scribitur. *Damnare* quoque pro *damnasse*, quod vulgo à Venetis profectum circumferebatur, recte reposuit Grotius, jubentibus tantum non omnibus omnium, meisque MSS. & Edd. Rom. Parm. Ascens. Mic. Hort. aliisque.

484 FACIUNT NOCENTES] Si fuerit, inquit, jus, & fas servatum, ut recipiamus Pompejum, qui nobis est familiaris, apud offensum Caesarem habebimur pro nocentibus. SCHOL. Id est. *Poenae multos subdunt*. GROT. *Ed. tert.*

485 DAT POENAS LAUDATA FIDES] Ipsum sensum repetit. Quod si laudari fidem suam voluerunt, recipiendo Pompejum, essent à Caesare puniendi. SCHOL.

485 SUSTINET] i. e. cum eos fides sustentat, quos Fortuna jam deprimit. IDEM.

487 FUGE] Desiste comitari. IDEM.

787 SIDERA TERRA UT DISTANT] *Terrae* in Dativo casu exaratum est, in uno Bersm. & optimo

Non coëunt: semper [a] metuet, [b] quem saeva pudebunt.
Non inpune tuos Magnus contemserit annos;
Qui, te nec victos arcere à litore nostro
Posse, putat. [c] neu te sceptris [d] privaverit hospes,
Pignora sunt [e] propiora tibi: [f] Nilonque, Pharonque,
Si regnare [g] piget, damnatae redde sorori.
Aegypton [h] certe Latiis tueamur ab armis.
Quidquid non [i] fuerit Magni, dum bella geruntur,
[k] Nec victoris erit. toto jam pulsus ab orbe,
Postquam nulla manet rerum fiducia, quaerit,
Cum qua gente cadat: rapitur civilibus umbris.
Nec soceri tantum arma fugit: fugit ora Senatus,

Cujus

VARIAE LECTIONES.

a *metuit* R. 2. *metuerit* O. 1. b *quae* O. 1. c *nec* P. 1. d *spoliaverit* Ed. Hortens. e *propriora* V. 1. H. f *Nilumque* R. 1. W. V. pr. sec. sext. H. M. Edd. Ven. Br. Med. g *pudet* P. 2. h *Lat. certe* V. 1. i *fuerat* Edd. qdd. k *non* W. R. 1.

mo Wittiano, aliisque ab Ill. Heinsio inspectis Codicibus. quod praetuli vulgato *terra* cum Celeb. Burmanno ad Quinctil. Instit. Orat. Lib. v. c. 10. *Qua diximus enthymema syllogismo distare.* Ablativo addere praepositionem malunt, nisi notet ipsum, quo res distant, spatium. Dein pro *&* *st.* uterque Regius, & Amstel. exhibent *ut*, verissime.

488 UTILE RECTO] Sic distat utilitas ab honestate; nec potest esse conjuncta. IDEM.

490 RESPECTUS HONESTI] Claudian. IV. Cons. Honor. 268.

- - *mentemque domet respectus honesti.*

492 SUBLATUSQUE MODUS GLADIIS] Ut sine modo saeviant. Hinc dicit, regna esse firmiora. SCHOL.

493 NISI CUM FACIS] Crudeliter aliquid facere, numquam licet, nisi semper feceris. IDEM. *Dum facis* nostra est emendatio pro *cum*. Continuanda enim scelera docet juxta illud: *per scelera semper sceleribus tutum est iter.* GROT. Non opus est Grotiana emendatione contra Mstos omnes, & *cum* retinendum, eodem fere sensu. Si enim non inpune facere saeve omnia licet, nisi cum facis & crudelitatem exercendo alios à puniendo deterres, ut recte interpretes exponunt; patet, regem semper debere esse in actu crudelitatis, & ut inpune saeviat, saevire. Dein nimis temere Grotius quoque reposuit *volet* ex variis LL. Steph. duobus Pulm. & uno Bersm. Cod. Edd. Ven. Brix. & Med. quibus accedunt duo, tresve ex nostris. Ceteri omnes, & vetustiores retinent *vult*; ut editur quoque apud Priscian. col. 1171.

498 NEU TE SC.] Mscr. *neu nos*. Quam te regno privari sinas ab hospite, potius sorori trade, quae te cognatione propius attingit. BERSM. Pro *te* etiam in tribus Pulm. MSS. & duobus Vossianis est *nos*. Non male; ut Pothinus se jactet ita, quasi ipse in parte esset regni, quod cum eo quasi communicaverit rex. Hinc certe Pothinus sic alloquitur Pompejum vs. 518.

- - *Quod nobis sceptra senatus,*
Te suadente, dedit.

& alibi. Dein *Aegypton* rescripsi ex Vossiano secundo. Mallem autem hic *Nilum* cum MSS. optimis; & dubito, an in hoc nomine non semper praetulerit auctor Latinam terminationem. Attendat studiosus lector.

505 RAPITUR CIVILIBUS ARMIS] *Umbris* C. P. L. & Canter. Nov. Lect. Lib III. cap. 2. PULM. *Umbris*. Plerique libri, & Codices habent *armis*: mendose; cum geminum sit *umbris*, quod legitur in uno ex Mscr. nostris, & approbatur à Cantero: Exagitatur (ait) à manibus eorum, qui bello civili perierunt. BERSM. Cum Bersmanno, & Grotio praetuli *umbris*, quod explicatur per sequentia *fugit ora Senatus* &c. licet mei quoque plurimi, & vetustiores MSS. habeant *armis*. De exagitatione umbrarum passim legas apud poëtas. Vide, quae citat Doct. Broukhusius ad Tibull. L. I, VI, 15.

Hanc volitent animae circum sua fata querentes.

& nostri Lib. III. & VII. v. 336.

Cujus Thessalicas saturat pars magna volucres.
Et metuit gentes, quas uno [a] in sanguine mixtas
Deseruit; regesque timet, quorum omnia mersit:
Thessaliaeque reus, nulla tellure receptus,
Sollicitat nostrum, quem nondum [b] perdidit, orbem.
Justior in Magnum nobis, Ptolemaee, querelae
Caussa data est. quid sepositam, semperque quietam
Crimine bellorum maculas Pharon, [c] arvaque [d] nostra
Victori suspecta facis? cur sola cadenti
Haec placuit tellus, in [e] quam [f] Pharsalica [g] fata
Conferres, poenasque tuas? jam crimen habemus
Purgandum [h] gladio. quod nobis sceptra Senatus,
Te suadente, dedit, votis tua fovimus arma.
Hoc ferrum, quod fata jubent proferre, [i] paravi
Non tibi, sed victo. feriam tua [k] viscera, Magne:
Malueram soceri: rapimur, quo cuncta [l] feruntur.

Tene

VARIAE LECTIONES.

a deest *in* a V. 2. A. & Edd. qdd. b *prodidit* O. 1. V. 1. c al *arma* V. sec. d *vestra* B. 1. e *quae* V. 1. f *Pharsalia* B. 1. H. Edd. Ven. Br. Med. non male, ut saepius monuimus. g *castra* A. h *gladius* O. 1. i *paratur* B. 1. *parati* VV. LL. Steph. P. 2. V. 2. k *pectora* VV. LL. Steph. l *ferentur* B. 1.

506 FUGIT ORA SENATUS] In Wittiano non male scribitur *quantum*. in uno Bersm. *sed & arma*. Meus etiam a m. pr. *arma* habuit. Nil muta. *fugit* solemnis nostro, & aliis est repetitio, & per ellipsin non minus frequentem omittitur *sed*. Vide ad Lib. II, 71, 86. per *ora senatus* intelliguntur *umbrae*, quibus rapitur, quamquam simpliciter posset sumi, quod in Senatus conspectum non audeat venire.

507 VOLUCRES] Quorum cadaveribus aves ad cibos usae sunt. SCHOL.

508 GENTES] i. illas gentes, quae Pompejo auxilia contulerunt. IDEM.

509 QUORUM OMNIA] Quorum omnes hac pugna adversa evertit. Sunt, qui legant, *omina*, quasi dicat, ait *Glareanus*, prosperam fortunam, ex lectione Badiana. At ego puto hoc nimis argutum, inquit, & simpliciter legendum, *Omnia*, quasi dicat, omnem substantiam, & fortunam, ut à nominativo *omne*. HORTENS. *Agmina* legitur in tribus meis, & uno Bersm. ad Marg. ac Edd. Rom. Parm. Brix. Med. Paris. 1512. *Omina* in duobus meis, & Puim. perperam. *Omnia* recte Hortensius totam regum Fortunam interpretatur; τὰ πάντα, & ita ni fallor, loquitur noster alibi.

510 THESSALIAEQUE REUS] Damnatus à Diis clade Pharsalica. GROT. *Ed. pr.* In accusationem, & querelas omnium illapsus per cladem Pharsalicam. IDEM. *Ed. tert.* i. e. pugnae in Thessalia male peractae; ut bene, quamquam alii aliis verbis, exponunt interpretes. *Thessaliam*, & *Pharsaliam* passim dicit noster, cum cladem à Pompejo illic acceptam intelligit; ut jam monuimus supra. Sic & L. IV. in f. VII, 204, IX, 232. &c.

518 PURGANDUM GLADIO, QUOD NOBIS &c.] Pompejus prior egit hanc caussam, ut huic traderetur Imperium post patris mortem; postea Cicero, quae oratio inscribitur *de Rege Alexandrino*. Hoc ergo dicit. Gladio hoc crimen purgare debemus, ne videamur huic aliquando favisse, quod nobis, hoc suadente, Senatus Imperium dedit. SCHOL. Post *gladio* reposui majorem distinctionem, ut est in antiquis Edd. Recentiores male jungunt haec cum sequentibus, quasi crimen esset, quod Senatus, Pompejo suadente, Ptolemaeo inperium dederit, isque Pompeji arma votis fuerit prosecutus. Crimen habent Aegyptii purgandum gladio, quod Pompejus victus in Aegyptum venerit, & victori eam regionem suspectam fecerit. Quod crimen ne in se admitterent, purgandum esse gladio dicit Pothinus; qui verbis sequentibus se ideo excusat, & ostendit, se satis-

[a] Tene mihi [b] dubitas an ſit violare neceſſe,
Cum liceat? quae te noſtri fiducia regni
Huc agit, infelix? populum [c] non cernis [d] inermem,
Arvaque vix [e] refugo fodientem mollia Nilo?
Metiri ſua regna decet, vireſque fateri.
Tu, Ptolemaee, potes Magni fulcire ruinam,
Sub [f] qua Roma jacet? buſtum, cinereſque movere
Theſſalicos audes, bellumque in regna vocare?
Ante aciem Emathiam nullis acceſſimus armis:
Pompeji nunc caſtra placent, [g] quae deſerit orbis?
Nunc victoris opes, & cognita fata laceſſis?
Adverſis non deeſſe decet, ſed laeta [h] ſecutos.
Nulla fides umquam miſeros elegit amicos.
Adſenſere omnes ſceleri. [i] laetatur honore
Rex puer [k] inſueto, quod jam ſibi tanta jubere
Permittant [l] famuli. ſceleri [m] delectus Achillas.

Perfida

VARIAE LECTIONES.

a *Tune* B. 1. b *dubites* R. 1. c *num* B. 1. V. 1. *nam* O. 1. d *refugi Nili* B. 1. Ed. Ven. e *inertem* MS. Thuan. V. Drak. ad Sil. XIII, 76. f *quo* V. 2. g *quem* P. 1. h *ſecutis* V. ſec. i *laetatus* P. 1. k *inſolito* B. 1. a m. pr. l *populi* V. 1. a m. pr. m *dilectus* P. 1.

ſatisfeciſſe Pompejo pro ejus meritis, quoniam votis foverant ejus arma, nec eum tamquam Pompejum, ſed ut victum, debebant occidere. Adeantur hic Badius, & alii.

519 VOTIS] Dicit etiam, ſe gratiam reddidiſſe. SCHOL.

522 RAPIMUR] Favere cogimur, cum univerſa ſunt ſubjugata. IDEM.

523 AN SIT VIOLARE NECESSE] Oſtendo, neceſſe eſſe, quia licet, quia poſſum. Neque enim poſſem te laedere, ſi Romanarum rerum potireris. nunc quia non potiris, ob hoc ipſum neceſſe quoque eſt, id faciam, ne videar tui tutelam ſuſcipere. Simplicior tamen ſenſus eſſet vocibus tranſpoſitis:

Tene mihi dubitas cum ſit violare neceſſe,
An liceat?

Seneca pater: *Neceſſitas, magnum humanae imbecillitatis patrocinium, omnem legem frangit.* GROTIUS. Defendere eodem modo haec conantur Sulpitius, & Badius. Duriſſima tamen haec mihi videtur ſententia, & nimis contorta. Quare mallem tranſponere voces, ut in mentem venit Grotio, cui praeivit Scholiaſtes Voſſ. primi, ſcribens; *Dubitasne, an liceat mihi te violare, cum ſit neceſſe.*

525 CERNIS INERMEM] Vult ſe invalidum confiteri, dum hujus non ſpetet Magnus auxilium. SCHOL.

526 VIX REFUGO] Ordo. Vix fodientem arva mollia refugo Nilo: Ideo, quia exit in arva in ſe iterum reverſurus. IDEM.

528 FULCIRE] i. e. ſuſtentare, per interrogationem pronunciandum eſt. IDEM. Sic Curtius Lib. VI. *ruinae rerum eos ſubdere capita.* GROT. *Ed. tert.*

530 BELLUMQUE] Majore cum emphaſi legitur in Editione principe Rom. uti & Parm. & Mediol. A. 1508. *tu bellum in r.* Sed MSS. nihil variant.

531 NULLIS ACCESSIMUS A.] Neque Pompeji, neque Caeſaris partibus nos applicavimus. SCHOL.

534 ADVERSIS &c.] Quaſi aliquis opponeret. Oportet in adverſis alicui opem ferre; ad haec ille. Verum eſt, decet; ſed ſi & laeta fuiſſemus ſecuti. IDEM.

537 JUBERE] Bene hoc verbum repoſuit Grotius ex duobus Palm. & tribus Berſin. libris: cum quibus faciunt novem, vel decem noſtri vetuſtiores, & Sulpit. Badii, ac Micylli Edd. alii *licere*, quod parum eſt hoc loco pro majeſtate regia. *libere*

Persida qua tellus Casiis [a] exsultat harenis,
Et vada testantur junctas Aegyptia Syrtes,
Exiguam sociis monstri, gladiisque carinam
Instruit. ô superi, Nilusne, & barbara Memphis,
Et Pelusiaci tam mollis turba Canopi
Hos animos! sic fata premunt civilia mundum!
Sic Romana [b] jacent! [c] ullusne in cladibus istis
Est locus Aegypto, Phariusque admittitur ensis?
Hanc certe [d] servate fidem civilia [e] bella;
Cognatas [f] praestate manus, [g] externaque [h] monstra
Pellite, si [i] meruit tam claro nomine Magnus
Caesaris [k] esse nefas. tanti, Ptolemaee, ruinam
Nominis [l] haud metuis, coeloque tonante profanas
Inseruisse manus [m] inpure, [n] ac semivir audes?

Non do-

Variae Lectiones.

a *excurrit* vulgo. *occurrit* B. 1. b *cadunt* O. pr. a m. pr. c *nullusne* B. 2. R. pr. Edd. Mic. Hort. *nullusque* W. *nullosne*. Ed. Ven. d *praestase* B. 1. e *jura* Edd. Br. Med. f *praebete* VV. LL. Steph. Ox. 1. male. *praestare* Ed. Parm. & Hortens. non inepte. g *extremaque* M. h *nostra* R. 1. i al *malis* V. 1. k *ense* V. 1. l *aut* V. 1. *an* B. 1. m *inpune* Edd. qdd. n *&* M. Ed. Hort. *aut* O. 1.

bere Bersm. unus. Dein rescripsi ego *permittant*, ex MSS. omnibus, & Edd. Grotiana anterioribus, non *permittunt*.

539 Casiis excurrit harenis] i. e. longo Casii montis litore extenditur ad mare. Quomodo passim *excurrere*, & *procurrere* loca dicuntur, Livio L. xxxii, 23. xxxvi, 15. Melae. 1, 20. ii, 6. in fine. Silio L. xv, 225.

Urbs inposita jugo, pronumque excurrit in aequor.

& saepe. *exire* nostro L. v, 380. Adeo ut haec lectio summo jure ferri posset. Verum optimi, & veterrimi Codices, Regius prim. Voss. prim. Wittian. Marpurg. Hulst. unus, Pulm. & duo Bersm. exhibent *exsultat* i. e. in altum surgit, & adscendit tellus in Casium montem. Quod praefero; rarior quidem hic ejus verbi usus est, sed doctior, quam ut a librariis intrusum censeri posset; & similiter passim ab auctoribus tellus dicitur *adscendere*, *exsurgere*, *adtollere se*, aliisque modis. Non dissimili plane modo Virgil. Lib. iii. Aen. 557.

Exsultantque vada.

541 Sociis monstri gladiisque] Legitur *monstri gladiisque*, & *monstri*, *cladisque*. SCHOL. *Voss. sec. Cladisque car.* Mscr. quasi dicat, *monstrosae cladis*: ἓν διὰ δυοῖν. tert. *cladisque ruinam*. BERSMANN. *Cladis* etiam ediderunt, & sic intellexerunt Sulpit. Badius, Micyll. & Hortens. habentque ita unus Pulm. Voss. duo recentiores, meus, & Ed. Veneta. male. Gladiis enim absconditis aeque instruxit Achillas navem, ac sociis, qui illos promunt versu 615. Aliter rectius dixisset auctor *caedisque*. *Socii cladis* sunt, qui eam patiuntur; non qui inferunt. nisi dicas esse positum, ut *vulnus Ulixei*, & similia: quod non credo.

543 Canopi Pelusiaci] Per Nilum, Memphim, & Canopum intelligit totam Aegyptum. A Pelusio, ad fauces usque Canopi, sunt M. CCC. stad. A Canopo usque ad Pharon, stad. C. L. Canopos oppidum appellatum creditur à Canopo gubernatore navis Menelai, qui illic aspidis morsu interiit. Haud procul inde fossa est, cymbis referta. in quibus nymphae assiduo modulantur. *Glareanus* existimat, *Pelusiaci*, non esse epitheton satis aptum Canopo, cum Pelusium sit, inquit, oppidum ad extremum Nili ostium, Orientem versus. Canopos vero maxime ad Occasum. Scio Persas, pro Medis, Glauci Scyllam, pro Nisi figurate poni. At *Canopum* accipere epitheton Pelusii, hoc inauditum. Sed haec, & similia in opere imperfecto facile veniam merentur. HORTENS. Recte observant viri docti, non magno judicio, *Pelusiacum Canopo* dari epitheton: nam eodem jure alicui dicere liceret *Pelusium Canopicum*. cum sint duo extrema, Nili ostia, *Pelusium* ad orientem, *Canopos* ad occidentem. Rectius

Pel-

Non domitor mundi, [a] nec ter Capitolia [b] curru
Invectus, regumque potens, vindexque Senatus,
Victorisque gener; Phario satis esse tyranno
Quod poterat, Romanus erat. quid viscera nostra
Scrutaris gladio? nescis, puer inprobe, nescis,
Quo tua sit fortuna loco: [c] jam jure sine ullo
Nili sceptra tenes: cecidit civilibus armis,
Qui tibi regna dedit. Jam vento vela [d] negârat
Magnus, & [e] auxilio remorum infanda petebat
Litora: quem contra non [f] longa vecta biremi
Adpulerat scelerata manus; Magnoque [g] patere
Fingens regna Phari, [h] celsae de puppe carinae
In parvam jubet ire ratem, litusque malignum
[i] Incusat, bimaremque vadis frangentibus aestum,

Qui [k] ve-

VARIAE LECTIONES.

a *non* V. 1. b *vectus in curru* VV. LL. Steph. c *nam* V. 1. d *negante* VV. LL. Steph. *negabat* V. sec. e *auxilius* V. sec. a m. pr. f *longum* B. 1. g *parere* A. M. Ed. Rom. h MSS. & Edd. plerique *celsa* male. i *incausat* W.

Pellaeum à finitima Alexandria cum Virgilio Georg. IV, 287. vel epitheto à conditoris Canopi patria desumto dixisset. Ex. Gr. *Therapneum*, ut fecit Statius. Condonandum tamen hoc Lucano, qui *Pelusiacum* generaliter pro Aegyptio videtur sumsisse. Idem certe fecit Avienus init. Orb. descript.

Et Pelusiaci celebrantur templa Canopi.

Cum tamen Dionysius, quem κτ̀ πόδα sequitur, rectius scripsisset.

Καὶ τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίου Κανώβου.

Silius L. XI, 433.

Memphis Amyclaeo passim lasciva Canope.

ubi vide Drakenb. Immo eodem modo ex duobus fontibus unum fecit, altero alteri pro epitheto adjecto Ovidius L. V. Fast. 7.

Dicite, quae fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Medusaei signa tenetis equi.

544 HOS ANIMOS] Ut hos animos habeant barbarae nationes, quae semper fuere imbecillae. SCHOL. Sic Juvenalis Sat. I, 89.

- - - - *alea quando*
Hos animos.

Claudianus ex correctione Ill. Heinsii L. II. in Eutrop. 132.

Quam similes haec aula viros.

Sc. habet.

550 CAESARIS ESSE NEFAS] Sensus hic est. Si Pompejus nominis sui magnitudine hoc consecutus est, ut victus à Caesare eumdem faceret criminosum, tu non times ante exitium dignitatis ne tibi obsit; cum sit & victori Caesari nociturum. SCHOL. Ab ipso Caesare occidi. GROT. Quia scilicet gloriosum putabant à magnis viris occidi, ut bene addidit Ascensius, cujus rei multa apud auctores sunt exempla. Perperam alii exponunt, in gratiam vel nomine Caesaris; Scholiastes male quoque haec explicat, & conjungit sequentibus.

551 COELOQUE TONANTE] Contra auguria Diis prohibentibus. SCHOL. Ita hunc locum capit etiam Hortens. Alii exponunt sic; an non reveritus es Jovem Hospitalem, quem tonantem audis, quique te ulciscetur? Ego potius haec capio de Pompeji, & Caesaris dissidio. Hoc modo: an tu audes te inmiscere coelesti tumultui, sive Pompeji & Caesaris, qui tibi esse debent Dii, bello? Lucem hic locus accipit ex Lib. III, 313.

- - - *tractentur vulnera nulla*
Sacra manu. Si coelicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenae tentarent astra gigantes,
Non tamen auderet pietas humana vel armis,
Vel votis prodesse Jovi.

quibus verbis Massilienses adloquuntur Caesarem, ut ostendant, se civili bello sese inmiscere non posse. Pro *nominis* autem cum doctissimo d'Orvillio malim scribere *ominis*: quo facit; quod pro *ruinam* in Edd. Rom. Parm. & Ald. scribatur *ruina*.

Qui [a] vetet externas terris [b] adpellere classes.
[c] Quod [d] nisi fatorum leges, intentaque [e] jussu
Ordinis aeterni miserae vicinia mortis
Damnatum leto traherent ad litora Magnum,
[f] Non ulli comitum [g] sceleris praesagia deerant.
Quippe, fides si pura foret, si regia Magno,
Sceptrorum auctori, vera pietate pateret,
Venturum tota Pharium cum classe tyrannum.
Sed cedit fatis, [h] classemque relinquere jussus
[i] Obsequitur, letumque juvat praeferre timori.

Ibat in

VARIAE LECTIONES.

a *vetat* Edd. plerique, & MSS. qdd. b vulgo *advertere*. c *quo* V. 2. d *ni* B. 1. e *jussa* R. 1. H. f *non nulli* R. pr. g *scelerum* M. a m. pr. h *classesque* B. 1. i *subsequitur* A.

553 NON DOMITOR] Illud tantum poterat satis esse, quod erat domitor mundi &c. Vel si non satis haec sint, hoc apud Ptolemaeum satis esset ad meritum, quod Romanus erat Magnus, licet esset victus. SCHOL. Quasi legisset Scholiastes, *Romanus erat*, *poterat*; ut est in Voss. tertio. Sed male. Licet non esset domitor mundi &c. ut est, tamen erat Romanus, quod solum tyranno Phario satis esse poterat. Res eodem redit.

554 REGUMQUE POTENS] Ill. N. Heinsius mavult *legum* ex conjectura; nam nulli adstipulantur Codices, ad Claudian. de sec. Conf. Stilic. vs. 136. *Armorum*, *legumque potens*. Ego retineo *regum*. Magis enim Ptolemaeum absterrere poterat, ne Pompejo manus inferret violentas; quod *regum* erat *potens* Pompejus, sive reges in potestate habebat, eosque ad nutum suum, quo vellet, flectebat; in quibus ipse deberet esse ex Romanorum sententia Ptolemaeus; quam si *legum* erat *potens*. Hoc nihil ad Ptolemaeum. *Potens regum*, ut *populus terrae*, *pelagique potens*, & *pelagi potens Rhodos* nostro L. 1, 83. v, 50. quae loca ipse vir doctiss. illic adducit, aliaque plus adjuvantia *regum*, quam *legum* exempla. adde vs. 685.

560 VELA NEGARAT] Quae posuerat litoribus adpropinquans. SCHOL.

565 LITUSQUE MALIGNUM] Dicit, Pompeji navim non posse ad litora pervenire, loci natura prohibente, quo facilius ei persuaderet, ut adscendat in scapham. IDEM.

567 EXTERNAS CLASSES] Majora scilicet navigia, quam Liburnas, eas naves, quibus Aegyptii illic utebantur, ut fingebat saltem Achillas. Posset alter legi *excelsas*, ut est in Amstel. Cod. & Glossis Voss. primi. Verum *excelsas* putem esse interpretamentum.

567 ADVERTERE] Mscr. tria *appellere* & quart. *avertere* male. BERSM. Non damnarem *advertere*. per se enim recte se habet. Virg. v. Aen. 34.

- - - - *notas advertere terrae*.

VII, 35.

- - - - *terraeque advertere proras*.

Ovid. L. 1. Trist. 11, 89.

- - - - *jussae me advertite terrae*.

ubi vide. Verum variae lectiones Steph. MSS. plerique Pulm. & duodecim mei, in quibus optimi Vossiani, Regii, Witt. cum Editionibus primis, iisque, quae Venetam A. 1474. non secuti sunt, exhibent *adpellere*, quod verbum hoc sensu cum tertio casu junctum invenias. Virg. Aen. VII, 39.

Ausoniis exercitus adpulit oris.

Silius L. XIV, 113.

Marcellus classem Zanclaeis adpulit oris.

Nec obstat, quod praecessit *adpulerat*. saepissime enim vidimus, eamdem vocem ab auctore hac in re negligente repeti, ut statim vs. 574, 575. & innumeris in locis.

568 FATORUM LEGES] i. e. potuit hoc malum aliquis praesagire, nisi fatorum voluntate mors veniens hunc sensum omnibus ablatu isset. SCHOL.

573 AUCTORI] Qui tradidit Ptolemaeo imperium. IDEM.

574 VENTURUM] Potuerunt, inquit, intelligere Magno insidias praeparari, quod ei unus occurrit. Nam si vera fide susceptus esset, ipse Ptolemaeus cum omni gente ei occurreret. IDEM.

575 CESSIT FATIS] Mscr. duo *cedit*. tert. *cecidit*, mendose. BERSM. *Cedit*, ut recte reposuit Grotius, habent omnes mei, Steph. & Pulm. Codd. cum Edd. Ven. Sulp. Ascens. aliisque.

575

Ibat in hostilem praeceps Cornelia [a] puppim,
Hoc magis inpatiens egresso deesse marito,
[b] Quod [c] metuit clades. Remane, temeraria conjux,
Et tu, nate, precor, [d] longeque [e] à litore casus
Exspectate meos, [f] & in hac cervice tyranni
Explorate fidem; dixit: [g] sed surda vetanti
Tendebat geminas [h] amens Cornelia palmas:
Quo sine me, crudelis, abis? [i] iterumne relinquor
Thessalicis submota malis? numquam omine laeto
Distrahimur miseri. [k] poteras non flectere [l] puppim,

Cum fu-

Variae Lectiones.

a *puppem* R. pr. V. pr. qu. W. b *qui* R. 1. f. *quo*. c *timuit* B. 1. d *longoque* VV. LL. Steph. e vulgo *e*. f *sed* Edd. Rom. Parm. Ald. Col. Steph. aliaeque. g *tum* P. 1. & Ed. Rom. *dixitque* & Parm. h *ardens* V. 1. i *iterumque* VV. LL. Steph. k *posses* Marp. *num* P. 2. l *puppem* P. 3. B. 2. V. 4. R. 1. W. H.

575 Classemque] In variis Steph. LL. Voss. tertio, Edd. Rom. Parm. & Paris. editur *sociosque*. Sed male, licet praecedat *classe*. Non enim jusserunt, Pompejum solum in scapham venire. Hoc nimis fraudem detegeret; immo *cum paucis suis naviculam conscendis*, ut, praeter Plutarch. in Pomp. p. 661. testatur Caesar B. Civ. III, 104. Majorem autem navem saepe adpellant *classem*, ut monuit etiam Servius ad Virgilii Aen. I, 43. VI, 1. Horat. L. III. O. II, 47.

Me vel extremos Numidarum in agros Classe releget.

Hoc sensu supra *externae classes* & vs. 592.

- - - - fletis anxia classis
Ad ducis eventum.

ubi male in quibusdam recentioribus libris est *puppis*. *Exiguam carinam*, & *classes* distinguit Lib. v. 503.

- - - - fluctusque verendos
Classibus, exigua speras superare carina.

Unde forsan non male in Msto meo scribitur vs. 273.

Mille meae Grajo volvuntur in aequore classes,
Mille duces.

Si vero malueris *classem* simpliciter sumere pro pluribus navibus, per me licet. Nam plures hic cum Pompejo fuisse, innuit Lucanus L. IX, 49. & diserte testatur Plutarchus loco cit.

576 Obsequitur] Obtemperat. Sed prius Corneliam, quae finem viri lamentabatur, complexus est, & duos Centuriones in scapham ingredi jussit, & ex libertis unum Philippum, servumque Scynen nomine. Inde cum Achillae comites dextris eum suscipere appararent, ad uxorem, filiumque conversus, illud Jambicum protulit: *Quisquis domum tyranni proficiscitur, fit illius servus, licet liber sit.* SULPIT. Verba Plutarchi sunt haec: *Δεξαμένων ἤδη αὐτὸν τῶν περὶ Ἀχιλλᾶν ἐκ τῆς ἁλιάδος μεταστραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν εἶπε Σοφοκλέους Ἰαμβεῖα.*

Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'στὶ δοῦλος κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

MICYLL.

576 Letum praeferre timori] Maluit occidi, ne (*quam* Voss. pr.) timere videretur. SCHOLIAST.

578 Inpatiens] Ideo, inquit, vult cum eo ire, quia suspicatur, eum adversa passurum. IDEM.

580 Longeque e litore] Jubet Pompejus, ut conjux, & filius in navi in anchoris stante procul à litore exspectarent, quid ipsi illic accideret. Sed, praepositio *e* an hunc sensum patiatur, vehementer dubito. Si Pompejus solus in altum ivisset, & illi in litore starent, tunc possent dici *e litore* exspectare, aeque ac *a litore* vel *in litore*; nunc non item. Quapropter reposui praepositionem *a* ex Msto Vossiano tertio, & Editionibus Sulpitiana antiquioribus, ut & Paris. 1512. sic vs. 742.

- - - - extremo sed abest à munere busti
Infelix Magni conjux, nec adhuc à litore longe est.

IX, 322.

- - - - - longeque à Syrtibus.

Apud Caesarem tamen scribitur L. IV. B. Gall. 22. *Ex eo loco millibus passuum octo vento tenebantur.*

581 In hac] i. e. quod de me fecerit, hoc sciatis, vos esse passuros. SCHOL.

582 Sed surda vetanti] Mscr. tria *dura*, sed unum

Cum fugeres alio, [a] latebrisque relinquere Lesbi,
Omnibus [b] è terris si nos arcere parabas?
An tantum in [c] fluctus placeo comes? Haec ubi frustra
[d] Effudit, prima pendet tamen anxia puppe:
Adtonitoque metu nec [e] quoquam [f] avertere visus,
Nec Magnum spectare potest. stetit anxia [g] classis
Ad ducis eventum, metuens non arma, nefasque;
Sed ne submissis precibus Pompejus adoret
Sceptra, suâ donata manu. transire parantem
Romanus Pharia miles de puppe salutat
Septimius: qui, prô superûm [h] pudor! arma satelles
Regia [i] gestabat posito deformia pilo,
Inmanis, violentus, atrox, [k] nullaque ferarum
Mitior in caedes. [l] quis non, Fortuna, putasset
Parcere te populis, quod bello [m] haec dextra [n] vacaret,

Thes-

VARIAE LECTIONES.

a *latebrasque* P. 2. B. 1. R. 1. A. M. b vulgo *a*. c *fluctu* A. d *effundit* B. 1. H. e *quaquam* W. a m. pr. f *advertere* M. g *puppis* B. 1. M. O. 1. a m. sec. h *prior* O. 1. i *portabat* Edd. Rom. Parm. k *nullique* V. pr. a m. pr. l *qui* Hort. m. m *hoc* P. 1. VV. LL. Steph. n vulgo *vacasset*.

unum ad marginem reponit *sacrda*. BERSM. *Dura* inveni quoque in Regio primo, Vossiano primo, Wittiano, & tribus recentioribus, duobusque Pulm. Quod tamen vix capio. An *dura* ponitur pro duriter? videtur potius scriptum fuisse *dura jubenti*, vel *volenti*. Ampliandum censeo.]

587 CUM FUGERES ALIO] Hoc dixit, quid erat necesse, ut de Lesbo me auferres, si non eram tecum ad aliam ventura regionem. SCHOL. Video, quomodo haec exponi possint. Placet tamen magis mihi lectio optimorum Voss. sec. & tertii *alto*. Cum per mare fugere destinaras, poteras non flectere puppem, & me in Lesbo relinquere, si nos arcere parabas è terris omnibus. IX, 41.

Placidis alto delabitur auris.

588 E TERRIS] Sic rescripsi pro *a terris*, auctoritate Voss. primi, utriusque Regii, Marp. Hulst. & duorum Bersm. MSS.

591 ADTONITOQUE METU] Sic omnes habent MSS. libri, tribus recentioribus exceptis, & Edd. Ven. Parm. Brix. Ascens. &c. ut restituit etiam Grotius. *Adtonitus metus* dicitur, ut *sollicitus*, *dubius metus*, & similia passim. ita *adtonitae curae*, *ululatus* Silio L. III, 132. IV, 694. Nec tamen *Adtonitos visus* quod est in aliis absque Mstorum auctoritate damnassem. Sic enim Ovidius Lib. III. Trist. El. 9.

Pallor in adtonito virginis ore sedet.

Albinov. El. ad Liviam 317.

Adtonita quid petis ora manu.

591 QUOQUAM AVERTERE &c.] Unum faciebat prae desiderio, alterum prae dolore, quod navigantem sine se videre non poterat. SCHOLIAST.

593 AD DUCIS EVENTUM] Exspectans, quid Pompejus aut pateretur, aut ageret. IDEM.

597 SATELLES] Hic, cum Romanus miles esset, contulit se ad Ptolemaeum, & satelles ipsius factus depositis Romanis armis gestare coepit arma barbarica. IDEM.

600 QUIS NON, FORTUNA &c.] Omnes, inquit, crederent, Fortuna, te jam parcere velle Romanis, quae tam crudelem Septimium longius removisses a proelio; sed ideo tu facis, ut, cum hic Pompejum occiderit, in toto orbe gesta videantur bella civilia. IDEM.

601 VACASSET] *Vacaret* Msc. duo. Quod Septimii dextra à pugna Pharsalica cum multorum strage abstuerit. BERSM. *Vacaret* est in duobus Pulm. Voss. primo, & tert. Regio utroque, Wittiano, Hulst. & meo, ut rescripsi. quem non offendat ter repetitum in fine versus *asset*, *asset*, *asset*?

606

Thessaliaque procul [a] tam noxia tela [b] fugasses?
Disponis gladios, ne quo non fiat in orbe,
Heu! facinus [c] civile tibi; victoribus ipsis
Dedecus, & numquam Superûm caritura pudore
Fabula: Romanus Regi sic paruit ensis,
Pellaeusque puer gladio tibi colla recîdit,
Magne, tuo. qua posteritas in secula mittet
Septimium fama? scelus hoc quo nomine dicent,
Qui Bruti dixêre nefas? jam venerat horae
Terminus extremae, Phariamque ablatus in [d] alnum
Perdiderat jam jura sui. [e] tum stringere ferrum
Regia monstra parant. ut vidit comminus [f] enses,
[g] Involvit vultus; atque indignatus apertum
Fortunae [h] praestare caput, tunc lumina pressit,
Continuitque animam, ne quas effundere voces

[a] Vellet,

VARIAE LECTIONES.

a *quod* B. 2. b *fugasses* B. 1. c *crudele* P. 1. d *alvum* B. 1. e *tunc* MSS. & Edd. qdd. *constringere* P. 1. f *hostem* Marp. pro var. lect. g *inmoluit* H. h vulgo *praebere*.

606 SIC PARUIT ENSIS] i. e. Septimii sic paruit, ut occideret principem Romanorum. SCHOL.

607 GLADIO TUO] Quia ipse Magnus dedit imperium Ptolemaeo. IDEM. Vel quia, ut alii, ense Romano occideris, & ipsius Pompeji miles fuerat Septimius, ut docent Plutarchus, & Caesar, aliique.

609 SCELUS HOC &c.] Sensus hic est. Posteri quid vocabunt, quod Pompejum Septimius occiderit? si illud vocent scelus, quod Caesarem tyrannum, & regnum adfectantem in Senatu Brutus occidit. SCHOL.

612 JURA SUI] Coeperat in alterius esse potestate. IDEM.

615 FORTUNAE PRAEBERE CAPUT] Satis proba haec est lectio, plerique MSS. confirmata. Seneca Trag. Agam. 973.

- - - *praebeo jugulum volens.*

Philos. de Tranquill. animi c. 11. *Eo magis confodieris, quia nescis praebere jugulum.* c. 15. *Pompejus, & Cicero clientibus suis praebere cervicem.* Ep. xxx. & alibi. Valer. Max. Lib. IV. c. 7. *Demissam cervicem victoris gladio praebuit.* V, 9. *jugulum feriendum praebuit.* Verum cum in tribus Pulm. duobus Bersm. Regio primo, Marp. Hulst. Amst. Witt. pro var. lect. & Ed. Veneta exaratum sit *praestare*, illud praetuli. In Vossiano primo est *monstrare*, natum è glossa. Idem Seneca Consol. ad Marciam c. 20. *Sacrosanctum corpus satelliti praestitit.* Vide J. F. Gronovium ad Tragici Phoeniss. 180.

Minus eruisti lumina audacter tua,
Quam praestitisti.

Immo sic noster L. V, 370.

Jugulos, non tantum praestitit enses.

vs. 770.

Absentem praestare caput.

ubi ut & alibi eodem modo variatur.

616 NE QUAS EFFUNDERE VOCES POSSET] In Regio pr. Voss. pr. Amst. & Witt. pro var. lect. est *possit*. Verum quale hoc est argumentum? Pompejus involvit vultum, & claudit oculos ac continet animam, ne possit loqui. Vel sic tamen, si vellet, loqui poterat, simulac animae exitum dabat. Immo vero Pompejus haec egit, ne hoc scelus intuendo in verba ipso indigna erumpere vellet, dum continere animam non posset. Optime ergo in tribus Pulm. Codd., Vossianis quatuor, Regio altero, Bouhier. Wittiano, & Oxon. a manu prima legitur *vellet*, ut restitui, sensu claro, & liquido. *Vellet* quoque legit, & ita adduxit Servius ad Virgil. Aen. XI, 417.

- - - *qui, ne quid tale videret,*
Procubuit moriens.

ubi pro *continuitque animam* male editur *timuit*.

[a] Vellet, & aeternam fletu corrumpere famam.
[b] Sed, postquam mucrone latus funestus Achillas
[c] Perfodit, nullo gemitu [d] consensit ad ictum:
[e] Respexitque nefas; servatque inmobile corpus,
Seque probat moriens, atque haec in pectore volvit:
Secula Romanos numquam tacitura labores
[f] Adtendunt, aevumque sequens speculatur ab omni
Orbe [g] ratem, Phariamque fidem. nunc consule [h] famae.
Fata tibi longae fluxerunt prospera vitae.
Ignorant populi, si non in morte probaris,
[i] An scieris adversa pati. [k] ne cede pudori,
[l] Auctoremque dole fati. [m] quacumque feriris,

Crede

VARIAE LECTIONES.

f *posset* vulgo. b *at* vulgo. c *effodis* B. 1. V. 1. d *consentis* B. 2. V. 1. e vulgo *despexitque*. f *accendunt* H. Ed. Ven. g *meam* V. sec. pro var. lect. h *famam* V. 1. i *si* H. k *nec* V. 1. O. 1. A. l *auctoremve* P. 2. V. 4. W. pro var. lect. Edd. qdd. *Actoremque* Hort. m. m *quocumque* VV. LL. Steph. V. 1.

Dein MSS. fere omnes, & Edd. VV. habent *sed*, non *at*. Voss. tert. *ast*.

617 FLETU] Militaris disciplinae est, ut vulneratus à fletu, & gemitu se contineat, ne hostis audiat. SCHOL.

618 ACHILLAS] Notandum, quod hic Pompejus ab Achilla occiditur. IDEM. Primus illum vulneravit Septimius, tum Salvius, dein Achillas, teste Plutarcho. Caesar L. III. B. c. 104. *Ibi ab Achilla, & Septimio interficitur.* ubi vide.

620 DESPEXITQUE NEFAS] i. e. nefarios interfectores sui, aut facinus ipsorum vilipendit. Non est legendum *respexit*, quia obvolutos habebat oculos. ASCENS. Omnibonus quoque, Aldus, Colin. Steph. Gryph. Pulm. Bersm. & dein omnes ediderunt *despexitque*, quod tamen habent pauci, & recentissimi Codd. Nam omnes Pulm. Bersm. & mei longe plurimi, atque optimi cum Edd. primis, ut & Sulpit. Mic. & Hortens. exhibent *respexit*. Quod non erat mutandum. Pompejus, ait auctor, dum vulneratur, non consensit ad ictum aliquo gemitu, h. e. non agnovit, se quodammodo inde commoveri, aut perturbari, neque respexit nefas, sive nullam ejus rationem habuit, & quasi nihil curans vilipendit; sed servat corpus inmobile, & se probat moriens. in errorem inducti sunt viri docti, quod non adtenderunt *null.* separatim pro *non ullo* fuisse intelligendum, & dein ἀπὸ κοινοῦ repetendum fuisse *non*. De dividenda voce *nullus* in *non ullus*, ut *non* cum verbo jungatur, diximus ad Lib. V, 149. & de omissione particulae *non* apud nostrum frequenti, cum saepius, tum ad Lib. II, 374. egimus. Sic mox, *ne cede pudori Auctoremque doles.* *Respicere aliquid* pro curare, rationem alicujus rei habere, passim invenias Phaed. F. 49.

Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.

Ut verum tamen fatear, malim, scripsisse auctorem *respexitve*, vel producendo in caesura litteram *r*.

- - *nullo gemitu consensit ad ictum*
Respexitque nefas. Servat inmobile corpus.

Clarius certe fuisset locutus. De hac generose mori volentium cura consule, quae viri docti congesserunt ad Justin. L. XIV. c. 6. *Non refugientem gladium, nec vulnera, sed virorum more fortium morti succumbentem* &c. *Confossa insuper, & exspirans capillis os, veste crura contexisse fertur.* Sic enim mihi locus ille ex Mstorum vestigiis, & doctorum correctionibus scribendus videtur.

621 SEQUE PROBAT MORIENS] Hoc est; virtutem suam, dum moritur, explorat. SCHOL. Sive experitur. Ita enim malim, quam cum aliis exponere, *sibi placet, & suam ipse virtutem adprobat*, vel *virtutis speciem edit mortem perferendo.* Claudian. Epist. I. ad Hadr. 35.

In brevibus numquam sese probat Aeolus antris:
Alpes ille quatit.

624 CONSULE FAMAE] O Pompei. ipse enim secum loquitur. SCHOL.

627 ADVERSA PATI] Sensus hic est. Semper felix fui, & vitam sine aerumnis egi. Non fuit ergo; ubi possem hominibus meam in adversis probare

Crede [a] manum soceri. spargant, lacerentque licebit,
Sum tamen, ô Superi, felix, nullique potestas
Hoc auferre [b] Deo. mutantur prospera vita;
Non [c] fit morte miser. videt hanc Cornelia caedem,
Pompejusque meus. [d] tanto patientius, oro,
[e] Claude dolor gemitus: natus, conjuxque peremtum
Si [f] mirantur, [g] amant. talis custodia Magno
Mentis erat: jus hoc animi morientis habebat.
At non tam patiens Cornelia cernere, [h] saevum
Quam perferre nefas, miserandis aethera complet
Vocibus: ô conjux, ego te scelerata peremi:
Letiferae tibi caussa morae fuit [i] avia Lesbos,

Et prior

VARIAE LECTIONES.

a *manus* VV. LL. Steph. *manu* O. 1. b *Deo est* B. 1. c vulgo *sum.* d *tantum* V. 2. & sec. pro var. lect. e *clude* R. pr. f *mirentur* V. 1. g *ament* P. 2. V. 2. O. 1. a m. pr. h *saevam necem* B. 1. i *invia* VV. LL. Steph. *obvia* P. 2. B. 2. V. sec.

bare virtutem; nisi nunc, si me patiar fortiter occidi. IDEM.

627 NE CEDE PUDORI] Ne te pudeat, quod jussu pueri, decreto Spadonum, manu desertoris occideris. Non illis adscribenda mors tua, sed Caesari. GROT. Male Bersm. explicat. *Ne quid perpetres, quod pudere possit. Cedere pudori*, hic est, vinci à pudore, pudere. *cedere fortunae, invidiae* &c. eodem sensu dicuntur. Vide DD. VV. ad Phaed. L. III, 9. Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. p. 144. Aliud quid notat apud Ciceron. L. VII. ad Famil. Ep. 3. *pudori tamen malui, famaeque cedere, quam salutis meae rationem ducere.*

630 NULLIQUE] *Nullaque* Mscr. adverbialiter. BERSM.

631 Hoc] Auferre id mihi non potest Deus aliquis, quod sim felix. SCHOL.

631 MUTANTUR PROSPERA VITA] Manifestus est sensus Is, qui felix est, potest miser fieri, si vivat. Nam si pereat, dici, vel fieri non potest miser, qui, quamdiu vixit, fuit felix. IDEM. Mscr. quatuor *vitae*. Cum vita mutatur felicitas, morte finiente omnem miseriam. BERSMANN. Si hic loci hujus esset sensus, deberet necessario addita fuisse praepositio, *cum*, sive una cum vita, quae mutatur in mortem vel morte, (ut loquuntur) mutantur etiam prospera. Ita tamen exponit quoque Sulpitius. Sed longe melius cepit haec verba Scholiastes, & Badius dicens ad *vita* i. *in vita, & dum quis adhuc victurus est*. Recte, modo pro *sum* legas *fit*, ut reposui auctoritate MSS. Regii primi, Vossian. pr. sec. tert. quart. Witt. Hulst. Amst. mei, & Hort. marg. Argumentatur ita Pompejus. Felix tamen sum, licet lacerent me, & nemo Deorum hoc auferre mihi potest: nam nullus homo umquam fit miser per mortem, vel dum moritur; sed mutantur saepe prosperitates alicujus per vitam, vel dum vivit, & in vita. Verum cum pro *vita* in quibusdam MSS. sit *vitae*, latet forsan alius, & acutior sensus. *Vitae* certe habent variae lect. Steph. tres Codd. Pulm. & mei recentiores quinque cum Voss. primo a m. sec. & Edd. quibusdam, neque aliter legi volebat Ill. Heinsius ad Claudian. de Gild. B. vs. 104. Dixisset tum Pompejus. Maneo, o Superi, felix, neque morte fio miser, nam prospera vitae meae hic solum mutantur. Licet enim moriar, hanc tamen rursus capio felicitatem, quod moriar ante oculos carissimorum pignorum, filii, & uxoris. Coram consanguineis enim mori, in magna felicitatis parte posuerunt antiqui, ut multis poëtarum locis patet. Vide, quae conlegit Doctiss. Broukhus. ad Tibull. L. I, 3, 5. *Prospera vitae* foret, ut *prospera rerum, prospera belli* &c. de quibus diximus ad L. V, 782. & Heinsius laudato loco. Sed praecesserat jam *fata prospera vitae*, unde lapsi sunt librarii: nam prior explicatio mihi magis placet. Aliter posses ita quoque scribendum conjicere, ut sit objectio, & responsio clari sensus

- - *mutantur prospera: vita,*
Non sum morte miser.

635 SI MIRANTUR, AMANT] Faciunt enim me plurimum gloriosum, si mors mea miranda est, non dolenda. SCHOL.

Et prior in Nili pervênit litora Caesar.
Nam cui jus [a] alii sceleris? sed quisquis in istud
A Superis inmisse caput, vel Caesaris irae,
Vel tibi [b] prospiciens, nescis crudelis, ubi ipsa
Viscera [c] sint Magni: properas, atque ingeris ictus,
Qua votum est victo. poenas non morte minores
Pendat. & ante meum videat caput. haud ego culpa
Libera bellorum; matrum quae sola per undas,
Et per castra comes, [d] nullis [e] absterrita fatis,
Victum, [f] quod reges [g] etiam timuêre, recepi.
[h] Hoc merui, conjux, in tuta puppe relinqui?
Perfide, parcebas? te fata extrema petente,
Vita digna fui? moriar, nec [i] munere regis.
Aut mihi praecipitem, nautae, permittite saltum,
Aut laqueum collo tortosque [k] aptare rudentes:
Aut aliquis [l] Magno dignus comes exigat ensem.
Pompejo praestare potest, quod Caesaris armis
Inputet. ô saevi, properantem in fata tenetis?

Vivis

VARIAE LECTIONES.

a *tanti* P. 1. b *proficiens* B. 1. c *sunt* V. 1. Hort. Ed. d *nullisque* B. 1. e *exterrita* B. 2. V. 2. O. 2. H. M. Edd. Ven. Br. Med. f *quem* B. 2. V. 1 H. A. g *cuncti* V. 1. h *haec* B. 1. i *vulnere* B. 1. k vulgo *aptate*. *artare* suprascr. V. sec. l *dignus M.* Edd. Rom. Parm.

637 NON TAM PATIENS] Non tam patiens erat conjugem tam crudelia pati videre, quam si haec ipsa pateretur. SCHOL.

641 PRIOR CAESAR] Dum tu, inquit, ad me auferendam ab itinere deflectis, & moraris, occupavit Caesar prior Aegyptum. Hoc autem ideo putat factum, quod veniens Pompejus occisus est. IDEM.

642 QUISQUIS] *Quidquid* Mscr. perperam. Quicumque es emissus ad interficiendum Pompejum. BERSM.

643 CAESARIS IRAE &c.] Ne ille occidat socerum, & sceleratus habeatur, tu Pompejum interficis. *Vel tibi*, ne si susceperis Magnum, animum victoris offendas. SCHOL. Malim simpliciter exponere, quisquis occidis Pompejum, vel irati Caesaris in gratiam, vel tuae utilitatis caussa.

646 NON MORTE MINORES] Sive, non minores morte pendat poenas, dum me adspicit interemptam; sive, non pendat poenas moriendo breviores, quod me incolumem derelinquit. SCHOLIAST. Prior explicatio unice vera est. Edidi autem *matrum quae* ex Hulst. Cod. pro *quae matrum*.

653 VITA DIGNA FUI] In uno Pulm. est *digna fui vita*. Amst. *Vitae digna fui*; forsan verius. vitabitur certe crebrior litterae *a* repetitio. Vide ad L. III, 136. sed & ad L. IX, 500.

653 NEC MUNERE REGIS] Scilicet non jubente Ptolemaeo. SCHOL.

655 APTARE] Mscr. *aptate*, & ad marg. *artate*. BERSM. *Aptate* praetulit cum Edd. & MSS. quibusdam Grotius, & post eum ceteri. Sed optimi Vossiani tres, Wittian. & Pulm. sex libri, Veneti, Ascens. Mic. & Hortens. *aptare*, exhibent; scilicet, permittite mihi aptare; decore magis vult sua se manu suspendere, quam vilium nautarum ope, & ad id indignorum: quare caute dein addit: *aliquis Magno dignus comes*.

657 POMPEJO PRAESTARE] Sensus hic est; qui me occiderit, duplicem gratiam consequetur. Pompejo enim praestat, quod simul uxorem ejus interfecit; & potest hoc Caesari inputare beneficium, quod manu sua uxorem peremit inimici. SCHOLIAST. Eo sensu *inputare* saepe utuntur quidem hujus aevi scriptores. Vide ad Phoedr. F. 22.

Noli

Vivis adhuc, conjux, & jam Cornelia non est
Juris, Magne, sui. prohibent arcessere mortem:
Servor victori. sic fata, interque suorum
Lapsa manus, [a] rapitur, trepida fugiente carina.
[b] At, Magni cum terga [c] sonent, & pectora ferro,
Permansisse decus sacrae venerabile [d] formae,
Iratamque [e] Deis [f] aciem, [g] nihil ultima mortis
Ex habitu, vultuque viri mutasse, fatentur,
Qui lacerum vidêre caput. nam saevus in [h] ipso
Septimius sceleris majus scelus invenit actu:
Ac retegit sacros, scisso velamine, [i] vultus
Semianimis Magni, spirantiaque occupat ora,
[k] Collaque in obliquo [l] ponit languentia transtro.
Tunc nervos, venasque secat, nodosaque frangit
Ossa diu: [m] nondum artis erat caput ense rotare.
At, postquam trunco cervix [n] abscisa recessit,
Vindicat hoc Pharius dextra gestare satelles.
Degener, atque operae miles Romane secundae,

[a] Pom-

VARIAE LECTIONES.

a *trep. rap.* M. b *&* H. c *sonant* B. 1. d *famae* Marp. e *Diis* V. pr. f vulgo *faciem.* g MSS. & Edd. qdd *nil.* h *illo* B. 1. i *crines* Edd. Rom. Parm. Paris. k *colla quoque ob.* B. 1. l *posuit* V. 3. Edd. Asc. Par. Hort. m. m *necdum* B. 1. n sic meliores MSS. & Edd. vulgo *abscissa.*

Noli inputare vanum beneficium mihi.

& passim. Malim tamen hic proprie exponere cum aliis, *culpam in Caesaris arma, & saevitiam transferat.* Lib. VII, 325.

Ignoti jugulum tamquam scelus inputet hostis.

660 JURIS, MAGNE, SUI] Adhuc, o Pompei, tu vivis, & jam ego sum in alterius (*alienigena* Voss. sec.) potestate. SCHOL. Pulm. & quidam libri *sui?* cum nota interrogationis. BERSM.

663 TERGA SONENT ET PECTORA FERRO] Sabellicus (Syll. II. p. 184. T. 1. Thes. Crit.) malit legere *fovent & pectora ferrum*; ut sit: dum terga, & pectora Magni fovent ferrum. sed nihil mutem. VERSELL. Neque ego mutari quid velim. Terga, & pectora sonant ferro & ejus ictibus, dum per ossa transiens stridorem, & crepitum facit, vel potius ipsa ossa crepitant. Silius Ital. I, 402.

Perque ipsum tegimen crepitantia dissipat ossa.

IV, 634.

Pulsati ligno sonuere in vulnere dentes.

665 IRATAMQUE DEIS FACIEM] Optime exhibet Vossian. sec. *aciem* cum glossa *oculorum.* Notat enim haec vox acrem, & torvum iratorum adspectum. Virgil. IV. Aen. 643.

Sanguineam volvens aciem.

Ovid. IV. Metam. 463.

Quos omnes acie postquam Saturnia torva
Vidit.

ubi consule N. Heinsium, qui ex eodem Codice hic loci etiam *acum* legit.

673 NONDUM ARTIS ERAT &c.] Adhuc illo tempore nesciebant semel amputare caput à cervice. SCHOL. Inventa scilicet haec ars est sub Tiberio, vel Caligula, unde in posterioris vita Suetonius scribit c. 32. *Miles decollandi artifex quibuscumque è custodia capita amputabat.*

676 OPERAE SECUNDAE] Invectio in Septimium, qui sub alio ageret, alterius imperio obsequens. Hanc secundam operam appellavit. SCHOLIAST. Msc. *operis secundi*, male. *Secundae operae* est ex secundo servorum ordine. BERSMANN. Τῶν δευτερείων, partium secundarum. A fabulis du-

[a] Pompeji [b] diro sacrum caput ense recîdis,
Ut non ipse feras? ô summi fata pudoris!
Inpius ut Magnum [c] nosset puer, illa, verenda
Regibus, [d] hirta coma, & generosa fronte decora
Caesaries compressa manu est; Pharioque veruto,
Dum vivunt vultus, atque os in murmura pulsant
Singultus animae, dum lumina nuda rigescunt,
Subfixum caput est, quo numquam bella jubente
Pax fuit: hoc [e] reges, campumque, & rostra movebat:
Hac facie [f] Fortuna tibi Romana placebas.
Nec satis infando fuit [g] hoc vidisse tyranno:
Vult [h] sceleris superesse fidem. tunc arte nefanda
Submota est [i] capiti tabes, [k] raptoque cerebro

Ex-

VARIAE LECTIONES.

a *Pompejo* B. 1. b *sacr. diro* Marp. H. Ed. Ven. c *noscat* Marp. d *irta* MSS. qdd. e vulgo *leges* f *Rom. tibi Fort.* B. 1. g *haec* M. & Edd. qdd. h vulgo *sceleri. superesse f. sceleri* B. 1. i *tabes cap.* V. 1. & Edd. qdd. k *tactoque* B. 1. *ruptoque* H. M.

ductum. Major enim Achillae dignitas, qui caput Pompeji gestavit, quam Septimii, qui à se abscissum gestare ipse non potuit. GROT.

678 O SUMMI FATA &c.] *Prob*, vel *pro* Bersm. unus Marp. & Wittian. pro var. lect. cum Ed. Veneta, ut solet noster. Vide ad L. VII, 411. *pro tristia fata.*

679 VERENDA] *Verenda est* Mscr. male. BERSM.

681 COMPRESSA] Recte ita reposuit Grotius. Male Badius, Colin. Micyll. Steph. Gryph. Pulm. & Bersm. cum MSS. nonnullis exhibent *comprensa*, sollemni commutatione. Sed alterum est longe invidiosius. De hac variatione vide ad L. IV, 706.

684 BELLA JUBENTE] Ordo est. Quo jubente bella, numquam pax fuit. Jubentem potestatem, quam habuit Pompejus, expressit, ut major ei facta esset indignitas. SCHOL.

685 HOC LEGES MOVEBAT] Recte Doct. Gudius rogat, quid sit *movere leges*, nisi abrogare: quod in laudibus Pompeji commemoraretur inepte. Quare scribit *reges* verissime ad Phaedr. Lib. III. Praef. *Qui saxa cantu movit. Regum potens* supra vs. 554. ubi vide.

688 SCELERI SUPERESSE FIDEM] i. e. superstitem esse, ut fides perpetua permaneret. SCHOLIAST. Rectius hic *sceleris*, quam *sceleri* praeferunt Regius prim. Witt. Voss. tert. & qu. Marp. meus. Pulm. tres Bersm. unus, & Edd. Rom. Parm. Brix. & aliae, *sceleris fides*, sive argumentum, & monimentum est ipsum Pompeji caput. Hinc Caesar hoc videns agnovit scelus. L. IX, 1037.

- - *vultus dum crederet, haesit.*
Utque fidem vidit sceleris &c.

Lib. II, 186.

Vix erit ulla fides tam saevi criminis.

s absorptum est à sequenti.

690 EXSICCATA] Sic rescripsi auctoritate Mstorum Steph. Pulm. Bersm., meorum decem, & plurimarum Editionum. *Adsiccata* primus dedit Aldus, quem juvat Voss. primus. *Esiccata* pr. Reg. Apud Ciceronem *Exsiccatas lagenas.*

692 ULTIMA LAGEAE STIRPIS] Invectio in Ptolemaeum, & est sensus. O Ptolemaee, qui es Lagi proles ultima, atque peritura. à Lago enim nati sunt Ptolemaei, quorum hunc dicit esse extremum. SCHOL.

693 SCEPTRIS CESSURE SORORIS] Non cessit sororis regno Ptolemaeus, sed suo, quod victus à Caesare, & moriens Cleopatrae reliquit. Legendum itaque elegantius, ut feci, auctoritate unius Cod. Bersm. vetustissimi Voss. sec. ut & sexti, *sorori.* Valer. Maxim. L. I. c. 5. §. 4. *Libenter tibi mea sede cedo:* ubi vide. Plin. Paneg. c. 94. *Quum proficiscenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore cessisti.* Justin. Lib. XXIX, 2. *Cedere se illi regno.* & saepius.

694 MACEDON] Alexandrum Magnum dicit illic sepultum. SCHOL.

696 PTOLEMAEORUM MANES] Emendandus hinc

Ser-

[a] Exsiccata cutis, putrisque effluxit ab alto
[b] Humor, & infuso facies solidata veneno [c] est.
Ultima Lageae stirpes, perituraque proles
Degener, incestae sceptris cessure [d] sorori,
Cum tibi sacrato Macedon [e] servetur in antro,
Et regum cineres [f] exstructo [g] monte quiescant;
Cum Ptolemaeorum manes, seriemque [h] pudendam,
Pyramides claudant, indignaque Mausolea:
Litora Pompejum feriunt, truncusque vadosis
Huc illuc jactatur aquis. adeone molesta
Totum cura fuit socero servare cadaver?
Hac Fortuna fide Magni tam prospera fata
[i] Pertulit: hac illum summo de culmine rerum

Morte

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *adsiccata.* b *umor* R. pr. W. V. 2. c deest in H. A. d vulgo *sororis.* e *servatur* B. 1. V. 1. f *obstructo* VV. LL. Steph. *instructo* O. 1. g *in monte* B. 1. Edd. R. P. B. M. h *secundam* A. i *perculit* V. 1.

Servius ad Virgil. Aen. XI, 849. ubi vulgo legitur *matres.* quod hinc alienum est. Obponit auctor Ptolemaeos, & Pompejum. *Manes* sunt cineres. hinc *inhumatos condere manes*, & *manes transferre revulsos*, aliaque. plura dicam ad vs. 841.

696 PUDENDAM] Strabo: *ἅπαντες μὲν οὖν οἱ μετὰ τὸν τρίτον Πτολεμαῖοι ὑπὸ τρυφῆς διεφθαρμένοι, χεῖρον ἐπολιτεύσαντο. χείριστα δ' ὁ τέταρτος καὶ ὁ ἕβδομος, καὶ ὁ ὕστατος ὁ Αὐλητής, ὃς χωρὶς τῆς ἄλλης ἀσελγείας χοραυλεῖν ἤσκει* &c. MICYLL.

697 PYRAMIDES] Pyramis dicitur fabrica sepulcrorum, quae sic construitur, ut ab imo lata in acumen tenue ex omnibus angulis colligatur. Alii *pyramides* volunt esse Alexandriae civitatem (*in A. civitate* Voss. sec.) SCHOL. Strabo de Memphi loquens, *τετταράκοντα δ' ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους προελθόντι*, inquit, *ὀρεινή τις ὀφρύς ἐστιν, ἐφ' ᾗ πολλαὶ μὲν πυραμίδες εἰσί, τάφοι τῶν βασιλέων. τρεῖς δ' ἀξιόλογοι: τὰς δὲ δύο τούτων καὶ ἐν τοῖς ἑπτὰ θεάμασι καταριθμοῦνται. εἰσὶ γὰρ σταδιαῖαι τὸ ὕψος. τετράγωνοι τῷ σχήματι, τῆς πλευρᾶς ἑκάστης μικρῷ μεῖζον τὸ ὕψος ἔχουσαι.* Plura vide apud Herodotum libro secundo, & apud Plinium libro tricesimo sexto, capite duodecimo. MICYLL.

697 INDIGNAQUE MAUSOLEA] In quibus non merebantur ornari Mausolea, sepulcra ingentia. Artemisia uxor Mausolei (*Mausoli*) insignis pudicitiae fuisse perhibetur. Quae cum esset Regina Cariae, & nobilium poëtarum, atque historicorum laudibus praedicetur, in hoc vel maxime laudatur, quod defunctum maritum sic semper amavit, ut vivum. Ei mirae magnitudinis, & pulchritudinis exstruxit sepulcrum, in tantum, ut usque hodie omnia sepulcra pretiosa ex nomine ejus *Mausolea* nuncupentur. SCHOL. Mausolei descriptionem, & quibus artificibus idem extructum fuerit, habes apud Plinium Libro tricesimo sexto, capite quinto. MICYLL.

702 PERTULIT] Unus recentissimus *protulit*; non recte. Citat tamen sic Ill. Heinsius ad Silium Ital. XIV, 630. ubi etiam pro *morte* mavult legi *forte* ex suis, ut ait, Mstis. Meorum nullus habet *forte*. Juvat multum Virgilii locus Lib. II, 454. nostro similis.

Haec finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit &c. tot quondam populis terrisque superbum
Regnatorem Asiae. jacet ingens litore truncus,
Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

Dubito tamen, num recte dici possit *forte petere.* Aliter crebro *fors* in *mors* esse corruptum vidimus ad L. V. in f. & VII, 818.

703 OMNES EXEGIT IN UNO] *Imo.* Hoc est, extremo, Modius. BERSM. *Uno.* Recta lectio, ut patet ex oppositione. Opponitur enim unus dies infelix tot annis felicibus. GROT. *Imo* e Weidneri Codice volebat Med. Novant. Lect. Ep. 95. sed male. Clare enim obponit Lucanus *omnes*, & *uno*; *semel* vs. 707. Hanc voculam autem saepius ad-

Morte petit; cladesque omnes exegit in uno
Saeva [a] die, quibus inmunes tot praestitit annos:
Pompejusque fuit, qui numquam [b] mixta videret
Laeta malis: felix, nullo turbante [c] Deorum,
Et nullo parcente, miser. semel inpulit illum
Dilata Fortuna manu. pulsatur harenis,
Carpitur [d] in scopulis, hausto per vulnera fluctu,

Lu-

VARIAE LECTIONES.

a *dies* W. b *laeta v. mixta* Marp. c *malorum* B. 1. d *& sc.* VV. LL. Steph.

adhibet noster; ubi alii *imus* substituere voluerunt. Consule notata ad L. IV, 106. & alibi.

704 INMUNES] *Immunem* Msc. probe. BERSMANN. Ita quoque Modius Ibid. Sic Lib. II, 256.

- - - quid tot durasse per annos
Profuit inmunem corruptis moribus aevi?

VI, 763.

- - - - nam vera locutum
Inmunem toto mundi praestabimus aevo
Artibus Haemoniis.

Nostri tamen Codd. servant *inmunes annos*, quod aeque probum, & magis poëticum.

706 FELIX] Cum Pompejus felix fuit, beatitudinem ejus nemo Deorum turbavit. Cum miser factus est, numinum nemo (*nullus numinum ejus* Voss. pr.) miseratus est. SCHOL.

708 DILATA] Quam longa felicitate distulerat. IDEM.

710 LUDIBRIUM] Hinc Claudian. VI. Cons. Hon. 140.

Ludibrium pelagi vento jactatur & unda.

ubi vid. Barth.

711 UNA NOTA] Omnia, inquit, membra confusa in hoc tantum notam habent, quia caput est amputatum. SCHOL.

712 TANGAT] In Ed. Paris. A. 1512. vitiose est *fegat.* Forsan pro *figat.*

715 CORDUS] Quamquam MSS. quos ego vidi, omnes, uti & Editiones ante Grotium habent *Codrus*, putem tamen recte magnum virum in sua ἐκδόσει *Cordum* dedisse, ut in seqq. postea Edd. retentum fuit, excepta Elzeviriana A. 1651. cui additae sunt tertiae Grotii curae. In illa enim *Codrus* legas: unde nescio, nam neque in prima, neque in aliis Grotius mutationis ullam facit mentionem. Maittaire, qui *Codrus* quoque exhibuit, nihil moror, utpote qui suos modo sequatur Gryphianos heredes. Quis vero hic *Cordus* fuerit ignotum est. Quaestorem eum hoc anno fuisse, innuit noster. Male vero Sulpitius, Badius, & Hortensius vocant eum Pompeji libertum. Quis enim umquam *Quaestorem* (qui primus ad honores erat gradus, ut tirones jam sciunt, & hinc dicitur *juvenis* vs. 743.) sub libera Republica audivit libertum fuisse? Sed hoc ortum est ex eo, quod Plutarchus ultima haec justa Pompejo praestita dicat à Philippo liberto, quem alii Graeco nomine *Codrum* vocatum credebant. Sic in Gruter. Inscript. p. 817, C. *Codrus Caesar.* p. 1092, 2. *Fl. Servius Codrus*, emendante Scaligero. Vel *Cordum* in *Codrum* hic corruperunt librarii, quibus illud nomen, ut celeberrimo Atheniensium regi commune, notius erat, quam *Cordus*: sic eos fecisse vidimus *Photinum* pro *Pothino* &c. Sed, ut dixi, si hic homo libertus vel natione Graecus esset, qui potuit fuisse quaestor? Immo *Romanum* fuisse, patet ex ipsius hominis verbis vs. 766.

- - exiguam, quantum potis, accipe flammam
Romana succense manu.

Cordi vero cognomen multis Romanorum gentibus fuit commune; ut *Cremutiae*, *Juliae*, *Juniae*, *Valeriae*, de quibus vide Giandorpium in Onomastico. His adde Muciam gentem, in qua celeberrimus ille *Scaevola Cordus*; ut à quibusdam vocatur. Vide Dionys. Halyc. L. V. p. 296. Ed. Sylb. ubi itidem in Msto male Κόδρος. Aurel. Vict. de Viris Illustr. c. 12. Ampel. c. 20. & Patinum in nummis Fam. Rom. sub familiis *Fufiae* & *Muciae*, qui nomen *Cordi* in denario ad hanc refert gentem. Sub his enim litteris nemo sanus, opinor, statuet cum Cl. Harduino ad Plin. L. V. c. 3. latere *Concordiam Urbis Romani*, *Decus Italiae.* Praeterea *M. Granius Cordus*, *Q. Manilius Cordus*, *L. Aurelius Cordus*, militaribus functi honoribus reperiuntur in lapidibus Gruteri p. 417, 3. 434, 6. 1106, 9. Denique ut ad haec tempora propius accedamus; mentionem *Caesii Cordi*, Cretae, & Cyrenarum proconsulis, & majestatis crimine damnati circa annum U. C. DCCLXXII., ut putat Pighius, sub Tiberio facit Tacitus L. III. Ann. c. 38.

Ludibrium pelagi: nullaque manente figura,
Una nota est Magno, capitis jactura revulsi.
Ante tamen [a] Pharias victor quam tangat harenas,
Pompejo [b] raptim tumulum Fortuna paravit,
[c] Ne [d] jaceat nullo, vel [e] ne meliore sepulcro.
E latebris pavidus decurrit ad aequora Cordus.
Quaestor ab Idalio Cinyraeae litore Cypri

* Infau-

VARIAE LECTIONES.

a *victor Phar.* P. 1. Marp. b *tam. rapt.* A. c *nec* V. 1. Ed. Ven. d *nullo jac.* V. 1. e *non* B. 1. V. 1.

c. 38. & 70. Adeo ut inducar fere, ut credam, hunc nostrum ex eadem fuisse familia, & illum proconsulem ex hujus quaestoris posteritate fuisse. Aliquantum juvat corruptus Aurelius Victor de Viris Illustr. c. 77. *Truncus, Nilo jactus, à Servio Codro rogo inustus, humatusque est, inscribente sepulcro. Hic situs est Magnus Pompejus.* Primo ejiciendum hinc est *Pompeji* nomen, auctoritate duorum MSS. Leidd. ut conjecerat ingeniosissima Anna Fabri. est enim aperta imitatio nostri vs. 793. Dein, nisi erravit ipse Aurelius, *Cassio Cordo* repone levissima mutatione. Hactenus de nomine. Num vero hic *Cordus* fuerit Cypri quaestor, obscurum est, nemine aliquid de eo memorante. G. Sextilium Rufum in Cyprum à Caesare, fugato ex Italia Pompejo, & urbe Roma ab ipso occupata, jam missum fuisse putat Manutius ad Ciceronis L. XIII. Fam. Ep. 48. At ego malim cum Pighio in Ann. T. III. p. 451. hoc factum credere post Pompeji obitum, & transmarinis provinciis in Caesaris potestatem redactis, quae Pompejo viventi fere omnes adhaerebant: atque ita hoc tempore potuit ille Cordus quaestor fuisse Cypri, siquidem *Cypri* vera est lectio. Nihil tamen certi statuo. Forsan ille licet alius provinciae quaestor post cladem Pharsalicam Cyprum devenerat, & inde cum reliquis Pompeji fautoribus Aegyptum petierat, ut fecerunt L. Lentulus, aliique; de quibus vide Caesar. B. C. Lib. III, 102. Plutarch. in Pompejo p. 661. Non enim videntur jungenda *quaestor à litore Idalio* pro litoris Idalii, (V. ad vs. 343.) sed *à litore comes.* quo facit tamen, quod *infaustusque fugae* in nonnullis MSS. legatur. Mihi non liquet. Aliis dijudicandum relinquo.

716 ICARIO CYRENEI LITTORE PONTI] *Icarium* mare ab insula *Icaro* dicitur, ut Plinius, & Solinus tradunt. *Cyrenei Ponti* i. maris Cyrenaici cognominati, à Cyrene oppido Libyae. Verum boni Codices habent *Cynarei* à Cynara insula prope Icaron, cujus meminerunt Plinius, & Tranquillus. BEROALD. *Cypri Cinyreae.* Longe repetitum epitheton. Pygmalion enim Cilicis filius, qui Cyprum ejectis Syris occupavit, ex eburnea imagine Veneris beneficio animata, Cinyram filium suscepit, qui ei in regno successit. De eo lege 10. Metamorph. SULPIT. Alii Paphi filium Cinyram faciunt Pygmalionis nepotem. Meminit autem hujus Homerus Iliad. λ. Et Pindarus Nemeorum Ode 8. Σὺν θεῷ γάρ τοι, inquiens, φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποις παρμονώτερος. Ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔβρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἐν ποτὲ Κύπρῳ. Et rursum Pythiorum Ode 2. Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων. Quo loco Interpres addit, fuisse regem Cypri Cinyram Apollinis filium, & Paphi. Vel ut alii, Eurymedontis, & Paphiae cujusdam nymphae. Fuisse autem eundem & sacerdotem Cypriae Veneris &c. Lego igitur *Idalio littore*, pro *Icario*, quando *Idalium* nemus Cypri fuit. Ut & Virgilius meminit, & Sequester annotavit. MICYLL. *Idalio Cinyreae* al. *Icario Cyreneae*, sed inepte. HORTENS. *Icario Cinyraeae. Idalio* Sabellicus in Annotat. (T. I. Thes. Crit. p. 184. *Icario Cynareae* F. & Beroaldus. *Icario Cyrenaeae* P. G. *Icario Cinerati Ponti* O. *Icario Cyrinaei Ponti* L. vitiose pro *Cynaraei* & *Cyrenaei.* PULM. *Idalio Cinyraeae.* Mscr. tria *Icario.* Idalium nemus Cypri Maro celebravit I. & X. Aen. Pro *Cinyraeae* Msc. *Cinerei.* Secund. *Cyreneae littore Ponti.* tert. *Cyreni.* quart. *Cirene.* Cinyras Cypri rex fuit, unde *Cinyrea Cyprus.* BERSM. *Icario* retinent fere omnes mei; sed Wittianus a m. sec. tantum. *Icgario* Reg. pr. *Hircano* Reg. rec. *Idalio* habent Oxoniensis pr. Marp. & Bouh. quod ex Sabellici placito primi in textum receperunt Gryphiani heredes; atque ego retinui, nam si *Cyprum* servemus, nullus hic *Icaro* locus est. De Idalio monte, & nemore videndus Meursius in Cypro. Notandum tamen, in Cypro fuisse urbem maritimam Aegyptum versus, Κύρανι, vel Κύριον, uti & locum Κύριον. Vide eumdem Lib. I. c. 11, 12. & alibi. Pro *Cinyraeae* plerique ex meis ha-

[a] Infauſtus Magni fuerat comes. ille per umbras
Auſus ferre gradum, [b] victum pietate timorem
Compulit, ut mediis quaeſitum corpus in undis
Duceret ad [c] terram, traheretque [d] in litora Magnum.
Lucis moeſta parum per denſas Cynthia nubes
Praebebat; cano ſed diſcolor aequore truncus
Conſpicitur. tenet ille ducem complexibus artis,
Eripiente mari; nunc victus pondere [e] tanto
Exſpectat fluctus, [f] pelagoque juvante cadaver
Inpellit. poſtquam ſicco jam litore ſedit,
Incubuit Magno, lacrimaſque [g] effudit in omne

Vulnus,

Variae Lectiones.

a *infauſti* B. 1. Marp. b *ruptum* Edd. Aſc. Par. Mic. Hort. *vinctum* O. 1. *dictum* R. 1. c *terras* Hort m. d vulgo *ad.* e *magno* Edd. Rom. Parm. Hort. m. f *pelago juv.* A. Ed. Rom. g *effundit* O. 1. Edd. Ven. Hort. *infudit* B. 1.

bent quoque *Cireneae*, *Cirenae* &c. vitioſe. Vulgatam lectionem tuentur Regius prim. in quo *Cenireae* & Voſſ. tert. qui habet *Cynireae e. l.*, cum Scholiaſte *A rege Cyniro* (l. *Cinyra*) *qui cum Myrrha filia concubuit, ex quibus Adon eſt procreatus.* Neque adeo longe repetitum eſt Epitheton *Cinyraeae Cypri.* Nam quidam dictam Cypron putarunt à Cypro filia, vel, ut alii, filio Cinyrae, Aſſyriorum primum regis. Vide Meurſ. de Cypro L. 1. c. 2, 9. Servemus itaque receptam lectionem *Idalio Cinyraeae litore Cypri.* Verum tamen Beroaldus non *Cypri* legit, ſed *Ponti*: quare corruptum *Cyrenei*, quod huc, quocumque modo legas, convenire non poteſt, ex Mſtis mutat in *Cynarei.* Et ſane Pulm. Berſm. & Stephan. teſtantur, in quibusdam ſuorum etiam eſſe *Ponti*: quod & ego inveni in Oxon. primo a m. pr. & vir doctus ad marginem Libri, quem magnus litterarum amator J. Melius mihi excerpendum humaniſſime dedit, ita notaverat; ex conjectura, an ex Mſto, neſcio. Quin & *Cinareae* habet Voſſ. quart. & Ed. Veneta. Ex qua codicum varietate conjicere quis poſſet, ſcribendum eſſe, praeſertim cum in *Icario* longe plurimi, & vetuſtiores conſentiant, *ab Icarii Cynareo*, vel *Cinareo litore ponti Inf.* &c. *Cinara* enim, vel *Cynara*, ſeu *Cynaria* inſula eſt in mari Icario. V. Sueton. Tib. 56. Plin. IV, 23. adductos à Beroaldo. Cordus enim Pompeii, ejusque fugae comes fieri potuit, paulo poſt diſceſſum Dejotari, cum Pompejus.

Ipſe per Icariae ſcopulos, Epheſonque relinquens &c.
Radit ſaxa Sami.

Nihil tamen hic adfirmo. Veriſimilius potius videtur *Cypri* abiiſſe in *ponti*: poſtquam jam *Idalio* depravatum erat in *Icario*, per aliquem, qui *Icarium mare* hic intelligi putabat. *Cinyreus* alibi quoque in *Cynareus* eſt corruptum. Conſule Gevartium ad Stat. L. v. Sylv. 215.

Coryciaeque comae Cynareaque germina.

717 Infaustus Magni fuerat comes] Alluſum eſt ad illud Virgil. Lib. Aen. VI.

Hectoris hic magni fuerat comes.

HORTENS. MS. P. *infauſtus fugae*, unde ſcribere liceat.

Infauſtuſque fugae fuerat comes.

GROT. *Infauſtos fugae* Reg. pr. Sed recent. item Wittian. & Hulſt. *infauſtuſque fugae* clare praeferunt. Nihil temere tamen hic muto. Repoſui autem *in litora* pro *ad l.* verſu 720. jubentibus Pulm. quatuor, duobus Berſm. & Voſſ. primo, ac tertio & Edd. quibuſdam. *In litore* variae lect. Steph. Voſſ. unus, & Oxon. prim. in quo correctum *litora.*

718 Victum pietate timorem] Id eſt. miſerans Pompeji fata poſtpoſuit ſollicitudinem (*fortitudinem* MS.) quam gerebat. SCHOL.

724 Nunc] Voſſ. pr. ſec. Witt. a m. pr. & meus cum Edd. Ven. Brix. Med. habent *tunc.* Berſm. unus *nam.* an legendum.

- - tenet ille ducem nunc nexibus artis,
Eripiente mari; nunc v. &c?

Eripiente eſt eripere volente, ut paſſim.

727 Effudit] Ita ait Cornelia L. IX, 55.

Incubuiſſe viro, laceros exurere crines,
Vulneribus cunctis largos infundere fletus.

De

Vulnus, & ad Superos, obſcuraque ſidera fatur:
[a] Non pretioſa petit [b] cumulato ture ſepulcra
Pompejus, Fortuna, tuus: non pinguis ad aſtra
Ut ferat è membris Eoos fumus odores;
Ut Romana ſuum geſtent [c] pia colla parentem;
Praeferat ut veteres feralis pompa triumphos;
Ut reſonent triſti [d] cantu fora; totus ut [e] ignem
Projectis moerens exercitus ambiat armis.
Da vilem Magno [f] plebeji funeris arcam,
Quae lacerum corpus ſiccos [g] effundat in ignes.
[h] Robora non deſint miſero, [i] nec ſordidus uſtor.

Sit ſa-

VARIAE LECTIONES.

a *nec* O. 1. b *tumulato* V. 1. c *ſua* Ed. Hort. d vulgo contra MSS. & Edd. pp. *cantu tr.* e *ignes* P. 4. B. 3. V. 5. O. 1. & Edd. qdd. Totus hic verſus deeſt in R. pr. ſed ſcribitur poſt 743. f *phebei* W. a m. pr. g *effundit* B. 1. h *Robura* R. pr. i *non* V. tert. Edd. Sulp. Aſc. Mic. Hort.

De hoc ritu lacrimas in vulnera fundendi conſule N. Heinſium ad Ovid. Epiſt. Her. XI, 125.

Vive memor noſtri, lacrimaſque in vulnera funde.

Stat. L. III. Theb. 128.

- - prociduas ſuper externoſque ſuosque &c.
Vulneraque alta replent lacrimis.

732 GESTENT PIA COLLA] Scilicet ut feretrum ejus portent, vel ſubeant: ubique *non petit* ſubaudiendum eſt. SCHOL.

735 AMBIAT] *Ambigat* Mſcr. corrupte. i. circumeat. Virgil. XI. Aen.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos.

BERSM. Praeterea perperam exponunt multi Interpretes *projectis* per, ad terram demiſſis, & haſtis per terram tractis, ex hodierno more. Intelligit Lucanus arma in rogum, quem ambiebant, jacta. Hunc enim luctus ritum adhibebant milites in funere cariſſimi ducis, ut egregie obſervat J. Rutgerſ. L. VI. V. LL. c. 19.

736 VILEM PLEBEJI FUNERIS ARCAM.] Jacob. Gutherius de jure manium L. II. c. 19. legi vult *funeris aram*, addens *nec enim in arca lacerum corpus ignis conſumeret.* Quaſi haec arca fuiſſet lapidea, in quali ſepultus eſt Hannibal, aut voluiſſet Lucanus, ut corpus Pompeji in arca jacens combureretur. Hoc eſſet contra auctoris mentem. Dicit enim, Pompejo ſolum arcam, ſive ſandapilam, quaſi plebejo dari debere, ex qua ejus truncatum corpus effundi poſſit in ignes non vino, nec odoribus adſperſos: Alter enim nobiliores in lectica, ſive lecto, & toro ad rogum odoratum deferebantur, & plerumque cum ipſo illo feretro in ignem inponebantur. Recte itaque veteres interpretes ſandapilam interpretantur, qua plebeji efferebantur, & Joh. Kirchmann. L. II. de Funer. c. 9. citans Horatii locum L. 1. Sat. VIII. L. 1. vſ. 9.

Hunc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.

quae verba hic ſunt valde convenientia. *Ara* nullum hic ſenſum habet, qui eſſet ipſe rogus, atque ita bis idem diceret Lucanus. Statim enim ſequitur de rogo, cum ait *robora ne deſint*. Tandem *plebeji funeris ara* eſſet, ut ita dicam, contradictio. Nam illa vox magnificentius, & ſublimius quid denotat, & niſi in funere magnorum heroum illam poëtae uſurpant. Vide Serv. ad Virg. Aen. VI, 177. Montfauc. Diar. Ital. p. 202. Spon. Recherch. des Antiq. de Lyon. p. 93. & omnino Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. V, 10.

- - - - robora caedunt
Pars ſilvis, portantque arae.

Quod autem viri docti pro hac ſignificatione adducant etiam locum Ovidii L. III. Triſt. El. 13, 21.

Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſo
Convenit, & ſtructis flamma parata rogis:

in eo iis non adſentior, & per *aram* illam veram aram intelligo, quae rogo, quem diſerte ab hac ara diſtinguit, adſtabat ad inferias in ea libandas, eamque Ovidius obponit arae coronis florentibus circumdatae, in qua genio diebus Natalitiis operabantur vſ. 15. De hac ara paſſim legas. Vide Kirchmann. Lib. IV. c. 2. Immo demus hoc Gu-

the-

Sit fatis, ô Superi, quod non Cornelia fuso
Crine jacet, fubicique facem complexa maritum
Inperat, extremo fed abeft à munere busti
Infelix conjux, nec adhuc [a] à litore longe eft.
Sic fatus, parvos juvenis procul adfpicit ignes,
Corpus, vile fuis, nullo cuftode cremantes.
Inde rapit flammas, femiuftaque robora [b] membris
Subducens, [c] Quaecumque es, ait, neglecta, nec ulli
[d] Cara tuo, fed Pompejo felicior umbra,
Quod jam compofitum [e] violat manus hofpita buftum,
Da veniam: fi quid fenfus poft fata relictum [f] eft,
Cedis & [g] ipfa rogo, paterifque haec damna fepulcri,
[h] Teque pudet, fparfis [i] Pompeji manibus, uri.
Sic fatur; [k] plenufque finus ardente favilla

[a] Pervo-

VARIAE LECTIONES.

a *ab* B. 1. b *flammis* VV. LL. Steph. O. 1. V. 1. pro var. lect. c *quacumque* V. 1. d *cura* W. a m. pr. *grata* V. 1. *clara* H. e *violes* B. 1. V. 1. f deeft in V. pr. & Ed. Bad. non male. g *ipfe* A. h *Te pudeat* H. A. i *Pompejo* W. k *plenofque* Ed. Ven.

therio. Sumferit Ovidius *aram* pro rogo. Jungit tamen ei *cupreffum*, ut in funere equitis, quae arbor non magis, quam *ara plebejo funeri* convenit; ut ipfe nofter teftatur Lib. III, 442.

Et non plebejos luctus teftata cupreffus.

741 A FUNERE BUSTI] Mfc. *in funere* & alt. *à munere*, h. e. officio, non infcite. BERSM. *Munere bufti.* Ita MS. non *funere*. Dolet enim Corneliam ultimum marito officium fubjiciendi facem non praeftitiffe. GROT. In *funere*, & *munere* vehementer variant mei Codd. ut utrumque multi agnofcant. Cum quatuor tamen Pulm. & Voff. primo, fec. aliifque, accedo viris doctiff. Sulpitio, Afcenfio, Micyllo, Berfm. & Grotio in *munere*. Quid enim eft *funus bufti*? Nihil autem notius, quam ultima defuncto jufta vocari *munus extremum*, vel fimili modo. Epift. I. Sabini 25. *tumuli fupremum munus.* Vide Broukh. ad Propert. L. I, 17, 23.

Illa meum extremo clamaffet munere nomen.

Nihil tamen cum eodem mutem in Ovid. L. III. Met. 137.

Ante obitum nemo, fupremaque funera debet.

ubi videndi Celeb. N. Heinfius, & Burmann. etiam fuper hoc loco.

742 NEC ADHUC &c.] Ut poffet intereffe funeri, fi fortuna pateretur. SCHOL. Major autem alicui dolor oritur ex eo, quod à cariffimare non tantum abeft, fed ita abeft, ut prope tamen fit, nec accedere ei concedatur. Vide Epift. Leandri ad Her. Sic facile defendi hic locus poteft. Nihilominus languidus eft, & forfan fpurius; uti videbatur amico meo.

744 CREMANTES] i. e. ignes, qui nefcio cujus cadaver urebant, nullo adfiftente cuftode. SCHOLIAST.

746 SUBDUCENS] Ita recte repofuit Grotius, ut habent duo Pulm. unus Berfm. & octo MSS. mei cum Edd. Rom. Parm. Brix. & Mediol. Ceterae male *fubducit*.

747 POMPEJO FELICIOR] Nam utcumque jam adepta eft fepulcrum. SCHOL. Nullo fenfu, & contra MSS. omnes, Oxon. excepto, exhibent *Pompeji* Edd. Coll. Steph. Gryph. Pulm. Berfm. & Maitt.

748 VIOLAT MANUS HOSPITA] Iidem Editores cum Parm. Sulpit. & Aldo dederunt *ultima*, perperam. Cordus adloquitur umbram illius, qui ibi neglectus cremabatur, dicitque, illam jam feliciorem effe Pompejo, quod contingeret illi jam ultima jufta habenti violari à manu hominis hofpitis (cum alias, ut notum eft, violatio fepulcri pro fcelere facientis, & infelicitate defuncti habebatur) ut Pompejus ipfo tam longe major iis ignibus cremari poffet. Captat autem Lucanus hunc loquendi morem, ut quid dicat, quod non exfpe-

[a] Pervolat ad truncum; qui fluctu pene relatus
Litore pendebat. summas [b] dimovit harenas,
Et [c] conlecta procul lacerae fragmenta carinae
Exigua trepidus posuit scrobe. nobile corpus
Robora nulla premunt, nulla strue membra recumbunt:
Admotus Magnum, [d] non subditus, accipit ignis.
Ille sedens juxta flammas, O maxime, dixit,
[e] Ductor, & Hesperii majestas nominis una,
Si tibi jactatu pelagi, si funere [f] nullo
Tristior [g] iste rogus; manes, animamque potentem
Officiis [h] averte meis: injuria fati
Hoc [i] fas esse jubet; [k] ne ponti belua quidquam,
[l] Ne fera, [m] ne volucres, ne saevi Caesaris ira
Audeat: exiguam, quantum [n] potes, accipe flammam:

Romana

VARIAE LECTIONES.

a *Evolat* P. 1. B. 2. V. tert. R. 1. *praevolat* P. 1. *provolat* conjicit vir. doct. b *semovit* B. 1. O. 1. c *collata* V. 1. d *subjectus non* R. pr. e *victor* B. 2. *auctor* P. 1. f *nudo* B. 1. V. 1. g *ille* H. h *adverte* B. 1. A. i *jus* V V. L L. Steph. k *nec* Ed. Ven. l *nec, nec, nec.* W. A. m *vel* V. 1. n *potis* non inepte conjicit Doct. Waddel.

spectaretur; felicem scilicet esse umbram, quod ejus bustum ab hospite violetur; quales locutiones saepe adhibet noster. Vide ad vs. 61. hujus libri. Sic mox vs. 826. IX, 343.

750 PATERISQUE] Quippe Pompejum inde gratularis exuri. SCHOL.

752 SIC FATUR] Omnes Pulm. Bersm. Steph. & octo mei cum Edd. antiquis multis habent *fatus*. Nihilominus prave. *Fatus* auctor scribit, cum verbum inmediate sequitur. *Fatur*, cum conjunctio copulativa *&* intercedat; quod & observandum puto in aliis poëtis. Confer. II, 323, 516. III, 721. IV, 235. V, 1, 228, 523, 538, 560, 790. VI, 246, 329. VII, 123, 566. VIII, 192. & seqq.

756 EXIGUA SCROBE] Hic *scrobe* feminino genere posuit. Plautus Masculino *scrobes sexagenos*. SCHOL. Contra artem & vitiose id à nostro, & Graccho factum pronunciat Servius ad Virgil. Georg. L. II, 50, 288. Carpit id quoque Marcianus Capella L. III. p. 78. Ed. Grot. à nominativo *scrobis* esse credens, ut *mensis*. Circumspectius agit Priscian. Lib. VII. c. 751. *In Obs feminina Latina, ut haec* scobs, *hujus* scobis, *& haec* scrobs, *hujus* scrobis &c. *quod Plautus in Masculino genere profert.* Sequitur dein idem exemplum, quod noster Scholiastes, & Servius adhibent. Lucanum defendit idoneus sane auctor Ovidius Lib. VII. Metam. 243.

Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit.

Utroque genere hanc vocem extulit Columella L. IV. c. 1. *Profundos scrobes* & *bipedanea scrobe*. Variant Codd. apud Frontinum L. II. c. 12. Strateg. 1. *Scrobes aperuit & ante eas* &c. ubi *eos* est in quinque MSS. Tennulii, & Palatino per Gruterum conlato.

758 ADMOTUS] Non enim erat aliud, quod cremaret, nisi corpus; ideo non subjectus est ignis, sed admotus. SCHOL. Deerant enim lectus, rogus, aliaque hic sollemnia.

763 OFFICIIS AVERTE MEIS] Sensus hic est. Si injuriose accipis, quod tam indigne sepeliris, & magis velis jactari fluctibus, quam sic cremari, averte manes tuos ab officio meo, & cum te sepeliam inpius, audire noli. SCHOL.

763 INJURIA FATI] Quae tibi facta est. Indignum quidem, & pene inlicitum est, quod sic humaris; sed necessitas fati, quae in has adduxit angustias, facit, ut haec sepultura non debeat despici. IDEM.

765 CAESARIS] Bene post omnes feras ultimus Caesar secutus est. IDEM.

Romana [a] succense manu. Fortuna recursus
Si det in Hesperiam, non hac in sede [b] quiescent
Tam sacri cineres: sed te Cornelia, Magne,
Accipiet, nostraque manu [c] transfundet in urnam.
Interea parvo signemus litora saxo,
Ut nota [d] sit busti; si quis placare peremtum
Forte volet, plenos & [e] reddere mortis honores;
[f] Inveniat trunci cineres, & norit harenas,
Ad quas, Magne, tuum referat caput. haec ubi fatus,
Excitat invalidas admoto fomite flammas.
Carpitur, & [g] lentum Magnus [h] destillat in ignem,
Tabe fovens bustum. sed jam percusserat astra
[i] Aurorae promissa dies: ille, ordine rupto
Funeris, attonitus latebras in litore quaerit.
[k] Quam metuis demens isto pro crimine [l] poenam,

Quo te

VARIAE LECTIONES.

a *succensa* R. pr. W. b *quiescant* V. pr. c *transfundit* R. pr. d *sint* A. Ed. Rom. e *mortis redd.* B. 2. M. f *invenies* Edd. Rom. Parm. g *Magn. lent.* & *distill. Magn.* MSS. qdd. h vulgo *distillat.* i *aurora* V. 2. H. k *quid* B. 1. non male. l *culpam* VV. LL. Steph.

767 ROMANA] i. e. nostra, non hostili, ut hoc habeat satis sibi solatii. *Recursus* si mihi redire in Italiam contigerit. SCHOL.

772 NOTA BUSTI] Hoc praetulit Grotius, cum plerisque Steph. Pulm. Bersm. Codd. & Edd. Ven. Brix. Med. Ascens. Hort. quibus accedunt nostri fere omnes. *busto* tamen, ut vulgo edebatur, exaratur in Regio primo, Voss. sec. Oxon. sec. Amst. & Witt. a m. sec. Quid rectius sit, dubito. Retinui tamen hic *busti.* saxum est nota busti.

777 DESTILLAT] Sic Reg. prim. Voss. sec. & tert. non *distillat.* Ita optimi Codd. L. IX, 772.

- - *nigra destillant inguina tabe.*

& apud Virgil. L. III. Georg. 281.

- - *lentum destillat ab inguine virus.*

Consule Pierium. Cels. L. IV, 2. *Destillat humor ex capite in nares.*

778 FOVENS] Dum enim destillat, tabe sua nutrit incendium. SCHOL.

779 AURORAE PROMISSA DIES] Sabellicus in Annotat. (Syll. II. T. I. Thes. Crit. pag. 184.) quam veriorem esse lectionem docet. PULM. Recte Grotius admisit *promissa.* quo faciunt duo Codices Bersm. Voss. prim. cum quinque aliis, & Ed. Romana. Promittitur dies ab Aurora, quae eam praecedit, unde *reducere diem* dicitur Virgilio Georg. L. I, 249. & saepe. Non valde tamen repugnem, si magis alicui placeat *praemissa*, non ut per Hypallagen cum interpretibus vulgaribus explices; sed ut dies intelligatur primum diluculum illud, quod post noctem, adpropinquante è longinquo sole, & nondum rubente aurora, adparet; quam primam lucem describit Ovidius Ep. Her. XIV, 21.

- - *modo facta crepuscula terris,*
Ultima pars noctis, primaque lucis erat.

L. I. Amor. 5, 5.

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phoebo,
Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

Promissa fatorum dies sed alio sensu est apud Joseph. Iscan. L. VI, 661. *permixta* hic Bersm. unus & Ed. Ven.

781 METUIS] Invectio poëtae in Codrum, quod metuat deprehendi. SCHOL.

781 PRO MUNERE] Non potest non exclamare poëta, in timiditatem Codri ustoris, cui cum pro pio officio, non gratiae solum haberi debuissent, verum etiam praemium debebatur, insuper fugit adventante luce, quasi poenam ob malam noxam meritus fuisset. HORTENS. *Munere* edidit Hortensius, nec inprobarem, si scripti addicerent. *funere* habent variae Steph. lect. sed ceteri omnes reti-

Quo te fama loquax [a] omnes accepit in annos?
Condita laudabit Magni socer inpius ossa.
[b] I modo securus veniae, fassusque sepulcrum
Posce caput. cogit pietas inponere finem
Officio. semiusta [c] rapit, resolutaque nondum
Ossa satis, nervis, [d] & inustis plena medullis
Aequorea restinguit aqua, congestaque in unum
Parva [e] clausit humo. [f] tum, ne levis aura [g] retectos
Auferret cineres, saxo compressit [h] harenam:
Nautaque ne bustum religato fune moveret,
[i] Inscripsit sacrum semiusto stipite nomen:
Hic situs est Magnus. placet hoc, Fortuna, sepulcrum
Dicere Pompeji, quo condi maluit illum,
Quam terra caruisse socer? temeraria dextra,
Cur obicis Magno tumulum, manesque vagantes

Inclu-

VARIAE LECTIONES.

a *multos* Marp. b *sis* B. 1. *Et* H. c *capit* B. 2. d *sed* V. sec. e *clusit* W. V. 1. f MSS. & Edd. plerique *tunc. nunc* Ed. Hort. g *rejectos* R. pr. *receptos* A. *revulsos* B. h *arenas* B. 1. Edd. Asc. Mic. i *inscribit* B. 1.

retinent *crimine* scilicet ut putabat ille Cordus; cum esset munus laude dignum. Recte igitur Scholiastes ait, *quod putas crimen esse, laus est.* vs. 842.

Inperet hoc nobis utinam scelus.

784 FASSUSQUE SEPULCRUM] Confessus, quod sepulcrum Pompejo moliris, exige caput ejus, ut pariter cum corpore contegatur. SCHOL.

788 RESTINGUIT] Mscr. *restringit:* male. alii *restringuit*, & *restinxit*. BERSM. *Restinxit* dederunt Brix. Med. Bad. Mic. & Hortens. *Restringit* male duo Pulm. & totidem mei cum Ed. Ven. & Sulpit. exhibent. *Restringuit* Paris. Ed. non damnem *restinxit*, quia sequitur *clausit* &c. Nec tamen mutatione opus.

793 HIC &c.] Repetit cum indignatione, quod ille inscripsit. *Hic situs est Magnus.* SCHOLIAST.

795 QUAM TERRA] Ut major apud Caesarem vindicta videatur, quod sic sepultus est, quam si jaceat insepultus. IDEM.

795 TEMERARIA] Poëtae est increpatio. GROTIUS. Monet hoc recte Grotius, quia Bersmann. putabat esse ἐπανόρθωσιν quasi seipsum corrigentis Cordi. Reposui autem *tumuli est* ex MSS. & primis Edd. vulgo durissimo ordine legas *est tumuli.*

796 OBICIS] Propter metrum *o* brevis est, & est figura συστολή. SCHOL. Scribendum autem *Obicis*, unico *I*, versus gratia, ut alibi, *Reicis*, pro, *Rejicis*. Et apud Martial. *Adicis*, pro *Adjicis*. Ut:

Si quid nostra tuis adicis vexatio rebus &c.

MICYLL. Sic *subici* vs. 740. *obicit* IX, 188. & passim.

800 CRIMINE] Quod sic jacere Pompejum perpessi sunt. SCHOL.

800 OETE] Mons in Thessalia, ubi crematus est Hercules, & sepultus. IDEM.

801 BROMIO] A nutrice Bromia sic dictus est Liber. Νυσαῖα, à Nysa: mons est in India, ubi Liberi tumulus esse perhibetur. IDEM. *Juga Nyseia.* Mons Helicon, ubi est sepulchrum Bacchi, & Nysa vicus. SULPIT. Aut etiam de Indica Nysa intelligas licet. Nam Sequester & montis nomen Nysam esse dicit. Mela autem, & Curtius urbem in radicibus montis, cui *Meros* nomen fuerit, quod femur Latine significat. Unde fabulae origo, qua dicunt, Bacchum femori Jovis insutum fuisse, eo quod in specu montis ejus Liberum enutritum crediderunt. Vide Melam lib. III. Curtium lib. VI. Et Arrianum quoque lib. V. MICYLL. Intellige Indicam Nysam cum Scholiaste. Consule Ampl. Cuper. Observ. L. IV, 7. & quae

Includis? situs est, qua terra extrema refuso
Pendet in Oceano. Romanum nomen, & omne
Imperium Magno tumuli [a] est modus. obrue saxa
[b] Crimine plena Deûm. si tota est Herculis [c] Oete,
Et juga tota vacant Bromio Nyseïa; quare
Unus in Aegypto [d] Magni est lapis? omnia Lagi
[e] Rura tenere potest, si nullo [f] cespite nomen
Haeserit. erremus populi, cinerumque tuorum,
Magne, metu [g] nullas Nili calcemus harenas.
Quod si tam sacro [h] dignaris nomine saxum;
Adde actus tantos, monimentaque maxima rerum:
Adde truces Lepidi motus, [i] Alpinaque bella,
Armaque Sertorî revocato Consule victa,
Et currus, quos egit eques: commercia tuta
Gentibus, & pavidos Cilicas maris. adde subactam

* Bar-

VARIAE LECTIONES.

a deest in H. b *crimina* V. sec. c *Oetea* V. pr. d vulgo *Magno lapis.* e *arva* V. 4. B. 1. Edd. Sulp. Asc. Mic. *regna* Marp. non male. f *in c.* Edd. Asc. Par. Mic. Hort. g *Nilin.* B. 1. M. Edd. qdd. h *signares* V. sec. pro var. lect. *dignatus* V. 1. i *Albinaque* VV. LL. Steph.

quae notant viri docti ad L. I. *Bacchumque avertere Nysa.*

802 MAGNO LAPIS] *Est Mag. lap.* Msc. duo tert. *magni est lapis.* quartum omittit verbum subst. BERSM. Ex nostris undecim meliores habent *magni* cum Edd. Rom. & Parm. Dein *est magni* vel inverso ordine octo MSS. & Edd. Ven. Brix. Med. ac R. Stephani. Scribendum itaque.

Unus in Aegypto Magni est lapis.

ut *si tota est Herculis Oete.* Aliud quid est, *est lapis Magno*, aliud *Magni*; ut *meum est*, vel *mihi est.* &c.

803 RURA TENERE] i. e. totam Aegyptum tenebit, & dicit, quemadmodum fiat, ut nos, ubi sit, ignoremus. SCHOL.

804 ERREMUS] Mscr. *haeremus* pro, haereamus nescientes locum sepulcri. sed rectius est *erremus.* BERSM. Vitiose etiam duo ex nostris recentiores *haeremus.*

805 METU] Timentes, ne sui nescientes tua ossa calcemus. SCHOL.

806 SACRO] Msc. *claro*, non male. BERSM. *Claro* in meo etiam est Codice; atque ita Modius Nov. Ant. LL. Ep. 95. è suis libris mavult legere, quia alioquin auribus ingrata esset vocis repetitio *sacra*, quae VI. 792. praecessit; ubi dictum est à poëta.

Inscripsit sacrum semiusto stipite nomen.

Sed neutiquam video hanc repetitionem hic ingratam esse, & totus est Lucanus in celebrando non solum, sed & consecrando Pompejo. *caro* scribitur in Regio rec.

807 MONIMENTAQUE RERUM] Bersm. unus Cod. habet *momentaque:* quomodo scribendum censet Marklandus Epist. Crit. p. 31. quia saepe à nostro, & aliis dicitur *momenta rerum.* Male. *Momentum* dicitur homo, vel res, quae alicui negotio efficiendo pondus, & auxilium adfert. Quod hic locum non habet. Ait Lucanus: Adde titulos, & nomina inscripta maximarum rerum. Lib. IV, 498.

Exhibuit monimenta fides.

VII, 397.

- - *monimentaque rerum.*

Cic. III. Catil. II. *Monimenta rerum gestarum.* & passim.

808 MOTUS] Quos Pompejus oppressit. SCHOLIAST.

809 CONSULE] Quinto Metello, Numidici filio. IDEM.

810 CURRUS] i. triumphum. *Commercia.* quod placato de piratis mari mercandi usus restitutus est. IDEM.

811 PAVIDOS CILICAS MARIS] Acute dictum. Pompejus effecit, ut piratae timerent maria, in qui-

[a] Barbariem, gentesque vagas, & quidquid in Euro
Regnorum, Boreaque jacet. dic, semper ab armis
Civilem repetisse togam; ter curribus [b] actis
[c] Contentum multos [d] patriae donasse triumphos.
Quis capit [e] haec tumulus? surgit [f] miserabile bustum,
Non [g] ullis plenum titulis, non ordine tanto
Fastorum: solitumque legi super alta Deorum
Culmina, & exstructos spoliis hostilibus arcus,
Haud procul est [h] ima Pompeji nomen harena,
Depressum [i] tumulo, quod non legat advena rectus;
Quod nisi monstratum Romanus transeat hospes.
  Noxia civili tellus Aegyptia fato,
Haud equidem [k] inmerito Cumanae carmine Vatis
Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles, ripasque aestate tumentes.

Quid ti-

VARIAE LECTIONES.

a *Barbariam* R. pr. b *altis* V. 1. c *contemtum* B. 3. M. d MSS. & Edd. qdd. *patr. mult.* & *m. p.* B. 1. e *hoc* A. f *mirabile* V. 1. g *illis* VV. LL. Steph. Edd. qdd. h *una* V. 1. H. i *cumulo* A. k *merito* R. pr.

quibus ipsi ante grassabantur. SCHOL. *Lucis pavidos* apud Senec. Herc. Fur. 293.

814 REPETISSE] Quod post omnia bella, quae gerebat, elegerit se privatum. SCHOL.

815 CONTENTUM] Dum contemsit frequentius triumphare. IDEM.

818 FASTORUM] *Fatorum* Msc. corrupte, item vitiose *arta*, dein *structos* depravate. BERSM. *Factorum* perperam in Voss. sec. a m. pr. & quarto a m. sec.

820 HAUD PROCUL] Scriptum est juxta terram. *arcus* pro fornicibus posuit. SCHOL. Male per *arcus* Pompeji theatra intelligit Bersm.; cum innuat auctor notissima triumphi, & victoriae monimenta de manubiis hostium facta, ut bene exponunt interpretes.

821 DEPRESSUM TUMULO] Vossiani quatuor, in quibus prim. & sec. Bersm. unus & Marp. habent *impressum* i. e. signatum, notatum. Verum an *imprimi* nomen saxo potest dici, quod non igne inustum aut ferro sculptum, sed stipite atro inscriptum est? Quare *depressum* retineo, & cum viris doctis expono nomen in tumulo depresso inscriptum. *Deprensum* meus, & Witt. pro var. lect. forte melius;. cum advena deprehendit hoc in tumulo nomen, non legere tamen, nisi incurvatus potest.

821 RECTUS] Parvitatem tumuli ostendit, ad quem necesse sit, se incurvare lecturum. SCHOLIAST.

823 NOXIA CIVILI TELLUS AEGYPTIA FATO] Propertius.

Noxia Alexandrea dolis aptissima tellus.

GROT. Ed. tert.

823 FATO] Mscr. *fato est.* male. Est enim ἀποστροφὴ ad Aegyptum. BERSM.

824 HAUD EQUIDEM IMMERITO CUMANAE CARMINE VATIS CAUTUM, NE NILI PELUSIA TANGERET ORA HESPERIUS MILES] Appianus de Gabinio: ὑπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων βουλῆς ἔφυγεν, ἐπὶ τῷ ἄνευ ψηφίσματος εἰς Αἴγυπτον ἐμβαλεῖν ἐπὶ πολέμῳ, Ῥωμαίοις ἀπαισίῳ νομιζομένῳ. ἦν γάρ τι Σιβύλλειον αὐτοῖς ἀπαγορεῦον. GROT. Ed. tert.

825 CAUTUM] *Quantum* unus Voss. Doct. Merula ad Ennii Ann. L. VI. p. 396. legere malebat *cantum*; sed male, ut patet vel ex sequenti conjunctione *ne*, & *cautum* retinent ceteri omnes MSS. Codices: quare recte id defendit Barth. Adversar. L. XXVII. c. 13. De hoc Sibyllae carmine vide viros doctos ad Ciceronis Epist. I. ad Famil. Ep. I.

826 HESPERIUS MILES] In Libris enim Sibyllinis est cautum, ne quis miles Romanus ad Aegy-

Pppp ptum

Quid tibi, saeva, precer pro tanto crimine, tellus?
Vertat aquas Nilus, quo nascitur orbe, retentus;
[a] Et steriles egeant hibernis imbribus agri;
Totaque in Aethiopum putres solvaris harenas.
Nos [b] in templa tuam Romana accepimus [c] Isin,
Semideosque canes, & sistra jubentia luctus,
Et quem tu plangens hominem [d] testaris [e] Osirin:
Tu nostros, Aegypte, tenes in pulvere Manes.
Tu quoque, cum saevo dederis jam templa tyranno,

Non-

Variae Lectiones.

a *ut* suprasc. V. pr. b *&* VV. LL. Steph. c *Isim* MSS. plerique & Edd. qdd. & IX, 158. d *tristaris* Ed. Mic. & Hort. m. e sic R. pr. vulgo *Osirim*.

ptum accedat (*accidat* MSS.) eo quod non expediret. SCHOL.

826 Aestate tumentes] Tunc enim Nilus irrigat has terras, cum minor pro tempore esse debet. IDEM. Membranae Andinae *carentes*: quod probat vir summus J. F. Gronov. Observ. L. IV. c. 5. dictumque putat per μετωνυμίαν caussae efficientis pro effectu, & *aestatem* sumi pro ariditate, quae ceteris fluviis aestate contigit. Acutius tamen, quam verius, credo. Satis ex genio auctoris, (de quo vide ad vs. 748.) est, quod jungat aestatem cum tumore Nili: qua re solus Nilus ab aliis fluviis discernebatur. Hinc contra vs. 852.

Imbrifera siccas sub Pleiade Thebas.

Neque Nilus caret aestate, sed inverso ordine *aestas* i. e. ariditas est Nilo, cum ceteris fluminibus est *hiems* i. e. aquarum abundantia. *aestate carentes ripas* si dixisset Lucanus, deberemus ex hac locutione intelligere, numquam Nilum decrescere, & semper hiemes agere: quod certe falsum est. Suam Nilo aestatem, suamque hiemem, sed diversam à nostro tempore dat poëta L. X, 228.

Inde etiam leges aliarum nescit aquarum:
Nec tumet hibernus, cum longe sole remoto
Officiis caret unda suis: dare jussus iniquo
Temperiem coelo, mediis aestatibus exit &c.

vs. 298.

- - - - *consurgere in ipsis*
Jus tibi solstitiis, aliena crescere bruma
Atque hiemes efferre tuas.

Cum itaque ceteri Codd., quod sciam, omnes retineant, *tumentes* nihil temere mutem. nisi velles legere *ripis aestate carentis* sc. Nili. Tunc enim cum inundat agros, non habet ripas. In Diluvio Ovid. L. I. Metam. 292.

- - *deerant quoque litora ponto.*

& vs. 343.

- - - *jam mare litus habet.*

Immo noster L. IV, 130.

Utque habuit ripas Sicoris, camposque reliquit.

Dein foret forsan rectius *tanto pro c.* quam *pro tanto.*

828 Vertat] Retorqueat à meatu solito rediturus illo, unde descendit. SCHOL.

828 Retentus] Msc. *retento*, ut de alveo intelligatur, male: cum poëta de ortu Nili videatur loqui. BERSM.

829 Imbribus] Inundationibus tempestuosis. Non enim pluit in Aegypto. IDEM. Optat poëta, ut aestate Nilus non crescat, nec fecundos reddat agros, & ut ita steriles tamen non recreentur imbre & pluviis per hiemem; sed ut tota Aegyptus dissolvatur in aridas harenas, Aethiopum similes. Male *solvaris* ad eruptionem Nili circa Aethiopiam refert Hortensius.

831 Accepimus] *Recepimus* habent duo Bersm. Reg. pr. Hulst. Oxon. pr. a m. sec. & meus cum Edd. quotquot vidi, Sulpitiana prioribus. Non male. Nihil tamen muta, & consule Livium L. XXXIV, 3, 5. XXXV, 10. Barthium, & Drakenb. ad Silium L. XVIII, 5.

Advectum acciperet numen.

832 Semideosque canes] Anubin innui à Lucano, recte monuerunt viri docti, quem à canino capite, quod gerebat, ad majorem invidiam excitandam, à potiore parte *canem* vocat, ut alii *latratorem*, & *latrantem*. Vide Commentarios ad Propert. L. III, 9, 41.

Ausa

Nondum Pompeji cineres, ô Roma, [a] petisti:
Exsul adhuc jacet umbra ducis. Si secula [b] prima
Victoris timuere [c] minas; nunc [d] excipe saltem
Ossa tui Magni, si nondum subruta fluctu
Invisa tellure sedent. quis busta timebit?
Quis sacris dignam movisse [e] verebitur [f] umbram?
Imperet hoc nobis utinam scelus, & velit uti
Nostro Roma sinu: satis ô nimiumque beatus,
Si mihi contingat manes transferre [g] revulsos

Auso-

VARIAE LECTIONES.

a *petistis* V. 1. b *prisca* Edd. R. P. Br. Med. c *manus* H. d *accipe* B. 1. e *merebitur* V. pr. a m. pr. Hort. m. f vulgo *urnam*. g *remissos* B. 1. ad marg.

Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin. & L. Pignor. in Mensa Isiaca p. 62, 63. *Semideum* dixit, quia fuit tantum Osiridis & Isidis custos, & comes, ut ibidem Pignorius docet: quare Mstis hanc lectionem retinentibus, nihil temere muto. Aliter non alienus essem ab ea lectione, quam exhibuerunt Sulpit. Badius, Paris. 1512. & Micyllus, & praetulit Clar. Haverkampius ad Tertull. Apolog. c. 6. *Serapidem & Isidem & Harpocratem cum suo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferri &c.* Scilicet *Semicanesque Deos.* ut *semicaper*, *semibos*, *semivir* ab Ovidio dicuntur. Juvat nonnihil Regius primus, in quo *semideosque deosque.*

833 PLANGENS] Aegyptii enim in flumine Osirim filium Isidis quaerunt, quem alii fratrem, & conjugem ejus accipiunt. *Hominem.* Ex eo enim, quod plangitur, periisse monstratur: ex eo, quod periit, homo fuisse cognoscitur. SCHOL. Ostendis non bovem, sed hominem fuisse. SULPIT. Imo, ostendis non deum, sed hominem fuisse, cum ut mortuum plangis. Dii enim non moriuntur. Sic enim Cretenses, quum Jovis sepulchrum ostendunt, hominem illum & mortalem, non deum fuisse testantur. MICYLL. Ex Xenocratis dicto ad Aegyptios: ὅτοι εἰ μὲν θεοί εἰσι, μὴ θρηνεῖτε αὐτούς· εἰ δὲ ἄνθρωποι, μὴ θύετε αὐτοῖς. Pari modo Xenophanes Eleates Graecis de Leucothea. οἱ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνοντες, μὴ θρηνεῖν. οἱ δ' ἄνθρωπον, μὴ θύειν. GROT. Ed. tert.

835 TYRANNO] Caesari scilicet. De hoc enim tempore loquitur, quo Lucanus est (*erat* Voss. pr.) non quo fuerunt bella civilia. Nam post modum Caesar occisus in deorum numero constitutus est. SCHOL.

835 PETISTI] Libri quidam *Piasti*, h. est expiasti, placasti; vel *petisti* i. repetisti ab Aegyptiis sive inquisivisti. BERSM. *Piasti* scilicet habent Sulpit. Bad. Micyll. & Hortens. Sic *manes Pompeji placare* vs. 772, 857. *Piare Jovem* Ovid. L. 1. Art. Am. 649. At est contra omnes scriptos Codices, & mentem Lucani hoc loco, qui exprobrat Aegyptiis, quod Pompeji cineres in litore patiantur jacere; cum ipsi Romani eorum, quae vocant, numina in urbem Romam receperint. Romanis exprobrat idem; cum tamen tyranno Caesari jam templa augusta dederint, nec dignentur tam sanctos Pompeji cineres ex Aegypto petere, & Romam transferre, ut clarissime patet ex seqq.

837 PRIMA] Cum recens vicerat Caesar. SCHOLIAST.

840 INVISA TELLURE] *Inversa* Sabellicus in Annotat. (p. 184. T. 1. Thes. Cr.) probat, id est, *eversa*. PULM. At non opus hac mutatione contra Mstos omnes. Non enim jungenda *subruta tellure inversa*; sed sensus est. *Si modo ossa non subruta fluctu, adhuc sedent tellure invisa* seu detestabili. Sic *invisae gentes* L. 1, 9. &c.

840 QUIS B. T. QUIS] Libri quidam *qui sac.* BERSM. MSS. hic *quis* retinent, licet alibi varient. Parum refert. V. vs. 852.

841 VEREBITUR UMBRAM] Mscr. tria *urnam*? non inepte. BERSM. Tres itidem Pulm. & septem, vel octo ex nostris cum Edd. prima Parm. & Omniboni (sed aliter in ejus notis) *urnam* agnoscunt; idque Grotius, quod miror, recepit. Unice vera est lectio *umbra.* Nam quaeso, unde hic venit *urna*? an Cordo ea forte ad manus erat? non credo. Immo ipse id negat, optatque, hos cineres aliquando in urnam posse recipi vs. 770.

- - - *non hac in sede quiescent*
Tam sacri cineres, sed te Cornelia, Magne,
Accipiet, nostraque manu transfundet in urnam.

& veretur Lucanus vs. 856. ne sit

cinis

Ausoniam, si tale ducis [a] violare sepulcrum!
Forsitan aut sulco sterili [b] cum poscere finem
A Superis, aut Roma volet feralibus Austris,
Ignibus aut nimiis, aut terrae tecta moventi,
Consilio, jussuque Deûm transibis in urbem,
Magne, tuam, summusque feret tua busta sacerdos.
Nam quis ad [c] exustam Cancro torrente Syenen
Ibit, & [d] imbrifera siccas sub [e] Pleiade Thebas
[f] Spectator Nili? [g] quis rubri stagna profundi,

Aut Ara-

VARIAE LECTIONES.

a *violasse* O. 1. b *compescere* B. 1. A. Ed. Ven. Br. male. V. Burm. ad Phaedr. F. 6. Drak. ad Sil. x, 379. Marp. A. W. O. 1. M. Edd. qdd. f *sectator* V. tert. c *exhaustam* vel *exaustam* B. 1. V. 2. M & alii Heins. d *umbrifera* B. 2. R. pr. M. vitiose. e *Pliade* R. pr. g *qui* Ed. Ven.

- - *cinis in summis turbatus harenis.*

sed quid multis hoc probem? Certe luce res clarior est, Cordum juxta Lucani mentem semiusta ossa cum cineribus in unum congestis terrae tantum condidisse, & lapide illic jacente texisse vs. 839. Neque *urna* sacris digna est, sed *umbra*, quam juxta cineres non rite sepultos oberrantem, uti & *manes*, pro ipsis cineribus nominat noster. Vide vs. 433, 696. ubi plura, 837, 844. IX, 151, 963. &c.

845 AUSONIAM] In veterrimo Vossiano, Edd. Ven. Brix. Mediol. est *Ausoniae.* in quinto *Ausonia. Transferre Ausoniae* in dativo casu non temere damnem. Consule omnino, quae notavi ad J. Obsequent. c. 97. & Scheff. ad c. 104. *Romae reverteretur*; quod tamen minus elegans est, & durius, quam *transferre Tenedo*, *Ausoniae*, & similia: quare nondum adsentior doctiss. viro ad Sall. B. Jugurth. c. 22. legenti *Romae missos*, & Augustei aevi scriptores ita fuisse locutos opinanti. Posterioris seculi eam esse Latinitatem, adhuc sentio.

847 AUSTRIS] Pestilentiae Mscr. *astris*, ut Sirius indicetur. BERSM. Mutatione non opus. Auster enim ventus calidus, & saepe pestifer. Ovid. L. VII. Metam. 532.

Letiferis calidi spirarunt flatibus Austri.

Sterilitati jungit noster *aëra tabificum* L. V, III.

848 IGNIBUS AUT NIMIIS] Quatuor signa, per quae jubebunt superi, Pompeji ossa in urbem revocari, aut famem dicit futuram, aut nimios aestus, aut ventos turbidos, aut terrae motum. SCHOL. Ventorum turbidorum tamen in Lucano nunc non fit mentio. Nisi sint corrupta verba *ignibus aut nimiis.* Scio, in maximo urbis incendio saepe consultos vates, & Quindecimviros; sed & non minus id fiebat in tempestatibus foedis, & procellosis, ut ex Livio, Obsequente, & aliis liquet. Pro *nimiis* in uno Berlm. Marp. Voss. quinto est *nimbis.* In Vossiano quarto *sulcis nimbis.* in sexto *membris.* Pro *aut* in Edd. Rom. & Parm. &c. An scripsit auctor *crebris aut nimbis* ut cum Scholiaste conveniat? Simili modo L. II, 200.

Saepe fames pelagique furor subitaeque ruinae,
Aut coeli terraeque lues.

An utrumque dixit auctor, ut quinque sint signa, *Ignibus aut nimbisve?* Vel potius errat Scholiastes, *Austros* male pro tempestate sumens, & *ignes* pro aestibus: cum per *Austros* auctor intelligat pestilentiam, per *ignes* incendium. Lib. VII, 412.

Aera pestiferum tractu, morbosque fluentes,
Insanamque famem, permissasque ignibus urbes,
Moeniaque in praeceps laturos plena tremores.

Incendium, & terrae motum jungit quoque L. I, 493.

- - - *credas aut tecta nefandas*
Corripuisse faces, aut jam quatiente ruina
Nutantes pendere domos.

Non displicet tamen *ignibus aut nimbisve.* Sic *nimbis flammisque* L. IX, 949.

850 SUMMUS] Pontificem dicit maximum. SCHOL.

850 SACERDOS FERET] Quemadmodum olim Cybeles, & Aesculapii simulachra Romam accersita fuere. Et ossa Thesei ab Atheniensibus quaesita. MICYLL.

852 THEBAS] Quatuor Thebae sunt, una ex Boeotia, altera in Cilicia (*Sicilia* MS.) Has Homerus memorat. Tertia in Thessalia. Quarta, de qua nunc dicit in Aegypto; quae imbres ignorat. SCHOL. *Voss. pr.*

857

Aut Arabum portus mercis mutator Eoae,
Magne, petet, quem non tumuli venerabile ſaxum,
Et cinis in ſummis forſan turbatus harenis
[a] Avertet? maneſque tuos placare libebit,
Et Caſio praeferre Jovi? [b] nil iſta nocebunt
Famae buſta tuae. templis, auroque ſepultus
Vilior umbra fores: nunc eſt pro [c] numine ſummo
Hoc tumulo, Fortuna, jacens. [d] auguſtius aris
Victoris Libyco pulſatur [e] in aequore ſaxum.

Tarpejis

VARIAE LECTIONES.

a *advertet* vulgo & *jubebit*. b *nihil* M. c *nomine* B. 2. O. 1. a m. ſec. R. pr. a m. pr. d *anguſtius* MSS. & Edd. qdd. e vulgo *ab*.

857 AVERTET] Alii *avertat*, alii *advertet*. Invitabit ad inviſendum ſepulcrum, vel à curſu ad parentandum divertet. BERSM. *Advertet*. Ita recte MS. GROT. Paſſim id quod conſpicuum eſt, *advertere animum*, *oculos* hominum dici, notum eſt. Verum ob unum, aut alterum Codicem hoc verbum praeferri non debet alteri *avertet*, quod in omnibus fere Pulm. & meis, etiam vetuſtioribus ſervatur, ac Edd. veteribus, niſi quod Rom. Parm. & Pariſ. habent *avertat*. Saxum *avertet* hominem ſcilicet ad ſe à ſpectando Aegypti miracula, vel mercibus emendis. Livius Lib. II. cap. 5. *Sed à ceteris conſulis liberi omnium in ſe averterant oculos*. Adde Lib. XXXIV, 37. ubi, ut ſolet ubique, in MS. Voſſ. etiam eſt *advert.*, & Cl. Drakenb. ad Silium XVI, 692.

Illum ego ad incenſas trepidantem & ſera paventem
Avertam patriae ſedes.

857 JUVABIT] *Jubebit* P. & Cant. Nov. Lect. Lib. III. cap. 2. PULM. Mſc. *jubebit*, quod idem Cantero probatur, ſed, & *libebit* & *licebit* in nonnullis legitur. BERSM. *Jubebit* Grotius quoque praetulit; ſed cur ille hoſpes potius jubebit Pompeji manes placare, quam volet ipſe hoc officio fungi? Ex meis certe unus tantum habet *jubebit*, & quidem recentior Voſſianus. plerique *juvabit*, vel *licebit*. Repoſui ego *libebit* ex veterrimis Regio primo, & Voſſiano tertio, quod agnoſcit etiam Hortenſ. margo. Hoc verbum abiit in *juvabit*: quia credebant debere convenire τῷ *quem*, quod non opus eſſe, ſciunt docti.

858 CASIO JOVI] Oſirim dicit, qui in Caſio monte colitur. SCHOL. Non Oſiris, ſed *Jupiter Caſius* illic colebatur. Vide Suidam h. voce & ibi Kuſter. Spon. Miſcell. Erud. Antiq. Sect. III. p. 75.

860 NUNC EST PRO NUMINE SUMMO] Hoc dixit, ſi in templo eſſes poſitus, quia minor eras hoc honore, qui Diis debetur, pro umbra accipereris; nunc autem Deus haberis in hoc tumulo poſitus, quo amplius merebaris, & quo es ipſe pretioſior. SCHOL. Quia Fortuna tua jacens hoc tumulo eſt nunc pro ſummo numine. ASCENS. Ἀποστροφὴ ad Fortunam, vel Pompejus fortunatus. BERSM. *Hoc tumulo Fortuna jacens*. Fortuna quodammodo cum ipſo Pompejo ſepulta, cui ſemper adfuerat. GROT. Duriſſima ſane locutio. *Fortuna tua jacens in tumulo eſt pro numine.* Nam *tua* non addit Lucanus; durior etiam ſi de *Fortuna* in genere ſumamus, quam Lucanus nunc non tantum, ſed ſemper ut ſummum numen inducit, & invocat, quae hoc tumulo includi nequit. Quare ego accedo reliquis viris doctis, hic prae admiratione ſubita ἀποστροφὴν à Lucano ad Fortunam eſſe factam, & *jacens* dici de Pompejo. pro *eſt* in duobus Berſm. Codd. & Voſſ. ſecundo ſcribitur *es*, in Regio primo, & Wittiano *&*, in Marpurg. *Sed nunc pro n. ſ. eſt.* Malim,

- - at nunc pro numine ſummo
Hoc tumulo, Fortuna, jacens.

O Pompei, ſi in templis, & auratis jaceres monumentis, vilior fores umbra; at nunc, o Fortuna, quam mire humanas res regis, quis crederet, tam vili tumulo poſitus pro ſummo numine habebitur.

861 AUGUSTIUS ARIS VICTORIS] Hoc dicit: ſacratior eſt lapis, qui te tegit, quam ſunt templa, quae Caeſar accepit. SCHOL.

862 AB AEQUORE] MSS. omnes Berſm. & mei cum Aldo, & Edd. quae praeceſſerunt Sulpitium praeferunt *in*. veriſſime. Mutavit Sulpitius, neſciens *in* apud noſtrum, & alios non raro ſumi pro *apud*, *circa*. L. IV, 634.

Tarpejis [a] qui saepe Deis sua tura [b] negarunt,
Inclusum [c] Tusco [d] venerantur cespite fulmen.
[e] Proderit hoc olim, quod non mansura [f] futuris
Ardua marmoreo surrexit pondere moles.
Pulveris exigui sparget non longa vetustas

Conge-

VARIAE LECTIONES.

a *sua tura Deis qui saepe* Marp. b *negarent* VV. LL. Steph. B. 1. *negarant* V. sec. a m. sec. Edd. primae. *negabant* V. sec. c vulgo *Fusco*. d *venerentur* Edd. qdd. & *numen*. e *proderat* R. 1. f vulgo *sepulcri*.

- - - - - *in undis*
Desectam timuit reparatis anguibus hydram.

ubi male quidam *arvis*. L. v, 289.

- - - *Rhenus mihi Caesar in undis*
Dux erat.

Adde L. v, 814. vi, 814. x, 130. Propert. Lib. 1, 3, 5.

Nec minus adsiduis Edonis fessa choreis,
Qualis in herboso concidit Epidano.

& Broukhus. ad L. 1, 1, 11. quaeque dixi ad Obseq. c. 85.

863 INCLUSUM TUSCO &c.] His probat, quemadmodum possit sacratius Pompeji saxum esse, quam Caesaris templum; plerumque qui in Capitolio noluerunt sacrificare, venerantur, & colunt saxum, in quo fulmen à Tuscis fuerit inclusum. Vel aliter. Sicut plerique Romani dimissis templis deorum in vilioribus locis sacrificant, ubi Tusci, religiosiores reliquis gentibus, fulmina recondebant; ita plerumque Piramides, & arae Caesaris dimittentur, & tua vilia busta adorabuntur. SCHOLIAST. *Fusco venerentur cespite numen* i.e. manes Pompeji sepultos in terra nigra. talis enim prae pinguedine est. SULPIT. Et ita si esses in capitolio sepultus, cum minor esses deis, qui tamen à multis contemnuntur, minus haberes numinis, & venerationis. sic Sulp. legit, & exponit. alii etiam legentes *fusco* sic interpretantur, ut sit per confirmationem dictum. Saepe qui negarunt sua tura deis Tarpejis eo quod sunt aurei aut inaurati, venerentur numen ipsorum inclusum cespite fusco. i. si esset in statuis fictilibus. Omnibonus autem (& Beroaldus) legunt *tusco*, & *fulmen* (ut etiam Aldus impressit) ut sit auspices, & extispices, ac augures tusci, qui negarunt sua tura deis Tarpejis, venerentur numen inclusum cespite tusco i. e. ara à tuscis sacerdotibus exstructa in luco, ubi fulmen ab Jove missum condiderint (aut bidentali disciplina, ut Beroaldus explanat) Praeterea Sulpitius legit illud. *Nunc est pro numine summo* &c. ut sit per insultationem in Caesarem, & fortunam dictum sic. Nunc fortuna hic Caesaris jacens hoc i. e. magnifico tumulo est pro summo numine Sc. stultis, qui strepitum fortunae colunt, tamen hoc saxum pulsatur &c. Mihi autem placet expositio, quam primam posui. ASCENS. Omnibonus legit, *Inclusum Thusco venerantur cespite fulmen*. Et interpretatur de ritu Haruspicum, ut sit sensus: *Quemadmodum Thusci sacerdotes dedignabantur saepe sacrificare Jovi Capitolino, & immolabant bidentem, ubi fulmen cecidisset, ita & umbris tuis sacrificia exhibebuntur à gentibus.* Sed prior lectio melior, & sententia planior est, verbum, *Venerentur*, potentialiter accipiendo, pro, venerabuntur, & colent. MICYLL. *Fusco venerantur cespite fulmen. Fusco venerentur cespitem numen:* ut sit sensus, qui Jovi, Apollini, Minervae, Junoni, Marti (hi enim in Capitolio colebantur) negarant aliquando sacrificia, venerabuntur hoc Pompeji saxum, quantumvis vile. pro *fulmen* Mscr. *nomen*, & ad marg. *fulmen*, sicut & alterum, sed tertium habebat *numen*, rectius: ut indicentur manes Pompeji nigra Aegypti terra sepulti. BERSM. *Fusco venerantur &c.* Nollem, à me sollicitatum hunc locum. Nam omnes MSS. ut & vulgati, habent *Thusco*. Sensus est; non mirum, si Pompejus tam vili tumulo conditus honoratur: nam & multi, qui in Capitolio sacrificare insuper habent, venerantur molem terream, cui ab aruspice inclusum est aliquid, quod erat fulminatum. Supra lib. 1.

- - *Aruns dispersos fulminis ignes*
Colligit & terrae moesto cum murmure condit.

Hominem fulmine exanimatum cremari fas non est: condi terra religio tradidit, est apud Plinium. GROT. Ed. sec. *Thusco* MSS. *Thusco cespite*, id est aggestione facta ex Ethrusca disciplina. Scholiastes ad Persium: *in usu fuit ut aruspices adducti ex Ethuria fulmina transfigurata in lapides infra terram absconderent. Venerantur*, caesis bidentibus, unde bidental dictus locus. vide interpretem ad artem Horatii, & quae nos supra circa finem libri primi. Vide & Festum in voce *Scribonianum puteal:* ubi *integi* dicit quod hic est *includi*. *Sopori* dixit Varro, ubi de Curtio lacu agit. IDEM. Ed tert. Cur ejectum est *Thusco?* Intelligit poëta disciplinam

Thusco-

Congeriem, bustumque cadet, mortisque peribunt
Argumenta tuae. veniet felicior aetas,
Qua sit nulla fides saxum monstrantibus [a] illud:
Atque erit Aegyptus populis fortasse nepotum
Tam mendax Magni tumulo, quam Creta Tonantis.

VARIAE LECTIONES.

a *istud* vulgo.

Thuscorum auguralem, & morem condendi fulminis. *Thuscus cespes* ara Thusco ritu posita, in qua bidental. Plinius Lib. III. c. 5. p. 141. *Umbros inde exegere antiquitus Pelasgi &c. Mox à sacrifico ritu lingua Graecorum Thusci sunt cognominati.* Nic. Heinsius legebat *ambusto*. V. Burmannus in Jove Fulgur. p. 53. BROUKHUS. Recte Grotius mutavit sententiam. MSS. enim omnes retinent *Tusco venerantur* & *fulmen*, clarissimo sensu. *fusco venerentur* & *numen* intrusum est à Sulpitio, quem temere secuti sunt alii: ut Ascens. Micyll. Hortens. &c. *Numen* est quidem in meo Codice, & uno Bersm. Sed hoc ex interpretatione ortum est, quod per fulmen inclusum Tusci loco illi dabant, ut noster in primo loquitur vs. 608. ubi vide. De *fusco cespite* vel à stipite semiusto, quo inscripserat Cordus nomen, vel à natura terrae Aegyptiae, quae notant alii, merae sunt nugae.

865 PRODERIT] Dicit beneficium Pompejo datum, quod non fuerunt ei perpetua busta constructa. SCHOL.

865 NON MANSURA FUTURIS] Conficiuntur enim haec omnia vetustate. i. e. quae futuris, & posteris non queant permanere. IDEM. *Mensura sepulcri. Mansura sepulcris:* & *mansura futuris* Micr. tria, & libri quidam h. e. duratura q. d. sepulcrum brevi eversum in causa futurum, ut posteri non credant, Pompejum esse mortuum; nec plus credant Aegypto jactitanti sepulcrum illius, quam Cretae Jovis. BERSMANN. Primo *mansura* (non *mensura*, quod putem sola typothetarum culpa in Gryph. Hered. Editionem irrepsisse, & nihilominus quasi foret adpositio ꝟ *ardua moles* à Pulmanno, & Bersm. retentum est,) recte Modius revocari jussit Ep. 95. Novant. Lect. & restituit Grotius. Dein reposui *futuris* pro *sepulcri*, ita jubentibus quoque quatuor MSS. Pulm. & meis novem vetustissimis cum Scholiaste, ac Edd. Rom. Parm. Brix. Bad. Micylli aliisque. *sepulcri* est glossa. *Futuri* sunt posteri. L. X, 270.

Nullaque non aetas voluit conferre futuris
Notitiam.

Silius L. V, 638.

- - - dabit exemplum non vile futuris
Flaminius.

Item vs. 870. inprimi curavi *illud*, ut est in uno Bersm. & meis tredecim, editisque ante Sulpitium, non *istud*. Malim quoque *Aegyptos*.

867 NON LONGA VETUSTAS] Intra paucos dies tumulus dissipatus peribit i. e. probari non potest. Posteri, cum tuum tumulum non videbunt: idcirco inter Deos te esse judicabunt. SCHOL.

872 MAGNI TUMULO] i. e. Ut ita credatur à nullo, quod Pompejus in Aegypto sit sepultus, quemadmodum Jupiter in Creta sepulcrum habere non creditur; sed hoc gentes istae sibi usurpasse videbuntur. IDEM.


M. AN-

M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE.

LIBER NONUS.

At non in Pharia dicit, quod bella Catoni
Libertate placent, qui Sextum multa minantem
Corripuit, postquam scivit de funere Magni.
Altera pars multos [a] *correctos voce Catonis*
[b] *Dicit, per Syrtes fore multa pericula passos.*
Tertia, quod Caesar simulavit [c] *flendo dolorem,*
Nec doluit saevus [d] *generi cervice recisa.*


T non in Pharia manes jacuêre favilla,
Nec cinis exiguus tantam compescuit umbram:
[a] Prosiluit busto, semiustaque membra relinquens,
Degeneremque rogum, sequitur convexa Tonantis.
Qua niger [b] astriferis connectitur axibus aër;
Quodque patet terras inter, lunaeque meatus,
Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos [c] vita patientes aetheris imi
Fecit, & aeternos animam conlegit in [d] orbes.

Non

VARIAE LECTIONES.

a *prosiliit* V. 2. b *astrigeris* V. 1. c *vitae* Grot. Ed. d *ortus* Serv. vitiose.

a CORREPTOS] Barth.
b SYRTIBUS IN MEDIIS DAT M.] Barth.
c FERRE] Amst. & meus.
d MAGNI] Meus.

1 AT NON] Vult hic poëta ἀποθέωσιν facere Pompejo. SCHOL. Apotheosin Pompeji hoc loco poëta describit, Platonicos hac in re secutus, qui animas piorum ad coelum redire, atque inter sidera referri tradunt. De qua re Platonem vide, ultimo de Repub. & Cicero. de Somn. Scipionis. MICYLL.

3 SEMUSTA] Forte *semiusta* (ut hic, & alibi est in MSS. & Edd. quibusdam) V. Pierium ad v. Aen. 697. Dein *patens* Gronovius, verissime. BROUKH. *Semiusta* reposui cum MSS. optimis, & Edd. primis. tam hic, quam supra, & deinceps, ut *Semianimis* &c. apud nostrum, & alios.

3 SEMIUSTAQUE MEMBRA RELINQUENS] Anima Pompeji igitur, sive umbra tamdiu corpus oberravit, quasi ex more insepultorum, donec esset combustum, & tunc in coelum illa abiit. Consule Barthium ad Statium L. x. Theb. 35, 11. Adversf. 13. & quae notantur ad Silium x, 577.

- - atque repens crepitantibus undique flammis
Aethereas anima exsultans evasit in auras.

4 DEGENEREM] Se non dignum, non quod rogus aliquando degeneret. SCHOL.

5 Ne-

Non [a] illuc auro positi, nec ture sepulti
Perveniunt. illîc postquam se lumine [b] vero
[c] Inplevit, stellasque vagas [d] miratus, & astra
Fixa polis, vidit, quanta sub nocte [e] jaceret
Nostra dies, risitque sui ludibria trunci.
Hinc super [f] Emathiae campos, & signa cruenti
Caesaris, ac sparsas volitavit in aequore classes;
Et scelerum vindex in [g] sancto pectore Bruti
Sedit, & invicti posuit se mente Catonis.

Ille, ubi

VARIAE LECTIONES.

a *illic* V. 1. b *puro* B. 1. al. *vivo*. c *induit* memoriae vitio Serv. vi. Aen. 640. d *miratur* vulgo. e *lateret* H. f *Emathios* B. 1. g *sacro* V. 1. Marp *justo* H. a m. sec.

5 NIGER AER] i. e. obscurus, & sine stellis. proximus tamen aëri lucido, & stelligero. *Nigri ignes* Lib. 1, 652. vi, 502. *Nigrae silvae* pro obscuris Horat. L. 1. O. 21. Non audiendus itaque vir doctus, qui malebat *piger*.

5 ASTRIFERIS AXIBUS] Axes hoc loco pro circulis posuit planetarum; ideoque addidit *astriferis*. Nam re vera in axe non sunt astra. SCHOL. Antonius Sabellicus (T. 1. Thes. Crit. p. 184.) hic pro *axibus apsibus* legendum esse contendit. *Apsibus*, ait Glareanus pro *apsidibus*, ut *strilibus* pro *strigilibus*. Sed nimis argutum est id nobis visum. Cui tamen id placeat, videat Plin. Lib. 11. c. 15. Sabellicus idem in quinto mox versu legit *&* *internos* pro *&* *aeternos*. Haud scio, qua ratione motus. Haec ille. HORTENS. Recte per *axes* circulos Planetarum intelligit Scholiastes. *circulus* dicitur Ovid. L. 11. Metam. 516. Immo idem vocat *axem* Lib. iv. Trist. iv, 62.

Pene sub ejusdem sideris axe jacet.

Claudian. Mallii Consul. 275.

Manlius igniferos radio descripserat axes.

Noctivagi axes ipsae vocantur stellae Claudiano in Prob. & Olybr. Cons. 242.

6 QUODQUE PATET] Lubet hic adscribere Magni viri J. F. Gronovii verba Observ. L. 1. c. 13. Pro *patet* alii Cod. *jacet*; MS. quem in Norico contuiimus *pates* a m. pr. Scribendum est *patens*. Quod inter terras, & lunae meatus patens habitant manes. Idem postea inveni in membranis Andinis. Inspice contextum, & verissimum hoc esse fatebere. Nec aliter agnoscit Scholiastes MS. *Et illud sequitur: quod habitant functi viri, illud dico patens inter terras, & cursus lunae ut ibi purgentur, quidquid terrenae faecis contraxerant.* Haec Gronovius post *Tonantis* minorem distinctionem ponens, ut repetatur *sequitur convexa, & patens, quod &c.* Nec aliter vult scribi Markland. Epist. Crit. p. 60. aliter syntaxin non constare censens. *Patens* quidem valde mihi adridet, & inveni quoque in Vossiano quinto, ac Oxon. primo. Dubito tamen valde, an haec vera sit Lucani manus. Nam videtur nimis longa fore continuatio unius periodi, usque ad vs. 10. ac putem potius, Lucanum post *sequitur convexa Tonantis*, finita periodo, descriptionem facere illius loci, eorumque, qui eum inhabitant. Idque patere videtur ex versu 10. ubi è contrario illos nominat, qui illuc non perveniunt: Deinde suspectum est *patens* absolute pro spatio. praeterea Priscianus c. 11, 23. Servius ad Aen. v, 735. Lutatius ad Statium L. ix. Theb. 641.

- - *interior coeli qua semita lucet*
Dis tantum.

citant vulgatum *patet*: nisi quod duo postremi habent *quaque patet*, ut est etiam in MS. meo, Edd. Sulpit. Ascens. Mic. Hort. &c. non male, ut subintelligat *aër*. Si *quod* retines, construe *habitant illud quod patet*. Τελείαν στιγμὴν igitur cum plerisque Editoribus posui post *Tonantis*. *Jacet* est in Pulm. uno, Witt. & Amstel. Seneca Cons. ad Helv. in f. *Quidquid inter coelum, terrasque interjacet.*

7 HABITANT] Sapientes volunt spatium, quod inter terram, & coelum est, possidere animas nobilium defunctorum. Inde verum de Anchisa. *Aëris in campis latis &c.* SCHOL.

8 INNOCUOS VITAE] Sic rescripsit Grotius ex uno Bersm. Cod. cui accedunt Edd. Ven. & Brix. in ceteris *vita*, ut & Prisciani, Servii, ac Lutatii citatis locis, quibus adde Lutatium ad L. vi. Stat. 112, 882. Revocavi igitur *vita*. Male concurrerent hic plures genitivi. *Vita* i. e. dum viveret (V. ad L. viii, 631., vel *innocuus vita* dicitur, ut *innocuus moribus*.

12 MIRATUS] Ita rectius, quam *miratur*, habent

Ille, ubi [a] pendebant casus, dubiumque manebat,
Quem [b] mundi dominum facerent civilia bella,
Oderat & Magnum, quamvis comes isset in arma,
Auspiciis raptus patriae, [c] ductuque Senatus.
At post Thessalicas clades [d] jam pectore toto
Pompejanus erat. patriam tutore carentem
Excepit; populi trepidantia membra refovit;
Ignavis manibus projectos [e] reddidit enses:
[f] Nec regnum cupiens [g] gessit civilia bella,
[h] Nec [i] servire timens. nil [k] caussa fecit in armis
[l] Ipse [m] sua: totae Magni post funera partes
Libertatis erant: quas ne per litora fusas

Conli-

Variae Lectiones.

a *pendebat* O. pr. A. b *belli* Edd. Br. Med. *domin. mundi* MSS. plurimi, & Edd. qdd. *dom. fac. mun.* B. 1. c *ductusque* V. 1. Ed. Ven. d *in* M. e *prodidit* O. 1. f *non* B. 1. Edd. Ven. Br. Med. g *gess. civ. bel. nec serv tim.* desunt in Edd. Brix. Med. h *nil* B. 1. i *servile* Reg. pr. *sentire* V. 1. k *caussas suas* V. pr. tert. Marp. Edd. Ven. Br. Med. cum Voss. sec. & Witt. a m. pr. l *ille* R. pr. W H. P. 3. Edd. Bad. Mic. Hort. m *sui* B. 2. meus. Edd. Bad. Mic. Hort. *sui &* Ox. pr. n Sic Ox. pr. al. *post M.*

bent quatuor Pulm. duo Bersm. Voss. prim. & quatuor alii Codd. Recte autem Vir. Doctiss. G. Vossius ad Valer. Flacc. L. IV, 28. & La Cerda existimant, Lucanum haec scribentem ante oculos habuisse Virgilii Ecl. V, 56.

Candidus insuetum miratur limen olympi
Sub pedibusque videt nubes, & sidera Daphnis.

ubi plura congerit Cerda de loco coeli, in quo heroes post mortem degere credebantur. Par nostri loci est ille Senecae Consol. ad Marciam cap. 25. ubi pro *delectat enim ex alto relicta respicere*, malim *despicere*. longior est locus, quam ut huc describi possit.

13 Sub nocte] Illic enim majus lumen invenit. SCHOL.

14 Risitque] Vanitatem scilicet sepulturae risit, cum esset receptus in coelum. IDEM.

17 Bruti] Hic enim in Senatu postea Caesarem occidit. IDEM.

21 Isset in arma] Msc. duo *esset*. BERSM. *Esset* Badius, & Hortensius male ediderunt. Noster L. X, 531.

- - - - rursus in arma
Auspiciis Ganymedis eunt.

Ad arma itum est. dicit Vellej. L. II. c. 48. *Ire sub armis* Silius. Vide Drakenb. ad L. XV, 151. Sic *ire in enses* supra L. VII, 670. *Ire in vulnera* alii, & similia passim. Consule N. Heinsium ad Ovid. Metam. Lib. IX, 405.

24 Tutore] i. e. defensore Pompejo. Potest hoc translatum à minoribus accipi, qui a tutoribus gubernantur. SCHOL.

25 Excepit, populi &c.] *Excepit* V. P. L. O. G. recte. *Excipit &* C. F. corrupte. PULM. *Excipit, & p.* à Veneta profectum Editione defluxit in Aldinam, quam Colin. Steph. Gryph. aliique sunt secuti, & in meis quinque est MSS. Amstel. *Excepit & p.* uti & Voss. prim. suprasc. *i.* Reg. prim. *Excipit p.* Sed recte Grotius reduxit veterem lectionem *Excepit. pop.* omissa copula: quod facere solet noster frequenter. Vide ad Lib. I, 155. Inf. vs. 56.

27 Nec servire timens] Ostendit, Catonem nihil pro se facere, sed etiam pro Senatu. Si nec ideo vult vincere, ut ipse regnet, nec ideo superari non vult, quia metuit servire victori. SCHOLIAST. Quippe paratus mori:

- - Τίς ἐστι δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν.

GROT. Fuit, cum hic mallem legere *sciens*. quae locutio nostro est familiaris. L. VII, 380. *Ne discam servire senex.* L. III, 118. *Nescit timere.* Sic Livius Lib. II. c. 2. *Nescire Tarquinios privatos vivere. Parendi scientissimus* Vellej. L. II. c. 79. ubi, ut hic *regnum cupiens*, jungit *imperii cupidissimus*. aliique. Nunc nihil muto. *Non timet servire* ille, ut recte animadvertit Grotius, qui mori paratus est, ex Stoicorum instituto. Ille enim non metuit servitium, cui semper laqueus, vel ferrum, vel venenum

Conligeret rapido victoria Caesaris actu,
Corcyrae secreta petit, ac mille carinis
Abstulit Emathiae secum fragmenta ruinae.
Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus [a] victas artasse carinas?
Dorida tunc [b] Malean, [c] & apertam Taenaron umbris,
Inde Cythera petit: Boreaque urguente carinas,
[d] Creta fugit: Dictea legit, cedentibus undis,
Litora. tunc ausum classi praecludere portus
Inpulit, ac saevas meritum [e] Phycunta rapinas
[f] Sparsit: & hinc placidis alto [g] delabitur [h] auris
In litus, Palinure, tuum: ([i] neque enim aequore tantum

* Ausonio

VARIAE LECTIONES.

a *junctas* B. 1. b *Maleon* V. sec. W. c *per ap.* VV. LL. Steph. d *Graeca* Edd. Rom. Parm. e *Phyconta* MSS. multi, & Edd. primae. f *spargit* V. 1. g *dilabitur* V. 1. h *undis* V. 1. i *nec* B. 2. V. 2.

num in promptu est, quo moriatur. Late haec alibi exsequitur Seneca.

32 CORCYRAE] Corcyra insula est in mari Ionio, quae antea Phaeacia vocabatur, ad quam delatus est. SCHOL.

34 FUGIENTIA] Mscr. *fulgentia*, depravate. BERSM.

35 ARTASSE] i. e. ut clauderet mare navium multitudo, ne conspici posset unda, ut Virgilius; *latet sub classibus aequor*. Potest & sic accipi, quod à mari artatae sunt i. e. sibi admodum junctae, quod tantum numerum capere pelagi latitudo non posset. SCHOL.

36 MALEAN] Civitas in promontorio Malea (*Maleo* Msc.) ut Virgilius; *Maleaeque sequacibus undis*. Declinavit autem τὴν ΔΩΡΙΔΑ. SCHOL. Promontorium Laconiae, quam *Dorida* appellat, à Doribus, id est, Laconibus, qui circa eam in Peloponneso sunt. Supra eam non tuta navigatio erat, ventis adversis flantibus. Unde natum proverb. *Quum ad Maleam deflexeris, domesticos obliviscere*. SULPIT. Graecus Senarius ita habet: Μαλέας δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. Vide Strabonem Libr. VIII. MICYLL. Libr. Impr. (Hortens.) *Maleamque, & apert. Dorida* dicit à *Doribus* hoc est Laconibus. Hic versus cum sequenti non est in Msc. BERSM.

36 APERTAM] Hic enim ingressus inferni, ut Virgilius, *Taenareas fauces*. SCHOL. V. Meursii Miscell. Lac. IV, II. Supra L. VI, 648. A Corcyra autem navigantibus prius obvia sunt Taenaros, & Cythera, quam Malea.

38 CEDENTIBUS UNDIS] Gryph. Edd. & Stephani *candentibus*, quo facit Oxon. unus *tendentibus*. *candescere* undae dicerentur à spuma, ut passim *canescere*, & *albescere* aequora dicuntur. Sed rectum est *cedentibus*. pro quo Amst. Cod. habet *fugientibus* ex glossa natum. Cedit aqua, cum à navi scinditur, & repellitur. Hinc Leander natans ait apud Ovidium Epist. XVIII, 78.

Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.

In alia re Ovid. L. III. Amor. VI, 44.

Cedere jussit aquam. jussa recessit aqua.

Silius L. XI, 513.

Cedentem inpellit retrorsus in aequora pontum.

Cedentem aera disco Horat. Serm. II, 2, 13.

39 PRAECLUDERE] *Percludere* Msc. mendose. BERSM.

40 PHYCUNTA] Graecus accusat. Phycuns civitas Graeciae juxta Asiam (immo Phycus civitas Cyrenaicae) Haec obstitit classi, ne portum ingrederetur, & victa est. SCHOL. Plinius in descriptione Cyrenaicae lib. V. cap. 5. Et deinde Ptolemaeus inquit, antiquo nomine Barce XXII. millia passuum. Mox CCL. millia promontorium Phycus, per Creticum mare excurrit, distans CCCL. mill. passuum à Taenaro Laconiae promontorio, à Creta vero ipsa CXXV. mill. post id Cyrene. MICYLL. Oppidum est Cyrenaicae, contra Taenarum. Meminere Strabo libro XVII. Plinius lib. IV. Solinus, & Stephanus. Construitur autem cum masculino, quia illa in οῦς contracta sunt ex όεις, ut ὀπῦς fuit ὀπόεις. κερασοῦς κερασόεις· ῥαμνοῦς ῥαμνόεις, & additum olim χῶρος. Sic φυκοῦς, φυκόεις χῶρος. Pari constructione in quinto dixit

[a] Ausonio monimenta tenes: portusque quietos
Testatur Libye Phrygio placuisse magistro.)
[b] Cum procul ex alto tendentes vela carinae
Ancipites tenuêre animos, sociosne malorum,
An veherent hostes: praeceps facit omne timendum
Victor, & in nulla non creditur esse carina.
Ast illae puppes luctus, planctusque ferebant,
Et mala vel duri lacrimas motura Catonis.
Nam, postquam frustra precibus Cornelia nautas,
Privignique fugam tenuit, ne forte repulsus
Litoribus Phariis remearet in aequora truncus,
Ostenditque rogum non justi flamma sepulcri;
Ergo indigna fui, dixit, Fortuna, marito
Accendisse rogum? [c] gelidos [d] effusa per artus
Incubuisse viro? [e] laceros exurere crines?

Membra-

VARIAE LECTIONES.

a *Ausoniae* VV. LL. Steph. b *tum* Edd. plerique & Ox. 1. c *gelidosque* MSS. & Edd. plerique. d *infusa* A. e *lacerosque* MSS. & Edd. qdd.

quas avius Hydrus ὀζεῦς. Similia sunt πυξῦς, σιτῦς, πιτυῦς, σχλοῦς, δαφνῦς. GROT. *Ed. sec. & tert.*

40 RAPINAS] Msc. duo *ruinas:* expugnavit, & diripuit. BERSM. Variae etiam Lectiones Steph. tres Pulm. & Voss. cum primo pro var. lect. Marp. Amst. & Edd. Ven. Brix. Med. habent *ruinas.* Vulgatum editur quoque in Prisciano c. 799. recte. Direptionem urbis notat. Lib. 1, 162. *hostiles rapinae.*

42 PALINURE] Aversio ad inditorem nominis. Est alioqui in Italia promontorium Palinurus denominatum à gubernatore Aeneae sic dictum, ibi sepulto. *Oppidum Helia*, inquit Plinius, *quae nunc Velia, promontorium Palinurum: à quo recedenti ad columnam Regiam, C. M. pass.* Caeterum de Palinuro Africae promontorio, judicium Glareani adscribam. At noster poëta, *inquit*, etiam hoc in Africa promontorium ab eodem gubernatore dictum contendit, per υ cum ν in tertia syllaba. cum Ptolemaeus in Marmaricae descriptione παλίουρον, vocet, absque ν in tertia syllaba. Est autem littorale promontorium. Multi existimant, hunc poëtam deceptum nominis similitudine *Palinurum* pro *Paliuro* posuisse. Haec ille. HORTENS. *Paliuri*, non *Palinuri* in Cyrenaica meminit etiam Strabo L. XVII. p. 838. Ed. Par.

42 TUUM: (NEQUE &c.) Parenthesin necessario hic addidimus. GROT.

43 MONIMENTA TENES] Ubi cum Aeneae classibus stetit, Palinuri portus est appellatus. Ubi sepultus est, loco nomen inposuit. ut Virgilius.

Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.

SCHOL.

44 LIBYE] Ante fuit, *Libyae.* Non Italia sola, sed & Africa testatur tutos portus Palinuro placuisse, & ab ipso dictos. GROT. In plerisque meis est *Libye*, ut emendavit Grotius. Passim in nostro confundi *Libyae*, & *Libye* saepe jam vidimus. de hoc loco vide seq. notam.

44 MAGISTRO] Classis Phrygiae gubernatori. In Msc. suprascriptum erat *marito*, ut Aeneas indicetur. BERSM. Quia Modius in Weidneri Cod. etiam invenit *marito*, ita legendum esse hoc loco existimabat Nov-Ant. LL. Ep. CXIX. ut Aeneam respectu Didonis intelligat auctor, sed tam abrupte Aeneam *maritum Phrygium* vocari à Lucano, mihi non fit verisimile. Dein ceteri MSS. & Servius retinent *magistro* i. e. gubernatore, proprio rei navalis nomine. V. L. 1, 501. II, 696. Scheff. de Mil. Nav. p. 296, 307. Drakenb. ad Silium L. IV, 719. Magis adridet altera Modii conjectura, pro *testatur Libyae* scribentis *testaris Libyae*; nam & Servius ad L. 1. Aen. 605. *Libyae* cum *ae* citat, sed pro *testatur*, habet *ostendit.* Fuerit forsan à Lucani manu.

Membraque disperſi pelago componere Magni?
Vulneribus[a] cunctis [b] largos infundere [c] fletus?
Oſſibus, & tepida veſtes inplere favilla,
Quidquid ab exſtincto licuiſſet tollere buſto,
In templis ſparſura Deûm? ſine funeris ullo
Ardet honore rogus: manus hoc Aegyptia forſan
Obtulit officium grave manibus. ô bene nudi
Craſſorum cineres! Pompejo contigit ignis
Invidia majore Deûm. ſimiliſne malorum
Sors mihi ſemper erit? numquam dare [d] juſta licebit
Conjugibus? [e] numquam plenas plangemus [f] ad urnas?
Quid porro tumulis opus eſt, [g] aut ulla requiris
Inſtrumenta dolor? [h] non toto in pectore portas
Inpia Pompejum? [i] non imis haeret imago
Viſceribus? quaerat cineres [k] victura ſuperſtes.

[a] Num ta-

VARIAE LECTIONES.

a *variis* B. 1. b *largosque* M. c *fluctus* V. 1. & Ox. pr. a m. pr. d vulgo *buſta*. e *numquid* Schol. Horat. p. 90. Ed. Cruq. *nusquam* B. 1. f *&* R. pr. a m. pr. g *an* B. 1. h *num* V. 1. vulgo *toto p.* i *num* V. 1. k *jactura* Hort. m.

\- - - - *portusque quietos*
Teſtaris Libyae Phrygio placuiſſe magiſtro vel *Libyes*. i. e. tu Palinure, teſtaris, & oſtendis eos portus Libyae, ſive Libycos, qui ſunt quieti, placuiſſe Phrygiis gubernatoribus. Sed *teſtatur* ſervant MSS. omnes.

46 ANCIPITES] Hoc dicit. Adventantes de longinquo naves eos, qui erant cum Catone, terrebant. Cornelia enim in his ratibus navigabat, & hi eſſe Caeſarem ſuſpicati ſunt, dum ſuos venire non credunt. SCHOL.

47 PRAECEPS] Caeſar turbidus faciebat, ut eſſent cuncta metuenda. Eſt ergo ordo. *praeceps victor facit omne timendum*. IDEM.

52 PRIVIGNI] Sexti Pompeji, qui fuit filius Pompeji, & Aemiliae (*Juliae* MS.) prioris conjugis. SCHOL.

52 REPULSUS] Mſc. *reciſus*. alii: *revulſus*, fluctu ſcilicet relabente. BERSM. *Revulſus* eſt etiam in tribus Pulm. Voſſiano ſexto, & ſec. a m. prima.

54 JUSTI] Mſc. *uſti* (item Pulm. unus Voſſ. & meus) corrupte. BERSM. Voſſ. prim. *viſi*, acute.

58 DISPERSI PELAGO] Quae unda diſperſerat, aſſidue fluctibus verberati Magni membra. SCHOL.

59 INFUNDERE] Mſc. *effundere*: minus apte. BERSM. Male *effundere* exhibent quoque Voſſ. unus, Marp. Amſt. Oxon. pr. a m. pr. cum Edd. Ven. & Brix. Vide ad L. VIII, 727.

Incubuit Magno, lacrimasque effudit in omne Vulnus.

60 TEPIDA] *Trepida* Mſc. (& Witt.) male. BERSM.

64 OBTULIT] *Abſtulit* h. eſt praeoccupavit Mſc. BERSM.

64 NUDI] Inſepulti.-Poteſt legi & *nulli*. Non enim ſunt concremati. SCHOL. Recte *nudi*. corporis relliquias, & umbram intelligit. V. Lib. VIII, 433. & ad vſ. 841.

66 SIMILIS] Nec enim Craſſum poterat ſepelire, nec Magnum. SCHOL.

67 DARE JUSTA] Ut ait Cicero. *Qui nondum omnia paterno funeri juſta ſolviſſet*. IDEM. *Voſſ. ſec.* Ex hac nota Scholiaſtis patet, hic ſcribendum *juſta*, non *buſta*, ut vulgo circumfertur, praeterquam in Voſſ. ſecundi textu. Non tantum *buſta dare*, (ſi quidem id Latinum eſt ſatis), ſed & cetera ſuprema munera, quae jam antea enumeravit Cornelia, maritis dare volebat. Nihil autem eſt notius, quam illa vocari *juſta*. *Dare juſta*, ut hic, apud Propert. L. III. El. 5, 25.

Et mater non juſta piis dare debita terrae,
Nec pote cognatos inter humare rogos.

Sed hanc emendationem jam occupavit Ill. Heinſius, qui plura dat exempla ad Ovid. L. IV. Triſt. x, 80.

Matri proxima juſta tuli.

[a] Num tamen [b] hic, longe qui fulget luce maligna,
Ignis, adhuc aliquid, Phario de [c] litore surgens
Ostendit mihi, Magne, tui? jam flamma resedit.
Pompejumque ferens vanescit Solis ad ortus
Fumus, & invisi tendunt mihi carbasa venti.
Non mihi nunc tellus, [d] Pompejo siqua triumphos
Victa dedit, non alta [e] terens Capitolia currus,
Gratior: elapsus felix de pectore Magnus.
Hunc volumus, quem Nilus habet, terraeque nocenti
Non haerere queror: crimen commendat harenas.
[*Linquere, si qua fides, Pelusia litora* [f] *nolo.*]
Tu pete bellorum casus, & signa per orbem,
Sexte, paterna move: namque haec mandata [g] reliquit
Pompejus [h] vobis in nostra condita cura.

[a] Me

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *nunc.* b *hinc* VV. L. Steph. P. 4. B. 3. V. 1. A. c *limite* Bouh. M. d *Pompeji* Edd. Rom. Parm. e *tenens* VV L.L. Steph. P. 1. B. 2. V. 2. M. f *nollem* W. g *relinquit* B. 1. V. 1. h *nobis* V. 1. A. M. Edd. R. P. B. M.

68 PLENAS AD URNAS] Mos enim erat, ut, si corpora suorum non haberent, simularent funus, & facerent sepulcrum; quod & hanc in duorum morte conjugum credo fecisse. SCHOL.

70 TOTO PECTORE] *T. in pectore* Msc. duo. tertium *tanto pect.* male. BERSM. Addidi *in* auctoritate omnium Pulm. & meorum Codd. ac Editionum quarumdam vetustarum.

71 NON IMIS] *Quia nominis* Msc. male. BERSMANN.

72 VICTURA SUPERSTES] Illa, inquit, debet exigere, ut marito tumulus exstruatur, quae post eum victura est, ut sit, quo ire possit cum lacrimis. Quod ego, quae morior, procurare non debeo. SCHOL.

73 NUNC TAMEN HIC] Mscr. *num tamen hinc* alt. *Hunc tamen hinc*, vitiose. tertium *non tamen hinc.* BERSM. Pro *nunc*, ex meis habent *non* Regius unus, & Edd. Parm. Brix. & Mediol. rectius, intelligendo *an.* ut vs. 153. non sciebat enim certo Cornelia, illo igni uri Pompejum; sed dubitabat, sperabatque. Consule vs. 62. & 141. Vel scribe *num.* certe *nunc* locum habere nequit, nisi nota interrogationis addatur, ut feci; sed & *num* confidenter reposui.

75 RESEDIT] *Recedit* Mscr. depravate. BERSMANN. Rectius MS. P. *residit.* sequitur enim *vanescit.* GROT. *Residit* est in Reg. primo. in meo *recessit.* Ceteri retinent *resedit*; quod non temere putem cum Grotio mutandum esse in *residit* praesenti tempore; quia in praesenti sequitur *vanescit.* Nam fumus adhuc restat, & paulatim demum vanescit, licet flamma jam sit exstincta, & resederit. *Sedere* cum compositis passim dicitur flamma. Ovid. L. 13. Metam. 408.

Ilion ardebat, neque adhuc consederat ignis.

Stat. Lib. III. Silv. Epic. 3. p. 110. Ed. Lindenbr.

Vix requies flammae, nec dum rogus ille Deorum
Sederat.

Metaphorice Horat. L. III. O. 3, 30.

Nostrisque ductum seditionibus
Bellum resedit.

Immo eumdem in modum Ovid. Epist. Her. XVII, 190.

Flamma recens parva sparsa resedit aqua.

Sed etiam Heinsius tam illo, quam hoc loco mavult *residit.* Judicium penes lectorem esto. Si quis tamen *residit* praefert, in praeterito capere mecum debet. nam à *Sido* venit *Sidi.* Vide ad Lib. III, 630. Senec. Agam. 261.

Iramque flammis jam residentem incitas.

76 SOLIS AD ORTUS] Incipiente enim sole desinit conspici, quam flammam lux major obscurat. SCHOL.

77

[a] Me cum [b] fatalis leto damnaverit hora,
[c] Excipite, ô nati, bellum civile, nec umquam
Dum terris aliquis nostra de stirpe manebit,
[d] Caesaribus regnare vacet. vel sceptra, vel urbes,
Libertate sua validas, inpellite fama
Nominis: has vobis partes, haec arma relinquo.
Inveniet classes, quisquis Pompejus in undas
Venerit: & noster nullis [e] non gentibus heres
Bella dabit: tantum indomitos, memoresque paterni
Juris habete animos. uni parere [f] decebit,
Si [g] faciet partes pro libertate, Catoni.
Exsolvi tibi, Magne, fidem, [h] mandata peregi.
Insidiae valuêre tuae, deceptaque vixi,
Ne mihi commissas auferrem perfida voces.

Jam nunc

VARIAE LECTIONES.

a versus hic legitur tantum in margine Bouh. b *fatali* Edd. qdd. c *accipite* R. 1. d *Caesareis* B. 1. A. e *vel* R. 1. f *licebit* Marp. Ox. pr. a m. pr. g *faciat* B. 1. O. 1. a m. sec. h *&* *m.* O. 1.

77 INVISI TENDUNT C.] Ut longius ducta fumum videre non possim. SCHOL.

79 TERENS] Quod ter in Capitolium ductus à Magno iter triverit assidue transeundo. IDEM.

80 ELAPSUS FELIX] Non jam, inquit, diligo, quod fuit felix, sed quod nunc miser est. Hoc enim supra dixerat Magnus, *& ipsum, quod sum victus, ama.* IDEM.

82 CRIMEN] Hanc ob caussam terram diligo, quod Pompejus illic occisus est. IDEM.

83 LINQUERE &c.] Hic versus in Mscr. duobus antecedit hunc, cujus initium; *non mihi nunc tell.* In altero sequitur hunc, *Gratior.* In tert. subjicitur huic; *victa dedit.* pro *Pelusia Pelusinaque* Msc. mendose. BERSM.

83 SI QUA FIDES] Difficile enim creditur, quod mulier solum hostile non timeat. SCHOL. Languent tum haec verba, tum totus hic versus, & plane otiosus est, & pro explicatione tantum additus à quodam vel librario, vel lectore. Spurium ego certe opinor. Meamque sententiam confirmant Regius prim. Oxon. pr. Voss tert. Bouhier. in quibus omnibus non comparet. Praeterea in tribus Vossianis, Wittiano, Hulst. Oxon. sec. Amstel. Edd. Ven. Brix. Mediol. ponitur post vel ante illum *gratior &c.* vel ante *non mihi nunc* &c. uti etiam in Bersm. Certo indicio, versum istum ex margine in textum inrepsisse. Per praecedentia satis dixerat, se in litore illo apud conjugem suum manere, & mori malle, quam alio ire.

85 NAMQUE HAEC] *Nam haec* Msc. contra metri rationem. BERSM.

86 CONDITA] Quae ego in mente reservavi. *Me* verba Corneliae, referentis ad Sextum verba Pompeji. SCHOL.

93 QUISQUIS POMPEJUS] Ambo enim filii ejus Pompeji dicti sunt, Sextus & Gneus. Possumus de omnibus accipere, qui fuerunt aliquando, Pompeji. IDEM.

96 ANIMOS] *Meos* Msc. male. BERSM.

97 PRO LIBERTATE] Ut non ipse bellum susciperet, sed libertas contra Caesarem: tunc vos Catoni obedire convenit. SCHOL.

100 AUFERREM] Ideo, inquit, & me non occidi, ut possim filiis tuis dicere, quae mandasti. IDEM. Deest etiam hic versus in Regio primo, & Bouhier. cui à recentiore manu margini adsutus est. In Voss. quarto praecedit superiorem. Est vir doctus, qui mallit *perdita.* Nihil muto. Dicit Cornelia, se, postquam à Pompejo illam deserente & relinquente in nave decepta fuerit, ideo vixisse, & sibi necem non consciville, ne perfidiae subiret crimen in auferendo mandata, quae Pompejo promiserat, se filiis ipsius tradituram. Si enim antea se occidisset, fidem non solvisset.

102 QUAM LONGO TRADITA LETO] Incertum est,

Jam nunc te per inane chaos, per Tartara, conjux,
Si [a] ſunt ulla, [b] ſequar: quam longo tradita leto,
Incertum eſt: poenas animae vivacis ab ipſa
Ante feram. potuit cernens tua vulnera, Magne,
Non fugere in mortem: planctu contuſa [c] peribit;
[d] Effluet in lacrimas: numquam veniemus ad enſes,
Aut laqueos, aut praecipites [e] per inania jactus.
Turpe, mori poſt te ſolo non poſſe dolore.
Sic ubi fata, caput ferali [f] obduxit amictu,
[g] Decrevitque pati tenebras, puppiſque cavernis
Delituit: ſaevumque [h] arctè complexa dolorem
Perfruitur lacrimis, & amat pro conjuge [i] luctum.
Illam non fluctus, ſtridenſque rudentibus Eurus
Movit, & exſurgens ad ſumma pericula clamor:
Votaque ſollicitis faciens contraria [k] nautis,
[l] Compoſita in mortem jacuit, favitque procellis.

Prima

VARIAE LECTIONES.

a *ſint* V. 1. b *ſequor* V. 1. c *parebit* R. pr. d *effluat* H. e *ad* i. O. 1. f *obducit* vulgo. g *decernitque* Ed. Par. h *alte* P. 1. V. 2. i *luctus* P. 2. *fletum* V V. LL. Steph. k *ventis* Marp. pro var. lect. l *compoſitam* V. 1.

eſt, quando moritura ſim. SCHOL. Sive neſcio horam mihi fatalem à ſuperis deſtinatam, ut praeter Scholiaſtem exponunt plerique interpretes. Sed an haec ſententia his verbis contineatur, ego quidem non video. *Longum letum* diceretur pro morte, quae diu poſt adventura ſit. In futuro itaque tempore: cujus locutionis exempla deſidero. Tacet hic Berſmannus. Badius [illegible]. *Incertum eſt quam* i. e. quantum longo *aevo* i. vitae ego *tradita* i. commiſſa à Deo. hoc eſt certo ſcio, quod te ſequar, ſed quando neſcio. At tum debuiſſet dixiſſe *ſeclo*, vel *longae luci*. Poſſet conjici *luctu* pro *luctui*, ſenſu perſpicuo. Interim rectius ex his verbis, ſi ſana quidem ſunt, hanc elicit ſententiam Omnibonus. Vita mihi inſtar mortis eſt: ea vero quam longa futura ſit, incertum eſt; ſed ſi diuturnior fuerit, poenas ab ipſa anima ſumam nimium vivaci. *Letum* igitur poſuerit pro vita inſtar leti, quae verius mors eſt, quam vita. Sic *mori curis*, *dolore* &c. non raro poëtae uſurpant.

103 ANIMAE VIVACIS] Ab anima mea exigam poenas, quae, te cum perire conſpiceret, non mox fugit in mortem. Ergo nunc cruciabitur, ut moerore lacrimiſque conſumta acceleret mihi fata tardantia. SCHOL.

104 POTUIT] Voſſ. pr. ſec. ſext. Reg. pr. Oxon. pr. a m. pr. & Hulſt. a m. ſec. exhibent *potui*; dein poſt *mortem* in Voſſ. ſec. & tertio eſt nota interrogationis. hoc ſenſu. An ego potui, vel potius an anima mea potuit cernere tua *vulnera*, ſive *funera*, (ut eſt in Voſſ. pr. quarto, & ſec. a m. pr. Marp. Witt. & Berſm. uno in marg.) nec ſtatim mori? ergo etiam peribit non manu, ſed planctu contuſa.

105 CONTUSA] Sic recte Grotius pro vulgato *concuſſa* reſcripſit. Ita enim exhibent Pulm. Berſm. & mei Codices, duobus exceptis. In Voſſ. quinto eſt *confuſa*. Animam potuit pro ſe ipſa. quae ſua pectora perpetuo piangendo, & tundendo periret. Vide ad Lib. II, 335.

- - - *contuſaque pectus*
Verberibus crebris.

ubi eadem varietas.

108 TURPE MORI] Turpe eſt, inquit, poſt te mori ſolo dolore non poſſe, i. e. moerendo conſumi. Nam illae mortes, quas dixi, eripiunt dolorem, & videor ſic periſſe, ne doleam; non quia dolebam. SCHOL.

109 OBDUXIT] Ita Berſm. & mei omnes MSS. & Edd. ante Gryphium, in cujus editione primum eſt *obducit*, quem male Steph. Pulm. aliique, Hortenſio

Prima [a] ratem [b] Cypros ſpumantibus accipit undis;
Inde tenens pelagus, ſed jam [c] moderatior, Eurus
In Libycas egit [d] ſedes, & caſtra Catonis.
Triſtis ([e] ut in multo mens eſt praeſaga timore)
[f] Adſpexit patrios comites [g] à litore Magnus,
Et fratrem, [h] medias praeceps tunc fertur [i] in [k] undas.
Dic, ubi ſit, germane, parens: ſtat ſumma, caputque
Orbis, an occidimus? Romanaque Magnus ad umbras
Abſtulit? haec fatur: [l] quem contra talia frater.
O felix, quem ſors alias diſperſit in [m] oras,
Quique nefas audis: oculos, germane, nocentes
Spectato genitore fero. non Caeſaris armis
Occubuit, dignoque perît auctore ruinae.
Rege ſub inpuro, Nilotica [n] rura [o] tenente,
[p] Hoſpitiis fretus ſuperis, & munere tanto
In proavos, cecidit donati victima regni.

Vidi ego

VARIAE LECTIONES.

a *rates* VV. LL. Steph. b *Cyprus* V. ſec. c *moderantior* B. 1. aliique male. V. Burm. ad Ovid. Am. II, 6, 23. IV. Tr. 4, 57. d *Syrtes* Hort. m. e *&* W. V. 1. f *ut vidit* B. 1. V. 2. M. Hort. m. *perſpexit* Marp. F. *proſpexit*. g *in* V. 1. *ab* W. h *& med.* B. 1. H. A. i *ad* V. 1. H. M. k *iras* Marp. in m. l *contra quem* O. pr. V. 1. m *undas* R. pr. V. 1. Ox. pr. a m. ſec. n *regna* B. 2. V. 3. Marp. Buh. M. W. a m. pr. O. pr. a m. ſec. Edd. R. P. B. M. *jura* O. ſec. o *tenenti* Edd. R. P. p vulgo *Hoſpitii fr. Superis.*

tenſio excepto, ſecuti ſunt.

110 PATI TENEBRAS] Hortenſius edidit *tenebris*, notans in margine, alios habere *tenebras*: ut *pati* abſolute ponatur: quomodo ſaepe noſter, & alii. ſed vetat ita legi nimia repetitio *&* *is*; refragantur etiam omnes Codd.

110 CAVERNIS] In interioribus, & ſecretioribus navis partibus. SCHOL.

111 COMPRESSA DOLOREM] *Complexa* Mſc. quatuor, & libri aliquot, quod non diſplicet. BERSM. Immo unice verum eſt, & MSS. omnes exhibent, ac editiones pleraeque doctorum cura concinnatae. Male *compreſſa* eſt in Edd. Rom. Parm. Ald. Col. Steph. Gryph. & Pulm. Quid intelligat per *complexa dolorem*, aperit ipſe Lucanus ſubjungendo *amat pro conjuge luctum*. *Dolori ſe dare* Plin. L. III. Epiſt 16.

114 EXSURGENS] Mſcr. *inſurgens*: quo Virgilius quoque crebro utitur. BERSM. *Inſurgens* exaratum etiam in duobus Pulm. Voſſ. uno, & Oxon. pr. a m. pr. cum Edd. Ven. Brix. & Mediol. & VV. LL. Steph. Nihil muto.

115 CONTRARIA] Ipſa precabatur adverſa jam timentibus nautis. SCHOL.

116 COMPOSITA] Ut, quemadmodum peritura vellet, ſic jam membra componeret. *ſaevitque procellis.* i. e. optavit, ut creſcerent. SCHOL.

121 PATRIOS COMITES] Vel *Pharios*. Romanos ſcilicet, ſed qui ad Alexandriam cum Pompejo principe navigaſſent. IDEM.

126 DISPERSIT] Conjicit amicus meus non male, legendum eſſe *diſſepſit*.

131 HOSPITIIS FRETUS SUPERIS] Poteſt junctum accipi *hoſpitiis fretus ſuperis* i. diis hoſpitalibus. *Fretus* enim dicimus, & illa re, & illius rei fretus. SCHOL. Vel *hoſpitiis* (f. *auſpiciis*) *ſuperis*, i. dextris. Quando ſuperi Pompejum adjuvabant, tunc fuit ille locus ei apertus. Hoc & nunc putabat, & ea ſpe deceptus ibi interfectus eſt. IDEM. *Voſſ. pr.* Poteſt eſſe Dialyſis, id eſt diſtinctio; vel *ſuperis*, id eſt, hoſpitalibus Diis fretus: vel *ſuperis* pro ſupernis hoſpitiis, id eſt ſuperioris temporis: quia hoſpitio Pompeji uſus eſt, cum pater Ptolemaei in regnum reſtitutus eſt &c. OMNIBON. *Hoſpitii fr. Superis*. Mſcr. tria *hoſpitiis*; & quart. *officiis*. Fretus jure hoſpitii, & beneficentia, qua uſus erat erga reges Aegypti, praecipue Auleten. BERSM. Vulgata lectio *hoſpitii fr.*

Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris:
[a] Nec [b] credens [c] Pharium tantum potuisse tyrannum,
Litore Niliaco socerum jam stare putavi.
Sed me nec sanguis, nec tantum [d] vulnera [e] nostri
[f] Adfecêre senis, quantum gestata per [g] urbem
Ora ducis, quae transfixo sublimia pilo
Vidimus: haec, fama est, oculis victoris iniqui
Servari, scelerisque fidem quaesisse tyrannum.
Nam, corpus [h] Phariaene canes, [i] avidaeque volucres
[k] Distulerint, [l] an furtivus, quem vidimus, ignis
Solverit, ignoro. quaecumque injuria fati
[m] Abstulit hos artus, [n] Superis haec [o] crimina [p] dono:
Servata de parte queror. Cum talia Magnus
Audisset, non in gemitus, lacrimasque dolorem

[a] Effu-

VARIAE LECTIONES.

a *non* V. 1. b *credes* B. 1. *crederem* M. c *tant. Phar.* O. 1. d *funera* B. 1. e *patris* B. 1. R. 1. A. Edd. Rom. Parm. f *affixere* V. 1. g Gr. Edd. *urbes. orbem* V. 1. H. R. pr. a m. pr. h *Phariine* B. 1. R. 1. *Phariaeque* B. 1. i *avidaene* V. pr. sec. Buh. Marp. H. *avidique* Ed. Ven. k *distulerat* B. 1. l *aut* Edd. R. P. m *sustulit* Ox. pr. a m. sec. n *fatis* Marp. o *carmina* B. 1. Marp. p *dona* R. pr.

Superis à Sulpitio est orta, quam Badius, Stephanus, aliique dein receperunt, per *superos hospitii* intelligentes θεοὺς ξενίους, sive Deos hospitales, de quibus vide Tomasinum de Tesseris cap. 6. &c. & passim apud Poëtas. Verum num illi dii possint Latine vocari *Superi hospitii* s. tutores, ut supplent interpretes, vehementer dubito. Aliud etiam olim fuisse lectum, patet ex Scholiaste, & Omnibono, nempe ita *Hospitiis fretus, Superis, & m.* i. e. confidens hospitalitis jure, quam cum Ptolemaeo olim exercuerat, & Diis, qui ipsi propitii semper ante hac fuerant, & munere &c. Vel junctim *hospitiis superis*, vel *auspiciis*, ut est in meo Codice & Ed. Veneta. *Hospitiis* etiam exhibent plerique Pulm. omnes Berlm. & mei MSS. ac Edd. veteres, ut & Aldi, Parif. Colin. quod cum Omnibono interpretor, hospitia olim culta, & superioris temporis. de ipso hospitii loco Virgil. L. III. Aen. init.

Hospitium antiquum Trojae.

132 DONATI VICTIMA] Qui contulit proavis Ptolemaei regnum, pro eo munere inmolatus est. SCHOL.

135 SOCERUM] i. e. Caesarem illic esse credidi, & ab illo patrem esse prostratum. IDEM.

137 PER URBES] *Per urbem* MSS. omnes Alexandriam scilicet. GROT. *Ed. sec. & tert. Urbem* omnes etiam nostri legunt. Quare ita rescripsi. In ipsius quoque Grotii sola editione est *urbes*, ut ille correxisse prius videtur, ex duobus Berlm. Codicibus. Sed recte mutavit sententiam.

138 SUBLIMIA] Msc. tria *deformia*; sed ad marg. *sublimia* alt. reponit. *Deformia* meus Cod. rec. Voss. ac Oxon. pr. & Witt. pro var. lect. male. Gestaverunt caput sublime, ut conspici posset. quod & saepe alias factum. Valer. Max. L. IX. c. 4. *Qui cum C. Gracchi familiaris fuisset, caput ejus abscindere, & per urbem pilo fixum ferre sustinuit.* Plura vide in notis Cel. Burmann. ad Vellej. L. II. c. 2. *Cujus caput abscissum ferri gestarique circa Praeneste Sulla jussit.*

139 FAMA EST] Hac, inquit, homines loquebantur servari, ut advenienti Caesari possint ostendi. *Oculis*; ut illi crederetur, quod ille Pompejum mactasset. SCHOL.

145 MAGNUS] Abusus est patris nomine (ut supra vs. 121.) nam hic Gneus erat. IDEM.

151 TANTA FUIT MERCES] Hanc mercedem bellorum maximam dicit, si & patrem sepeliat, & Ptolemaeum interficiat. IDEM.

154 MAREOTIDE] Mareotis palus in Aegypto: unde Virgilius. *Sunt & Mareotides albae.* IDEM.

Ante

[a] Effudit, [b] justaque furens pietate profatur:
Praecipitate rates [c] è sicco litore nautae;
Classis in adversos erumpat remige ventos:
Ite duces mecum: [d] numquam civilibus armis
Tanta fuit merces, inhumatos condere manes,
Sanguine semiviri [e] Magnum [f] satiare tyranni.
[g] Non ego Pellaeas arces, adytisque [h] retectum
Corpus Alexandri [i] pigra Mareotide mergam?
Non mihi Pyramidum [k] tumulis [l] evulsus Amasis,
Atque alii [m] reges Nilo torrente natabunt?
Omnia dent poenas nudo tibi, Magne, sepulcra:
[n] Evolvam busto jam numen gentibus [o] Isin,
Et tectum lino spargam per vulgus Osirin,
Et sacer in Magni cineres [p] mactabitur Apis,

Subposi-

VARIAE LECTIONES.

a *effundit* P. 1. B. 1. Marp. *diffudit* P. 1. b *victaque* Marp. c *ex* P. 6. V. 1. Ed. Ven. *a* Edd. R. P. B. M. d *nusquam* P. 4. B. 3. V. 3. W. H. V. pr. a m. sec. e *&* M. V. 1. f *satiate* Ed. Med. g *num* V. 1. h *remotum* A. i *in p.* R. 1. k *cumulis* V. sec. l *avulsus* VV. LL. Steph. Ox. pr. m *Nilo r.* V. 1. n *involvam* B. 1. *Et v.* V. 1. o *Isim* MSS. plerique. p *jactabitur* Edd. Sulpit. Asc. Mic. Hort.

Ante *Aropotes* dicta, ut Plinius Lib. v. cap. 10. MICYLL. *Meotide*, Mscr. (& Marp. ac Amst.) mendose. BERSM.

155 AMASIS] Rex Aegypti potentissimus. SCHOL. Amasis potentissimus rex Aegypti fuit, factione populi creatus, ejecto propter saevitiam Aprie, ut Herodotus tradit libro secundo. Hic primus Aegyptiorum Cyprum in potestatem suam redegit. Ejusdemque temporibus Cambyses Aegypto bellum intulit, quod Amaside mortuo, filius ejusdem Psammenites una cum regno gessit, qui superatus, & captus à Cambyse, poto sanguine taurino vitam finiit. Ut idem Herodotus libr. tertio autor est. Amasidis autem & Plinius meminit libr. XXXVI. cap. 12. qui illum in pyramide à Sphingis figura appellata, conditum scribit. MICYLL.

156 ATQUE ALII REGES] Markland. Epist. Crit. p. 150. corrigit *& Pharii.* cur non *ac Pharii*, si quid mutandum tamen est?

157 SEPULCRA] Mscr. *sepulcri*, h. e. carenti sepulcro. BERSM.

158 JAM NUMEN] Vide ad L. 1, 63. *Tu mihi jam numen.*

158 EVOLVAM BUSTO JAM NUMEN GENTIBUS ISIN, ET TECTUM LINO SPARGAM PER VULGUS OSIRIM] Minae exorcistarum apud Aegyptios. Eusebius in praeparatione sic ponit: *τὰ κρύπτα τῆς Ἴσιδος ἐκφανῶ, τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος διασκεδάσω τῷ τύφωνι.* Habet & Jamblichus VI, 5. GROT. *Ed. tert.*

159 LINO] Msc. *Nilo* perperam. Isin uxorem Osiridis Ovid. *Linigeram* vocat, vel à sacerdotum vestitu, vel statuae ipsius amictu. BERSM. Vide hoc loco Omnibon. Heins. ad Ovid. L. 1. Art. Am. 1, 79. Broukh. ad Tibul. 1, 3. 30. Infra X, 175. Vitiose etiam vulgo apud Lactant. L. 1. de F. Rel. c. 21. editur *ligno.* Ceterum sequens versus praecedit hunc in Voss. primo, Buher. & Wittiano. Deest hic in Amst. Dein *per vulnus* est in Voss. sec. ac Ed. Rom. in primo suprascript. est. *Spargere per vulnus* esset dictum pro lacerare. Consule notata ad L. II, 119. Sed vulgatum praestat. *Osirin* recte habet Reg. prim. & Buh. Post *Aegypton* Voss. tert. non *Aegyptum.* & *populis, genitor*, pro *gen. pop.* in uno Pulm. Reg. primo, Amst. ac Edd. Rom. Parm. concinnius.

161 DEIS URAM CAPUT] Caput scilicet Pompeji, quod reservatum est, sic uram: supter flammis Deorum simulacra subponam. SCHOL.

164 SUPERISQUE FUGATIS] Nam Deos se sparsurum minitatus est. IDEM.

165 SAEVAS] Voss. prim. cum meo *saevus.* Forsan rectius. Otiosum enim plane hic est *saevas.* Sed optime *saevus* de Pompejo tam horrenda minante diceretur.

Subpositisque [a] Deis [b] uram caput. has mihi poenas
Terra [c] dabit: linquam vacuos cultoribus agros;
Nec, Nilus cui crescat, erit: solusque [d] tenebis
Aegypton populis genitor, Superisque fugatis.
Dixerat, & classem saevas rapiebat [e] in undas.
Sed Cato laudatam juvenis compescuit iram.
  Interea totis, audito funere Magni,
Litoribus sonuit, percussus planctibus, aether:
Exemploque carens, & [f] nulli cognitus aevo
Luctus erat, mortem populos deflere potentis.
Sed magis, ut visa est lacrimis exhausta, [g] solutas
In vultus effusa comas, Cornelia [h] puppe
Egrediens, rursus geminato verbere [i] plangunt.
Ut primum in sociae pervenit litora terrae,
Conlegit vestes, miserique insignia Magni,

Arma-

VARIAE LECTIONES.

a *Diis* MSS. qdd. b *vestra* Edd. R. P. V. c *dabis* R. pr. O. pr. M. d *tenebit* P. 4. B. 3. V. 1. Edd. R. P. B. Hort. e *ad* B. 1. Edd. R. P. f *nullo* P. 2. V. 1. g *solutis* H. V. sec. pro var. lect. h *puppi* R. pr. Buh. a m. sec. i *plangit* A. Hort. m.

166 LAUDATAM COMPESCUIT] Et ipse Cato laudavit, & ipse compescint. SCHOL.

170 POPULOS DEFLERE] Est autem infinitivus *deflere* positus Graeco more pro *deflendo*, sive ut deflerent. MICYLL. Omnibonus, & Sulpitius ita haec capiunt, tamquam voluisset Lucanus dicere. Non est visum umquam; quod populi lugent ob mortem potentis viri, cum potius laetantur. Micyllus vero, & Hortensius, quibus accedit Bersm. exponunt per Graecum infinitivum pro Gerundio, sive in deflendo; ut sit: numquam ita nec tam acerbe populi defleverunt mortem potentis. Sic Propert. L. 1, 9, 6.

Non me Chaoniae vincant in amore columbae
Dicere &c.

in dicendo. Sil. Ital. VII, 214.

Vincam servare invitos.

Inf. vs. 191. De similibus infinitivis vide J. F. Gronovium L. II. Observ. c. 14. Simplicior tamen mihi videtur Omniboni expositio. Modo Lucani hanc fuisse mentem existimemus, ut id de vero luctu dicat, & non simulato, aut coacto. Nam alioqui falsum est, populos nullo aevo deflevisse mortem potentis. Absurdissima esset Hyperbole. pro *deflere* autem in Edit. Paris. est *perflere*.

176 QUAS GESSERAT OLIM] Msc. *fecerat*. Ita & Micyll. & Maro (IV. Aen. 264.

Fecerat, & tenui vestes discreverat auro.

ut ad Corneliam referatur. BERSM. Praeter Micylli editionem Veneti quoque, Taberius, Badius, Hortensius, aliique cum duobus Pulm. libris & Oxon. pr. a m. pr. exhibent *fecerat*. Eleganter: Notum enim est abunde, uxores maritis, matres filiis, sponsas sponsis pretiosas tam apud Romanos, quam Graecos texuisse vestes: quod omnes poëtae pro singulari operis sui ornamento monere saepe amant. Nihil tamen muto temere. Videntur potius hic mutasse *gesserat*, quibus durius videbatur, subintelligendum esse nominativum *Magnus*. Vide ad L. II, 218. & alibi.

177 PICTASQUE TOGAS] Quae palmatae adpellabantur: id est triumphales. SCHOL.

178 TER CONS. JOVI] Ter enim constat triumphasse Pompejum, ut Paterculus scribit dicens. *Hujus viri fastigium tantis auctibus* (*actibus* MS.) *fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia* (*Hispania* MS.) *triumpharet: ut* (& apud Vellej. L. II, 40.) *quot partes terrae* (*terrarum orbis* Vellej.) *sunt, totidem facerent* (*faceret* Vellej.) *monumenta victoriae suae.* IDEM.

179 MISERAE] Cornelia haec habebat, quasi de corpore ipsius collectus esset cinis. IDEM.

180

Armaque, & inpressas auro, quas [a] gesserat olim,
Exuvias, [b] pictasque togas, velamina summo
Ter conspecta Jovi, funestoque intulit igni.
Ille fuit [c] miserae Magni cinis. accipit omnis
Exemplum pietas, [d] & toto litore busta
Surgunt, Thessalicis reddentia manibus ignem.
Sic, ubi depastis submittere gramina campis,
Et [e] renovare parans hibernas Apulus herbas,
Igne fovet terras, simul & Garganus, & arva
Vulturis, & calidi lucent buceta Matini.
[f] Non tamen ad Magni pervenit gratius [g] umbras,
Omne quod in Superos audet convicia vulgus.
Pompejumque [h] Deis obicit, quam pauca Catonis
Verba, sed à pleno venientia pectore veri.
Civis obît, [i] inquit, [k] multum majoribus inpar

Nosse

VARIAE LECTIONES.

a *gesserit* V. 1. b *purasque* Ed. Ven. c *miseri* W. V. 1. d *e toto* H. *ex toto* V. 1. *&* *t. e l.* O. pr. e *revocare* W. pro var. lect. f *nil* Hort. m. g ita 13. mei, B. 2. Edd. Rom. Parm. Paris. vulgo *umbram*. h *Diis* V. pr. i *dixit* VV. LL. Steph. B. 2. Ox. pr. Ed. Ven. Br. k *multo* vulgo.

180 EXEMPLUM] A Cornelia enim didicerunt sepelire suos, quorum corpora non habebant. SCHOL.

181 REDDENTIA MANIBUS] Ut illos, quos in Thessalia perdiderunt, similiter humarent, vestibus concrematis, (*vestes concremantes* Voss. pr.) ut fecit Cornelia de marito. IDEM.

184 IGNE FOVET TERRAS] Silius L. VII, 365.

Cum Calabros urunt ad pinguia pabula saltus,
Vertice Gargani &c.

Videndum esse Briosium in Epist. p. 138. & seqq. monet Broukhus.

185 BUCETA] Hic autem omnes Apuliae montes appellavit, ubi boves sunt infiniti. SCHOL. *Buxeta*. Loca buxis plena. Legitur & *bucera*, id est, boum pascua. *Bucerus* enim est possessivum à bove. Lucil.

Lanigerae pecudes, & equorum duellica proles,
Buceriique greges.

Quod quidam *Buceriae* corruperunt. SULPIT. Variat hoc loco. Sunt, qui legant, *buxeta*, hoc est, loca buxis densa, & obsita: Rursum nonnulli, *bucera*, loca, in quibus boves pascunt. HORTENS. Msc. tria, *buceta*, ut pascua indicentur boum, quod non improbo. BERSM. *Buceta*. Sic legendum, non *buxeta*. GROT. Recte ita restituit Grotius, ut omnes MSS. vel *bucceta*, & Editiones Sulpitio, quem temere in *buxeta* plerique secuti sunt, priores habent; & pascua sic dicta a bubus cum Scholiaste bene exponit Omnibonus. Olim jam hoc monuit quoque Scaliger ad Propert. Lib. IV, 1, 125. & Savaro ad Sidonium Apollin. Lib. II. Ep. 2. *per depasta buceta reboans*. de bucetis adi etiam Scaliger. ad Varron. L. IV. de Ling. Lat. p. 39. Ed. Dordr..

188 OBICIT] Prima syllaba necessitate metri corripitur. SCHOL.

190 MULTO MAJORIBUS INPAR] Msc. quatuor *multum*. Non conferendus quidem cum priscis laude justitiae, & moderationis. BERSM. *Multum* exhibent Msti, quibus ego usus sum, omnes cum Edd. Ven. Brix. Med. Sulp. Bad. Mic. & Hortensi. Omnino recte; quare in textu reponendum curavi. Immo nescio, an istud alterum *multo impar*, quod est in vulgatis, Latinum sit. Ita certe censet Celeb. Bentlejus de loco Horatii Lib. II. Sat. 3, 315.

Tanto dissimilem, & tanto certare minorem.

ubi bene ex veterrimis membranis restituit *tantum dissimilem*. Claudian. II. in Eutrop. 411.

- - - - multumque priori
Dispar.

Sil. Ital. L. XIII, 708. *Multum majora viro.*

Nosse modum juris, sed in hoc tamen utilis aevo,
Cui non ulla fuit justi reverentia; salva
Libertate potens, & solus plebe parata
Privatus servire sibi, rectorque Senatus,
Sed regnantis, erat. nil belli [a] jure poposcit:
[b] Quaeque dari voluit, voluit [c] sibi posse negari.
Inmodicas possedit opes; sed plura retentis
Intulit: invasit ferrum, sed ponere norat.
Praetulit arma togae; sed pacem armatus amavit.
Juvit sumta ducem, juvit [d] dimissa potestas.
[e] Casta domus, luxuque carens, conruptaque numquam
Fortuna [f] domini. clarum, [g] & venerabile nomen

Genti-

VARIAE LECTIONES.

a *jura* vulgo. b *quodque* B. 1. c *quoque* Marp. d *demissa* MSS. & Edd. qdd. male. citat Serv. ad Aen. 1, 207. e *castra* Ed. Ven. f *est d.* H. g *ac* H.

191 NOSSE MODUM JURIS] Modum potestatis suae ponere. SCHOL. Rursum autem usus est infinitivo, Gerundii significatione, ac modo, ut sit *nosse* pro noscendo dictum. MICYLL.

192 CUI NON ULLA FUIT] Sed in hoc ipso profuit reipublicae, quod numquam veritus aequitatem (ita MS.) nam calcasset remp. Caesar, nisi furori suo parem ad resistendum aliquem reperisset. SCHOL. *Cui nonnulla.* Videlicet aevo: & id quod in Pompejo vituperavit, adscribit tempori, non naturae ejus. si, *cui*, ad civem retuleris, legendum est, *non nulla*, id est, aliqua. SULPIT. Lego, *cui non ulla fuit* &c. Ut relativum *Cui*, cum nomine, *aevo*, construatur, sitque sensus: Sed in hoc tamen, scilicet quod se ultra civem non extulit, & semper minus potestatis, ac juris, quam ei concedebatur, sibi usurpavit, profuit, atque utilis fuit huic aevo, sive aetati, cui nulla reverentia justi est, hoc est, quando omnes jus, & fas contemnunt, ac negligunt, suo quisque arbitrio viventes, & agentes, quantum quisque potest. Profuit autem vel aliis exemplum exhibendo se ipsum, vel quia non ipse quoque talis fuit &c. MICYLL. Commoda interpretatio, & minime absurda. Non enim vituperat Pompeium sed laudat eum, vel isto nomine, quod corrupto seculo, tum praesenti, tum Syllano, potens esset salva libertate, quam alii oppressum irent. HORTENS. In hac parte tamen, quod potentia praeditus, & auctoritate se non extulit supra civem, vir utilis fuit huic aevo, sive aetati, alioqui prodigae omnis justitiae. BERSM. Hanc lectionem, utroque Regio, Oxon. & aliis tam meis, quam doctorum virorum MSS. & Editionibus primis comprobatam secutus sum, cum Badio tamen jungens *in hoc aevo.* Aliquantum tamen de veritate hujus lectionis dubito, quia Cato, è cujus persona haec referuntur, non videtur dixisse *aevum, cui nulla fuit j. rev.* sed *cui est*; nisi dixerit tantum respectu ipsius Pompeji, & Caesaris, eorumque partium. Certe omnes Pulm. & decem mei, in quibus veterrimi Vossiani, Buh. & Witt. est *nonnulla*, quod agnoscit Omnibonus; ut cum Scholiaste ad Pompejum referas, & paullo majorem ponas distinctionem post τ' *aevo.* Dixisset tum Cato. Civis occidit, qui multum quidem inpar fuit majoribus in agnoscendo juris modo; sed qui tamen in hac aetate utilis fuit; quoniam ei aliqua adhuc (glossae Voss. primi *plurima* exponunt) justitiae cura, & reverentia fuit, licet non tanta, quanta fuerat priscis Romanis. Mihi tamen altera magis placet lectio.

193 SOLUS &c.] Ordo. *solus privatus plebe parata sibi servire.* SCHOL.

195 BELLI JURE] Ita reposui. recentiores Edd. habent *jura*, quod manavit ex Grotii Editione, in quam typothetarum vitio inrepsisse videtur. Unus tamen, & alter ex MStis praeferunt etiam *jura.* Quod argumento est, nihil esse tam incongruum, & vitiosum, quod librarii non commiserint, & libro MSto non inveniri possit. *Jure* autem scribendum esse, ceteri scripti, & typis expressi Codd. ac sana ratio docent.

196 DARI VOLUIT] Sensus hic est. Volebat ipse difficilia, & magna praestare, quae si sibi poscenti propter magnitudinem negarentur, aequo animo susti-

Gentibus, & [a] multum nostrae quod proderat urbi.
Olim vera fides, Sulla Marioque receptis,
Libertatis obît: Pompejo rebus ademto,
[b] Nunc & ficta perît. non jam regnare pudebit;
Nec color inperii, nec frons erit ulla Senatus.
O felix, cui summa dies fuit obvia [c] victo,
Et cui quaerendos Pharium scelus obtulit enses!
Forsitan in soceri [d] potuisses vivere regno.
Scire mori, sors prima viris, [e] sed proxima, cogi.
Et mihi, si fatis aliena in jura venimus,
[f] Fac talem, Fortuna, Jubam: [g] non deprecor hosti
Servari, dum me servet, cervice recisa.

Vo-

VARIAE LECTIONES.

a *nostrae m.* V. 1. H. A. b *& nunc* B. 2. V. 1. H. c *leto* B. 1. d *potuisset* B. 3. mei 6. Ed. Ven. Pulm. aliaeque. e *&* V. 3. M. *sors* A. non male. f *da* vulgo. g *nec* V. pr. A.

sustinebat. SCHOL. Vellejus de eodem hoc Pompejo: *potentiae, quae honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus.* Et de eodem Dion: *ὁ μὲν Πομπήϊος παρ' ἑκόντων τιμᾶσθαι καὶ ἐθελόντων προστατεῖν, φιλεῖσθαί τε ἐσπούδαζε. τῷ δὲ* (Caesari) *οὐδὲν ἔμελλεν εἰ καὶ ἀκόντων ἄρχοι καὶ μισοῦσιν ἐπιτάσσοι, τάς τε τιμὰς αὐτὸς ἑαυτῷ διδόναι.* Cic. de Finibus II. *Ut hodie est noster Pompejus, cui recte facienti gratia est habenda: esse enim, quamvis velles justus, iniquus poterat impune.* Sic & epistola, quae Ciceronis nomine ad Octavium legitur, Antonium Octavio conferens: *Ille ea tamen exorabat, quae volebat auferre: tu extorques.* GROT. *Ed. sec.* & *tert.* Recte Omnibonus explicat. *Non enim ita petebat honores, ut ab invitis extorqueret, sed à voluntariis acciperet.*

197 SED PLURA RENTENTIS INTULIT] Hoc verius puto, quam quod nimis liberaliter de eo Vellejus: *Pecunia Tigranis, sicut Pompejo moris erat, redacta in quaestoris potestatem, ac publicis descripta literis.* GROT. *Ed. tert.*

198 INVASIT FERRUM, SED PONERE NORAT] Consentit & in hac re Vellejus: qui sic de Pompejo: *In appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus, ut qui eos, ut libentissime iniret, ita finiret aequo animo, & quod cupisset arbitrio suo sumere, alieno deponeret.* IDEM. *Ed. tert.*

202 CLARUM ET VEN. NOMEN] Badius, Micyllus, & Hortensius dederunt *charum*: quod verum quoque in Pompejo. Valde enim ab exteris gentibus, regibusque amabatur. Hinc vs. 227.

Nos, Cato da veniam, Pompeji duxit in arma,
Non belli civilis amor.

Sed Msti nihil mutant. Quare vulgatum retinere malo.

204 RECEPTIS] Sensus hic est. Cum recepti in urbem sunt Sulla, & Marius, libertas vera succubuit. Jam Pompejo peremto etiam umbra, quae remansisse videbatur, ablata: illorum ergo vita reipublicae nocuit, hujus interitus. SCHOLIAST. Male Berlmann. *receptis* explicat. scil. ad consulatum; vel tellure h. e. mortuis.

207 NEC COLOR INPERII NEC FRONS &c.] Ut dicat, se reip. velle consulere, cum aliquis ad regnum adfectat. *Frons senatus est.* Si, cum ipse inperet, Senatus nomen adponat, cui se dicat omnem potentiam reddidisse. SCHOL. Cic. L. IV. Epist. 15. ad Atticum: *Amisimus, mi Pomponi, non omnem modo succum, & sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam civitatis.* GROT. *Ed. tert.*

210 SORS PRIMA &c.] Prima felicitas vel sors est, ut victi sponte moriantur; proxima, ut coacti. Pompejo dat secundam sortem, qui coactus occubuit. SCHOL.

213 DEPRECOR] i. e. non recuso, non refuto. IDEM. Vide Lutat. ad Statii Lib. VIII. Theb. 218.

- - - nec deprecor umbram
Accipere.

213 FAC TALEM] i. e. sicut Ptolemaeus Pompejum, ita me Juba occidat. SCHOL. Differunt hic manu exarati libri, & Edd. In paucioribus scriptis meis est *da*, ut vulgo circumfertur, non male. Sic enim Lib. VIII, 144.

Da similes Lesbo populos.

Verum

Vocibus his major, quam ſi Romana ſonarent
Roſtra ducis laudes, generoſam venit ad umbram
Mortis honos. fremit interea diſcordia [a] vulgi:
Caſtrorum, bellique piget poſt funera Magni.
[b] Tunc [c] Tarchondimotus linquendi ſigna Catonis
Suſtulit; hunc rapta fugientem claſſe ſecutus
Litus in extremum, tali Cato voce notavit:
O numquam [d] pacate Cilix! iterumne rapinas
[e] Vadis in aequoreas? Magnum Fortuna removit:
Jam pelago pirata redis. [f] tum reſpicit omnes
In coetu, motuque viros: quorum unus aperta
Mente fugae, tali compellat voce [g] regentem:
[h] Nos, Cato, da veniam, [i] Pompeji duxit [k] in arma,
Non belli civilis amor, parteſque [l] favore
Fecimus. ille jacet, quem paci [m] praetulit orbis,

Cauſ-

VARIAE LECTIONES.

a *vulgo* O. 1. male in Edd. qdd. junguntur *vulgi caſtrorum*. b ita Voſſ. pr. H. Edd Bad. Mic. Hort. m. vulgo *cum*. c vulgo *Tarchon motus* & *Tarchon in motu*. d *placate* B 2. V. 2. Marp. O. 1. e *tendis* Edd. qdd. contra MSS. omnes. item *ad aeq*. P. 1. & Edd. qdd. f *tunc* MSS. & Edd. qdd. g *Catonem* B. 1. V. 1. h *O* Marp. i *Pompejus* B. 1. V. 1. a m. ſec. k *ad a*. Edd. Rom. Parm. l *favori* W. Buh. *favoris* Edd. Ven. Br. m *protulit* B. 1.

Verum in tribus Pulm. duobus Berſm. Voſſ. pr. ſec. tert. Buh. Regio uno, utraque Oxon. Hulſt. Amſt. meo, & Edd. Rom. Parm. Brix. Mediol. Sulp. Bad. Mic. Hort. &c. eſt *fac*. *Fatalem* in Regio pr. & Wittiano, pro *fac talem*. quorum optimorum Codicum auctoritate motus repoſui *fac*.

219 TARCHON] Fuit dux piratarum Cilicum, qui à Catone abduxit exercitum. *motus*, iratus. SCHOL. *Cum Tarcho in motu linquendi*. In medio animorum motu ſignum ſeceſſioni dedit. Frigidius ante: *Cum Tarchon motus*. GROT. *Ed. pr.* Fuerat *Tarchon motus* in vulgatis. At in MS. P. in margine adſcriptum, *al. dimotus*: quod viam praeit ad veram lectionem *Tarcondimotus*. ita enim nominatur hic Cilicum princeps Ciceroni ad Atticum lib. xv. ep. 1. & Floro, ac Graece Dioni Ταρκονδίμοτος. Corrupte apud Caeſarem, *Tarcundarius*, apud Strabonem Ταρκοδίμοτος. apud Plutarch. *Antonio* Ταρκόνδημος. GROT. *Ed. ſec.* & *tert.* Recte mutavit ſententiam ὁ πάνυ. Nihilominus ex ejus conjectura in textu retentum fuit *Tarchon in motu*. MSS. omnes *Tarcon motus*, vel *Tharcon*, vel *Tarchon*. Verum ex notis Grotii adparet, unice veram eſſe lectionem *Tarchondimotus*, ut diſerte habent unus Cod. Pulmanni, ſive potius *Tarcondimotus*. Sic enim dux ille Cilicum adpellatur: quomodo hunc locum jam emendaverat Doct. Vinetus ad Florum Lib. IV. c. 2. *Inde Dejotarus Ariobarzanes, Tarcondimotus, Cotys* &c. ubi omnino videndus. Illic autem MSS. quatuor Leidenſes ſeparatim exarant *Tarcon*, *Dimotus*, ut in Argumento quodam hujus libri in marg. Voſſ. ſec. *Tarchontis*, *Dimoti & aliorum ſociorum*. Ut dixi, ſcribendum eſt *Tarcondimotus*. Anſam corrumpendi jam olim hujus nominis dedit Virgilius, qui Lib. VIII. Aeneid. 506, 603. *Tarchontem* Hetruſcum memorat.

220 SUSTULIT] i. e. dedit ſigna, quibus Catonem milites deſerant. SCHOL.

224 JAM PELAGO] *In pelago* Mſc. male. BERSMANN.

225 APERTA] Hoc eſt, non diſſimulans, quod abire cupiebat. SCHOL.

226 REDIS] In Regio primo, & Amſtel. ſcribitur *redi*. ut jubeat quaſi per increpationem, & ignaviae eorum opprobrium, eos redire ad piraticam; quoniam illis Pompejus non erat jam metuendus; ſi nollent ſe ſequi. Confer vſ. 268. *Ite o degeneres* &c. Sed & vulgata non temere loco movenda.

228 FAVORE] i. e. non noſtra cauſſa, ſed ſtudio

Caussaque nostra perît: patrios permitte penates,
Desertamque domum, dulcesque revisere natos.
Nam quis [a] erit finis, si [b] nec Pharsalia, pugnae,
Nec Pompejus erit? perierunt tempora vitae;
Mors eat in tutum: justas sibi nostra senectus
[c] Prospiciat flammas. bellum civile sepulcra
Vix ducibus [d] praestare potest. [e] non barbara victos
Regna manent: [f] non Armenium mihi saeva minatur,
Aut Scythicum Fortuna jugum: sub jura togati
Civis eo. quisquis Magno vivente secundus,
Hic [g] mihi primus erit: sacris praestabitur umbris
Summus [h] honor: dominum, [i] quem clades [k] cogit, [l] habebo;
Nullum, Magne, [m] ducem. te solum in bella secutus,
Post te, fata sequar: [n] neque enim sperare secunda
[o] Fas mihi, nec liceat. Fortuna [p] cuncta tenentur

Cae-

VARIAE LECTIONES.

a *finis erit* P. 3. V. 1. O. pr. Edd. Ven. B. M. Bad. Mic. Steph. Hort. b *non* B. 1. Marp. Ed. Asc. c *percipiat* V. 1. d *donare* Edd. V. B. M. e *nec* H. f *nec* O. 1. g *modo* R. 1. h *honos* B. 1. i *clades quem* non male, B. 1. k *coget* Buh. *cogat* M. l *habendo* Marp. Ed. Mic. *habeto* Edd. Br. Med. *ab evo* R. pr. m *ducum* V. sec. n *nec* P. 3. B. 3. V. 3. Buh. W. H. *nec cui* A. o *spes* Hort. m. V. L. 1, 360. p *juncta* Hort. m.

dio, quod alii praestabamus. SCHOL.

230 CAUSSA NOSTRA PERÎT] Sensus hic est. Postquam Pompejus occisus est, propter quem totus orbis ad bella convenit, etiam caussa nostra, qua dimicabamus, exstincta est. Pompejus enim ipse iis erat caussa, ut susciperent bella civilia. IDEM.

232 PHARSALIA, PUGNAE] Amstel. *Pharsalica pugna*. male. *si non pugnae, seu belli finis erit Pharsalia*; quam saepe, ut & *Thessaliam* sumit auctor pro proelio ibi acto. V. L. VII, 204. VIII, 510. & saepius. Sed occasione harum vocum incidit mihi locus Flori, quem hic emendatius proferam, Lib. 1. c. 18. *Tota hostium agmina ardentibus ruinis operuerunt, nec alius cladi finis fuit, quam nox.* Sic duo vetustissimi Codd. Leidenses. vulgo additur *dirimeret*. *alius* itidem est in quatuor MSS. Leidd. vulgo *ante*, vel *alias*.

233 PERIERUNT TEMPORA VITAE] Si, inquit, vitam, & ejus fructum per bella perdidimus, saltem in quiete moriamur; quoniam dari otium non potest vitae, quae pene finita est. SCHOL.

236 VIX DUCIBUS] Nedum nobis: quia Pompejus insepultus est. IDEM.

238 TOGATI CIVIS] Leve facit imperium, si & civis est, & togati. IDEM.

241 DOMINUM, QUEM CLADES COGIT HABEBO] Nam si elegerit dominum, Pompejo inrogaret injuriam. Nunc autem inponitur Caesar dominus, non optatur. SCHOL.

243 POST TE, FATA SEQUAR] *Post tua fata* Sabellicus in Annotat., quae verior lectio. PULM. Distinguit scilicet Sabellic. T. 1. Thes. Crit. p. 184. post *habebo*, & non post *ducem*. *Nullum ducem sequar post tua fata*: idque in tribus MSS. exstare, monet Bersmann. mei Codd. nihil variant. Dixit miles: Habebo dominum, quem clade coactus debeo; sed nullum habebo ducem. Te solum pro duce agnovi, dum viveres, Magne; post te non habebo ducem, sed dominum; & fata, quibus parere necesse est, sequar. Non video igitur, cur sic non recte legatur, & distinguatur.

245 EMATHIUM &c.] Hoc dicit. Vires desunt nobis; quia Emathium certamen totum fugavit exercitum. SCHOL. Caesar victor dissipavit partes Pompejanas, nec victis praestatur fides, cum ab omnibus deserantur. BERSM.

248 SCELUS EST] Sensus hic est. Nunc post mortem si geramus bella civilia, scelus vocabitur; quae cum illo vivente gereremus, fides nominabatur. Videbamur enim ideo pugnare, dum Pompejo volumus fidem exhibere. SCHOL.

Caesaris: Emathium [a] sparsit victoria ferrum.
[b] Clausa fides miseris, & toto solus in orbe [c] est,
Qui velit, ac possit victis praestare salutem.
Pompejo, scelus est bellum civile, peremto,
[d] Quo fuerat vivente, fides, [e] si publica jura
Si semper [f] patriam sequeris, Cato, signa [g] sequamur,
Romanus quae Consul habet. sic ille profatus
[h] Insiluit puppi, juvenum comitante tumultu.
Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis,
Indiga servitii, fervebat litore plebes:
Erupêre ducis sacro de pectore voces.
Ergo pari [i] voto gessisti bella, juventus,
Tu quoque pro dominis, & Pompejana fuisti,
Non Romana manus? quod non in regna laboras,

Quod

VARIAE LECTIONES.

a *spargit* B. 1. b deest in A. c *causa* V. 2. d *quod* B. 1. & Schol. non male. e *sed* M. f *seq. pat.* V. 3. W. Buh. Marp. & Edd. qdd. g vulgo *petamus*. h *insiluit* B. 1. V. 1. Edd. qdd. i *motu* Marp.

250 SIGNA SEQUAMUR] Ita pro vulgato *petamus* rescripsi, auctoribus MSS. vetustissimis, ac integerrimis Voss. primo, sec. Witt. ac Buher. venustissima repetitione, qua saepe usum Lucanum, plus semel monuimus. Dein *signa sequi* nostro familiaris est locutio. Vide notata ad Lib. II, 519.

- - - *quod signa secutus*
Sit patriae, Magnumque ducem.

251 CONSUL] i. e. Caesar, nam ingressus urbem sibi dederat consulatum. SCHOL.

253 ACTUM ROMANIS &c.] Hic, & qui hunc proxime sequitur versus, non leguntur in uno Mscr. eosque & Modius inducit. BERSM. Ex suis scilicet, & tribus Pulmanni Codicibus, Epist. CXIX. Novantiq. LL. Et sane non reperiuntur quoque hi versus in tertio Vossiano, nec in Editionibus Romana, ac Parmensi. A recentiore etiam manu adscripti sunt tantum margini MSS. Buher. Wittii, & Marpurg. Salvo quoque sensu abesse illos posse, fateor. Quia tamen in longe plurimis, & inter eos optimis Vossianis, & Regiis comparent, & genium Lucani satis redolent, non temere ausim illos proscribere, & spurios declarare. Videntur potius prius inducti ab eo, qui credebat, nimis multum Cilicibus hic tribui, quod, illis abeuntibus, actum foret de rebus Romanis. Verum bene advertendum, non jam solum Cilicas, sed omnem juventutem, & plebem (i. e. vulgares milites, seu castrorum plebem, V. L. VI, 144. VII, 160. in Hort. marg. male *pubes*. *plebes* ait noster quoque L. V, 58.) etiam Romanam, discessionem cogitare; ut diserte addit auctor, & jam ante vs. 225. dixerat, omnes viros in coetu, & motu fuisse. His ergo Catonem linquentibus, & servitium libertati armis parandae praeponentibus, de rebus Romanis in Africa actum fuisset ex Lucani sententia. Si tamen delere hos versus malis, per me licet.

256 PARI VOTO] Eodem voto, quo Caesariani: pro domino, non contra dominatum. GROTIUS.

258 NON ROMANA] Quia non pro Roma pugnasti. Sicut nunc vis servire Julio, ita bellum gessisti, ut Pompejum defenderes, non ut patriam liberares: & ideo victi sumus. SCHOL.

258 NON IN REGNA LABORAS] i. e. an ideo tibi displicet bellum, quia jam tuo labore alteri regnum non facturus es, sed pro te dimicabis. IDEM. *In regna laborare* est omni labore agere, ut quis regnet, seu regnum exerceat. Consule Gronov. ad Senecam de Tranq. An. c. I. *In speciem laborant.*

259 TIBI] Quia dominum neminem facies. IDEM.

259 MORIENSQUE QUOD O.] *Morerisque* Mscr. quatuor, probe. BERSM. Etiam omnes Pulmanni, & mei Codd. cum Editionibus cunctis Aldo, (qui *moriens* intrusit deceptus quibusdam edi-

Quod tibi, non ducibus, vivis, [a] morerifque, [b] quod orbem
Adquiris nulli, quod jam tibi vincere tutum eſt,
Bella fugis, quaerifque jugum cervice [c] vacanti,
Et neſcis ſine [d] rege pati? nunc cauſſa pericli
Digna viris. potuit [e] veſtro Pompejus abuti
Sanguine: [f] nunc patriae jugulos [g] enſeſque [h] negatis,
Cum prope libertas. unum Fortuna [i] reliquit
Jam tribus [k] è dominis. pudeat: plus regia Nili
Contulit in leges, & Parthi militis arcus.
Ite, ô degeneres, Ptolemaei munus & arma
[l] Spernite. quis veſtras ulla [m] putet eſſe nocentes
Caede manus? credet faciles [n] ſibi terga dediſſe,
Credet ab Emathiis [o] primos fugiſſe [p] Philippis.
Vadite ſecuri: meruiſtis judice vitam
Caeſare,

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *moriensque quod.* b *quid* B. I. c *vacante* vulgo. d *lege* B. I. e ſic MSS. & Edd. vulgo *veſtro p. noſtro* B. I. V. 2. R. I. Marp. Ed. Ven. *veſtri* P. I. f *non* V. I. g *enſemque* O. I. h *negaſtis* H. i *relinquit* V. I. H. Ed. V. k *ex* B. I. V. I. l *pt. Spernite munus, armaque* V. I. m *putat* B. 2. R. I. n *tibi* Edd. Hack. vitioſe. o *primo* V. I. p *Philippos* H.

editis, in quibus eſt *moriaris*,) prioribus, cumque non ſecutus Aſcenſio, Micyllo, Hortenſio, aliiſque. Jamque ita emendaverat Modius dicto loco: quare in textum reſtitui, diſtinctione poſita ante *quod*, & ſigno interrogationis poſt *pati*. Senſus eſt. An ideo jam bella fugis, quod jam non laboras pro aliquo rege, & quia vivis, & moreris tibi, non ducibus, tibique orbem adquiris, & vincis, non alii; an ideo, dico, bella fugis, & quaeris (Forſan rectius *quaeriſne*) jugum &c.? Immo nunc potius eſt dimicandum. Digna enim pericii cauſſa, eſt libertas, quae uno è dominis ſublato, prope adeſt. Malim etiam ſeqq. *nunc patriae &c.* per interrogationem legere.

261 VACANTE] Mſc. *vaganti.* alt. *vagante*, & tert. *vacantem.* Libera ab omni ſervitute. BERSMANN. *Vaganti* vitioſe exhibent. vel *vagante* VV. LL. Steph. duo Pulm. & mei quatuor. *Vacanti* Voſſiani veteriores tres, Buh. Wittian. & Amſtel. cum Edd. Rom. & Parm. recte. per *i* enim ſolebant deſinentia in *ns* ſaepe terminare, & noſter paſſim. V. III, 458. VI, 170. VIII, 489. &c. G. J. Voſſium de Analog. L. II, 12.

262 NESCIS SINE REGE PATI] Abſoluta locutio: *neſcis pati ſine rege* i. e. aut vitam pati neſcis, aut neſcis eſſe ſine rege. ut Virgilius.

Certum eſt in ſilvis, inter ſpelaea ferarum
Malle pati.

SCHOL. Adi notata ad L. v. 313.

- - - - - *diſce ſine armis*
Poſſe pati.

263 DIGNA VIRIS] Hoc dicit. Nunc juſtius laboratis, & quaecumque ſunt ſubeunda pericula, digne in hoc tempore perfruuntur. (ſic MSS.) jam enim vobis vincendo, non alii proderitis. SCHOL.

266 PLUS REGIA NILI &c.] Hic enim (Ptolemaeus) Pompejum, illi (Parthi) Craſſum percuſſerunt; quod libertati. & legibus prodeſt, duobus dominis ſublatis. IDEM.

269 SPERNITE] Male in Amſtel. eſt *vincite*, & in Wittiano, Buher. Voſſiano tertio, & Scholiaſte ſecundi eſt *ſternite*; nullo, vel certe non idoneo ſenſu. Recte exponunt interpretes; contemnite arma, & munus Ptolemaei, quod per arma, & occiſionem domini unius ſc. Pompeji donavit nobis. In Scholiaſte confuſe ad haec verba erant tranſlata ea, quae pertinent ad vſ. 278. *Ducite Pompejos. Ptolemaei vincite munus.* unde putem, illic pro *ducite*, *ſternite* in MSS. quibuſdam fuiſſe lectum: non inepte, & ni fallor, rectius quam *ducite* pro, occidite etiam Pompeji filios.

269 ULLA PUTET] *Nulla* Mſc. (Amſt.) vitioſe. Hoc enim dicit, quis putet, vos fortiter pugnando manus hoſtium caede cruentaſſe. BERSMANN.

Caesare, non armis, non obsidione subacti.
O famuli turpes, domini post [a] fata prioris
[b] Itis ad heredem. cur non majora mereri,
Quam vitam, veniamque [c] libet? rapiatur in [d] undas
Infelix [e] Magni conjux, prolesque Metelli;
Ducite Pompejos; Ptolemaei vincite munus.
Nostra quoque inviso quisquis [f] feret ora tyranno,
Non parva mercede dabit. sciat ista juventus
Cervicis pretio, bene [g] se mea signa secutam.
Quin agite, & magna meritum cum [h] caede parate:
Ignavum scelus est tantum fuga. dixit; [i] & omnes

F Haud

VARIAE LECTIONES.

a *terga* V. 1. b *istis* O. pr. c *juvat* B. 1. d *undis* O. 1. e *conj. Mag.* MSS. & Edd. qdd. f *ferat* B. 1. V. 1. Ed. Ven. g *me sua* B. 1. h *clade* B. 1. i *at* R. pr.

271 PRIMOS] Sunt, qui legant *patrios*. E Pharsalica pugna, quod primi è pugna recepistis patriam. HORTENS. Scilicet in Parif. Edit. A. 1512. est *patrios*; perperam, neque, quid sit, intelligo. Recepit tamen in textum Hortensius. Vulgo autem sub *credet* intelligunt *quisque*. Mihi magis placet, cum Badio propter τὸ *sibi*, ut *Caesar* subintelligatur, quo judice ideo meruerunt vitam.

272 VADITE SECURI] Timere nolite. Ita enim estis ignavi, ut nemo vobis credat, in civili bello aliquem vulnerasse. Quod viris est criminosum, si non nocentes sunt caede, cum gesta sint bella civilia. SCHOL.

273 NON OBSIDIONE] Hinc Claudian. Lib. II. praef. in Eutrop.

Non acie victi, non obsidione subacti.

278 PTOLEMAEI VINCITE MUNUS] i. e. plus facite, quam videtur fecisse Ptolemaeus. Offerte victoriam Caesari, uxorem Pompeji, filios, & me ipsum. Munus Ptolemaei, caput Magni dicit, quod Caesari pro munere praeparavit (*servatum est*. Voss. pr.) SCHOL.

280 SCIAT] Probo, quod habent MSS. P. & T. *sciet*. GROT. *Ed. sec.* Ut congruat cum *dabit*. IDEM. *Ed. tert.* Ipse tamen Grotius primus mutaverat *sciet* in *sciat*: quod tam aliorum, quam mei longe plurimi agnoscunt Codices, & ego praefero. E vobis aliquis me occidendo ostendat huic juventuti, quanto pretio veneam apud Caesarem, & quam bene mea signa secutus sit.

281 CERVICIS PRETIO] Intelligetis, inquit, me fuisse dignum, quem sequeretur exercitus. Nam pro cervicibus meis plura vobis dona Caesar largietur, & probabit tantum me fuisse, quem optet occidi. SCHOL.

282 CUM CAEDE] i. e. nos occidendo vobis ingens meritum comparate. IDEM.

283 IGNAVUM SCELUS] i. e. sola fuga, nisi & nostrum interitum junxeritis, quod fugitis, crimen ignavum est. SCHOL. Mscr. *ignavi*, non male. BERSM. *Ignavi* è Weidneri Cod. placuit etiam Modio Novant. LL. Epp. CXIX. Sed omnes mei cum Scholiaste servant *ignavum*, nec mutatione est opus. Jungit haec etiam Livius Lib. I, 47. *Eo nunc pejus mutata est res, quod istic cum ignavia est scelus.*

285 EFFETAS] Mscr. *effectas* (& Hulst. cum meo. *affectas*. Reg. sec. *ephetas* Reg. pr.) male. *Effetas* dicit, fetu apum destitutas, in quibus considere fetus. BERSM.

287 AMARUM] Hominibus, non apibus; ut Virgilius.

Et salices carpetis amaras.

SCHOL.

288 PHRYGII AERIS] Ut ait Virgilius.

Matris quate cymbala circum.

Sic ergo Cato fugientes milites sua voce revocavit, ut errantes apes aeris sono retinentur. IDEM.

288 TUM SI SONUS INCREPAT AERIS] Sunt, qui legant, *Phrygii sonus ut crepat*, ut sit: *ut* i. postquam sonus *Phrygii aeris* i. tubae; sed quia ad Corybantia aera i. pelves revocantur, nihil mutem. VERSELL. *At Phrygii sonus ut crepat aeris.* Mscr. quatuor; *Tum si sonus increpet.* sed duo *increpat*. BERSM. Ut in textu Bersmannus exhibuit, sic dederat etiam Gryphius. Pulmann. cum

R. Ste-

Haud aliter medio revocavit ab aequore puppes,
Quam, simul effetas [a] linquunt examina ceras,
Atque oblîta favi non miscent nexibus alas,
Sed sibi [b] quaeque volat, nec jam degustat amarum
Desidiosa thymum; [c] Phrygii sonus increpet aeris,
Adtonitae posuêre fugam, studiumque laboris
[d] Floriferi repetunt, & sparsi mellis amorem:
Gaudet in Hyblaeo securus gramine pastor
Divitias servasse casae. sic voce Catonis
[e] Inculcata viris justi patientia Martis.
Jamque actu belli, non doctas ferre quietem,

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *linquit* V. 1. b *quisque* Edd. qdd. c *tum si* vulgo, & *increpat*. d *florigeri* vulgo. e *incunctata* B. 1.

R. Stephano edidit *Phrygia sonus ut crepat*. Vulgatae lectioni *tum si s. increpat*, quam agnoscunt quatuor MSS. Pulm. & ex meis Voss. quart. & quint. Buh. a m. sec. Oxon. uterque, & Marpurg., praeiverunt Edd. Veneta, Omniboni, Badii, Sulpitii, Micylli, & Hortensii. Editiones vero Romana, Parmens. Aldi, & Colinei habent *Phrygii sonus increpat*: quam lectionem omnino confirmant tres Vossiani vetustissimi, Regius uterque, Wittian. Hulst. Amstel. & meus, aliique ab Illustr. N. Heinsio consulti, qui ideo ex librorum vestigiis ad Silium Ital. L. XIV, 373, hoc modo conrexit.

Ut simul &c.
Desidiosa thymum: Phrygii sonus increpet aeris.

Subintelligendo *si*; quam particulam eleganter omitti saepius docuerunt Viri docti. Vide J. F. Gronov. Observ. L. II. c. 2. IV, 20. & Broukhus. ad Tibull. L. I, 7, 43. supra L. IV, 213. Eamque emendationem ut verisimillimam facile admisi, & optimis Mstis comprobatam. nam licet meorum nullus habeat *increpet*, ita tamen in suorum duobus esse testatur Bersmann. & nihil est frequentius, quam vocalium *a* & *e* mutatio. Cave tamen mutes cum viro ingenioso *quam* in *ut*, quod non opus est, & vereor, ut Latinum sit. Sed forsan simplex optimorum Codicum lectio servanda est; ut ita distinguamus.

Quam, simul &c.
Desidiosa thymum, Phrygii sonus increpat aeris.
Adtonitae &c.

Et erit sensus. Tanto effectu intonavit Cato, quanto sonus aeris Phrygii increpat, simulac examina reliquerunt favos. Sequentiaque ex abrupto quasi addita *adtonitae* &c. (nota Synthesin; *apes* intelligit, cum *examina* praecedat) notarent praesentem illius sonitus vim. Quia etiam in tot Mstis retinetur *tum*, & Voss. unus habet *Phrygii tum sonus*, posset quis etiam conjicere *tum* ex interpretatione ortum pro *ut*, quae vocula dein excidit. sed in quibusdam Pulm libris servata est. hoc modo *Phrygii ut sonus* eodem sensu, quem Heinsiana, Stephani, & Pulmanni lectio dant. Quidquid sit, *Phrygii* certe retinendum est, & per *aes Phrygium* intelligenda cymbala, non tubas, ut putat Versell. De hoc apes revocandi more consule Cerdam ad citatum a Scholiaste Virgilii locum Lib. IV. Georg. 64. De nexibus apum multa collegit Drakenb. ad Silium II, 217.

290 FLORIFERI] Ita reposui jubentibus MSS. Pulm. Bersm. & meis tantum non omnibus, ac Editionibus multis. Vulgo erat *florigeri*. Malim tamen cum Heinsio ad eundem locum legere *florilegi*. Flores enim non ferunt, sed eligunt ad pastum apes. Ovid. XV. Metam. 366.

Florilegae nascuntur apes.

290 SPARSI MELLIS] Sunt, qui legant *sacri*: quia Maro dixit:

Protinus aërei mellis coelestia dona.

VERSELL. Nemo interpretum monuit, quid intelligat per *sparsum mel* praeter Badium, qui explicat *scil. per flores*. Durissime certe, quare magis adridet mihi lectio, quae est in Edd. Rom. Parm. Ald. Colin. Steph. Gryph. Pulm. Bersm. *sacri* mellis; praesertim, cum eam vocem confirment unus Pulm. uterque Regius, & Voss. sec. pro var. lect. Sed vel sic latere aliud quid cum amico pu-

tem;

Conſtituit, mentes ſerieque agitare [a] laborum.
[b] Primum litoreis miles laſſatur harenis.
Proximus in muros, & moenia Cyrenarum
Eſt labor: excluſus nulla ſe vindicat ira:
[c] Poenaque [d] de victis [e] ſola eſt, viciſſe, Catoni.
Inde peti placuit Libyci [f] contermina Mauris
Regna Jubae; [g] ſed iter mediis Natura [h] vetabat
Syrtibus: has audax ſperat ſibi cedere virtus.
Syrtes, vel [i] primam mundo Natura figuram
Cum daret, in dubio [k] pelagi terraeque [l] reliquit:
[m] (Nam neque ſubſedit penitus, quo ſtagna profundi
Acciperet, nec ſe defendit ab aequore tellus,
Ambigua [n] ſed lege [o] loci jacet invia ſedes:

Aequo-

VARIAE LECTIONES.

a *malorum* B. b *primus* A. c *poena eſt* P. 1. d *devictos* Marp. e *ſolum v. Catonem* P. 1. f *confinia* Marp. g *ſed tunc* B. 1. h *negabat* Ed. Grot. & vulgo. i *primum* B. 1. V. 1. Buh. a m. pr. k *terrae pelagique* B. 1. V. 1. l *reliquit* V. 1. Edd. Ven. Br. m *jam* M. n *ſub l.* A. non male. o *ſoli* H.

tem; nempe *ſpreti mellis.* Colligunt rurſus mel, quod antea oblitae favi ſpreverant; poſſes conjicere etiam *ſeri.*

295 CONSTITUIT] Sc. Cato. Et erit ordo. *Jamque mentes* quietem ferre non doctas *actu belli*, & ſerie laborum agitare conſtituit. *Serie* i. diuturno labore. SCHOL. i. e. Statuit, & propoſuit, mentes ſ. militum, doctas actu belli i. aſſuetas bello non ferre quietem, & agitare ſup. eas ſerie i. continuatione laborum. Secundum Sulpitium videtur ordo. Cato conſtituit jam i. paravit mentes militum non doctas i. neſcias ferre quietem actu i. e. propter exercitium belli, ſed ſic deſideres verbum. Neſcias enim, quid eos facere conſtituerit, & ſi dicas *ſerie agitare laborum*, vacabit *que* unde malim dicere. *conſtituit non ferre* i. e. ut non ferant, & *agitare* i. ut agitent. ASCENS. Mirifice hic ſe torquet Badius Aſcenſ. & tandem videtur legere *ſeriemque agitare*; ut eſt etiam in Edd. primis, Mic. Hortenſ. aliiſque, ac MSS. octo recentioribus, ac Regio pr. Verum *ſerie* retinet, & optime conſtruit Scholiaſtes. Ex militari, & omnibus prudentibus ducibus obſervata diſciplina, Cato quoque decrevit agitare, ſive exercere actionibus bellicis, & laboribus quotidianis mentes militum, qui quietem ferre non didicerunt, & in otio ſemper ſolent eſſe ſeditioſi. Scio, quomodo defendi poſſit *ſeriem* ut ſcilicet bis repetatur *agitare* duabus vicinis ſibi ſignificationibus, *agitare mentes militum*, & ipſe *agitare ſeriem laborum.* Ego tamen malim ceteros optimos Codd. & viros doctos ſequi, legendo *ſerie*; quod confirmant ſequentia.

296 LASSATUR] Mſcr. *luxatur* (*laxatur* Voſſ. 1.) minus probe. BERSM.

299 POENAQUE DE VICTIS S. E. V. CATONI] Hoc eſt. Sufficiebat Catoni ad vindictam, quod ſuperabat: poenam nullam ulterius exigebat à victis. SCHOL. *Catonem.* Plutarchus Catonem receptum ſcribit à Cyrenenſibus, cum paucis ante diebus excluſiſſent Labienum. *Catoni* Mſc. duo. BERSM. *De victis ſola eſt viciſſe, Catoni.* Antea ubique fuit *devictis. Catoni* autem habent & MSS. Cato non aliam, inquit, poenam ſumſit de hoſtibus, praeter ipſum vincere. contentus fuit ſola victoria. id illi ſupplicii ſatis viſum. GROT. *Devictis* una voce, quomodo Grotius dixit, antea ubique fuiſſe, non vidi, niſi in Omnib. Steph. Gryph. Pulm. & Berſm. Edd. male. Jam olim haec bene explicuit Badius. Recte etiam *Catoni* reſtituit Grotius, adſtipulantibus ſex Pulm. meiſque cum Scholiaſte omnibus praeter duos, vel tres. *Catonis* Amſtel. & Edd. Rom. ac Parm.

300 LIBYCI] Ita primus excudendum curavit Aldus; quam lectionem nonnulli Mſti, & interſeos Regius pr. Witt. Buh. a m. ſec. ac Voſſ. tert. confirmant. Nam licet ſit Numida Juba, rex tamen erat *Libycae gentis*, Lib. IV, 669. Joſeph. L. XVII. Antiq. c. ult. aliiſque, unde & alibi *Libys* à noſtro vocatur. In ceteris MSS. & Edd. ante Aldum

erat

Aequora fracta vadis, abruptaque terra profundo,
Et post multa sonant projecti litora fluctus.
Sic male deseruit, nullosque exegit in usus
Hanc partem natura sui.) vel [a] plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penitusque natabat;
Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens,
Aequora subduxit zonae vicina perustae:
Et nunc pontus adhuc, Phoebo siccante, repugnat.
Mox, ubi damnosum [b] radios [c] admoverit aevum,
Tellus Syrtis erit: [d] nam jam brevis unda superne
Innatat, & late periturum deficit aequor.
Ut primum remis actum mare propulit [e] omne
Classis onus, densis fremuit niger imbribus Auster,

In sua

VARIAE LECTIONES.

a *planior* B. 1. b *radiis* B. 1. R. pr. O. pr. c *amoverit* A. d *quia* R. 1. e *omen* O. 1.

erat *Libycis.* Ut per Mauros Libycos intelligat auctor Mauros Caesarienses ad differentiam Mauritaniae Tingitanae. Ita si legas: ordo verborum & metri sonus nescio quomodo, videtur concinnior, ac suavior. Sed minime damno receptam nunc lectionem.

301 NATURA VETABAT] Non video rationem, cur Grotius verbum *vetabat* mutaverit in *negabat*, quod est in solis duobus Bersm. & duobus meis libris. *Negabat* tamen sequentes Editores retinuerunt, praeter Maittaire, quia ille sequitur Gryphium. Rectum est *vetabat*; quare revocavi ex ceteris omnibus MSS. Ovid. Ep. XIII, 131.

Quo ruitis, Danai: ventos audite vetantes.

vetarat Reg. pr. & Hulst.

303 SYRTES] V. Sallustius Jug. c. 78. Mela L. I, 7. Plinius L. V, 4. Solinus c. 27. Apulej. Apol. p. 88. Servius ad Aeneid. V, 60. BROUKHUS.

304 IN DUBIO] Ut terra accipi posset, & mare. *Nam* &c. parenthesis. SCHOL.

305 NEQUE SUBSEDIT &c.] Ut mare esset: *nec se defendit*, ut altior facta imaginem terrae possideret. IDEM.

309 SONANT] Ed. Parm. *tonant*: de quarum vocum crebra permutatione egi ad Lib. I, 578. Recte exponit Scholiast. *post multa litora* dorsa stagni, sive Syrtium, post quae tantum plenum fit mare, in harenarum cumulos resonans.

309 LITORA] Legitur & *litora projecti fluctus.* *litora* posuit dorsa stagni, quae inter fluctus apparebant; ubi tantum percussa unda resonabat. SCHOL.

310 MALE DESERUIT] In nostram perniciem exponit Servius ad Aeneid. II, 23. IV, 8.

310 NULLOS IN USUS] Quia Syrtes harenosa sunt loca in mari. SCHOL.

312 PELAGO] Hoc dicit, quod ante Syrtes ipsae sic plenae fuerint undis, ut essent maria; sed per secula infinita sol inde exhauriens aquas, quibus ignem suum nutrire perhibetur, loca illa pene siccavit, sicut ipse alibi dicit.

Adtraxit nubes, non pabula flammae.

SCHOL.

316 DAMNOSUM] Per quod cuncta dispereunt. IDEM.

317 TELLUS] Quae nunc Syrtis est, tunc erit tellus. Vult autem, accessum temporis eam posse siccare. IDEM.

317 SUPERNE] i. desuper. ut Horatius.

- - - *faciem formosa superne.*

IDEM.

319 REMIS ACTUM MARE] *Ictum mare* non male MS. P. GROT. In Regio primo a m. pr. fuerat *siccum*: unde cum Ill. Heinsio, cui etiam placebat *ictum*, posses conjicere *sectum*: quomodo passim *secari*, *feriri*, *pelli* mare dicitur, ut Ovid. L. XI. Metam. 463.

Aequalique ictu scindunt freta.

At ceteri Msti retinent *actum*, & bene. Valer. Flacc. L. II, 77.

Certatim remis agitur mare.

ubi vide Celeb. Burmannum.

319 PROTULIT] *Propulit* Mscr. tria, & Libri pleri-

In ſua regna furens: tentatum claſſibus aequor
Turbine defendit, longeque à Syrtibus undas
Egit, & inlato confregit litore pontum.
[a] Tum, quarum recto [b] deprendit carbaſa malo
Eripuit nautis, fruſtraque rudentibus [c] auſis
Vela negare Noto, ſpatium vicêre carinae,
Atque ultra proram tumuit ſinus. omnia ſiquis
Providus antennae [d] ſubfixit lintea ſummae,
Vincitur, & nudis avertitur armamentis.

Sors

VARIAE LECTIONES.

a *Tunc* MSS. & Edd. qdd. b *dependit* Marp. c *auſtris* R. pr. d *ſuffigit* B. 1.

plerique. BERSM. Recte Grotius reponi juſſit *propulit*, ut in ſex etiam Pulm. & omnibus eſt meis libris praeter Hulſt. *pertulit*. Ediderunt *protulit* Parm. Ald. Col. Steph. Gryph. aliique. Perperam vero interpretes *Claſſis onus*, ſive pro militibus claſſe vectis, ſive pro claſſe onuſta (V. ad Lib. VII, 127. *Puppis onus*) capiunt in accuſativo, cum ſit nominativus; *mare* vero accuſat. Mare actum remis non propellit claſſem, ſive nautas; ſed claſſis, & remiges propellunt mare. Propert. Lib. III, 21, 11.

Tuque tuo Colchum propellas remige Phaſim.

Sic

Inpellite properantibus aequora remis.

Ovid. L. III. Metam. 657. Adde Senec. Agam. 161, 431. *Propelli* quidem navis dicitur, ſed à remige, vel vento, non à mari. Lib. III, 1.

Propulit ut claſſem velis cedentibus Auſter.

Seneca Hippol. 181.

Sic cum gravatam navita adverſa ratem
Propellit unda, cedit in vanum labor.

Propert. III, 20, 11.

Nunc agite, o ſocii, propellite in aequora navim.

Utroque Propertii loco videndus Paſſeratius.

321 IN SUA REGNA] i. e. mare, ubi obtinet poteſtatem. SCHOL. V. ad L. I, 155.

322 DEFENDIT] Ipſe Auſter ſcilicet, ut tentari, ſive intrari à claſſibus non poſſet. IDEM.

323 INLATO C. LITORE] Poteſt ſic accipi *in lato*, ut duae partes ſint, & ſit hic ſenſus longe à Syrtibus undas egit i. e. de longinquo à Syrtibus undas inpulit, in Syrtes ſcilicet, & in lato confr. l. p. Ipſas Syrtes *latum litus* accipimus. ut ventus, quos fluctus à Syrtibus in mare traxerit, eoſdem fregerit in litore lato, ut non venerint ad litus. Hoc ad celeritatem poſuit exprimendam. SCHOLIAST. *Voſſ. ſec.* Mſc. *inlato*, alter. *in alto*, mendoſe. Intelligit autem cumulos arenae ingeſtos interruptis undis. BERSM. Emenda ex MS. P. *In lato confregit littore pontum.* Id eſt, non in vadis. GROT. *Ed. ſec.* Scholiaſtes manuſcriptus videtur legiſſe *contraxit*. Sed & contringi, id eſt, interrumpi mare non male dicitur, illatis eo arenarum aggeribus, quos poëtice *littus* vocat, quia à littore veniebant. IDEM. *Ed. tert.* Confuſa in Mſto ſunt Scholiaſtae verba. Satis tamen patet ex eo aliis lectum fuiſſe duabus vocibus *in lato*: quomodo exaratur etiam in tribus Voſſ. & Amſtel. ac Edd. à Taberio procuratis. *latum litus* eſſet dictum, ut *multa litora* vſ. 309. Sed non opus eſt, ut Grotius etiam vidit in tertiis curis. Ventus longe à Syrtibus repulit fluctus, ne poſſit navigari; & pro iis ſubſtituit, ac intulit *litora*, ſeu harenae cumulos, & ſic interpoſitis hic illic arenis (c. 335.) confregit, ſive abrupit pontum, prius continuum. Male quidam videntur, ſi Scholiaſtae credi fas eſt, intellexiſſe, undas in Syrtes eſſe inpulſas, & in litore fractas: Contrarium dicit poëta. Sic L. I, 498.

- - qualis cum turbidus Auſter
Repulit à Libycis inmenſum Syrtibus aequor.

Silius Ital. L. XVII, 247.

Primus, ſe adtollens Naſamonum ſedibus Auſter
Nudavit Syrtim correpta nubilus unda.

324 QUARUM &c.] Unus Berſmanni Codex legit *quorum*, ut ad nautas referas. Ut vulgo tamen editur & vſ. 331. *Quaecumque levatae*, rectum eſt, intelligendo *claſſes*, ſive naves ex vſ. 321. (V. ad L. VIII, 575.) Horum autem verborum hic eſt ſenſus. Auſter eripuit è manu, ſive è poteſtate, & regimine iis nautis carbaſa, quorum, ſive quarum navium carbaſa deprendit recto i. e. *ſtanti*, ὀρθῷ, ut vocant, malo pendentia; & licet nautae fruſtra auſi ſint per adtractos rudentes vela negare Noto, ſive contrahere vela, & deponere malum (confer

Sors melior classi, quae fluctibus incidit altis,
Et certo jactata [a] mari. quaecumque, levatae
Arboribus [b] caesis, flatum [c] effudêre prementem,
Abstulit has [d] liber, ventis contraria volvens,
Aestus, & [e] obnixum victor [f] detrusit in [g] Austrum.
Has vada destituunt, atque interrupta profundo
Terra ferit puppes: dubioque obnoxia fato
Pars sedet [h] una ratis, pars altera pendet in [i] undis.
[k] Tunc magis inpactum brevibus mare, terraque saevit

Obvia

VARIAE LECTIONES.

a *mari est* B. 2. V. 2. O. 1. W. Marp. in quo margini tantum adscripti sunt *vincitur* usque ad *prementem.* b *celsis* B. 1. c *effugere* V. 1. pro var. lect. d vulgo *ventis liber.* e *obnoxium* A. meus, Hort. m. f *detrudis* V. 1. *decurris* Marp. *detruxit* H. *destruxit* Ed. Ven. *deduxit* O. pr. g *altum* R. pr. a m. pr. h *ima* P. 1. B. 1. V. 1. i *unda* Marp. k *Tum* al. *nunc* V. pr. pro var. lect.

fer L. VIII, 560.) carbasa tamen vi austri vicere spatium carinae, eorumque velorum sinus tumuit ultra proram, sive expansus est extra spatium navis.

326 NEGARE N., SPATIUM VICERE CARINAE] i. e. cum vellent quidam vela deponere, sic inflata sunt vento, ut extra (*ultra* Voss. pr.) spatium navis exirent. SCHOL.

327 SI QUIS] Dicit & illos victos, qui adhuc vela erecta habebant, & illos, qui deponere coeperant. IDEM.

330 ALTIS] Mari enim medio non est de tempestate discrimen. IDEM.

332 ARBORIBUS CAESIS] i. e. quae carentes velis vim venti adversantis evaserant. IDEM.

332 EFFUDERE PREMENTEM] Sic primus, quod sciam, edidit Grotius, an ex suis Codicibus, incertum est; quoniam nihil more suo monuit. *Prementem* certe invenit Bersmannus in uno, estque in Marp. & Oxon. primo. *furentem* Oxon. sec. Ceteri MSS. & Edd. *frementem*: quo verbo in descriptione vehementis venti passim poëtas uti, notum est. Sic modo vs. 320. *fremuit Auster.* Mihi tamen valde adridet hoc loco *prementem.* Locutio enim desumta est ab equis, excutientibus seu effundentibus frenum, vel jugum, quod eos premit, sive illis *incumbit*, quod verbum passim etiam noster, & alii de vento usurpant: ut monitum est alibi. Equo navem comparant non raro poëtae. Virgil. L. VI. Aen. 1.

- - - *classique inmittit habenas.*

Valer. Flacc. L. I, 687.

- - *volat inmissis cava pinus habenis.*

IV, 679.

Sed neque permissis jam fundere rector habenis
Vela, nec eniti remis pote.

ubi vide Celeb. Burmannum. Noster autem etiam aliis rebus hanc adhibuit metaphoram. Sic *excutere fretum* L. I, 77. *excutere clades* VIII, 269. Optime etiam obponuntur *levatae*, & *prementem.* Immo *prementem ventum* dixit etiam Seneca in Phaeniss. 429.

- - - *qualis insano ratis*
Premente vento rapitur.

Effudere igitur erit: passae sunt ventum incassum se transiisse, nihilque laesisse; cum caeso malo nihil quatere posset ventus, sed per inanem aëra ferri deberet. Atque ita capiendus mihi videtur locus Valer. Flacci L. IV, 273. de Polluce.

Ut deinde urguentes effudit nubibus iras,
Ardoremque viri, paullatim insurgere fesso
Integer.

Effusa passim dicuntur vana, & inania. Consule Cel. Burmann. ad ejusdem libri vs. 304.

333 VENTIS LIBER] Msc. P.

Abstulit has liber, ventis contraria volvens,
Aestus.

Melius. GROT. Haud dubie melius, nec aliter verborum ordo se habet in tribus Bersm. & quindecim meis cum Edd. Veneta, Brix. & Mediol. *ventis liber aestus* hic nihil est: sed *liber aestus, volvens contraria ventis.* aestus, qui contra ventum se inpellit. Vide Lib. V. Senec. Thyest. vs. 438.

336 DUBIO FATO] Utrum mergatur, an haereat. SCHOL.

337 PARS] Seneca in Agam. 571.

Haerent acutis rupibus fixae rates:
Has inopis undae brevia comminuunt vada.
Pars vehitur hujus prima, pars scopulo sedet.

338 INPACTUM BREVIBUS] i. Syrtibus. Naves enim violenter illisae commotam terram altius

 erexe-

Obvia consurgens: quamvis elisus ab Austro,
Saepe tamen [a] cumulos fluctus non [b] vincit harenae.
Eminet in tergo pelagi procul omnibus arvis,
Inviolatus [c] aqua, sicci [d] jam pulveris agger.
Stant miseri nautae, terraeque haerente carina,
Litora nulla vident. sic partem intercipit aequor;
Pars ratium major regimen, clavumque secuta [e] est,
Tuta [f] fuga; nautasque loci sortita peritos,
[g] Torpentem Tritonos adît [h] inlaesa paludem.

Hanc,

Variae Lectiones.

a *tumulos* O. 1. b *vicit* B. 2. W. & Edd. pleraeque male. c *aquae* V. quart. Ox pr. d *nam* B. 1. e deest in A. & Ed. Pulm. f *fugae* V. sext. non male. g *non laesa* A. h *Terrentem* R. pr. V. 1. a m. sec.

erexerunt, & sic magis vadosum mare habere coeperunt. SCHOL. *Inpactis brevibus.* Mscr. tria, *impactum brevius*, & quart. *inpactum est brevius.* Fortasse rectum fuerit, *impactum brevibus mare. Brevia* autem sunt loca in mari vadosa. Virgil. *in brevia & Syrtes.* BERSM. Cum Grotio emendationem Bersmanni recepi, quam confirmant quatuor optimi Vossiani, & Hulst. Codd. & Rom. ac Schol. in ceteris est *brevius. Inpactum* etiam pro *inpactis*, ut erat vulgo, habent plerique MSS. & Edd. Omniboni, Badii &c. cum Modio Novant. LL. Ep. CXIX. Mare, liberum prae nave obstante cursum non habens, est magis in brevia, sive vada inlisum. de verbo *inpingere* consule Heinsium, & Drakenb. ad Silium L. 1. 646.

- - - - - - - fluctus
Si probibere piget, vestras inpinget in urbes.

Inpactum brevius mare condensatum magis vadosum mare exponunt, non omnino male, si plurimos MSS. sequimur. *In pactu brevius* Amstel. *inpactum* Ed. Ven.

338 Terraque saepe O. consurgens] Mscr. tria *saevit.* recte. BERSM. Ita quoque correxerat Modius ibidem. & jam ediderant *saevit* Veneti, Sulpit. Ascens. & Micyllus, quos cum Grotio secutus sum. Ex meis tamen MSS. tantum habent *saevit* Voss. sec. a m. sec. *saeve* Voss. tert. & pro *consurgens* in Marpurg. *consurgit.* Quare praefero hanc lectionem.

- - - - - terraque saeve
Obvia consurgit.

Et certe mare, quod brevibus magis erat inpactum, aeque ac terra circa haerentem navem mari obvia, & saeve resistens, consurrexit, ita tamen ut cumulos harenae vincere non potuerit, quibus tamquam aggere navis erat cincta, ut ait Virgilius L. 1. Aen. 112.

Inliditque vadis atque aggere cingit harenae.

339 Elisus] Repercussus ab Austro. Dicit majores harenarum cumulos, & aggeres fuisse, quam fluctuum. SCHOL.

341 Procul omnibus arvis] i. e. longius, quam quaecumque sunt arva, sublatus est. Hoc est, in modum montis erigitur, & eminet omnibus terris. IDEM. Non cepit sensum auctoris Scholiastes. Lucanus dicit aggerem arenarum siccum, & ab aqua inviolatum eminuisse in pelago, remotum ab continenti, ita ut haererent nautae, nec tamen litora viderent. Unde simul patet male etiam in variis Steph. lect. tribus Pulm. duobus Bersm. & septem meis cum Voss primi var. lect. scribi *undis*; quasi esset *procul eminet omnibus undis.* praestat vulgatum.

344 Litora nulla] In medio cum mari haec vult contigisse. SCHOL.

348 Quem] Tritonem dicit. *concha* sc. marina, qua pro tuba utebatur. IDEM.

348 Pontus] Msc. *portus*, male. BERSM.

349 Perflantem murmura] Quid est *perflare murmur*? non satis ego intelligo. In tribus Pulm MSS. uno Bersm. Voss. primo, sec. quarto, & Wittiano, Edd Sulpit. Bad. Paris. Mic. & Hortens. est *litora*; ita tamen ut in Voss. pr. & Witt. suprascriptum sit *murmura.* in Hulst. *perflantem.* Latet aliquid minus sanum, quod vidit etiam N. Heinsius ad Valer. Flacc. L. VII, 604. legens *marmora* i. e. aequora. *Marmor* enim pro mari saepe usurpatum a poëtis: Consule Cerdam ad Virgil. L. 1. Georg. 254.

- - - infidum remis inpellere marmor.

Eamque conjecturam quoque libri sui margini adscripserat Fr. Junius. *perflare marmora* ergo idem esset,

Hanc, ut fama, Deus, quem toto litore pontus
Audit, ventosa perflantem murmura concha,
Hanc & Pallas amat; patrio quae vertice nata
Terrarum primam Libyen ([a] nam proxima coelo est,
Ut probat ipse [b] calor) tetigit; stagnique quieta
[c] Vultus vidit aqua, posuitque in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.
Quam juxta [d] Lethon tacitus [e] praelabitur amnis,
Infernis, ut fama, trahens oblivia [f] venis:

Atque

VARIAE LECTIONES.

a *jam* V. 1. b *color* VV. LL. Steph. c *vultum* A. d vulgo *Lethes.* e *perlabitur* Marp. f *ripis* P. 1. V. sec. pro var. lect. V. L. III, 28.

esset, quod ait Virgil. L. VI. Aen. 171.

- - - *cava dum personat aequora concha.*

Hac constructione *perflare* utitur idem L. I. Aen. 83. de ventis.

Et terras turbine perflant.

Silius Ital. L. XI, 582.

- - - *spumanti turbine perflas*
Ignorantum aures.

Verum tamen quo minus credam, hanc locutionem probam esse, facit tum *marmoris* vox, tam simpliciter pro aequore non poni solita, tum praecedens vox *ponti*. Quae enim haec foret loquendi ratio: *Pontus audit Tritona, perflantem pontum* i. e. se ipsum. Eodem jure possemus ex MSS. admittere *litora*, ut apud Ovid. L. I. Metam. 337.

Buccina, quae medio concepit ut aëra ponto,
Litora voce replet, sub utroque jacentia Phoebo.

Nisi & *litore* jam praecessisset. Quare putem potius *perflantem* corruptum esse ex veriore composito *proflantem*. Virgil. Aen. IX, 325.

- - - *proflabat pectore somnum.*

Sidon. Apollin. Carm. V, 25. *Tibris.*

Proflabat madidum per guttura glauca soporem.

Frontin. L. II. c. 2. §. 7. *Volturnum amnem ingentes auras mane proflare.* Sic MSS. vulgo etiam *perflare*. *Proflare murmura* vero Lucanus adposite dixit tam tubae sono (vide Propert. L. IV, 4, 10. & ibi Passerat) quam maris strepitui, quem passim *murmur* vocari, nemo nescit.

350 PATRIO QUOD V.] Alii legant, *patrioque è vertice*, ut sit *que* pro *quod*. VERSELL. *Patrioque ev.* Mic. (& Bad.) *quod vertice*, *quae vertice* C. P. L. O. F. & Canterus Nov. Lect. L. III. cap. II. PULM. *Quae v.* Ita correximus hunc locum ex duobus Msc. cum antea legeretur *patrioque e vert.* BERSM. *Quae v.* recte emendarunt viri docti, quod in duodecim meis quoque scribitur, & Ed. Veneta. In quibusdam Edd. & scriptis *quae e.* Rectius tum esset *quia*.

353 VULTUS] Sc. suos, cum ad tibias cecinit. τὸ ΤΡΙΤΟΝΙΔΑ declinavit. SCHOL. Hic non ad tibias cecinit Pallas, sed ad Maeandrum, in quem eas jecit. consule interpretes Propert. L. II, 23, 85.

Quae non jure vado Maeandri jacta natasti,
Turpia cum faceret Palladis ora tumor.

354 TRITONIDA] V. Mela L. I. c. 7. Festus, Servius ad Aen. II, 170. Parrhasius in Epist. p. 181. BROUKHUS.

355 QUAM JUXTA] Legitur & *quem*: si *quem* legimus i. locum; si *quam* i. paludem Tritonida. SCHOL. Lethen amnem ad extremum Syrtium cornu in Africa esse constat, & Berenicen urbem alluere, sed multi opinantur inundatione Lethes infernalis eam huc erumpere, ut hoc loco poëta canit. Lethe apud inferos oblivionis flumen fingitur, unde dicuntur omnium in vita gestarum rerum oblivionem haurire animae. λήθη, oblivio est. Hinc *Lethaeus.* Lucanus alibi.

Non me Lethaeae conjux oblivia ripae
Immemorem fecere sui.

Glareanus hunc enarrans locum, hunc amnem, inquit, Berenici propinquum ex Solino refert Sulpitius, longo certe tractu, à Tritone palude. Idem dico de Hesperidum hortis, quos Ptolemaeus in Cyrenaica ponit, ad Lathonem fluvium, non ad Tritonem paludem. Cum Ptolomaeo sentit Strabo lib. ultimo, ubi Lathonis, & Hesperidum paludis facit mentionem. Caeterum de hortis nihil. Porro si Cato ad Tritonis paludem ex Cyrenaica venit, ut hic poëta paulo post sentire videtur,

Atque insopiti quondam tutela draconis,
Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus.
Invidus, annoso [a] famam qui derogat aevo,
Qui vates ad vera vocat. Fuit aurea silva,
Divitiisque graves, & fulvo germine rami,
Virgineusque chorus, nitidi custodia luci,
Et numquam somno damnatus lumina serpens,
Robora complexus rutilo curvata metallo.
Abstulit arboribus pretium, [b] nemorique laborem
Alcides: passusque inopes sine pondere ramos,

Retulit

VARIAE LECTIONES.

a MSS. & Edd. plerique *qui fam.* b *nemorisque* V. pr. a m. pr. & Edd. multi.

detur, ac inde ad Hammonis templum abiit, mire prolongavit iter, quippe longe brevius habiturus, ex Cyrenaica ad idem templum. Sed video Romanis Africam littore tenus notam fuisse, interiora ejus obscura duntaxat relatione hominum accepisse. Quod ex Sallustio, Livioque, & hoc adeo poëta satis luculenter apparet, & nos annotationibus in eos tres authores scriptis lectori sub oculos posuimus. Quapropter minime solicitos nos esse oportet, cum ad Ptolemaicam descriptionem non omnia respondere viderit. Haec GLAREAN. Sunt, qui Lethen in Hispaniis collocant, & Labi ex Celtiberis, & Vacceis. HORTENS. Hunc amnem esse juxta Berenicen, seu *Εσπερίδων πόλιν* recte monent viri docti: quibus omnino adde If. Vossium ad Melam Lib. I. c. 8.

355 LETHES] Videtur hunc locum Silius, perpetuus Lucani imitator expressisse Lib. I, 236.

Infernae populis referens oblivia Lethes.

Nam errore forsan nominis utrique fluvio tam Afro, quam Hispano adscripserunt veteres oblivionis vim. Unde factum, ut Interpretes *Lethes* vocem sanam hoc loco esse crediderunt. *Amnis Lethes*, enim ab auctore posset esse dictum ut *flumen Rheni*. & sexcenta talia. *Λαθαῖος* vocatur quoque Straboni. Sed ab aliis hic fluvius nominatur *Lethon*, vel *Lathon*. Quod nobis hic servarunt vetustissimi Codd. quippe Regius prim. Vossian. prim. & tert. habent *Lethon*. Vossian. sec. *Loethon*. Wittian. *Lethos*. Vossian. sext. *Letheus*. Buher. *quem j. Letes*. Unice verum est *Lethon*; quam lectionem, ab If. Vossio ad Melam L. I. c. 8. jam abprobatam in textum recepi. Consule Doct. Harduin. ad Plinium L. v. c. 5. *Berenice in Syrtis extimo cornu est quondam vocata Hesperidum* &c. *Nec procul ante oppidum fluvius Lethon.* Solinus c. 30. *Circa extimum Syrtium cornu Berenicen civitatem alluit Lethon amnis inferna, ut putant, exundatione prorumpens, & apud pristinos vates latice memoratus oblivionis.*

355 TACITUS] i. magnus. ut Virgilius.

- - *tacitum obsedit limen Amatae.*

SCHOL. Inepte. V. Serv. ad Aen. x, 227.

357 INSOPITI QUONDAM] Juxta Lethona (*Loetheum* MS.) horti Atlantis, cujus sunt Hesperides filiae, à quibus Hercules aurea mala diripuit; ut Virgilius. *Tutela* i. quem ipse tuetur. SCHOLIAST.

358 PAUPER] Postquam arbori poma sublata sunt. IDEM.

358 SPOLIATIS FRONDIBUS] Msc. *spoliatus*, recte. BERSM. Ita quoque Weidneri Cod. & recentior Vossian., placebatque Modio, Novant. LL. Ep. cxix. Male, si quid video. Nam praeterquam quod langueret versus, & *pauper* esset plane otiosum; hortus ab Hercule non spoliatus est frondibus, aut arboribus; sed illae sunt spoliatae malis; unde pauper factus est hortus; quia *abstulit arboribus pretium*, ut ait vs. 365. Hinc in nummis pingitur Hercules manu sua poma ab arbore decerpens, pendente ex ea Ladone serpente mortuo. Eorum typos vide in notis Ill. Spanhem. ad Callimach. p. 670. & ad Pompon. Melam ex Ed. Gronov. Lib. III. c. 10. pro *hortus*. Voss. quatuor, Reg. pr. aliique cum Ed. Ven. & Paris. *ortus*. Vide Dausq. Orthogr. p. 2. hac voce.

359 ANNOSO] Hortus ipse, dum, quae tunc habuit mala, nunc non habet, facit, ne quis cre-

[a] Retulit Argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulsa locis, ejectaque classis
Syrtibus, haud [b] ultra Garamantidas adtigit undas:
[c] Sed duce Pompejo Libyae melioris in oris
Mansit. at inpatiens virtus haerere [d] Catonis
Audet in ignotas [e] agmen committere gentes,
Armorum fidens, & [f] terra cingere Syrtim.
Haec eadem suadebat hiems, quae clauserat aequor:
Et spes [g] imber erat, nimios metuentibus [h] ignes;
Ut neque sole viam, nec [i] duro frigore saevam,

Inde po-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. & Edd. Omnib. vulgo *rett.* V. ad L. III, 113. *detulit* B. 1. V. 1. b F. *ultro.* c *sub* VV. LL. Steph. P. 1. Edd. Sulp. Par. Mic. Hort. d *Catoni* B. 1. e *aciem* M. f *terrae* A. g *imbris* B. 2. V. 1. Marp. H. A. W. a m. sec. Hort. m. h *aestus* B. 1. V. tert. i *diro* Ed. Parm.

credat, umquam mala aurea procreata. SCHOLIAST.

361 DIVITIISQUE GRAVES, ET] Editiones primas, ut & Grotii, secutus sum; in Sulpit. Ald. Badii, Par. Col. Steph. Gryph. Hortens. Pulm. & Bersm. Edd. est *gravis*, ut ad *silva* referatur. quod praeter duos Pulm. & Bersm. etiam est in sex meis, ac defendi posset iis, quae notavimus ad Lib. II, 338. Plurimos tamen Codd. sequi malui. *rami graves divitiis & germine fulvo* est ἓν διὰ δυοῖν; ut vs. 345. *regimen clavumque*, & passim tam apud nostrum, quam alios, ut notum est.

361 FULVO] Msc. *flavo*; minus apte, cum de pomis loquatur aureis. Tibull.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro.

BERSM.

365 LABOREM] Tanquam in his malis ferendis nemus pondere laboraret, aut ei labor esset, ut gigneret. SCHOL. *Laborem* dicit; quia antea curvabantur pondere rami, & partu suo laborabant.

366 INOPES SINE PONDERE] Utrumque reddidit: quod ait *arboribus pretium*, nunc inopes: quod ait *nemorique laborem*, nunc sine pondere. SCHOL.

367 ARGOLICO] Euryftheo; ut Virgilius.

Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquae,
Pertulerit.

IDEM.

367 TYRANNO] Msc. *Eristheo*, quod ex glossemate natum videtur. BERSM.

370 DUCE POMPEJO] Hoc dicit; unam partem militum adpulsam ad Libyam cum Pompejo filio, cum Catone vero aliam remansisse. SCHOL.

370 LIBYAE] Ex MSS. optimis Reg. pr. Witt. Voss. pr. & sec. aliisque cum Edd. Rom. Parm. &c. praetuli *Libyae* pro *Libycis* hoc loco, ut vitetur nimia repetitio litterae *s*.

373 TERRA CINGERE] i. e. circuire per terram Syrtim. SCHOL. Msc. *terram*; corrupte. Dicit enim terrestri itinere circuire, cum non esset commodum navigare. BERSM. Ita Lib. I. *cingere pomoeria* pro *circumire*, & alia similiter, de quibus vide J. F. Gronov. Lib. II. Observ. c. 3.

374 HAEC EADEM] Legitur & *hoc*. (Ita Voss. pr. a m. pr. & tert.) Eadem hiems, quae homines à navigatione propter tempestatem prohibebat, hoc suadebat, & spes imber erat, ut aestus timere non possint. SCHOL. Apulej. Apolog. p. 88. *hiemem alteram propter Syrtis aestus, & bestias opperiendam*. BROUKHUS.

377 INDE POLO LIBYES, HINC BRUMA] Non saevam frigore, polo Libyae hoc faciente, non saevam sole, bruma hoc faciente. SCHOL. Msc. *temperat*, mendose. Etsi anni tempus non adjuvaret aëris temperiem in regione calida. BERSM. *Temperat* vitiose etiam est in recenti Vossiano, Edd. Rom. Parm. Sulpit. & Aldi. Male autem Bersmannus *ut* hic capit pro *etsi*, *licet*. Ait auctor, spem illorum fuisse in pluvia hiemis tempore cadere solita, ut tempestas illa anni hiemalis temperaret viam per brumam, ne nimis calida esset via; per Libyae polum, ne nimio frigore

gore

Inde polo [a] Libyes, hinc bruma temperet annus:
Atque ingressurus steriles, sic fatur, harenas.
O! quibus una salus placuit, mea [b] signa [c] secutis,
Indomita cervice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, summosque labores.
Vadimus in [d] campos steriles, [e] exustaque mundi,
Qua nimius Titan, & rarae in fontibus undae,
Siccaque letiferis squalent serpentibus arva.
Durum iter ad leges, patriaeque ruentis amorem.
Per mediam Libyen veniant, atque [f] invia tentent,
Si quibus in nullo [g] positum est evadere voto,
Si quibus ire sat est. [h] neque enim mihi fallere quemquam
Est animus, tectoque metu perducere vulgus.
[i] Hi mihi sint comites, quos ipsa pericula ducent,
Qui, me teste, pati vel [k] quae tristissima, pulcrum,

Romanum-

VARIAE LECTIONES.

a *Libyen* W. b vulgo *castra.* c *secuti* VV. LL. Steph. B. 1. V. 1. A. Edd. Sulp. Asc. Mic. Pulm. Hort. d *ster. camp.* V. tert. e *exhaustaque* W. Marp. pro var. lect. f *omnia* V. 1. g *oppositum* B. 1. h *nec* M. i MSS. & Edd. qdd. *ii.* k *qui* B. 1. Marp.

gore laeva esset: quomodo recte exponunt veteres interpretes.

379 SIGNA SECUTIS] Ita inprimi curavi, ex MSS. meis novem; & primis Edd. praeter Steph. Pulm. & Bersm. Codd. vulgo *castra:* quod profectum est à Sulpitio, & Aldo. Vide ad vs. 250.

380 INDOMITA C. MORI] Oratio Catonis. Hanc salutem dicit superesse, ut in libertate moriantur. SCHOL.

384 ARVA. DURUM ITER AD LEGES] Euntibus, inquit, ad libertatem, & ad amorem patriae durum iter, & difficile est. Nam ad dominum qui vult ire, perfacile. IDEM. Distinctionem mutavi ex MSS. & Edd. priscis. quod bene exponit Scholiastes, ut patet ex oppositione Catonis vs. 392. Vulgo quasi per appositionem jungebant *durum iter* prioribus sic.

- - - - - - *arva,*
Durum iter. ad l. p. r. amorem
Per mediam Libyen veniant.

386 LIBYEN VENIANT] *Libyam veniant* Msc. sed alterum rectius: *veniant Libyen, atque inv.* BERSM.

387 IN NULLO POSITUM EST EVADERE VOTO] i. e. qui non optant evadere, nec curant regredi SCHOL. *In magnis positum adversis servare fidem.* Sil. L. XI, 163. ubi vide.

389 PERDUCERE VULGUS] Ego, inquit, nihil prosperi vobis spondeo, ut timentibus persuadeam. SCHOL. *Praeducere* Hulst. Rectius, ut opinor, unus Bersm. & Marp. Cod. cum Edd. Veneta, Paris. 1512. ac Hortensii *producere* i. e. ad ulterius progrediendum injicere, metu, & laboribus, quos perpeti deberent, dissimulatis. Vide Graevium ad Justin. L. 1, 8. *Quippe simulata diffidentia propter vulnus acceptum refugiens, Cyrum ad angustias usque produxit.* Virgil. Ecl. 1, 73.

- - - - *en, quo discordia cives*
Produxit miseros.

uti ex veterrimis membranis edidit Heinsius; quem ad locum plura se dicturum in notis, quae proh dolor! malo fato, vel furto adhucdum latent, promisit ad Vellej. L. II. c. 128. *Eo produxit.*

390 SINT COMITES] *Sunt* Msc. duo. minus recte. BERSM. *Sunt* male tres mei, Edd. Rom. Ven. Sulp. Bad. Mic. aliaeque.

391 VEL QUAE] h. e. etiam quae sunt tristissima. SCHOL.

392 SPONSORE SALUTIS] Ille autem, qui à me vult sibi vitam ante promitti. IDEM.

398 PRAETENTATE] Hoc est. quod me primum pati videtis, hoc & vos passuros esse promittite. IDEM.

401 SI QUO &c.] Sic, inquit, omnia vobiscum aeque

Romanumque [a] putant. at qui ſponſore ſalutis
Miles eget, [b] capiturque [c] animae dulcedine, vadat
Ad dominum meliore via. dum primus harenas
Ingrediar, [d] primuſque gradus in pulvere ponam,
Me calor aethereus feriat, mihi plena veneno
Occurrat ſerpens; fatoque pericula veſtra
[e] Praetentate meo: ſitiat, quicumque bibentem
Viderit, aut umbras nemorum quicumque petentem,
Aeſtuet; aut equitem peditum praecedere [f] turmas,
Deficiat; ſi quo fuerit [g] diſcrimine notum,
Dux, an miles eam. ſerpens, ſitis, ardor, harenae,
Dulcia virtuti. Gaudet patientia duris.
Laetius eſt, quoties magno ſibi [h] conſtat, honeſtum.
Sola [i] poteſt [k] Libye [l] turba praeſtare [m] malorum,
Ut [n] deceat fugiſſe viros. Sic ille [o] paventes

[a] Incendit

VARIAE LECTIONES.

a *putent* B. 1. R. 1. b *captusque* V. 1. c *animi* A. d *primusque* VV. LL. Steph. *primumque* R. 1. e *praetentante* V. 1. M. Ed. Ven. f *turbas* A. g *sub cr.* V. sec. cum Gl. pro *diſcrimine*. h *conſtet* W. i *potes* B. 1. k *Libyae* MSS. & Edd. qdd. l *turbam* vulgo. *turma* B. 1. m *laborum* B. 1. *virorum* Marp. pro v. l. n *doceat* VV. LL. Steph. P. 1. R. 1. Ed. Ven. o *calentes* vulgo. *cadentes* VV. LL. Steph.

aeque ſuſtinebo, ut nemo intelligat, utrum ſim Inperator, an miles. SCHOL.

403 PATIENTIA] Id eſt. quicumque patientes ſunt, gaudeant ſibi graviora contigiſſe, quae tolerent. IDEM. Silius Ital. L. 1, 533.

- - - *gaudetque niteſcere duris*
Virtutem, & decoris pretio diſcrimina penſat.

404 LAETIUS] Plus gratiae laus habet, quoties difficilius comparatur. SCHOL.

405 SOLA POTEST LIBYE] *Sola Libye* i. e. deſertum Aphricae, *poteſt praeſtare* i. exibere nobis *turbam* i. confuſam multitudinem malorum Sc. poenae i. laborum, *ut deceat viros* i. honeſtum ſit viris *fugiſſe* Sc. ſervitutem, quia quae in ceteris regionibus ſunt toleranda, non ſunt viris digna. Poſſet etiam interrogative legi ad contrarium ſenſum ſic. *Poteſt ſola Libye praeſtare turbam* i tantum cumulum malorum, *ut deceat viros fugiſſe* Sc. ab imperio ducis ſui? q. d. nequaquam. ASCENS. Senſus eſt: Cum alias turpe ſit viris fugere malorum metu, quale quiddam poſt pugnam Pharſalicam accidiſſe videri poteſt, Libya, quia tot malis abundat, ignominiam ac turpitudinem hanc tollet. Neque enim malorum metu fugiſſe videbimur, cum ultro malorum turbam petamus, eamque terram peragremus, unde plus periculorum metuendum ſit, quam ſi hoſti obviam iremus. Loquitur autem ut Stoicus. Docent enim Stoici ἀπάθειαν, voluntque à ſapiente omnem metum, ac perturbationem abeſſe debere. Ut apud Ciceronem videre eſt, cum alibi, tum in Quaeſtio. Tuſculanis. MICYLL. Ob leve imminens periculum, nemo ob id evitandum, fugeret in maximum periculum. Servitus eſt ingens periculum, ut eam quis fugiat, audebit in aliud magnum periculum fugere. Atqui fugere in nationem bonam, non id eſſet magnum, verum in Libyen malam nationem fugere, id demum magnum videbitur. Porro ad id nemo facile impelletur, niſi regente magno aliquo periculo quod victos, & ſervitutem timenteis feciſſe, eſt veriſimile. Sed & Libya talis eſt, ut qui in eam fugerit, dicatur habuiſſe ingentem cauſſam, quod in talem diverterit regionem. Unde Cato, putat Libyen hoc praeſtare poſſe, ut omnes homines dicant, decentem eam fuiſſe fugam, ut magnanimorum virorum, qui quidvis pati maluerint, quam ſervitutem. GLAREAN.

405 TURBA PR. M.] Sic malui ex vetuſtiſſimo Regio, Buher. tribus Voſſianis, Hulſt. uno Berſm. & Ed. Veneta ſcribere, quam *turbam*. per malorum, quae prae-

[a] Incendit virtute animos, & amore laborum,
Inreducemque viam deserto limite [b] carpit:
Et, [c] sacrum parvo nomen clausura sepulcro,
Invasit Libye securi fata Catonis.
Tertia pars rerum [d] Libye; [e] si credere famae
Cuncta velis: [f] at, si ventos coelumque [g] sequaris,
Pars erit Europae. [h] nec enim plus litora Nili,
Quam Scythicus Tanais, [i] primis à Gadibus absunt:
Unde Europa fugit Libyen, & litora flexu
[k] Oceano [l] fecêre locum: [m] sed major in unam
Orbis abît Asiam. nam, cum communiter istae

Effundant

VARIAE LECTIONES.

a *intendit* Ed. Ven. b *carpsit* V. 1. Marp. c *parv. sac.* MSS. & Edd. qdd. d *Libye est.* V. 1. Ed. Ven. *Libye rer.* B. 1. Marp. Edd. V. B. M. *Libyae* al. e *sic reddere* H. f *aut* B. 1. *ac* H. A. g *sequamur* H. h *neque* B. 1. Ed. Br. Asc. Mic. Hort. i *quamvis ab* B. 1. *ab* P. 1. k *Oceani* B. 3. l *flexere* W. m *si* A.

praebet, turbam potest Libye praestare, ut viros deceat fuga, alioquin viris indecora. Argutantur nimis Interpretes, & glossator, qui *turbationem malorum* exponit, *ut, quae mala sint, confundantur.*

406 PAVENTES] Msc. duo *calentes*, non male. BERSM. *Calentes* habent quoque aliquot Pulm. & plerique nostri Codd. Edd. Romana, Veneta, Grotii, & sequentium. Ceteri exhibent *paventes*: quod hic praetuli cum integerrimo Regio primo, Voss. sec. a m. prima, Voss. primo pro var. lect. eadem manu addita, & Hulsii Cod. Hoc enim vulgarium militum animis plus convenit. nam omnes non erant Catones. Licet postea Catonis oratione moti, & ad tantam virtutem incensi sint, non calebant ante, sed potius pavidi erant hac in re. Eodem modo de Vulteji militibus Lib. IV, 520.

- - - sic cunctas sustulit ardor
Nobilium mentes juvenum: cum sidera coeli,
Ante ducis voces, oculis humentibus omnes
Adspicerent, flexoque ursae temone paverent.
Idem, cum fortes animos praecepta subissent &c.

Mutarunt illi, qui crediderunt, *calentes* hic scribendum, quia melius convenire videbatur cum *incendit*; ut ita currentibus, ut ajunt, quasi calcar, vel ignes animis flagrantibus addiderit, ut ait auctor L. VII, 559.

408 INREDUCEM] Per quam non ipse erat rediturus. SCHOL.

409 CLAUSURA] Hic enim periturus est Cato aliquando. *Securi* i. e. nihil timentis. IDEM.

413 PARS ERIT EUROPAE] Msc. duo (& Amst.) *Par*; depravate. BERSM. Ciacconius ad Melam L. I, I, 40. *Asiae* partem facit Silius Lib. I, 195. V. J. C. Scalig. Hypercrit. c. 6.

413 NEC ENIM PLUS &c.] Id est cum longior pars sit à Tanai ad Gades, quam à Nilo ad Gades, non est Africa pars orbis, sed potius Europae. SCHOL.

415 UNDE] A Gadibus. *Oceano.* qua intrat ad Gades. IDEM.

415 FLEXU] Malim *flexa*. GROT. *Flexo* est in duobus Berlm. Reg. pr. meo, & Edd. Rom. Parm. ac Med. *fluxu* Voss. sext. *fletu* Hulst. Nil muto. *in flexum agere* infr. vers. 456. Plin. L. IV, 17. *Medioque flexu litoris.* c. 24. *magnoque litoris flexu.* & alibi. V. inf. L. X, 290. *flexu torquetur.*

417 ABIT] *Adit* pro accessit κατὰ συγκοπήν. liber unus *abis*. BERSM. Vitiose in Sulp. Bad. Mic. & Hort. Edd. est *adit*.

417 ISTAE] Europa, & Africa. *Illa* Asia (V. ad L. VII, 503. Male Hortensius *Europam* intelligit.) Nam cum Asia habeat totum Eurum; Africa vero, & Europa simul habeant Zephyrum, & ita portio sit aequa ventorum, si duas partes orbis accipimus, erit Africa potius in Europa. SCHOL.

419 DISCEDIT IN ORTUS] Haec lectio Grotio debetur, quam confirmant quatuor Pulm. & octo, vel novem mei MSS. *Discessit* Witt. *decessit* Marp. Vulgo erat, ut ceteri habent MSS. *Descendit*, sollemni variatione, jam saepius monita. In uno Pulm. est *distendit*, forsan verius pro distenditur

sive

Effundant Zephyrum; Boreae latus illa finiſtrum
[a] Contingens, dextrumque Noti, diſcedit in [b] ortus,
Eurum ſola tenens. [c] Libyae quod fertile terrae eſt,
Vergit in occaſus: ſed & [d] haec non fontibus ullis
Solvitur; Arctoos raris Aquilonibus imbres
Accipit, & noſtris reficit ſua [e] rura ſerenis.
In nullas vitiatur opes; non aere, [f] nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura,
Et penitus terra eſt. tantum Mauruſia genti
Robora divitiae, [g] quarum non noverat [h] uſum;
Sed citri contenta comis [i] vivebat, & umbra.

In ne-

VARIAE LECTIONES.

a *conſtringens* V. 1. *continguens* Boh. b *ortum* W. V. 1. M. ſtatim *occaſum* Marp. A. male. V. ad L. II, 588. VI, 329, 360. c vulgo *Libycae*. d *hoc* V. 1. non inepte. e *jura* B. 1. f *neque* V. 3. W. H. A. Boh. Marp. g *quorum* Marp. h *uſus* O. 1. i *humebat* Marp. *viciebat* W.

ſive diſtendit ſe. Confer notata ad Lib. I, 101. & alibi.

420 LIBYCAE TERRAE] A Gryphio hoc eſt. *Libye*, & *Libyae* exhibent Edd. veteres, aliaeque. *Libyes*, duo Pulm. tres Berſm. & mei quinque MSS. *Libyae* unus Berſm. veterrimus Regius, Wittianus, Boher. & Hulſtii; quod recepi, niſi malis legere *Libyes* delendo verbum *eſt*. *Libye*, vel *Libya terra*, ut *terra Graecia*, *Arabia*, *Gallia* &c. De quibus aliquid dixi ad finem Lib. VII. Conſule Voſſium de Conſtruct. c. 2. Vechneri Hellenol. c. 8. L. 1. Quibus adde Virgil. L. IV. Aen. 37.

- - quos Africa terra triumphis
Dives alit.

Tibull. L. I, 10, 33.

Non tibi ſi pretium Campania terra daretur.

& alibi ſaepius.

423 NOSTRIS SERENIS] Cum apud Italiam ſerenitas jugis eſt, illic imbres aguntur. Ex Italia enim ſublatae vento nubes deferuntur ad Africam. SCHOL. Hinc illud Papinii.

Cum Libyae Boreas Italos niger adtulit imbres.

GROT. *Ed. tert.* Lib. VIII. Theb. 411. ubi omnino vide Lutatium. *Pharia ſerena* eidem Lib. V. Theb. 11. *noſtris ſerenis* ergo eſt coelo Boreali, quod nobis ad Boream vergentibus eſt Serenum. Imitatus autem hunc locum eſt Valerius Flacc. L. I, 332.

Nec de te credam noſtris ingrata ſerenis.

Quod male ibi explicuiſſe Bulaeum, vel ex hoc loco patet; ſed & aliis locis hoc ibidem evincit Cel. Burmannus, quem vide.

425 NULLO GLEB. CRIMINE DIVES] i. e. non habet metalla, quibus terra corrumpitur. *Crimine dives* i. cauſſa; ut Virgil.

- - - - - - crimine ab uno
Diſce omnes. alibi *Crimen amor veſtrum.*

SCHOL. *N. gl. crimine, pura.* Non damno quidem hanc lectionem, poteſtque commodo ſatis ſenſu explicari, diſtinctione poſita ante τὸ *pura*, ut fecere interpretes. Verum duo veterrimi Voſſiani cum Scholiaſte, & recentiore Voſſ. exhibent *dives*. Oppido eleganter. Libya non eſt *dives crimine glebarum* i. e. non habet aes, neque aurum, criminis cauſſam.

426 ET PENITUS TERRA EST] Vere terra eſt; nam non habet aes, nec aurum. SCHOL. *Sed* Mſcr. tria; *Et pen.* Quod non diſplicet. puram enim, & ſimplicem terram eſſe, dicit ſine admixtione venarum. BERSM. *Et* recte Grotius reſcripſit, ut habent MSS. plerique, & Edd. primae, exceptis Parm. Bad. & Micyll. *Sic* MSS. quidam in quibus Boher. Cod. pauciſſimi *ſed*.

426 MAURUSIA] Mſcr. *Mauriſia*. Arbores, & cedri Mauritaniae, quarum uſum non noverant, contenti umbris, & frondibus illarum, Maurorum ſunt divitiae. BERSM. Unus etiam ex Voſſianis, ſed recentior *Mauriſia*. Cave vero, ita ſcribas, licet *Mauritaniam* dicamus. Vide Servium, Pierium, & Cerdam ad Virgilii L. IV. Aen. 206.

Juppiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis
Gens epulata toris.

428 CITRI &c.] *Menſas*. Videlicet citreas. An-

 te

In nemus ignotum nostrae venêre secures:
Extremoque epulas, mensasque [a] petîmus ab orbe.
At quaecumque vagam Syrtim complectitur ora
Sub nimio projecta die, vicina perusti
Aetheris, exurit messes, & pulvere Bacchum
Enecat, & nulla putris radice [b] tenetur.
Temperies vitalis abest; & nulla sub illa
Cura Jovis terra est: Natura deside torpet
Orbis, & immotis annum non sentit harenis.
Hoc tam segne solum raras tamen exerit herbas,

Quas

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *petivimus o.* A. b al. *tuetur* V. sec.

te Ciceronianam mensam nullius vetustior memoria est: habuit enim & ex cedro & ex thya. SULPIT. Apparet Sulpitium *Cedrum*, pro *Citro*, hoc loco legere, quo quidem modo etiam in vulgatis editionibus Plinii legitur, libro XIII. capite 15. Omnibonus autem *Citri* quidem nomen retinet, sed de eo Citro dictum accipit, quam Medicam atque Assyriam alio nomine dici Plinius ait libro XV. cap. 14. A quo & *citria poma* nominantur. Eo adductus videlicet, quod infra sequitur:

Extremoque epulas, mensasque petivimus orbe.

Nam ex fructibus Citri, inquit, *tragemata, id est, cibos secundas mensae facimus.* Sed alii ex Athenaeo allegant, Pomum, quod Citrium vocant, quo nunc inter tragemata utuntur, priscis temporibus in usu edendi non fuisse. Eoque & Plinii verba pertinere volunt, ubi, loco supra citato, *Alia est arbor*, inquit, *eodem nomine malum ferens, execratum aliquibus odore, & amaritudine, aliis expetitum.* Duo igitur Citri genera faciunt: Alterum, quod & Medicum & Assyrium, ut dictum est, appellatur: & alterum Atlanticum, ex quo mensae fiebant, alio nomine *Tragete*, & ab Homero etiam *Thya* vocatum. Et de hoc praesens locus accipiendus. Nam & Martialis mensam, de qua in Apophoretis meminit, *Citream* inscribit,

Accipe felices, Atlantica munera, sylvas,

inquiens. Et *pugillares citreos*, in eodem libro, de quibus hoc disticho meminit:

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis onus.

Quare & hoc loco *Citrus* recte, puto, legitur: & apud Plinium capite citato, eodem modo pro *Cedri* arbore, *Citri* fortassis legendum. Nam de Cedro idem Plinius, eodem quidem libro, sed capite 5. mentionem facit. Plura vide apud Ruellium de Stirpibus, libro I. capite 68. & sequenti. Et apud Athenaeum libro III. MICYLL. *Cedrum* (ut est pro var. lect. in MS. uno Bersm.) hic quidem intelligit Sulpitius; at vero ita non legit. Patet autem, ex voce *epulis* confusum esse à nostro Citrum arborem cum Hesperidum malis, vel fructu Medico, seu Assyrio. Alias enim epulas hoc loco intellexisse non potuit, ut putant Beroald. & Sulpit. Maurorum enim citrus advehebatur tantum Romam ad varii generis supellectilia inde conficienda, & praecipue mensas. Alii etiam ex veteribus hic errarunt; ut fusius docet Salmasius in Plinian. p. 666, 670. &c De Maurorum citro, seu Atlanticis illis muneribus consule quoque Harduin. ad Plinium L. XIII, 15.

428 ET UMBRA] Ita habent ex MSS. soli Voss. pr. & Reg. pr. cum Hulst. Ceteri tam Steph. Pulm. Bersm. quam mei, & Edd. Sulpit. Bad. Mic. aliaeque *umbris*. *In umbris* Oxon. unus, & Ed. Veneta. Nihil muto.

429 SECURES] Prima Romanorum luxuria fecit hinc epulas, & cibos. Alii sic accipiunt dictum etiam: ad illam regionem nos misimus magistratus. SCHOL. i. e. a nobis primum excisae ad mensas aliaque sunt illae arbores.

430 PETIVIMUS ORBE] Subesse hic mendum non suspicatus essem, nisi in Wittiano, Boher. & Voss. secundo invenissem *petemus ab o.* Hinc enim patet, verâm esse Lucani manum *petîmus ab orbe*, ut totidem litteris est in Regio primo, & Ed. Parmensi. *Petimus* pro *petivimus*, ut *petis* pro *petivit*, & similia apud Virgilium, Ovidium, nostrum, & alios. *petisti* L. VIII, 836.

432 NIMIO DIE] i. Sole torrenti. SCHOL.

432 PORRECTA] *Projecta* MSc. quatuor, & libri

Quas Nasamon, gens dura, [a] legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit. nam litoreis populator harenis
Imminet, &. nulla portus tangente carina,
Novit opes. sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent. hâc ire Catonem
Dura jubet virtus. [b] illîc secura juventus
Ventorum, nullasque timens tellure procellas,
Aequoreos est passa metus. nam [c] litore sicco,
Quam pelago, Syrtis violentius excipit Austrum,

Et [d] ter-

VARIAE LECTIONES.

a *colit* V. 1. b *illi* B. 1. c *in l.* B.

bri aliquot. Indicat autem partem Libyae meridionalem, quae aestu solis exuritur, ob vicinitatem zonae torridae. BERSM. *Projecta.* Sic MSS. omnes praeter Voss. tert. *porrecta*, quod hic ab Aldo intrusum merito ejecit Grotius. Lib. VIII, 442.

Si regna times projecta sub Austro.

Inprimis autem aptum hoc verbum est, si regionis contemptus, & vilitas quaedam intelligatur. Vide Cuper. Observ. L. IV, 6. Burm. ad Valer. Flacc. VIII, 60. Drakenb. ad Silium VI, 645. Nam alioquin *porrigi* dicitur saepissime de locis planis, & in longitudinem extensis. Senec. Herc. Oet. vs. 4. Sil. I, 130. Stat. Theb. I, 331. Sidon. Apoll. Carm. IX, 49. Adde Ciaccon. ad Caesar. B. G. II, 19. Melam L. I, I, 15. III, 6, 40. quibus locis haec verba etiam variantur, ut & Doctiss. Kuningham. Anim. contra Bentlej. p. 12.

434 NULLA PUTRIS] Ipsa terra non est putris, & ideo sementa non alligat. SCHOL. Rectius exponunt alii. *Soluta in pulverem non habet arbores*, quas solus abstulit Hammon. vs. 525, 526. ubi itidem hoc sensu *putris* adhibet.

Silvarum fons caussa loco, qui putria terrae
Adligat, & domitas unda connectit harenas.

vs. 699.

- - *putrique incoxit harenae.*

L. VIII, 830.

Totaque in Aethiopum putres solvaris harenas.

Hoc sensu *putres harenas* apud Statium L. IV. Silv. 3, 126.

438 TAMEN] Edd. Rom. Parm. Sulp. Bad. Mic. aliaeque exhibent *tantum.* Non intellexit haec Hortensius, qui edidit *non.* Ait auctor, licet sit ager tam sterilis, raras tamen illic nasci herbas, quas colligunt Nasamones. Si *non* valeret, saltem tum scribi deberet *legat*, sive colligere possit. Nasamonas autem alii cum nostro ad Syrtes, alii in mediterraneis locant. Vide Celeb. Perizon. in Curtio vindicato p. 154. &c. Ex Lucano sua hausit Silius L. I, 408.

Et vastae Nasamon Syrtis populator Hyempsal,
Audax in fluctu laceras raptare carinas.

III, 320.

Hinc coit aequoreus Nasamon invadere fluctu
Audax naufragia & praedas avertere ponto.

443 NULLA PORTUS TANG. C.] Non enim navigant, ut mercentur, sed colligunt, quae alii perferebant. SCHOL. Habent opes; licet nulla carina ad eos veniat, in portum intrans. nam rapiunt eas, dum ad Syrtes naufragia faciunt mercatores, quorum ab omnibus orbis partibus venientium damnis ipsi aluntur. Non bene percepit haec Scholiastes.

443 COMMERCIA] Omnia enim illic inveniuntur, quae de diversis solent gentibus comparari. SCHOL.

446 TIMENS TELLURE] In uno Bersm. tribus Pulm. Voss. pr. Reg. pr. a m. pr. item in Voss. sexto, ac Edd. Rom. Parm. Brix. & Med. scriptum est *timens sentire.* Non placet. In terra non timuerunt procellas, quas tamen non secus, ac in mari passi sunt. Diserte auctor *timens tellure*, & *aequoreos metus* obponit. Silius de his harenis Lib. III, 653.

Nos pene aequoribus Syrtis violentior hausit.

447 AEQUOREOS] Quae in mari timuit, in terra passa est. SCHOL.

448 EXCIPIT] i. e. majorem ventum e litore Syrtis accipit, quam de mari. IDEM. Perperam Schol. explicat. cum sit sensus; Syrtis illam partem, quae sicca est, magis ventis agitari, ejusque

 hare-

Et [a] terrae magis ille [b] nocens, non [c] montibus ictum
Adversis frangit Libyes, scopulisque [d] repulsum
Dissipat, & liquido se turbine solvit in [e] auras;
Nec ruit in silvas, annosaque robora torquens
Lassatur: patet omne solum, liberque meatu
Aeoliam rabiem totis exercet [f] habenis:
[g] At, non [h] imbriferam [i] cum torto [k] pulvere nubem
[l] In flexum violentus [m] agit, pars [n] plurima terrae
Tollitur, & numquam [o] resoluto [p] vertice pendet.
Regna videt pauper Nasamon [q] errantia [r] vento,
Discussasque domos: [s] volitantque à culmine raptae,
Detecto Garamante, casae. non altius ignis

Rapta

Variae Lectiones.

a *terris* V. pr. a m. pr. b vulgo *nocet*, *ortum*, *Libye*, *liquidas s.* c *motibus* A. d *revulsum* B. 1. e *iras* O. pr. a m. pr. f vulgo *arenis.* g MSS. plerique, & Edd. ante Grot. *&*. h *umbriferam* B. 2. *nubiferam* A. H. i *contorto* una voce male MSS. qdd. & Edd. ante Grot. *cum toto* V. 1. A. *cum certo* Marp. k *vertice* R. pr. sed corr. R. sec. l *in flexus* B. 1. m *aget* W. a m. pr. n *ultima* P. 1. *maxima* P. 1. B. 1. o *pacato* O. 1. p *e pulvere* O. pr. a m. sec. q *certantia* B. 1. r *noto* R. 1. s *volitant* V. 2.

harenas commoveri, quam illam, quae est maritima, & undosa. Ceterum in MSS. omnibus Steph. Pulm. Bersm. & meis septem, ac Editionibus primis, ut & Aldina exaratur *accipit*. V. vs. 625. & L. II, 270.

Imaque telluris ventos tractusque coruscos
Flammarum accipiunt.

Verum cum ceteri mei MSS. in quibus optimi, Vossianus sec. Regius pr. Wittian. Bouh. &c. retineant *excipit*, quod primus dedit Sulpitius, mihi quoque hoc loco id placet. Senec. Oed. 9.

Ut alta ventos semper excipiunt juga.

Immo noster L. VI, 339.

Excipit adversos Zephyros & Japyga Pindus.

446 Nocet, non montibus illum &c.] Sunt, qui legant. *Et terrae magis illi nocens: non montibus ortum.* VERSELL. Mendose vulgo hic circumfertur locus, cui membranarum ope, & ductu integritatem, ni fallor, reddidimus. Primo pro *nocet*, ut ediderunt Sulpit. Badius, Micyll. & Grotius, aliae editiones habent *nocens* cum quatuor Pulm. duobus Bersm. & decem meis, in quibus optimi Regii, & Vossiani. Pro *ortum* Edd. Rom. Parm. Sulp. Bad aliaeque circumferunt *illum*; quod agnoscunt quoque Bersm. unus, & mei quinque. *Libyae*, non *Libye*, exhibent Voss. sec. Wittian. Edd. Veneta, Hort. & Bersm. *Libyes* Voss. qu. *liquidas se t.* retinent constanter MSS. & Edd. omnes ante Grotium, nisi quod optime pro iis sit *liquido se*, in Regio pr. Voss. & Hulst., unde patet, scribendum esse, quod feci, clarissimo sensu

- - - - *Excipit austrum,*
Et terrae magis ille nocens, non montibus ictum
Adversis frangit Libyes; scopulisque repulsum
Dissipat, & liquido se turbine solvit in auras;
Nec ruit in silvas.

Auster nocet terrae; quia ictum suum (vel si cum plerisque MSS. velis retinere, quod ego tamen depravatum puto, *ortum* sive initium suum, vel se ortum) non frangit in adversis montibus Libyes (s exciderat ob seq. voc.) neque se scopulis repulsum dissipat, aut dissolvit: quia illius vis numquam rotatione diffringitur &c. Ventus enim cum à monte repellitur, facit turbinem, quem *liquidum* vocat metaphora ab aquarum vertice, vel ab undante fumo, & igni ducta. Vide, quae notavimus, ad Lib. VI, 535. Serv. & Cerdam ad Ecl. VI. Virg. 33. *liquidi simul ignis.* Vides, ut jam omnia plana sint, & continua serie cum sequentibus nexa. Vulgata erant hiulca, obscura, & interrupta. *que* enim poni pro *&* *non* nunc non monebo. Sexcenties occurrit. In quibusdam autem editis post *repulsum* male distinguebatur, ac *scopulusque* excusum est, quod monuit jam Modius Novant. Lect. Ep. CXIX.

451 Dissipat] Non dissipat. est enim ubique planicies. SCHOL.

451 E turbine] Ita maluimus quam *se*. GROT.

453

Rapta vehit: quantumque licet consurgere fumo,
Et violare diem, [a] tantum tenet [b] aëra pulvis.
[c] Tum quoque Romanum solito violentior agmen
Adgreditur, nullusque potest [d] consistere miles,
[e] Instabilis raptis etiam, quas calcat, harenis.
Concuteret terras, orbemque à sede moveret,
Si solida Libye compage, & pondere duro
Clauderet exesis Austrum scopulosa cavernis:
Sed [f] quia mobilibus facilis turbatur harenis,
[g] Nusquam luctando [h] stabilis manet: imaque tellus
Stat, [i] quia summa fugit. [k] galeas, & scuta virorum,
Pilaque contorsit violento spiritus [l] actu,

Inten-

VARIAE LECTIONES.

a *tantus* Boh. b *aethera* Marp. c *Tunc* MSS. & Edd. qdd. d al. *consurgere* V. sec. Ed. Hort. e *instabile* Marp. *instabiles arenas* H. f *quod* B. 2. V. pr. g *numquam* R. pr. V. pr. H. Ed. Rom. Parm. h *facilis* A. i *qua* H. k *galeasque* H. l *ictu* V. 1.

453 LASSATUR] Sc. non. Quippe non habet Alpium nemus. SCHOL.

454 RABIEM EXERCET] Totos flatus (*fluctus* Voss. pr.) quos habet, effundit. IDEM. Bene sit Scholiastae, qui his verbis nos docet aliud olim lectum fuisse, quam nunc circumfertur. Verba enim ejus translata sunt ab equis laxo freno currentibus. Hi enim *effundere se*, & *effusis habenis* currere dicuntur. Vide Virg. Georg. III, 104. Tibull. IV, 1, 92. Cerdam ad Georg. I. inf. Passerat. ad Propert. IV, 8, 18. p. 658. & alios non raro. Scribendum itaque *totis exercet habenis*; ut diserte servavit Hulsij Cod. uti & Voss. tert. in quo *ab enis*. Ventos Aeolii antri carcere emissos per campos instar effusi equi ruere, passim fingunt poëtae. Quis nescit illud Virgilii in primo Aen. *qua data porta, ruunt* &c.? Hinc *immittere fluctibus Eurum* Lib. II, 457. *Totas habenas* itidem dixit noster L. II, 500.

Haec ubi dicta, levis totas accepit habenas
In campum sonipes.

Virgil. L. XII. Aen. 499.

Irarumque omnes effudit habenas.

Non dubitandum itaque de hac lectione. *Omne solum* & *totae arenae* eadem forent.

455 NON IMBRIFERAM] Ὑφ' ἓν Nubem *non imbriferam*, id est, areniferam. GROT. *Ed. pr.* Hic *non imbriferam* ὑφ' ἓν legi debet. Nubem enim *non imbriferam* vult intelligi eam, quae ex arenis constat. IDEM. *Ed. tert.*

457 NUMQUAM RESOLUTO VERTICE] Dicit, globum terrae, qui erigitur, vento jugiter flante non cadere. SCHOL. *Vertex pulveris* dicitur ergo, ut *vertex flammae, ac fumi*, & similia sexcenties apud nostrum, & alios.

458 REGNA] Casam suam rusticam. Ita Virgil.

Post aliquot mea regna videns mirabar aristas.

BERSM. Alii urbes intelligunt, & terram, quam possident. Mihi videtur hanc vocem captasse Lucanus, & tota Nasamonum regna vento errantia, dixisse, ut populi paupertatem simul indicet: cum ea regna non consisterent, nisi in pauperibus, & tenuibus tuguriis, quae vento dissipari poterant. Hinc *regna errantia* exponit per *discussas domos*. Aliud quid apud Ciceronem de Orator. L. I. *in suo regno* & apud Virgilium *mea regna* notant. Propius accedit Minucius Felix c. 18. *pastorum & casae regnum*. Vitiose autem in uno Cod. est *tecta*, ex glossa natum, teste Drakenb. ad Silium VII, 16.

463 VIOLENTIOR] Sic recte mutavit Grotius; ut habent MSS. plurimi, & optimi cum Ed. Veneta. Vulgo erat *violentius*. Dein in Regio primo, Voss. primo, & secundo *nullisque* sc. arenis. Forsan rectius; si ita distinguas.

- - - *nullisque p. c. miles*
Instabilis, raptis etiam, quas calcat, arenis.

467 SOLIDA &c.] Si illum intrinsecus contineret inter scopulos, & saxa conceptum. SCHOL.

470 STABILIS] Firma est, nec titubat; quia superior vento cedens impetum ejus fundit. IDEM.

Intentusque tulit magni [a] per inania coeli.
Illud in [b] extrema forsan longeque remota
Prodigium tellure fuit: [c] delapsaque coelo
Arma [d] timent gentes, hominumque [e] erepta lacertis
A Superis [f] demissa putant. sic illa profecto
Sacrifico cecidêre Numae, quae lecta juventus
Patricia cervice movet: spoliaverat Auster
Aut Boreas populos, ancilia nostra ferentes.
Sic orbem torquente Noto, Romana juventus
Procubuit, metuensque [g] rapi, [h] constrinxit amictus,
Inseruitque manus [i] terrae: nec pondere solo,
Sed [k] nisu jacuit, vix sic inmobilis Austro,

[a] Qui

VARIAE LECTIONES.

a *pergentia* H. b vulgo *externa*. c *dejectaque* V. 1. *dilapsaque* B 1. d *tonent* V. tert. e *ejecta* H. *exempta* Edd. Rom. Parm. f *dimissa* B. 4. V. 2. M. g *capi* V. 1. H. *mori* B. 1. h *constringit* B. 1. *construxit* Edd. R. P. Sulp. Al. *perstringit* B. 1. i *terris* A. k *nixu* vulgo.

473 INTENTUS] Ab intendendo dicit *intentum*; i. e. qui in altum ire contendit. SCHOL. Silius Ital. L. III, 526.

Nudatis rapit arma viris, volvensque per orbem
Contorto rotat in nubes sublimia flatu.

474 EXTREMA] Hoc dicit, quod arma ista, quae ventus abstulerit ad aliam partem orbis, putaverunt hi, ad quos venerunt, missa esse de coelo, quod prodigium crederetur. SCHOL. *Externa.* Sunt, qui legant *extrema.* Sed tunc frustra addatur *longeque remota.* VERSELL. MSS. Pulm. Bersm., mei, aliique ab Heinsio inspecti habent *extrema* (vide Drakenb. ad Silium IX, 209.) & Edd. priores fere omnes. *Externa*, ut erat vulgo, promanavit ab Ed. Veneta, quod Aldus recepit, & dein Colin. Steph. ac Gryphius. Sed an Libye aeque non est *externa tellus* Romanis, ac alia? Malui itaque *extrema* i. e. ut addit auctor pro explicatione, longius remota, quam in qua erant. Passim vocantur Lucano, aliisque *extrema terrarum*, quae à Romanis tam longe aberant, ut fere iis essent incognita: ut saepius propter crebram harum vocum mutationem monendum fuit.

477 SIC ILLA] Quemadmodum tunc ancilia de coelo lapsa sunt. SCHOL.

478 LECTA JUVENTUS] Salios dicit. IDEM. Voss. & Oxon. unus cum Edd. Rom. & Parm. exarant *laeta*, ut L. I, 603.

Et Salius laeto portans ancilia collo.

ubi vide. In meo est *secta*, quod ad ancilia foret referendum. Minus bene.

480 ANCILIA NOSTRA] Quasi non sua arma, sed jam ancilia nostra portarent. SCHOL.

482 METUENSQUE RAPI] Ita praeter Grotium ediderunt quoque Sulpit. Bad. Micyll. & Hortens. pluresque agnoscunt Codd. *metuitque* Ed. Ven. Ceterae *timuitque.* quod in aliquibus Pulm. & Bersm. est libris manu exaratis, ut & in Voss. pr. sec. Regio utroque & Hulst. Ita si malis scribere, majorem distinctionem post *rapi* ponas. Nihil temere rursus muto.

484 NISU JACUIT] Ut conatu addito unusquisque gravior redderetur. SCHOL. Recte Scholiastes legit, & exponit hanc vocem *nisu*, quomodo Pulm. Bersm. & undecim mei vetustiores cum Ed. Romana scribunt. Vulgo erat *nixu.* Posses etiam legere *nexu*: ut hae tres voces creberrime permutantur. Consule quae notavimus ad Lib. III, 612.

Illa tamen nisu, quo prenderat, haesit.

ubi eadem est confusio. Adde Cel. Burmann. ad Quinctil. in Instit. L. II, 12. *Totius corporis nixu in aliquid incumbere.* in re incerta Mstos optimos sequi, tutius est. Sequenti versu Voss. primus non male exhibet *tumulos* cum Edd. Rom. Parm. Brix. aliisque. Eodem plane modo Ovidius Lib. IV. Metam. 240.

Tumulumque super gravis addit harenae.

Silius de his Libyae harenis Lib. III, 655.

- - - - - tumulum natura negavit
Inmensis spatiis, nisi quem cava nubila torquens
Construxit turbo, inpacta glomeratus harena &c.

In

[a] Qui ſuper [b] ingentes cumulos involvit harenae,
Atque operit tellure viros. vix tollere miles
Membra [c] valet, multo [d] congeſtu pulveris haerens.
Adligat & ſtantes [e] adfuſae magnus harenae
Agger, & [f] inmoti terra ſurgente tenentur.
Saxa tulit penitus [g] diſcuſſis [h] proruta muris,
[i] Effuditque procul [k] miranda ſorte malorum.
Qui nullas vidêre domos, vidêre ruinas.
Jamque iter omne latet; nec ſunt diſcrimina terrae
[l] Ulla, [m] niſi aethereae, medio velut aequore, flammae.
Sideribus novere [n] viam: nec ſidera tota
Oſtendit [o] Libycae finitor circulus orae,

Multa-

VARIAE LECTIONES.

a Hi tres verſus a manu prima deſunt in Boher. b *ingentis* V. 4. W. c *juvat* V. 1. d *contectus* A. e *effuſae* O. 1. A. Edd. R. P. B. M. S. A. Mic. Hort. *effoſſae* Ed. Ven. f al. *immolli* V. ſec. g *diſciſſis* A. *decuſſis* V. 1. h *praeruta* A. i *effunditque* B. 1. k *miſeranda* B. 2. V. 2. Marp. O. 1. Hort. m. V. ad vſ. 832. l verſus hic comparet in Boh. & Voſſ. ſec. in marg. tantum. In Voſſ. pr. alia manu eſt inſertus pro gloſſa. Nonnihil ſuſpectus eſt mihi. m *nec* Ed. Parm. n vulgo *viam*. o *Libyas* Ed. Ven.

In his quoque ſaepe variant MSS. V. ad L. v, 641. vii, 722. Praeterea valde hic turbant quidam libri. vſ. 485, 486, 487. non comparent in Boher. niſi in margine. Et certe ſalvo, ſi non integriore, ſenſu abeſſe poterant. In Regio recent. vſ. 486, 487, 488. leguntur demum poſt vſ. 492. In uno Voſſ. deeſt ille *adligat* &c. & ceteri tranſponuntur.

486 OPERIT] Fortaſſis autem hoc loco poëta ad hiſtoriam Pſyllorum alludit, quae gens Naſamonibus vicina, cum aliquando Auſtro perquam valido atque diutino vexaretur, contra illum tanquam hoſtem profecta, congeſtu arenae tota oppreſſa, eoque pacto interiiſſe dicitur, ut autor eſt Herodotus libro iv. & meminit Aul. Gellius libro x. cap. 11. MICYLL.

492 QUI NULLAS] Illo enim ſaxa perlata ſunt, ut neſcirent, unde decidiſſent. SCHOL.

493 ITER OMNE] i. e. omnis ſemita contecta eſt. IDEM.

495 SIDERIBUS NOVERE VIAS] Mſcr. duo *movere*, male. pro *vias viam* Mſcr. duo. BERSM. Non adeo male ſcriberetur *movere*, ut putat Berſm. Ea enim voce innueret auctor, Catonem cum exercitu noctu tantum progreſſum eſſe ad ſidera, quia de die curſum dirigere non poterat, omni latente itinere: ut alii in his deſertis fieri tradunt. Vide omnino, quae collegit Freinshem. ad Curtium Lib. vii, 4. *itaque qui tranſeunt campos, navigantium modo noctu ſidera obſervant, ad quorum curſum iter dirigunt, & propemodum clarior eſt noctis umbra, quam lux. Ergo interdiu invia eſt regio, quia nec veſtigium, quod ſequantur, inveniant &c.* Mihi tamen quoque diſplicet *movere*. Dicit Lucanus. Jam omne iter latere, nec terram habere ullum diſcrimen, ex quo iter inveniri poſſit, ſed illud noviſſe ipſos ex ſideribus, quibus de nocte conſpectis, de die curſum ex eorum obſervatione dirigere poterant. *Viam* autem repoſui pro *vias*, jubentibus quinque Pulm. meisque MSS. plurimis, & vetuſtioribus, ac Edit. Rom. Parm. Pariſ.

495 NEC SIDERA TOTA] Quia quaedam ſidera apud nos videntur, quae ibi non ſunt. Auſtralem autem (*axem* Voſſ. ſec.) circulum dicit, qui eſt ſubter nos; & quoniam depreſſus eſt ſub terras, non jam omnia ſigna oſtendit his, qui ſub eo coelo ſunt. i. e. qui in ima parte ſunt axis, noſtras ſtellas videre non poſſunt. SCHOL. *Sidera nota* Orizon orae Libycae non oſtendit Sydera nota ſcilicet Romanis, ſed ignota, ut Canopum & Antarcticum. ASCENS. Beroaldus tamen, & alii legunt *tota*, quod aliis non placet: quia nulla pars tota oſtendit: verum quia addit *multaque* &c. legam *tota*, uti exponit Beroaldus. VERSELL. Mſc. *nota* h. e. nobis cognita. BERSM. *Nota* exhibent quoque variae Lect. Steph. tres Pulm. & tres mei recentiſſimi cum Edd. Ven. Sulpit. Bad. Mic. & Hortenſ. Praefero omnino *tota* i. e. totam conſtellationem, ex qua ſolent viam cognoſce-

re

Multaque devexo terrarum margine celat.
[a] Utque calor solvit, quem torserat, aëra, ventus,
Incensusque dies; manant sudoribus artus:
[b] Arent ora siti: conspecta est parva maligna
Unda procul vena, [c] quam vix [d] è pulvere miles
Corripiens, [e] galeae convexum infudit in orbem,
Porrexitque duci. squalebant pulvere fauces
Cunctorum: [f] minimumque [g] tenens dux [h] ipse liquoris
Invidiosus erat. Mene, inquit, degener unum
Miles in hac turba vacuum virtute putasti?

Usque

VARIAE LECTIONES.

a *atque* A. b *haerent* V. 1. *ardent* V. 1. c *qua visa p.* B. 1. d *in* B. 1. *ex* A. e *patulum galea confudit* vulgo. *confundit* V. 1. H. O. 1. a m. pr. f *nimiumque* MSS. & Edd. qdd. vitiose. g *ferens* B. 1. h *ille* Edd. Rom. Parm.

re nautae. Sic *tota aequora* & similia passim. Si non ostenderet nota sidera, certe ex ignotis viam aeque minus noscere potuissent.

497 DEVEXO MARGINE] Notandum, quod marginem genere masculino dicit. *Marginem* autem extremitatem orbis dicit. SCHOL. Non Lucanus solus, sed Ovidius, Statius, aliique in Masc. Gen. dixerunt. Vide Charisium, & Priscianum plus uno loco.

499 INCENSUSQUE DIES; JAM MUNDI &c.] Ab hoc loco usque ad *manant*, in quibusdam exemplaribus non legitur. HORTENS. Msc. quatuor: *exarsitque dies*; ac deinceps tria: *manant sudoribus artus: Arent ora siti*, omissis versibus intermediis; qui παρενθέσει includuntur. BERSM. Versus hic aliquot omisimus inepte ex loco inferiore repetitos, qui & in MS. deerant. GROT. Versus, quos jure summo ejecit Grotius, sunt hi.

- - - - jam mundi spissior ignis:
Jam plaga, quam nullam superi mortalibus ultra
A medio fecere die, calcatur; & humor
In Noton omnis abit.

Sua autem sede bene leguntur haec post vs. 604. In libris quibusdam non apparere eos, jam monuit in margine editionis suae Micyll. Adparent tantum in tribus meis recentioribus, & uno Pulm. Intrusi autem in inpressos libros primum sunt ab Aldo. pro *manant sudoribus artus* est tamen in uno quoque Voss. *jam mundi spissior ignis Exarsitque dies*, est in Pulm. quatuor, & meis decem MSS. cum Ed. Ven. sed vetustissimi quique Voss. pr. sec. tert. Reg. pr. Witt. Boher. &c. habent *incensusque*. *Incensos aestus* legas apud Virgil. Lib. III. Georg. 459.

500 MALIGNA] i. exigua. SCHOL. Perperam alii inpuram exponunt.

500 PARVA MALIGNA UNDA PROCUL VENA] Si Msti adjuvarent, libentissime reciperem lectionem à Doct. Waddelo mihi propositam *malignae venae* ob concursum τῶν *a* vitandum. Nunc nihil muto: quia video quoque, nostrum cum aliis poëtis, Ovidio inprimis, saepius hanc litteram ter, vel quater una in regula posuisse. Confer omnino L. III, 483. VIII, 653, 680.

502 SUSTULIT, ET GALEAE CONVEXUM INFUDIT IN O.] Msc. quatuor *Corripiens patulum galeae confudit in o.* BERSM. Lectionem hanc arripuit Grotius jam ante tamen expressam à Venetis, Taberio, Sulpitio, Badio, & Micyllo. (*Galea* in Grotii Editionem typothetarum errore inrepserat. mansit tamen id in seqq. Edd.) Et sane quatuor etiam Pulm. & omnes mei, exceptis Regiis, eam confirmant. Nihilominus tam in hac, quam in ceterarum Editionum lectione glossam latere puto. Alii scilicet edunt.

Sustulit & galeae convexum infudit in o.

Unus autem Pulm. Cod. & uterque Regius cum Edit. Romana exhibent *S. & g. conversum inf.* Vel *effud.* in Reg. rec. Ex qua Mstorum diversitate clare mihi videor sentire *sustulit* & *patulum* vel *conversum* esse glossas, & interpretamenta τῶν *corripiens* & *convexum*; quae ultima vox, probata etiam ab Ill. Heinsio ad Claudian. VI. Cons. Honor. vs. 614. in hac significatione rarior ansam dedit mutationi; nisi forsan ipse Lucanus in caussa est, ut duplex hujus loci sit scriptura. *Convexum* enim hic idem erit, quod vulgo dici deberet *concavum*, sed hoc quoque sensu eam vocem Justinus

Usque adeo mollis, primisque caloribus inpar
Sum visus? [a] quanto [b] poena tu dignior [c] ista,
Qui populo sitiente [d] bibas! sic concitus ira
Excussit galeam, suffecitque omnibus unda.
Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent: stat [e] certior [f] illic
Juppiter, ut memorant, sed non [g] aut fulmina [h] vibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus, Hammon.
[i] Non illic [k] Libycae posuerunt ditia gentes
Templa: nec Eois splendent donaria gemmis.

Quam-

VARIAE LECTIONES.

a *quantum* M. *tibi quam* H. b *tu poena es* B. 1. *poena es tu* B. 3. V. 1. Marp. O. 1. Edd. qdd. c *ipsa* O. 1. *ista es* P. 2. V. 2. W. Edd. qdd. d *bibis* Marp. e vulgo *corniger*. f *Hammon* Ed. Ven. *illuc* V. 1. g *ut* V. 1. H. O. 1. M. Ed. Bersm. h *vibrat* P. 2. W. V. 1. H. M. *librans* B. 1. i Hic & 3 seqq. versus non leguntur in meo MS. k *Libyae* Ed. Ven.

nus usurpavit Lib. II. c. 10. *Convexa vallium*, quod perperam in *concava* depravare conatus est J. Clericus Biblioth. Ancien. & Mod. T. V. A. 1716. p. 149. Non aliter enim Plinius L. VI. c. 37. *Vocari Convalliam, seu Convallem à convexitate*, quod itidem in *devexitate* mutari non necesse fuit cum Cel. Is. Vossio ad Melam L. III. c. 10. Nam sic iterum Plinius L. V. c. 5. *Catabathmos adpellatur oppidum, & vallis repente convexa*, licet in eadem re Mela *devexa* dixerit. Quamvis enim fatear, proprie vallem dici *cavam*, & Grammatici scribant, *convexum* esse, quod ab omni parte ad terram versus declinatum est, non temere tamen auctores hanc regulam non observantes, mutandi sunt. Quid enim tum dicendum erit de Catullo, qui Carm. 70. scribit.

Valle sub alarum trux habitare caper.

quod è contrario est convexum. Aptius etiam dicitur *infundere aquam in galeam*, quam *confundere*: quod ut idoneum habeat sensum, addunt Glossae *nempe cum pulvere*. De ritu autem militum è galea bibentium consule praeter alios Passerat. ad Propert. Lib. III, 12. p. 478.

- - - *potabis galea fessus Araxis aquam.*

N. Heins. ad Claudian. III. Cons. Honor. 49.

- - - *In galea potare nives.*

Lutat. ad Statii L. III. Theb. 663.

Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus.

505 INVIDIOSUS ERAT] Hoc est. Et cum Cato parum aquae, nescio quid, accepisset, grandi tamen invidia laborabat. SCHOL.

505 MENE] *Ne me* Msc. (& Hulst.) perverse. BERSM.

505 DEGENER] Ad illum loquitur, qui aquam ei obtulit. SCHOL.

506 PUTASTI] *Putastis* Msc. κατὰ σύνθεσιν. BERSM.

510 SUFFECITQUE OMNIBUS UNDA] Idem in his desertis fecisse referunt Alexandrum, de quo vide notas ad Frontini Strateg. I, 7, 7. *Oblatam sibi a milite in galea aquam, spectantibus universis effudit, utilior exemplo temperantiae, quam si communicare potuisset.*

512 CORNIGER ILLIC JUPPITER] Ineptissima haec est lectio, quam tamen Editorum nullus vocavit in dubium. At quaeso, quae haec est loquendi norma; stat illic Juppiter cornua gerens, sed non fulmina vibrans, sed cornua gerens? Unice itaque vera, & elegantissima est vox, quam servavit nobis vetertima Vossiani primi manus, *certior*, suprascripto pro glossa *corniger*, ut scilicet passim vocatur, & infra vs. 545. Aliam vocem, sed etiam ex glossa natam habent veterrimus Reg. prim. & a m. pr. Boher. scil. *fortiger*. *Certior* optime amplexus est integerrimi Codicis olim possessor Is. Vossius ad Melam L. I. c. 8. *Hammonis oraculum fidei inclytae*, & Ill. Heinsius Epist. ad Gronov. 37. nam ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ Ἄμμωνος. Vide vs. 548. *Certus* autem usurpatur tam de eo, qui vera docet, quam qui doctus est. Noster Lib. VI. in f. *tibi certior omnia vates.* Horat. Lib. I. O. 7, 28. & Stat. Theb. V, 734. *Certus Apollo* Sidon. Apoll. Carm. VII, 25. *Vatum certissime.* Valer. Maxim. L. VIII, 13. *legum clarissimus, & certissimus vates.* Adde Cl. Haverkampii notam ad Tertull. Apol. c. 16. *& de capro*

&

Quamvis Aethiopum populis, Arabumque beatis
Gentibus, [a] atque Indis unus sit Juppiter Hammon,
Pauper adhuc Deus [b] est, nullis violata per aevum
Divitiis delubra tenens; morumque priorum
Numen Romano templum defendit ab auro.
Esse locis Superos, testatur silva per omnem
Sola virens Libyen. nam quidquid pulvere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,

Igno-

VARIAE LECTIONES.

a *ac* Edd. qdd. b *et n*. B. 1.

& de ariete cornutos. De situ hujus templi pluribus ad dictum locum agit Vossius, & J. Perizon. in Curtio Vindicato p. 151. &c. Sil. L. XVII, 635. dein *Hammon* Mstorum fide scripsi, non *Ammon*. de his Lib. I. quaedam diximus.

516 DONARIA] Msc. duo *altaria*: sed ad marg. alt. reponit *donaria*. BERSM. *Altaria* esse glossam, satis docent Voss. pr. & sec. in quibus haec vox inter lineas etiam additur. *Donaria* recte pro locis, in quibus dona reponuntur. Vide Serv. ad Virgil. Georg. III, 533.

Ductos alta ad donaria currus.

518 INDIS] Non veri, & ulteriores *Indi* hic intelligendi, sed populi his regionibus vicini, qui apud nostrum, & alios Indorum nomine veniunt. Vide Celeber. Cuperum Observ. Lib. IV. p. 86. Verum non Indis tantum, sed & Phrygibus jam olim cultum fuisse Hammona, canit. Valer. Flacc. L. II. vs 482.

519 PAUPER &c.] Alii aliter. V. Briosius in Epist. p. 146. BROUKH.

519 NULLIS VIOLATA] Quae accidente aetate munerum adjectione non polluta sunt. SCHOL.

520 MORUMQUE] Quod sit veteri frugalitate contentum. SCHOL. Mscr. *moremque*, male. Mores priores dicit priscos, sive antiquae virtutis & fidei, h. e. incorruptos. BERSM.

521 ROMANO] Romani multa concupiscentes templa violarunt. SCHOL.

524 BERENICIDA] Civitas Africae juxta hortos Hesperidum. Est autem ordo. *Ardentem Berenicida tepida Lepti separat*. SCHOL. *Berenicida* vocat regionem, quae alias *Pentapolitana* à scriptoribus appellatur, à quinque urbibus videlicet, inter quas prima *Berenice* à Plinio nominatur. reliquae, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, & Cyrene. Dicta autem fuit *Berenice*, ἀπὸ τῆς Πτολεμαίου γυναικὸς Βερενίκης, cum ante *Hesperis*, ut Stephanus autor est, vocaretur. Vide Plinium libro V. capite 5. Strabonem libro ultimo. MICYLL. *Trepida preremptiida*, Micr. corrupte. Berenicida vocat regionem, quae alio nomine Pentapolitana, à quinque urbibus, inter quas est & *Ptolemais*, ut haud sciam, an *Ptolemaida* ille scribere voluerit. BERSM. Rectum est *Berenicida*, ut servant MSS integriores. Alii, & Edd. priores *Berenecida*, *Berenitida*, *Beremithida*, *Berenistida*, *Bereutida*, *Bremtida* &c. Non modo regionem Pentapolitanam potuit auctor vocare *Berenicida*, sed & ipsam urbem *Berenicen*. Sic urbem in Epyro à Pyrrho conditam Βερενίκην Plutarchus Βερενικίδα nominavit. Vide Comment. ad Stephanum.

525 SOLUS] Quasi unus habeat locus, quod omnis (*tota* Voss. pr.) regio habere deberet. *Silvarum*. Ordo est; *caussa silvarum loco huic fons est*. SCHOL.

525 NEMUS EXTULIT] Male libri *abstulit*, aut *attulit*. Sola Ammonitis arbores erigit. GROT. Vulgo lectionem a Grotio contra Mstos rursus intrusam (nam ante eum *extulit* ediderunt Sulpitius, Badius, Micyll. & Hortens.) secuti sunt. Sed perperam, ut opinor. Recte dicitur abstulisse Hammon nemus; quod sibi soli vindicavit arbores, quae per totam regionem deberent crescere; ut monuit quoque Scholiastes; immo etiam Lutatius ad Statii Lib. VIII. Theb. 201.

Cornigeri vatis nemus.

528 SIC QUOQUE] Ita habent unus Bersm. Reg. sec. uterque Oxon. & Marp. cum Ed. Veneta, Grotii &c. & correxit Modius Novantiq. Lect. Epist. CXIX. in altero Bersm. *hoc*. In reliquis MSS. & Edd. *hic*. *Sic quoque* elegans, & trita est formula, de qua vide Celeb. Burm. ad Valer. Flacc. L. IV, 598.

Sic quoque non uno dabitur transcurrere luctu.

Supra L. VII, 841.

Sic quoque non omnis populus pervenit ad ossa.

ubi

Ignorat frondes: solus nemus [a] abstulit Hammon.
Silvarum fons caussa loco, [b] qui [c] putria terrae
[d] Adligat, & domitas unda connectit harenas.
Sic quoque nil [e] obstat Phoebo, cum cardine summo
Stat librata dies: truncum vix protegit arbor:
Tam brevis in medium radiis [f] compellitur umbra.
Deprensum est, [g] hunc esse locum, [h] qua circulus alti
Solstitii medium signorum [i] percutit orbem.

Non obli-

VARIAE LECTIONES.

a *extulit* vulgo. *attulit* P. 1. B. 1. b *quia* M. c *putrida* B. 1. Marp. d *adplicat* H. V. sec. pro var. lect. e *constat* Marp.. f *impellitur* Marp. Edd. Ven. Br. Med. *complectitur* R. pr. H. A. B 1. inm. g al. *hoc esse solum*. h *quo* V. 2. i *circuit* V. sec. a m pr. *dividit* Marp. male.

ubi itidem in Witt. a m. pr. erat *hic*.

529 TRUNCUM VIX PROTEGIT A.] Hoc est. Umbra arboris vix stipitem suum vestit, & cooperit, quippe omnis umbra colligitur. SCHOL.

531 DEPRENSUM EST] Compertum est Syrtes & Garamantes sub aequinoctiali circulo esse. SULPIT. Poetica quaedam Hyperbole videtur esse. Neque enim Catonem alibi aperte legimus, ad ea usque loca, quae sub Aequinoctiali directo sita sunt, venisse, neque etiam Ammonis templum, aut Garamantes, de quibus hoc loco intelligendum, sub ipso Aequinoctiali positos fuisse. Nam quod ad profectionem attinet, de ea Strabo libro ultimo in descriptione Berenices ita meminit: ἐκ ταύτης, inqnit, τῆς πόλεως τριακοσταῖος πεζῇ περιοδεῦσαι τὴν Σύρτιν Μάρκος Κάτων, κατάγων στρατιὰν πλειόνων ἢ μυρίων ἀνδρῶν εἰς μέρη διελὼν τῆς ὑδρείας χάριν. ὁδεῦσαι δὲ πεζὸς ἐν ἄμμῳ βαθείᾳ καὶ καύμασιν. Ex quibus sane verbis apparet, illum ne ultra tropicum quidem progressum esse, quando Syrtis major, quam circuisse cum exercitu dicunt, partibus etiam aliquot citra eundem tropicum desinat, ut quidem Geographorum tabulae indicant. Garamantes autem, apud quos templum Ammonis fuit, ipsos quidem Ptolemaeus inter fontem Bagradae fluvii, cujus πλάτος seu latitudo partium viginti septem est, & paludem Nubam, cujus latitudo partium quindecim, collocat. Vallem autem Garamanticam, quae propius aliquanto ad Aequinoctialem plagam accedit, latitudine decem partium definit. Nisi vero & hoc loco valere illud dicendum, quod vulgo dici solet, nihil distare ea, quae parum distant, videri. MICYLL.

531 HUNC ESSE LOCUM] Veterrimi Codices Voss. prim. tert. & Regius primus exhibent *polum*. quod non videtur esse pro nihilo. Ut abusive summo ferit pro summo coeli vertice, sive etiam coeli plagâ, & parte. Notum enim, *polum* apud poëtas simpliciter coelum vocari. Hinc L. VI, 571. *alta nocte poli* VII, 3. *polo rapiente*. X, 275. *perusti Zona poli*.

531 CIRCULUS ALTI SOLSTITII] Id est, aequinoctialis, in quo contingunt duo alta solstitia sub aequinoctiali existentibus, qui cum semper habeant aequinoctium, habent quatuor solstitia, videlicet duo alta in principio Arietis & Librae, quia Sol directe transit supra ipsorum capita: & duo ima in principio Cancri & Capricorni, quia tunc Sol maxime removetur à recta linea capitis eorum. SULPIT. Hoc est, in eandem partem venit, quam tenet Aequinoctialis. Is enim intersecat Zodiacum in principio Arietis & Librae. Perinde ac si dicas, idem Tropicus aestivus, & aequinoctialis est, secundum veterum Graecorum traditionem, qui Tropicum aestivum quemlibet eum intellexerunt, qui proxime ad verticem habitationis accessisset. Ita enim & Proclus de potestate Circulorum, Φύσει γὰρ, inquit, λέγοιτ' ἂν, καὶ καθολικῶς πρὸς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην θερινὸς τροπικὸς κύκλος ὑπάρχειν. ὁ ἔγγιστα τῆς οἰκήσεως ὑπάρχων διὰ τὴν αἰτίαν τοῖς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν οἰκοῦσι. θερινὸς τροπικὸς γίνεται ὁ ἰσημερινός· τούτοις γὰρ αὐτοῖς κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἥλιος &c. Et ad hunc modum etiam illud accipiendum, quod alibi idem poëta dicit:

- - - *Rapidique leonis*
Solstitiale caput &c.

MICYLL. Reddam *Glareani* eruditam explicationem hujus loci, ut non sit, cur diutius luctemur cum aliis interpretibus. Haec, *inquit Glareanus*, de Syrtibus, & Garamantibus sub Aequatore, exponit Sulpitius, cum poëta de Ammonis templo loquatur, quod non magis, quam Syr-

Non obliqua meant, nec Tauro [a] Scorpios exit
[b] Rectior, [c] aut Aries [d] donat sua tempora Librae,
[e] Aut Astraea jubet lentos [f] descendere Pisces.
Par Geminis Chiron, & idem, quod Carcinos ardens,
[g] Humidus [h] Aegoceros: [i] nec plus Leo tollitur Urna.
At tibi, quaecumque es Libyco gens igne [k] diremta,
In Noton umbra cadit, quae nobis exit [l] in [m] Arcton.
[n] Te segnis Cynosura [o] subit: tu sicca profundo
Mergi plaustra putas, nullumque [p] in vertice semper

Sidus

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Scorpius. rect. exit Sc.* Marp. non male. b *rectius* Marp. c *haud* V. 1. d *aequat* suprasc. in V. pr. pro gl. e *haud* V. f *procedere* O. 1. g *umidus* R pr. Boh. W. V. 1. *vividus* V. 1. h *Aegloceros* &c. MSS. & Edd. qdd. *Aegosceron* Marp. i *non* B. 1. k *direpta* V. 3. W. H. M. Ed. Ven. l *ad* P. 1. V. 3. Cantabr. 3. m *Arctos* VV. LL. Steph. n *tum* O. pr. a m. pr. & P. 1. Edd. R. P. Sulp. o *fugit* V. 1. p *e* V. 1.

tes ad meridiem, sed Orientalius est. Garamantes vero, ultra Ammonem magis ad Austrum emoti. Atqui nullus eorum locorum aequatorem attingit: imo & Syrtes, & Ammonis templum citra tropicum Cancri sunt: Garamantes etiam longe citra Aequatorem. Joannes à Sacro Busto, cujus lib. III. mentionem fecimus, *Circulum Alti Solstitii* hoc loco Aequinoctialem exponit, sed *signorum circulum*, Zodiacum. Caeterum, nisi Ammonis templum sit sub Aequatore, quod haud scio, num quisquam alius idoneus author tradiderit, omnia haec theoremata, magnifica aliis visa, magis ad ostentationem adducta sunt, quam ad historiae veritatem. Quod vero Sulpitius subnectit. Omnia signa, inquiens, his, qui sunt in Aequinoctiali circulo, recta oriuntur, & occidunt: iis vero, qui sunt extra, partim recta, partim obliqua. Id sane de Aequinoctiali non prorsus ita habet. Quadrantes quidem Zodiaci quatuor punctis, duobus Solstitialibus, duobus Aequinoctialibus adaequantur ascensionibus. Quadrantum tamen partes variantur. Quatuor signa, quae bina sunt, ad Solstitialia puncta, Gemini, Cancer, item, Sagittarius, ac Capricornus, recte oriuntur. Major enim Aequatoris pars cum eis oritur, reliqua octo oblique. Declarat hoc jam nominatus Joannes à Busto, ex quo pleraque sua de verbo ad verbum in hac materia sublegit Sulpitius, oppresso ejus nomine, quasi authoris non satis vetusti, sed tamen docti, non satis candide hoc quidem meo indicatu. Ejus tamen Ioannis verba non omnia satis intellixit. At enim dicet aliquis, Poëta ipse idem dicere videtur, quod Sulpitius. *Non obliqua meant.* Ibi ego, *Non obliqua*, exponendum puto, ut nobis, in obliqua sphaera. Est tamen obliquatio quaedam etiam sub Aequatore, ut experimento quivis, sumpto in manum Astrolabio, videre poterit. Et ipse Joannes in singulis Zodiaci quadrantibus hoc diligentissime ostendit. At signa opposita argute hic descripta sunt, quae concedimus aequales habere ascensiones. Sed apud Astronomiae peritos, pluribus non est opus. Ex hisce autem colligimus, quod saepius nunc testati sumus, Romanis haec non admodum nota fuisse, quae Graecis notissima: sed eosdem tamen Romanos ejus fuisse superbiae, ut ubique ostentarent, deinde inventos buccinatores, qui eos in coelum efferrent. *Mutuum muli.* Ideoque nihil dicam ad ea, quae sequuntur, de umbra, in Noton, & Arcton. Item, quod nulla sidera immunia sint maris, illis, qui sub Aequatore habitant, quia procul axis uterque est, ut inquit poëta. Quod Sulpitius exponens, Remotissime, inquit, quia ipsi sub Aequinoctiali sunt, neutrumque vident. Haec ille: Ad quod ego, tam utrunque eos videre polum, quam neutrum, & tam neutrum, quam utrunque: siquidem sub Aequatore consistunt. Postremo Cynosura segnis, scilicet apud illos, inquit Badius. Sed ego puto, non minus nobis, quando aequali tempore minus spatium percurrit. Multo plura hic dici poterant ab eo, qui magis se ostentare cupiat, quam cum Lectoris fructu rem prosequi. Hactenus GLAREANUS, quae sufficere arbitror ad hujus loci de ortu, & occasu signorum expositionem. Ammonis Abasis citra tropicum Cancri est, non sub aequatore, cum frequentissimae Africae pars citra parallelum Cancri habetur. HORTENS.

Sidus habes inmune [a] mari; procul axis uterque [b] est,
Et fuga signorum medio rapit omnia coelo.
Stabant ante fores populi, quos miserat Eos,
Cornigerique Jovis monitu nova [c] fata petebant;
Sed Latio cessère duci: comitesque Catonem
Orant, exploret Libycum memorata per orbem
Numina, de fama tam longi [d] judicet aevi.
Maximus [e] hortator scrutandi voce Deorum
Eventus, Labienus erat. sors obtulit, inquit,

Et for-

Variae Lectiones.

a vulgo *maris. tibi* VV. LL. Steph. b deest in V. 1. c *signa* V. 2. d *vindicet* V. 1. e *orator* P. 1. V. 1. *hortatu* P. 1. Boh.

533 Non obliqua] Sc. signa sicuti nobis. Virgil.

Obliquus qua se signorum verteret ordo.

SCHOL. De Lucani Astrologia, verane seu cum priscis saltem conveniens, an falsa sit, latius disputandi hic locus non est, neque ego illi rei, quem parum his studiis initiatum profiteor, idoneus. Quare lectorem remitto praeterquam ad hujus loci Comment. etiam ad magnum Scaliger. in Prolegom. ad Manilium, Vadian. in Mel. p. 197. & Palmer. pro Lucano Apologiam huic editioni adtextam.

533 Scorpios] Sic rescripsi ex Heinsianis Codicibus, & MS. Boher., ut infra bene Grotius restituit *Carcinos.* ubi vulgo erat *carcinus*, vel *carchinus* in scriptis, & editis. *Scorpion* in Accus. semper dicit noster. Lib. 1. 654. vi, 394. ix, 837. Adde Heins. & Burm. ad Ovid. Lib. 11. Metam. 196. Bentlej. ad Horat. ii. O. 17, 17. Drakenb. ad Silium L. xi, 270.

536 Idem quod] Nam cum simul adparere non debeant cancer, qui est siccus, & Capricornus, qui est humidus; in illa regione pariter oriuntur (*simul apparent* Voss. pr.) SCHOL. Lucani sensus est, in sphaera recta signa sibi invicem obposita aequales habere adscensiones. Vide Palmerium.

536 Carcinos] Ita bene exaratur in optimo Cod. Pulm. uno Bersm. Voss tert. Marp. & Hulst. ac Edd. Sulp. Bad Mic. & Grotii; ut & apud Priscian. c. 1125. ubi vel ipsius, vel librariorum culpa editur *& idem, quod Carcinos, ardens scorpius.*

537 Leo tollitur urna] Apud nos Leo altioribus circulis fertur, quam Aquarius; quod negat in illa regione contingere. SCHOL.

540 Sicca] Quae nobis semper sicca esse, manifestum est. IDEM.

541 Nullumque in vertice semper Sidus habes &c.] Ita reposuit Grotius. Vulgo, ante eum edebatur *in vertice summo.* uti praeter aliorum MSS. etiam habent decem mei, & tres Cantabr. Idque intelligunt interpretes de Polo Arctico, de quo plura vide ad Lib. 1, 371. Ut dixisset auctor. nullum sidus, quod apud nos est in vertice summo, apud te inmune maris est. Sed male. *Semper* legitur quoque in quinque Pulm. uno Bersm. utroque Regio, Witt. Marp. Oxon. uno & altero a m. sec. cum Ed. Veneta, & Hort. Marg. Hoc sensu nullum habes sidus in vertice i. sublimi coeli parte, sive Zenith, quod semper est inmune maris, & numquam occidit. Unde Scholiastes exponit. *Omnes stellae apud te occidunt, quia nullum semper habes in medio.* Si malis tamen retinere *summo*, per me licet, modo non capias de polo arctico, sed summo apud aequinoctiales vertice.

542 Inmune maris] Ovidius L. xiii. Metam. 294.

- - - *inmunemque aequoris Arcton.*

qui cum Virgilio, itque hoc adjectivum cum genitivo solet construere. At alii ablativum ei tribuunt, ut Liv. 1, 43. Senec. Agam. 69. Hippol. 1054. Octav. 413. & plures, immo ipse noster L. 11, 256.

Inmunem corrupti moribus aevi.

vi, 703.

Inmunem artibus Haemoniis.

viii, 704.

- - *quibus inmunes tot praestitit annos.*

Nullus itaque dubitavi, quin hic quoque rescriberem *mari*, jubentibus id sex MSS. Pulm. & decem meis melioribus.

Et fortuna viae tam magni [a] numinis ora,
Consiliumque Dei: tanto duce possumus uti
Per Syrtes, bellique datos cognoscere casus.
Nam cui crediderim Superos arcana daturos,
Dicturosque magis, quam sancto, vera, Catoni?
[b] Certe vita tibi semper [c] directa supernas
Ad leges; sequerisque Deum. datur, ecce! loquendi
Cum Jove libertas: [d] inquire in fata nefandi
Caesaris, & patriae venturos excute mores:
Jure suo populis uti legumque licebit,
An bellum civile perit. tua pectora sacra
Voce reple. [e] durae saltem virtutis amator

Quaere,

VARIAE LECTIONES.

a *nominis* V. 1. H. b *certe est* Marp. c *discreta* B. 1. *secreta* V. sec. d *inquirere f.* R. pr. V. pr. *inquirere in f.* V. quart. *inquireque* H. *in* deest in V. 1. V. Eutych. p. 2183. e *& durae* B. 1. H. Edd. Sulp. Bad. Par. Mic.

542 UTERQUE] Tam longe à te abest septentrio, quantum Auster. SCHOL.

544 MISERAT EOS] *Misit Eöus.* unus Bersm. Oxon. Hulst. & Amst. *miserat Eous* Meus cum Ed. Ven. & Voss. sec. in quo correcte *Lege* Eos, *Graece.* Bene Ovid. III. Fast. in f.

Tres ubi Luciferos veniens praemiserit Eos.

Et quis non?

553 BELLIQUE DATOS] Praestat, ni fallor, ex Vossianis primo, & quarto MSS. Cantabr. ac meo scribere *bellisque datos.* à Diis constitutos, & adtributos bellis; casus, qui bello indicti & finiti sunt. *Dare eventum fraudibus, fatis cursum* L. IV, 730. VII, 544. sed alio paullum sensu. Quid, si legas, ut conjecit amicus *ratos*, i. e. fixos, certos? Mihi non omnino displicet, vel *belliqne ratos.* Sequitur statim *daturos*, & *datur.*

556 SUPERNAS AD LEGES] i. e. divina quae sunt, philosophiae arte prosequeris (*pers.* Voss. un.) SCHOL.

558 INQUIRE IN FATA &c.] Quaere, inquit, quid contingat Caesari, quid passura sit resp. IDEM.

561 PERIT] Id est, an frustra & sine caussa gestum est, ut post illud libertatem non simus recepturi? IDEM. De verbo *perire* vide ad Lib. VI, 54.

562 DURAE SALTEM] Ordo est. *saltem quaere quid est virtus, durae virtutis amator.* SCHOL. Alii male distinguunt post *amator.* pro *saltem* in Editionibus ante Grotium fere omnibus & MSS. plerisque exhibetur *semper.* Fuerit forsan *certe*, de qua voce adi notata ad L. V, 307. sed Regii Voss. pr. & alii ex meis cum Edd. Rom. Parm. Brix. Bad & Micylli retinent *saltem.*

565 DIGNAS ADYTIS] Seneca Controvers. lib. I. *Erraris nisi illam vocem non M. Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculum? Nempe voluntas divina hominis ore enunciata. Et quem tandem antistitem sanctiorem invenire sibi divinitas potuit, quam Catonem?* GROT. Simile Lucretii illud Lib. I, 737.

Quamquam multa bene, ac divinitus invenientes,
Ex adyto tamquam cordis responsa dedere
Sanctius, & multo certa ratione magis, quam
Pythia, quae tripode ex Phoebi, lauroque profatur.

567 REGNA VIDERE] Tanquam haec sola Catonis poena sit, si alios videat servientes; nam ipse non potest subjugari. SCHOL.

568 AN SIT VITA NIHIL, SED LONGA?] An aliquid intersit parum vixisse, vel plurimum? IDEM. *Voss. sec.* Quidquid longum est, ad aliquem finem respicit, ideo nihil est. IDEM. *Voss. pr.* *Nec longa* emendat Canterus. (Nov. LL. III, 2.) In nostro Msc. *Sed longa? an auferat aetas:* alii *seu longa.* BERSM. *Sed longam differat aetas.* Ita reposuimus, cum alii, *longa an differat*, alii aliter haberent. Longam differt aetas, hoc est, producit; non tamen mutat. Hoc quaerere ex Ammone nihil necesse est. Scitum est Stoicum, ut & cetera. Seneca: *Non est vita major quae longior.* Et alia in hanc sententiam Epist. 73. GROTIUS

Quaere, quid est virtus, & posce exemplar honesti.
Ille Deo plenus, tacita [a] quem [b] mente gerebat,
[c] Effudit dignas adytis [d] è pectore voces.
Quid quaeri, Labiene, jubes? an liber in armis
Occubuisse velim potius, quam [e] regna videre?
An sit vita nihil, [f] sed longa? an differat aetas?
An noceat vis ulla [g] bono? Fortunaque perdat
Obposita virtute minas? [h] laudandaque velle
Sit satis, & [i] numquam successu crescat honestum?
Scimus, & [k] haec nobis non altius [l] inseret Hammon.
Haeremus cuncti Superis, temploque tacente,
Nil [m] facimus [n] non sponte Dei: nec vocibus ullis

Nu-

VARIAE LECTIONES.

a *quas* B. 1. b *in cute* A. *voce* Edd. Rom. Parm. c *effundit* V. 1. d *dep.* B. 1. *a* R. 1. A. Edd Rom. Parm. e *magna* W. f Edd. Grot. & Hack. *sed longam d.* g *bonis* P. 1. V. 1. *bonos* VV. LL. Steph. h *laudataque* W. a m. pr. i *nusquam* B. 1. k Sic R. pr. V. pr. cum tribus aliis, vulgo *hoc.* l *inseret* VV. LL. Steph. B. 1. *inseris* R. pr. V. 1. m *agimus* R. pr. aliique MSS. & Edd. qdd. n *nisi* A. O. 1. V. 1. Edd. qdd. & dein *non*, male.

TIUS. *Ed. pr.* Vita nihil est, id est, ἀδιάφορον. Longam differt aetas, id est, producit. Aut potius, *longae differat aetas.* Longae vitae aetas differt, non bonitas. Cicero de Finibus II. latius explicat quod hic breviter ex Stoicorum scito dicitur: *qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere perfici beatam vitam perfectione virtutis. Negat enim summo bono afferre incrementum diem.* Et III. *Stoicis non videtur optabilior nec magis expetenda beata vita, si sit longa, quam si brevis.* Chrysippus dixerat: μήτε κατὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονεῖν, οὐδὲ τῆς ἀϊδίου εὐδαιμονίας αἱρετωτέρας οὔσης τῆς μιαιαίας. Alibi: ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος. Libet illustrare haec Senecae verbis. Is libro de brevitate vitae: *Quomodo fabula, sic vita, non quamdiu, sed quam bene acta sit, refert.* Idem epistola LXXIII. *Non est virtus major quae longior.* ubi & hoc nimis superbum, qualia Stoicorum non pauca: *Deus non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincit aetate.* & Epist. LXXIV. *Utcunque fortuna se gessit sive illi senectus longa contingit, sive citra senectutem finitus est, eadem mensura summi boni est, quamvis aetatis diversa sit.* Et LXXVIII. *Scit tempore honesta non crescere.* Et XCIII. *Longa est vita, si plena est. impletur cum animus sibi bonum suum reddidit.* Unde hoc infert egregium: *hoc agamus, ut quemadmodum pretiosa rerum, sic vita nostra non pateat multum, sed multum pendat.* Apud Curtium Alexander: *Ea sum stirpe genitus, ut multam prius quam longam vitam debeam optare.* GROT. *Ed tert. Sed longa? an d.*] Sic vulgo ante Grotium edebatur, qui *longam diff.* quod uno Pulm. Codice confirmatur, in textum recepit. Ego vulgatiorem lectionem, donec certi sumus de vera, retinui. *Sed longa an* sine interrogationis nota habent nonnullae Edd. & MSS. mei. In Edd. Omniboni à Taberio procuratis est *vel longa an.* Sed patet ex Omniboni notis, eum legisse *vel longa?* i. e. etiamsi longa sit, & sic Parm. Edit. quoque cum Maittaire, quo sensu Canterum etiam legisse *nec longa* putem. Forsan vero tunc rectius scribemus.

An sit vita nihil, si longa? an differat aetas:
Et certe alio sensu non cepit Scholiastes. Juvat etiam Wittian. Cod. in quo *nisi longa?* Vel etiam possis ita legere, ut ingeniosissime conjecit Doct. Wadeelus.

An sit vita nihil, sit longa? an differat aetas,
i. e. an pro nihilo habenda sit vita, quamvis sit longissima? An è contrario plurimum interfit, multos an paucos annos vivas. cui emendationi favet librariorum consuetudo, scribentium *set.* Cicero pro Marcello c. x. *Quid est hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?* Vulgo *an differat aetas* supplent, *nisi in moribus.*

568 AN DIFFERAT AETAS?] Nihil distat, utrum in juventute, an in senectute moriamur. SCHOL.

569 AN NOCEAT] Nulla iis est, quae possit nocere sapienti. IDEM.

571 ET NUMQUAM SUCCESSU &c.] An numquam crescat successu, quod est honestum. Honestum

Numen eget: dixitque ſemel naſcentibus auctor,
Quidquid ſcire licet: [a] ſterileſne elegit harenas,
Ut caneret paucis, merſitque [b] hoc pulvere verum?
Eſtne Dei ſedes, niſi terra, [c] & pontus, & [d] aër,
Et coelum, & virtus? Superos quid quaerimus ultra?
Juppiter eſt, quodcumque vides, quocumque moveris.
Sortilegis egeant dubii, ſemperque futuris
Caſibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit: [e] pavido, fortique [f] cadendum [g] eſt.

[a] Hoc ſa-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *ſteriles nec legit.* b *hoc* H. *in* Edd. Ven, Br. Med. deeſt in Marp. c *&* deeſt in V. 1. M. d *aether* R. 1. V. 1. M. e *timido* VV. LL. Steph. P. 1. B. 2. V. 1. Marp. H. A. f *cavendum* B. 1. V. 1. Hort. m. g deeſt in O. 1.

neſtum enim per ſe magnum eſt, nec augeri umquam poteſt, ſi illud proſpera ſubſequantur. IDEM. Legendum videtur hoc loco, *ut nunquam ſucceſſu creſcat honeſtum* pro, quamvis &c. ut ſit idem cum eo, quod ab alio quodam poëta dictum eſt:

In magnis & voluiſſe ſat eſt.

Tametſi & altera lectio defendi poſſit, pro eo, quod eſt, honeſta conſilia, honeſtosque conatus raro habere ſucceſſus, atque eventus ſuos. MICYLL. Nihil hic mutandum eſt cum Micylio, qui non bene hunc locum intellexit. Recte alii capiunt cum Scholiaſte: ſucceſſu enim creſcere virtutem, ſive honeſtum, negant Stoici. Vide Epiſt. Senecae, & infra vſ. 594.

- - *Si ſucceſſu nuda remoto*
Inſpicitur virtus.

572 SCIMUS, ET HOC NOBIS NON ALTIUS INSERET AMMON] Conveniunt cum his illa, quae ad locum Epicteti, *ὅταν μαντικῇ*, ait Simplicius: *οὐδὲ γὰρ τῆς ἐφ' ἡμῖν ἡ χρεία μαντείας. τίς γὰρ μαντεύεται εἰ χρὴ τὰ πρὸς φύσιν ὀρέγεσθαι, τὰ δὲ παρὰ φύσιν ἐκκλίνειν.* Et mox: *ἃ γὰρ ὀρθὸς λόγος ὑπαγορεύει δεῖν πράττεσθαι, ταῦτα δεῖ ποιεῖν καὶ μὴ ἐρωτᾶν.* Arrianus II, 7. *οὐκ ἔχω τὸν μάντιν ἔσω, τὸν εἰρηκότα μοι τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ.* GROTIUS. *Ed. tert.*

576 STERILESNE ELEGIT] Sic confidenter repoſui per interrogationem pro *ſteriles nec legit*, auctoritate duorum Berſm. quinque Voſſianorum & Wittiani Codicis: in Regio primo eſt *neglegit.* in Amſtel. *nec elegit.*

578 ESTQUE DEI SEDES] Alludit ad illud Virgilii in VI.

Principio coelum ac terras, camposque liquentes &c.

Videtur autem *niſi* poſitum pro *ſed*, ſive *praeterquam*; ſeu mavis pro Graecorum *πλὴν*. *Eſtne*. BERSM. *Eſtne dei ſedes niſi terra, & pontus, & aër, Et coelum, & virtus?* Ita recte MS. non, *Eſtque*. Ullane alia dei ſedes eſt, quam univerſum & mens ſapientis? GROT. *Ed. pr.* Hierocles: *ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει οἷς καὶ ὁ Πύθιος συμφέρεται λέγων.*

Εὐσεβέων δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ.

IDEM. *Ed. tert.* *Eſtne* confirmatur MSS. Regiis, Oxon. uno, Marp. & Amſtel. in Voſſ. a m. ſec. eſt *quaeque dei ſedes.* Quia non intelligebant *Eſtque dei ſedes niſi t.* pro *& nihil aliud eſt ſedes dei niſi terra*, Editores Rom. Parm. Sulp. Bad. Pariſ. Mic. & Hortenſ. exhibuerunt *ubi terra*; & ita in meo eſt Codice.

580 QUOCUMQUE MOVERIS] Sunt qui legunt, *quodcumque m.* VERSELL. Mſcr. tria *quodcumque*; ſed duo adſcribunt *quocumque mov.* BERSM. *Quocumque* citat etiam Servius ad Virgil. Ecl. III, 60.

Jovis omnia plena.

ubi vide de hac ſententia Urſinum, & Cerdam, quem adde ad Lib. IV. Georg. 221. Columnn. ad Ennium p. 180. &c. Confirmant etiam hanc lectionem a Sulpitio primum typis commiſſam meorum optimi libri. Sed tamen Aldus, & Edd. primae, MSS. omnes Pulm. & ſex mei habent *quodcumque:* ut adverbialiter ponatur pro *in quodcumque, in quam partem*. Vide omnino, quae notavimus ad L. VIII, 366. *Quidquid ad Eoos tractus &c.* Retineo tamen *quocumque*; immo malim pro praecedente *quodcumque vides* etiam reſcribere *quocumque* cum veterrimo Voſſ. primo, & Cl. Haverkampio ad Joſephi Antiq. Judaic. Lib. VI. c. XI. Claudian. de Nuptiis Honor. 108.

Et

[a] Hoc satis est dixisse [b] Jovem. Sic ille [c] profatus,
Servataque fide templi, [d] discedit ab [e] aris,
Non exploratum populis Hammona [f] relinquens.
  Ipse manu sua pila [g] gerit; [h] praecedit anheli
Militis ora pedes; monstrat tolerare [i] vapores,
Non jubet; & nulla vehitur cervice supinus,
[k] Carpentoque sedens. [l] somni parcissimus [m] ipse est,
Ultimus haustor aquae. cum, tandem [n] fonte [o] reperto,
Indiga cogatur latices [p] potare juventus,

Stat,

VARIAE LECTIONES.

a *haec* O. 1. b *Jovi* R. 1. c vulgo *profatur.* d *discessit* W. e *antris* Marp. f *relinquit* Edd. Rom. Parm. g vulgo *gerens tenens* P. 1. *regit* B. 1. h *praecessit* A. i vulgo *labores.* k *carpentove* vulgo. l *somno* R. 1. m *ille* V. 1. n *forte* V. 1. o *recepto* O. 1. p *certare* R. pr. a m. pr.

Et rapitur quocumque videt.

ubi itidem in aliis erat *quodcumque.*

584 SATIS EST DIXISSE JOVEM] Arrianus Lib. XXV. *τί σοι ἐντέλλωμαι; ὁ ζεὺς σοι ἐκ ἐντέταλται.* GROT. *Ed tert.*

584 PROFATUS] Ita rescripsi auctoribus MSS. tantum non omnibus, & Edd. ante Aldum, qui primus *profatur* dederat. Dein pro *gerens* ex Regio primo, Boher. Vossianis quinque, Hulst. Oxon. tribus Pulm. & Bersm. ac Edd. Veneta & Omniboni praetuli *gerit*, non *gerens.*

585 SERVATAQUE FIDE] Non exploravit, si vera diceret, quod populi fieri loquebantur. Ergo servavit hanc fidem. SCHOL.

588 LABORES] *Vapores* MSS. GROT. *Vapores* ex meis habent Regius uterque, Vossian. prim. Wittian. & Voss. quart. pro varia lectione, quomodo scribendum esse jam etiam N. Heinsius docuit ad Claudian. Cons. Olybr. & Prob. 131.

Non ego vel Libycos cessem tolerare vapores.

Adeatur illic quoque Barthius, & T. Faber. ad Lucret. L. I, 664.

Aestifer ignis uti lumen jacit, atque vaporem.

Ovid. L. III. Metam. 152.

- - - finditque vaporibus arva.

Seneca Herc. Oet. 1366.

- - - - - Oceanus meos
Frangit vapores.

Curt. Lib. III, 5. *Aestas Ciliciae oram vapore solis accendit.* Immo apud nostrum legas quoque Lib. IV, 305.

Quoque minus siccos possent tolerare vapores.

L. V, 24.

- - - - claususque vaporibus axis.

Vapores itaque pro vehementi calore recepi. Dixit tamen, ut hic erat vulgo, vs. 881.

- - - cogis tantos tolerare labores.

590 CARPENTOQUE SEDENS] Et hoc Lucano reddidi, secutus plerosque Steph. Pulm. Bersm. & undecim meos Codd. ac Edd. Aldi, Colin. & omnes ante Sulpit. qui in *carpentove* primus corrupit. *que* ponitur pro *&* *non*, ut sexcenties jam habuimus. Malem quoque *a nulla.* Hanc laudem Trajano tribuit in Panegyr. Plinius c. 14. *Non vehiculum umquam, non equum respexisti.* De Hannibale Silius I, 245.

- - - - - - primus sumsisse laborem,
Primus iter carpsisse pedes &c.
Exercetque sitim, & spectato fonte recedit.

592 LATICES] Msc. *laticis*, rectius. BERSM. Ex Weidneriano Cod. *laticis* malebat quoque legere Modius Novant. LL. Ep. CXIX. & sic olim ediderunt Badius, & Micyllus, & exhibent Marpurg. & Oxon. pr a m. pr. Ut *potare* absolute sit dictum. At, cum ceteri scripti *latices* servent, nihil muto. L. IV, 293.

Occultos latices, abstrusaque flumina quaerunt.

Indiga mercis, servitu dixit quidem L. VIII, 446. IX, 154. sed continuo haec sibi jungit auctor, non separat; ut hic fecisset per verbum *cogatur*, quod minime est elegans.

594 NUDA] Ut Fortunam nemo respiciat. SCHOL. Nepos in Thrasib. c. I. *si per se virtus sine fortuna ponderanda est.*

595 IN ULLO MAJORUM, FORTUNA FUIT] Omnes, inquit, majores, qui sunt gloriosi, non virtute ad hoc pervenere, sed fato: si vere velimus inspicere, bonum quid sit, aut virtus (haec 5 verba desunt in Voss. pr.) SCHOL. *In illo, ma-*

Yyyy *jorum*

Stat, dum lixa [a] bibat. Si veris magna paratur
Fama bonis, [b] & si successu nuda remoto
Inspicitur Virtus, quidquid laudamus in ullo
Majorum, fortuna fuit. quis Marte secundo,
Quis tantum meruit populorum sanguine nomen?
[c] Hunc ego per Syrtes, Libyaeque extrema triumphum
Ducere maluerim, quam ter [d] Capitolia curru
Scandere Pompeji, quam frangere colla Jugurthae.
Ecce parens verus patriae, dignissimus aris,
Roma, tuis; per quem numquam jurare pudebit,
Et quem, si steteris [e] umquam cervice soluta,
[f] Nunc olim factura Deum [g] es! Jam spissior ignis;
[h] Et plaga, quam nullam Superi mortalibus ultra
A medio fecêre die, calcatur; & unda

Rarior:

VARIAE LECTIONES.

a *bibit* Marp. b *sed si* B. 1. c *non* VV. LL. Steph. d *per* V. sec. a m. pr. *cum* A. e *numquam* O. 1. V. 1. Ed. Ven. f *tunc* Ed. Grot. & seqq. g deest vulgo *es*. h *jam* H. O. 1. non male.

jorum fortuna. quicquid nos laudamus *in illo.* i. in Catone, ut virtutem, fuit *fortuna.* i. felix eventus *majorum.* Unde Plutarchus in libro de fortuna Romanorum, & virtute Alexandri contendit Romanos plus fortunae quam virtutis habuisse. Sane hic locus videtur obscurus, nec ab omnibus similiter legitur, nec accipitur. Nam Omnibonus, & ut nunc videmus, Beroaldus, cui libenter accedo, legit *in ullo*, ut sit, quicquid nos laudamus in ullo majorum, fuit fortuna, sed sup. quod laudamus in Catone, fuit virtus. Qui vero legunt *in illo* varie exponunt. alii ut jam exposuimus. alii sic. Quicquid nos laudamus *in illo.* s. Catone, *fuit virtus* sup. sed sup. *fortuna fuit* majorum. i. quod laudamus in majoribus nostris. ASCENS. *In illo* invenitur in duobus Pulm. Regio pr. Voss. sec. & primo, cui suprasc. est *ullo*, Wittiano, Meo, Edd. Rom. Sulp. Aldi, & Hortensii. Ut foret sensus: Ea omnia, quae in Catone laudantur, in majoribus non fuisse effecta virtutis, sed fortunae. At vulgatum praestare puto, nisi aliud quid lateat. Quidquid laudamus in ullo viro ex majoribus nostris, patet fuisse fortunam prospere succedentem, non meram virtutem, quae in Catone hic visa fuit.

598 HUNC PER SYRTES TRIUMPHUM] Quem nunc Cato ducit laude patientiae atque virtute triumphum. Acute dictum *per Syrtes.* Sic mavult triumphare, quam per Romam, ut ante Pompejus, transire, ne loci celebritate moveatur. SCHOL.

598 LIBYESQUE EXTREMA] *Libyaeque* Msc. duo. BERSM. Ita etiam cum Edd. Rom. Parm. & Omnib. habent nostri, exceptis Voss. quarto, Hulst. Oxon. & Amst. Videtur quoque suorum Codicum consensu *Libyae* hic scripsisse Grotius, licet in vulgatis Edd. esset *Libyes*. *Libyae* ego hoc loco etiam praefero euphoniae gratia; ut & vs. 617.

601 NUMQUAM JURARE PUDEBIT] Vult hunc divum fieri, ut per Catonem juraretur à populo. SCHOL.

604 HUNC OLIM] *Nunc olim* Modius. BERSMANN. Novant. Lect. Ep. CXIX. Plerique scripti, & Editi ante Grotium, qui sine ulla, quod sciam, auctoritate exhibuit *tunc*, habent *hunc*. Sed verissime *nunc* exaratum, & excusum est in Regio pr. Boher. Voss. pr. tert. quarto, Oxon. uno, meo, ac Edd. Rom. Parm. Ven. Aldi, Col. & Hortensii.

604 FACTURA DEUM] *Deum es* tria, recte. Est ἀποστροφὴ ad Romam. BERSM. *Es* addidit ibidem recte Modius, & in sua ἐκδόσει Stephanus. ut est etiam in sex Pulm. & Voss. pr. sec. tert. Witt. Hulst. Oxon.

605 QUAM NULLAM SUPERI] Durissime sic legitur, quod exponunt interpretes, ultra quam plagam prae medio die non est habitabilis plaga: ad

finem

Rarior: inventus mediis fons unus harenis
Largus [a] aquae; sed quem serpentum turba tenebat,
Vix capiente loco: stabant in margine [b] siccae
Aspides; in mediis sitiebant [c] Dipsades undis.
Ductor, [d] ut adspexit perituros fonte relicto,
Adloquitur: Vana specie conterrite leti,
[e] Ne dubita, miles, [f] tutos haurire liquores:
Noxia serpentum [g] est [h] admixto sanguine pestis:
Morsu virus habent, & fatum [i] in dente minantur:
Pocula morte carent. dixit; dubiumque venenum
Hausit: & in tota [k] Libyae fons unus harena
Ille fuit, de quo primus sibi posceret [l] undam.
Cur Libycus tantis [m] exsudet pestibus aër
Fertilis in [n] mortes, aut quid secreta [o] nocenti

Miscuerit

VARIAE LECTIONES.

a *aquae est* Marp. b *Dipsides* V. pr. c *sicco* Edd. qdd. d *ubi* M. e *nec* R. pr. *non* B. 1. f *istos* A. *tutos mil.* M. g deest a m. prim. V. sec. h *emisso* B. 1. sed corr. ad marg. i abest *in* vulgo. k *Libyes* MS. unus, & alter, & Edd. pleraeque. l *undas* B. 2. V. 2. O. 1. Marp. A. W. a m. sec. m vulgo *exundet*. n *mortem* VV. LL. Steph. o *nocente* R. pr. *nocendi* M.

finem itaque plagae habitabilis. V. ad Lib. VIII, 164. infra 852. &c. Verum Lucanus supra quoque dixerat, eos jam fuisse sub Aequinoctiali, ubi medio die non jaciebatur umbra. In Regio primo est, *qua nullum diem. Superi nullam* Bersm. duo. Quid multis? Vehementer adridet mihi lectio, quam praestantissimus obfert Voss. secundus.

Et plaga, qua nullam Superi mortalibus umbram
A medio fecere die.

Sensu apertissimo, & perquam Lucani aestum, & sitim describentis menti idoneo. Nihil tamen protinus mutare ausus fui.

609 VIX CAPIENTE LOCO] Ut tanta esset multitudo serpentum, quam capere fontis spatia non valerent. *Dipsades* nomen à siti. SCHOL.

611 PERITUROS] Siti scilicet, si non bibissent de illo fonte. IDEM.

614 ADMIXTO SANGUINE] Venenum serpentum cum commixtum est cum sanguine hominum, tunc nocet. IDEM.

615 ET FATUM IN DENTE MINANTUR] Msc. *& fatum dente minantur*. Probe. BERSM. Praepositionem etiam omittere mavult Modius Epist. XXIV. & CXIX. & sine ea jam ediderunt Ascens. Paris. Mic. Hortens. & dein cum reliquis Grotius. Abest quoque à quibusdam meis. Quinque tamen Vossiani, Regius prim. Boher. Wittian Meus & Amstel. qui habet *fata*, illam praepositionem agnoscunt. Oxon. unus *habent fatum cum d.* Nequaquam ego *in* delendum censeo. Acutius est, quam ut à librariis proficisci potuerit. in dente minae mortis, sive vis mortifera consistit; vel simpliciter dixerit auctor per pleonasmum elegantem. Sic *in* abundat ex ipsius Grotii emendatione Lib. II, 265.

- - - - *nolit in isto*
Ense mori.

ubi vide. *Valere in fructu, in caussa*, & similia apud alios. Stat. L. II. Theb. 326.

- - - - *fractaeque in pectore quercus.*

In flamma cremari Valerio Maximo Lib. I. c. 8. §. 9. ut in plurimis MSS. illic scribi monet cognatus, nunc etiam socer meus. Adde N. Heinsium ad Ovidii Metam. L. V, 546. VIII, 60. Versus hic in Bouher. Cod. modo conspicitur ad marginem.

618 PRIMUS] Supra enim ultimus bibit. Hic autem ideo primus hausit, ut timentibus fortitudinem periculi denegaret, praelato suae virtutis exemplo. SCHOL.

619 EXUNDET] *Exudet* Msc. & ad marg. *exundet*. Cur Libya abundet serpentibus. Ovid. IV. Metam. BERSM. *Exundet* cum MSS. quibusdam exhibent Edd. Ven. Omnib. Ascens. Mic. Hort. Gryph. Pulm. ceteraeque sequentes. Sed ele-

Miscuerit Natura [a] solo, [b] non cura, laborque
Noster scire valet: nisi quod vulgata per orbem
Fabula pro vera decepit secula [c] caussa.
Finibus extremis Libyes, ubi fervida tellus
Accipit Oceanum [d] demisso sole [e] calentem,
Squalebant late Phorcynidos [f] arva Medusae,
Non [g] nemorum [h] protecta coma, non mollia [i] suco,
Sed dominae vultu conspectis aspera saxis.
[k] Hoc primum natura [l] nocens in corpore saevas
[m] Eduxit pestes: [n] illis è faucibus angues
Stridula [o] fuderunt [p] vibratis sibila linguis.
[q] Femineo quae more comae per terga solutae,

Ipsa fla-

VARIAE LECTIONES.

a *loco* A. b *nunc* M. a m. pr. c *fama* VV. LL. Steph. P. I. V. pr. sed corr. d *dimisso* MSS. qdd. male. e *cadentem* vitiose V. I. Edd. qdd. V. Mod. Ep. 24. f *ora* M. & Serv. ad Aen. V, 240. perperam. g *nemoris* Ed Ven. h *projecta* V. I. i vulgo *Sulco*. k *hac* Edd. Rom. Parm. l *potens* V. tert. W. pro var. lect. m *eduxit* H. n *ex illis* H. *illius e* V. I. o *vibr. fud.* V. I. p *vibrantis* V. I. q vulgo *femineae qui soluti*.

elegantius multo Vossianus prim. tert. quart. quint. Regius pr. Boher. Witt. Oxon. pr. Hulst. Pulm. unus, & Edd. Rom. Parm. Ald. Sulp. Col. Steph. aliaeque servarunt *exsudet*, vel *exudet*. Vide Pierium ad Virgil. Georg. I, 88.

- - - *exsudat inutilis humor*.

Claudian. in Rufin. 306.

Corruptos Stygiam pestem desudat in amnes.

Columella L. x. in fine.

Ferveat ut lacus, & multo completa Falerno
Exsudent pingui spumantia dolia musto.

ubi itidem in quibusdam est *exundet*. Commutantur hae voces quoque apud Claudian. De R Pros. III, 127, II. in Eutrop. 18. ubi V. Heins. Vulgatam lectionem nonnihil juvat Silius Lib. III, 316.

Inde Medusaeis terram exundasse chelydris.

625 DEMISSO] i. e. in Oceanum merso. *Phorcynidos* filiae Phorci. SCHOL.

626 MEDUSAE] Nota Gorgonum fabula est, quam cum alii multi, tum Erasmus in Proverbio, *Orci galea* exponit. Caeterum illud hoc loco notandum, quod quae hic de unico oculo, quo Gorgones omnes per vices atque communiter usae fuerint, Sulpitius addit, ea ab aliis ταῖς γραίαις, hoc est, Aniculis, quae & ipsae Phorci filiae feruntur, Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον, Ἐνυώ τε κροκόπεπλον, ut Hesiodus habet, attribui. Ut videre est in Commentariis Apollonii libro quarto. Et apud Zezen in Lycophron. MICYLL.

627 NON MOLLIA SULCO] i. e. ad sulcos aratro faciendos, ut exponunt interpretes; & explicari debet, si lectio sana foret. At quanto melius exaratur in praestantissimo Voss. primo *non mollia suco*? verissime. *succus* sive ut scribi debere supra monuimus, *sucus* est naturalis terrae humor; unde obponit optime *mollia suco* τοῖς *aspera saxis*. Hinc *solum sucosum* Columell. L. II. c. 17. Virgil. L. I. Georg. 90.

- - *novas veniat qua sucus in herbas.*

628 VULTU CONSPECTIS] Saxa enim fecerat Medusa, quidquid adspexerat. SCHOL.

630 LINGUIS, FEMINEAE QUI MORE COMAE PER TERGA SOLUTI &c.] Difficillimus, sed corruptus hic locus est, ex quo me non expedire potui, donec vidi distinctionem vulgo male positam esse. Ex sequentibus autem patet, Lucanum describere totum Medusae caput tam aversum, quam adversum, & ab aversa parte tantum videri potuisse. Videamus itaque, quid nobis reliquerint MSS. *Femineo* habent tres Pulm. Voss. prim. Marp. & Hulst. *cui* unus Bersm. tres Pulm. Voss. prim. sec. tert. Marp. meus. *quas* Voss. quart. pro var. lect. & Amst. *solutae* unus Bersm. tres Pulm. & octo mei meliores; unde putem non ad *angues* haec esse referenda, sed ad seq. *colubras*. hoc modo.

illis

Ipſa flagellabant gaudentis colla Meduſae,
Surgunt [a] averſa [b] ſubrectae fronte colubrae;
Vipereumque fluit depexo crine venenum.
Hoc habet infelix, [c] cunctis inpune, Meduſa,
Quod ſpectare licet. nam [d] rictus, oraque monſtri
Quis timuit? quem, qui [e] recto ſe lumine vidit,
Paſſa Meduſa mori [f] eſt? rapuit [g] dubitantia fata,
[h] Praevenitque metus: anima periêre retenta
Membra, nec emiſſae [i] riguêre ſub oſſibus umbrae.
Eumenidum crines ſolos movêre furores:
Cerberos Orpheo lenivit ſibila cantu:
Amphitryoniades vidit, cum vinceret, Hydram:

Hoc

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *adverſa. adverſae* V. 2. b *ſubrecta* V. 2. M. Ed. Parm. al. *ſurrectae.* quod idem. *porrectae* A. c *cunctisque i. reſolvit* B. 1. d *ritus* H. M. e *ſe r.* B. 1. V. 2. M. *ſi* W. M. *vidit ſe l. r.* B. 1. f deeſt in O. pr. & Edd. pp. g *morientia* B. 1. h *pervenitque* Ed. Ven. i *riguerunt e.* O. 1.

- - - illis e faucibus angues
Stridula fuderunt vibratis ſibila linguis.
Feminco quae more comae per terga ſolutae
Ipſa flagellabant gaudentis colla meduſae,
Surgunt averſa ſubrectae fronte colubrae, &c.

Primum deſcribit auctor angues, qui in vultu Meduſae erant, & ex ore illius ſibila efflabant; unde rictus, & ora hujus monſtri nemo inpune videre potuit. Dein ait, ab averſa fronte ſurrexiſſe angues, ſive colubras, quae ſolutae per ejus terga in morem comae *feminenm*, vel *femineae* colla ejus flagellabant; ab ea autem parte inpune Meduſam ſpectari potuiſſe. Ut clarior eſſet Lucani ſenſus, poſſet ille verſus *ſurgunt* poni ante *feminco.* Quocumque te vertas, ſi vulgata, in quibus poſt *Meduſae* diſtinguebatur, vis retinere, ſenſum non reperies idoneum. *Averſa* dedi ex conjectura, cum millies *averſa* & *adverſa* commutari ſciant omnes, & paullo poſt non ſemel videbimus. *Retrorſum effuſos* angues dicit vſ. 652. *refugi à fronte.* ut de capillis dicit L. x, 132.

633 GAUDENTIS] i. e. oblectantis ſe de tali motu. Sulpitius legit *gaudentes* S. angues. ASCENS. Non ita legit Sulpitius; licet in ejus Editione ſit *gaudentes* vitio typothetarum, nam addit pro explicatione *ipſis ſerpentibus.* Male etiam *gaudentes* eſt in Witt. & Hulſt.

634 SUBRECTAE] *Surrectae* Mſcr. duo h. e. ſurſum erectae à fronte ipſius, ne eam adſpicerent. BERSM.

636 INPUNE QUOD SPECTARE LICET] i. e. venenum, quod in crinibus habet; nam angues in dorſa labuntur, quae inpune conſpectata ſunt. SCHOLIAST. Sine ſenſu doloris, quia ſtatim rigebant in ſaxa, quae animam velut ſepulcro includebant. SULPITIUS. *Queis* Mſcr. & ad marg. *quod.* Videntur haec dici εἰρωνικῶς. BERSMANN. Hoc unum eſt Meduſae, quod inpune ſpectatur. Crinis ſcilicet, nam vultum nemo inpune adſpexerit. GROT. Optime cum Schol. haec cepit Grotius. Reliqui minus bene.

638 QUIS TIMUIT] Acute dictum, neminem timuiſſe; antequam enim coeperat timuiſſe, quod viderat, in lapidem mutabatur. SCHOL.

638 QUEM] Quem paſſa Meduſa mori eſt, qui vidit ipſam in faciem? ſc. nullum, quia vertit in lapides. IDEM.

641 UMBRAE] Indifferenter *umbras* pro ſpiritu & anima collocavit. IDEM.

642 SOLOS FURORES] Nam non exſtinguunt, ſed terrorem inmittunt. IDEM.

643 CERBEROS] Ita repoſui ex optimo Cod. Boher. pro *Cerberus.*

646 PHORCUS] Scribe *Phorcys.* BROUKH. *Phorcys* ex meis habet veterrimus Regius primus, aliique à N. Heinſio inſpecti. Rectius, nam licet aliis *Phorcus*, ſeu Φόρκος vocetur, pleriſque tamen Φόρκυς, ſive *Phorcys* nominatur, unde ſupra *Phorcynides.* Adi Ill. virum ad Silium L. x, 174.

- - jacet ingens Phorcys ab antris
Herculeae Calpes caelatus Gorgone parmam.

646 CETOQUE] Mſcr. duo *Cetosque.* tertium *ce-*

Hoc monstrum timuit genitor, numenque secundum
[a] Phorcys aquis, [b] Cetoque parens, ipsaeque sorores
[c] Gorgones: hoc potuit [d] coelo pelagoque minari
Torporem insolitum, mundoque [e] abducere terram.
[f] E [g] coelo volucres subito cum pondere lapsae:
In [h] scopulis haesêre ferae: vicina colentes
Aethiopum [i] totae riguerunt marmore gentes.
Nullum animal [k] visus patiens, ipsique [l] retrorsum
Effusi faciem vitabant [m] Gorgonos [n] angues.
[o] Illa sub Hesperiis stantem Titana columnis

In

VARIAE LECTIONES.

a *Phorcus* vulgo. b *Cetosque* vulgo. c *Gorgonis* Ed. Ven. d *pelago coeloque* MSS. qdd. e *obducere* vulgo. *obducere solem* Marp. f *&* V. 3. H. g *coelum* V. 1. a m. pr. h *scopulos* V. 2. i *toto* V. pr. bene. k *visum est* B. 1. V. 1. *visus est* H. l *retrorsus* V. 1. Boh. m vulgo *Gorgonis*. n *aures*, sed corr. V. pr. o *ipsa* B. 1.

tosque, mendose. quart. *cetusque*. BERSM. *Cetosque parens*. Lege *Cetoque* cum MSS. Apollodorus lib. I. φόρκυ δὲ καὶ κητοῦς φορκίδες γοργόνες & lib. II. κήτους δὲ καὶ φόρκυ γοργόνων ἀδελφαί. Hesiodus Theogonia.

Φόρκυι δ' αὖ Κητὼ γραίας τέκε.

Deinde:

Γοργούς θ' αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο.

Unde & hoc apparet, *genitor* & *numen secundum aquis*, utrunque de patre Phorco dici. GROT. *Ed. sec. & tert.* Ipse Grotius primus *Cetosque* in textum admiserat, adductus, credo, Bersm. & Pulm. Codd. quomodo vitiose vel *Ceteos*, & *Cetros* etiam habent quidam ex meis. Sed meliores magno numero *Cetoque*, ut debet. Retinuerunt tamen *Cetosque* post hanc Grotii admonitionem vulgares Edd. Vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. II, 317. *Genitor* male à Glossatore, & plerisque Interpretibus ad Jovem refertur; cum *Phorcys* intelligatur.

648 TORPOREM INSOLITUM] Perperam Ed. Brix. MS. Hulst. & Voss. sec. *solitum*; unde ibidem Glossator ait: solitum i. *quem habuerant, antequam Chaos fuit, & omnia pigra jacuerant.* *Insolitum torporem* dicit auctor, quia alias in perpetuo motu sunt coelum & mare. Hic enim pisces, & aves per Synecdochen non intelliguntur, ut putant Interpretes, nec paullo post terreni homines; ita de incantatione Erichthus L. VI, 463.

Torpuit & praeceps audito carmine mundus:
Axibus & rapidis inpulsos Juppiter urgens
Miratur non ire polos.

648 MUNDOQUE ABDUCERE TERRAM] Msc. *obducere*. Est autem in his συνεκδοχῇ contenti sub nomine continentis. BERSM. *Obducere* Grotius, quem, ut solet, vulgo secuti sunt, edi curavit: quasi Lucanus voluisset dicere, tam horrendum hoc fuisse monstrum, ut id metuerent Dii, & coelum suum obtexerint terra, ne illud viderent. Aliter enim haec non intelligo: nam *obduci* ea dicuntur, quae tegunt. L. III, 735.

- - *oculos vastae obduxere tenebrae.*

& L. IX, 109. Ovid. Art. Amat. I, 286.

Et nunc obducto cortice pressa latet.

Plura dabit Passerat. ad Propert. L. III, 14, 5. At vero MSS. mei, & Pulm. tantum non omnes cum ceteris Edd. recte retinent *abducere*. i. e. Hoc potuit terram i. e. omne, quidquid terrenum, & molle est, abducere, & subtrahere mundo, & totum in saxum quasi unum convertere.

649 CUM PONDERE] Quippe in saxa mutatae. SCHOL.

650 HAESERE FERAE] Ad ejus visum ubi steterant, ibi fixae sunt. IDEM.

653 GORGONIS] Voss. duo *Gorgones*. unus cum Boh. Wittiano *Gorgonos*: vere. sic multi MSS. *Gorgonos* vs. 668. quod & Claudiano Heinsius è MSS. restituit de R. Proserp. L. II, 26, 205.

654 SUB HESPERIIS COLUMNIS] De quo nunc columnae fiunt, sive *Hesperias columnas* pro regione posuit, ut Virgilius.

- - *Menelaus ad usque columnas*
Exsulat.

SCHOL. De Protei columnis illic agitur L. XI, Aen. 263. ubi vid. Serv. Auctor sine dubio Calpen, & Abylam intelligit, quas *Hesperias metas* vocat

In cautes Atlanta dedit: coeloque timente
Olim [a] Phlegraeos, stantes serpente, Gigantas,
Erexit montes, bellumque inmane Deorum
[b] Pallados è medio confecit pectore Gorgon.
Quo postquam, partu [c] Danaës & divite nimbo
Ortum, Parrhasiae vexerunt Persea [d] pennae
Arcados [e] auctoris citharae, liquidaeque palaestrae;
Et [f] subitus [g] praepes Cyllenida [h] sustulit [i] Harpen,
Harpen, alterius monstri jam caede rubentem,
[*A Jove dilectae* [k] *fuso custode juvencae:*]

Auxi-

VARIAE LECTIONES.

a *Phlegraeo Gigantes* vulgo. b *Palladis* M. Edd. qdd. c *Danes* V. 4. H. *Danais* W. R. pr. V. sec. pro var. lect. *Danae sed* V. pr. sec. *Daphnes* Ed. Ven. d *pinnae* R. pr. Boh. V. ad L. IV, 438. e *auctori* W. f *subito* Ed. Paris. g *perpes* V. 1. h *pertulit* V. 1. i *Arpen* MSS. & Edd. qdd. k *caeso* B. 1. H. O. 1. *effuso* R. 1. *fulvo* V. 2. Boh.

cat L. III. ubi est Atlas.

654 TITANA ATLANTA] Unus ex Titanibus fuit, quem Gorgona (sic MSS.) vertit in montem. SCHOL. Atlantem Titanis filium, quem vertit in montem. SULPIT. Seu potius unum ex Titanibus, quo nomine Coeli filii vocati fuerunt, sive ἀπὸ τῦ τείνειν ἀυτὺς τιμωρίαν ὑπὲρ τῆς τῦ πατρὸς ὕβρεως, eo quod patrem castrassent, sive ἀπὸ τῦ τιταίνειν τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν, ὅ ἐστι βλάπτειν. μέλλοντας τιμωρεῖσθαι ὑπὸ διὸς διὰ τὴν ἀδικίαν ἀυτῶν. Ut Interpres Hesiodi ait. Tametsi alii, ut & Proclus in Hesiodum, & Zezes in Lycophron. Japeti filium Atlantem dicunt. Ipsum autem Japetum unum ex Titanibus. MICYLL.

655 TIMENTE OLIM] Non est hic ponendum comma: cohaerent enim cum sequentibus. Quo tempore caelum Gigantes timuit, auxit ipsa montes, mutatis in saxa Gigantibus. GROT. Posuerant post *timente* comma Editores quidam, non omnes.

656 PHLEGRAEOS] *Phlegraeos* Gigantes dicit, quia apud Phlaegram civitatem Thessaliae gigantes bellum inmane contra Deos gessere, Ossam Pelio superponentes, ubi proeliata est Minerva contra Gigantas, quae habebat caput Gorgonis in pectore. SCHOL. *Stantes serpente Phlegraeo.* Insistentes pedibus serpentinis apud Phlegram Thessaliae vallem, ubi pugnatum est. Dicuntur autem gigantes serpentipedes, quia ab imis ad summa quasi reptare sunt visi. SULPIT. Omnibonus *Phlegraeos* legit, ut ad Gigantes referatur. Sitque sensus, & ordo: *Coeloque timente olim Phlegraeos gigantes, stantes serpente*, hoc est, qui anguipedes erant. Tales enim & Ovidius I. Metamorph. dicit, *erexit*, hoc est, convertit in montes. Quae lectio melior, ac planior est. MICYLL. *Phlegraeos* Msc. *Phlegraeo* minus bene. BERSM. *Phlegraeos* ex meis habent Regii cum duobus, vel tribus recentioribus. Edd. Ven. Taber. Sulp. Badii, Grotii &c. Ceteri scripti, & Editi, *Phlegraeos*, quod hic quoque praefero. *Serpente* pro pedibus serpentinis, dixit, ut Valer. Flacc. L. II, 28. de Typhoeo.

Torquentemque anguibus undas.

ubi vide DD. VV. notas. Agnosce autem incuriam Lucani, de qua saepius monui, repetentis ingrate *stantem*, & *stantes*. Sic *raptae*, *rapta*, *raptis* vs. 459. &c.

656 GIGANTAS] Ita reposui, jubentibus Voss. pr. tert. quarto, Reg. pr. & Wittiano, non *Gigantes*. Vide ad L. IV, 593. VII, 145.

657 EREXIT MONTES] Msc. *verterat in montes*, quod glossema videtur. BERSM. Voss. tert. *vertit in hos montes*, ex glossa sine dubio natum.

658 IN MEDIO] *E medio* Mscr. tria. BERSM. Editum scilicet ab Aldo, sequentibusque Edd. erat *in medio*: quomodo etiam est in Edd. Rom. & Parm. At ceteri cum scriptis constanter retinent *e medio*, ut bene revocavit Grotius. Ita dicitur *pugnare ex equo*, *e muris* & similia passim. V. Swartzium ad Tursell. p. 369. & alios. Gorgon ergo è pectore Palladis pugnavit, quia illic erat posita. Ovid. L. I. Metam. 754.

Ut pariter pectus positamque in pectore forti
Aegida concuteret.

Adde Broukhus. ad Propert. L. II, 2, 60.

Gorgonis anguiferae pectus operta comis.

658

Auxilium volucri Pallas tulit innuba fratri,
Pacta caput monstri; terraeque in fine Libyssae
Persea Phoebeos converti jussit ad ortus,
[a] Gorgonos averso sulcantem regna meatu;
Et clipeum [b] laevae fulvo dedit aere nitentem,
In quo saxificam jussit spectare Medusam,
Quam sopor aeternam tracturus morte quietem
Obruit haud [c] totam, vigilat pars magna comarum,
[d] Defenduntque caput protenti crinibus hydri:

Pars ja-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Gorgones* & *volatu*. b *laevum* M. *laeva* R. pr. c *tota invigilat* R. pr. V. tert. *vigilat* R. sec. Ed. Ven. d *defenditque* B. 1. Mic. & Hort. m.

658 CONFECIT] i. finivit Gorgon, quam Minerva gestat in pectore. perfecit, ut omnes Gigantes se visa in lapides verterentur, & cessarent contra Deos pugnare. SCHOL.

660 PARRHASIAE] A Parrhasia civitate, ubi natus Mercurius colitur. *Arcados* exponit cujus pennae i. e. Mercurii. IDEM.

663 HARPEN] ΑΝΑΔΙΠΛΩΣΙΣ. Mercurii gladium, qui sic Graece adpellatur. IDEM.

663 ALTERIUS MONSTRI] Argum enim occiderat Mercurius, qui C oculos habens Io virginem custodiebat. IDEM.

664 A JOVE DILECTAE &c.] Inepta, & frigida haec est periphasis praecedentis *alterius monstri*, & plane otiosa, ac pro explicatione sine dubio per lectorem, vel librarium quemdam addita: Pro spurio itaque versu à ceteris distinxi. Non comparet etiam in Vossiano secundo. In primo a recentiore manu insertus est inter duos priores versus, & in antiquissimo item Boherii Codice tantum conspicitur in margine. Variae quoque lectiones *E fuso* aliquantum ostendunt ab aliena haec esse largitione.

665 INNUBA] Virgo. *Fratri* quia ipsa filia Jovis est, ut ille de Jove est. SCHOL.

668 GORGONIS] Mscr. duo Bersm. & duo ex meis *Gorgones*. Sed unice verum est *Gorgonos* Graeco Genit., ut addit Glossator Voss. sec., Edd. Ven. Omnib. Sulpit. Bad. Paris. Mic. V. vi. 653.

668 AVERSO] *Adverso* Msc. mendose. Retro enim volare jussit, ne eam adverso vultu obtueretur. BERSM. *Adverso* perperam habent septem mei quoque, & Edd. multae. & vs. 676. Aversus volabat, sed Medusam in clipeo videbat V. Ovid. Metam. Lib. IV. in f. *adversas* Voss. unus.

668 VOLATU] MSS. R. Stephani *meatu*; bene; quomodo etiam ex veteri libro scribendum esse monuit N. Heinsius ad Claudian. de R. Proserp. II, 74. ubi multa de hac voce; quibus adde notam Cl. Drakenburchii ad Silium Lib. XII, 102.

Hic pro nubivago gratus pia templa meatu
Instituit Phoebo atque audaces exuit alas.

Glossa est *volatu*.

673 PROTENTIS CRINIBUS] Alii autem.

Defenduntque caput protenti crinibus Hydri.

quae lectio aliquanto concinnior videtur. MICYLL. *Protentis* legas in duobus Bersm. Reg. pr. Voss. tert. primo a m. sec. & Hulst. cum Edd. Sulp. & Badii: *protecti* Voss. un. cum Edd. Rom. & Parm. *Portentis* Pulm. duo. Est vir doctus, qui legat *portenti* i. e. monstri Medusae. Malim ego *praetentis*. ut *praetendere velum*, & alia passim dicuntur, quibus quid tegitur. Ipsi crines, sunt hydri. Quare saltem ordo est *protenti crinibus*, sed *hydri praetenti*, vel *protenti*, seu extensi *defendunt caput crinibus*.

674 OCULIQUE] Illae tres sorores uno oculo utebantur. SCHOL. *Oculique tenebras*. Id est, sedem oculi jam tenebrosam: nam oculum dum alteri traderet, Perseus supposita manu furtim subtraxerat, dormientemque ipsam, & serpentes ferro invasit, ut scribit Ovidius. SULPIT. In locum oculi exsecti. ASCENS. *Tenebras oculi*, somnum intelligit poëta hoc loco. Est enim sententia: Pars, inquit, comarum vigilat, serpentesque protenti defendunt caput: pars jacet super mediam faciem, seu frontem, resoluta somno. Et hoc modo ipse quoque Perseus apud Ovid. lib. IV.

Dumque gravis somnus colubros, ipsamque tenebat,
Eripuisse caput collo,

se

Pars jacet in medios vultus, oculique tenebras.
Ipsa regit [a] trepidum Pallas, dextraque [b] tremente
Perseos [c] aversi Cyllenida [d] dirigit Harpen,
Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Quos habuit vultus, lunati vulnere ferri
Caesa caput, Gorgon! quanto [e] spirasse veneno
Ora [f] rear! quantumque oculos [g] effundere mortis!
Nec Pallas spectare potest: vultusque gelassent
Perseos adversi, si non [h] Tritonia [i] densos

Sparsisset

VARIAE LECTIONES.

a *Pall. trep.* P. 1. V. 1. B. 1. Ed. Paris. b *timente* O. 1. c *adversi* MSS. & Edd. qdd. d *derigis* R. pr. *pertulit* V. 1. e *spirare* B. 1. Boh. V. 3. H. A. Ed. Ven. *spumare* Marp. f *reor* R. 2. V. 1. M. g *perfundere* O. 1. h *Tritonida* H. i *tensos* O. 1.

se inquit. Nam quae de oculo furtim subtracto hic addit Sulpitius, idem Ovidius non Medusae, sed geminis sororibus, quas alii *γραίας* vocant, ipse Phorcydas, unius sortitas luminis usum, accidisse dicit. MICYLL. Micyllus *tenebras oculi* somnum exponit. Msc. ita haec distinguit

- - - oculique tenebras
Ipsa regit Pallas. trepidum dex. tre.

ut ad Perseum ista referantur, intuentem Medusae caput vultu averso in speculo. BERSM. Per *tenebras oculi* intelligit auctor clausum Medusae dormientis oculum L. III. in f.

Nox subit, atque oculos vastae obduxere tenebrae.

675 TREMENTE] In uno Bersm. Voss. sec. qu. & meo scribitur *trementem* sc. Harpen in dextra trepidi Perseos tremulum, & micantem, non male. Vide ad L. VI, 237. Virg. Aen. XI, 645. XII, 94.

677 LATA] Msc. *jacta* q. d. projecta sopore. BERSM.

678 HAMATI FERRI] Msc. *Lunati* h. e. falcati. Harpen indicat recurvam. IDEM. *Lunati* ita Msc. Harpes descriptio, quae falcata. GROT. *Lunati* sive corrupte *limati* praeferunt Pulm. unus, ex nostris quoque vetustiores plerique, ut Voss. optimi, Regius, Wittian. & alii. nisi quod in quibusdam suprascriptum est *hamati*, seu *amati*. In Voss. primo recte addunt Glossae i. e. *curvati*, *falcati*. nam *falcatum* alii quoque dicunt. Vide Drakenb. ad Silium III, 278.

- - - falcatus ab arte Ensis.

Lunati itaque mihi quoque maxime placet, ut olim jam expresserunt Edd. Rom. Parm. Sulpit. Mic. & Hortens. Dubitat Badius, & *hamati* praetulit Rutgersius L. III. V. Lect. c. 3. quem vide, & locis ab eo adductis adde Ovidium Lib. IV. Met. 719.

Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo.

Jaculati Voss. sec. a m. pr. in alio *amanti*.

680 MORTIS] i. e. veneni. Hoc jam amplius est, quam venenum. *Nec sp.* Horrore, non metu. SCHOL.

681 GELASSENT] Hoc est; in lapidem se durassent. SCHOL. In saxum vertissent. SULPIT. Rectius Omnibonus, qui *Gelassent*, inquit, id est, riguissent, tanquam gelu, absolute scilicet. Quo pacto & Plinius alibi dixit: *Vini natura non gelascit* &c. MICYLL. Sulpitius aliique, qui hoc verbum active exponunt, debuerunt subintelligere ora Gorgonis; & certe nominativum saepe omitti, cum satis ex sensu pateat, inter Grammaticos constat. Malim tamen cum plerisque interpretibus, & N. Heinsio ad Ovidii Lib. I. Metam. 548. passive capere pro riguissent, gelati essent. Statius Lib. IV. Theb. 727.

- - gelant venae, & siccis cruor aeger adhaeret
Visceribus.

682 PERSEOS ADVERSI] Hic jam major vis est, si & ille mutari poterat in saxum, nisi stabat aversus. SCHOL. *Aversi* Msc. duo, & libr. aliquot, quod & Modius probat. BERSM. Scil. Novant. LL. Ep. XXIV. quia praecessit vs. 676. *Perseos aversi*. Sed errat vir doctus. nam in his vocibus Mstorum auctoritatem, qui, ut hic mei quoque, semper in illis variant, parum curo. *Aversus Perseus* vs. 668, 672. recte Perseus dicitur. Vultum enim avertit, & retro flexum à Medusa habuit, dum illius caput nondum amputasset: sed hoc peracto vultum advertit, sive ad eam convertit Perseus, ignarus, Gorgonis caput etiam post amputationem tantae potentiae esse, ut in saxum ali-

quem

Sparsisset crines, texissetque ora colubris.
Aliger in coelum, rapta [a] sic Gorgone, fugit.
Ille quidem [b] pensabat iter, propiusque [c] secabat
[d] Aëra, si medias Europae [e] scinderet urbes;
Pallas frugiferas jussit non laedere terras,
Et parci populis. Quis enim non [f] praepete tanto
[g] Aethera [h] respiceret? Zephyro convertitur ales,
Itque super Libyen, quae, nullo consita cultu,
Sideribus, Phoeboque vacat: premit orbita solis,
Exuritque solum: [i] nec terra celsior ulla
Nox cadit in coelum, lunaeque meatibus obstat,
Si flexus oblita [k] vagi per recta cucurrit
Signa, nec in Borean, aut in Noton effugit umbram.

Illa ta-

Variae Lectiones.

a ita P. R. pr. V. 1. vulgo *sic r. capta* A. b *pensebat* W. *pensaret* V. sc. *prensabat* VV. LL. Steph. c *secaret* V. sec. d vulgo *Aethera* a Sulpitio intrusum contra MSS. plerosque, & Edd. pp. *Prethea* B. 1. e *finderet* B. 1. *ascenderet* M. Edd. qdd. f *perpete* M. g *aëra* V. 1. h *conspiceret* B. 1. O. 1. *prospiceret* V. 1. A. i *non* V. 1. k *fuit* B. 1.

quem possit mutare; Et sic diriguisset Perseus, nisi Minerva ora sc. Medusae ipsius, ut bene addit Glossator, anguinis crinibus texisset. Hic verus, ni fallor, hujus loci sensus est.

684 Fugit] Mscr. *subit*, repugnante metro. BERSM.

685 Pensabat iter] Metiebatur, inquit, iter suum; & si per mediam voluisset ire Europam, non longius circuisset; sed hoc Minerva non sivit. SCHOL. *Pensare* Sulpit. & alii exponunt per breviare, in compendium ire, ut *compensare litora medio pelagi* L. VIII, 249. Non adsentior.

686 Scinderet] Ita MS. Hoc est, transvolaret. GROT. Scilicet vulgo tum legebatur *adscenderet*, contra Pulm. Bersm. & meos Codices, uno excepto. Reposuerat id primus Sulpitius, quem merito non secuti sunt Bad. Paris. Mic. & Hortens. Recte Grotius, & alii *scindere urbes* explicat. Passim apud poëtas *scindere*, & *secare* dicitur is, qui transit per medium. Ad rem Virgilius Lib. IV. Aen. 256.

- - - *terras inter coelumque volabat:*
Litus arenosum Libyae ventosque secabat.

quem locum ab violenta magni Bentleji conjectura ad Horat. L. 1. Ode 34. recte vindicat Johnsonus in Horatio vindicato.

688 Parci] Ne omnes verterentur in saxa. SCHOL.

689 Respiceret] Non dixit *Gorgonam*, sed *aethera*; ut nescientes, quid vitare deberent, homines conspicerent, & perirent. *Zephyro* i. in Zephyrum. SCHOL.

693 Nox cadit in coelum] Hoc dicit. Ita illic devexum vertitur coelum, ut umbrae de montibus missae in coelum, quod veluti superest, venire videantur. SCHOL.

693 Lunaeque meatibus obstat] Quippe vicina coelo terra integros cursus lunae ire non patitur, sive ipsa nox obstat: nam cum non de coelo, sed in coelum cadat, necesse est, ut lumen lunae penitus obscuret. IDEM. Pulchrae, ac plausibilis plenae eclipsis phantasia. Sed nihil ad rem. Nam ad plenam Lunae eclipsim requiritur, ut utrunque Solis, ac Lunae corpus sit sub ecliptica. Et in Sole quidem, quando is nunquam eclipticam exit, non est ulla difficultas. In Luna autem, quod ea frequenter extra eclipticam vagetur, utique variatio contingit. Verum tumor terrae sub aequatore, ejus rei non est caussa, sed trium corporum concentricitas. (Nam hac inusitata voce, nostrates Astrologi utuntur, & nos aliam non habemus,) sive ut latine, & clare dicam, quando trium corporum, Solis, Lunae, & terrae centrum in unum diametrum veniunt, ea demum certa est causa plenae eclipseos. GLAREANUS.

694 Oblita] i. e. umbra, quae per momenta torquetur. SCHOL.

695

Illa tamen sterilis tellus, fecundaque [a] nulli
Arva bono, virus stillantis tabe Medusae
Concipiunt, [b] dirosque fero de sanguine rores,
Quas calor adjuvit, putrique incoxit [c] harenae.
Hîc, quae prima caput [d] movit de pulvere, tabes
Aspida [e] somniferam tumida cervice [f] levavit.
Plenior [g] huic sanguis, & [h] crassi gutta veneni
Decidit: in nulla plus est serpente coactum.
Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem
Sponte sua, Niloque tenus metitur harenas.
Sed quis [i] erit [k] nobis lucri [l] pudor? inde [m] petuntur
Huc Libycae mortes, & fecimus aspida mercem.
[n] At non stare suum miseris passura cruorem,

[n] Squami-

VARIAE LECTIONES.

a *nullo* B. 1. b *durosque* A. c *arena* M. A. d *monuit* O. 1. e *fumifera* O. 1. *somniferam* Ed. Parm. f *levabat* W. g *huc* Boh. *hic* V. 1. *hinc* Edd. Rom. Parm. male. h *crasso veneno* B. 1. i *erat* V. 1. k *lucri nob.* V. 1. l *modus* VV. LL. Steph. P. 2. B. 2. V. 2. A. Ox. pr. a m. pr. m *petentur* M. & P. 2. B. 1. H. M. *ast* V. 1. a m. pr.

695 EFFUGIT UMBRAM] Mscr. *efficit* ad marginem corrupte. Si non deflectendo ab ecliptica umbram terrae praeterit. Msc. *umbra*. BERSM. Male *umbra* videtur legisse Schol. cum MSS. multis, & Edd. Ven. Brix. Med. Sulp. Bad. Mic. Hortens. aliisque. Sed *umbram* recte retinent Regii, Voss. duo, Oxon. pr. Marp. Hulst. & Wittianus, qui perperam cum Voss. tert. *efficit* pro var. lect. exhibet. Si Luna oblita vagi flexus non effugit umbram terrae, ait auctor; ut Beroaldus, Glareanus, Bersm. aliique monuerunt. Lib. VI, 503. de Luna.

Palluit, & nigris terrenisque ignibus arsit,
Quam si fraterna prohiberet imagine tellus,
Insereretque suas flammis coelestibus umbras.

701 ASPIDA] Solinus capite vicesimo nono. *Plures*, inquit, *diversaeque species Aspidum, verum disparis effectus ad nocendum. Dipsas siti interficit. Hypnale somno necat, teste etiam Cleopatra, emitur ad mortem. Aliarum virus, quoniam medelas admittit, minus famae meretur.* Caeterum quod Ovidius alibi, & hic Lucanus de guttis à capite Medusae manantibus adscribit, id Nicander Titanum sanguini tribuit, ita inquiens:

Ἀλλ' ἤτοι κακοεργὰ φαλάγγια σὺν καὶ ἀνιγρὰς
Ἑρπηστὰς ἔχιάς τε καὶ ἄχθεα μυρία γαίης
Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος, εἰ ἐτεόν περ
Ἀσκραῖος μυχάτοιο Μελισσήεντος ἐν ὄχθαις
Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖο &c.

MICYLL.

701 SOMNIFERAM] Sic enim occidit, ut in somnos ante compellat, quemcumque percusserit. SCHOL.

701 LEVAVIT] Mscr. *notavit*: minus adposite; cum ex pulvere animato productam dicat aspidem. BERSM.

705 SPONTE SUA] Bene addidit *sponte sua*. Capi enim potest, & quocumque transduci. *Niloque tenus*. Quia ultra non vadit. SCHOL.

706 INDE] De Libya. *Huc* in Italiam. SCHOLIAST.

707 MERCEM] Ita bene rescripsit Grotius: ut habent omnes Steph. Pulm. Bersm & mei MSS. excepto uno Voss. & veteres Edd. *Merces*, ut erat vulgo, à Sulpitio primum editum, & dein Aldo, quem Colin. Steph. Gryph. aliique secuti sunt. Ceterum delineationem tumidae aspidis vide apud Illustr. Ez. Spanhem. de praest. num p. 189. Obiter etiam notandum, Ammianum Marcellinum ex hoc loco male intellecto errorem hausisse L. XXII. c. 15. *Aspis numquam sponte sua fluenta egreditur Nili*; uti monet Doctiss. Valesius.

708 SUUM] Ipsorum hominum, non serpentis accipimus. Dicta autem *Haemorrhois*; quod sanguinis profluxu, quos percussit, occidat. SCHOLIAST.

710 AMBIGUAE] Neque enim est terra, neque mare. Hic ergo habitat hic serpens, unde & hoc nomen accepit. ΧΕΡΣΟΝ enim Graeci terram dicunt,

[a] Squamiferos ingens Haemorrhois explicat orbes:
Natus [b] &, ambiguae coleret qui [c] Syrtidos arva,
[d] Chersydros, [e] tractique via fumante [f] Chelydri:
Et semper recto lapsurus limite Cenchris:
Pluribus ille notis variatam pingitur alvum,
Quam [g] parvis tinctus maculis Thebanus ophites:

Con-

VARIAE LECTIONES.

a *squamigeros* B. 1. H. V. sec. pro var. lect. V. ad L. 1. b *in* Edd. Ven. Br. c *Syrtibus* A. d *Chersidos* Marp. e *tectique* B. 1. f *Chelandri* Ed. Ven. g *parvus* Ed. Hort.

cunt, ΥΔΩΡ aquam: quod in commistis his sit elementis, *Chersydor* adpellatur. SCHOL. Nicander de Chersydro:

Ὃς δήτοι τὸ πρὶν μὲν ἐπὶ βροχθώδεϊ λίμνῃ
Ἄσπειστον βατράχοισι φέρει κότον, ἀλλ᾽ ὅταν ὕδωρ
Σείριος αὐήνῃσι, τρύγῃ δ᾽ ἐν πυθμένι λίμνης,
Καὶ τόθ᾽ ὅγ᾽ ἐν χέρσῳ τελέθει ψαφαρός τε καὶ ἄχρους
Θάλπων ἠελίῳ βλοσυρὸν δέμας &c.

MICYLL.

711 FIRMANTE] Nam quacumque labitur, à veneno (*venenum* Voss. sec.) dicitur terra fumare. SCHOL.

711 CYLYDRI] Serpentes, qui se per terram convolvunt, dicti à *κυλίω*, quod est volvo, & *ὕδρος*, Serpens. Cylindrus vero lapis preciosus: & columna, qua area aequatur. SULPIT. *Chelydri*, non *Cylydri*, legendum. Sic enim & apud Nicandrum scribitur, qui eundem & *δρυΐναν* appellari dicit.

Κῆρα δέ τοι δρυΐναο πιφαύσκεο. τὸν δὲ χέλυδρον
Ἐξέτεροι καλέουσι &c.

Fumante autem *via* poëta dixisse videtur, non pro pulverulenta, ut hîc Sulpitius exponit, sed pro olente potius: gravem enim odorem de se emittit hic serpens, ut idem Nicander indicat:

- - *τὸ δ᾽ ἀπὸ χροὸς*, inquiens, *ἐχθρὸν ἄηται*
Οἷον ὅτε πλαδόεντα περὶ σκύλα καὶ δέρος ἵππων
Γναμπτόμενοι μυδόωσιν ὑπ᾽ ἀρβήλοισι λάθαργοι &c.

MICYLL. Recte *Chelydrum* separat à *Chersydro*; quos Servius, aliique confundunt. Consule Cerdam contra eum ad Virgilii Georg. L. III, 415.

Galbaneoque agitare gravis nidore Chelydros.

712 LIMITE] Vitiose in Amstel. sed sollemni mutatione *milite*. Voss. text. *tramite*; quod probabat vir doctus. Tu cave, quid mutes. Passim *recto limite* jungunt Poëtae. Vide Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. IV, 614.

- - - - - *sed limite recto*
Puppis, & aequali transcurras carbasus aura.

712 CENCHRIS] De contrario *Cerastes* semper est flexus. *Cenchris* semper est rectus. ΚΕΓΧΡΟΝ Graece milium dicunt, unde hic nomen accepit ex notarum multitudine. SCHOL. Nicander Cenchrenam vocat, Leonemque ab aliis vocari ait.

Δήεις κεγχρίναο δολιχὸν τέρας ὅντε λέοντα
Αἰόλον αὐδάξαντο περίστικτον φολίδεσσι.

Et postea addit:

Ἰθεῖαν δ᾽ ὄκνος ἐπιδρομάδην τρίβον ἕρπει.

Quod hîc poëta dixit:

- - - *Semper recto lapsurus limite* &c.

MICYLL. *Περίστικτον φολίδεσσι* dixit Nicander. GROT. *Ed. tert.*

713 PINGITUR] Msc. duo *tinguitur*: alii *pingitur*. BERSM. *Pingitur* recepit Grotius, atque ita habent quatuor Pulm. Witt. Voss. & Hulst. sed Reg. uterque, Voss. quinque, Oxon. unus, Marp. & Amst. cum omnibus Edd. ante Grotium scribunt *tinguitur*, vel *tingitur*. Perperam profecto si sequenti versu *tinctus* retineas. At illic *pictus* exhibent Oxon. pr. Reg. sec. & Hulst. Ed. Ven. *cunctis*. primo loco non male scriberes *cingitur*, ut est in meo Cod. i. e. per totam alvum undique est tinctus notis. At etiam legas *sangitur*, ut habet unus ex Oxoniens., vel potius *sactus* i. e. parvis maculis distinctus. Consule omnino, quae congessimus ad L. x, 491.

714 THEBANUS OPHITES] Thebas capit Aegyptias. Illic marmor maculosum, quod *Ophites* vocatur. Huic similem dicit esse serpentem. SCHOLIAST. Nugatur interpres ille, qui hic Boeoticas Thebas intelligat. Clare Plinius docet, Ophiten esse repertum in Aegypto Lib. XXXVI. c. 7.

715 INDISCRETUS] Ut non intelligas, utrum serpentem videas, an harenam. SCHOL.

716 AMMODITES] Hujus Solinus meminit. Sunt

&

Concolor exuſtis, atque indiſcretus harenis
Hammodites: ſpinaque vagi torquente Ceraſtae:
Et [a] Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuvias poſitura ſuas: & [b] torrida Dipſas:
Et gravis in geminum ſurgens caput [c] Amphisbaena:
Et Natrix, violator aquae, Jaculique volucres,

Et con-

VARIAE LECTIONES.

a *Phitalis* B. 1. *Scytalis* V. pr. *Eſcitalis* V. ſec. alii aliter. b *horrida* Ed. Rom. c multi MSS. & Edd. *Amphiſibaena* vel *bena*.

& Ammoditae, inquiens, eſt & Cenchris, Elephantiae, Cherſydri, Chamae, Dracones &c. Dictus autem videtur non ab ἀρύσσειν, quod eſt, fodiendo, ſed ab ὁδὸς potius, quod per arenam, ſive locis arenoſis potiſſimum iter faciat. MICYLL. *Hammodytes* per *y* ſcribendum, recte monet Glareanus, ea forma, qua *Troglodytes*, in Batrachomyomachia, non ab *Hammos*, & διορύττω, ut Sulpitio viſum eſt, ſed ab *Hammos*, & δύμι, id eſt, ingredior. Exuſtae arenae concolor eſt. HORTENS. *Ammodites*. Mſcr. duo *Hammodites*, perp. Eſt enim ab ἄμμος & ὁδὸς. Glar. *Hammodytes* ab ἄμμος & δύμι. BERSM. MSS. recte *Ammodytes*. GROT. *Ed. ſec.* In editione Grotii perperam eſt *Ammodyes*. cum ſcribendum ſit *Ammod.* ſive potens *Hammodites*, ut jubent MSS. optimi tantum non omnes, & priores Edd. *Hasmodites* in nonnullis eſt. Male etiam quidam per *y* ſcribunt; cum clare pateat, eſſe Graecum ὁδίτην ſive viatorem per arenas.

716 SPINAQUE VAGI T. CERASTAE] Dicunt, Helenam, cum raperetur à Paride, hunc calcaſſe, & ei ſpinam fregiſſe: unde inflexus dicitur *ambulare*. SCHOL. Etiam hoc ex Nicandro poëta tranſtulit. Ita enim inquit ille:

Αὐτὰρ ὅγε σκαιὸς μεσάτῳ ἐπαλίνδεται ὁλκῷ
Οἴμον ἀδινπλανέων σκολιὴν τετρηχότι νώτῳ
Τρόπιος ἀλκαίης ἀκάτῳ ἴσος, ἥτε δι' ἅλμης
Πλευρὸν ὅταν βάπτουσα κυματαδίεντος ἀήτου
Εἰς ἄνεμον βεβίηται ἀπόκρον λιβὸς ὄρφνη.

Non autem quaterna tantum cornicula habent Ceraſtae, ſed & bina quaedam, ut idem Nicander autor eſt.

Ἄλλοτε μὲν πισύρεσι, τότε δ' ἀοιδοῖσι κεράεσι &c.

inquiens. MICYLL.

717 SOLA PRUINIS] Nam ponunt ceterae per aeſtatem. SCHOL.

718 TORRIDA] Sicca, nam ſiti interficit. SULPIT. Unde & nomen ſortita eſt, ὅτι τοῖς δακνομένοις ὑπ' αὐτοῦ δίψαν ἐμποιεῖ. Vel etiam alludit ad fabulam, quae eſt apud Nicandrum, qua dicitur Jupiter aliquando νεότητα, hoc eſt, juventutem hominibus dono dediſſe, quam illi impoſitam aſello in terras deferre voluerunt. Caeterum cum aſellus ſiti premeretur, forte ad fontem venit, quem ſerpens aſſervabat. Cum igitur ſitis impatiens eſſet, neque tamen eandem levare poſſet propter aquae cuſtodem, pactus eſt cum ſerpente, ut quod in tergo vehebat, illi daret, atque ipſe biberet. Atque ita factum, ut ſerpentes quidem perpetuo rejuveneſcant, ſenectute abjecta, ipſe autem, qui fontem aſſervârat, ſiti ea laboret, qua ante aſellus afficiebatur. Autor fabulae Sophocles citatur, ἐν κωφοῖς. MICYLL.

719 IN GEMINUM SURGENS CAPUT] Lectionem hanc revocavit Grotius, quam confirmant variae lectiones Stephani, & ex meis Wittian. Marp. Voſſ. tert. Amſt. Voſſ. prim. ſupraſc. ac Edd. Rom. Parm. Omniboni, Micylli, & Hortenſ. Sic *ſurgere in cornua* &c. Vide Doctiſſ. Waſſe ad Salluſt. B. Jugurt. c. 94. Ceteri MSS. & Edd. exhibent *vergens*, etiam non male; quia utrique capiti incedens innititur. adeo ut hoc fere propter plurimorum Codicum conſenſum praeferam.

719 AMPHISBAENA] Quia utraque parte ambulat, nam utraque caput habet, & quavis dirigit greſſum, *Amphisbena* dicitur. BHNAI enim Graece dicitur *ambulare*. SCHOL. Nicander:

Τοῖσι μετ' ἀμφίσβαινα ὀλίζονα καὶ μινύθουσαν
Δήεις ἀμφικάρηνον, ἀεὶ γλήνῃσιν ἀμυδρήν.

Dicta autem eſt ab ἀμφὶ, & βαίνειν, quod utrinque, ſeu utraque parte ingrediatur. Sive, ut Solinus ait, quod utrique capiti incedendo innitatur. MICYLL. Mſc. *Amphiſiena*: vitioſe: ἀμφισβαίνα dicta ab ἀμφὶ, & βαίνειν, quod *utrinque ingrediatur*. Solin. BERSM.

720 VIOLATOR AQUAE] Hic & aquam, quam tetigerit, inficit de venenis. SCHOL. Hunc ὕδρον Graece dici volunt. Sed Nicander ὕδρον & χέλυδρον eun-

Et contentus iter cauda sulcare Pareas:
Oraque [a] distendens avidus [b] fumantia [c] Prester:
Ossaque dissolvens cum [d] corpore tabificus Seps.
Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes,
Ante venena nocens, late sibi submovet omne
Vulgus, & in vacua [e] regnat Basiliscus harena.
Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis, aurato nitidi [f] fulgore Dracones,
[g] Pestiferos ardens facit Africa; ducitis altum

Aëra

VARIAE LECTIONES.

a *discendes* Ed. Rom. b vulgo *spumantia.* c *praesunt* Ed. Ven. d *pectore* V. 1. e *Bas. regn.* Edd. qdd. f *splendore* V. 1. g *letiferos* P. 2. V. 2. W. Boh. M. Edd. Ven. Br. Med. Sulp. Mic. Bad. Hort.

eundem facit cum eo, quem δρυΐναν vocari idem dicit, ut:

Κεῖνο δὲ τοι δρυΐναο πιφαύσκεο. τὸν δὲ χέλυδρον
Ἐξέτεροι καλέουσι.

Et rursum:

Ὕδρον μιν καλέουσι, μετεξέτεροι δὲ χέλυδρον.

Cicero generaliter hoc nomen accepisse videtur, cum in Academicis inquit: *Cur omnia nostri causa cum faceret, tantam vim natricum, viperarumque fecerit?* &c. MICYLL.

720 JACULIQUE VOLUCRES] Serpentes volantes sunt; cum ceteri non volant. Exsiliunt enim in arboribus, & dum aliquod animal obvium fuerit, jactant se super illud, & per munt, & ab jactu *jaculi* dicuntur (V. vs. 823.) SCHOL. Jaculi arbores subeunt, è quibus vi maxima turbinati penetrant animal, quodcunque obvium fortuna fecerit. SULPIT. Ut Solinus ait. Hos Acontias videtur Nicander appellare, ubi ait:

Ἀλλαγί μιν ἄβλαπτα κινώπετα βόσκεται ὕλη
Δρυμοὺς καὶ λασιῶνας, ἀμορβαίους τε χαράδρας
Οὓς ἔλοπας, λίβυάς τε πολυστεφέας τε μυάγρους
Φράζονται. σὺν δ' ὅσσοι ἀκοντίαι ἠδὲ μόλουροι.

MICYLL.

721 CAUDA] Nam ceteri iter facere ventre consuerunt. Hic serpens in cauda ambulat. SCHOLIAST.

721 PHAREAS] Hic pedes in quos se erigit juxta caudam habet, Graeci Φαρείας dicunt, nos *Pheream*: σπονδεῖος. Spondeus. SULPIT. *Pareas* legendum, ut ex Suida patet. Hic enim παρεῖαι, inquit, ὄφεις. ὀνομάζονται δὲ τινες ὄφεις οὕτως, διὰ τὸ τὰς παρειὰς μείζους ἔχειν. ὁ δὲ Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου φησίν. εἶναι τοὺς ῥήτορας ὁμοίους τοῖς ὄφεσι. τούς τε γὰρ ὄφεις μισητοὺς μὲν εἶναι πάντας, τῶν γε ὄφεων αὐτῶν τοὺς μὲν ἔχεις τοὺς ἀνθρώπους ἀδικεῖν, τοὺς δὲ παρείας αὐτοὺς τοὺς ἔχεις κατεσθίειν. Volaterranus, colore fulvo, oculis velocem, ore lato, morsu haud maligno esse dicit, Apollodoro autore. Quare eundem & Aesculapio tanquam mitissimo deorum pro ministro dedicasse vetustatem. MICYLL. Msc. *Pareas*, recte. Suidas. Παρεῖαι ὄφεις. alt. *Parias.* BERSM. *Pareas.* Variant valde in hoc nomine MSS. Sed vera haec est lectio. Παρεῖαι Aristophani, Hyperidae, & aliis. GROT. MSS. lectiones sunt *Pharoas*, *Pharias*, *Paryas*, *Piaras*, *Phareas*, ut Badius, & Sulpitius edidere &c. Vitiose etiam apud Servium ad Georg. III, 426. & Isidor. p. 1124. vulgo scribitur *Parias.*

722 SPUMANTIA] Duo Codd. Bersm. Voss. unus, Hulst. & meus *Spirantia.* Amst. *Stillantia.* In praestantissimis Vossianis primo, & secundo, Regio uno, Wittiano, & Marpurg. *fumantia*; quod unice verum est. Docet hoc ipsum serpentis nomen à πρήθειν sive ardere deductum, ut vs. 790. passim haec variata diximus ad L. VII, 699.

723 SEPS] Graece enim nomen ab eo, quod putrida membra consumat. SCHOL. Σήπω putrefacio est. Inde fit Seps. De quo sic Solinus: *Ictu Sepis statim putredo sequitur.* SULPIT. Et Nicander:

Τῶν οἱ μὲν λιθακάς τε καὶ ἑρμακας ἐνναίοντες
Παυρότεροι τρηχεῖς τε καὶ ἔμπυροι. οὔνεκεν ἐχθρὸν
Ἀνδράσι δῆγμα πέλει μετανισόμενον, ἀλλὰ κακηθές.

MICYLL. V. Beroald. T. I. Thes. Crit. pag. 254.

725 NOCENS] Servius ad VII. Aen. 753. ubi *nocens* legitur, male. BROUKHUS.

726 REGNAT BASILISCUS] Apte dixit, *regnat.* Βασιλεὺς enim regem significat, & ipse, autore Solino,

Aëra cùm pennis, armentaque tota secuti
Rumpitis [a] ingentes amplexi verbere tauros.
Nec tutus spatio est [b] Elephas: datis omnia leto:
Nec vobis opus est ad noxia fata veneno.
Has inter pestes duro Cato milite siccum
Emetitur iter, tot tristia fata suorum,
Insolitasque videns [c] parvo cum [d] vulnere mortes.
Signiferum, juvenem Tyrrheni sanguinis, Aulum,
Torta caput retro Dipsas calcata [e] momordit.

Vix do-

VARIAE LECTIONES.

a *amplexos ingenti* H. male. V. Heins. ad Sil. 11, 474. b *Elephans* R. pr. V. sec. tert. c *cum p.* A. *p. de* Edd. Ven. Br. Med. d *pulvere* V. sec. pro var. lect. aliique V. Drak. ad Sil. x, 240. e *momorsit* H.

lino, *serpens est pene ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrula lineatus caput: hominum, aliorumque animantium exitium, terram polluit & exurit: ubicunque se recipit, herbas extinguit: arbores necat, auras corrumpit, ita ut nulla alituum impune transvolet infecta spiritu pestilenti. Quum movetur, media corporis parte serpit, media arduus est, & excelsus. Quicquid morsu ejus occiditur, non depascitur fera, nec attrectat ales. Mustelis tantum vincitur, in cavernas, ubi delitescit, illatis.* Haec ille fere. SULPIT. Haec quidem Solini verba sunt, sed mutilata. Addit autem idem & sibilum ejus perhorrescere alias serpentes. Et cum acceperint, fugam quaeque quoquo possunt, properare. Quae maxime ad hunc locum pertinent, cum & poëta dicat:

Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes,
Ante venena nocens late sibi summovet omne
Vulgus &c.

Quod & ipsum ex Nicandro translatum, qui inquit:

Οὐκ ἄρα δὴ κεῖνο σκωπαὶ χθίω κνώδαλα γαίης
Ἰυγὴν μίμνουσιν, ὅτ' ἐς νόμον ἠδὲ καὶ ὕλην
Ἠὲ καὶ ἀρδηθμοῖο μεσαμβρινὸν ἀΐξαντος
Μείρονται, φύζῃ δὲ παλιντροπέες φορέονται.

MICYLL.

727 NUMINA] Nam quasi numina sic habentur dracones. SCHOL. Additur in Voss. pr. *apud Chaldeos.* Immo apud omnes orientales, sed & Graecos, & Romanos: qui draconis specie semper quoddam numen latere credebant: ut notum: unde & pro symbolo salutis habebantur. Vide Spanhem. de praest. num. p. 125, 175, 188. &c. in 4to. & supra ad L. III, 421.

729 PESTIFEROS] Vel *letiferos* i. e. quicumque estis ubique innoxii, hic nocetis. SCHOL.

730 CUM] Id est *quando ducitis pennis* sup. vestris, *aëra altum* id est sublimem, id est, quando volatis & magnitudine alarum trahitis ingentem partem aëris vobiscum, aut *ducitis* id est impellitis aëra altum *cum pennis*, id est, avibus vobiscum volantibus. ASCENS. Prima Badii expositio recta est tantummodo. Sequentem tamen agnoscit etiam Sulpitius, aliique, qui idcirco post *Africa* plenae distinctionis notam ponunt. *Cum* est adverbium, non praepositio. Pro *ducitis* in Wittiano scribitur *tenditis*. Lib. VII, 477.

- - - - - - *tunc aethera tendit.*

i. e. inpulit. In Regio primo *pinnis.* forsan verius. V. ad vs. 660.

732 SPATIO ELEPHAS] i. e. magnitudine sua. In India (Hoc verum quidem. V. omnino ad Melam L. III, 7, 25. malim tamen hic scribi *Libya*) dracones nascuntur ingentes, qui amplexi elephantes post aurem eos mordere dicuntur. illi se dolore in humum projiciunt; sic ambo pereunt, draco pondere, elephas dum stringitur, & tenetur. SCHOL. Strabo scribit, Dracones trecenum cubitorum, qui tauros Elephantesque capiant, in Africa esse. SULPIT. Nicander addit, etiam cum Aquilis intestinum quasi quoddam bellum gerere.

Τῷ μέν τ' ἔκπαγλον κοτέων βασιλήϊος ὄρνις, inquiens,

Αἰετὸς ἐκ πολέμοιο ἐπαΐξεται. ἀντίον δ' ἐχθρὸν
Ἀῦειν ἄγει γενύεσσιν, ὅταν βλώσκοντα καθ' ὕλην
Δέρκηται.

& quae sequuntur. MICYLL.

733 NEC VOBIS] Hic versus in uno Codicum non extabat. BERSM.

736 VIDIT] Mscr. duo *videns* recte: tametsi alter. ad marg. reponat *videt.* IDEM. *Videns* habent

Vix dolor, [a] aut [b] sensus dentis fuit; ipsaque leti
Frons caret invidia; nec quidquam plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum, [c] carpitque medullas
Ignis edax, calidaque incendit viscera [d] tabe.
[e] Ebibit humorem, [f] circum vitalia fusum,
Pestis, & in sicco linguam [g] torrere palato
Coepit. defessos iret qui sudor in artus,
Non fuit, atque oculos lacrimarum vena refugit.
Non decus imperii, [h] non moesti [i] jura Catonis
Ardentem tenuêre virum, quin spargere signa
Auderet, [k] totisque furens exquireret [l] agris,
Quas poscebat, aquas, sitiens in corde venenum.
Ille vel in Tanain missus, Rhodanumque, [m] Padumque,
Arderet, Nilumque bibens, per rura vagantem.

Accessit

VARIAE LECTIONES.

a *haud* R. pr. b *dent. sens.* B. 1. c *carpsitque* V. pt. *rapuitque* Ed. Ven. d *flamma* V. 1. e *Et bibit* VV. LL. Steph. P. 2. W. H. V. 1. f *circa* P. 2. B. 4. V. 2. O. 1. H. A. *citra* M. g *torquere* B. 1. h *moesti non* B. 1. i *cura* O. 1. a m. pr. k *totusque* Ed. Haer. Gryph. V. Mod. N. L. Ep. 25. l *arvis* Edd. R. Parm. Hort. m. m *Spadumque* V. 1.

bent nostri quoque, excepto Voss. pr. quomodo scribendum jam monuit Modius Novant. LL. Epp. xxv. & Grotius etiam reponi curavit.

740 LETI FRONS] i. e. vulnus. Parvum enim vulnus, & exiguum non videbatur mortem esse facturum, nec habebat facies mortis invidiam. SCHOL. Ex Seneca desumsit auctor Hippol. 28.

Non habet latam data plaga frontem,
Sed vorat tectas penitus medullas.

743 EBIBIT] Ideo & *dipsas* dicitur. SCHOL.

748 QUIN SPARGERE] MSS.

- - - *ne spargere signa*
Auderet.

GROT. *Ne* expressum est in quatuor Codd. Pulm. uno Bersm. Vossian. quatuor, Reg. pr. Witt. & meo cum Edd. Sulp. Bad. & Mic. *non* vitiose Ed. Ven. *Ne* tamen videtur mihi potius ex glossa natum pro veriore *quin* sive quo minus. Cicero ad Attic. Lib. xv. Epist. 14. *Teneri non potui, quin tibi apertius declararem.* Terent. *Vix me contineo, quin involem in capillum:* & frequenter.

753 ACCESSIT MORTI LIBYE] Terra Africa caussam addidit morti: nam cum peste ille moriatur, credit, eum siti perire (*certius credebatur mori* Voss. pr.) quia Libya non habet fontes, vel aquas. SCHOL.

753 FATIQUE MINOREM FAMAM] i. e. ut diceretur sola occidere non posse, nisi vires ejus terrae ariditas adjuvaret. SCHOL. In Voss. primo scribitur *fatique minoris.* In Regio uno, Oxon. pr. & meo *fatisque minorem*; in Oxon. altero *fatoque.* Dipsas habet famam minorem, quam potentiam necandi, quia hanc mortem non illius viribus tantum; sed & aestui Libyes adscribunt. Ovid. Epist. Heroid. xvi, 143.

- - - *minor est sua gloria vero;*
Famaque de forma pene maligna tua est.

Alii exponunt. *habet minorem mortis infamiam.*

755 VENAS] Venae telluris innuuntur, ut in iis aquarum inveniat scaturigines, eleganti poëtarum locutione. Virgil. L. 1. Georg. 91.

Seu durat magis, & venas adstringit hiantis.

Reddenda haec vox etiam Symposii Aenigm. auctori c. LXX. de puteo.

Mersa procul terris in caespite lympha profundo
Nonnisi perfossis possum procedere venis.

Vulgo erat *rivis.* pro quo ridicule Heumann. reposuit *terris:* cum ipso teste MSS. exhibeant *venis* vel *rimis.* Vide etiam ad L. iv, 403. x, 264, 325.

757

Accessit morti [a] Libye, fatique minorem
Famam Dipsas habet, terris adjuta perustis.
Scrutatur venas penitus squalentis harenae:
[b] Nunc redit ad [c] Syrtes, & fluctus accipit ore;
Aequoreusque placet, sed non & sufficit, [d] humor.
[e] Nec [f] sentit fatique genus, mortemque veneni;
Sed putat esse sitim: ferroque aperire [g] tumentes
Sustinuit venas, atque os inplere [h] cruore.
Jussit signa [i] rapi propere Cato: discere nulli
Permissum est, [k] hoc posse sitim. sed tristior [l] illa
Mors erat ante oculos: miserique in crure [m] Sabelli
Seps stetit exiguus, quem [n] flexo dente tenacem
[o] Avulsitque manu, piloque [p] adfixit [q] harenae.
Parva modo serpens; sed qua non ulla cruentae

Tantum

VARIAE LECTIONES.

a *Libyae* MSS. & Edd. qdd. vitiose. b *tunc* M. c *Syrtes* V. 2. R. pr. d *umor* R. pr. W. e *non* Edd. qdd. f *sensit* V. 1. g *tumentis* R. pr. V. tert. h *veneno* V. sec. Boh. a m. pr. i *capi* V. 1. k *haec* Ed. Ven. l *illo* Boh. V. tert. & pr. sec. pro var. lect. m *Fabelli* V. tert. male. V. Sil. xv. 690. n vulgo *fixo*. o *avellitque* VV. LL. Steph. p *infixit* M. q *arenis* vulgo.

757 SED NON ET SUFFICIT] Bersm. unus, & mei tres, uti & Aldus, Colin. Hortens. Steph. Gryphiusque circumferunt *sed non sibi.* Verum optime plurimorum Codd. & veterum Edd. scripturam defendit multis exemplis N. Heinsius ad Ovidii Metam. L. IV, 273.

- - - *Sed non & Bacchus in illis.*

& ad Claudian. L. IV. Consul. Honor. 500.

Munificus largi, sed non & prodigus auri.

759 TUMENTES] Msc. (& Marp.) *timentes*, corrupte. Dicit enim veneno *turgidas* seu inflatas habitu venenato, vel potius ingurgitatione aquae marinae. BERSM.

760 VENAS] Suas, ut sanguinem biberet. SULPIT. Nicander de eo, qui a Dipsade mordetur.

Αὐτὰρ ὅγ' ἠύτε ταῦρος (inquit) ὑπὲρ ποταμοῖο νενευκὼς,
Χανδὸν ἀμέτρητον δέχεται ποτόν, εἰσόκε νηδὺς
Ὀμφαλὸν ἐκρήξειε, χέῃ δ' ὑπεραχθέα φόρτον.

MICYLL.

761 DISCERE NULLI] Neminem, inquit, Cato scrutari passus est, utrum Aulus siti moreretur, an veneno. Possumus tamen ipsum serpentem accipere, ut Graece *dipsas*, Latine *sitis* adpelletur. SCHOL. Discendo videre, aut audire. Alii autem *dicere* legunt. SULPIT. *Dicere.* Mscr. *propere discedere nulli.* Alia duo *p. Catos: discere nulli*, quod non displicet. BERSM. *Discere.* Sic ut nos emendavimus habent MSS. GROT. *Ed. pr. Discere.* Id melius putavimus, quam *dicere.* Noluit quemquam hoc scire, ne sitim nimium timerent. IDEM. *Ed. sec.* Recte Grotius *discere* ex MSS. revocavit, & explicuit: quod agnoscunt etiam sex Pulm. & omnes mei libri, excepto Hulst. a m. sec., & Editiones veteres. Colin. tantum, Steph. Gryph. Pulm. & Bersm. Edd. *discere* exhibent.

763 MORS ERAT] Testatur Ill. Heinsius ad Silii Ital. L. XIV, 630. se hic & vs. 780. in nonnullis MSS. invenisse *sors.* Nihil variant meae membranae. *Sors* tamen mihi etiam, utroque in versu adprime placet. Vide ad L. v, 773. & alibi.

764 FLEXO DENTE] Temere nimis magnus Grotius nihil monens *flexo* mutavit in *fixo*, quod coeco passu sequuntur, ut solent, seqq. Edd. *fixo* tantum invenitur in Bersm. uno, Reg recent. meo, Marp. & Oxon. recent. ac Edd. Rom. Parm. & Omniboni à Taberio procurata, licet in notis Omnibonus *flexo* legat. quod recte plurimi, & praestantissimi servant Codd. *Flexo* i. e. incurvo, hamato, unde tenacius cruri adhaesit.

765 HARENAE] Ita pro *arenis* reposui auctoritate MSS. quatuor Pulm. Reg. utriusque, Voss. pr. Oxon. pr. Marp. Edd. quarumdam, & Priscia-

Tantum mortis habet. nam [a] plagae proxima circum
Fugit [b] rupta cutis, pallentiaque [c] ossa retexit.
Jamque sinu [d] laxo nudum [e] est sine [f] corpore vulnus.
Membra natant sanie: surae fluxêre: sine ullo
Tegmine poples erat: femorum quoque musculus omnis
Liquitur, & nigra destillant inguina tabe.
[g] Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntque
Viscera: nec, quantum [h] toto de corpore debet,
[i] Effluit in [k] terras: saevum sed membra venenum
[l] Decoquit: in minimum [m] mors contrahit omnia [n] virus.
Vincula nervorum, [o] & laterum textura, cavumque
Pectus, & [p] abstrusum [q] fibris vitalibus [r] omne,
Quidquid homo est, aperit pestis. natura profanâ
Morte patet: manant humeri, fortesque lacerti:
Colla, caputque fluunt. calido non ocius Austro

Nix re-

VARIAE LECTIONES.

a *proxima vulnera* Ed. Ven. b P. 2. B. 1. A. Edd. ante Grot. *rapta* praeter Ven. *ruta* H. c *ora* Boh. W. H. O. 2. Edd. pp. d *lapso* O. 2. R. 1. V. 1. Edd. Parm. Br. Med. e deest in P. 3. B. 2. V. 3. Ed. Br. *est nud.* B. 1. W. V. sec. O. 1. f *vulnere pectus* P. 1. g *dissolvit* B. 1. *dissilit* V. 2. h *de toto* P. 2. i *affluit* O. 1. k *terra* V. 1. Boh. l *dequoquit* MSS. qdd. m *& mors* V. 1. n *membra* Marp. o deest in V. 1. p *obstrusum* B. 1. *abtrusum* V. 1. W. *abstruxum* Ed. Ven. q *vibris* W. r *omen* M.

ni p. 806. ubi insuper vulgo male editur, & forsan Prisciani culpa,

Avulsitque manum telumque adfixit harenae.

766 MODO] i. e. quantitate corporis. SCHOL.

766 QUA] Possis conjicere *quo* sc. modo corporis. i. e. nulla tam parvi corporis tantam vim veneni habet. Sed nil muta. *Qua non ulla* dicitur ut *non alius sapiente*, non *alius Lysippo* &c. de quibus consule Voss. de Constr. c. 14. Edd. Ven. Brix. Mediol. nullo sensu habent *quam*.

769 SINE CORPORE VULNUS] i. e. sine carne. Captat rursus Oxumoron auctor, cum vulnus non possit esse sine corpore. paulo aliter vs. 817. *totum est pro vulnere corpus.* Stat. Theb. V, 597.

Rapta cutis, tenuia ossa patent, nexusque madentes
Sanguinis imbre novi, totumque in vulnere corpus.

ubi recte *rapta cutis* est, quod hic *fugit rupta*; quamvis & illic in aliis est *rupta*, ut contra hic *rapta*. De qua confusione egimus alibi.

772 LIQUITUR] Defluit. SCHOL. Msc. (& Voss. un.) *linquitur*, minus apte, cum de putredine seu tabe tororum loquatur. BERSM.

772 DESTILLANT] Ita Boher. Reg. prim. Witt. Voss. duo, & Pulm. unus. V. ad L. VIII, 777.

- - - *lentum destillat in ignem.*

non *distillat*.

773 UTERUM] Venter disruptus est. Posuit autem uterum pro ventre: nam illud congruit feminis, & mulierum proprium est. SCHOL.

774 QUANTUM] Ipse moriens, quantus debet esse, cum moritur, tunc non fuit. IDEM. Scholiastes scilicet legit *quantus*, uti exaratur in Regio pr. Voss. pr. & secundo, ac Boher. Magis tamen mihi adridet vulgatum; quidquid liquitur, non cadit in terram, ut debere videretur; sed antequam cecidit, id consumtum est à saevo veneno.

777 LATERUM TEXTURA] Libr. aliquot *lat. contexta.* Innuit autem costas, quas Virgilius XII. *costas pectoris* vocat. BERSM. Miror, neminem interpretum monuisse, in his verbis, ut vulgo leguntur, inesse anacoluthon. Debuisset enim auctor dicere *texturam* scilicet *aperit*. aliud enim verbum non est, ad quod referri haec possunt. Vidisse tamen hoc videntur Sulpit. Bad. Micyll., & Hortens. qui *contexta*, contra Mstos. ediderunt & accusativo casu explicuerunt. Ego autem, quia hoc anacoluthon ad soloecismum nimis accedit, adeoque ab auctore nostro adhiberi vix potuit, putem hic rursus quaedam inserta esse spuria; &, ut saepe jam vidimus,

Lu-

Nix resoluta [a] cadit, nec solem cera sequetur.
Parva loquor; corpus sanie stillasse perustum:
[b] Hoc & flamma potest. sed [c] quis rogus abstulit ossa?
Haec quoque [d] discedunt, putresque secuta medullas
Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.
Cinyphias inter pestes tibi palma nocendi est:
Eripiunt [e] omnes animam, tu sola cadaver.
Ecce [f] subit facies leto diversa [g] fluenti.
Nasidium Marsi cultorem [h] torridus agri
Percussit Prester. illi rubor igneus ora
Succendit, tenditque cutem, pereunte figura,
[i] Miscens cuncta tumor, [k] toto jam corpore major:
Humanumque egressa modum [l] super omnia membra
[m] Efflatur sanies, late pollente veneno.
Ipse latet penitus, congesto corpore mersus;

Nec lo-

VARIAE LECTIONES.

a *cadet* Ed. Grot. &c. b *haec* O. 1. c *qui* V. 1. Boh. d *descendunt putres secura* A. e *animam o.* V. 1. f *subiit* B. 1. g *furenti* Edd. qdd. h *turgidus* A. i *miscet* Edd. Rom. Parm. k *maj. j. corp. toto* Edd. pp. l *sunt* O. 1. m *inflatur* Ma:p. A. Edd. pp. *afflatur* V. pr. O. 1.

Lucanum larga sed inportuna manu fuisse auctum. Certe omnia satis apte procederent, si ita scribamus.

Vincula nervorum & laterum textura profana
Sorte patet.

Mihi quidem reliqua Lucanea esse non videntur; judicet aequus lector. *Sorte* autem, quod juvat meam conjecturam, in quibusdam MSS. Heinsium invenisse diximus paullo supra. Porro pro *textura* in vetustissimo Voss. pr. Witt. Hulst. Regio uno meo, & duobus Pulm. Cod. ac Edd. principe Rom. Parm. Brix. & Mediol. est *junctura*. Non male. Ovid. L. II. Metam. 823.

- - *Sed genuum junctura riget.*

XII. Met. 288.

Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu
Rupit.

Adde Senec. Epist. 30.

779 PROFANA] Profanam mortem dicit, quod naturae secreta patefecerit. SCHOL.

781 FLUUNT] Fluit Msc. minus scite. BERSMANN.

782 CADET] Melius, quam *cadit*, ut cohaereat cum *sequetur*. GROT. MSS. tamen longe plurimi, optimique *cadit*. Barthius ad Claudian. p. 853. citat *cadat*.

782 SEQUETUR] i. e. non ocius cera solvetur calore solis. SCHOL.

786 RAPIDI VESTIGIA FATI] Ut, nullis membris adparentibus, an perierit aliquis, nesciatur. IDEM.

787 CINYPHIAS] Nomen datum serpentibus à regione, ubi plurimi procreantur. ut Virgilius.

Cinyphii tondent hirci.

IDEM. Sic malui scribere ex Regio primo, ut exhibent etiam quidam Editorum veterum. Plerique tam hic, quam apud alios auctores *Cyniphias* exhibent. Fluvius Graece scribitur Κίνυψ: unde gentile Κινύφιος: nisi credere malis Pierio ad Virgilii Georg. L. III, 312. notanti in MSS. Graecis primam syllabam per ι, alteram per υ exaratam legi. In MSS. & Edd. quibusdam *Cynipheas*.

788 CADAVER] Nam & membra consumit pestis, qua Sabellus perit, cum totus effluxit. SCHOLIAST.

790 MARSI] i. e de regione Marsorum. IDEM. Msc. *Marci* corrupte. BERSM.

790 TORRIDUS] *Perfidus* Msc. vitiose. Allusit enim ad ἔτυμον Presteris. IDEM.

793 MISCENS CUNCTA] Oculus, nares & cetera lineamenta sua perdidit per tumorem. SCHOLIAST.

Nec lorica tenet [a] distenti corporis auctum.
Spumeus accenso non sic exundat [b] aheno
Undarum cumulus: nec tantos carbasa Coro
Curvavêre sinus. tumidos [c] jam non capit artus
Informis globus, & confuso [d] pondere truncus.
Intactum volucrum rostris, epulasque daturum
[e] Haud inpune feris, non ausi tradere busto,
Nondum stante modo, crescens [f] fugêre cadaver.
[g] Sed majora parant Libycae spectacula [h] pestes.
Inpressit dentes Haemorrhois aspera Tullo,
Magnanimo juveni, miratorique Catonis.

Utque so-

VARIAE LECTIONES.

a *distincti* A. b *aëno* MSS. c *jam nunc* M. *non jam* B. 1. *nec jam* B. 1. d *corpore* V. 1. Edd. Ven. Br. Hort. m. e *non* V. 1. f *liquere* V. 1. A. Boh. a m. sec. g deest hic versus in R. pr. in Voss. tert. ponitur post *magnanimo*. in Boh. legitur in marg. h *mortes* V. 1.

793 TOTO CORPORE] Ut non sola facies tumescat, sed corpus universum. SCHOL.

795 LATE TOLLENTE] Legitur & *pollente* i. plurimum praevalente. IDEM. Msc. *pollente* alt. *torrente*. BERSM. Rescripsi *pollente* auctoritate Regii primi, Voss. primi, unius Pulm. item Voss. sec. pro var. lect. Huc faciunt etiam Wittian. & Voss. tert. in quibus *pallente*.

796 MERSUS] Abditus in corpore tumefacto. Libri quidam *morsus* (M. Edd. haered. Gryph. Pulm. Maitt.) minus adposite. BERSM.

797 NEC LORICA TENET] Augmentum dicit factum crescentibus membris, & loricam esse divisam. SCHOL.

797 AUCTUM] Mscr. *actum*. perperam. Molem enim dicit corporis tumefacti & incrementum. Lucretius II.

Esse infinito debebant corporis auctu.

& v.

- - mirando corporis auctu.

BERSM. Male *actum* Ed. Ven. *ausum* Med. & *haustum* Rom. Variatur quoque L. X, 217.

- - auctusque suos non ante coarcat.

798 EXUNDAT] Unus Bersm. Cod. scribit *exsultat*, quod facile admitterem, si plures agnoscerent Cod. Virgil. L. VII. Aen. 464.

- - - - undantis aëni
Exsultantque aestu latices: furit intus aquaï
Tumidus atque alte spumis exuberat amnis.

unde *trepida unda* in hac re dicitur sive bulliens. Vide, quae notavit Heinsius ad Ovid. L. XII, Metam. 279. & ad Valer. Flacc. L. IV, 686.

799 TANTOS] Ita bene restituit Grotius: cum vulgo post Sulpitium scriberetur *tanto*, contra MSS. *tantum* Pulm. unus, tres Bersm. & mei habent quinque.

800 TUMIDOS] Tumida vult membra crevisse, donec ad ultimum rumperentur. SCHOL.

801 TRUNCUS] Corpus sine vultu. Bene ergo, licet integro sit capite, *truncus* dicitur, quia non adparent signa faciei. IDEM.

802 EPULAS] Quia si gustassent, paterentur interitum. IDEM.

804 NONDUM STANTE MODO] i. e. mensura prae magnitudine corporis per momenta cumulati cadaver humare non poterant. IDEM.

807 MIRATORIQUE] i. e. imitatori, sectatori. Qui Catonem miraretur, & eum vellet imitari. ut Virgilius.

- - - - tua cernere facta
Adsuescat, primis & te miretur ab annis.

IDEM. Ad eum locum L. VIII, 717. haec Lucani verba citat Servius, sed in accus. memoriae lapsu. Senec. Consol. ad Helv. c. 9. *Tu vive Bruto miratore contentus.*

808 TOTIS SE EFFUNDERE SIGNIS CORYCII PRESSURA CROCI] Corycus mons Ciliciae, sub quo Gigas premitur. De ejus cruore dicitur flumen exire, in quo crocum gignitur. Potest ergo his locis comparatus esse ille sanguis ex omni parte prorumpens. Alii accipiunt, quasi in Amphitheatro fieri sinis (*simus* MS.) cum ex omnibus locis hoc jaciatur unguentum. *Signis* unde crocum intelligitur exiturum. SCHOL. *Voss. sec.* De-

spar-

Utque solet pariter totis [a] se effundere signis
Corycii pressura croci, sic omnia membra
Emisêre simul [b] rutilatum sanguine virus.
Sanguis erant lacrimae: quaecumque foramina [c] novit
[d] Humor, ab [e] his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulae nares: sudor rubet: omnia plenis
Membra fluunt venis: totum [f] est pro [g] vulnere corpus.
At tibi, Leve miser, fixus praecordia pressit
Niliaca serpente cruor; nulloque [h] dolore
[i] Testatus morsus, subita caligine mortem
Accipis, & Stygias somno descendis ad [k] umbras.

Non tam

VARIAE LECTIONES.

a deest *se* in B. 1. V. pr. sext. W. Boh. O. 1. R. 1 Edd. Rom. Parm. Aldi. *se fundere* R. pr. V. tert. recte. b vulgo *rutilum pro.* c *movit* R. pr. V. sec. a m. pr. d *umor* R. pr. V. 2. e *iis* MSS. & Edd. qdd. f deest in A. g *pulvere* V. 1. h *cruore* B. 1. i *testatur* Boh. V. 3. H. V. sec. pro var. lect. k *undas* O. 1.

sparsione croci theatrali multa docemur ex antiquis auctoribus, per latentes facta fistulas; non ex signis. Ex hoc tamen loco viri magni Lipsius, & Scaliger pronunciaverunt odoratum hunc imbrem per theatrum non modo ex fistulis sparsum fuisse, sed etiam ex signis, & statuis undique perforatis, quales ad ornatum plurimas ibi fuisse constat: hic quidem ad Propert. L. IV, 1, 14.

Pulpita sollemnes non oluere crocos:

Ille vero in Differt. de Amphith. c. 16. Verum huic opinioni refragantur alii viri Docti, & locum corruptum autumant. Quare Gevartius Lect. Papin. p. 55. legendum putat *tignis* i. e. per omnia pulpita, cui conjecturae meum adsensum neutiquam praebeo. Probabilior multo est ingeniosissimi Is. Vossii, & N. Heinsii Epist. ad Gronov. 381. conjectura rescribi sine scrupulo jubentium *sinis:* Et certe favere eis videtur Scholiastes, de qua voce videndi Priscian. c. 714. Va'er. Prob. c. 1414. Ed. Putsch. Carrio L. II. Emend. 7. p. 21. quae loca adscripserat libri sui margini Broukhusius, ut videatur hanc lectionem recepisse. Verum cum *sinus*, sive *sinum*, vel urceus sit vas ventris rotundioris, nec oblongum, dubito valde, an pro Siphonibus, vel fistulis haec vasa sumi, vel usurpari possent. Quare adhuc dum haereo, licet animus ad lectionem τῶν *sinis* inclinet. Dein pro *pressura* venuste conjicit ibidem Heinsius *pressa*, vel *sparsa aura*, vel *spissa*, aut *versa* a *vergere.* Mihi; si quid mutandum est, quod non putem, placet *spissa.* passim crocus hac in re imbri, & nimbo comparatur, ut docet Gevartius. *Spissus liquor*, *imber*, *amoma spissa*, apud Ovidium. Consule Indicem, & Heinsium ad Met. L. X, 508.

810 RUTILUM PRO SANGUINE VIRUS] In Amst. MS. Edd. Rom. Parm. Med. Brix. est *rutilo:* ut Lib. I, 615.

Diffusum rutilo nigrum pro sanguine virus.

Ovid. L. V. Met. 83.

- - - - rutilum vomit ille cruorem.

Sed optimus Regius primus exhibet *rutilatum sanguine virus* verissime, nam virus pro sanguine non est emissum; sed una cum omni sanguine, quo commixtum venenum rutilatum est. Tacit. L. IV. Hist. 61. *Rutilatum crinem:* nisi malis scribere *rutilo*, seu *rutilum cum sanguine.*

811 QUAECUMQUE] Hos versus Lucanum recitasse quidam ferunt, quando sectis venis sedens in calida aqua, mortem sibi ipsi ex jussu Neronis conscivit. MICYLL.

811 FORAMINA] Quacumque potest humor exire. Poros dicit *foramina* scilicet, per quae sudor elicitur. SCHOL.

814 PRO VULNERE] Sensus est. Quasi unum vulnus sit totum corpus, sic undique sanguis effusus est. IDEM.

815 LEVE MISER] Nomen militis. IDEM. *Vele* habent MSS. GROT. *Vele* inveni in Reg. primo. *Lenè* in meo. Edd. qdd. *Laeve.*

818 ET STYGIAS SOMNO DESCEND. AD UMBR.] Sic & Nicander:

- - - Καμάτῳ δ' ἄτερ ὄλλυται ἀνὴρ,
Ὑπναλέος δ' ἐπὶ νῶκας ἄγει βιότοιο τελευτήν.

MICYLL. L. VI, 569.

Stygias mandavit ad umbras.

Non tam veloci corrumpunt pocula leto,
Stipite quae [a] diro virgas mentita [b] Sabaeas
Toxica [c] fatilegi [d] carpunt matura Sabaei.
Ecce procul [e] saevus [f] sterilis [g] se robore trunci
Torsit, & inmisit, (Jaculum [h] vocat Africa) serpens:
Perque caput Paulli, [i] transactaque [k] tempora fugit.
Nil ibi [l] virus agit: rapuit cum vulnere [m] fatum.
Deprensum est, [n] quae funda [o] rotat, [p] quam lenta volarent,
Quam segnis Scythicae strideret harundinis aër.
Quid prodest miseri Basiliscus cuspide Murri

Transa-

Variae Lectiones.

a *duro* B. V. 3. W. M. b vulgo *Sabinas.* c *fatiferi* W. d *capiunt* Ed. Ven. e *saevo* V. pr. a m. pr. V. tert. A. recte. f *sterili* VV. LL. Steph. P. 1. Boh. V. 2. Edd. qdd. *steriles* B. 1. g *e* B. 1. V. sec. *de* V. 2. R. 1. Edd. Rom. Parm. Aldi. Par. h *volat* B. 1. V. 1. Boh. i *trajecta* B. 3. *transjecta* H. O. 1. V. 1. Ed. Ven. *transacti* B. 1. k *corpora* B. 1. V. 1. a m. pr. *timpora* V. 3. W. l al. *virtus* m *ferrum* VV. LL. Steph. n *quam* V. 1. o *jacit* W. a m. pr. p *quae* M. *qui* H.

653.

Adspiciat Stygias, an quod descenderit, umbras.

& passim alii. Verum in Hort. marg. Voss. primo, tertio, quarto, meo, ut & Wittiano, & Voss. sec. pro var. lect. *socias* cum hac nota. *ut Virgilius. Et consanguineus Leti Sopor.* Seneca Herc. Fur. 1076.

- - *Frater durae languide Mortis.*

Stat. L. v. Theb. 197.

Cum consanguinei mixtus caligine leti
Rore madens Stygio somnus.

Adde Tennulium ad Frontin. Lib. III. Strateg. c. 12. §. 2. *Qualem inveni, talem reliqui.* Vulgatum tamen hoc loco praefero.

820 VIRGAS MENTITA SABAEAS] In Arabia ubi thus nascitur, sunt & aliae virgae, quae thureae (MS. *turea*) dicuntur; sed hac venenum gignunt, quod toxicum dicitur. Dicit ergo, toxicum non tam cito se miscere populis, ut hoc venenum omnia membra perrupit. SCHOL. In Sabaea Arabiae regione, nascitur thurea virga, ex qua colligitur thus, sed alia etiam virga nascitur, ad similitudinem illius, quae legentes thus plerunque fallit, quia acerrimum & teterrimum venenum producit. Dicit ergo venenum hujus virgae, quamvis sit acerrimum, tamen majorem vim non habet, quam Aspidis venenum. OMNIBON. Atque hoc modo uterque Interpres. *Toxicum* igitur generaliter hoc loco accipiendum pro veneno. De illo autem quod proprio nomine *Toxicum* dicitur, sive à Taxo arbore, ut Plinio videtur, sive ab eo, quod τὰ τοξεύματα eo inficiant, sive etiam quod τοξεύματος more celeriter interficiat, Dioscoridem vide libr. VI. cap. 20. Plinium lib. XVI. cap. 10. Et Nicandrum in Alexipharmacis. MICYLL. *Virgas mentita Sabinas.* Scaligeri est emendatio. Ante, *Sabaeas*, inepte; cum versu altero sequatur vox, *Sabaei.* Nec verum est turis arbori taxum similem, unde toxica, imo abieti potius aut piceae. At *virgae Sabinae* essent eae, quas Sabinis auctoribus Romani magistratus usurpavere. At has ferme ex betulla fuisse ait Plinius. GROT. Ego tamen ausus non sum Scaligeri conjecturam invitis MSS. omnibus recipere, praesertim cum non opus sit *toxicum* hic capere proprie; sed pro quovis acri veneno. Ne tamen bis repetatur haec vox, sequens potest videri esse corrupta. Certe in antiquissimo Cod. Boher. legitur *Sagitae*; imo diserte Glossator Voss. sec. ait in aliis scribi *Saitae*, i. Aegypti populi. Ampliandum censeo. *Subaei* Voss. tert. Sunt multa venena, quae salubrium herbarum figuram mentiuntur. Consule Serv. ad Virgil. Ecl. IV, 24.

- - *& fallax herba veneni.*

821 FATILEGI] Quia fata in illis virgulis leguntur. SCHOL.

823 INMISIT] *Emisit* est in Bersm. uno, Voss. tribus, Witt. Marp. Amstel. meo, & Edd. Ven. Brix. sollemni mutatione. Vide ad L. VII, 523. Sidon. Apoll. cap. 10.

Juppiter emisit tepidum sine pondere fulmen.

Dein reposui *volarent*: pro *volaret* quod in Grotii Editionem operarum incuria inrepsisse videtur.

man-

Transactus? velox [a] currit per [b] tela venenum,
Invaditque manum: quam protinus ille retecto
Ense ferit, totoque simul [c] dimittit ab armo:
Exemplarque sui [d] spectans miserabile [e] leti
Stat [f] tutus, pereunte manu. Quis fata [g] putaret
Scorpion, [h] aut vires maturae [i] mortis habere?
Ille minax nodis, [k] & recto verbere saevus,
Teste tulit coelo victi decus Orionis.
Quis calcare tuas [l] metuat, [m] Salpuga, latebras?
[n] Et tibi dant Stygiae jus in sua fila sorores.

[a] Sic nec

VARIAE LECTIONES.

a *percurrit t.* R. 1. b *membra* VV. LL. Steph. c *demittit* vulgo. *dimisit* B. 1. al. *divisit.* d *exspectans* R. pr. Voss. pr. Marp. male. Forte ex *adspectans* corrupt. *suspectans* Ed. Paris. e *fati* B. 2. W. a m. pr. f *vivus* P. 1. O. 1. g *putavit* P. 1. V. pr. Ed. Rom. Mic. & Hort. m. h *in* V. 1. i *necis* M. k *erecto* A. & *torto* P. 1. l *metuit* Marp. m Edd. pleraeque *Salpiga*, *Salpynga*, *Solpuga*. n *at* V. 2.

mansit id tamen in seqq. Edd.

825 NIL IBI] *Ubi* Mic. (& Voss. un. a m. pr. *sibi* Voss. un.) perperam. Non enim veneno, sed solo vulnere interemtum dicit. BERSM. Ascensius legit *tibi* sc. in te Paulle. Sed non opus. in Paulli capite venenum nihil mali fecit: nam mors rapuit eum, simulac vulnus accepit.

827 QUAM SEGNIS] Quam segnis sit sagitta, si jaculo serpenti comparetur. GROT. Male Bersm. exponebat. *quam velociter sagitta per aërem impulsa volaret.*

828 PRODEST BASILISCUS TRANSACTUS] Carpit haec, quasi minus Latina, Caes. Scaliger in Hypercrit. c. 6. auctoremque dicere debuisse ait, *Basiliscum esse transactum.* Quid ergo fiet Ovidio Epist. 1. Heroid.

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis
Ilion?

quo loco merito hunc defendit Vossius L. 1. de Analog. c. 12.

828 MURRI] *Myrri* Reg. pr. *Mauri* Pulm. un. & Ed. Parm. *Maura* Pulm. un. *Muri* Bersm. un. *Miri* A. *Murris* Bersm. un. & meus. *Murci* Ed. Ven. omnes vitiose. *Murri* militis nomen etiam apud Silium L. 1, 377.

Insignis Rutulo Murrus de sanguine.

Adde Gruteri inscript. p. 872. N. 10.

831 SIMUL DIMITTIT] In Vossiano quarto est pro varia lectione *semel*, eleganter i. e. uno ictu. Consule notata ad L. III, 296. Dein *dimittis* scripsi pro dissecuit, amputavit, ex MSS. quinque Pulm. duobus Bersm. & meis septem, ac Ed. Romana, aliisque MSS. ab Heinsio conlatis. Confer, quae Doct. Drakenburg. ait ad Silii Ital. L. II, 96. *Demittit* retinent tamen Voss. & Reg. primus. quod est secando, sive amputando dejicit.

832 EXEMPLARQUE] Ut in manu sua agnosceret, quemadmodum fuisset periturus, nisi eandem decidisse properasset. SCHOL.

832 MISERABILE] Canterus probat *mirabile.* BERSM. Nov. Lect. L. III. c. 2. Certe *mirabile* magis huic loco convenit, quam *miserabile.* Habet etiam *mirabile* Hulst. Cod. saepius hae voces tam apud nostrum, quam alios confunduntur. paullo supra L. IX, 491. *miranda* & *miseranda.* Hinc vitium quoque vulgatos adhuc obsidet Valerii Flacci Codices L. I, 281.

Aureus ut juvenem miserantibus intulit undis
Vector.

Atqui si miseratae fuissent undae, an tum mersissent Hellen? quare reponendum omnino arbitror *mirantibus* frequenti poetis locutione. Ovid. Lib. II. Amor. El. II, I.

- - - *mirantibus aequoris undis.*

Claudian. L. II. in Eutrop.

Cornua cana gelu mirantibus extulit undis.

Avien. descript. Orbis 253.

Huic, mirante salo, quondam sese intulit Argo.

Adde, quae congesserunt viri docti ad ipsum Valerium Flacc. L. IV, 712. & Silium L. X, 498.

- - - *mirantem interrita Tibrim*
Tranavit.

834 VIRES] Ad comparationem illius, quia brevis est. SCHOL.

[a] Sic nec clara dies, nec nox dabat atra quietem
[b] Suſpectam miſeris, in qua tellure jacebant.
[c] Nam neque congeſtae ſtruxêre cubilia frondes,
Nec culmis crevêre tori: ſed [d] corpora fatis
[e] Expoſiti volvuntur humo, calidoque vapore
Adliciunt gelidas nocturno frigore peſtes:
Innocuoſque diu [f] rictus torpente veneno
[g] Inter membra fovent: nec, quae menſura viarum,
[h] Quisve modus[i] nôrunt, [k] coelo duce: ſaepe querentes,
Reddite Dî, clamant, miſeris, quae fugimus, [l] arma:
[m] Reddite Theſſaliam. patimur cur ſegnia fata
In gladios jurata manus? pro Caeſare pugnant

Dipſa-

VARIAE LECTIONES.

a *Si* Ed. Hort. b *ſuſpecta eſt* vulgo. c *jam* V. 1. d *pectora* A. e *Expoſita* B. 1. Ed. Parſ. *Expoſitis* B. 1. f *ritus* H. Ed. Ven. g *intra* V. 1. Edd. Sulp. Pariſ. Bad. Mic. h *quiſque* V. 1. Ed. Ven. i *norant* Boh. V. 3. k *duce coelo* R. qr. A. l *arva* P. 1. m deeſt hic vſ. in Edd. Rom. & Parm.

834 VIRES] *Virus* Mſcr. h. e. venenum citam afferens mortem: non male. BERSM.

836 COELO VICTI DECUS] Quia eumdem percuſſit, & inter ſidera collocatus eſt. SCHOL.

837 QUIS METUAT] Quia brevis eſt, ideo non metuebatur plurimum nocitura. SCHOL.

837 SALPYNGA] Σάλπιγξ tuba eſt, cujus formam habet haec ſerpens, cujus latebra calcata mortifera eſt. SULPIT. & ASCENS. Varia hujus loci lectio eſt. Volaterranus *Salpynga*, legit, brevemque ſerpentem interpretatur. Alii *Salpyga*, malunt, idque genus eſſe formicae venenatae tradunt, Plinii videlicet auctoritate adducti, apud quem lib. XXIX. cap. 4. ita legitur: *Eſt & formicarum genus venenatum, non novere eas in Italia. Solifugas Cicero appellat. Salfugas* (ſive, ut ipſi videntur legere, *Salpugas*) *Boetica* &c. Utra igitur lectio verior ſit, difficile eſt dijudicare, quando idem Plinius lib. VIII. cap. 29. de eodem animante, puto, loquens, *citra Cynamulgos Aethiopas*, inquit, *late deſerta regio eſt, à ſcorpionibus & Salpugis gente ſublata.* Et Feſt. Pomp. *Solipunga genus beſtiolae maleficae eſt*, inquit, *quod fit acrius, contractiusque fervore ſolis, unde & nomen traxit.* Quod ſi autem, ut in re obſcura, divinare liceat, credam ego apud Plinium quidem poſteriore loco pro *Solifuga*, *Solipungam*, ut Feſtus, aut certe *Solpugam*, ut ipſe alibi habet, legendum eſſe. Lucanum autem *Salpugam*, aut etiam *Salpygam*, quando facilis tranſitus eſt ex *V*, in *Y*, pſilon, gentis ſuae more poſuiſſe. Sed tamen hujus rei judicium aliis ac doctioribus integrum relinquo. MICYLL. *Salpyga.* Averſio ad Salpygam. Eſt autem (ut grammaticis placet) Taipica formicarum venenatarum genus, quas Cicero *Solifugas* vocat, à fugiendo Sole: Ardore enim Solis acrius concitatur, quare eum, quod poteſt, fugit. Perottus hanc *Solpugam* à Lucano hoc loco appellari docet, non *Salpygam.* Sunt, qui hoc loco, *Salpynga*, & *Salpuga* legant. Rurſum ſunt, qui eandem cum Scytale eſſe, credant. Plin. lib. XXIX. cap. 4. *Eſt*, inquit, *formicarum genus venenatum, non eas novere in Italia, Solifugas Cicero appellat. Salfugas Baetica. Iis cor Veſpertilionis contrarium, omnibusque formicis, & Salamandris reſiſtit.* Idem lib. VIII. cap. 29. *Citra Cynamolgos Aethiopas late deſerta regio eſt, à Scorpionibus, & Solpugis gente ſublata.* Micyllus ad illum modum diligenter hunc locum etiam expendit, cujus verba, ne ſua laude defraudetur, adſcribam. *Varia* &c. etiam erudite. HORTENS. *Solpuga.* Mſç. tria *Salpiga*; & unum *Scalpiga*: alii, *Salpyga*, vel *Salpuga.* apud Feſtum *Solipunga nominatur genus beſtiolae veneficae, quod acrius concitatiusque fit fervore ſolis, unde etiam nomen traxit*, ubi a jqui *Solpuga* & *Solipugia* & *Solipagna*: Gloſſarum *Solipaga* ἡλιοκεντρεὶς μύρμηκος εἶδος. Plinius Lib. XXIX. cap. 4. *Solipugas* & *Salpugas* nominat formicarum genus venenatum. Vide eumdem Lib. VIII. cap. 29. BERSM. *Solpuga latebras.* Recte ſic ſcribitur, & ἀναλογικῶς à ſolo pungendo. Libri tamen quidam *Salpuga*, quomodo Baeticos pronunciaſſe ait Plinius lib. XXIX. c. 4. GROT. *Ed. tert.* At vero Micyllus, & clarius Salmaſius Plinian. Exercit. p. 70.

Dipsades, & peragunt civilia bella Cerastae.
Ire [a] libet, quâ [b] Zona rubens, atque axis inustus
Solis equis: juvat aethereis adscribere caussis,
[c] Quod peream, coeloque mori. [d] nil, Africa, de te,
Nec de te, [e] Natura, [f] queror: tot monstra ferentem,
Gentibus ablatum, [g] dederas serpentibus orbem:
Inpatiensque solum Cereris, cultore [h] negato,
Damnasti, atque [i] homines voluisti deesse venenis.
In loca serpentum nos venimus: accipe poenas
Tu, quisquis Superûm commercia nostra perosus,
Hinc torrente plaga, [k] dubiis hinc Syrtibus orbem
Abrumpens, medio posuisti limite [l] mortes.

Per se-

VARIAE LECTIONES.

a *licet* Ed. Hort. b *Roma* A. c *quo* A. d *nihil* B 1. M. e *Fortuna* P. 1. f *querar* B. 2. M. *loquor* Edd. Rom. Parm. g *dederis* M. h *fugato* V. pr. sed corr. i *hominem* R. 1. quod placet. k *mediis* Marp. pro var. lect. l *mortem* R. 1.

p. 70. docent bestiolam hanc à Baeticis vocatam esse *Salpugam*, ut diserte habent duo Pulm. Codd. & Wittian. Ceteri fere omnes *Salpiga*, vel *Salpyga*. pro varia lectione Voss. sec. *Salpugna*. Rectum ergo est *Salpuga*, ut clare testatur Plinius hanc bestiam à Baeticis vocatam esse; quidquid obloquatur Harduinus ad Lib. VIII. num. 88. qui retinet *Solpuga*, explosa Salmasii *Solifuga*, quam nec ipsam Lucaniani metri rationem pati, ait. At vero Salmasius nihil minus, quam talia umquam scripsit, qui recte *Solpugam*, vel *Solipugam* vulgo, à Baeticis vero *Salpugam* dictam pronunciat ex Plinio, Isidoro &c. In Hortensii autem nota omisi Micylli verba, ne bis eadem repetantur.

838 JUS I.] Ut facias hominibus fata i. mortem, dum vulneras. SCHOL.

840 SUSPECTA EST] *Quis picta* Msc. perperam. BERSM. MS. T. rectius connectit cum superioribus.

Suspectâ miseris in qua tellure jacebant:
Ut sit trajectio Lucano frequens: *suspectâ miseris ipsâ terrâ, in qua cubabant*. GROT. *Ed. sec.* Lectio vulgata satis ferri potest, pro, *tellus suspecta est, in qua jacebant*, trito constructionis modo, de quo egimus ad L. III, 160. & alibi. Verum MSS. optimi suadent, ut aliquid hic novemus: nam in Regio primo, Wittiano, Voss. sec. & tertio est *suspectam*. Quo faciunt etiam Thuan. Voss. pr. quint. Hulst. & Voss. quarto a m. pr. a quibus *est* exsulat. Amstel. & Ed. Paris. *suspectum est*. Recte dicit *quietem suspectam*, ubicumque essent, vel *jacerent*, ut habet Amst.; aut si haec non placent, sequenda omnino ipsa Mstorum illorum lectio, in quibus *est* non comparet, & capienda in Ablativo cum Grotio, à qua non alienus sum.

842 FATIS EXPOSITI] Ad serpentum morsus, unde poterant interire. SCHOL.

845 RICTUS] Scilicet serpentum. *Torpente* per frigus. IDEM.

849 SEGNIA] i. cur morimur tam segniter, qui nos gladiorum periculis voverimus. IDEM.

853 AETHEREIS ADSCRIBERE CAUSSIS] Eamus potius ad loca torridiora, ut coelo non serpentibus mortem debeamus. GROT.

854 COELOQUE MORI] Id est. non serpentibus, sed coelo, quod me vicino igne (*veniente v. i.* Voss. pr.) prosternat. SCHOL.

856 GENTIBUS ABLATUM] Viam nobis separaveras, qua nos volumus pervenire. IDEM.

858 VENENIS] Mscr. *veneno* (ut & Voss. un. Amst. Edd. Rom. Parm. Paris.) i. e. serpentibus venenatis. BERSM.

861 ORBEM] Sic reposuit Grotius cum Edd. Aldi, Colin. & Pulm. ac MSS. Steph. Bersm. & plerisque Pulm. quibus accedunt plurimi nostri. Alii habent *oram*, ut est pro var. lect. quoque in Voss. sec Witt. & Regio primo, in quo à manu prima *ora*: ut & Voss. tertio. an scribendum *oras*?

864 TIBI CONSCIUS] Tecum conscius, quod sit mundus hic ab hominibus (*omnibus* Voss. sec.) separatus. SCHOL.

865 CLAUSTRA PETIT] *Feris* habent MSS. quod efficacius. GROT. *Ed. sec.* Ab oppugnatoribus

 tracta

Per secreta tui bellum civile recessus
Vadit; & arcani miles tibi conscius orbis
Claustra [a] ferit mundi. forsan majora supersunt
Ingressis. coëunt ignes stridentibus undis,
[b] Et premitur natura poli. sed longius [c] ista
Nulla [d] jacet tellus, [e] quam fama cognita nobis
Tristia regna Jubae. quaeremus forsitan istas
Serpentum terras: habet hoc solatia coelum:
Vivit adhuc aliquid. patriae non arva requiro,
Europamque alios soles, Asiamque [f] videntem.
Qua te parte poli, qua [g] te tellure reliqui,
Africa?

VARIAE LECTIONES.

a *petit* vulgo. b *exprimitur* V. 1. c *istinc* P. 6. B. 4. mei 7 recentiores, & alii duo pro var. l. *istic* M. d *jacens* B. 1. H. *licet* R. 1. e *quas* V. pro var. lect. Edd. Sulp. Mic. Hort. f *calentem* B. 1. *virentem* Edd. Ven. Br. Med. Paris. male. g *nunc* Marp.

tracta similitudine. GROT. *Ed. tert.* Sine haesitatione *ferit* rescribi jubent tres veterrmi Vossiani, Regius prim. Witt. & Oxon. pr. in quo vitiose *perit.* Neque alio modo legisse videtur Omnibonus, qui exponit *pedibus calcat:* placet magis Grotii interpretatio. Sil. Ital. L. III, 500.

At miles dubio tardat vestigia gressu,
Impia seu sacros in fines arma per orbem,
Natura prohibente, ferant, Divisque repugnent.

Hinc *reserare negatas Gressibus humanis Alpes* idem L. XVII, 501. & similia alia saepius: ut vel eo loco videre est.

865 FORSAN MAJORA] i. e. graviora, quam modo sustinuimus, patiemur ideo fortasse, quia secretum orbem sumus ingressi. SCHOL.

866 COEUNT IGNES STRID. U.] Omnibonus sic: (coëunt ignes) *Nam sicut nobis videtur, sol occidens cum fluctibus maris conjungi videtur.* (Stridentibus undis) *scilicet calore solis. Nam ignis aquae conjunctus stridorem facit* Sed quid? si non solem tantum, sed & caetera sidera intelligas per ignes, uti quae igneae naturae à multis philosophorum habitae fuerint, quando & sequitur, *Naturam poli premi*, hoc est, ipsum polum Arcticum supprimi & occultari. De eo enim accipiendum videtur, non de Antarctico: ille enim ad Aequinoctialem usque progressus occultatur, apparere autem incipit Canopus. Erit igitur sententia: Eae stellae, quae nobis antea supra horizontem sublimi atque alto coelo ferri videbantur, nunc cum aquis coëunt, & quasi merguntur, polus autem ipse premitur, atque obscuratur, quo antea velut duce quodam itineris utebamur. MICYLL.

867 SED LONGIUS ISTA N. J. T. QUAM &c.] Etiam hic locus non eodem modo ab omnibus legitur. Sulpitius, ut ex iis, quae exponendi caussa idem adjecit, videre est, ita legit:

\- - - - *Sed longius ista*
Nulla jacet tellus, quae fama cognita nobis.

(scilicet sit.) Et mox: *Tristia regna Jubae quaeremus* (quae) *forsitan istas* (pro, easdem) *serpentum terras habet, & solatia* (eadem scilicet) *coeli.* Ut id, quod sequitur, *Vivit adhuc aliquid*, ad ipsos milites referatur. Alii autem contra hoc modo distinguunt & legunt: *Sed longius ista Nulla tellus jacet, quam* (s. quae) *fama* (tantum) *cognita nobis* (est) *Tristia* (videlicet) *regna Jubae.* Ut sit sensus: Sed nusquam minus pervenire possumus, quam quo tendimus: aut, nulla terra à nobis longius abest & recedit, quam ea, quam petimus. Et mox: *Forsitan* (autem) *istas* (hoc est, praesentes, & in quibus nunc sumus) *serpentum terras quaeremus* (denuo. s.) *Habet* (enim) *hoc coelum solatia*, (s. quod) *Vivit adhuc aliquid*, hoc est, quod ipsa aura vitalior est, & animantia aliqua nutrit, cum illa, quam petimus, fortassis etiam istis careat, planeque deserta ac vasta sit. MICYLL. Bene cum Scholiaste explicat Micyllus, nisi quod *longius ista* non recte sumat. auctor dicit. Ultra hanc nulla alia terra est, quam regnum Jubae: ut monuit Bersm.

868 QUAE] Rectius, *quam*, ut habet diversa lectio. Nulla terra ultra eam est, quam regnum Jubae, quae & ipsa forsan serpentum plena est, quam terram quaerimus, quae caeli solatia habet forsan. HORTENS. *Quam, quae* libri quidam, mis

Africa? Cyrenis [a] etiam nunc bruma rigebat.
Exiguane via legem convertimus anni?
Imus in adversos axes: [b] evolvimur orbe:
Terga damus ferienda Noto. nunc forsitan ipsa [c] est
Sub pedibus jam Roma meis. solatia fati
Haec petimus: veniant hostes, Caesarque [d] sequatur,
Qua fugimus. Sic dura suos patientia questus
Exonerat: cogit tantos tolerare labores
Summa ducis virtus, qui nuda fusus harena
Excubat, atque omni Fortunam provocat [e] hora.
Omnibus unus adest [f] fatis: [g] quocumque vocatus,

Ad-

VARIAE LECTIONES.

a *& jam* Edd. R. B M. *etiam num* V. sec. pro var. lect. *etiam tunc* B. 1. Marp. Ed. Ven. b *& volv.* Buh. Edd. Bad. Vers. Mic. c deest in B. 2. d *ruatur* MS. Cantab. e *ora* W. V. 1. f *miseris* P. 2. R. pr. V. tert. Edd. Asc. Mic. Vid. ad L. VI, 550. g *quacumque* Buh. V. pr. sec.

minus scite: cum hoc dicere videatur nullam esse terram ultra eam, quam regnum Jubae. BERSMANN.

869 QUAERIMUS] Forsitan tanta patiemur, ut dari nobis illas terras incipiamus optare, quas nunc horremus serpentibus inpletas. SCHOL.

870 HABET HOC SOLATIA COELUM] *Habet haec solatia letum* Mscr. non male. BERSM. Edd. Sulpitio (qui inepte legit *& solatia coeli*, retinentibus in textu Mic. & Hortens.) priores *haec s. coelum*, cum MSS. Voss. uno, & Amstel. *Loetum*, suprascripto *coelum* est in Voss. sec. *telum* Voss. quint. Nihil esse mutandum, docet Scholiastes scribens. *Ordo est. Hoc coelum habet solatia, quia hic vel serpentes vivunt. Ducis autem ultra nil vivere.*

872 ALIOS SOLES] Nam Europa occidentem, Asia Orientem videt. SCHOL.

874 CYRENIS] Cyrene civitas Libyae, quae Pentapolis nominatur. IDEM.

875 LEGEM ANNI] Hic enim calor est. IDEM.

876 EVOLVIMUR ORBE] i. extra orbem egredimur. IDEM. In Amstel. est *evolvimus*. in Hulst. & duobus Bersm. *evolvimus orbem*. in uno Regio *evolvimur orbem*, vere, ut puto, per Graecismum. male *evolvimus* a m. sec. illic erat substitutum.

877 TERGA DAMUS FERIENDA NOTO] Et venimus ad septentrionem, quod contra rationem. SCHOL. Scilicet qui flat à meridie, & nunc quidem in oppositum (sive ex opposito nobis) spirat: at vero cum ad Antipodas descenderimus, ipsum post terga relinquemus. OMNIBON. Haec expositio vera est, neque hic locus diversum aliquid habet à superioribus, ut Sulpitio videtur. MICYLL. Vento Austro, qui nobis adversus fuit antea, tam longe recedimus in meridiem, & petimus Antipodas, ut idem à tergo incipiat nobis spirare. loquitur accommodate sensui communi, & populari. HORTENS. Badius exponit; *dum solem inspicimus, quia in Europa pectus solem inspicientium ferit.* Ut idem dicat, quod L. X, 49.

- - - terrasque premamus
Flagrantis post terga Noti.

Mihi placet Hortensii explicatio. peccat in eo Omnibonus; quod haec in futuro capiat: cum dicat miles, sibi videri, se jam ad Antipodas venisse.

878 SOLATIA FATI H. PETIMUS] Buh. Voss. pr. qu. & quint. item Oxon. pr. Hulst. Bersm. unus & Ed. Ven. exhibent *fatis*; in dativo scilicet. ut fata nostra haec ferant solatia. Non male certe. Claud. L. II. in Ruf. vs. 18.

- - - - - solatia leto
Exitium commune dabit.

Adde L. X. 462. & Livium Lib. XXV, 16. *solatia suae morti inventurum.* Nihil tamen temere mutandum. Sic enim *solatia fati* jungit II, 91. *solatia mortis* Lib. VIII, 315. & passim Ovidius, aliique.

879 VENIANT HOSTES] Dicit, quae sunt solatia, ut se illic persequatur inimicus. SCHOL.

882 NUDA] *Nudus* Msc. (& Reg. un.) minus probe. BERSM.

883 PROVOCAT] Non cedit aversus. SCHOL.

884 VOCATUS] Sic sex Pulm. duo Bersm. & novem mei antiquiores habent libri, & Edd. tan-

Advolat, atque ingens meritum, majusque salute
Contulit, in letum vires: puduitque gementem,
Illo teste, mori. quod jus habuisset in [a] ipsum
Ulla lues? casus alieno in pectore vincit,
[b] Spectatorque docet, magnos nil posse dolores.
Vix miseris serum [c] tanto lassata periclo
Auxilium Fortuna [d] dedit. gens unica [e] terras
Incolit [f] à saevo serpentum innoxia morsu,
[g] Marmaridae Psylli: par lingua potentibus herbis:
Ipse cruor tutus, nullumque admittere virus,
Vel cantu cessante, [h] potest. natura locorum
Jussit, ut inmunes [i] mixtis serpentibus essent.

Profuit,

VARIAE LECTIONES.

a *illum* B. 1. O. 1. A. M. Edd. pp. b *spectatosque* V. 1. c *tantis periclis* V. 1. O. 1. Edd. R. P. B. M. Parif. d *tulit* Marp. e *terram* V. 1. R. 1. f *has* M. g *Marmoridae* V. 1. A. h *potens* MS. Cant. Voss. sec. & pr. sed suprasc. *potest.* non male. i *mixti* vulgo.

tum non omnes. Grotius tamen praetulit *vocatur*.

886 IN LETUM VIRES] Hoc est vires, quibus uti deberet ad vitam, his Cato utebatur ad mortem: quod meritum plus apud eum, quam salus ipsa constabat. SCHOL. Non cepit haec Scholiastes. Ait auctor, ut bene interpretes explicant. Aegris contulit aliquid majus, quam ipsam salutem, nempe fortitudinem, & constantiam contemnendae mortis, eique ultro forti animo occurrendi.

888 CASUS ALIENO IN PECTORE VINCIT] Sensus hic est. Periculum, quod ipse poterat sustinere, hoc alio patiente calcabat. Non ergo securitate hoc, sed virtute vincebat, contemnere alterum jubens, quidquid erat & ipse passurus. SCHOLIAST. *Alieno pectore. In pectore* Mscr. quatuor, scilicet in Catonis, à quo ad virtutem, & constantiam conformabatur. BERSM. *Alieno in pectore.* Ipse in cordibus militum vincit malum, dum constantiam ipsis aspirat. GROT. Optime haec cum Scholiaste, & Badio ad Catonem refert Grotius, non ad morientem, ut fecerunt Bersm. & Sulpit., qui cum Editoribus Rom. & Parm. contra omnes MSS. *in* delevit, & dein seqq. sed hanc praepositionem jam quoque revocavit Grotius.

889 DOCET MAGNOS NIL POSSE DOLORES] MS. P. *labores.* GROT. Etiam in Regio utroque, Wittiano, & Amstel. scribitur *labores;* de qua variatione supra aliquoties diximus. Hic tamen alium sensum recipere posset, si admittere quis vellet lectionem editionum Romanae, Parmens. Brix. & Mediol. *vetat*, non *docet*. *Vetat magnos labores nil posse* i. e. ostendit, & inculcat militibus magnis laboribus magnum quid & virtute dignum praestari posse. sed MSS. constanter retinent *docet*.

890 LASSATA] Lassatam dicit fortunam inferendo discrimina. SCHOL.

892 INNOXIA] i. e. cui noceri non possit. IDEM. Nove ita dictum pro eo, cui non nocetur, ait Sulpit. Sed jam ante eadem forma Sallustius scripsit B. Catil. c. 39. *ipsi innoxii rubi:* vide Doct. Cortium.

893 PSYLLI] Psylli à Psyllo rege dicti, cujus sepulchrum in parte Syrtium majorum est, ut ait Plinius. Lib. VII, 2. *Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, & cujus odore sopirent eas. Mos vero liberos genitos protinus objiciendi saevissimis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. haec gens ipsa quidem prope internecione sublata à Nasamonibus, qui nunc tenent eas sedes.* Haec Plinius: quem etiam de Marsis lege 7. & 28. libro. SULPIT. Meminerunt autem & Gellius libro XVI. cap. 2. & Herodotus libro IV. qui contra Austrum in praelium egressos interiisse scribunt. MICYLL.

893 PAR LINGUA POTENTIBUS HERBIS] i. quorum verba & incantatio sic prosit, ut herbae potentes, vel quae contra venena de herbis lecta, valeant repugnare. SCHOL.

894 TUTUS] Non nocet, etiamsi illum serpentis morsus effoderit. IDEM.

895 VEL CANTU CESSANTE] Venena, inquit, non valet admittere in vitalia, etiamsi de Psyllis

nul-

Profuit, in mediis [a] sedem posuisse venenis.
Pax illis cum morte data est. fiducia tanta est
Sanguinis: in [b] terram parvus cum decidit infans,
Ne qua sit externae Veneris mixtura, timentes,
Letifica dubios explorant aspide partus.
Utque Jovis volucer, calido cum protulit ovo
[c] Inplumes natos, solis convertit ad ortus:
Qui potuêre pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem, coeli servantur in usus;
Qui Phoebo cessère, jacent: sic pignora gentis
[d] Psyllus habet, [e] tactos si quis non horruit angues,
Si quis [f] donatis lusit serpentibus infans.

[a] Nec so-

VARIAE LECTIONES.

a *sedes* V. 1. b *terras* P. 2. B. 1. V. 4. O. 1. H. Edd. Rom. Parm. *terra* A. c *in plumis* R pr. V. sec. d *Psyllos* Buher. e ita H. vulgo *si quis tact. diros* R. 1. *tactas* V. tert. *tantos* H. f *donatus* P. 2. W.

nullus incantet. SCHOL.

896 MIXTIS SERPENTIBUS] Ita malui, quam *mixti*, suadentibus hoc Bersm. uno, Voss. pr. sec. Edd. primis, ut & Aldi, ac Paris.

898 PAX ILLIS CUM MORTE DATA EST] Pax data est cum illa morte, quae fit scilicet à venenis. Hoc dixit; quia inter media sunt venena, ideo de his nemo moritur. Nam si in aliis essent terris, ubi non omnia sunt venena, morerentur Psylli, quod aliis gentibus videmus accidere. Ergo habent beneficium naturale, quo tuti sunt. SCHOLIAST. Nimis certe haec generaliter dicta sunt. Licet enim nemo illorum veneno intereat, moriuntur tamen; quare aut hoc tribuendum Lucano nimis plus, quam concedit rei natura, semper dicenti, aut foedus cum Morte intelligendum, quo illis concessum, ne veneno intereant, aut potius, cum viro summo J. F. Gronov. Observ. L. IV. cap. 5. scribendum *illa* i. e. cum illo genere mortis. quam conjecturam vehementer confirmat Scholiastes. sic Propert. L. IV, 5, 41.

Ista per humanas mors venit acta manus.

Mors una supra L. III, 197. Alii *cum morte* exponunt *cum Serpente*, metonymice. ut supra aliquoties *mortes* vocat tam illos, quam quaecumque tela, mortem inferentia. Post *tanta* malim quoquè deleri *est*, si per MSS. licet.

898 FIDUCIA TANTA] Sic venena non metuunt. SCHOL.

900 EXTERNAE] Ne sit de adulterio procreatus. IDEM. Msc. duo *extremae* (*extraneae* Oxon.) male. Intelligit enim sanguinem adulterinum. BERSM.

901 DUBIOS EXPLORANT] Hinc sua hausit Silius Lib. I, 411.

Nec non serpentem diro exarmare veneno
Doctus Athyr, tactuque graves sopire chelydros,
Ac dubiam admoto subolem explorare Cerastē.

ubi de Psyllis plura D. Heinsius, & de Aquila L. X, III.

Cum dignos nutrit gestanda ad fulmina fetus,
Obversam spectans ora ad Phaëthontia prolem,
Explorat dubios Phoebēa lampade natus.

903 AD ORTUS] Sic habetur in duobus Bersm. & meis undecim libris, Edd. Ven. Brix. aliisque. Vulgo *in o.*

905 COELI SERVANTUR IN USUS] i. e. ad volatum. SCHOL. Omnibonus reddit *in usum aëris.* qui idcirco recte *coeli* jungit cum τῷ *usus*. Vulgo *diem coeli* exponunt solis claritatem, & post *coeli* distinguunt; sed male; ut vidit, & monuit me etiam amicus: neque aliter, quam distinxi, haec verba adducit Barthius ad elegantissimum Claudiani locum Praef. in III. Consul. Honor. ex quo ut ex Silii, aliorumque locis, quos congessit Barthius, nescio, an hic *coeli in usus* non rectius capias, pro *in usum Jovis*, ut pro eo gestet fulmen. Sic dicimus *in usum meum, suum, illius* &c. Claudiani verba sunt.

Protinus inplumes convertit ad aethera nidos,
Et recto flammas imperat ore pati.
Consulit ardentes radios, & luce magistra
Natorum vires, ingeniumque probat.
Degeneres refugo torsit qui lumine visus
Unguibus hunc saevis ira paterna ferit.

[a] Nec solum gens illa suâ [b] contenta salute;
Excubat hospitibus, contraque nocentia monstra
Psyllus adest populis. qui [c] tunc Romana secutus
Signa, simul [d] jussit statui tentoria ductor,
[e] Primum, [f] quas valli spatium [g] comprendit, harenas
[h] Expurgat cantu, verbisque fugantibus angues.
Ultima castrorum medicatus circuit ignis.
Hic ebulum stridet, peregrinaque [i] galbana sudant,
Et [k] tamarix non laeta [l] comas, Eoaque [m] costos,
Et [n] panacea potens, & Thessala [o] centaurea:
[p] Peucedanonque [q] sonat flammis, Erycinaque [r] thapsos,

Et

VARIAE LECTIONES.

a *Hoc* W. b *contemta* B. 1. c *tum* V. 1. *cum* A. d *st. juss.* M. O 1. e *primo* B. 1. f *qua* P. 1. B 1. V. 1. Buh. g *comprendat* VV. LL. Steph. h *expurgant* V. sec. W. i *balsama* al. k *tamaris* MSS. & Edd. qdd. l vulgo *comis.* m *costus* MSS. & Edd. qdd. n *penea* R. 1. *panacea* V. pr. o *centaureos* R. pr. p Sic. R. pr. W. Buh. V. sec. tert. qu. M. vulgo *um.* alii aliter corrupte. q *sonans* B. 2. V. 3. Marp. H. Edd. Ven. Br. Bad. Mic. Hort. *sonans* V. pr. *potens* O. 1. r *tapsos*, *tapsus*, *taxos*, *&* *taxus* MSS. & Edd. qdd. male.

Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuitque acie nobiliore diem;
Nutritur volucrumque potens & fulminis heres
Gesturus summo tela trisulca Jovi.

Recto ore, & *sustinere diem* sumsisse Claudianum ex nostro, clare patet.

906 JACENT] i. projiciuntur, ut pereant. SCHOLIAST.

910 EXCUBAT] Etiam aliis tribuit incantatione medicinam. IDEM.

914 EXPURGAT] *Expugnat* Msc. mendose. BERSM.

916 EBULUM] Χαμαιάκτη Graece. Hujus fumo fugantur serpentes, ut Plinius ait, libro xxv. cap. 10. MICYLL.

916 STRIDET] Reg. pr. Voss. tert. Buher. cum Witt. & Voss. sec. a m. pr. exhibent *Stridit*, ut solet hoc verbum saepe inflecti. sed vide, quae dixi ad L. VI, 179.

Strident oculis ardentibus ignes.

Sic in sec. conjug. vs. 827.

Strideret harundinis aër.

de Galbano vide Cerd. ad Georg. Virgil. L. III, 415.

Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.

917 TAMARIX NON LAETA COMIS] In pauperum enim tumulis tamaricium (sic Voss. sec. & Serv. ad Ecl. IV, 2. sed vide etiam ad Ecl. VIII, 754. *tamarix construitur* & Voss. pr.) consecratur, ut cupressus in divitum. SCHOL. Exigua, raraque fronte. Virgilio sunt *humiles miricae:* Ovidio *tenues*. BERSM. *Comas* reposui ex optimo Regio primo pro *comis*, Graeco more. V. ad L. VI, 256.

918 PANACEA] Ut Virgilius. *odoriferam panaceam.* SCHOL.

919 ERYCINAQUE] De Eryce monte Siciliae collecta. SCHOL.

919 THAPSOS] Dioscorides *Thapsum*, sive, ut ipse habet, *Thapsiam*, Latine *Ferulaginem*, sive sylvestrem *Ferulam* appellari dicit, *Thapsiamque* nominatam, eo quod in Thapso insula primum inventa fuerit. Ferulae tota specie similis, graciliori tamen caule. Foliis foeniculi. De hac Nicander in Theriacis ita meminit:

Νῦν δ' ἄγεται ἐπιμαζωτόνων ἀλκτήρια λέξω,
Θερμανθεῖν μὲν ῥίζαν ἔλυν γυαλίαν θάψου
Μίξας &c.

Ex quibus verbis facile apparet, unde hoc loco Erycinam dixerit poeta. MICYLL.

920 LARICES] De Larice & ejus natura, meminit Plinius lib. XVI. cap. 10. Similis piceae est, unde & nomina earundem ab autoribus confunduntur. Vide Ruellium cap. 91. libri primi. IDEM.

921 ABROTONUM] Ita omnino scribendum cum Buher. Voss. secundo, tertio, Regio primo (in quo non bene *Habrotonon*) ac Edd. Rom. Parm. Brix. & Mediol., non ut vulgo fit *Abrotanum*. Graecis Ἀβρότονον. nec aliter Plinius L. XXI. c. 21. & Lucret. L. IV, 123.

Pa-

Et larices; fumoque gravem serpentibus urunt
Abrotonum, & longe nascentis cornua cervi.
Sic nox tuta [a] viris. [b] at, si quis peste diurna
Fata [c] trahit, tunc sunt [d] magicae miracula gentis,
[e] Psyllorumque ingens & rapti [f] pugna veneni.
Nam primum [g] tacta designat membra saliva,
[h] Quae cohibet virus, retinetque in [i] vulnere pestem,
Plurima [k] tunc volvit [l] spumanti carmina lingua
Murmure continuo, [m] nec dat suspiria cursus
Vulneris, aut [n] minimum patiuntur fata tacere.
Saepe quidem pestis, nigris inserta medullis,

Excanta-

VARIAE LECTIONES.

a *ruris* H. b *aut* V. 1. c *tulit* Edd. Rom. Parm. d *magnae* A. e Nota in Buh. Cod. deesse hunc versum, uti & in Voss. sec. cui recentiore manu adtextus est h. modo *Ps. vires nimii & r. p. v.* f *cura* M. g *tactu* Marp. *tanta* O. 1. a m. pr. h *qua* O. 1. i *pulvere* Marp. k al. *tum.* l *spiranti* V. pr. a m. pr. *spumantia* H. a m. pr. m *ne dent* B. 1. O. 1. Marp. A. al. *n. dant.* n *nimium* B. 2. Buh. V. pr. a m. pr. R. 1. O. 1. A.

- - - Panaces, Absinthia tetra,
Abrotonique graves & tristia Centaurea.

921 LONGE NASCENTIS] Non enim in Africa cervi nascuntur: etsi Virgilius in Aeneidos primo aliter putavit. Accensorum cornuum nidore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur. SULPIT. *Longe nascentis*, dixit, comparatione ejus loci, ubi tunc agebant, non quod in tota Africa, praesertim autem littorali, nulli nascerentur. *Vel, longe nascentis*, pro, vivacis posuit. MICYLL. Accedo doctis viris, qui *longe nasci* sumunt, pro longinquis in regionibus, & inde procul remotis nasci: passim hoc adverbio eo sensu utitur auctor. Immo *longe nasci* pro diu vivere, vel crescere, Latinum non est. Cervos in Africa non nasci, multi tradunt. Consule, quae congerunt interpretes ad Plin. L. VIII, 33. *Cervos Africa propemodum sola non gignit.* Male igitur *viventis* seu ἀνγυστικῶ habet Voss. quart. Reg. un. & a m. sec. Oxon. pr. Marp. & Amstel. Ed. Elzev. *longe nascentia.* non placet.

922 PESTE] At si aliquis de militibus de die à serpente percussus est. SCHOL.

924 PUGNA VENENI] Ut contra se venenum pugnet. IDEM.

926 COHIBET &c.] Includit, nec ultra permittit accedere; retinetque in eo scilicet loco, ubi fuerat vulneratus. IDEM.

927 VOLVIT SPUMANTI CARMINA LINGUA] In Vossi. sec. pro var. lect. & Oxon. uno scribitur *volvunt.* Regius autem primus argute, & nisi me animus fallit vere. *volvunt spumantem carmina linguam. carmina volvunt linguam.* quia caussae sunt, cur lingua continuo murmure, & volubilitate moveatur. Quia tamen recepta vulgo lectio bene se habet, protinus contra ceterorum Codicum consensum mutare nec lubet, nec fas est.

928 DAT SUSPIRIA CURSUS VULNERIS] Non licet, inquit, nec vacuum est, ut respirare possint, qui incantant. Tanta enim celeritate vulnus currit in cuncta viscera, ut nisi jugi incantatione retineri non queat. *Cursus* nominativus. SCHOL. Veneni subito per membra diffusi efficacia non sinit eos respirare, intermissa locutionis pertinacia. BERSM. Non ut ante *dant*, & *haud*, ne dari negetur cursus, cum sit sensus, celeritatem vulneris non permittere Psyllo, ut respiret, aut tantillum taceat. GROT. Plerique interpretes male *cursus* capiunt de concitatione loquendi: quomodo non raro dicitur *vox erat in cursu, studium cursusque loquendi* apud Ovid. aut simili modo, & *vulneris* jungunt cum sequentibus, quare in Edd. omnibus ante Grotium, exceptis Rom. Parm. & Ascens. scribitur *haud.* ut exaratur quoque in MSS multis recentioris notae. Natum ex eo, quia non cogitabant *non* ex praecedentibus repetendum esse; sic: *aut fata non patiuntur, eos ne momento quidem tacere.* unde saepissime *aut* in *haud* abisse plus semel vidimus. *Dat*, ut Grotius insuper rescripsit, confirmant etiam duo Pulm. Voss. pr. sec. Reg. pr. & Oxon. prim. Ceteri omnes *dant*, ut *cursus vulneris* sit pluralis numeri;

Excantata [a] fugit: sed, si [b] quod tardius [c] audit
Virus, & [d] elicitum, [e] jussumque exire, repugnat;
[f] Tunc superincumbens pallentia vulnera lambit,
Ore venena trahens, [g] & siccat dentibus artus,
[h] Extractamque tenens gelido de corpore mortem
Exspuit: & cujus morsus [i] superaverit anguis,
Jam promptum [k] Psyllis vel [l] gustu nosse [m] veneni.
Hoc igitur tandem levior Romana juventus
Auxilio, late squalentibus [n] errat in arvis.
Bis positis Phoebe flammis, bis luce recepta,
Vidit harenivagum, surgens fugiensque, Catonem.

Jamque

VARIAE LECTIONES.

a *perit* Edd. ante Grot. excepta Ed. Ven. contra MSS. b *quis* A. *quid* B. 1. W. a m. sec. c *exit* vitiose Ox. 1. Edd. R. P. B. M. A. C. S. Gr. Pulm. & Bersm. d *illicitum* B. 1. Hort. Ed. e *jussuque* A. f al *tum.* g *exsiccat* B. 4. V. 1. M. A. V. L. VIII, 690. h *exstructam* V. 1. O. 1. *extinctam* B. 1. i *superaverat* VV. LL. Steph. P. 1. V. 3. Edd. qdd. *sperav.* M. *spir.* H. k *est P.* Marp. A. V. 1 O. 1. l *gestu* V. sec. a m. pr. *gustum* Marp. M. m *venenum* P. 2. B. 2. W. R. 1. V. 1. O. 1. Edd. ante Bersm. praeter Ed. Ven. n *haeret* Ed. Parm.

meri; sed praefero nominativum. majorem hujus loci explicationem non addo, quia clarissima sunt Scholiastae, & Grotii verba. *Cursus vulneris* de veneno dicitur optime, quod latius per membra cito serpit. Ita paullo supra.

- - - velox currit per tela venenum,
Invaditque manum.

& passim. vox *suspiria* pro respiratione est apud nostrum L. IV, 328. Sil. L. I, 530. XI, 221.

930 NIGRIS] Nigrae sunt per venenum, si his sit insertum. SCHOL.

931 TARDIUS EXIT] Mscr. tria *audit* h. e. obsequitur carminibus Psylli. recte (vide ad Lib. III, 594. L. VI, 715, 767.) quart. *si quid tardius audet.* BERSM.

935 EXTRACTAMQUE TENENS] In Voss. sec. quarto, quinto, & Oxon. prim. a sec. m. legitur *petens.* In Regio primo, Buher. a m. pr. & meo *potens.* In MS. Cantabr. & Voss. primo pro var. lect. *trahens.* Latet aliquid, quod puto esse *premens* ore scilicet, ut solent, qui aliquid exspuent. vel *premens*, ut gustet, quale sit venenum.

937 GUSTU NOSSE VENENI] Hoc est; qui serpens eumdem vulneraverit, quem hic curat, de veneni sapore jam novit. SCHOL. Msc. duo *veneni.* quod & Canterus (Nov. Lect. Lib. III, 2.) probat; q. d. gustu veneni Psyllis cognoscere in promptu est; cujus serpentis morsus ille sit, aspidisne, an alterius. BERSM.

938 MELIOR TANDEM] Mscr. duo *levior tandem* h. e. relevata. tert. & quart. *tandem levior.* BERSM. *Levior*, non *melior*, agnoscunt Steph. Pulm. & omnes etiam mei praeter Voss. tert. Sed ita ut *levior* sequatur vocem *tandem*; ut rescribi jussi. *levior* i. e. magis levata, jam Grotius cum Edd. Ven. Omnib. Sulpit. Bad. Mic. Hortens. aliisque auctori reddiderat. Vide ad Silium L. VIII, 517.

Haud ullo levior bellis Vestina juventus.

940 BIS POSITIS PHOEBE &c.] Hoc dicit, duobus mensibus Catonem per haec loca esse progressum. Hoc Virgilius semel complexus est.

Tertia jam lunae se cornua lumine complent.

SCHOL. Duobus, inquit, mensibus Catonem errasse. Sed Strabo de Berenice loquens, inquit: *Ex hac urbe M. Cato terrestri itinere Syrtim peragravit diebus XXX. ducto decem millium hominum exercitu, & in partes diviso, aquarum gratia: profectus autem est pedibus per aestum & profundam arenam.* SULPIT. Et Plutarchus in Catone, de eadem hac profectione loquens. *Cum audisset*, inquit, *Scipionem ad Jubam regem sese recepisse, & Appium Varum Africae praefectum una cum Scipione esse, profectus ad eos pedes hyberno tempore, multis asinis, qui aquam ferrent, congregatis, multumque praedae prae se agens, multos etiam currus secum ducens, & praeterea homines qui Psylli nominantur, qui morsibus serpentum medentur, venenum extrahentes, & ipsos serpentes carminibus demulcentes,*

Jamque [a] illi magis, atque magis durescere pulvis
Coepit, & in [b] terram [c] Libye spissata [d] redire:
Jamque procul rarae [e] nemorum se [f] tollere frondes;
Surgere congesto non culta mapalia [g] culmo.
Quanta dedit miseris melioris gaudia [h] terrae,
Cum primum saevos contra vidêre leones!
Proxima Leptis erat, cujus statione quietam
Exegêre hiemem, [i] nimbis flammisque carentem.
Caesar, ut Emathia satiatus clade [k] recessit,
Caetera curarum projecit pondera, soli
Intentus genero: cujus vestigia frustra

a Terris

VARIAE LECTIONES.

a *illis* vulgo. *illic* P. 4. B. 3. mei 12, & Edd. Ven. Br. med. *jam illis* Ed. Hack. b *terras* VV. LL. Steph. c *Libyes* V. sec. *Libyae* MSS. & Edd. qdd. d *reverti* VV. LL. Steph. P. 1. B. 1. V. 1. O. 1. H. Edd. Sulp. Bad. Mic. Hort. e Sic MSS. paucis exceptis, vulgo *nem. rarae*. R. pr. *nem. visa est se t.* f *attollere* P. 3. B. 1. V. 2. A. Edd. ante Grot. g *pindo* M. h *vitae* Edd. Rom. Parm. i *nimbo* V. 1. *flammis nimb.* V. pr. M. k *recedis* A.

tes, diebus septem continuis iter faciens, ipse neque equo, neque jumento utens agmen antecedebat &c. MICYLL.

941 SURGENS FUGIENSQUE] Hoc per singulas noctes fit, cum oritur, & occidit; & per singulos menses, cum minuitur, & augetur. SCHOL.

942 ILLIS] Reg. prim. & Voss. prim. & Pulm. unus *illi* sc. Catoni. recte: sic vitabitur nimius τῶν *is* concursus.

943 SPISSATA REDIRE] Ante enim resoluta erat in pulverem. SCHOL.

945 CONGESTO NON CULTA MAPALIA CULMO] Vulgo *non culta* exponi videas, sordida, non artificiose aedificata. Malim, si haec lectio sana est, intelligere vacua, ab hominibus non culta. quomodo describere noster *mapalia* solet. Lib. II, 89.

- - - - *vacuisque mapalibus actus.*

IV, 684.

Et solitus vacuis errare mapalibus Afer.

Verum in Voss. sec. tantum pro var. lect. est *non culta*, in ipso textu scribitur *nunc visa*, ut & in Buher. In Voss. primo *tunc visa.* in uno Pulm. *non visa.* & hinc Regius prim. forsan illud *visa* in priori versu ostendit. scribere itaque malim, ne offendar ingrato τῷ *culta*, & *culmo* sono.

Surgere congesto nunc visa mapalia culmo.

Sc. *sunt*. ut addit Glossator. Vulgatum legas etiam apud Philargyr. ad Virg. Georg. III, 340.

946 QUANTA DEDIT] Libye ipsa quantum laetitiae injecit Romanis, quum prospexere crucifixos leones? Mos est enim Afrorum, leones crucifigere procul ab urbibus, ut alii absterreantur. nam solent in senecta hominem appetere, ut Plinius tradit. SULPIT. Sed fortassis simplicior Omniboni expositio, qui, quod poëta dicit, *contra videre leones*, pro eo accipit, quod est, ubi primum obviam rursus habuere leones, caeteraque Africae animantia, quae in interiore Libya, praeter serpentes, nulla sunt. Ut κατὰ συνεκδοχὴν leones in genere, tanquam praestantiores, pro omnibus reliquis accipiantur. MICYLL. Cum Sulpitio facit Badius. Bersm. sequitur Omniboni, & Micylli sententiam. Non bene perceperunt interpretes auctoris acumen, quod latet in voce *leonum*. Vult ergo hunc exercitum maxime gavisum fuisse visis leonibus: quos alii videntes metuerent, & retro irent; sed hi tam saevissimis vexati animantibus cum gaudio viderunt *saevos leones*; spem inde praesumentes, loca magis culta, & in quibus armenta pasci possint, prope adesse. Talia captasse saepe Lucanum, aliquoties supra monuimus.

948 QUIETAM EXEGERE HIEMEM] Sunt, qui legant *quieta*, & construant cum *statione*: quod non improbem, sed in idem recidit. VERSELL. *Quieta* ediderunt Aldus, Colin. Steph. Pulm. Bersm. & reliqui; sed praeter MSS. Steph. Pulm. & Bersm. *quietam* jubent scribi meorum optimi, ut Voss. pr. sec. tert., Regius pr. Wittian. & alii, Voce *statione* ex-

[a] Terris sparsa legens, fama duce tendit [b] in undas,
Threïciasque legit fauces, & amore [c] natatum
Aequor, & [d] Heroas lacrimoso [e] litore turres,
[f] Qua pelago nomen Nepheleïas abstulit Helle.
Non Asiam brevioris aquae disterminat usquam
Fluctus ab Europa, quamvis Byzantion [g] arto
Pontus, & [h] ostriferam [i] dirimat Chalcedona [k] cursu,
Euxinumque [l] ferens parvo [m] ruat ore Propontis.

Sigeasque

VARIAE LECTIONES.

a *terra* M. b *ad* B. 1. c vulgo *notatum.* d sic MSS. & Edd. pp. vulgo *Eroas. Eoas* VV. LL. Steph. A. e *alis* Ed. Parm. & Paris. f *qui* VV. LL. Steph. g *arctas* B. 1. h *astriferam* V. 1. *astriferum* R. 1. i *dirimit* M. k *cursus* R. pr. l *furens* V. 2. A. m *ruit* M.

exprimit auctor urbis nomen, quae *statio* Punice sonat, docente Magno Bocharto in Chan. L. I. c. 24. Vide ad L. II, 214.

950 SATIATUS CLADE] Msc. *sede*, sed alter reponit *caede*, quod legitur etiam in tertio. BERSMANN. *Caede* in uno quoque. Voss. Amst. & Hulst. scribitur. *Satiari caede*, *sanguine* cum aliis noster passim L. V, 242. VII, 317, 802. IX, 153. X, 280. Apud Homer. αἵματος ἆσαι. Sed retineo hic *clade*. Respicit auctor, quae scripserat L. VII, 795.

- - juvat Emathiam non cernere terram,
Et lustrare oculis campos sub clade latentes.

952 FRUSTRA] Quia per terram non fugerat, sed per undas. SCHOL.

954 AMORE NOTATUM] Ubi Hero Leandri amore flagravit. IDEM. Mela L. I, 19, 2. *Abydos magni quondam amoris commercio insignis.* BROUKHUS. Celebre, infame explicatur participium *notatum*. Non male. Multo tamen elegantius in Msto Amstel. Meo, & Edd. principe Romana, Parm. Brix. Mediol. ac Paris. exhibetur *natatum* à Leandro. Dicimus enim *natare mare*, & *mare natatur*. De eodem Leandro Virgil. L. III. Georg. 260.

Nocte natat caeca serus freta.

Ovid. L. I. Art. Amat. 48.

Novit quae multo pisce natentur aquae.

Tranare Lib. II, 181.

Obsequio tranantur aquae.

Frontin. L. I. c. 8. Strateg. 2. *Transnato flumine* & L. III, 13, I. Pro *legit* scripsissem ego *secat*, ut vitetur repetitio insuavis: *legens* enim jam dixit, sed ita solet auctor, & retinent id omnes MSS.

956 QUA PELAGO NOMEN NEPHELEÏAS ABSTULIT HELLE] Sabellicus (T. I. Thes. Crit. p. 184. contendit legendum *attulit* sc. novum, utpote suum. sed idem est sensus. *Abstulit* vetus nomen, & attulit novum. VERSELL. Prius putabam quoque *adtulit* rescribendum esse. sed videamus, an non verior lectio ex MSS. hauriri possit. *pelagi* habetur in variis Stephani lect. duobus Pulm. MSS. Vossianis quinque, Regio pr. Buher. Hulst. Meo, & Edd. Rom. ac Parm. *Helles* autem, non *Helle*, scribitur quoque in Vossianis quinque, Wittiano, Marp. Buher. Hulst. & meo. Unde forsan reponendum.

Qua pelagus nomen Nepheleïdos abstulit Helles.

vel minima mutatione.

Qua pelagi nomen Nepheleïdos abstulit Helles.

ubi *nomen pelagi abstulit nomen Helles.* Certe genitivi illi in MSS. non sunt de nihilo. Ovid. L. XI. Metam. 195.

Angustum citra pontum Nepheleïdos Helles.

956 HELLE] Hellespontum dicit, ubi cum Phryxo fratre sedens in ariete Helle in mare decidit, & ei nomen inposuit, ut *Hellespontus* diceretur, quemadmodum ab Icaro Icarium mare dicitur. SCHOL.

957 BREVIORIS AQUAE] In nulla, inquit, regione mare angustius invenitur, quod Asiam separat ab Europa, quam est Hellespontium fretum. Ordo. *Brevioris aquae fluctus non usquam disterminat Asiam ab Europa.* IDEM. Ovid. Ep. Leandri 174.

Num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua.

958 BYZANTION] De situ Bizantii, & Chalcedonis, & de angustiis ejus freti, totaque ratione, & proprietate Ponti, & Propontidis, Polybium vide libro quarto. MICYLL.

960 EUXINUM] Euxinum postea dictum est; cum antea *Axenum* diceretur ἀπὸ τῶν ἀξένων; hoc

est,

Sigeasque petit famae [a] mirator harenas,
Et [b] Simoëntis aquas, & Grajo nobile busto
Rhoetion, & multum [c] debentes vatibus [d] umbras.
Circuit [e] exustae nomen [f] memorabile Trojae,
Magnaque Phoebei quaerit vestigia muri.
[g] Jam silvae steriles, & putres robore trunci
[h] Assaraci pressêre domos, & templa deorum
Jam lassa radice tenent: ac tota teguntur
Pergama

VARIAE LECTIONES.

a *munitor* M. b *Simoontis* & *Simeontis* MSS. qdd. c *urbes* A. d *dedentes* Ed. Ven. e *exhaustae* B. I. f *venerabile* VV. LL. Steph. P. I. V. I. g *nam* V. pr. a m. pr. h *Assarici* MSS. & Edd. qdd.

est, ubi hospites esse non possunt. Hoc autem mari nomen inhospitabile ideo dicitur propter injurias Jasonis, & Medeam, & pellem auream, & propter Achillem, qui illic praedatum venit ex Ilio. SCHOL.

960 PROPONTIS] Est sinus ante Pontum, qui admodum parvus navigia fert ad Euxinum. IDEM.

962 BUSTO] Achillis. IDEM. Ajacis Telamonii. Serv. ad II. Aen. 505. VI. Aen. 505. Mela L. I, 18, 46. *Rhoetea litora Ajacis sepulcro maxime illustria.* inibi Vossius. BROUKH. Achillis monumentum esse in Sigeo, notum.

963 RHOETION] Sulpitius videtur legisse *Rhytion:* alii *Rhoeteon* legunt. ASCENS. Mela lib. I. *Extra sinum sunt Rhoetea littora, Rhoetea & Dardania claris urbibus, Ajacis tamen sepulchro maxime illustria.* Et Plin. lib. V. cap. 30. *Extra sinum sunt Rhoetea littora, Rhoeteo & Dardanio & Arisbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon oppidum juxta tumulum Achillis, conditum à Mitylenaeis, & mox Atheniensibus, ubi classis ejus steterat in Sigaeo. Fuit & Aeantion à Rhodiis conditum in altero cornu, Ajace ibi sepulto, triginta stadiorum intervallo à Sigaeo, & ipso in statione classis suae.* Ita enim legendum, ut superius, *In Sigaeo*, cum praecedentibus jungatur. Id enim & ex Strabone convincitur, qui eodem modo, ἔστι μὲν οὖν Ἀχίλλειος καὶ ἱερὸν ἐστι καὶ μνῆμα πρὸς τῷ Σιγείῳ, inquit, Πατρόκλου δὲ καὶ Ἀντιλόχου μνήματα. Caeterum quum apud alios plerosque Latine quidem *Rhoeteum*, Graece autem ῥοίτειον, penultima longa scriptum legatur. In sola autem Strabonis editione alias ῥήτιον, alias ῥοίτιον, ubique per *I*, breve in penultima scribatur, quae varietas ipsam scripturam suspectam facit, dubitari potest, utrum hoc quoque loco *Rhoeteum*, Latino casu, *E*, longa in penultima, legendum sit, quando hoc quoque modo versus constabit, ultima syllaba cum sequenti vocali elisa, & id ipsum Latinorum exemplis confirmo, atque usitatum magis fuerit. MICYLL. Recte monuit Micyllus à plerisque, si non ab omnibus dici *Rhoeteum* penultima longa; ut debet à Graeco Ῥοίτειον, ut à Σιγεῖον, *Sigeum* & mille similia. Vide ad Lib. III, 281. Pier. ad Virg. Ecl. I, 31. VI, 2. Apud Strabonem Casaubonus jam reposuit Ῥοίτειον. Videretur itaque hic potius scribendum *Rhoeteum*. ut clare exhibet unus Pulm. Verum aliquando ex ει fit etiam ι breve, ut ex Τυνδαρεῖος, *Tyndarius*. Consule N. Heinsium ad Valer. Flacc. I, 166.

Tyndariusque puer.

Rhoeteon hic est in sex meis MSS. & Edd. Rom. Omniboni, & Paris.

963 VATIBUS] Poëtis per quos eorum memoria perseverat. SCHOL.

965 PHOEBEI MURI] Quem Trojanis Apollo scilicet fabricatus est. SCHOL.

968 LASSA RADICE] Msc. ad marginem *laxa:* alter. *lapsa.* BERSM. *Lapsa* unus Pulm. Reg. Oxon. *Laxa.* Pulm. un. & mei tres recentiores, quomodo legit tamen Omnibonus, sed male. Seneca Oedip. 534.

Curvosque tendit quercus & putres situ
Annosa ramos: hujus abrupit latus
Edax vetustas: illa jam fessa cadens
Radice, fulta pendet aliena trabe.

Stat. Theb. 356.

- - - - - *ipsa vetusto*
Moenia lassa situ.

Sic *lassum aevum* Silio L. XI, 325. *fessa senectus* nostro, & aliis. Dein *& jam* duabus vocibus, cum multis MSS. & Edd. primis malui, quam *etiam.*

969 ET JAM PERIERE RUINAE] Ipsa enim vestigia civitatis conlapsa sunt. SCHOL.

970 HESIONES SCOPULOS] Ubi Hesione fuerat alligata. IDEM.

Pergama dumetis: & jam periêre ruinae.
Adspicit [a] Hesiones scopulos, silvasque, latentes
Anchisae thalamos; quo [b] judex [c] sederit antro;
Unde puer raptus coelo; quo vertice Nais
[d] Luserit Oenone: nullum est sine nomine saxum.
Inscius in sicco serpentem pulvere rivum
Transierat, qui [e] Xanthus erat: securus in alto
Gramine ponebat gressus; Phryx incola manes
Hectoreos calcare vetat. discussa jacebant
Saxa, nec ullius faciem servantia sacri;

Herceas,

VARIAE LECTIONES.

a *Hesionae* R. pr. W. V. tert. *Hesione* H. *Exione* A. b *vindex* B. 1. c *sedit in a.* B. 2. V. 1. d *inseris* H. *illuserit* R. pr. a m. pr. *luxerit* V. 1. Ed. Parm. & Hort. m. e *Sanctus* W. Marp. V. 1.

970 SCOPULOS] Msc. *Sylvas, scopulosque*, mendose. BERSM.

970 SILVASQUE LATENTES] Latentes silvas thalamos dicit Anchisae, ubi Anchises concubuit cum Venere. SCHOL. Sunt, qui legant *Sylvasque patentes*; quia si *latentes* quomodo adspicit: Verum refert ad thalamos, qui occulti sunt; quia celari vult sua furta Venus. VERSELL. Appositio. Sulpit. exponit, semotas ad undam Simoentis, in quibus Anchises cum Venere Dea coivit. Erat alioqui domus Anchisae secreta à reliquis urbis aedificiis, & undique sylvula quadam objecta, ut Aeneas ipse apud Virgil. testatur lib. Aeneid. 2.

- - - Quanquam secreta parentis
Anchisae domus arboribus objecta recessit.

HORTENS. *Patentes* est in uno Bersm. & tribus Pulm. & ego inveni in Witt. Amst. ac Voss. sec. a m. pr. Editionibusque Rom. Parm. Aldi, Pulm. aliisque. *Jacentes* habent Buher. Voss. tert. quart. Hulst. *silvaque* in Oxon. pr. Voss. un., & in Regio primo *silvaque latentis*, ut ad Anchisen referatur, latentem in silva, cum concubuit cum Venere. Sic vitaretur aliquo modo concursus litterae *s*. Verum haec omnia videntur potius eorum inventa, qui locum hunc non intelligebant. Adspicit silvas, quae Anchisae praebuerunt secretos cum Venere thalamos. (V. Virg. Aen. 11, 300. Serv. ad Aen. 1, 621.) ut bene exposuit Versellanus. Vulgo tamen male post *latentes* distinguebatur. simpliciter umbrosam Anchisae domum non intelligere possumus: quia non tantum loca auctor designat, sed simul tangit historias, & res illic gestas, fictasve.

971 JUDEX] Paris scilicet, qui de aureo malo judicavit inter numina. SCHOL.

972 PUER] Ganymedem dicit, quem raptum scimus à Jove. SCHOL.

972 NAIS] In quo colle Oenone uxor Paridis, quae primo Nais Nimpha fuit. IDEM.

974 SERPENTEM] Participium segniter fluentem, quia exaruerat jam. IDEM. Atqui magnum & verticosum facit Homerus xx. Iliad. 73. nostro favet Horatius Epod. XIII, 13.

Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina.

Mela L. 1, 18. *Scamander & Simois fama, quam natura majora flumina.* V. della Valle T. 1. p. 15. BROUKHUS.

975 XANTHUS] Msc. *siccus* mendose. BERSMANN.

979 HEREAS ARAS] Id est, *Herei Jovis* templum. *Hereum* antiquum fanum & aedes juxta Imbrasium amnem est, ut inquit Strabo. Festus vero ait, *Hereum Jovem deum esse penetralem, qui intra conseptum domus cujusque colebatur.* SULPIT. *Hereas* i. Jovis Herei, de quo Sulpit. Alii *Hectorias* legunt, quod placet; quia sequitur *O sacer & magnus vatum labor.* ASCENS. *Herceas* i. e. Jovis Hercei, de quo Sulp. & Beroald. Dictus autem Juppiter *Herceus*; quia ara ejus erat intra aulam, & septa parietum aedificata; quod Graece ἕρκος dicitur. unde & Priamus ad aram Jovis Hercei cecidit. Alii *Hectorias* legunt, quia sequitur. *O sacer* &c. Sed hoc non minus de Jovis Hercei ara, apud quam Priamus caesus est, dicitur, quam de Hectoris gestis intelligitur. VERSELL. *Herceas aras*, lego. Nam *Heraeum*, de quo Strabo, & hic Sulpitius meminit, in Samo fuit templum Junonis videlicet, unde & nomen habet. Strabo lib. XIV. Et apud Festum non *Hereus*, sed

Her-

Herceas, monstrator ait, non respicis [a] aras?
O sacer, & magnus vatum labor! omnia [b] fato
Eripis, & [c] populis donas mortalibus aevum.
Invidia [d] sacrae, Caesar, [e] ne tangere famae:
Nam, si quid Latiis fas est promittere Musis,
Quantum Zmyrnaei durabunt vatis honores,
Venturi [f] me, teque legent: Pharsalia nostra
Vivet, & à nullo tenebris damnabitur aevo.
Ut ducis inplevit [g] visus veneranda [h] vetustas,
Erexit subitas congestu cespitis aras,

Votaque

VARIAE LECTIONES.

a *haras* V. tert. b *leto* B. 1. V. 1. O. 1. c *don. pop.* M. d *Caes. sac.* B. 1. V. 1. O. 1. e *non* B. 2. V. 3. W. H. Ed. Ven. *nec* B. 1. f *te meque* VV. LL. Steph. P. 1. R. 1. A. g *justus* W. *jussus* O. 1. h *potestas* B. 1.

Herceus Jupiter scribitur. Fuit autem Ara *Hercei Jovis*, apud quam Priamus à Neoptolemo Achillis filio obtruncatus est. De quo & Servius meminit 2. Aeneid. Et Calaber lib. XIII.

- - - Ενθα ϗ αὐτῶν, inquiens,
Δυσμενέων Βασιλῆϊ κακὰ φρονέων ἐπόρουσεν
Ερκείυ ποτὶ βωμὸν, ὅθ᾽ ὡς ἴδεν υἱ᾽ Ἀχιλῆος
Εγχει ἄφαρ τὸν ἰόντα &c.

Ita enim legendum, non ut vulgo habetur, ἑρμείου ποτὶ βωμὸν. Sic enim Ovidius in Ibin:

Nec tibi subsidio praesens sit numen, ut illi,
Cui nihil Hercei profuit ara Jovis (inquit.)

Et Arrianus lib. 1. de Alexandro loquens: Θῦσαι δὲ αὐτὸν, inquit, ϗ Πριάμῳ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς Ἑρκείου λόγος κατέχει, μῆνιν Πριάμου παραιτούμενον τοῦ Νεοπτολέμου γένει, ὃ δὴ ἐς αὐτὸν καθῆκεν &c. MICYLL. *Hectoreas. Herceas* Micyll. ut Jovis Hercei ara indicetur, ob quam obtruncatus est Plinius. BERSM. Verissime *Herceas* legit Micyllus, & jam ante eum Beroaldus, quos merito secuti sunt Hortensius, quem etiam vide, & Stephanus, ac Grotius. Et ne quis de veritate hujus lectionis amplius dubitet, facit jam satis Scholiastes, licet male *Achillea* pro *Priamo* ad aras Herceas obtruncatum dicat. Immo *Herceas* clare est exaratum in Voss. primo, & secundo, & suprascriptum al. *Hectoreas*. In Regio secundo *Herceas* erat pro var. lect. An *Herceas* etiam non scribatur in Marp. & Oxon uno dubito: nihil enim ex illis ad Grotii Edd. collatis enotatum erat. In Buher. *Hectoreas* est ab interpolatore, deleta priore voce. Unum & eumdem locum per *Hectoreas manes* & *Hectoreas aras* indigitasset auctor: quod ineptissimum foret. Quin & *Herceas* expresse citat ex hoc loco Servius ad Aen. II, 506. Haec vox in MSS. quibusdam Senecae in *Herculeum* ita depravata est Agam. 446.

- - - *Hectoris fortis minas,*
Sparsum cruore regis Herceum Jovem.

793.

Jovem precemur pariter. Herceum Jovem?

De Jove *Herceo*, *Penetrali*, *&* *Domestico* consule, si vis, Harpocrat. & ibid. Vales. Feith. Antiq. Homer. p. 46. N. Heinsium ad Ovid. Epid. VII. Heroid. 113.

979 MONSTRATOR] Monstrator est, qui ostenderat aram Herceam Jovis (sic MSS.) quae in Ilio fuit, juxta quam Achilles occisus est. SCHOLIAST.

982 FAMAE] Propter quam laboraturi sunt poëtae, ut tua conscribant, noli famam ultimam nostris versibus invidere. IDEM.

984 ZMYRNAEI] Homeri, qui inde ortus est. IDEM. Per Z non per S habent praestantissimi Codices Regius prim. & Voss. sec. vide, quos super hac scribendi ratione conlegit Doct. Broukhus. ad L. II. Propert. 13, 43.

985 ME TEQUE] Hoc dixit. Sine ratione nostrae invides famae; cum per carmina poëtarum sic te nostri posteri legent, quemadmodum nos, qui ante pugnavimus. SCHOL.

985 PHARSALIA NOSTRA] Suam Pharsaliam dicit, in qua contra Caesarem dimicavit. IDEM. Cur *Pharsaliam* opus suum vocet, vide ad initium Lib. primi.

986 DAMNABIMUR] Mscr. tria *damnabitur*, quod non improbo. BERSM. In nullo, quod sciam. Msto

 prae-

Votaque turicremos non inrita [a] fudit in ignes.
Dî cinerum, Phrygias colitis quicumque ruinas,
Aeneaeque mei, quos nunc Lavinia ſedes
Servat & Alba, [b] Lares, & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius, nullique adſpecta [c] virorum
Pallas, in [d] abſtruſo pignus memorabile templo;
Gentis Iuleae veſtris [e] clariſſimus aris
Dat pia tura nepos, & [f] vos in ſede priori
Rite vocat: date felices in caetera curſus:
[g] Reſtituam populos. grata vice moenia reddent
[h] Auſonidae Phrygibus, Romanaque Pergama ſurgent.
Sic fatus, repetit claſſes, & [i] tota ſecundis
Vela dedit [k] Coris, aviduſque urguente procella
[l] Iliacas penſare moras, Aſiamque potentem

Praeve-

VARIAE LECTIONES.

a *fundit* V. 2. b *parens* Voſſ. pr. ſec. O. pr. a m. ſec. O. rec. A. R. 1. Buh. e Gloſſa natum vocis *mei* ſc. *parentis*. c *tuorum* P. 1. d *obſtruſo* VV. LL. Steph P. 3. B. 1. mei 5. & Edd. qdd. male. V. ad L. IV, 293. e *cariſſimus* B. 1. O. 1. f *non* B. *priore* B. 1. V. 3. Buh. g *reſtituans* R. 1. h *Auſoniae* H. Ed. Ven. i *tuta* A. k *ventis* A. Edd. qdd. l *Niliacas* A.

praeter Buher. eſt *damnabimur*: quae lectio primum typis expreſſa Aldo debetur, cui merito eam condonavit jam Grotius.

988 CONGESTU CESPITIS] Mſc. *congeſti*, minus probe. BERSM. *Congeſti* ediderunt tamen Verſell. & Hortenſ. & ex meis agnoſcunt Witt. Voſſ. tert. Oxon. unus, & Hulſt. MS. ſed aliter ſolet noſter L. IV, 74.

- - *congeſtumque aëris atri.*

IX, 481.

- - *multi congeſtu pulveris.*

Avium congeſtum dicit Cicero active. plura videre, qui cupiat, notas adeat J. F. Gronovii ad Senec. de Conſtant. Sapient. c. 12. *Arenae congeſtu.*

980 TURICREMOS] Mſcr. tria *turiferos*. BERSMANN. *Turiferos* habent mei MSS. plerique, & Editiones veteres cum Sulp. Mic. Hortenſ. primus Aldus repoſuit *Turicremos*, quod confirmant tamen Codd. Buher. Voſſ. pr. ſec. quart. & Oxonienſes ac Pulmanni quidam. *Turicremae arae*, *foci*, apud Virgil. IV. Aen. 533. Ovid. Ep. II. Her. 18. Art. Amat. III, 393. Sidon. Apoll. c. II, 88. IX, 212.

993 ADHUC] Eſt enim perpetuus, cum à Trojanis ſit inſtitutus. SCHOL.

993 PHRYGIUS] *Phrygiis* Mſc. perperam. BERSMANN.

996 IN SEDE PRIORI] Quia nunc eſtis tranſlati Romam. SCHOL.

998 RESTITUAM] Ante hunc verſum hic extabat.

Conſtituam ſparſas acies, replebo ruinas.
Reſt. pop.

BERSM. In Voſſiano primo hic verſus reperitur, ſed rectius; nam pro *acies* habet *arces*: item à manu ſec. *reſtituam*. Genuinum tamen non puto.

998 GRATA VICE] Vos enim prius dediſtis Italis, nunc ab his accipietis. SCHOL.

999 ROMANA] A Romanis ſc. quae diſtructa ſunt à Graecis. IDEM.

1001 AVIDUSQUE URGUENTE PROC. &c.] i. e. contentus per turbida maria navigare voluit, ut, cum procella velociter eum auferret, ne moras in litore ſuſtineret jam illic aliquandiu demoratus, compenſaret moras, & accelleraret navigando. IDEM.

1003 PRAEVEHITUR] Male MSS. & Edd. nonnulli *provehitur*. Vide Heinſium ad Silium L. IV, 51.

Jam conſul volucri praevectus litora claſſe.

Eadem

Praevehitur, pelagoque Rhodon ſpumante [a] relinquit.
Septima nox, Zephyro numquam laxante rudentes,
Oſtendit Phariis Aegyptia litora flammis.
Sed prius orta dies nocturnam lampada texit,
Quam tutas intraret aquas. [b] ibi plena [c] tumultu
Litora, & [d] incerto turbatas murmure voces
[e] Accipit: [f] ac, dubiis veritus ſe credere [g] regnis,
Abſtinuit tellure rates. ſed dira ſatelles
Regis dona ferens, medium provectus in aequor,
Colla gerit Magni, Phario velamine tecta:
[h] Ac prius infanda commendat crimina voce.
Terrarum [i] domitor, Romanae maxime gentis,
Et, [k] quod adhuc neſcis, genero ſecure peremto,
Rex tibi Pellaeus [l] belli pelagique [m] labores

Donat,

VARIAE LECTIONES.

a *reliquit* MSS. plerique, & Edd. ante Berſm. ſed *relinquit* V. pr. R. pr. &c. V. L. VIII, 244, 247. b al. *ubi.* c *tumultus* V. tert. d *incertas turbato* B. 1. e *perſpicit* B. 1. f *&* A. M. Edd. Rom. Par. g *muris* P. 1. B. 1. V. 1. H. M. W. pro var. lect. Edd. Rom. Parm. Med. Pariſ. Hort. m. h *hac* Voſſ. pr. i *odom.* Ed. Ald. k *quid* B. 1. l vulgo *terrae.* m *laborem* VV. LL. Steph.

Eadem confuſio L. x, 308. *Inde plagas Phoebi &c. praeveheris.*

1004 NUMQUAM LAXANTE] Ex quo navigavit, ſemper unus ventus flavit. SCHOL. *Laſſante* Mſc. (& Edd. Rom. Parm. Ald. Steph. Pulm. aliaeque) male. BERSM.

1012 COLLA] Plutarchus in Pompejo addit, etiam annulum Pompeji Caeſari allatum eſſe, cujus inſigne fuerit Leo, enſem geſtans, ſive, ut Plutarchus habet, ξιφήρης, quo conſpecto Caeſarem illachrymaſſe, à capite autem ipſo oculos avertiſſe, & afferentem illud, tanquam ſcelus execratum eſſe, contra quam infra paulo poëta dicit. MICYLL.

1016 BELLI PELAGIQUE LABORES] i. e. Pompejum, propter quem & in bello (*terra* Voſſ. pr.) & in mari eſt laboratum. SCHOL. *Terrae pelagique labores.* Fateor, Lucanum frequenter adhibere in hoc poëmate hanc quaſi formulam *terrae pelagique*, adeo ut vix ullus ſit liber, in quo non aliquoties occurrat. Hic tamen aliud ab eo relictum eſſe docet Mſtorum conſenſus: nam Stephanus in variis lectionibus teſtatur in ſuis eſſe *belli pelagique labores:* atque ita in quinque ſuorum invenit Pulmannus, & in ſuis omnibus Berſmannus. Ex meis ita habent Scholiaſtes Voſſ. ſec. & ceteri Voſſiani quinque, (mirum in Voſſ. primo in textu ſcribi *belli*, in Scholiaſtae vero verbis *terrae:* & ita è contrario in Voſſ. ſec.) Regius prim. Buher. Hulſt. Oxon. & Amſtel. ſenſu perſpicuo. Munere ſuo facit Ptolemaeus, ut in poſterum vaces à bello & proeliis, & à permenſione maris: nam, qui ſolus tibi belli, & navigationis eſt cauſſa, Pompejus enſe jacet noſtro. Immo ſimili modo alibi loquitur auctor. L. III, 24.

Haereat illa tuis per bella, per aequora ſignis.

IV, 125.

Non ſonipes in bella ferox, non iret in aequor
Claſſis.

Auſonius, indicante mihi humaniſſimo, doctiſſimoque viro J. Waſſe.

Adflictat Fortuna viros per bella per aequor.

Praeterea mallem ſeq. verſu tunc *arvis*, ut eſt in Pulm. Berſm. nonnullis, & meis quatuor, ac Ed. Parm. aliiſque plurimis ante Grotium. Sed inhibet me Claudian. de B. Gild. vſ. 5.

- - - *patriis quod ſolum defuit armis,*
Tertius occubuit nati virtute tyrannus,

ubi, ut ſolent hae voces paſſim variari, in aliis etiam eſſe *arvis* monet Ill. Heinſius. ſupra L. VIII, 266.

- - - *non omnis in arvis*
Emathiis cecidi.

al. *armis.* inf. V. 1073.

1019

Donat, &, Emathiis quod solum defuit armis,
Exhibet: absenti bellum civile peractum est.
Thessalicas quaerens [a] Magnus reparare ruinas,
Ense jacet nostro: tanto te pignore Caesar
Emimus: [b] hoc tecum percussum [c] est sanguine foedus.
Accipe regna Phari, nullo quaesita [d] cruore:
Accipe Niliaci jus gurgitis: accipe, quidquid
Pro Magni cervice dares; dignumque clientem
Castris [e] crede tuis, cui tantum fata licere
In generum [f] voluere tuum. nec vile [g] putaris
Hoc meritum, [h] facili [i] nobis quod caede [k] peractum [l] est.
Hospes avitus erat: depulso [m] sceptra [n] parenti
Reddiderat. quid plura feram? tu nomina tanto
Invenies operi, [o] vel [p] famam consule mundi.
Si scelus est, [q] plus te nobis debere fateris,
Quod scelus hoc non ipse facis. sic fatus, [r] opertum
Detexit, tenuitque caput. jam languida morte
Effigies habitum noti mutaverat oris.

Non

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. al. *Magn. quaer.* b *hic tectum* Ed. Ven. *totum* Ed. Sulp. Mic. al. *tutum.* c deest in B. 1. V. 2. Marp. A. M. *est perc.* B. 1. d *labore* VV. LL. Steph. W. a m. pr. e *redde* B. 1. f *valuere* B. 1. g *putares* R. pr. h *nobis fac.* MSS. qdd. & Edd. ante Grot. i *quod n.* B. 1. V. 1. k *paratum* V. tert. H. O. 1. l deest in A. m *regna* V. 1. n *parente* R. 2. W. V. 3. A. *parentis* VV. LL. Steph. P. 3. V. 2. O. 2. H. o *sed* Hort. m. p *famae* B. 2. q *nobis plus te* M. non male. r *apertum* Edd. qdd.

1019 REPARARE RUINAS] Ne metu eum occidisse videatur, verum dicit, Magnum voluisse auxilia comparare. SCHOL.

1021 EMIMUS] Ideo jam noster sis, quia à nobis Pompejus occisus est. IDEM.

1023 QUIDQUID PRO M. CERVICE DARES] Hoc est: quae tu largiri velles pro morte Pompeji, nos tibi offerimus, cum à nobis sit occisus. IDEM.

1028 DEPULSO sc.] Msc. *depulsoque sceptr.* sed forte leg. *pulsoque sceptra*, enclitica in fine producta, ut apud Virgil.

Venisti tandem tuaque spectata parenti.

BERSM. Encliticam dictionem *que* non raro produci, sciunt docti, sed non nisi in caesura, sicut in illo Virgil. & Lib. III. Aen. 91. *Liminaque laurusque Dei:* de quo plura, ni fallor, Heins. notat ad Ovidium. Hoc corrumpere est auctores, non emendare. ita solent tamen agere illi, qui ubique insolens quid inculcare conantur.

1529 NOMINA] An aequum, iniquumne sit, Magnum à nobis esse interemtum. SCHOL.

1030 FAMAM CONSULE] i. e. interroga, quid de hoc facto aestimat orbis universus. SCHOL.

1032 OPERTUM CAPUT] *Caput Pompeji*, ait Appianus, *ad se delatum, minime intueri voluit, verum sepeliri statim jussit. Templum quoque perexiguum ante urbem condidit, quod Indignationis fanum appellavit: & quod aetate mea, Trajano Imperatore, Judaeorum gente in Aegypto debellante, ab Judaeis ipsis ad opportunitatem belli disjectum est.* Hactenus ille. Valer. Maximus, *ut enim*, inquit, *Caesar aspexit, oblitus hostis, soceri vultum induit, ac Pompejo tum proprias, tum filiae lachrymas reddidit. Caput etiam plurimis, ac pretiosis odoribus cremandum curavit.* Ita Valerius Maximus. (& Plutarch. Caes.) Haec verisimiliora sunt, quam calumnia poëtae, qui suo more affectibus indulget. HORTENS.

1036

Non primo Caesar damnavit [a] munera visu,
Avertitque oculos: vultus, dum crederet, haesit.
Utque fidem vidit sceleris, tutumque putavit
Jam bonus esse socer; lacrimas non sponte cadentes
Effudit, [b] gemitusque expressit pectore laeto,
Non aliter manifesta [c] potens abscondere mentis
Gaudia, quam lacrimis. meritumque inmane tyranni
Destruit, & [d] generi mavult lugere [e] revulsum,
Quam debere caput. [f] qui duro membra Senatus
[g] Calcarat vultu, qui sicco lumine campos
[h] Viderat Emathios, uni tibi, Magne, negare
Non audet gemitus. ô sors durissima fati!
[i] Hunccine tu, Caesar, scelerato Marte petisti,
Qui tibi flendus erat? non [k] mixti foedera tangunt
Te [l] generis; nec [m] nata jubet [n] moerere, [o] nepòsque.
Credis apud populos, Pompeji nomen amantes,
Hoc [p] castris prodesse [q] tuis. fortasse tyranni
[r] Angeris invidia, captique in viscera Magni

Hoc

VARIAE LECTIONES.

a *murmure* A. b *gemitus* V. 1. c vulgo *putans*. d *soceri* V. 1. Buh. *mav. gen.* B. 1. e *revolsum* R. pr. V. sec. Buh. f *quam* W. *quid* Ed. Ven g *calcavit* B. 1. V. 1. h *viderit* A. i *Huncine* V. pr. sec. *hunc o. tu* B. 1. k *juxtaque* Hort. M. l *generis?* vulgo. m *tanta* M. *gnata* V. 2. n *parere* Ed. Rom. o *nepos-que?* vulgo. p *astris* V. pr. a m. pr. q *tuis?* vulgo. r *Tangeris* vulgo.

1036 HAESIT] Id est dubitavit, ajunt Omnib. Hortens. & Bersm. Immo vero intentis oculis contemplatus est, nec quoquam eos avertit: ut alii interpretes recte explicant. Ovid. *patriisque in vultibus haerens*, & passim.

1038 LACRIMAS] Damnavit, inquit, Caesar factum Ptolemaei. Vult enim dolere magis, quod occisus est Pompejus, quam pro ejus capite debere beneficium. SCHOL. De hoc fletu Caesaris vide Dionis verba cum his Lucani valde consentientia. GROT. *Ed. sec.* Nec dissimile quod post narratam Agricolae mortem de Domitiano ait Tacitus: *Speciem tamen doloris animo vultuque prae se tulit, securus jam odii, & qui facilius dissimularet gaudium quam metum.* IDEM. *Ed. tert.* Aliter exponit Caesaris mentem Angel. Decembrius L. 11. de Polit. Litter. p. 95. & seqq. BROUKHUS.

1040 PUTANS ABSCONDERE] MSS. tres Pulmanni, Bersm. unus, Voss. prim. Regius prim. & Marp. *potest*. Voss. sext. *potes*. at Buher. & Voss. secund. *potens*, de qua antiquissimorum Codd. lectione non est dubitandum.

1041 QUAM LACRIMIS] *Quid. lac.* Msc. perperam. BERSM.

1042 DESTRUIT] Ptolemaei, inquit munus vituperat, & accusat. SCHOL.

1042 REVULSUM] Mscr. *remissum* mendose. BERSM.

1047 PETISTI, Q. T. FL. ERAT?] al. *quin* citra interrogationem. HORTENS. Male: sed sequentia sine interrogatione legenda sunt, ut est in Edd. vetustis. Adfirmat enim Lucanus, non rogat.

1048 NON MIXTI &c.] Sensus hic est. Non te, o Caesar cognatio cogit ad lacrimas, sed quod sic aestimas omnes tibi conciliare posse nationes; si eum lugeas, quem orbis amabat universus. SCHOL.

1049 NATA] Filia ipsius Julia, & Pompejus, Pompeji filius. IDEM.

1052 INVIDIA] i. e. Ptolemaeo invides, quod

Pom-

Hoc [a] alii licuiſſe doles, quererisque periſſe
Vindictam belli, raptumque [b] è jure ſuperbi
Victoris generum. quiſquis te flere coëgit
Impetus, à vera longe pietate receſſit.
Scilicet hoc animo terras, atque aequora luſtras,
Necubi ſubpreſſus pereat [c] gener? ô [d] bene rapta
Arbitrio mors iſta tuo! quam magna remiſit
Crimina Romano triſtis Fortuna pudori,
Quod [e] te non paſſa eſt miſereri, perfide, Magni
Viventis! nec non his fallere vocibus [f] audet,
Adquiritque fidem ſimulati fronte doloris.
Aufer ab adſpectu noſtro [g] funeſta, ſatelles,
Regis dona tui: pejus de Caeſare veſtrum,
Quam de Pompejo, meruit ſcelus: unica belli
Praemia civilis, victis donare ſalutem,
[h] Perdidimus. quod ſi Phario germana tyranno
[i] Non inviſa foret, [k] potuiſſem reddere regi,

VARIAE LECTIONES.

a P. 3. B. 2. W. a m. Edd. ante Grot. *aliis*. b *a j.* V. tert. *ex j.* Edd. qdd. c *gener*. vulgo. d *bone* B. 1. e *non te* B. 1. f vulgo *audes*, *acquirisque*. *acquiratque* Ed. Ven. g *funeſte* Ed. Rom. Parm. Hort. m. h *prodidimus* Ed. Ven. i *haec* B. 1. k *potuiſſet* V. 1. M. Ed. Ven. *potuiſſent* Ed. Med.

Pompejum ipſe proſtravit, & non tu. SCHOL.

1052 TANGERIS INVIDIA] Mſc. *angeris*, non male. BERSM. Non dubitandum eſt, quin *angeris* ſcripſerit auctor. *Tangunt* jam praeceſſit. *Angeris* habent etiam tres Pulm. Voſſ. pr. Reg. uterque, Wittian. cum quatuor aliis, & Edd. Rom. Parm. & Omniboni. *congeris* Hulſt. Lib. 11, 64.

- - - *miſeros angit ſua cura parentes.*

& paſſim alii. Apud Virgil. in Culice 63.

- - - *animum non tangit avarum.*

in duobus MSS. ab Iſ. Voſſio collatis *angit*.

1057 HOC ANIMO] Idcirco, inquit, univerſas circuis terras, nec ubi abſconſus tibique ſubtractus Pompejus occumbat? Immo ideo circuis, ne poſſit evadere. Cur ergo te lugere ſimulas? SCHOLIAST. Per Ironicam interrogationem haec eſſe legenda ſatis ex Scholiaſte, & ſenſu patet; quare cum quibusdam Editionibus poſt *gener* interrogationis notam, quae exſulabat, adpoſui. Deinde *necubi* legunt, & exponunt *ne alicubi*, *ne uſquam*: & recte. Sed quam velim mihi exemplum dari alterum, ubi *nec* in compoſito producitur. *Necunde*, *neceſſe*, *necopinus* ſemper corripiuntur. *Non ubi* exhibent Edd. Parm. Brix. Med. & Pariſ. Voſſianus quartus ſervavit nobis pro varia lectione *ne tibi ſubpreſſus* &c. quod certe multo eſt elegantius, & ad legem metricam, & ad ſenſum auctoris. poſſent etiam tranſpoſitae eſſe voces pro *ſubpreſſus necubi*.

1058 O BENE RAPTA EST] Aliis iſta per interrogationem leguntur, & ſine *eſt*. HORTENS. Ut debet; nec ſcriptus, nec Editus alius liber agnoſcit *eſt*.

1062 AUDET ADQUIRITQUE] Uti nos edidimus, exhibent Codd. Steph. Pulm. quatuor, Berſmanni omnes, & noſtri undecim, vel plures mei antiquiſſimi. non *audes acquiriſque*. Poſt longiorem averſionem ad ipſum Caeſarem, & in ejus fictas lacrimas exclamationem à verſu 1045, demum redit ad hiſtoriam, & ait, Caeſarem non tantum lacrimaſſe, ſed & haec, quae ſequuntur, dixiſſe. Nemo non ſentire, ni fallor, debet, vulgata in ſecunda perſona poſt tam vehementem increpationem;

Quod meruit; fratrique [a] tuum pro munere tali
Misissem, Cleopatra, caput. [b] secreta quid arma
Movit, & inseruit nostro sua tela labori?
Ergo in Thessalicis Pellaeo [c] fecimus [d] arvis
Jus gladio? [e] vestris quaesita licentia regnis?
Non tuleram Magnum mecum Romana regentem:
Te, Ptolemaee, feram? frustra civilibus armis
Miscuimus gentes, si qua est [f] hoc orbe potestas
Altera, quam Caesar: si tellus [g] ulla duorum [h] est.
Vertissem Latias à [i] vestro litore proras:
Famae cura vetat, [k] ne non [l] damnasse cruentam,
Sed [m] videar timuisse Pharon. [n] nec fallere [o] vosmet
Credite victorem: nobis quoque tale [p] paratum
Litoris [q] hospitium: [r] ne sic mea colla gerantur,
[s] Thessaliae fortuna facit. majore profecto,
Quam [t] metui [v] poterat, discrimine [x] gessimus arma:
Exsilium, generique minas, Romamque timebam:

Poena

VARIAE LECTIONES.

a *tuo* Marp. e *scelerata* O. 1. b *movimus* B. 1. c *armis* B. 1. V. 1. O. 1. Edd. Bad. Mic. Hort. d *nostris* A. f *toto* VV. LL. Steph. deest in V. 1. *in hoc* V. 1. g *una* B. 1. h deest B. 1. V. 1. i *nostro* H. Ed. Hort. k *nec* V. 1. Hort. m. l *donasse* O. 1. a m. pr. m *videam* R. 1. n *sed* Ed. Hort. o *vos me* vulgo. *posse* P. 1. p *paratum est* B. 1. M. q *hospitium est* VV. LL. Steph. P. 1. B:2. V. 1. Edd. qdd. r *sic ne* V. 1. s *Thessalicae* W. H. t *credi* B. 1. v *potuit* Marp. *poterant* B. 1. x *movimus* Ed. Parm.

nem, nimis languere.

1063 SIMULATI FRONTE DOLORIS] Ut vere lugere videatur: & est ordo. *Fidem adquiris* (ita recte MSS.) *fronte simulati doloris.* SCHOLIAST. Mscr. *simulato* (& Marpurg.) antique. ut apud Caecil. *fronte hilaro, corde tristi.* Vide Gellium L. xv. cap. 9. BERSM. Persuades, te serio dolere, cum id vultu tantum simules. GROT. Plura, qui Archaismos amat, ad Gellium congesta videre potest.

1065 DE CAESARE] Plus ego, inquit, offensus, & laesus sum, cui putasti Pompeji mortem esse placituram, quam ipse Magnus, qui occisus est à vobis. SCHOL.

1066 UNICA BELLI PRAEMIA CIVILIS] In bello, inquit, civili nihil praemii est, nisi ut victis dones salutem. Hoc nobis praemium Ptolemaeus eripuit occidendo Pompejum. IDEM.

1069 POTUISSEM] Ut ego invicem sororem ejus occiderem, nisi Ptolemaeus ejus morte gauderet. IDEM.

1074 JUS GLADIO] Ut & vobis liceat Romanos occidere. IDEM.

1074 VESTRIS QUAESITA] i. e. an vos, vestrumque regnum, ac vestri cives acceperunt licentiam occidendi Romanos in Thessalicis arvis? an proelio Pharsalico licentia vobis talia perpetrandi concessa est? Non opus itaque est Marklandi in Epist. Crit. p. 151. conjectura *vestrisque est ista l.*

1080 FAMAE CURA VETAT] Sed recederem, inquit, à vobis, nisi metuerem, ne fugisse me dicant; cum ego vos velim meo condemnare discessu. SCHOL.

1081 VOSMET] Ita rescripsi pro *vos me*, auctoritate MSS. Stephani, trium Pulm. & Bersm. ac tredecim meorum, & Edd. Rom. Ven. aliarumque. Apud Plautum *Vosmet ajebatis.*

1084 THESSALIAE FORTUNA] Et me occidissetis, nisi ad vos sic venirem, ut jam essem in Thessalia victoriam consecutus. SCHOL.

1087 POENA FUGAE] Hoc est. Qui non time-

ba-

Poena fugae Ptolemaeus erat. ſed parcimus annis,
[a] Donamuſque nefas. ſciat hac [b] pro caede tyrannus
Nil venia plus poſſe dari. vos [c] condite buſto
Tanti colla ducis: ſed non, ut crimina [d] tantum
Veſtra tegat tellus. juſto date tura ſepulcro,
Et placate caput, cinereſque in litore fuſos
Conligite, atque unam [e] ſparſis date manibus urnam.
Sentiat adventum ſoceri, voceſque [f] querentis
Audiat umbra pias. Dum nobis omnia praefert,
Dum vitam Phario mavult debere clienti,
Laeta dies rapta eſt populis: concordia mundo
Noſtra perit: caruêre [g] Deis mea vota ſecundis,
Ut te complexus, poſitis [h] felicibus armis,
[i] Adfectus [k] abs te veteres, vitamque [l] rogarem,
Magne, tuam; dignaque ſatis mercede laborum
Contentus, par eſſe tibi. [m] tunc pace fideli
Feciſſem, ut [n] victus [o] poſſes ignoſcere divis,
[p] Feciſſes, ut Roma mihi. nec talia fatus

In-

VARIAE LECTIONES.

a *dimittoque* V. 1. b *mercede* Ox. pr. a m. ſec. c *credite* B. 1. d *ſolum* V. ſec. tert. H. Buh. e *magni* M. f *querentes* R. 1. O. 1. g *Diis* B. 1. h *civilibus* M. i *effectus* B. 1. k ita R. pr. V. pr. Buh. *a te* B. 4. mei 13. Edd. Ven. Mic. l *negarem* Ed. Rom. *rogaſſem* R. 1. V. 1. O pr. Ed. Ven. m *nunc* O. 1. n Gl. Voſſ. ſec. *ſatis p. i. victus.* o *poſſis* R. pr. p *Feciſſesque* O. pr.

batur, hic nunc occidit eos, qui fugiunt. SCHOLIAST.

1089 NIL VENIA PLUS] Praemium maximum, quod ignoſco. IDEM. Curtius Lib. VIII. *Ille facto impunitatem dedit, honorem denegavit exemplo.* GROT. *Ed. tert.*

1091 JUSTO] Non ſolum ſepulcro caput Magni, quod eſt veſtrum crimen, abſcondite; ſed digno, & honorifico. SCHOL. *Victo*, Mſcr. minus probè. Non terra enim tantum obrui vult Pompeji caput, ſed legitimo tumulari ſepulcro. BERSMANN.

1091 DATE TURA] *Buſta* Mſcr. (*membra* Var. Lect. Steph.) male. Alludit ad id, quod proditum eſt, Caeſarem multis pretioſis odoribus cremaſſe caput Pompeji. BERSM.

1096 PHARIO CLIENTI] Ptolemaeo, qui Pompeji nunc cliens dicitur, quod regnum ejus beneficio accepit. SCHOL.

1097 LAETA DIES] Cum eſſemus in gratiam reverſuri. SCHOL.

1100 VITAMQUE ROGAREM] Ut viveres. IDEM. Ita plerique exponunt interpretes; ſive *ut meo numero velles vivere.* Malim tamen ego cum Aſcenſio *vitam* ſumere pro vitae conſuetudinem, convictum, & familiaritatem: quem ſenſum tota haec Caeſaris oratio pacis aequas conditiones, & concordiam ſpirans, poſtulare videtur.

1103 POSSES IGNOSCERE DIVIS] Quia ſuperatum te, parem mihi fueram ubique facturus. Mihi Roma ignoſceret, quia eramus in gratiam reverſuri, & leniebatur ejus ira, quod ego bella ſuſcepi. *Divis ignoſcere* eſt patienter ferre, quae jubent. SCHOL.

1105 INVENIT FLETUS COMITEM] Ita recte edidit Grotius cum Sulpitio, & Aſcenſio. Ceteri cum MSS. paucis, in quibus eſt Wittian., habent *comitum*, ut *fletus* ſit in accuſativo. Sed male. *comes fletus* dicitur, ut *comes fugae, doloris* &c. de quibus vide ad Lib. II, 346. In uno Voſſ. eſt *comites*. Berſmanni unus exhibet *invenit in fletus co-*

mi-

Invênit fletus comitem, nec turba [a] querenti
[b] Credidit: abſcondunt gemitus, & pectora laeta
Fronte tegunt, hilareſque nefas ſpectare cruentum,
O bona libertas! cum Caeſar [c] lugeat, [d] audent.

VARIAE LECTIONES.

a *loquenti* B. 2. b *credit &* H. c *langueat* Marp. pro var. lect. d *audet* R. pr.

mitem. non adeo inepte. Sic L. VIII, 509.
An tantum in fluctus placeo comes.
Cave tamen, temere quid mutes.

1106 ABSCONDUNT] Timent enim, ne explorandi animos eorum cauſſa miſericordia fingatur à Caeſare. SCHOL.




M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS

PHARSALIAE.

LIBER DECIMUS.

Ut primum *primo notat, ut perrexit in urbem*
Aegypti Caesar, & ut est Cleopatra locuta.
[a] *Mox dapibus sumtis Nili disquiritur ortus.*
[b] *Parsque secunda refert famulos, qui* [c] *fata parabant*
[d] *Prava duci, caesos; adversa nefandaque passos.*



UT primum terras, Pompeji colla secutus,
Adtigit, & diras [a] calcavit Caesar harenas:
Pugnavit fortuna ducis, fatumque nocentis
Aegypti, [b] regnum Lagi Romana sub arma
Iret, an [c] eriperet mundo Memphiticus ensis
Victoris, victique caput. tua profuit Umbra,
Magne; tui socerum [d] rapuêre [e] à sanguine Manes.
[*Ne populus post te Nilum Romanus haberet.*]
Inde [f] Paraetoniam [g] fertur securus [h] in urbem,
Pignore tam saevi sceleris sua signa [i] secutam.

[a] Sed fre-

VARIAE LECTIONES.

a *Caesar calc.* P. 2. R. 2. V. pr. *calc. Victor* Marp. b *an regn.* V. 1. O. pr. M. *regnumne* Ed. Ven. *regnumque* R. 1. Ed. Hort. vitiose. V. ad L. v, 569. c *acciperet* M. d *rapuerunt* A. e *e s.* V. tert. f *Pharetoniam* MSS. & Edd. qdd. g *sec. fert.* B. 1. V. 1. h *ad* B. 1. i vulgo *secutus.*

a ET] Amst. meus.
b PARTE] Amst. meus.
c FACTA] Barth.
d PRAVO] Barth. meus.

4 LAGI] Lagus, à quo Ptolemaei originem ducunt, quem primo in Aegypto Alexander Magnus constituit. SCHOL.

4 ROMANA SUB ARMA &c.] Sensus hic est. Utriusque fortuna pugnavit Ptolemaei & Caesaris, utrum hic regnum ejus sub Romana jura revocaret, an ille Caesaris caput, ut Pompejo nuper, auferret. IDEM.

8 NEC POPULUS P. T. N. R. HABERET] Hoc omne adtribuit umbris Pompeji, quod non fuerint Aegyptiorum armis subacti Romani: nam Pompejus pati noluit, ut Romana arma Aegyptiis armis cederent. Quo factum est, ut etiam Romani Aegyptum amarent, ubi manes Pompeji sepulti erant. OMNIBON. Sulpit. exponit, *ne universus exercitus tecum perimeretur.* Badius duas caussas refert, cur Pompeji umbra, & manes Caesari profuerint, ac à sanguine prohibuerint: alteram, quod per Pompeji mortem Aegyptus facta sit Senatui hostis, ideoque coactam esse eam Caesari parcere, alioqui occisuram: Alteram, quae & Sulpitio visa est, Caesarem conspecta in generum fraude, eo facilius sibi cavisse, ac deinde poëtam inferre,

Ne

[a] Sed fremitu vulgi, fasces, & [b] jura querentis
Inferri Romana suis, discordia sensit
Pectora, & ancipites animos, Magnumque perisse
Non sibi. [c] tunc vultu semper [d] celante timorem,
Intrepidus Superûm sedes, & templa [e] vetusti
[f] Numinis, antiquas [g] Macetûm testantia vires,
Circuit: & nulla [h] captus dulcedine rerum,
Non auro, cultuque deûm, non moenibus urbis,
Effossum [i] tumulis cupide descendit in antrum.
Illic Pellaei proles vesana Philippi,

Felix

VARIAE LECTIONES.

a deest hic versus in A. b *signa* V. pr. sed corr. c al. *tum*. d *cessante* A. e *venusti* B. 1. f *nominis* Hort. m. non inepte. g *Macedum* male qdd. MSS. & Edd. pleraeque, uti & vs. 28. h *capitur*, Sulp. Asc. Mic. & Hort. Edd. i *tumuli* V.

Ne populus post te Nilum Romanus haberet. De priori Badii ratione valde haesito. Vix enim credo ad Ptolemaeum, vel suos hoc respexisse; sed omnino voluisse nationem exoneratam ab externis armis, & apud victorem quaesisse gratiam. Sed haec non sunt tanti. Proximo inde carmine Alexandriam urbem *Paraetoniam* vocat, satis longe petito epitheto, sed hoc nonnunquam & alii poëtae sibi concedunt. GLAREAN. *Ne* &c. *Nec* Mscr. duo; pro *haberet* Mscr. duo *habebit*. tertium *amaret*, quart. *habebat*. BERSM. Pompeji honori hoc dii dederunt, ne populi Romani esset Aegyptus post ipsius mortem. Populi autem Romani fuisset Aegyptus, nisi Caesar populo Romano imperium omne cum libertate eripuisset. GROTIUS. Frustra in hoc versu sudant viri docti, & contortum nimis sensum inde elicere conantur. Diu est, quod spurium duxerim, & ab aliena manu: quam meam sententiam deinde egregie confirmarunt Codices Msti. nam in Vossianis primo, sec. tertio, & quinto, item Regio uno, utroque Oxoniensi, Buherio, Marpurg. Wittiano, & Hulst. (quibus duobus alieno loco ad marginem est adsutus.) uti & Editionibus Romana, ac Parmensi non comparent: Non agnoscit eum quoque Scholiastes; praeterea in Regio primo, & Voss. sexto scribitur ante illum. *Magne* &c. Tandem Codices, qui illum versum retinent, mire variant, ut vel ex Bersmanni nota patet. Pro *ne* in Witt. Hulst. meo, & Voss. quarto, ac Edd. quibusdam est *nec*. In Voss. sexto *ut*. pro *populus* exhibet Voss. quart. *quisquam*. *Julum* habet Edito Veneta loco *& Nilum*. pro *haberet* exaratum est, in Regio primo, Voss. sexto, & Omniboni notis *amaret*; in Wittiano, Hulst. Voss. quarto & Amstel. *habebit*. Nequaquam etiam necessarius ad sensum conficiendum est iste versus. Ait Lucanus, Pompeji umbram profuisse ad subjugandam Aegyptum, & ad neci eripiendum Caesarem; quippe qui ejus socer, & quod magis est, Romanus erat contra Aegyptios, jam Romanorum, & Pompeji manium hostes, pugnans. Si tamen vel sic malit quis hunc versum retinere, alia mihi incidit conjectura, qua non minus exoritur sensus perspicuus; atque ita erit distinguendum.

- - - regnum Lagi Romana sub arma
Iret, an eriperet mundo Memphiticus ensis
Victoris, victique caput, (tua profuit Umbra,
Magne, tui socerum rapuere à sanguine Manes)
Nec populus post te Nilum Romanus haberet.

Ut ceteris per parenthesin seclusis jungantur. *an Aegyptii Caesarem quoque interficerent, & pop Rom. non haberet Aegyptum*; deleri tamen hunc versum debere, ego potius arbitror.

9 PARAETONIAM] A monte (portu) Paraetonio, qui est in Aegypti parte, qua Syrtes sunt. SCHOL. *Paretoniam* i. Alexandriam. Scribitur autem *Paretoniam*, non *Parethoniam*. Nam Stephanus Παραιτόνιον, inquit, πόλις πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἣν ἀμμωνίαν καλοῦσιν. i. *Paretonium urbs est non procul ab Alexandria, quam vocant Ammoniam*. sic ille. Non ergo *Emoniam*, aut *Armoniam* scribemus cum Sulp. cum & Straboni libro XVII. *Ammonia* scribatur. Notandum autem *Paretoniam* penul. brevi proferri, cum, si codex sit verus, a Stephano per ω scribatur, sed & *Sidonius* à Marone variatur. VERSELL. Hinc *Paraetonias Syrtes* dixit auctor Lib. III. per ο apud Stephanum legas. per ω apud Strabonem p. 799. Vide ad L. 1, 675.

10

Felix praedo, jacet: terrarum vindice fato
Raptus. sacratis [a] totum spargenda per orbem
Membra viri posuêre adytis: Fortuna pepercit
Manibus, & [b] regni duravit ad ultima fatum.
Nam, [c] sibi libertas [d] umquam si redderet orbem,
Ludibrio servatus erat, non utile mundo
Editus [e] exemplum, terras tot posse sub uno
Esse viro. [f] Macetûm fines, latebrasque suorum
Deseruit, [g] victasque [h] patri despexit Athenas:
Perque Asiae populos fatis urguentibus actus
Humana cum strage ruit, [i] gladiumque per omnes
Exegit gentes: ignotos miscuit amnes,
Persarum Euphraten, Indorum sanguine Gangen:
Terrarum fatale malum, [k] fulmenque, [l] quod omnes

[m]Per-

VARIAE LECTIONES.

a *tantum* VV. LL. Steph. b *fatum d. a. u. regni* Edd. Rom. Parm. Hort. m. c *si l. u. sibi* B. 1. V. 1. d *numquam* B. 1. V. 1. e *exemplo* M. f al. *Macedum*, *Macedon.* g *victas p.* Hort. m. h *patre* Buh. i *gladiosque* A. k *flumenque* M. l *per o.* B. 1.

10 PIGNORE] Scilicet quia Pompejus occisus est. SCHOL.

10 SECUTUS] Scribe auctore MS. P. *secutam* & refer ad urbem, Alexandream nimirum, quae Caesarianam se Pompeji caede probasse videri volebat. GROT. *Ed. sec.* Verissime ita jussit rescribi Grotius. Caesar enim sua signa, quae ducit, sequi non potest. Lucano passim *sequi signa ducis* dicuntur milites, & socii, ut debet. Immo *secutam* exhibent quoque Voss. primus, Regius prim. & Voss. secundus à manu prima.

14 NON SIBI] i. sensit, non sibi Pompejum occisum; non enim pro Caesare nunc laborant, nec ei favent, qui occiderunt Pompejum. SCHOLIAST.

14 TIMOREM] Pulm. unus, Voss. duo, Witt. Buh. & meus habent *pavorem. pavores* vero Pulm. libri tres, Bersm. duo, Voss. unus, Edd. Rom. Parm. & Hortensii margo. non male. sic in plurali *pavores* dixit Lib. I, 521. *Timores* L. I, 459. *falsos pudores induere* Tacit. Lib. IV. Hist. c. 38. & alia crebro.

19 ANTRUM] Alexandri sepulcrum. SCHOL. Σῶμα dictum. GROT. *Ed. pr.* Ut nos docent Strabo, & Suetonius Augusto. Apud Dionem Severo perperam Σῆμα legitur. IDEM. *Ed. tert.* At vide tu Casauboni notas ad Sueton. c. 18. *Conditorium, & corpus Alexandri Magni* i. e. Σῆμα ἢ Σῶμα.

20 PELLAEI] Pella civitas est, ubi Alexander Magnus vel natus, vel nutritus est. SCHOL.

21 PRAEDO JACET TERRARUM] Mscr. tria post *jacet* habent τελείαν. ut sit *fato vindice terrarum*, fato vindicante terras ab eo direptas. BERSM. Arripuit hanc distinctionem Grotius, & jam olim sic interpunxerat Omnibonus, & alii. Cum aliis Editoribus tamen videtur sentire Barthius ad Statii L. II. Silv. c. 7, 94. & in Vossiano primo post *terrarum* liquido distinguitur; ita simpliciter *vindex patriae* L. II, 540. *Terrarum vindice* vel sic nihilominus jungere malim. Ovid. de Hercule Lib. IX. Metam. 241.

- - *timuere Dei pro vindice terrae.*

sed eodem res redit.

23 PEPERCIT] Hoc dicit. quod si libertas ad eos redisset, quos Alexander oppresserat, membra ejus sparsissent ad ludibrium saeviendi; sed nunc fatum (*regni ejus* add. in Voss. sec.) integrum usque ad extrema regni permansit; idcirco non est erutus de sepulcro. SCHOL.

26 NON UTILE] Quia propter cupiditatem adquisivit totum orbem. IDEM.

28 FINES] Msc. *vires*, sed reponit *fines*, quod puto rectius. BERSM.

34 FATALE MALUM] Ipse Alexander erat *ferale malum*. SCHOL.

34 FULMENQUE QUOD OMNES PERCUTERET PARITER POPULUS] Plutarchus de hoc ipso Alexandro:

[a] Percuteret pariter populos, & sidus iniquum
Gentibus. Oceano classes inferre parabat
[b] Exteriore mari. non illi flamma, nec undae,
Nec sterilis Libye, nec Syrticus [c] obstitit Hammon.
Isset in [d] occasus, mundi devexa secutus,
Ambissetque polos, Nilumque à fonte bibisset:
Occurrit suprema dies, naturaque solum
Hunc potuit finem vesano ponere regi:
Qui secum invidia, qua totum [e] ceperat orbem,
Abstulit inperium; nulloque herede relicto,
Totius fati lacerandas praebuit urbes.
Sed cecidit Babylone sua, [f] Parthoque [g] verendus.
Prô pudor! Eoi [h] propius timuere sarisas,
[i] Quam nunc pila timent populi. licet usque sub [k] Arcton

2. Regne-

VARIAE LECTIONES.

a *Persarum* Ed. Ven. b *interiore* Ox. pr. a m. sec. c *obsuit* B. 1. d *occasum* W. V. 2. Edd. pp. male. V. supra. e *possides* Edd. Rom. Parm. Hort. m. f *Parthisque* P. 3. B. 1. R. 2. V. pr. Marp. O. 1. Edd. Rom. Parm. Med. g *timendus* Ed. Ven. h *prius* A. T. *plus tum.* i *& non* A. *quam non* B. 1. k *Arcto* B. 2. R. 2. V. 4. Buh. W. O. 1. A. M. Ed. Ven.

xandro: *ὥσπερ ἀστὴρ φερόμενος καὶ διάττων ἐπὶ δυσμὰς ἐξ ἀνατολῶν.* Et alibi: *τίνι ἄν τις εἰκάσειεν, ἢ πυρὶ κεραυνίῳ μεγίστῳ;* Appianus in Praefatione: *ἡ δὲ Ἀλεξάνδρου μεγέθει τε καὶ πλήθει καὶ εὐτυχίᾳ καὶ ταχυεργίᾳ διαλάμψασα ἡ ἀρχὴ, καὶ ὀλίγου δεῖν εἰς ἄπειρον καὶ ἀμίμητον ἐλθοῦσα, διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ χρόνου προσέοικεν ἀστραπῇ λαμπρᾷ, ἥγε καὶ διαλυθείσης εἰς πολλὰς σατραπείας, ἐπιπλεῖστον ἐξέλαμψε τὰ μέρη.* idque praesignificatum Olympiadis somnio, quae Plutarcho teste videre sibi visa *ἐμπεσεῖν αὐτῆς τῇ γαστρὶ κεραυνόν· ἐκ δὲ τῆς πληγῆς πολὺ πῦρ ἀναφθὲν εἶτα ῥηγνύμενον εἰς φλόγας πάντη φερόμενον διαλυθῆναι:* nec minus clare divino apud Danielem viso & oraculo VIII, 5. & 21. ubi digna lectu quae notat Hieronymus, Historiarum diligens lector. pares ferme notabitis processus & exitus in Attila, & Temirlano. GROT. *Ed. tert.*

35 PARITER POPULOS] *Pariter populos* Mscr. tria etiam metro postulante. Alii (Edd. Rom. Parm. Hort. Pulm. MS.) *populos pariter.* BERSM.

35 ET SIDUS] Barthius loco indicato scribendum putat *ut sidus ὥσπερ ἀστήρ. Sideris more* Plinius Paneg. c. 80. *Tanquam ad sidus* Seneca de Clem. c. 3. *Velut fulmen* Valer. Max. 1, 7, 6. & sexcenties, recte, si simpliciter ponatur. verum quid erit *fulmen, ut sidus?* Nonne hoc ineptissimum? Eodem modo Alexander vocatur *sidus*, ut ante *fulmen.* Caesar vs. 90. dicitur.

- - - - *gentibus aequum*
Sidus.

& apud Valer. L. VI. 9, 15. *clarissimum mundi sidus.* sed haec tralatitia sunt.

36 OCEANO] Alexander voluit per Oceanum navigare, existimans, se eo transitu ad coelum esse venturum, sed divinitus responsum est ei, ut cessaret. SCHOL. *Voss. pr.* At vide Curt. L. IX. c. 9. & illic notas.

38 NEC STERILIS] In Edd. Bad. Paris. Micylli, & Hortensii exhibetur *non*; sed contra MSS. Solet noster saepius *nec* repetere. V. Lib. V, 25, 348, 551. VI, 369. VII, 112. VIII, 160, 471. & ita *neque, neque*, quorum alterutrum forsan non mutandum semper nunc puto. Consule, quae notavi ad L. I, 350. sic tamen scribendum vs. 471.

Sed neque ius mundi valuit, nec foedera sancta.

Virgil. II. Aen. in med.

- - - *nec claustra neque ulli.*

dein scripsissem ego *totum qua.*

43 INVIDIA] Alexander sicut se vivo alium quam se Orbi imperare passus non est; quo illud spectat, quod negaverat caelum duos soles pati posse: ita moriens quoque uni non reliquit imperium, velut invidens alteri tantam magnitudinem. GROT.

44 NULLOQUE HEREDE RELICTO] Curtius. *Sine*

Regnemus, [a] Zephyrique domos, terrasque premamus
Flagrantis post terga Noti; cedemus [b] in [c] ortus
Arsacidûm domino. [d] non felix Parthia Crassis
Exiguae secura fuit provincia Pellae.
[e] Jam Pelusiaco veniens à [f] gurgite Nili
Rex puer, inbellis populi sedaverat iras,
Obside quo pacis Pellaea tutus in aula
Caesar erat: cum se prava Cleopatra biremi,
Corrupto custode Phari laxare catenas,
[g] Intulit Emathiis, ignaro Caesare, tectis;
[h] Dedecus Aegypti, [i] Latii feralis Erinnys,
Romano non casta malo. quantum inpulit Argos,
Iliacasque [k] domos [l] facie Spartana nocenti,
[m] Hesperios [n] auxit tantum Cleopatra furores.

Terruit

VARIAE LECTIONES.

a *Zephyrosque* Hort. m. b *ad* B. 2. V. 1. Marp. O. 1. A. c *ortum* R. pr. V. pr. *ortu* W. d *nos* R. 2. e *jamque* A. *jamque Pelusina* B. 1. f *litore* A. g *impulit* VV. LL. Steph. h *o decus* O. 1. i al *Latio*. k *manus* V. 1. a m. pr. l *facies nocentis* V. sec. m *Hesperiosque* M. n *hausit* V. 1. & M. a m. pr. Ed. Rom.)

certo regis haerede, sine haerede regni, publicas vires ad se quemque tracturum. GROT. *Ed. tert.*

45 LACERANDAS] Ut unusquisque sibi singulas urbes vindicet. SCHOL. Quidam jungunt *herede fati*: ut dicitur *heres fortunae*, *funeris* &c.

47 SARISSAS] In antiquioribus Mstis omnibus, ut Regio pr. Voss. pr. sec. tert. & Wittiano scribitur *Sarisas*, unico *S*. V. Dausq. Orthogr. p. II. p. 279. Ita supra quoque L. VIII, 298.

50 CEDEMUS] Sic reposuit Grotius, ut est in uno Pulm. Regio pr. Voss. quinque, Oxoniensibus, Marp. Huist. aliisque, & Ed. Romana. vulgo erat *cedamus*. Male autem per *Arsacidum dominum* intelligunt Interpretes, Omnibono excepto, Parthorum regem: cum innuat auctor Alexandrum victorem, & dominum Arsacidûm, sive regum Parthorum: quia ille eos debellaverat; Romani vero, ut Crassorum exemplo patet, ab illis erant repulsi.

52 SECURA FUIT PROVINCIA] Parthia, quae de Crassis triumphavit, Macedonibus paruit, quorum oppidum Pella. GROT. Nullo sensu Bersmannus intellexit Macedoniam tutam à saevitia Parthorum.

57 LAXARE CATENAS] Infinitivum ponit pro gerundio, ut jam plus semel monuimus; non male tamen Wittianus Codex exhibet *laxata catenas* i. catenis soluta: quod facile hic praeferrem, si plures addicerent MSS.

58 EMATHIIS] *Emathiis tectis* posuit, non quod est in Emathia, sed quia de Emathiis campis venerat Caesar sub Pharia tecta. SCHOL. Alexandrinis; quia Alexandrea à Macedone condita & dicta. Pari metalepsi mox *Pellaei muri* eandem urbem significant. GROT. Recte Grotius *Emathia tecta* Alexandriam capit. Ceteri omnes *Caesarianam domum*, quia erat victor in Emathia.

59 LATII FERALIS ERINNYS] Sunt, qui legunt *Latio*: quod quidem per se rectum esset; sed quia praecessit *Aegypti*, malim subdere *Latii*. VERSELL. *Latio feralis*. Allusit ad illud Virgil. de Helena.

Trojae & patriae communis Erinnys.

Furia & eversio Latii. HORTENS. Secutus auctoritatem Mstorum hoc loco *Latii* reposui. Est enim in tribus Pulm. & Bersm. Regio pr. Buher. Witt. Voss. pr. sec. tert. aliisque multis, & Editionibus Sulpitianam praecedentibus.

60 ROMANO MALO] Quia propter illam postea proeliatus est Augustus cum Antonio. SCHOL. Propertio dicitur L. III, 9.

- - - *incesti meretrix regina Canopi:*

In elegia, qua Mecaenatis defletur obitus, est:

Hic modo miles erat, ne posset femina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.

GROT. *Ed. tert.*

61

Terruit [a] illa suo, si fas, Capitolia sistro,
Et Romana petît inbelli signa Canopo,
Caesare captivo Pharios ductura triumphos:
Leucadioque fuit dubius sub gurgite casus,
An mundum ne nostra quidem matrona teneret.
Hoc animi nox illa dedit, quae prima cubili
Miscuit incestam ducibus Ptolemaïda nostris.
Quis tibi vesani veniam non donet amoris,
Antoni? [b] durum cum Caesaris [c] hauserit [d] ignes
Pectus, & in media [e] rabie, medioque furore,
Et Pompejanis habitata manibus aula,
Sanguine Thessalicae [f] cladis [g] perfusus adulter
[h] Admisit Venerem curis, & miscuit armis
Inlicitosque toros, & non ex conjuge [i] partus.

Prô pu-

VARIAE LECTIONES.

a *ipsa* B. 1. b *dirum* Ed. Hort. c *auxerit* V. 1. d *ignis* Ed. Grot. & seqq. e *Libye* V. 1. f *caedis* O. 1. g *profusus* A. *percussus* Hort. m. h *Ad Venerem misit curas* B. 1. *Adm. V. curas emiscuit* W. i *natos* B. 1.

61 ILIACASQUE] MSS. duo Pulm. & Voss. quart. cum Editione Veneta exhibent *Iliadumque*, non inepte; sed velim, in melioribus id legatur Codicibus. *Iliacas manus*, *Iliacos muros*, dicit auctor L. III, 211. VI, 48.

62 CLEOPATRA] Venit enim in concubitus Caesaris, & Antonii. SCHOL.

63 TERRUIT] De Cleopatra Propert. L. III, 9, 41.

Ausa Jovi nostro latrantem obponere Anubin,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas.
Romanamque tubam crepitanti pellere sistro,
Baridos & contis rostra Liburna sequi;
Foedaque Tarpejo conopea tendere saxo &c.

63 FAS] Sc. est dicere. SCHOL.

65 CAESARE CAPTIVO] Nam amore ejus Caesar captus est, & pene illa de eo, & Pompeji morte triumphavit. IDEM.

67 AN MUNDUM NE NOSTRA QUIDEM] Clara lectio, quae explicatione non eget; sed monendum, in Vossiano secundo scribi *in medium*, cum Glossa *in commune*. pro *ne* in Regio primo est *anne*. Vossianus tertius *eadem* exhibet pro *quidem*. Ed. Ven. *an nondum nec n.* Locum sanum puto; sed ex his variationibus conjicere quis posset, num legi debeat.

Leucadioque fuit dubius sub gurgite casus
In medium, ne nostra orbem m. teneret.

Vide ad L. 1, 88.

- - - - *orbemque tenere*
In medium.

ex quo loco forsan huc inrepsit. Dein malunt alii scribere cum quibusdam Codicibus, & Edd. primis *Ptolemaeida*, vel *Ptolemeida*, quam *Ptolemaida*. Nec aliter edidit Sirmondus in Sidonio Apoll. Carm. V, 460. VII, 95.

Incestam vacuat patrio Ptolemaïda regno.

Sed veterrimi *Ptolemaïda*, ut restituit Grotius, praeferunt. sicut a Θηβαΐος Θηβαῒς, ita à Πτολεμαΐος, Πτολεμαῒς.

71 HAUSERIT IGNIS PECTUS] Primus, quod sciam, hoc modo edidit Grotius, quod confirmatur MSto uno Bersm. & meis quam plurimis. Non male. Virgil. III. Georg. 105.

- - - *exsultantiaque haurit*
Corda favor.

Stat. L. 1. Theb. 537.

- - - *pallorque ruborque*
Purpureas hausere genas.

Haustus medullis Hannibal Silio L. 1, 345. & similia saepe. Verum cum optimi Codd. Regius prim. & Vossian. prim. ac quart. cum aliis, ceterisque Editionibus retineant *ignes*, nihil mutare erat necesse. Ovidius L. X. Metam. 252.

- - - - - *Haurit*
Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.

Clau-

Prô pudor! oblitus Magni, tibi, Julia, fratres
Obſcoena de matre dedit; parteſque fugatas
Paſſus in extremis Libyae coaleſcere regnis,
Tempora Niliaco turpis [a] dependit [b] amori;
Dum donare Pharon, dum [c] non ſibi vincere mavult.
Quem, formae confiſa ſuae, Cleopatra ſine ullis
Triſtis adit lacrimis, ſimulatum comta dolorem,
[d] Qua decuit, veluti laceros [e] diſperſa capillos;
Et ſic orſa loqui: Si qua [f] eſt, ô maxime Caeſar,
Nobilitas, Pharii proles clariſſima Lagi,
Exſul in [g] aeternum ſceptris [h] depulſa [i] paternis,
[k] Si tua [l] reſtituat veteri me dextera fato,
[m] Complector regina pedes. [n] tu gentibus aequum
Sidus ades noſtris. non urbes [o] prima tenebo

Femina

VARIAE LECTIONES.

a *deprendis* VV. LL. Steph. A. Ed. Ven. *dependat* V. 2. Buh. b *amoris* A. *amore* Bub. a m. pr. c *ne* B. 1. d vulgo *quam* & *quem*. e *disparsa* Ed. Ven. f *est mi, o.* P. 1. Edd. Rom. Parm. g *externum* B. 1. h *expulsa* B. 1. V. 1. O. 1. M. i *parentis* B. 1. k *ni* B. 1. l *restituit* B. 1. V. 2. *restitues* W. m Edd. qdd. *complectar*. n *tangentibus* B. 1. o *sola* P. 1.

Claudian. Epithal. Honor. vſ. 1.

Hauserat insolitos promissae virginis ignes
Augustus.

Ipſe noſter vſ. 363.

Hauserit obscoenum titulo pietatis amorem.

74 Thessalicae] Mſc. *Thessalias*, male. BERSMANN. Non adeo male, ut putat Berſmannus, *Thessalius* adjective ſcribi, monuimus aliquoties ſupra. Dein *Libyae* MSS. mei praeter unum, aut alterum, & Edd. Rom. ac Parm., non *Libyes*, hoc loco rectius.

82 Sine ullis Tristis adit lacrimis] In Editione Mediolanenſi excuſum eſt *sine ullo*, quod placet cuidam viro docto, ut diſtinguamus.

- - - - - - *sine ullo*
Tristis adit, lacrimis simulatum &c.

Verum ſine ullo comite Caeſarem Cleopatra non adiit: nam teſte Plutarcho p. 731. Ed. Par. ſecum habuit amicum Apollodorum Siculum. Immo contrarium eſt Lucani ſcopo, qui dicit, Cleopatram triſtem adiiſſe quidem Caeſarem, ſed ſine ulla lacrimarum profuſione. Obſtitiſſet id formae, qua confidebat. Alio itaque modo ſimulabat dolorem, ſed comto, & concinno, quatenus ejus formam decuit; veluti neglecta, & ſoluta coma, qua ex more lugubri adiit Caeſarem, ſed ſine lacrimis. Hic verus hujus elegantis loci ſenſus, haec mens Lucani. Ovid. L. III. Art. Amat. 153.

Et neglecta decet multas coma.

84 Quem decuit]. Ita rectius. alias *quam*. GROT. *Ed. pr.* MS. P. *quam decuit.* ut ſit admirantis. IDEM. *Ed. sec.* *Quam* ediderunt ante Grotium, quod eſt in vetuſtioribus MSS. ſunt tamen Codd. qui etiam ſcribunt *quem*. Sed neutrum valet. Legendum eſt, ut repoſui, *qua* auctoritate veterrimi Regii primi, Voſſiani quinti, & Editionis Venetae. *Qua* i. e. quantum, ut exponunt Gloſſae; quatenus. Vide Ill. Heinſ. ad Ovid. Heroid. Ep. x, 53.

Et tua, qua possum, pro te vestigia tango.

Cl. Burmann. ad Vellej. L. II, 37. *Qua Luculli armis erat infractus.* Infra vſ. 286. ubi eodem modo depravatum erat.

Qua deus undarum celator, Nile tuarum,
Te mihi nosse dedit.

88 Dextera] Ex unico ſuo Codice Barthius Adverſ. Lib. XI. c. 10. praefert *gratia*, non quidem male. Vereor tamen, ne ex aliquo Scholio, vel gloſſa nata ſit haec lectio.

90 Non prima] Ne feminae negetur imperium, dicit, hunc ſexum ſolere regnare. SCHOL.

91 Nullo discrimine] Hoc dicit. Non aliquid inter ſexum diſtat, aut intereſt, ſed Aegyptii ſic

Femina Niliacas: nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre [a] Pharos. lege summa peremti
Verba patris, qui jura mihi communia regni,
Et thalami cum fratre dedit. puer [b] ipse sororem,
[c] Sit modo liber, [d] amat: sed habet sub [e] jure Pothini
Adfectus, ensesque suos. [f] nil ipsa paterni
Juris [g] inire peto: culpa, tantoque pudore
Solve domum: remove funesta satellitis arma,
Et [h] regem regnare jube. [i] quantosne [k] tumores
Mente gerit famulus, Magni cervice [l] revulsa!
Jam tibi (sed procul hoc [m] avertant fata) [n] minatur.
Sat fuit indignum, Caesar, mundoque tibique,
Pompejum facinus meritumque fuisse Pothini.
[o] Nequidquam duras tentasset Caesaris aures:

Vul-

VARIAE LECTIONES.

a *Pharus* V. sec. b *ille* B. 1. c *si* P. A. 1. M. Edd. Rom. Parm. aliaeque. *sic* H. d vulgo *amet*. e *jura* R. 1. A. Buh. a m. pr. Edd. Rom. Parm. f *nihil* B. 1. R. pr. A. g vulgo *habere*. h *regnum* Ed. Ven. i *tantosne* B. 1. V. 1. *quantosve* B. 1. A. V. ad L. VII, 301. k *furores* R. 1. M. l *recisa* Marp. pro var. lect. m *avertite* Edd. Prim. Parm. Hort. m. n *minantur* A. M. Ed. Ven. o *nequiquam* P. 1. V. sec. pr. & Buh. a m. sec. V. supra *nec quicquam* B. 1. V. 1. Ed. Br. *nequicquid* Ed. Rom.

sic reginis obsequuntur, ut regibus. SCHOL.

92 SCIT FERRE PHAROS] In Edd. Rom. Parm. Med. & Aldina excusum est *sit*. in Voss. tertio exaratur *Pharon*. Quasi diceret; liceat (V. ad L. II, 81.) Pharon ferre reginam. Verum recte se habet vulgatum. Non rogat, ut hoc liceat, sed docet, hoc apud Aegyptios moris esse, & ex Historia patet. *Scit ferre* Annaeae genti est locutio familiaris. Ante jam habuimus, *scire mori*, *nescit servire*, & similia.

92 SUMMA VERBA] Testamentum scilicet patris offert. SCHOL.

94 THALAMI] Ibidem Barthius ex Msto suo scribi vult *Thalamos*. Et certe ita habent variae lectiones Steph. unus Pulm. quatuor Bersm. & mei duodecim, etiam optimae quidam notae cum Edd. Rom. Parm. aliisque. Vulgatum tamen praefero ut efficacius cum Regio primo, Buher. Voss. quarto, & Oxon. primo. *Jura communia thalami*, ut apud Ovidium non semel *socii jura tori*, & apud quos non? Hinc *Sociales*, & *conjugales dii*.

94 CUM FRATRE] Voluit, ut fratres matrimonio jungerentur. Ideo & hanc supra dicit *incestam*. SCHOL.

95 AMAT] Hunc modum Lucano restitui, in qua major inest confidentia, Cleopatrae verbis digna: nec aliter legitur in MSS. quinque Pulm. tribus Bersm., meis vetustioribus undecim, & Edd., quae Ascensiana priores sunt. Ceteri dederunt *amet*. L. VIII, 635. *natus conjuxque peremtum, si mirantur, amant*.

95 SIT MODO LIBER] Dicit, Ptolemaeum in sua potestate non esse: nam amaret sororem, si non alii obsequeretur. Est enim in Pothini locatus arbitrio. Hic est, qui Pompejum peremit. Interim terret & Caesarem, si facturus est Ptolemaeus, quidquid Pothinus exegerit. SCHOL.

96 ADFECTUS] Ut aliquem aut persequatur, aut diligat. IDEM.

96 NIL I. P. JURIS HABERE PETO] Mscr. *inire*. Intelligit autem possessionem hereditariam regni. BERSM. Variae Lectiones Steph. tres Pulm. MSS. Voss. prim. sec. quart. quint. Regius uterque, Buher. Oxon. prim. exhibent *inire*; de cujus lectionis veritate non dubito. *inire* est, adire, arripere, & manus in hereditatem sibi debitam injicere. nam vulgata lectio *habere* nimis aperte Glossam sapit. in Voss. sexto scribitur *juris nil repete*. in Ed. Ven. *j. nunc repeto*.

98 REMOVE] Hoc solum petit, ut Pothinus intereat. SCHOL.

99 TUMORES] Mscr. tria (Amst. Marp.) *timores*: perperam. BERSM.

103 FACINUS MERITUMQUE] Quod ait Virgilius.

 Nec

Vultus adest precibus, [a] faciesque incesta perorat.
Exigit [b] infandam corrupto [c] judice noctem.
Pax ubi parta duci, donisque ingentibus emta [d] est,
Excepêre epulae tantarum gaudia rerum:
[e] Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu,
Nondum translatos Romana in secula, luxus.
Ipse locus templi, quod vix corruptior aetas
Exstruat, instar erat; laqueataque tecta ferebant
Divitias, crassumque trabes absconderat aurum.
[f] Nec summis [g] crustata domus, [h] sectisque nitebat

Mar-

Variae Lectiones.

a *facies inc.* H. b *infaustam* Edd. Rom. Parm. Hort. m. c *Caesare* B. 1. Voss. pr. sec. Marp. W. a m. pr. Edd. pp. d deest in B. V. sec. A. non male. e *exhibuitque* R. pr. f *non* B. 1. g *cristata* M. *scrutata* Buh. a m. pr. Ed. Ven. h *sectisve* A.

Nec Drances potius sive est haec ira Deorum,
Morte luat; sive est virtus, & gloria, tollat.

Et hoc dolet, in morte Pompeji vel facinus Pothini esse vel laudem. SCHOL.

103 Pothini] Ita ubique scribendum hoc nomen, non ut ante fuit Photini. Nam Graecum est Ποθεινὸς, non Φωτεινὸς, quod & lex versuum repudiat. GROT. *Ed. sec.* V. ad L. VIII.

105 Faciesque incesta] His verbis Lucanus non dicit, Caesarem Cleopatram ideo in regnum restituisse, quia erat *incesta*, ut putat Marklandus Epist. Crit. p. 78. & propterea mutat in *ingesta*. i. facies, quae se ingessit Caesari. Frustra. Simpliciter dicit auctor vultum, & formosam faciem, ac fucatam Cleopatrae incestae, sicut passim vocatur, perorasse, & movisse Caesarem, quem verba sola non movissent.

106 Exigit] Sive facies incesta, sive Cleopatra. SCHOL.

107 Pax ubi parta duci] Fateor, me hoc parum intelligere. Per *ducem* vulgo intelligunt Ptolemaeum, cui Cleopatra à Caesare pacem procuraverit; sed eam sibi potius peperit, quam fratri, ut satis patet ex historia. Dein tam simpliciter posita vox *dux* pro rege, num Latina sit, dubito. Quapropter ego malim Caesarem intelligere, & non legere *parta*, sed *pacta*, ut est in uno Bersm. ubi Caesar pepigit pacem, quae emta est à Cleopatra donis ingentibus, vel potius cum Orvillio meo scribere *ducis*; ubi pax ducis, ejusque gratia à Cleopatra parta, & emta est donis ingentibus: quamquam & sic ad utrumque tam Ptolemaeum, quam Cleopatram potest referri. Tunc temporis enim Caesar pacem quoque fecit inter illos ea lege, ut Cleopatra consors esset regni &c. Vide Plutarchum, Caesarem, & alios.

108 Epulae tantarum gaudia rerum] In Vossiano secundo pro varia lect. additur *positarum*, quod suprascriptum est in Voss. primo, & videtur antea lectum fuisse, sed deletum esse in sexto. *Epulae positarum rerum* essent adpositae epulae, ut crebro verbum *poni* adhibetur in mensae, & ferculorum descriptione. Consule Passerat. ad Propert. p. 545. Gebhard. ad eumdem L. II, 2, 27. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 351. & alios. Putem tamen potius, si quid hoc loco mutandum est, *positarum* esse corruptum ex veriori lectione *pactarum*. *Gaudia rerum pactarum* est laetitia, quam capiebant ex pace, ceterisque rebus inter ipsos pactis. De qua voce passivo sensu multa congessit Heins. ad Vellej. Lib. II, 65. Perperam autem Badius construit *epulae, gaudia rerum t.* per adpositionem, *excepere* scilicet convivas. Auctoris sensus est, epulas excepisse gaudia, sive secutas esse post gaudia. Hoc enim notat excipere. ut *excipit diem nox* apud Phaedr. aliaque, de quibus vide ad L. II, 429.

112 Extruet] Msc. tria *extruat*, non inscite. PERSM. *Exstruat* habent Pulm. & mei MSS. plurimi cum Edd. primis, Sulp. Aldi. Grotii aliisque recte.

114 Crustata] Vide super hoc loco Briosium Epist. p. 147. de Hebeni patria Vadian. in Melam p. 210. Cerd. in Virgil. T. I. p. 205. BROUKHUS.

115 Stabatque sibi non segnis Achates] Sibi stabat ad firmitatem positus, non ad ornatum: nam segnis tunc est, cum parietes vestit; non, cum ipse sit paries. SCHOL. Posita autem est copulativa conjunctio pro adversativa: Ut sit: *Stabatque sibi* &c. pro, *Sed stabat sibi*, quod est, pro

Marmoribus: ſtabatque [a] ſibi non ſegnis achates,
Purpureuſque lapis, totaque effuſus in aula
Calcabatur Onyx: ebenus Mareotica vaſtos
Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore [b] vili
Auxilium, non forma domus. ebur atria veſtit,
Et [c] ſubfecta manu foribus teſtudinis Indae
Terga ſedent, [d] crebro [e] maculas diſtincta Zmaragdo.
[f] Fulcit gemma toros, & Iaſpide fulva ſupellex:
Strata micant, Tyrio quorum pars maxima [g] fuco
Cocta diu, virus [h] non uno [i] duxit [k] aheno;

Pars

VARIAE LECTIONES.

a *diu* A. *ſui* O. 1. b *Nili* MSS. & Edd. qdd. c vulgo *ſuffixa.* d *crebris maculis* Hort. m. e *maculis* MSS. & Edd. qdd. vitioſe. f vulgo *fulget g. toris.* g vulgo *ſucco.* h *uno non* M. i *traxit* V. ſec. pro var. lect. k *aëno* MSS.

pro ſe ac ſolidus, non alteri inſertus, aut parieti incruſtatus, hoc eſt, non ornandi gratia, atque ocioſe, ſed ut eſſet ſolida columna, & pars aedificii integra &c. MICYLL. Ex patrui Senecae verbis adumbraſſe auctorem ſua liquet; cum legimus Lib. IV. de Benef. c. 6. *Domicilium, in quo vides non tenues cruſtas, & ipſa, qua ſecantur, lamina graciliores, ſed integras lapidis pretioſiſſimi moles, ſed totas variae diſtinctaeque materiae, cujus tu parvula fruſta miraris, tectum vero aliter nocte, aliter interdiu fulgens &c.*

117 EBENUS MAREOTICA] Atqui non à Mareotide, ſed à Meroe ebenus. infra 303.

- - - *nigris Meroe foecunda colonis,*
Laeta comis ebeni.

Idem teſtatur Plinius lib. XII. itaque *Meroetica*, aut potius *Meroitica*, (eſt enim à Meroë μεροίτης, ab hoc μεροιτικός) legendum hic cenſet decus ſeculi Salmaſius, quanquam, ut is ipſe recte obſervat, jam Servii aetate haec menda Lucani codices obſedit. GROT. *Ed. tert.* Ebenum in India, & Aethiopia naſci, non in Aegypto, tradunt auctores, & ipſe noſter; quare omnino malim cum Grotio, Salmaſio Plin. Exercit. p. 274. Bocharto Phaleg. L. IV. c. 26. & Cupero Obſerv. L. IV. c. 7. *Meroetica*, vel *Meroitica* à Meroe Aethiopica ſcribere, invitis licet MSS. & Servio ad Lib II. Georg. 116. & Iſidoro Lib. XVII. Orig. c. 7. qui *Mareotica* citant. *Mareotida* in Oxon. utroque, meo, & Ed. Romana. *Maretonita* in Hulſt. Cod.

119 AUXILIUM] Ut magnitudine ſua ſuſtentaret potius, quam ornaret. SCHOL.

120 SUBFIXA MANU &c.] Mſcr. tria *ſuffecta*, & unum ad marg. *ſuffulta* quart. *at ſuffecta.* BURMANN. In regio uno, & meo eſt *ſubnixa.* In Voſſ. ſexto, & Buher. & Regio primo *ſuffitta*; ſed in duobus illis corr. *ſuffixa:* ut vulgo editur; & ſatis probum eſt. Seneca Hippol. 496.

- - - *mille non quaerit tegi*
Dives columnis; nec trabes multo inſolens
Suffigit auro.

Utitur hac voce, ſed in alia re, noſter quoque L. VIII, 684. IX, 328. At reliqui MSS. mei, tres Pulm. & Hortenſ. margo ſcribunt *ſuffecta* i. e. ſuper inpoſita foribus manu artificis variegata teſtudinis terga, atque ita è ſuis Codicibus legendum jam monuit N. Heinſius ad Claudian. R. Proſ. L. I, 243.

Atria veſtit ebur: trabibus ſolidatur aënis
Culmen, & in celſas ſurgunt electra columnas.

Suffici pro infici, colorari adhibent Virgilius, & Valerius Flaccus.

121 CREBRO MACULAS DISTINCTA ZMARAGDO] Vitioſe apud Servium ad Virgil. Georg. II, 463.

Nec varios inhiant pulcra teſtudine poſtes.

editur *Indi*, & *fulvo* pro *crebro.* *Crebra* in feminino genere habent unus Berſm. Cod. & Amſtel. cum Edd. Badi, Verſell. Parif. Mic. & Hortenſ. Nec aliter ex uno Codice ſcribi jubet idem Heinſius ad Claudian. VI. Conſ. Honor. 563. à quo & Ovidio L. II. Metam. 24. *Zmaragdum* feminino genere uſurpatum putat. Mihi non liquet. *crebras mac.* eſt in Hulſt. Cod. ſcripſi autem *Zmaragdo* per Z cum Cel. Burmanno, & multis aliis viris doctis (vide ad L. IX, 984.) quidquid obloquatur Priſcianus, qui per hunc ipſum locum fruſtra vult oſtendere, *Smaragdum* eſſe exarandum per S:

quia

Pars auro plumata nitet; pars ignea [a] cocco,
Ut mos est Phariis miscendi licia telis.
[b] Tunc famulae [c] numerus turbae, populusque minister,
Discolor hos sanguis, alios distinxerat [d] aetas:
Haec [e] Libycos, pars tam [f] flavos gerit altera crines,
Ut [g] nullis Caesar Rheni se dicat in arvis
Tam [h] rutilas vidisse comas: pars sanguinis usti
[i] Torta caput, refugosque gerens à fronte capillos.
Nec non infelix ferro mollita juventus,

Atque

VARIAE LECTIONES.

a *croco* O. 1. M. b al. *tum.* c *nurus* O. 1. d *ostrum* B. 1. e al. *Libycos pars*, *t.* f *fulvos* B. 1. g vulgo *nullas.* h *nitidas* V. sec. Buh. Ed. Hort. male. i *tosta* Voss. pr. sed corr.

quia aliter praecedens syllaba non posset esse brevis.

122 FULGET GEMMA TORIS ET IASPIDE] Sic vulgo hic locus editur; non quidem male, languide tamen. Superbius vero, & huic insolenti opulentiae convenientius exhibent praestantissimi Voss. prim. secund. & Regius primus.

Fulcit gemma toros.

Indicat, fulcra & pedes fuisse ex gemma solida, vel gemmis saltem contextos. Atque ita olim legisse Omnibonum, patet ex ejus nota: scribit enim *Fulcit, sustinet; fulcra ex gemma habuisse dicit toros: nam fulcire est sustinere.* Vulgatum tamen legitur hodie apud Priscianum quoque col. 838.

123 STRATA &c.

Hic torus, Assyrio, cujus pars maxima succo
Strata micant, Tyrio quorum pars maxima lentum
Cocta diu virus non uno duxit aheno.

Sic legit Sulpitius: alii non legunt versum *hic torus* &c. Sed sequentes sic.

Strata micant, Tyrio quorum pars maxima succo
Cocta diu &c.

ASCENS. Beroaldus etiam videtur legere *fuco Tyrio* i. e. tinctura, quae purpura est. VERSELLAN. Duplex hujus loci lectio est. Altera, quae sic habet:

Hic torus, Assyrio cujus pars maxima succo
Strata micant Tyrio, quorum pars maxima lentum
Cocta diu virus non uno duxit aheno.

Et hanc uterque Interpres (Omnib. & Sulpit.) secutus videtur. Uterque enim de Assyria purpura meminit. Altera autem haud dubie sincerior, ac verior. hoc modo:

Strata micant, Tyrio quorum pars maxima succo
Cocta, diu virus non uno duxit aheno.

Sublato alterius versus priore commate, & alterius posteriore. Hanc nos secuti sumus. MICYLLUS. In Msc. tribus ante hunc versum hic reperitur.

Hic torus, Assyrio cujus pars maxima succo
Strata micant Tyrio, quorum pars maxima lentum
Cocta diu virus.

Uterque interpres hanc lectionem secutus est, exponens de purpura Assyria: Sed Micyllus alteram. BERSM. Mire hic locus in Mstis etiam vetustissimis variatur, transponitur, & interpolatur: unde quis duplici modo hunc quoque relictum ab auctore opinari possit, deinde, si licuisset, electuro versum maxime sibi adridentem. Ne autem nimius sim in enotandis variis lectionibus, sciat lector, in Wittiano, Vossianis optimis, Regiis, & aliis quam plurimis addi hunc versum.

Hic torus, Assyrio, cujus (*cui* Reg. pr.) *pars maxima fuco.*

& dein pro *succo* in nonnullis esse *lentum* cum Omniboni Editionibus. *Suco*, vel *fuco* habent optimi plerique, & Edd. Rom. ac Parm. ut recte Beroaldus, ac Hortensius praeferunt, & Heinsius ad Claudian. L. 1. in Rufin. 208.

- - - *rapiunt Tyrios ibi vellera fucos.*

Hinc Virgil. L. 11. Georg. 11, 465.

Assyrio fucatur lana veneno.

Sidon. Apollin. c. XIII, 26.

Sic te Sidonio recocta fuco.

& Carm. XV, 128. *cujus* & *fucco* est apud Lutat. ad Stat. Theb. VI, 541. Dubitat autem loco citato Heinsius quoque, quem versum ex his duobus praeferat. quia purpura passim tam *Assyria*, quam *Tyria* vocatur. Putem tamen ego, postquam diu

me

Atque exsecta virum. stat contra fortior aetas,
Vix ulla fuscante tamen lanugine malas.
Discubuêre [a] illic reges, majorque potestas
Caesar: [b] & inmodice [c] formam [d] fucata nocentem,
Nec [e] sceptris contenta suis, nec fratre marito,
Plena maris rubri spoliis, colloque, comisque
Divitias Cleopatra [f] gerit, cultuque laborat.
Candida Sidonio perlucent pectora filo,
Quod Nilotis acus [g] percussum pectine Serum
Solvit,

Variae Lectiones.

a *toris* vulgo. b Fortasse leg. *at*. c *faciem* Hort. m. d *fuscata* VV. LL. Steph. P. 4. B. 3. mei 4. Hort. m. e *sceptro suo* B. 1. *sceptro suis* V. 1. deest hic versus in meo. f *tulit* VV. LL. Steph. *regis* V. 1. g vulgo *compressum*. *comprensum* M. *compressum est* B. 1.

me torserim, veram hujus loci lectionem reperisse; hoc modo.

Fulcit gemma toros, & iaspide fulva supellex,
Strata toris, Tyrio cujus pars maxima fuco &c.

Consideret mecum lector, ni ita legamus, auctorem non dicere, qualem intelligat supellectilem; dein *torus*, & *cujus* esse in MSS. optimis, & Lutatio, & nimis abrupte quoque dici, ut est in vulgatis, *Strata micant*. praeterea *toris*, ex hoc versu videtur inrepsisse in praecedentem, ubi debere legi *toros* vidimus. Judicet lector, & fateatur mecum, ita certe optime scripturum fuisse Lucanum; si non adsentiatur lectioni, quae majore luce non eget. Prius credideram, reponendum esse *supellex, ac strata, Assyrio quorum p.*

123 Socco] L. *fuco*, non *succo*. *Cocta diu* hic versus deest in vetusto Cod. HORTENS.

125 Plumata] In plumae speciem diverso colore distinctam. SCHOL.

125 Ignea cocco] Male in Amstel. est *altera cocco*. in Marp. *plurima*. Vide Cel. Burm. ad Val. Flacc. II, 342.

Tyrio vibrat torus igneus ostro.

128 Sanguis aetas] Seneca de vitae Brevit. c. 12. *vinctorum greges in aetatum & colorum paria diducis. turba ministri gregis*, & *greges famulae turbae*, ad mensam quoque tum apud alios, tum Silium L. XII, 277. XIII, 360. Joseph. L. XII. Antiq. & L. XV. c. 7.

128 Distinxerat] *Distrinxerat* Msc. (*disjunxerat* Oxon. unus) vitiose. BERSM.

130 Nullis] Ita reposui ex Stephani, quatuor Pulm. omnibus Bersm. & meis decem MSS. ac Edd. Parm. & Mediol. pro vulgato *nullas*. Dein pro *arvis* doctissimo Broukhusio placet rescribere *oris* ad Tibull. L. I. El. 6, 8. atque ita inveni in solo Hulst. Cod. Mallem, si quid mutandum est, legere *undis*, ut testatur Bersmannus esse in suorum MSS. uno ad marginem. Consule, quae notavi ad L. VIII, 862.

131 Usti] Mauros dicit. *Exsecta virum* i. virile membrum, castrata. Eunuchos dicit. SCHOLIAST.

133 Ferro mollita] Claudian. L. I. in Eutrop. 48.

- - - - *mucrone recisos*
Edoctus mollire mares.

ubi vide.

135 Fuscante] Voss. pr. & Regius uterque habent *fuscata*. quod reciperem, nisi sequeretur *fucata*. Contra L. VIII. 717. pro *stimulata* in MSS. est *stimulante*. Dein Steph. Pulm. Bersm. & duodecim MSS. mei scribunt *discubuere illic reges*, non *toris*: quod pro glossa adjectum fuisse prius videtur.

135 Lanugine] *Fuligine* Msc. minus probe. BERSM.

139 Maris rubri spoliis] In mari enim rubro sunt conchae, in quibus margaritae nascuntur. SCHOL.

140 Laborat] Onus enim facit magnitudo gemmarum. IDEM. Nimio cultu gravatur. V. Briosius Epist. p. 145. BROUKHUS.

141 Sidonio perlucent pectora filo] Perlucent serico tenui, quod prius dense textum accurate factum erat, intelligitque Sindonem, hoc est, tenuem illam purpuram, de qua Martialis: *Cultus Sindone non quotidiana*. SULPIT. Et libro quarto de Endromide Sequanica idem Mart.

Hanc tibi Sequanicae pinguem textricis alumnam,
Quae Lacedaemonium barbara nomen habet.
Sordida, sed gelido non aspernanda decembri,

 Dona

Solvit, & [a] extenso laxavit stamina velo.
Dentibus [b] hîc niveis, [c] sectos [d] Atlantide silva,
Imposuêre orbes, quales ad Caesaris ora
Nec capto venêre Juba. prô caecus, & amens
Ambitione furor, civilia bella [e] gerenti
Divitias aperire suas, incendere mentem
Hospitis armati! [f] non sit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi [g] quaesisse [h] ruina:
Pone duces [i] priscos, & nomina pauperis aevi,
Fabricios, Curiosque graves: [k] hîc ille recumbat

Sordidus

VARIAE LECTIONES.

a *expanso* VV. LL. Steph. *expenso* V. 1. Ed. Rom. *ex denso* V. 1. Buh. a m. sec. *extemplo* B. 1. *accenso* M. b *hinc* V. 1. c *sectas* V. 1. a m. pr. d *in Atlantida* R. 1. e *gerentem* A. f *nam scit* W. V. 1. *jam non* A. *Non sic* Hort. m. M. g *pressisse* P. 1. h *ruinam* H. i al. *primos* V. Burm. ad Ovid. Met. v, 677. k *hinc* Hort. m.

Dona peregrinam mittimus Endromidem.
Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres,
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Pollux libro septimo cap. 16. Σινδὼν, inquit, αἰγυπτία μὲν ἐςι περιβόλαιον δ' ἂν εἴη τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. Alii ex lino Aegyptio factam volunt, & quod apud Sidonem in Phoenicia primum fieri coepit, appellatam. *Sidonium* ergo *filum*, seu vestem Sidoniam, tenuem atque pellucidam, quali foeminae potissimum utebantur, intellige. Virgilius:

Tandem progreditur magna stipante caterva,
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.

MICYLL.

142 PERCUSSUM PECTORE SERUM] Recepi elegantissimam lectionem, quam ex optimo Vossiano primo protulit, & probavit Ill. Heinsius ad Ovidii L. VI. Metam. 58.

- - - *inter stamina ductum*
Percusso feriunt insecti pectine dentes.

Vide eum quoque in Epist. ad Gronov. CCCLXXI. Confirmat hoc etiam MS. Cantabrig. ut me monuit Doctiss. J. Wasse. Vulgatum tamen *compressum* circumfertur in editis Prisciani Codd. cap. 654. Eodem modo Graeci dicunt κρέκειν. Anthol. L. VI, 8, 8.

- - σπαθίοις πυνιχροῖς πηνίσματα κρέκει.

Hesychius, ut debet legi, Σπαθητὸν, τὸ ὀρθὸν ὕφος σπάθῃ κεκρουσμένον, ἢ πυκνόν. Σπάθημα, τὸ πύκνωμα, ἀπὸ τοῦ ταῖς σπάθαις κατακρούονται τὰ ὕφη.

143 SOLVIT] Discrevit filum Sericum Aegyptia acus. SCHOL.

143 STAMINA] Non enim tunicas, sed vela texta more Gallorum. SCHOL.

144 SECTOS ATLANTIDE] *Sectos Atl.* Msc. tria. Alii *sectosque.* BERSM. Male in Edd. Rom. Parm. Aldi, Badii, aliisque contra MSS. est *sectosque*, & bonum sensum. Eburnis pedibus imposuere *mensas citreas*, de quibus praeter Micyllum plura habet G. Vossius ad Vellej. L. II, 56. *Gallici triumphi adparatus ex citro.*

145 ORBES] Citreas mensas intellige, ex Citro arbore Mauritaniae, non Cedro, factas. De quibus & Martialis libro decimo quarto.

Accipe felices Atlantica munera sylvas,
Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Et rursum:

Non sum crispa quidem, nec sylvae filia Maurae,
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

MICYLL.

146 NEC CAPTO] Mscr. *ne capto* (*non meus*) male. pro *sit licet* Msc. *scilicet*, vitiose. BERSM.

147 CIVILIA BELLA] Potest enim & has invadere, qui talis est, ut gerat bella civilia. SCHOL.

150 PARATUS] Hoc est. Qui non est paratus. Non enim hoc de Caesare, sed de alio dicitur. IDEM.

152 FABRICIOS] Ut Virgilius.

- - - *parvoque potentem*
Fabricium.

IDEM.

153 CONSUL] i. e. Attilius Serranus. ut Virgilius.

Vel te sulco (*sulcos* MS.) *Serrane, colentem.*

IDEM. Id est, Quintius, quem nuncius, & afferens

Sordidus [a] Hetruscis abductus Consul aratris,
[c] Optabit patriae [d] talem duxisse triumphum.
Infudêre epulas auro, quod terra, quod aër,
Quod pelagus, Nilusque [e] dedit, quod luxus inani
Ambitione [f] furens toto quaesivit in orbe,
Non mandante fame: multas volucresque ferasque
Aegypti posuêre Deos: manibusque ministrat
[g] Niliacas [h] crystallus aquas: gemmaeque capaces
[i] Excepêre merum, sed non [k] Mareotidos uvae,
Nobile, sed paucis senium cui contulit annis

Indomitum

VARIAE LECTIONES.

a *ex Tuscis* P. 1. b *avectus* O. 1. *adductus* R. 1. M. c *optavit* R. pr. V. pr. sec. *optabat* H. d *tales triumphos* Edd. Rom. Parm. Paris. Hort. non male. e *geris* B. 1. V. 3. A. f *fruens* V. 1. *ferens* V. 1. g *Niliacus* V. pr. a m. pr. *Niliacis* V. 1. h *crystallos* V. 1. Buh. i *accepere* B. 1. V. sec. H. M. W. a m. pr. k *Mareotides* M.

ferens dictaturam, nudum & arantem trans Tiberim offendit. De quo Persius:

Quem trepida ante boves dictaturam induit uxor.

SULPIT. Omnibonus *Attilium*, qui à serendo, *Serranus* appellatus fuit, intelligit. Tametsi autem non multum interesse puto, de utro accipiatur, magis tamen proprie Cincinnato convenit, quod ab aratro abductus à poëta dicitur. Licet alii non *Consulem*, sed Dictatorem tum creatum tradant. Meminit utriusque Plinius libr. XVIII. cap. 3. his verbis: *Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri. Serentem invenerunt dati honores, Serranum unde cognomen. Aranti quatuor jugera in Vaticano, quae prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dictaturam, & quidem, ut tradit Norbanus, nudo, plenoque pulveris etiamnum ore. Cui viator, Vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populique Rom. mandata* &c. MICYLL. Alii Attilium Serranum, alii Cincinnatum intelligi putant. de utroque Plin. L. XVIII. cap. 3. Msc. duo (Hort. m.) *sordibus*: mendose. BERSM. Vide etiam Hortens.

154 TRIUMPHUM] Ut si non est hic avaritiae cupido, sit gloriae. SCHOL.

155 EPULAS] In Voss. secundo à manu prima exaratur *epulis*, forsan non male pro, ad epulandum. Cum Barthio autem ad Claudian. p. 141. distinxi post *fame*, non post *orbe*, ut vulgo male fiebat. Imitatus vero hunc locum est Joseph. Iscan. L. 1, 241.

- - - coeli praedo terraeque marisque
Ambitus acceptas venatur regibus escas.

ubi vide plura.

155 AURO] Aureis vasis infudere ministri Cleopatrae quadrupedia, volatilia, omnia genera piscium. SCHOL.

159 DEOS] Quibus nunc Cleopatra ad epulas utebatur, hae Deorum numero cultae fuerant ab Aegyptiis. IDEM.

161 SED NON MAREOTIDOS UVAE] Plinius Libyae partem, quae est Aegypto contermina, Mareotiden appellat, à Mareotarum gente, quae ibidem habitat, ut videtur, appellatam. Vide libro V. cap. 6. MICYLL. Ostendimus paulo ante Mareotidem praeter lacum, & Aegypti partem Alexandriae conterminam, etiam Epiri partem esse, in qua laudatum vinum nascitur. Hinc apud Maronem Georg. secundo. §. 1.

Sunt Thasiae vites, sunt & Mareotides albae;
Pinguibus hae terris habiles, levioribus illae.

Et *vites Mareoticas*, apud Colum. & vinum *Μαρεωτὴς*. HORTENS. Haec, quod vix credo, si sana sunt, ineptiarum accusandus est auctor. Quid enim opus monere, illos non bibisse Mareotidos uvae vinum, si vilius fuit. Quasi ulli in mentem veniret, adpositum fuisse vinum non meliore de nota. Sed bonum fuisse *Mareoticum vinum* celebrant Virgilius, Columella, Athenaeus, Strabo, Plinius, Stephanus, aliique. Male enim Hortensius de Epirotico sumit. Vide notas ad Plinium L. XIV. c. III. Immo Horatius, L. 1. O. 37. quo loco videndus Torrentius, ipsam Cleopatram hoc vino usam canit.

Mentemque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores.

Quapropter merito hic locus suspectus est Doctissime

Indomitum [a] Meroë cogens ſpumare Falernum.
Accipiunt [b] ſertas nardo florente coronas,
Et numquam fugiente roſa: multumque [c] madenti
Infudêre comae, quod [d] nondum evanuit aura,
[e] Cinnamon, [f] externa nec perdidit aëra terra:
[g] Adveɛtumque recens vicinae meſſis Amomon.
Diſcit opes Caeſar ſpoliati perdere mundi,
Et geſſiſſe pudet genero cum paupere [h] bellum,
Et [i] cauſſas [k] Martis Phariis cum gentibus optat.
Poſtquam epulis, Bacchoque modum laſſata voluptas
Inpoſuit,

VARIAE LECTIONES.

a *Meroes* W. *Mercede* H. b al. *certas.* c *madendi* V. 1. *madentes* V. 1. d *numquam* A. e *Cinamon* MSS. qdd. *Cinamomum* V. 1. f *extremae t.* B. 1. g *adductumque* A. h *regnum* R. 1. i *cauſſam* K. k *Ph. Mart.* B. 1. V. 1.

ſimo Viro G. Waddelo, & non de duobus vinis, ut vulgo capiunt interpretes, ſed de uno intelligit: ut videmus etiam, Scholiaſtae eſſe mentem. Non placet tamen viri docti conjectura ſcribentis pro *ſed non*, *laetum*. Quamquam non multo melior mihi ſuccurrit. Proponam tamen.

Excepere merum, ſucum Mareotidos uvae;
Nobile perpaucis &c.

vel *nobilis &c:* ſed *nobile* rectius videtur; modo ad *ſenium* referas, non ad vinum aliud, ut debet fieri ex vulgata lectione. niſi majus illic lateat ulcus. Senſus ergo auctoris videtur eſſe; eos vinum bibiſſe Mareoticum recens quidem, ſed quod adſervatum paucis annis in Meroe, & maximo, qui illic eſt, calore ſolis coctum nobile ſenium ſive ſaporem vetuſtorum vinorum ut Falerni, Maſſici &c. contraxit. Non enim putem, vocem *Meroe*, pro quo eidem viro docto placebat reponi *Myrrhis* ex Plinii Lib. XIV. c. 15. eſſe ſollicitandam. Fulgentius, ut probet, vinum eſſe *Meroitanum* fortiſſimum, hunc Lucani adducit locum Lib. II. c. 15. ubi vide etiam Munkerum. Forſan tamen lectio vulgaris ſana eſt, ut intelligatur verum vinum Falernum, quod in inſulâ Meroe factum fuit praeſtantius. Atque ita dixerit auctor, Cleopatram adpoſuiſſe Caeſari vinum non Mareoticum, quod eſt in Aegypto vulgare, ſed externum Falernum in Meroe coctum. ut omnia externa gratiora ſunt, & pretioſiora. Repetitio disjunctivae particulae *ſed* eodem modo occurrit apud noſtrum Lib. I, 113.

- - - - ſed non in Caeſare tantum
Nomen erat nec fama ducis; ſed neſcia virtus.

L. II, 513.

- - - - ſed non aut fulmina vibrans
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Hammon.

162 SENIUM] In Meroen vina ideo deferuntur, ut nimio ſole cocta, licet multorum annorum non ſint, tamen vetuſtiſſima judicentur. SCHOL. Hoc dicit, tantum ibi calorem eſſe, ut minimo tempore nobiliſſima vina decoquantur. GROT. *Ed. tert.*

163 INDOMITUM] Eodem modo Servius Sat. III, 3.

- - indomitum quod deſpumare Falernum
Sufficiat.

Unde recte viri docti legunt in Silio L. VIII, 210.

Tmolus, & Ambroſiis Ariuſia pocula ſuccis,
Ac Methymna ferox lacubus ceſſere Falernis.

164 SERTAS] Participium eſt *Sertas coronas.* Nam proprie *ſertae* de floribus fiunt, *coronae* de frondibus. SCHOL. Vide Servium, qui hunc locum laudat, ad Lib. I. Virgil. Aen. 421. *Sertiſque recentibus.*

165 NUMQUAM FUGIENTE] Quae omni anni tempore procreatur. Apud Alexandriam ſemper eſt roſa. SCHOL. Sit hoc verum. Lucanum tamen hic carpere putem luxum Cleopatrae, curantis, omni anni tempore roſas ſibi poſſe praeberi. Vide ad Florum L. II, 9. *conlatis undique, quamvis per hiemem, roſis.*

167 EXTERNA NEC PERDIDIT AERA TERRA] Hoc dicit, hic melius olere Cinnamomum (*Cinnamum* Voſſ. ſec.) Nam cum defertur ad alias terras, aeris mutatione vaneſcit odor. SCHOL. i. *Externae aëra terrae.* i. odorem terrae externae, in qua natum erat. Omnibonus dicit *Amomum* & *Cinnamomum* unum eſſe fruticem, ſed Amomum dici, cum primum colligitur: naſcitur enim pro-

Inposuit, longis Caesar producere noctem
Inchoat adloquiis; summaque in sede jacentem
Linigerum placidis compellat [a] Achorea dictis.
O sacris devote senex, quodque arguit aetas,
Non neglecte [b] Deis, Phariae primordia gentis,
Terrarumque [c] situm, vulgique edissere mores,
Et ritus, formasque Deûm: quodcumque vetustis
[d] Insculptum est adytis, [e] profer, noscique volentes
Prode Deos. [f] si [g] Cecropium sua [h] sacra Platona
Majores docuêre tui; quis dignior umquam

VARIAE LECTIONES.

a *Acorea* & *Aquerea* MSS. qdd. & infra. b *Diis* B. 1. A. c sic R. 2. Voss. pr. quint. al. *situs*. d *inscriptum* V. 1. O. 1. e *perfer* H. f *ni* B. 1. *sic* A. g *Cyclopum Phytonem* Ed. Ven. h *fata* VV. LL. Steph.

proprie in Assyria: unde est illud in Bucol. Mar.

Assyrium vulgo nascetur Amomum.

Quando vero de terra in terram motum & tralatum est, dici *Cinnamon*, & *Cinnamomum*. nam κινέω dicitur *moveo*: unde ab eo scribitur *Cinamon*. Tortellius tamen *cinnamon* scribendum censet. ASCENSIUS. De Amomo Plinius lib. XII. cap. 13. De *Cinnamo* autem, quod idem *Cinnamomum* dicitur, idem eodem libro, cap. 19. Omnibonus, nescio quo auctore *Cinnamomum* à κινεῖν appellatum, eo quod passim moveatur & transferatur à negociatoribus. sed scriptura repugnat: neque enim κινάμωμον Graece, sed duplice ν, κιννάμωμον, apud Dioscoridem scribitur. MICYLL. *Externa terra.* Ita ut Pulm. & Grotius jam etiam ediderunt, habent variae Steph. Lect. tres Pulm. Bersm. & mei vetustiores Vossiani, ac Regius cum aliis: recte, non *externae terrae*. Cinnamon intelligit illic sive in Aethiopia nascens, quod non perdidit odorem suum aëris mutatione, ut bene dicit Scholiastes; Amomum vero, sive ut auctoribus MSS. Voss. secundo, Wittiano, Buher. & meo scripsi, *Amomon* Graeca terminatione recens advectum dicit, ex Assyria scilicet. Vide etiam Serv. ad Ecl. III, 89.

169 DISCIT] Ut per luxuriam cuncta consumat. SCHOL.

170 PAUPERE] Quia videt se nihil habuisse ad comparationem istorum. IDEM. Seq. versu malim *Marti* i. e. ad bellandum, seu belli caussas; ut evitetur repetitio sibilae litterae *s*.

172 LASSATA] Senec. L. IV. de Benef. 6. *Irritamenta lassae voluptatis.* male *laxata* est in Vossiano, meo, & Ed. Mediol.

175 LINIGERUM] Sacerdotem habentem vittas. SCHOL. Mscr. tria *Lanigerum*. Mendose. Ovidius *Linigeram Isidem* appellat à vestitu Sacerdotum ejus. quart. *Longaevum*. BERSM. Lineis vestibus indutum. Vide ad L. IX, 159. *tectum lino Osiris.* Frustra *lanigerum* exhibent Vossiani quatuor, Witt. Buher. Oxon. meus. & Edd. multae priscae. *Longaevum* est etiam in Voss. tertio.

176 ARGUIT] Prodit. Aetas haec tua, quia senex esse meruisti, probat te ad curam numinum pertinere. SCHOL.

179 VETUSTIS &c.] In Vossiano primo à m. prima ita haec concipiuntur.

\- - - - - *mores,*
Insculptumque adytis profer quodcumque, retusos
Et ritus formasque Deum, noscique &c.

Suprascripto *vetustis*. In Msto Cantabr. pro *vetustis* est etiam *retusis*. an reliquit auctor *retrusis adytis* i. e. abditis? quod verum puto: atque ita conjicit quoque Doct. J. Wasse. *Retrusa*, & *abdita* jungit aliquoties Cicero.

180 NOSCIQUE] Hoc est. Qui Deos esse se, ab omnibus volunt sciri. SCHOL.

181 CECROPIUM PLATONEM] Plato Atheniensis cum vellet causam & originem (*ortum* Voss. pr.) Nili fluminis cognoscere, sacra Aegyptia accepit. SCHOL. Scripsi *Platona* pro *Platonem*, auctoritate Vossiani secundi, & Buher. a m. pr.

183 MUNDIQUE CAPACIOR] Quam ego sum. Sive capacior hospes, qui magis mundum in se recipere valeret, sive quis capacior fuit mundi i. docilior hospes. SCHOL. *Mundi capax* est, qui mundum, ejusque naturam mente sua concipere, & intelligere digne potest. Vide ad L. I, 461.

187 EUDOXI] Eudoxus enim ad cursum suum post octo annos (*menses* Voss. pr.) solem reverti dixit, & esse annum magnum; G. Caesar vero

[a] Hoc fuit auditu, mundique capacior hospes?
Fama quidem generi Pharias me duxit [b] ad [c] urbes,
Sed tamen & vestri: media inter proelia semper
Stellarum coelique plagis, [d] Superisque vacavi:
Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.
Sed cum tanta [e] meo vivat sub pectore virtus
Tantus amor veri, nihil est, quod noscere [f] malim,
Quam fluvii caussas, per secula [g] tanta latentes,
Ignotumque caput: spes [h] sit mihi certa videndi
Niliacos fontes; [i] bellum civile [k] relinquam.
Finierat, contraque sacer sic orsus Achoreus.
Fas mihi magnorum, Caesar, secreta parentum

Pro-

VARIAE LECTIONES.

a *Nec* O. 1. b *in* V. 1. Marp. c *oras* Marp. *umbras* A. d *curisque* B. 1. V. 3. O. 1. a m. 1. e *modo* O. 1. f *mallem* V V. LL. Steph. B. 2. V. 2. O. 1. H. A. Buh. a m. pr. g *longa* M. h *si* R. 1. *fit* W. i *civilia bella* W. k *reliqui* A.

post quinquennium, quo peracto bis sextum esse praecepit, & melius annum visus est computasse. SCHOL. Fuit autem ex amicis, sive sectatoribus Platonis Eudoxus, ut quidem Strabo tradit lib. XIV. Et cum eodem in Aegyptum, ut idem libro ultimo addit, profectus, per tredecim annos cum Aegyptiorum sacerdotibus conversatus est. A quibus postea domum reversus, anni rationem Graecis tradidit, totum in trecentos sexaginta quinque dies partitus, cum ante ea tempora nulla certa annorum ratio in Graecia fuisset. Contra autem Laërtius, non cum Platone, cujus tamen auditorem eum fuisse dicit, sed cum Chrysippo medico in Aegyptum profectum ait. Hic annum & quatuor menses commoratum, & Aegyptiis sacerdotibus per Nectanabim regem, ad quem ipse commendatitias literas ab Agesilao rege attulerat, commendatum, mox in Graeciam reversum esse. MICYLL.

187 FASTIBUS] Pro fastis abusive. *Fastus* dicuntur, ubi menses, & dierum ordo conscriptus est. SCHOL. Omnibonus, *Grammatici hic*, inquit, *reprehendunt Lucanum, quod dixerit* fastibus, *pro* fastis. *Nam* fastus *quartae*, *significat superbiam*, Fasti, *fastorum*, *autem libros*, *in quibus continetur ratio dierum ac temporum*, *& dies fasti ac nefasti*, *& magistratuum nomina*. Haec ille. Dicamus igitur licet metaplasmum esse, aut certe Lucani autoritati hoc demus qui antiquorum aliquo exemplo ita hoc posuerit. Nisi vero menda aliqua in scriptura esse putanda sit, de quo equidem nescio, quando omnes editiones eodem modo habent. Caeterum de eo, quo modo Caesar annum distinxerit, & eum, qui ante ipsum Romae agebatur, ad cursum Solis revocârit, Plutarchum vide in Caesare, & Macrob. in Saturnalibus libro primo capite quarto. MICYLL. *Fascibus* Msc. (Hulst.) Videtur pro *fastis* dictum, qui sunt ephemerides. De Eudoxo vide Strabonem, & Laërtium. BERSM. Accusat hic Lucanum Servius (ad Aen. III, 326.) mutatae declinationis. At defendit eum Priscianus (Col. 711.) Varronis hoc adferens. *qui fastus correxit.* Quin idem Priscianus ostendit suo tempore, & in Horatio lectum:

Per memores genus omne fastus.

Sic & Columella: *antiquorumque fastus astrologorum.* Et in Claudiano habent MSS.

Inter Arinthaei fastus.

Haec, ut multa alia reconditae eruditionis, notavit de Analogia secundo, vir nescio summa bonitate ac fide, an exquisita rerum verborumque cognitione commendabilior Gerardus Johannes Vossius. GROT. *Ed. tert.* Nullum hic errorem commisit Lucanus, nec etiam ad Metaplasmum recurrere opus est. Idoneorum auctorum multis exemplis ita loquitur auctor pro *fastis.* Vide enim, quae docte, & operose congessit Cl. Drakenborch. ad Silium Ital. L. II, 10.

Ausonios atavo ducebat consule fastos.

190 LATENTES] MSS & Edd. multi *latentis*: quod male acceptum est in genitivo. ortum enim hoc

Prodere, [a] ad hoc [b] aevi populis ignota profanis.
Sit pietas [c] aliis, miracula tanta silere:
Ast ego coelicolis gratum reor, ire per omnes
Hoc opus, & [d] sacras populis notescere leges.
Sideribus, quae sola fugam moderantur [e] Olympi,
[f] Occurruntque polo, diversa potentia prima
Mundi lege data est. Sol tempora dividit anni,
Mutat nocte [g] diem, radiisque potentibus astra
Ire vetat, cursusque vagos statione moratur.
Luna suis vicibus [h] Tethyn, terrenaque miscet.
Frigida Saturno glacies, & zona nivalis
Cessit. habet ventos, incertaque fulmina Mavors.

Sub Jo-

VARIAE LECTIONES.

a *abhoc* B. 1. *adhuc* V. 1. A. b *aevum* M. c *alii* Ed. Ven. d *pop. sac.* O. 1. e *Olympo* V. 1. f *occurritque* M. g *dies* A. h *Thetim* MSS. qdd.

hoc ex vetere accusativo. fluvius enim non latet, sed caussae, & origo ejus latuere. L. iv, 418.

Tu, quaecumque moves tam crebros caussa meatus,
Ut superi voluere, late.

Alibi *caussa latet, sed facta patent.*

194 SECRETA PARENTUM PRODERE] Probo lectionem, quam invenit, & praetulit ex MS. Lovaniensi *Deorum* N. Heinsius ad Claudian. Lib. I. Raptu Pros. vs. 3.

Junonis thalamos audaci prodere cantu.

quo loco nisi ostenderet proprium verbi *prodere*, in arcanis revelandis usum, & inprimis nostro poëtae valde familiarem, motus ego Mstorum auctoritate scripsissem hic *edere* i. e. vulgare, notum facere: quod neminem latere potest. *edere nomen, ortus* &c. Ovidio saepe. *edere oracula* dicitur Deus. Vide Broukh. ad Tibull. L. I, 4, 67.

Haec mihi, quae canerem Titio, Deus edidit ore.

Et sane *edere* hic habent duo Pulm. Regius uterque, Voss. prim. cum tribus aliis, Marp. Wittian. pro var. lect. & Edd. Ven. Br. Med. Bad. Mic. & Hort.

197 COELICOLIS GRATUM REOR] Sunt, qui legant *celicolas*, ut sit *per omnes celicolas*: Sed non probem, quia celicolis non est opus opere humano. VERSELL. Ante Badium vulgo tamen edebatur *coelicolas*, & sic exaratur in uno Bersm. & meis duodecim MSS. in quibus vetustiores sunt. In Voss. primo tamen est correctum, in secundo, & ceteris *coelicolis* servatur, quod praefero. *Coelicolas* si legas, intellige philosophos, non Deos.

199 SIDERIBUS &c.] Physici dicunt, septem stellas, quarum nomina dies tenent, contra coelum niti; quae si non occurrerent, in inmensa raperetur, & praecipitaretur tanta vertigine. Quatuor autem modis retardantur sidera; aut quando in altissimis apsidibus currunt, aut quando retrograda sunt, aut quando stationaria, aut quando anomala, cum per latitudinem vagantur signiferi. Item concitantur tribus modis; aut quando propinquant terris, aut quando inpelluntur radio solis, & celerius currere videntur, aut quando per rectam lineam sui circuli currere videntur. SCHOLIAST.

201 TEMPORA DIVIDIT ANNI] Ipse praeest temporibus. IDEM. Msc. quatuor *aevi.* sed unum ad marg. *anni.* BERSM. *Aevi* habent MSS. Pulmanni, & mei plerique, & Edd. Rom. Parm. Beroaldi, Aldi, Col. Steph. aliaeque. Non male. *Anni* tamen retinent optimus Pulm. Cod. Voss. pr. Marp. Oxon. pr. Amstel. & alii: pro *quae sola* vulgo apud Prician. c. 1163. editur male *quaecumque.* De toto autem hoc loco adeantur rursus commentatores, & Scaligeri prolegomena ad Manilium, & Palmerii defensio.

202 RADIISQUE POTENTIBUS ASTRA IRE VETAT] Solem caeteri planetae venerari videntur ut regem, & quum propius accessere, sunt in statione, & fiunt retrogradi. Unde sol moderator reliquorum dicitur luminum, ut est apud Ciceronem in sexto de Repub. quia ipse cursus eorum recursusque moderatur certa definitione. Nam spatii certa definitio est, ad quam quum unaquae-

que

Sub Jove temperies, & numquam turbidus aër.
[a] At fecunda Venus cunctarum semina rerum
Possidet. inmensae Cyllenius arbiter undae [b] est.
Hunc ubi pars [c] coeli tenuit, qua mixta Leonis
Sidera sunt Cancro, [d] rapidos qua Sirius ignes
[e] Exserit, & varii mutator circulus anni
Aegoceron, Cancrumque tenet, cui subdita Nili
Ora latent: [f] quae cum dominus percussit aquarum
Igne superjecto, tunc Nilus fonte soluto
Exit, ut Oceanus lunaribus incrementis
Jussus adest; auctusque suos non ante [g] coartat,
Quam nox aestivas à Sole [h] receperit horas.

Vana fi-

VARIAE LECTIONES.

a & Ed. Hort. b deest in A. Edd. Rom Parm. c *sen. c.* M. d *rapido* B. 1. e *Excierit v.* B. 1. f *quem* B. 3. g *coaptat* H. h *retexerit* M.

que erratica stella recedens à sole pervenerit, tanquam ultra prohibeatur accedere, agi retro videtur: & rursus cum certam partem recedendo contigerit, ad directi cursus consueta revocatur: ita solis vis, & potestas motus reliquorum luminum constituta dimensione moderatur. de hoc etiam Vitruv. lib. IX. disputat. SULPIT. Mihi non fit verisimile, vel Ciceronem, vel hunc poëtam quicquam, de planetis stationariis, ac retrogradis scisse, ut nostra aetate tradunt astrologi, Georgius Purbachius, & Joannes de Regio monte, duo Germaniae Lumina, quando eo tempore nihil hujusmodi de Epicyclis traditum esset. GLAR.

206 CESSIT] In ipsius est potestatem tradita. SCHOL.

206 FULMINA] Msc. *flumina* (& Reg. ac Voss. un. *flamina* Amst.) mendose. Sequitur enim de Mercurio, cum arbitrum esse fluminum. BERSMANN. Vide L. I, 660. & Barth. ad Claud. L. II. Stil. 437.

Incertum quid Martis iter.

209 ARBITER] Mercurius judex & Dominus Nili vel Oceani. SCHOL. Similiter Horat.

- - - *quo non arbiter Hadriae*
Major, tollere, seu ponere vult freta.

210 MIXTA] Eo scilicet tempore, quo Sol in istis est signis, est & Mercurius. Nam simul ambulant difficile in uno signo. SCHOL.

211 RAPIDOS] Voss. prim. Amst. Edd. Rom. Parm. Ald. Steph. Col. Gryph. aliaeque *rabidos.* Vide ad L. VI, 334. *rabidique leonis.*

211 SIRIUS] Septem inundationis Nili caussas ponit (utor libens *Glareani* verbis) è quibus secunda haud dubie vera est, & optimis quibusque authoribus placita. Poëtae confutationes nimis debiles sunt. Nam Sole ad Cancri tropicum existente, ad Capricorni circulum hyems est, & Lunae montes, excedentes infimam aëris regionem, facile tum nives concipere possunt. Eae porro, redeunte ad Aequatorem Sole, liquescunt. HORTENS.

212 MUTATOR CIRCULUS] Zodiacus. Posito sole in Cancri sidere; necesse est, ut non in Diametro sit. i. in Capricorno. Ideo ergo haec duo signa junxit, quorum unum dies tenet, alterum nox. Tunc dicit, Nilum crescere, cum Stella Mercurii est inter Cancrum, & Leonem. SCHOL. Male per *circulum* quidam aequinoctium ipsum intelligunt; alii Tropicum utrumque, vel Meridianum Tropicos secantem.

214 QUAE CUM DOMINUS PERCUSSIT AQUARUM] Mercurius, qui modo dictus.

Inmensae Cyllenius arbiter undae.

Avienus: *Cessit Mercurio locus imbrifer.* GROT.

215 FONTE SOLUTO] Vide autem & Herodotum libr. II. Solinum cap. 34. & Strabonem libro ultimo, qui, *οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι*, inquit, *στοχασμῷ τὸ πλέον. οἱ δ' ὕστερον αὐτόπται γενηθέντες, ᾔσθοντο ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον, τῆς Αἰθιοπίας τῆς ἄνω κλυζομένης καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄρεσιν* &c. MICYLL.

217 JUSSUS] Msc. *justus* hoc est; justa magnitudine, non inepte. BERSM. *Justus* placuit etiam Modio Novant. LL. Ep. CIII. Eo sensu ut non magis

Vana fides [a] veterum, Nilo, [b] quod [c] crescat in arva,
Aethiopum prodesse nives. non Arctos in illis
[d] Montibus, aut Boreas. [e] testis [f] tibi sole perusti
Ipse [g] color populi, [h] calidique vaporibus Austri.
Adde, quod omne caput fluvii, quodcumque soluta
Praecipitat glacies, ingresso vere, tumescit
Prima tabe nivis: Nilus [i] neque suscitat undas
Ante Canis radios, [k] nec ripis adligat [l] amnem
Ante parem [m] nocti Libra sub judice Phoebum.
Inde etiam leges aliarum nescit aquarum:
[n] Nec tumet hibernus, cum, longe sole remoto,
Officiis caret unda suis: dare [o] jussus iniquo

Tempe-

VARIAE LECTIONES.

a *veterum est* B. 1. b *quo* Ed. Grot. &c. c *crescit* V. 1. d *motibus* V. 1. *Fidibus* Ed. Ven. e *testes* B. 1. f *sibi* V V. LL. Steph. V. 3. H. M. O. pr. a m. pr. *mihi* P. 1. non male. g *calor* R. 1. h *calidisque* P. 1. Marp. i *nec* B. 1. *non* V. 1. k *neque* B. 1. *non* Marp. l *amnes* H. m *noctis* R. pr. V. tert. Buh. a m. pr. n *non* V. 1. o *visus* V. 1. & al. V. Drak. ad Sil. XIII, 372.

magis, quam Luna, crescat Oceanus. Sed hoc non vult Poëta, qui dicit, Mercurii ignem, sive sidus eo tempore tantam habere potentiam in ora Nili, quantam Luna in Oceanum, qui ejus incrementis ita jubentibus crescit. V. vs. 230.

217 AUCTUSQUE &c.] Nisi cum ventum fuerit ad VIII. Kal. Octobr. cum aequinoctium autumnale est. SCHOL. Msc. *actusque*, vitiose: *Auctus* dicit incrementa. Ita Lucret.

His natura suis refrenat viribus auctum.

q. d. Non ante revertitur Nilus intra alveum. BERSM. Unus, & alter ex meis habet quoque perperam *actusque*. Vide ad L. IX, 797.

- - *distenti corporis auctum.*

Plinius Lib. IV. Epist. 30 *Lacus ter in die statis auctibus, ac diminutionibus crescit, decrescitque.* Seneca L. IV. N. Q. c. 2 *Auctum fluminis sentiunt.*

219 QUO CRESCAT IN ARVA] MS. habent, *quae.* vulgati, *quod.* Veteres autem, quos dicit, sunt Anaxagoras, & Euripides. GROT. *Ed. pr.* Haec media lectio inter vulgatam, habentem *quod*, & manuscriptam, habentem, *quae.* Veteres autem, quos hic dicit, sunt Anaxagoras, & Anaxagorae discipulus Euripides Archelao tragoedia. Hac sententia nihil verius, si modo pro nivibus ponas imbres Aethiopiae. Caetera ingeniorum non inelegantium festiva commenta, de quibus videri possunt Herodotus, Strabo, Diodorus Siculus, Plutarchus, Liber incerti scriptoris de Nilo. IDEM. *Ed. tert.* Bersmannus scilicet ex uno Codice protulit *quae.* atque ita Ed. Veneta. Ceteri omnes, quosque ego inspexi, retinent *quod.* De Regiis, Oxon. uno, & Marpurg. nihil certi statuo, ut quos ipse non vidi. Revocavi *quod*, donec *quae* ex MSS. probetur. *Quod* hic aliquo modo valet *τὸ ut* vel potius *cur*. Ut in illo Phaed. F. 32. *non est, quod timeas.* & similibus passim apud Terentium, & alios.

221 NON ARCTOS &c.] Argumentum sumit, de Aethiopia non venire in Nilum nives, quia illic semper calidus aër sit, nec nives admittat, ut quod de colore Aethiopum hominum comprobatur, semper eos calore solis torreri. SCHOL.

225 TABE NIVIS] Voss. quart. & sec. a m. prima cum Regio uno, Hulst. Oxon. & Edd. Aldi, Col. Steph. Pulm. habent *labe*, perperam. Non de lapsu nivis, sed de dissolutione agi debet. Idem mendum obsidet Mstos Livii Codd. L. XXI, 36. *fluentemque tabem liquescentis nivis:* ubi omnino consule Gronovium. Adde Drakenb. ad Silium L. VIII, 21.

225 NILUS] Adeoque vere non crescit de nivibus, quae semper primo sole solvuntur. SCHOLIAST.

226 ANTE PAREM] Ante aequinoctium autumnale, i. e. ante diem VIII. Kal. Octob. IDEM. Observa ter idem de Nili decrescentis tempore repeti ab auctore vs. 218. hic, & vs. 236. Satis inepte. Sed excusari potest auctor, quod loquentem inducat garrulum senem.

230 OFFICIIS] Hoc est. Cum extra alveum egre-

 di-

Temperiem coelo, mediis aestatibus exit,
Sub torrente plaga: [a] neu [b] terras dissipet ignis,
Nilus adest mundo, contraque incensa Leonis
Ora tumet: Cancroque suam torrente Syenen,
Inploratus [c] adest: nec campos liberat undis,
Donec in autumnum [d] declinet Phoebus, & umbras
Extendat Meroë. quis caussas reddere possit?
[e] Sic jussit Natura [f] parens [g] discurrere Nilum:
Sic opus est mundo. Zephyros [h] quoque vana vetustas

His

Variae Lectiones.

a vulgo *ne*. b *terram* A. c *adit* B. 1. Buh. d *Phoeb. dec.* P. 2. R. pr. V. 1. Marp. e *cum* H. f *potens* B. 1. g vulgo *decurrere*. h *non* A. *quos* B. 1.

ditur, & vagatur, cursus sui dimittit officia. SCHOLIAST. Fluxu, quia glacie congelatur. BERSMANN. Officium Nili est arva irrigare. hoc autem praestare non potest, nisi à Sole excitetur. ideo hyeme se ripis tenet. GROT. Recte, cum Omnibono, & Hortensio. Alii minus bene haec capiunt. Pro *caret* vir doctus aliquis conjicit scribendum *cavet* i. e. officio suo prospicit, aquas suas continet, ut subpetant aestate.

231 Exit. Sub torrente plaga, ne] *Sub torrente plaga* potest construi cum superioribus: ut sit: *Unda exit mediis aestatibus sub torrente plaga*, & cum sequentibus hoc ordine *Nilus* &c. ASCENS. Verissime, ut distinguunt quoque MSS. & veteres Edd. Pro *ne* autem insuper scripsi *neu*: uti habent MSS. tantum non omnes, & Edd. Sulpitio priores. Sic praeter alia loca Lib. VIII, 498.

- - *neu te sceptris privaverit hostes*,
Pignora sunt propiora tibi.

234 Suam] Ut ait alibi *umbras numquam flectente Syene*. Hic enim sol semper in medio est. SCHOL.

237 Extendat Meroe] Aestate enim umbrae ei intra corpus sunt; paullatim vero tenduntur in latus, cum jam tempus autumni est. IDEM. In Reg. primo, Voss. pr. sec. Oxon. pr. & meo est *Meroës*. Non male, sed mutatione non est opus. *Meroë ipsa* dicitur *extendere umbras*, ut *Syene* dicitur *flectere* L. II, 587. Immo librarii illi *Meroës* potius videntur declinasse in nominativo. *Meroës* enim habent multi Codd. quoque vs. 303. Dein ex MSS. fere omnibus, & Edd. reposui *possit*. pro quo Grotius ex uno, vel altero MS. recentiore dederat *posset*.

238 Discurrere] Grotius, & jam ante Badius & Paries. ediderunt *decurrere*. quomodo exaratum est in uno Pulm. & duobus Bersm. & quatuor meis recentioribus. Reliqui scripti, & editi habent *discurrere* i. divagari per campos, & inundare. Recte. paullo post,

Commeat hac penitus tacitis discursibus unda.

Vide ad L. VIII, 224. Virg. Georg. IV, 292.

- - - *septem discurrit in ora.*

239 Mundo] Al. *opus est Nilo* in vetusto Cod. HORTENS.

239 Zephyros] Haec est prima de Nili incremento apud Herodotum caussa: sed de Etesiis, non de Zephyris. Ideo autem reprehensa Herodoto, quod multis aliis Africae fluminibus idem, quod Nilo accidere, debuerit. Si quidem Etesiae iis non minus contrarii feruntur, atque Nilo. Unde hic poëta fortassis id veritus, non contrarium ventum, sed à latere flantem ponit: adducto mox de nubibus figmento, nihil magis de Zephyro, quam de quibuslibet aliis ventis verificando. GLAREAN. *Zephyros* i. Etesias. GROTIUS.

240 Stata tempora] i. e. Statuta. Qui certo tempore flant. Declinavit autem hujus *flatus*. SCHOL.

241 In aëra] Ita exhibent Regius uterque, Voss. prim. tert. Buher. Bersm. unus, & MS. Cantabr. cum Edd. Sulpit. Bad. Mic. Hortens. aliisque, verissime: non *aëre*. In *aliquem potestatem habere* vulgaris est locutio. Dein pro *depellunt* Regius pr. Voss. prim. & MS. Cantab. *pellunt tot*. Marpurg. *tot pellunt* Voss. tert. *pellunt pellunt tot* unice rectum est: cum *tot* casu quodam exciderat, *depellunt* inde formarunt.

241 Longa potestas] Longa, non diutina. Certo enim tempore vel incipiunt flare, vel desinunt. SCHOL.

242

His [a] adscripsit aquis, quorum stata tempora flatus,
Continuique dies, & in [b] aëra [c] longa potestas:
Vel quod ab occiduo [d] pellunt tot nubila coelo
Trans Noton, & fluvio cogunt [e] incumbere nimbos:
Vel quod aquas [f] toties rumpentis litora Nili
[g] Adsiduo feriunt, coguntque resistere [h] flatu.
Ille morâ cursus, [i] adversique [k] objice [l] ponti
Aestuat in campos. sunt, qui spiramina terris
Esse [m] putent, magnosque cavae compagis hiatus.

[a] Commeat

VARIAE LECTIONES.

a *adscribit* B. 1. M. b vulgo *aëre. mare* V. 1. c *magna* B. 1. d *depellunt* vulgo. *deducunt* Hort. m. e *imponere* Ed. Br. Med. *incurrere* Marp. f *quotiens* O. pr. a m. pr. g vulgo *assidue*. h vulgo *fluctus*, *fluctu*, *flatus*. i *aversique* W. V. 1. k *obice* MSS. multi, & Edd. qdd. V. Pier. ad Virg. x. Aen. 377. l *mundi* B. 1. m *putant* B. 1. R. 1. O. 1. Marp. A. M. Hort. m.

242 VEL QUOD AB OCC.] Democriti placitum. GROT.

244 VEL QUOD AQUAS] Thaletis. IDEM.

244 RUMPENTES] *Rumpentis* Msc. non male. Sed ad marg. reponit *rumpentes*. Intelligit autem aquas Nili, septem ostiis in mare exeuntis. BERSMANN. *Rumpentis* ediderunt jam Rom. Parm. Brix. Mediol. & Grotius: & agnoscunt nonnulli ex MSS. meis. plurimi tamen, & vetustiores retinent *rumpentes*. praeferam tamen *rumpentis*. quo clarius aquae Nili, non maris, ut quibusdam videtur, intelligantur.

245 ASSIDUE] *Assiduo* Msc. duo probe. BERSMANN.

245 RESISTERE FLUCTUS] Msc. *flatu* & adscribit etiam *fluctus*; sed illud verius. IDEM. *Flatus*. *Flatu* MS. P. GROT. Primo pro *assidue* legas *assiduo* in MSS. quatuor Pulm. duodecim meis, ac Edd. Rom. Ven. Sulp. Bad. Mic. & Hortens. qui adverbialiter sumunt. Dein *fluctus*, vel *fluctu* habent Editi omnes ante Grotium, & MSS. multi. Verum tamen *flatu* diserte exhibent Regius uterque, Oxon. prim. Marp. Amstel. & Voss. pr. ac sec. cum Buher. pro var. lect. quomodo rescribi placuit etiam Modio Novant. LL. Ep. CIII. Zephyri, sive Etesiae cogunt aquas Nili resistere *assiduo suo flatu*. Eodem fere modo loquitur Mela Lib. I. c. 9. *Etesias venienti obvii adverso spiritu cursum descendentis inpediunt*. Plin. L. IV. Epist. 30. *An ut flumina, quae in mare deferuntur, adversantibus ventis, obvioque aestu retorquentur* &c. quibus locis omnes hic dictae caussae marini aestus, & inundationis fluviorum recensentur.

247 SUNT, Q. SPIRAMINA &c.] Mirum est, quenquam hominum ausum primum talia fingere. Homerus, opinor, non fuit primus. Atqui haud scio, num aliquibus data sit haec commentandi occasio ex Genes. 2. cap. ubi quatuor flumina ex Paradiso profluere commemorantur, Ganges, Nilus, Tigris, Euphrates. Quod & Baptista Mantuanus sanctissimus, & eruditissimus poëta in Parthenice Catha. lib. III. prosequitur. Geographica certe ratio eam descriptionem absque interpretamento non suscipit. Quid de Paradiso prisci senserint Theologi, non omnino exploratum habemus. maxime de loco, aliis ad allegoriam rem trahentibus. Tandem sub Augustino, ac longe post sub Beda coepit id certius definiri, at ita, ut de Moseos scriptura multi scrupuli relinquerentur. Ideoque quidam fuerunt, qui existimarunt Asiam, Europam, & Africam, hoc est, terrae habitabilis faciem olim fuisse Paradisum, ea hercle voluptate, qua describitur à Mose. Sed postquam peccatum Adae generis humani lapsum induxit, omnia ea velut evanuisse, mutata omnia in deterius ad Adae meritum, ut ille nihil prorsus videat, quae antea habuerat notissima. Verum & haec Theologis relinquenda. Porro quod quarto hinc est versu. *Medium revocata sub axem*. Id est, sub Aequatorem, aut Torridam zonam, ubi sunt Nili fontes. Rarum etiam illud est, quod septimo inde versu poëta ait, *Aequoreosque sales*, pro, condimento scilicet. GLAREAN. V. Briosii Epist. p. 146. BROUKHUS.

247 SUNT QUI SP. TER. ESSE PUT.] Msc. omissis octo versibus, qui in aliis leguntur Codicibus, & libris. BERSM.

250 AB ARCTÔO] A septemtrione ad Austrum reducta. SCHOL. Ita ferme tradebant Memphitici

a Commeat b hac c penitus tacitis discursibus unda,
Frigore ab Arctôo medium revocata sub axem,
Cum Phoebus pressit Meroën, tellusque perusta
Illuc duxit aquas; trahitur Gangesque, Padusque,
d Per tacitum mundi: tunc omnia flumina Nilus
Uno fonte e vomens non uno gurgite f perfert.
Rumor, ab Oceano, qui terras adligat omnes,
g Exundante procul violentum erumpere Nilum,
h Aequoreosque i sales longo mitescere tractu.
Nec non Oceano pasci Phoebumque k polumque,
Credimus: hunc, l calidi tetigit cum brachia Cancri,
Sol rapit, atque undae plus, quam quod m digerat n aër,
Tollitur. o hoc noctes referunt, Niloque p refundunt.
Ast ego, (si tantam jus est mihi solvere litem,)
Quasdam, Caesar, aquas post mundi q sera peracti
Secula, r concussis terrarum erumpere venis,

Non

VARIAE LECTIONES.

a *commoveat p.* R. pr. V. tert. *quo meat* O. pr. R. sec. b *hic* B. 1. M. *ac* V. 2. W. Ed. Par. & R. 1. c *tac. pen.* W. *tantis* V. 1. d *in* B. 1. e *movens* R. 1. Ed. Ven. f *profert* B. 1. Edd. Rom. Parm. *praefert* O. 1. g *exundante* V. 1. h *aequoreasque* V. 1. H. *aequoreusque* R. pr. *que* deest in Ven. i *biles* V. 1. k *polosque* B. 1. V. sec. H. M. l *tet. cal.* V. 1. m *digerit* M. A. O. 1. *degerit* B. 1. n *aether* A. o *hunc* B. 1. p *profundunt* V. sec. q *sacra* A. r *ab occulsis* O. 1.

tici Sacerdotes. GROT. *Ed. pr.* Quos secutus Diogenes Apolloniates. IDEM. *Ed. tert.*

252 AQUAS] Ennius haec de Nilo ait; quod per aestatem sol ab inferioribus aquam supra revocet, & hinc eo tempore Nilus increscat. *Per tacitum mundi* i. per cavernas latentes. SCHOL.

257 AEQUOREOSQUE &c.] Ne in praescriptionem veniret, quod cum Oceani aqua salsa sit, dulcis est Nili, dicit longitudine sui saporem mitescere. IDEM.

259 HUNC, CALIDI &c.] Herodoti sententia. GROT.

261 SI JUS EST] Locus hic ostendit temere actum aliquando ab Editoribus, qui omnes usque ad Grotium exhibent *fas est*, cum MSS. constanter praeter Regium rec. scribant *jus:* quare sine haesitatione jam ita quoque rescribo Lib. 1, 360.

Si licet, & jus est veras expromere voces.

Vulgo *fas.*

263 QUASDAM] Hoc dicit. Post diluvium aliquas aquas passim erumpere coepisse, aliquas cum ipso orbe natas: unde fit, ut Nilus augeatur ex illis, quae passim erumpunt. SCHOL.

266 CUM TOTO] Cum summa omnium rerum i. cum universi orbis semine. SCHOL. Bene etiam reliqui interpretes *totum* exponunt universum, sive rerum universitatem. Graece ὅλον quare perperam omnino Micyll. in Ed. Francof. & inde Hortens. exhibuit *cum mundo.* Vide ad Melam Lib. 1. c. 1. *Omne igitur hoc &c. het geheel al.*

272 QUOS MEMPHIS ADORAT] Ita optime Grotius excudendum curavit: cum vulgo legeretur *quem*, etiam in plerisque MSS. Meliores, ut Voss. pr. tert. Regii, aliique cum uno Bersm. exhibent *quos.* Non enim Alexandrum modo, sed & ceteros reges, ut Deos colebant Aegyptii, quod abunde satis docuit Ez. Spanhemius in dissertat. V. de Numm. praest. p. 406. &c. Ed. pr.

277 CURRUS REGUM c.] Hujus autem rei etiam Zezes in historiis meminit, Chiliade tertia cap. 69. Nisi quod non Aegypti, sed Assyriorum regem vocat, his verbis: ὁ Ἀσσυρίων Βασιλεὺς ὁ Σέσωστρις ἐκεῖνος, κατὰ δὲ τὸν Διόδωρον Σεσώωσις τὴν κλῆσιν. Τῶν Ἀσσυρίων μοναρχῶν ἦρχε τῆς γῆς ἁπάσης, ζευγνύων δὲ τῷ ἅρματι πάντας τοὺς Βασιλέας,

Non [a] id agente Deo; [b] quasdam compage [c] sub ipsa
Cum toto coepisse, reor, quas ille creator,
Atque opifex rerum certo sub jure coërcet.
Quae tibi noscendi Nilum, Romane, cupido [d] est,
[e] Et Phariis, Persisque fuit, [f] Macetûmque tyrannis:
Nullaque non aetas voluit conferre futuris
Notitiam: sed vincit adhuc natura [g] latendi.
Summus Alexander regum, quos Memphis adorat,
Invidit Nilo, misitque per ultima terrae
Aethiopum [h] lectos: illos rubicunda perusti
Zona poli tenuit; Nilum vidêre [i] calentem.
Venit ad [k] occasum, [l] mundique extrema [m] Sesostris,
Et Pharios [n] currus regum cervicibus egit:
Ante tamen vestros [o] amnes, Rhodanumque, Padumque,
Quam Nilum de fonte bibit. vesanus [p] in ortus
Cambyses [q] longi populos pervênit ad aevi,

Defectusque

VARIAE LECTIONES.

a *ad agente* R. pr. *ita ag.* V. sec. pro var. lect. b *quondam* Hort. m. c *soluta* Marp. pro var. lect. d deest in A. M. e *haec* O. 1. Edd. ante Grot. pleraeque. f *Macedumque* Edd. & MSS qdd. g *latentis* O. pr. h *populos* O. pr. a m. pr. i *carentem* B. 1. V. Schol. ad L. III, 233. k *occasus* B. 2. V. 3. Buh. W. H. l *terrae mundique* V. sec. m *Seostres* W. V. tert. *Seostris* Ed. Ven. *Sequestris* R. 1. *Soractis* A. & aliter alii. *Sesostris* recte V. ad Just. 1, 1. Val. Flacc. v, 419. n *cursus* al. o *amens* Edd. Rom. Parm. p *ad* B. 1. q *pop. l.* V. 1.

λίας, καὶ ὑπ' αὐτῶν συρόμενος, ὥσπερ ὑπ' ἵππων ἅμαξα· Meminit autem & Josephus rerum a Sesostri gestarum, eundemque Susachum vocat, libro octavo Antiquitat. Judaic. cap. 10. MICYLL.

280 CAMBYSES] Rex Persarum Cyri filius, qui motae fuit mentis. Ideo *Vesanus* dicitur. SCHOLIAST. Cambyses (inquit Sulpitius) qui pater Darii regis Persarum fuit. Si hoc Sulpitius scripsit, & non potius alius commentario ejus assuit, quo authore hoc doceat, scire velim, cum Cambyses absque prole perierit. Quo mortuo Magi regnum invaserunt. Nota est apud Herodotum historia. Caeterum poëta hic *populos longi aevi* περιφραστικῶς, dixit, quos Graeci composita voce μακροβίους vocant. Sulpitius id de Cyrnis in India, ac iis, qui habitant, in insulis fortunatis, intelligit, perperam meo quidem judicio. De Macrobiis apud Herodotum lib. III. notior est historia, quam ut de ea dubitarit Sulpitius, siquidem ei in mentem venisset. GLAREAN.

280 LONGI POPULOS A. AD AEVI] In orientem, ubi homines diu vivunt. SCHOL. Longi aevi populos vocat Aethiopas μακροβίους, ut recte exponit Omnibonus. Ad eos enim Legatos miserat Cambyses speculandi gratia, cum pariter Carthaginensibus, Ammoniis, & Aethiopibus inferre bellum pararet. Ita enim inquit Herodotus libro tertio: Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβουλεύσατο τριφασίας στρατηΐας, ἐπί γε Καρχηδονίους, καὶ ἐπὶ Ἀμμωνίους, καὶ ἐπὶ τοὺς Μακροβίους Αἰθίοπας &c. MICYLL.

281 CAEDE SUORUM] Hoc quoque ex Herodoto transsumptum, qui eodem lib. supra citato, de expeditione contra Aethiopas loquens, οἱ δὲ στρατιῶται, inquit, ἕως μέν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, ποιηφαγέοντες διέζωον. ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκοντο, δεινὸν ἔργον αὐτέων τινὲς ἐργάσαντο. Ἐκ δεκάδος γὰρ ἕνα σφέων αὐτέων ἀποκληρώσαντες, κατέφαγον. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης, δείσας τὴν ἀλληλοφαγίαν, ἀπεὶς τὸν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον, ὀπίσω ἐπορεύετο. MICYLL.

282 NON FABULA] Ut, ubi esset origo Nili, vel

Defectusque epulis, & pastus caede suorum,
Ignoto [a] te, Nile, redit. non fabula mendax
Ausa loqui de fonte tuo est; ubicumque videris,
Quaereris; & nulli contingit gloria genti,
Ut Nilo sit [b] laeta suo. tua flumina [c] prodam,
Qua Deus undarum celator, Nile, tuarum
Te mihi nosse dedit. medio [d] consurgis [e] ab axe,
Ausus in ardentem ripas adtollere Cancrum;
In Borean is rectus aquis, mediumque Booten;
Cursus in [f] occasus flexu torquetur, & [g] ortus,
Nunc Arabum populis, Libycis nunc aequus harenis:
Teque vident primi, quaerunt tamen hi quoque, Seres,
Aethiopumque feris alieno gurgite campos:
[h] Et, te terrarum, nescit, cui [i] debeat, orbis.

295 Ar-

VARIAE LECTIONES.

a *Nilo rediit* A. b al *nota* V. sec. c *perdam* H. d *cum surg.* B 2. Marp. M. e *abesse* O. 1. f *occasum* vulgo. g *ortum* R. 2. h *Et hic* suprasc. *hic* & Voss. sec. i *praebeat* W. a m. pr. *debuit* V. 1.

vel falsa fabula, non quaereret. SCHOL.

284 NULLI GENTI] Nam cum ignoratur fons ejus, apud quos sit, fluvius pene nullius est is. IDEM.

285 SUO] Ut jactet se habere fontem Nili. IDEM.

289 QUAE DEUS] *Qua* Msc. recte pro quatenus. BERSM. Bene hanc restituit lectionem Grotius, ut jam ante quoque monuerat esse scribendum Modius Novant. LL. Ep. CIII. *qua* est in Edd. omnibus ante Gryph. & MSS. meis octo, ac Voss. primo pro var. lect. Reg. pr. *quem.* tres Codd. *quam*, ut itidem *qua* corruptum fuit supra vs. 84. ubi vide.

290 CURSUS IN OCCASUM FLEXUS] Msc. tria *occasus. flexu* Msc. duo. BERSM. *In occasum flexu* scribe aut *occasus* cum MS. R. A. & T. aut *Ortum* cum MS. P. GROT. *Occasus* habent Steph. variae LL. quatuor Pulm. & mei duodecim cum Ed. Ven. ut rescripsi, & saepius monui. *Flexu*, ut primus, quod sciam, exhibuit Grotius, confirmant quoque variae lect. Steph. tres Pulm. Voss. pr. quart. Reg. uterque, & quinque alii. Ceteri *flexus* adjective. sed vide ad L. IX, 415. Verum nec sic locum puto sanum. pro *torquetur* in Regio primo est *torquer.* Oxon. unus habet *in ortus.* Unde unice arbitror, à Lucani esse manu.

Curris in occasus, flexu torqueris in ortus.

Clarissimo certe sensu.

292 SERES] Vix dici potest, quam hic locus torqueat lectorem, de quo in omneis opiniones versare licebit fortasse, ut Liviano utar verbo. Sed quod rem ipsam facile expediat, haud scio, quid merito dici aut queat, aut debeat. Scio plerisque videri hoc loco Scythas intelligi, qui sint juxta Taurum montem, unde amnes Indici labuntur, in Ortum, ac Septentrionem protenti. Sunt, qui eosdem *Seras* Indos, aut vicinos notari putent: cum per Aethiopas, Indi quoque intelligantur, ut paulo ante diximus. Potest etiam fieri, ut vocabulum sit corruptum, id quod saepe evenire solet. Quid vero ejus in locum sit substituendum, vix equidem pronunciaverim. Argutulus etiam aliquis fortasse diceret, *Seri* legendum, ut comparetur ad, *Primi*, quod praecedit. Apud veteres, Torridae Zonae oppido obscura fuit cognitio: nec minus Orientalis tractus. Quod ex Ptolemaei descriptione videre licet, qui existimavit Oceanum illum Indicum terra inclusum. Unde nata profecto videtur ista Aethiopum Serum, & Indorum confusio. Quid igitur mirum, si à Seribus ac Indis Nili originem aliqui deduxerunt, cum multi contraria coeli regione ab Atlante delabi Nilum crediderunt, ut videre est apud Plin. GLAREAN. Pro gente Aethiopica sumsit auctor *Seres*, cum aliis; ut doctissime ostendit Palmerius in Apologia contra Scaligerum. Non autem capio, quid velit Is. Vossius; cum ex hoc loco probare conatur, à Lucano Nilum dici in Arctois oriri partibus. Vide virum doctiss. ad Melam L. I. c. 8.

293

Arcanum natura caput non prodidit ulli,
[a] Nec licuit populis parvum te, Nile, videre,
[b] Amovitque [c] sinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quam nosse, tuos. consurgere in ipsis
Jus [d] tibi solstitiis, aliena [e] crescere bruma,
Atque hiemes adferre tuas: solique vagari
[f] Concessum per utrosque polos. hîc quaeritur ortus,
Illîc finis aquae. [g] late tibi gurgite rupto
Ambitur nigris [h] Meroë fecunda colonis,
Laeta comis ebeni: quae, quamvis arbore multa
Frondeat, aestatem nulla sibi mitigat umbra:
Linea tam [i] rectum mundi ferit illa Leonem.
Inde plagas Phoebi, damnum non passus aquarum,
Praeveheris, sterilesque diu [k] metiris harenas,

Nunc

VARIAE LECTIONES.

a Versus hic legitur modo in Marp. V. tert. b *Admovitque* V. 2. A. *Ammovitque* R. pr. V. tert. c al. *situs* V. sec. d *est* Ox. 1. A. m. pr. e *& cr.* Ox. 1. A. f *conc. est* B. 2. V. 2. O. 2. Marp. M. g *tibi late* B. 1. *lates ibi* R. pr. Buh. *lates t.* Ed. Ven. h *Meroes* VV. LL. Steph. V. pr. sec. R. pr. W. M. i *recte* R 1. *recti* M. k *metaris* VV. LL. Steph.

293 FERIS CAMPOS] Sic L. IV, 405. *ferit unda Salonas*, ubi vide. Hic autem in Voss. tertio est *teris*, ultima producta ob caesuram: quod idem foret, ac *radit*, *rodit*, de quibus egi ad L. II, 425.

- - - - *radensque Salerni*
Culta Siler.

294 DEBEAT] Cui terrae adtribuat fontem tuum. SCHOL.

299 SOLSTITIIS] VIII. Kal. Jul. diem dicit. IDEM.

299 ALIENA] Tunc scilicet crescere, cum bruma non est. IDEM.

300 HIEMES ADFERRE TUAS] Mscr. duo *efferre*. Aquas effundere in ipsa aestate, quae tua est hiems à te allata. BERSM. *Efferre* est etiam in uno Pulm. & Ox. pr. Cod. & Edd. Rom. Parm. Sulp. Bad. Par. Mic. & Hortens. quod probat non immerito, ubi, quid sint *Nili hiemes*, eleganter exponit J. F. Gronov. L. IV. Obs. c. 5. Lib. VI, 474.

Nilum non extulit aestas.

Perferre unus Pulm. Oxon. pr. a m. sec. Regio utroque, & Marp. *Obferre* Edd. Veneta, Brix. & Mediol. non inepte: ut tamquam donum Nili consideret inundationem; quare invocare eum solebant Aegyptii. Hinc vs. 235. *Imploratus adest*. *Aliena bruma*, ut *alienis mensibus*, apud Virgil. II. Georg. 150. ubi consule Cerdam.

301 HIC] Ortus in Austro, occasus in Septemtrione. SCHOL.

302 GURGITE RUPTO] *Rapto* Msc. duo (Edd. Rom. Parm. Br. Med.) male. Diviso, seu dividuo, ut Ovid. BERSM.

305 AESTATEM NULLA SIBI MITIGAT UMBRA] Ibi enim semper super eam Sol est; unde umbram habere non posset. SCHOL. Elegans lectio, quam tamen corrupere quidam librarii, quos ne temere audias, cave; in Wittiano enim, & Vossiano tertio scribitur.

Aestate nullas sibi vindicat umbras.

Vindicat etiam pro *mitigat* habet unus Pulm. Cod. & Regius prim. a m. pr. *summovet* Marpurg. Si placeret *vindicat umbras*, mallem *aestatem* sumere pro in aestate, per aestatem, quam *e* hic productum censere. Sed tanti non sint librariorum somnia.

306 FERIT ILLA LEONEM] Signa Leonis, sub quo Meroë est constituta. SCHOL. Praeferam, quod Salmasio placuit *fert illa*. GROT. *Ed. tert.* Vid. Plin. Exercit. p. 300. ubi late de hoc versu agit. Necessario videtur *fert* legendum: licet mira pertinacia MSS. retineant *ferit*. per Hypallagen.

307 INDE PLAGAS] Ita correximus ex tribus Mstis: cum antea (in Gryph. & Freilonii Lugd. Editt.) *in plagas* repugnante metro. BERSM. *In pla-*

Nunc omnes unum vires conlectus in amnem,
Nunc vagus, & [a] spargens facilem [b] tibi cedere ripam.
Rursus multifidas revocat piger alveus undas,
[c] Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura
Regni claustra [d] Philae. mox te deserta secantem,
[*Qua dirimunt nostrum rubro commercia Pontum,*]
Mollis lapsus [e] agit. quis te tam lene fluentem,
Moturum tantas violenti [f] gurgitis iras,

Nile,

VARIAE LECTIONES.

a *surgens* M. b *sibi* P. 1. Ox. pr. a m. sec. c *quo* O. 1. d *Phile* & *Phylae* MSS. qdd. e *agat* W. f *turbinis* VV. LL. Steph.

plagas inepte revocavit Maittaire.

308 PRAEVEHERIS] Msc. duo *proveheris*; sed nos retinuimus *praeveher.* ex tertio Msc. & libris aliquot. BERSM. *Proveheris* est in Wittiano, Regio uno, Oxon. pr. a m. pr. & meo, ac Edd. Rom. Parm. Sulp. Bad. Aldi, Steph. aliisque perperam. Vide ad L. IX, 1003.

- - - - - *Asiamque potentem*
Praevehitur.

312 DIRIMUNT ARABUM POPULIS AEGYPTIA RURA &c.] *Populos* Msc. vitiose. BERSM. Nihilominus *populos* exhibent praestantissimi Codices Vossiani quatuor, Regius prim. Buher. Wittian. *populos* & meus. Forsan hoc modo scribendum, licet non adfirmem,

Qua dirimunt Arabum populos, Aegyptia rura,
Regni claustra, Philae.

Ut sit. *Philae* (sic enim scribendum, non *Pylae*, seu Πύλαι, claustra, ut est in Ed. prima; nec Φύλαι. Vide ad Plin. L. V, 9. Holsten. ad Stephan.) *rura Aegyptia*, per adpositionem, *dirimunt populos Arabum.* An potius scribendum *populo*, neglecta Synalaepha? Hunc autem locum ex Senecae Naturalibus Quaestionibus esse desumptum, docet jam Salmasius Plin. Exercit. p. 298. Notandum vero hic quoque, Propertium produxisse primam in *Philis*, si vera quidem est magni Scaligeri emendatio, de qua quidem dubito, Lib. IV, 8, 39.

Nilotes tibicen erat, crotalistria Philis.

quod recepit Broukhus. ante fuit *Phyllis.*

313 PHILAE] Urbs prima Aegypti, Aethiopiae contermina. Apud quam diu tractis bellis Aethiopes, & Aegyptii arma posuerunt in amicitiam revertentes, unde civitas ἀπὸ τῆς Φιλίας hoc nomen accepit. SCHOL. *Phylae.* Sive Pylae sunt urbs inter Aethiopes, & Aegyptios, interpretanturque portae inter utrosque, & ideo dixit, *claustra.* SULPIT. Strabo lib. XVII. *Supra catarasten sunt Philae communis Ethiopum & Egyptiorum habitatio.* Stephanus singulariter *philam* scribit, quam Aegypti dicit insulam item & in Macedonia civitatem, citatque Herodotum, in quarto; ubi tunc non Φιλα sed Φυλά scribitur, quam dicit ab Lacedemoniis habitari. Ab urbe autem inquit Stephanus. *Phileі* ab insula *Philate* sunt vocati. de qua insula meminit Seneca de Nilo loquens libro IV. naturalium quaestionum, & Plinius libro V. cap. 9. Non igitur hoc loco legeretur *Phyli* aut *Pylae* ut voluit Sulpitius, fortasse Pliniano exemplo inductus in quo ante Hermolai Bar. castigationem *Pylae* legebatur. VERSELL. Strabo, τοῦ δὲ καταῤῥάκτου μικρὸν ἐπάνω τὰς Φύλας εἶναι συμβαίνει κοινὴν κατοικίαν Αἰθιόπων καὶ Αἰγυπτίων κατεσκευασμένην, ὥσπερ καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, καὶ τὸ μέγεθος ἴσην &c. Quidam tamen *Philas*, per *I*, scribant, quo pacto & in vulgatis Plinii editionibus habetur. MICYLL. Sumtum ex Senecae libro de situ, & sacris Aegyptiorum, unde haud dubie & alia multa huc transtulit Lucanus. Locum Senecae de Philis apud Servium ad VI. Aeneidos 154. Vide eundem Senecam Naturalium quaestionum lib. IV. cap. 2. ubi itidem Philarum mentio, multaque alia ad illustranda, quae de Nilo Lucanus dixit, pertinentia. GROT. *Ed. tert.*

314 QUA DIRIMUNT NOSTRUM RUBRO COMMERCIA PONTUM] Ingenue fateor, me haec non intelligere. *Commercia dirimunt Aegyptium mare a mari rubro.* Dicendum potius fuerat *jungunt*, vel quid simile. Per commercia enim maria, & regiones à se disjunctae sibi invicem quasi adnectuntur, ita ut se discretos non sentiant incolae. *Commercia* itaque hic exponunt *confinia*, *conmixtionem*; qua auctoritate, scire velim. Deinde *nostrum mare* ab Aegyptio vocari mare Mediterraneum, non fero. Romani id moris est; ut fecit auctor

Nile, putet? sed cum lapsus abrupta viarum
Excepêre tuos, & praecipites cataractae,
[a] Ac [b] nusquam vetitis ullas [c] obsistere [d] cautes
[e] Indignaris [f] aquis; [g] spuma tunc astra lacessis:
Cuncta fremunt undis: ac multo murmure montis
Spumeus invictis canescit fluctibus amnis.
Hinc, Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas,
Terra potens, primos [h] sentit percussa tumultus,

325 Et

VARIAE LECTIONES.

a *at* B. 1. M. b *numquam* R. pr. V. 2. Marp. c *obsidere* Ed. Parm. d *crates* V. 1. e *indignatus* V. tert. non male. f al. *aquae* V. sec. g *spumantiaque* M. h *sensit* P. 2. V. 1. R. 1. M. Edd. R. P.

auctor Lib. VIII, 293.

- - Abruptum est nostro mare discolor unda,
Oceanusque suus.

Tandem, quam inepte hic repetantur illa *qua dirimunt*, nemo non sentit. Quibus rebus inductus omnino credam, sciolum quemdam ex male intellecto Senecae loco (Lib. IV. N. Q. c. 2. *Egressus Aethiopiam arenasque, per quas iter ad commercia Indici maris est.*) hunc versum hic intrusisse, dum non cogitaret, hic Aegyptium loqui, non Romanum. Egregie autem cohaerent.

- - Mox te deserta secantem
Mollis lapsus agit.

Si quis retinendum putat, scribat is *Ponto*, (sic enim habent tres Pulm. duo Bersm. & mei decem MSS. Edd. Rom. & Parm. *Rubri com. ponti* Voss. pr. a m. pr. & Voss. sec. Edd. Ven. Br. Med. *Rubrum* Voss. un.) aut legat potius.

Quae d. nostri rubro commercia ponti.

Suspicionem meam auget nonnihil Buher. Cod. in quo praecedentes duo versus margini tantum erant adscripti. Paullo post retinui *tantas*, ut Grotius primus edidit, confirmantibus eam lectionem, uno Bersm. utroque Regio, Marp. & Oxon. uno, Ceteri scripti, & Editi *totas*, sollemni commutatione, nec male.

320 ASTRA LACESSIS] Claudian. L. 1. R. Pros. 163.

- - - molibus astra lacessit.

321 CUNCTA FREMUNT UNDIS] Legitur & *tremunt*. SCHOL. *Tremunt* receperunt Editores omnes ante Grotium, & agnoscunt id quidam Pulm. Bersm. & septem mei libri. Ego tamen cum MSS. vetustioribus, & Grotio praefero *fremunt*. Nam expressit, ut diximus, auctor Senecam, qui ibid. ait, *cadit cum ingenti circumjacentium regionum strepitu.* De Peneo Ovid. L. 1. Met. 573.

Sonitu plus quam vicina fatigat.

Fremere de ipsis undis dictum ostendimus ad Lib. IV, 101.

321 MULTO MURMURE] *Multo in murmure* Msc. Vide Melam cap. 9. Lib. 1. Msc. *a nullo murm.* BERSM.

322 INVICTIS CANESCIT FLUCTIBUS] Mscr. tria *invitis*; sed alter, ad marg. *invictis*. IDEM. *Invitis* exaratur quoque in Buher. Regio primo, Witt. Vossiano sec. & quarto a m. pr. Ed. Parm. & Hort. M. sed male. *invicti fluctus* sunt, qui nullo obice frangi, vel cursu prohiberi possunt. passim *vinci*, *superari undas*, quarum inpetus frangitur, dici supra notatum, & norunt eruditi. Est vir doct. qui malit hoc loco *invectis*.

322 ALBESCIT] i. canescit: unde quidam legunt *canescit*. ASCENS. *Canescit* sine dubio verior est lectio, cujus Glossa, & interpretamentum est *albescit*, licet id inveniatur in quatuor Pulm. & quinque meis tam pro varia lectione quam a m. pr. ac Edd. Rom. Parm. Sulpit. Bad. mic. Hort. quis nescit *canam Tethida & cana aequora?*

323 HINC, ABATON] Servius ad Virg. VI. Aen. 164. & Salmas. Plin. Exerc. p. 312. scribunt. *Hinc Abatos, quam.* deinde Salmasius emendat pro *terra potens*, quod nihili est, *Petra patens* ex Seneca, quem noster totum descripsit, & versibus expressit. *Exiguo ab hac spatio Petra dividitur. Ἄβατον Graeci vocant, nec illam ulli nisi antistites calcant. illa primum saxa auctum fluminis sentiunt.* MSS. tamen *Terra potens* pertinaciter retinent. Ex Senecae nihilominus verbis insuper patet, aliud in Lucani verbis mendum latere, & Doct. Broukhus. conjiciebat scribendum *venerata*. Sed quum pro *vocat* in bonae notae Codice Voss. tertio sit *colit*, ita legere possis.

Hinc Abatos, quam nostra colit veneranda vetustas,
Petra patens, primos &c.

i. quam nostri Sacerdotes longaevi, vel simplici-

ter

Et scopuli, placuit fluvii quos dicere venas,
[a] Quod manifesta novi [b] primum dant signa [c] tumoris.
Hinc montes Natura vagis circumdedit undis,
Qui Libyae te, Nile, [d] negent: quos inter [e] in alta
It convalle tacens jam moribus unda receptis.
Prima tibi campos permittit, apertaque [f] Memphis
Rura, modumque [g] vetat crescendi ponere ripas.
Sic velut in [h] tuta [i] securi [k] pace trahebant

Noctis

Variae Lectiones.

a *qui* B. 1. Ed. Rom. b *primas* Ed. Parm. c *rumoris* A. *timoris* Marp. V. 2. d *negant* al. *negat* VV. LL. Steph. e vulgo *ut*, vel *& a. in c. jacens stat molibus. montibus* R. 1. V. 2. f *Nymphis* B. 1. g *timet* B. 1. h *tanta* B. 1. i *securus trahebat* P. 1. k *parte* R. 1.

ter venerandi majores colunt. Non Aegyptii *Abaton* vocant, sed Graeci.

324 Terra potens] Non displicet, quod idem reponit Salmasius, *Petra patens. Petra dividitur*, ait Seneca. GROT. *Ed. tert.*

324 Percolsa] Mscr. tria *percussa*. Ita & libri aliquot recte. BERSM. Perperam in Voss. duobus, & Edd. Aldi, Col. Steph. Gryph. &c. scribebatur *perculsa*; quod recte abire jussit pro *percussa* Grotius.

325 Venas] Seneca. *Post magnum deinde spatium duo eminent scopuli. Nili venas vocant.*

327 Hinc montes] Imo, ut idem vir in his rebus exercitatissimus, *Hos montes.* Pergit enim de scopulis illis loqui. GROT. *Ed. tert.* Non accedere possum viris summis, legi volentibus *hos.* Non enim pergit de his scopulis loqui, sed de montibus, qui sunt post hos scopulos, & quibus continetur Nilus. Ita clare Seneca, postquam de *scopulis* erat locutus, subdit, *Hinc jam manifestius novarum virium Nilus &c. ne in latitudinem excedat, objectu montium pressus. Circa Memphim demum liber, & per campestria vagus* &c. Si quid mutandum, malim scribere *hic*, ut est in Amst. Cod. Dein restitui *negent*, ut habent longe plurimi, & optimi MSS. Grotius cum quibusdam aliis exhibuit *negant.*

328 Quos inter et alta in convalle jacens stat molibus u. r.] Ita correximus hunc locum; cum prius legeretur

- - - - - - - *in alta*
It convalle jacens jam molibus.

Secuti auctoritatem nostri Codicis, & Canteri (ita legentis Nov. LL. Lib. III, 2.) In altero erat

- - - - - - - *in alta*
It convalle jacens, stat molibus unda quietis.

In tertio.

- - - *tacens jam mollibus u. receptis.*

In quarto.

- - - *jacens jam molibus u. receptis.*

BERSM. *Quos inter ut alta In convalle.* Nostra est mutatio. antea fuit, *&.* in quibusdam, *in*, & versu sequente pro, *In*, *It.* Alveus fluminis montes inter, convallis obtinet speciem. GROT. *Ed. pr.* Sic nos conjeceramus, sed tutius MSS. sequi:

- - - - - *quos inter in alta*
It convalle tacens jam moribus unda receptis.

Non jam cum tumultu ruit, sed silentii & modestiae retinens labitur. IDEM. *Ed. sec.* Eadem tralatio apud Plinium XXXVI. *Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores.* Papinius.

Ut leo materno cum raptus ab ubere mores
Accepit.

IDEM. *Ed. tert.* Salmasius p. 312. scribit.

- - - - - - - - *ut alta*
In convalle jacens stat molibus unda quietis.

Quietis certe legitur quoque in Regio utroque, Voss. primo, Marpurg. & Edd. Veneta, Brix. Mediol. Verum *stare*, & *jacere* posse dici de fluvio, leniter licet, decurrente & labente, numquam credo. De stagnis, & mari non agitato haec usurpantur: quare verissima prima est lectio.

- - - - - - - *in alta*
It convalle tacens jam.

Quam corrupit primus Canterus; cum ita tamen habeant MSS. fere omnes, & Editiones primae, nisi quod in nonnullis sit *& alta.* *Ire* de fluvio millies dici, nemo nescit; ut & *tacere* adhibitum de fluviis lene labentibus, docet Heinsius; & nos egimus de ea voce ad Lib. I, 259.

Mediusque jacet sine murmure pontus.

Simi-

Noctis iter mediae: sed non vesana Pothini
Mens, inbuta semel sacra [a] tam caede, [b] vacabat
[c] A scelerum motu. Magno [d] nihil [e] ille peremto
Jam [f] putat esse nefas: habitant sub pectore manes,
Ultricesque Deae dant in nova monstra [g] furorem.
[h] Dignatur [i] viles isto quoque sanguine dextras,
Quo Fortuna [k] parat victos perfundere Patres;
Poenaque civilis belli, [l] vindicta Senatus,

Pene da-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *tam s.* b *vacavit* V. 1. c *Ab* P. 1. d *nil* B. 1. R. pr. V. pr. Edd. Ven. Parm. e *ipse* O. 1. R. 1. f *fas e. putat* Ed. Parm. g *furores* B. 2. V. 1. h *dignatus* Hort. m. i *Pharias* Edd. Sulp. Bad. Mic. Hort. *miles* Ed. Paris. k *vocat* Ox. 1. a m. pr. Edd. Ald. Col. Pulm. Hort. m. l vulgo *& v.*

Similiter fere Statius Lib. x. Theb. 95.

- - - - - - *ipse profundis*
Vallibus effugiens speluncae proximus amnis
Saxa inter scopulosque tacet.

Aliud est, quod dicit Plinius Paneg. L. xxx. *Vagus ille & palator amnis intra usurpata semper collium substiterat atque haeserat.* Merito itaque hanc Grotii restitutionem laudarunt, & MSS. ac exemplis confirmarunt summi viri N. Heinsius ad Claudian. Cons. Mall. Theod. vs. 233. & Idyll. de Nilo 29.

Tunc Nilus mutato jure tumescit.

& J. F. Gronov. Diatr. Stat. p. 183. Praeterea iidem hi viri jure merito optimam Grotii emendationem *moribus* ibidem asseruerunt: quam etiam ego unice veram judico corroboratam insuper praestantissimis Codd. Voss. secundo, & Buheriano, idque voluisse videntur etiam Voss. prim. Reg. prim. Marp. & Oxon. pr. a m. pr. in quibus est *motibus quietis* quasi ex glossa *&* *moribus* i. e. tranquillitate, modestia natum: ut exponunt Grotius, Heinsius, Gronovius; quo sensu etiam *moribus quietis* possit legi. Sed tamen *moribus receptis* simplicius ego explicare mallem per consuetudinem, quam recepit hic Nilus. Prius enim leniter cum fluere cecinit Lucanus, dein violente; jam subdit, recepta eum consuetudine, seu moribus priscis rursus leniter incedere. *Mores* fluvio tribuit, ut Propert. L. III, 3, 47. *naturae mores*, aliique aliis rebus inanimatis. Vide ibid. Gronov. & Cerd. ad Virgil. Georg. I, 51. *coeli morem*, Fabr. ad Lucret. I, 297. ubi in MSS. quoque *motibus*.

- - - *moribus aemula magnis*
Amnibus inveniuntur.

330 APERTAQUE] *Opertaque* Msc. corrupte. BERSM.

334 TAM SACRA CAEDE] i. e. Exsecrabili, detestabili. Pompeji autem dicit interitum. SCHOLIAST. MS. unus Bersm. Voss. pr. sec. & meus *sacra jam c.* Edd. Sulp. Bad. Mic. Hort. *sacrata caede.* Sed recte Pulm. duo, & Buh. exhibent, ut reposui, *sacra tam caede.*

337 ULTRICESQUE DEAE] i. Dirae & furiae infernales. Alii legunt *umbrae* S. Pompejanae. ASCENS. *Umbrae* Msc. duo. non male. BERSM. *Umbrae* agnoscunt quoque Pulm. MSS. quatuor, Regius prim. Voss. tert. quart. sext., Amst. meus & Voss. sec. ac Witt. pro var. lect. cum Edd. ante Sulpit. aliisque. Verum hanc lectionem si admittamus, bis idem dicit auctor. Per *manes* enim intelligit umbras Pompeji, ut bene Glossae Voss. pr. interpretantur. *Ultrices* ergo *deae*, sive ut Virgilio L. IV. Aen. 469. vocantur *ultrices dirae*, sunt furiae, quae infinitis Auctorum locis, ut ultrices scelerum poenarumque exactrices, furorem malis inmittendo, eosque ad plura flagitia instigando, occurrunt. Valer. Flacc. L. I, 796. Sitzm. ad Boeth. L. III. Met. 12. Ut hic, *manes* & *ultrices Deas* jungit Seneca in Med. 967.

Discedere a me, frater, ultrices Deas,
Manesque ad imos ire securas jube.

338 DIGNATUR] Dignas aestimat, & cogitat videlicet esse Pothinus. SCHOL.

339 VICTOS PERFUNDERE PATRES] Sensus hic est. Pothinus etiam Caesaris sanguine dignas dextras suorum censet, cujus sanguine victos Senatores parabat Fortuna perfundere. Nam postea in Senatu est Caesar occisus. IDEM. Inl. Heinsius malebat *victas partes* scribere, atque ita pro var. lect. est in Voss. sec. Sollemni mutatione, de qua saepius dictum supra. Vide Cel. Burm. ad Valer. Flacc. I, 72.

340 ET VINDICTA SENATUS] *Et* in quatuor MSS. omittitur. BERSM. Intrusum hoc & pri-

 mum

Pene data eſt famulo. procul hoc [a] avertite fata
[b] Crimen, ut haec Bruto cervix abſente ſecetur.
In ſcelus it Pharium Romani poena tyranni,
[c] Exemplumque perit. ſtruit audax inrita [d] fatis,
Nec parat [e] occultae caedem [f] committere [g] fraudi;
Invictumque ducem [h] detecto Marte laceſſit.
Tantum animi delicta dabant, ut colla ferire
Caeſaris, [i] & ſocerum jungi tibi, Magne, [k] juberet:
Atque haec dicta [l] monet famulos [m] perferre fideles
Ad Pompejanae ſocium ſibi caedis [n] Achillam,
Quem puer inbellis cunctis [o] praefecerat armis,
Et dederat ferrum, nullo [p] ſibi jure retento,
In [q] cunctos, in ſeque ſimul. Tu [r] mollibus, inquit,
[s] Nunc incumbe toris, & pingues exige ſomnos:

In-

VARIAE LECTIONES.

a *advertite* M. 1. Ed. Ven. *aducite* O. 1. b deeſt hic verſus in R. 1. c *exemplum periit* Hort. m. d *fata* R. 2. V. 1. Marp. M. Hort. m. male. e *occulta fraude* Hort. m. f *promittere* O. 1. g *fraudis* Ox. pr. a m. ſec. h *directo* Ed. Ven. i *ut* V. 1. k *juberes* R. pr. l *movet* V. 1. *monent* V. 1. m *praeferre* B. 1. n *Achillem* H. o *perfecerat* V. 1. p *Phoebi* Ed. Ven. q *cunctas* R. 1. r *mollius* V. 1. s *nonne* H.

mum ab Aſcenſio, quem ſecuti ſunt Verſell. Colin. Gryph. Berſm. aliique. Carent eo MSS. & ceterae Editiones. Poena civilis belli, ſeu mors Caeſaris eſt vindicta Senatus.

342 CRIMEN] Ut Servus vindicet Pompejum, & Senatum. SCHOL.

343 POENA TYRANNI] Mors ſcilicet Caeſaris, poena tyranni. Hoc dixit. Adſcribatur ſceleri Aegyptiorum, cum Romanus tyrannus occiſus ſit, ſi à Pothino Caeſar exſtinguitur, & ſumendi poenam à tyrannis amittetur exemplum, ſi non à nobis fuerit interemtus, qui meretur occidi. IDEM.

347 COLLA FERIRE JUBERET] Pulm. MSS. duo, Berſm. quatuor, ex meis Reg. pr. Voſſ. ſext. Amſt. & meus cum Edd. Rom. Ven. Pariſ. habent *feriret.* Oxon. vero primus, & Hort. margo *feriri*, quod praeferrem, quia ſequitur *jungi.* in paſſivo. Aliter non temere ille infinitivus activi generis mutari debet in paſſivum. Nam ſaepe dicitur *jubeo hoc facere* ſine addito perſonae accuſativo. Virgil. L. II. Aen. 36.

Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaque dona
Praecipitare jubent, ſubjectiſque urere flammis.

III, 266.

- - - - *tum litore funem*
Deripere, excuſſoſque jubet laxare rudentis.

& paullo poſt.

Linquere tum portus jubeo & conſidere tranſtris.

Ac ſaepius Cicero Lib. III. Catil. c. 8. *Iidemque juſſerunt ſimulacrum Jovis facere majus, & in excelſo collocare* &c. Caeſar B. Gall. II, 5. *Caſtra munire jubet.* Curt. L. II. c. 8. §. 9. *Itaque Graecis nunciare jubet*, uti in MSS. eſſe recte monet doctiſſ. cognatus meus Snakenburgius. Non itaque accedere poſſum Celeberrimis viris Heinſio, & Drakenburgio, ubique hoc in paſſivum mutare volentibus ad Silium Lib. VI, 413.

- - - *jubet & veſtros & conjugis una*
Arcere amplexus.

In activo noſter quoque L. VII, 575.

Adverſoſque jubet ferro confundere vultus.

& L. VIII, 41. Uti hic *ferire*, & *jungi juberet*, ita Scriverius conjecit legendum non inepte in Frontin. L. II, 5, 46. *Ut paucorum navium malos erigere eaſque primas agi juberet.* Sed MSS. illic *erigeret*, ut hic quidam *feriret.* vulgo male editur *erigerent* & *juberent.* Nihil leviter in his contra optimos, & plurimos MSS. innovo.

352 DEDERAT FERRUM] Poteſtatem feriendi, quem vellet. SCHOL.

352 RETENTO] Mſc. *retentum* (ita Voſſ. tert. & Witt. a m. pr.) ad marginem. Alter. *retecto.*

Sed

Invasit Cleopatra domum. nec [a] prodita tantum est,
Sed donata [b] Pharos. cessas [c] adcurrere solus
Ad [d] dominae thalamos? [e] nubit soror inpia fratri:
Nam Latio jam nupta duci est; [f] interque maritos
Discurrens Aegypton habet, Romamque meretur.
Expugnare [g] senem potuit Cleopatra venenis.
Crede miser [h] puerum: quem nox [i] si junxerit [k] una,
Et, semel amplexus incesto [l] pectore passus,
Hauserit obscoenum titulo pietatis amorem,
Meque, tuumque caput, per singula forsitan illi
Oscula donabit. crucibus, flammisque luemus,
Si [m] fuerit formosa soror. [n] nil undique restat
Auxilii: rex [o] hinc conjux, hinc Caesar adulter:
Et sumus, [p] ut fatear, tam saeva [q] judice, sontes.

Quem

VARIAE LECTIONES.

a *perdita* B. 1. b *Pharon* M. c *occurrere* V. 2. O. 1. H. d *thal. dom.* B. 1. e *nupsit* vulgo. *nubet* Ed. Grot. & seqq. f *intraque* A. g *ducem* VV. LL. Steph. Ox. pr. a m. pr. h vulgo *puero.* i *inmiserit* & *inmiscuit* H. k *ulla* V. 1. & sec. pr. ac Buh. pro var. lect. l *corpore* Edd. Bad. Paril. Vers. Mic. Hort. m *form. sor. fuer.* Edd. Rom. Parm. n *nihil* V. 1. o *hic* R. pr. p *&* B. 1. M. Buh. V. sec. pro var. lect. *id fateor* Ox. pr. *fateor* V. 1. q *vindice* A.

Sed fortasse *relicto* (ut est in var. LL. Steph.) scribendum fuit. BERSM.

353 TU] Verba Pothini ad Achillam. SCHOL.

355 INVASIT] Emenda hinc Priscian. c. 1178. ubi vulgo editur *intravit.*

357 NUPSIT SOROR] Msc. duo *nubit:* quod non improbo. BERSM. *Nubet soror impia fratri.* Ita feci ex MSS. in quibus *nubit.* vulgati pejus *nupsit.* Non est dubium, quin Cleopatra nuptura sit Ptolemaeo. Efficiet hoc Caesar, cui illa jam vice uxoris est. GROT. *Nubit* legitur in variis Steph. lectionibus, Pulm. uno, Regio primo, Voss. primo, sec. tertio, ac Buher. Ex quibusdam MSS. nihil variationis ad Grotian. Edit. enotatum est ab iis, qui varias lectiones excerpserunt, an itaque *nubet* sit in nonnullis, dubito. Ego *nubit* praefero: quod majorem rei adfirmationem continet.

360 SENEM] Caesarem ad comparationem Ptolemaei pueri. *Venenis* i. pulchritudine sua. SCHOLIAST. i. fucata forma amorisque lenociniis.

361 CREDE MISER PUERO] Cum senem expugnatum esse cognoscas. SCHOL. MS. *puerum.* Crede jam Cleopatrae Ptolemaeum, illi, inquam, quae senem Caesarem potuit in amorem sui pellicere. GROT. *Ed. sec.* Non penitus damno vulgatam lectionem. Ut sit: confide, & spem pone in puero; cum videas, jam senem Cleopatrae cessisse; facilius enim cedet ei puer Ptolemaeus. Quomodo *credere* simpliciter cum dativo saepe ponitur pro confidere. Sallust. B. Jug. c. 75. *Neque loco neque mortali cuiquam aut tempori satis credere.* Adde Servium, & Cerdam ad Virgil. Ecl. II, 17. *crede colori*, idem Georg. IV, 192. Ovid. Metam. IV, 730. Stat. L. IV. Achil. 245.

- - *veniae nec protinus amens*
Crede.

ut legendum cum Heinsio ad Silium L. IV, 571. Ataque ita saepius noster I, 135.

- - - - - *priori*
Credere fortunae.

227.

Credidimus fatis.

V, 540.

- - - *nocturno credere ponto.*

Cum tamen in veterrimis MSS. Regio primo, & Voss. primo sit *puerum*, elegantius hoc mihi videtur, quam ut librariis haec lectio sit inputanda. *Crede puerum Cleopatrae.* est committe illum Cleopatrae, quasi illic tutum; cum potius illa puerum istum corrumpet, & in sui amorem pelliciet, ad nos perdendos. Cum aliis auctoribus passim ita loquitur noster. *Credere animam morti* L. III, 751. *caussam Diis* VII, 77, 705. *bellum terris* IV, 653. *Silvam*

Quem non [a] è nobis [b] credet Cleopatra nocentem,
A quo casta fuit? per, te, quod fecimus una,
Perdidimusque, nefas, perque ictum sanguine Magni
Foedus, ades: subito bellum molire tumultu:
[c] Inrue: nocturnas rumpamus [d] funere taedas,
Crudelemque toris dominam mactemus in ipsis
Cum quocumque viro. [e] nec nos deterreat [f] ausis
Hesperii Fortuna ducis. quae sustulit illum,
Inposuitque [g] orbi, communis gloria nobis:
Nos quoque sublimes Magnus facit. adspice litus,
Spem nostri sceleris: pollutos consule fluctus,
[h] Quid liceat nobis: tumulumque [i] è pulvere parvo
Adspice, Pompeji [k] non omnia membra [l] tegentem.
Quem metuis, par hujus [m] erat. non sanguine clari:

Quid

VARIAE LECTIONES.

a *ex* P. 1. B. 1. V. 1. H. R. 1. Edd. pp. b *credit* MSS. & Edd. qdd. *credat* B. 1. V. 1. c *inrue nocturnus* W. V. tert. Ox. pr. a m. pr. H. d *foedere* O. 1. e *ne* M. f *ausos* A. g *urbi* V. sec. *ori* H. h *quod* A. i Edd. qdd. *a. ex* H. a m. pr. k *vix* O. 1. l *tegente* B. 1. m *eris* V. sec.

vam cani IV, 441. Adde L. I, 258, 515. IV, 647. &c. Celeb. Burm. ad Petron. cap. 115. Indic. Ovid. &c.

363 TITULO PIETATIS] Amorem, quem in cesto sorori deferre videatur, quia frater ejus est. SCHOL. Vide Ovid. Epist. Phoedrae vs. 130. &c.

370 PER TE, ET, QUOD F. UNA, NEFAS] Micr. tria copulam omittunt. BERSM. Gryphii, Pulm. & Bersm. Edd. intrudunt copulam *&*, quae in nullo MSto comparet, nec etiam debet. Crediderunt scilicet *te* regi à praepositione *per*: quia aliter non est verbum; unde ille accusativus construatur. Hinc factum quoque, ut in optimis MSS. locus hic varie scribatur. In Vossiano primo, & MS. Cantabrig. *rogo per quod f.* In Regio primo *certe quod.* In Voss. sexto prima lectio erasa est. Ed. Venet. vitiose *parte quo f.* Primo debent jungi *per nefas*, quae à se interpositione pronominis separari passim solent. Vide Broukhus. ad Tibull. L. IV, 5, 7.

\- - - *per, te, dulcissima furta &c.*

Drakenburg. ad Silium L. v, 82.

Iliacas per, te, flammas, Tarpejaque saxa,
Oramus.

Sed dicet quis, in his omnibus, quae illic adducuntur, exemplis, addi video verbum *oro*, *precor*. vel simile; quod hic frustra quaeras; unde facilis nasci posset mutatio *per tu*. Omnes enim casus solent sequi τὸ *per* eo sensu. Sic *per, ego*: *per, vos*: *per, tibi* indicatis locis &c. invenias. Immo *per tu* Graece Sophocl. Trach. 440.

Μὴ πρὸς σὲ τοῦ κατ᾽ ἄκρον Οἰταῖον νάπος
Διὸς καταστράπτοντος ἐκκλέψῃς λόγον.

Verum nihil muta. Saepius in his obtestationibus verbum omittitur, licet personae casus addatur. *per, te, nefas*, scilicet *oro*, & obsecro te per nefas. Docent hoc similibus locis Scaliger, Heinsius, & Drakenburg. ad Silium L. I, 658. & plane eodem, ut hic, modo verissime emendavit Cel. Burmann. Quinctil. Declam. VI. c. 8. *Per matrimonium te vetus, & per mutuam charitatem, per commune pignus &c. jam mei miserere.* Vulgo aberat *te*: Non audiendus itaque Doctiss. Cortius, qui ad Sallust. Bell. Jugurth. c. 14. contra Cel. Burmannum, existimat minus probabile esse, quod acceperit Burmannus, *vos* in similibus locis accusativo casu, per omissum verbum *oro*, vel *precor* sustentato. Luce clarius id liquet ex Lucani, & Quinctiliani locis: ubi certe *te* non potest esse primus casus, sicut statuit ille de τῷ *vos*.

371 PERDIDIMUS] Quia nemo probat, quod Pompejus occisus est, si modo tardamus in Caesarem ire. SCHOL.

375 CUM QUOCUMQUE VIRO] Sive cum Ptolemaeo, sive cum Caesare. IDEM.

378 NOS SUBLIMES &c.] Nam nos occidimus,

quem

Quid [a] refert? nec opes [b] populorum, ac regna [c] movemus.
Ad scelus ingentis fati sumus. adtrahit illos
In nostras Fortuna [d] manus. en! altera venit
Victima nobilior. placemus caede secunda
[e] Hesperias gentes. jugulus mihi Caesaris [f] haustus
Hoc praestare potest, Pompeji caede nocentes
Ut populus Romanus amet. [g] quid nomina tanta
Horremus, viresque ducis, quibus ille [h] relictis
Miles erit? nox haec [i] peraget civilia bella,
Inferiasque dabit populis, & mittet ad umbras,
Quod [k] debetur adhuc mundo, caput. ite feroces
Caesaris in jugulum: praestet Lagaea juventus
Hoc regi, Romana sibi. [l] tu parce morari:
Plenum epulis, madidumque mero, Venerique paratum
Invenies:

VARIAE LECTIONES.

a *referat* R. 2. b *populo nec* V. pr. sec. a m. pr. *populûm nec* V. quint. non male. *populi nec* O. 1. *populorum &* B. 3. mei 6. *p. aut* V. tert. Edd. Ven. Br. med. *ac* deest in A. c al. *videmus* W. d *domos* Ox. pr. a m. pr. e *Hesperies* Buh. a m. pr. f *ictus* VV. LL. Steph. B. 2. V. 3. Marp. H. O. 2. male. g *quod* V. tert. sec. pro var. lect. h *revictis* H. *relictus* V. 1. M. i *peragit* V. 2. k *debemus* O. 1. l *jam* B. 1. *ne* var. lect. V. sec.

quem Caesar vicit. SCHOL.

379 SPEM] Quia, sicut Pompejum occidimus, ita speramus Julium interficere. IDEM.

382 NON SANGUINE CLARI] Ipse sibi opponit, quod ignobiles sint, & hoc purgat *ad scelus ingentis fati* i. e. nobiles. IDEM.

383 NEC OPUS POPULORUM] i. clarorum officia, quae sunt regere populos, aut legatur *opes* i. facultates. VERSELL. Omnibonus *opes* legit, atque ita exponit hunc locum: *Nec opes populorum movemus:* sed ipse se ultro offert nobis, &, *ad scelus ingentes facti sumus*, postquam semel occidimus Pompejum &c. Est igitur sententia: Nec refert, nos non esse claro sanguine natos, neque enim ea claritate nobis opus est, quum non aliorum populorum, atque regnorum opes, atque auxilia ambiamus, sed ipsi nos sufficiamus ad rem propositam exequendam. Et illos, scilicet populos, ipsa fortuna ultro nobis conciliat, & quasi in manus tradit, altera victima hic objecta, qua gentes, ac populos externos placemus. MICYLL. *Nec opes p.* Caede Caesariana non turbamus populos ullos, non turbamus regna externa, cur invicem bellum metuamus, non sectamur amplas opes. Diversa hoc loco lectio est. *Nec opus populorum.* Quod Sulpit. exponit. *Reges populorum favore factis.* Alii, qui *opes* legunt, sic exponunt. *Nec opes populorum movemus*, sed ipse se ultro offert nobis, & *ad scelus ingentes facti sumus*, postquam semel occidimus Pompejum. HORTENS. *Opus* profectum ab Ed. Ven. quod male recepit Sulpit. & Ascens.

384 INGENTIS FATI SUMUS] Ita MS. magnum est fatum nostrum, & potens ad scelera. GROT. Lectionem hanc, quam admisit optime Grotius, confirmat unus Berlin. Voss. sec. & quart. Buher. Oxon. uterque, & Marpurg. atque è suis Mstis probat Nic. Heinsius ad Claudian. IV. Cons. Honor. 221.

Major & utilior fato conjuncta potenti
Vile latens virtus.

Ingentis facti Voss. quint. Ait se, licet non nobili sint sanguine, esse tamen ingentis Fortunae, sive Fortunam ipsis valde adspirare in perpetrando, quae velint scelera, quod adfirmat eo, quod Fortuna, ut prius Pompejum, ita nunc Caesarem ipsorum manibus offerat. de hoc genitivo egimus latius ad L. VII, 541. & alibi.

387 HAUSTUS] Ut Virgilius *latus haurit apertum.* SCHOL.

388 PRAESTARE] *Spectare* Msc. mendose. BERSMANN.

389 NOMINA VIRESQUE] Famam, & exercitum ejus. SCHOL.

Invenies: aude: [a] Superos tot [b] vota Catonum,
Brutorumque tibi tribuent. Non [c] ſegnis Achillas
Suadenti [d] parêre nefas. haud clara [e] movendis,
[f] Ut mos, ſigna dedit caſtris, [g] nec prodidit arma
[h] Ullius clangore tubae: [i] temere omnia ſaevi
Inſtrumenta [k] rapit belli. pars maxima turbae
Plebis erat Latiae: ſed tanta oblivio [l] mentes
Cepit, in [m] externos [n] corrupto milite mores,
Ut duce ſub famulo, [o] juſſuque ſatellitis irent,
[p] Quos [q] erat indignum, Phario parere tyranno.
Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur,
Venaleſque manus: ibi fas, ubi maxima merces:
Aere merent parvo: jugulumque in Caeſaris ire

Non

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Superi.* b *fata* V. 1. c vulgo *lentus.* d *praebere* VV. LL. Steph. e *nefandis* V. 1. f *&* *mox* B. 1. g *non* VV. LL. Steph. V. 1. W. O. 1. h *unius* O. 1. i *tunc* H. k *parat* VV. LL. Steph. B. 1. O. 1. l *mentis* B. 1. V. 4. R. pr. Buh. H. M. Edd. Rom. Parm. Hort. m. m *extremos* Ed. Rom. n *corrumpere* H. o *uſuque* Ed. Ven. p malim *quis.* q *erit* V. 1.

394 PRAESTET] Si nos occidimus Caeſarem, Ptolemaeo proderit; ſi Romani, ſibi. SCHOL.

397 SUPERI TOT VOTA CATONUM B. T. TRIBUENT] Modius Novant. LL. Epiſt. CIII. explicat quidem recte, *Dii tibi facere dabunt, quod vellent praeſtare Catones & Bruti.* Subjicit tamen in Weidneri membranis eſſe *Superos*; ſed haeret in eligendo dubius, & pronior in vulgatum inclinat. Mihi vero prae altera lectione inpenſe magis placet *Superos*; quod confirmatur praeſtantiſſimis MSS. Voſſ. tertio, & Wittiano, ac Editione Veneta. *Vota Catonum tribuent tibi Superos* i. e. precibus, & votis eorum dii tibi favebunt. Hoc enim eſt *tribuere deos.* Sic *numen habere.* Ovid. Lib. III. Am. El. III.

- - - formaque numen habet.

Epiſt. Her. XXI, 239.

Teque tenente deos, partes ſequar ipſa deorum,
Deque libens victas in tua vota manus.

Idem alibi *vota ſuos habuere Deos.* Joſeph. Iſcan. L. I, 95.

- - - trabs Theſſala dives
Praeſentes, quos fecit, habet.

Immo noſter L. VI, 496.

- - an habent haec carmina certum
Imperioſa deum?

& contra *carere deis* loco valde adpoſito Lib. IX, 1098.

- - caruere deis mea vota ſecundis.

Plura vide ad Silium L. III, 150.

Dent modo ſe Superi.

398 SEGNIS ACHILLAS] Ita exhibent optimi quique MSS. Regius uterque, Voſſ. prim. & ſext. Wittian. Marpurg. & duo Pulm. cum Edd. Aſcenſ. Verſell. Mic. & Hortenſ. Aliter non damnarem, quod vulgo legebatur *lentus.* Utrumque probum eſſe, nemo negabit.

403 PLEBIS] Gabinii ſcilicet milites. SCHOL.

408 IBI FAS, UBI MAXIMA MERCES] i. e. ibi ſibi licere credebant, ubi erat lucrum aliquod conſtitutum. IDEM. *Ubi fas* Ubi licet, & ubi magnum precium conſecuturi eſſent, militant exiguo ſtipendio: licebat autem in Caeſarem, cujus mortis praemium erat libertas. SULPIT. Rectius Omnibonus, qui legit, *Ibi fas, ubi maxima merces.* Ut ſit ſententia: Ibi ſibi putare omnia licere milites, ubi maxima merces proponitur. MICYLL.

408 UBI MAXIMA] Mſcr. *ibi max.* minus bene, & *proxima* Mſc. ſed ad marg. habet *maxima.* dein *aera* Mſcr. male. BERSM. *Proxima merces* Velſerus Epiſt. LXXI. p. 863. probo. BROUKH. Et ego. milites ibi fas eſſe putant, apud quos proxime merent, obliti prioris cauſſae, & ducis, ſub quo militaverant. *Proxima* habent etiam Pulm.

un.

Non sibi dant. prô fas! ubi non civilia bella
Invenit inperii fatum [a] miserabile nostri ?
Thessaliae subducta acies in litore Nili
More [b] furit [c] patrio. quid [d] plus te, Magne, recepto
Ausa [e] foret Lagaea domus? dat scilicet omnis
Dextera, quod debet Superis: nullique [f] vacare
Fas est Romano. Latium sic scindere corpus
Dîs [g] placitum: non in [h] generi, socerique favorem
[i] Discedunt populi. civilia [k] bella satelles
Movit, & in partem [l] Romani venit Achillas.
Et, nisi fata manus à sanguine Caesaris arcent,
Hae vincunt partes. aderat [m] maturus uterque:
Et, districta epulis, ad cunctas aula patebat

Insidias:

VARIAE LECTIONES.

a *mirabile* V. 1. b *fuit* O. 1. Ed. Ven. c *Phario* M. d *te plus* R. pr. V. pr. Marp. e *fores* Ed. Parm. f *jacere* V. 1. al. *vagari* V. sec. g *plac. est* B. 2. A. h *soc. generique* MSS. & Edd. qdd. i *descendunt* A. k *jura* P. 1. l vulgo *Romanam*, & *vincent*. m *matutinus* H.

un. & Vossiani tres, & Buher. pro var. lect. *praemerent* Voss. quart. *Et moerent* meus. Pro *parvo* Doctiss. Waddelus conjecit scribendum *pravo*. Quia militibus non inputandum, quod stipendia illis praebeantur exigua, neque etiam excusanda eorum crimina, quae praemii spe inducti committunt. Longe melius itaque *pravo* scribemus; nisi totum hunc versum

- - - ibi fas, ubi maxima merces:
Aere merent parvo.

spurium esse judicemus. Mihi certe pro genuino Lucani fetu se non probat, & sequitur *fas*. Aptius procederent omnia, si jungamus.

Venalesque manus; jugulumque in C. ire
Non sibi dant.

sed iis scilicet, quibus suas manus, & operam vendiderunt. Nihil tamen temere statuo, cum omnes MSS. & Scholiastes haec agno cant.

409 MERENT] Militant; ut ipse alibi.

Scaeva viro nomen; castrorum in plebe merebat.

SCHOL.

413 MORE FURIT PATRIO] Et illi, qui erant in Aegypto constituti; & à bellis civilibus separati, Romano more saeviebant. IDEM.

413 QUID PLUS TE] Si, inquit, te Aegyptii hospitio excepissent, nihil plus auderent, quam nunc audent. i. e. ut Caesarem interficerent. IDEM.

414 DEBET] Ut & civili sanguine polluatur. IDEM.

416 CORPUS] Maxime hic juvat locus, quem illic omisi, emendationem vs. 406. L. VII.

- - - ne tanto in corpore bellum
Jam possit civile geri.

419 IN PARTEM ROMANAM] Sunt, qui *Romani* legant. VERSELL. *Romani* Mscr. quatuor, non inscite. BERSM. *Romani* exhibent variae Steph. lect. quinque MSS. Pulm. & mei longe plurimi cum Editionibus, Ascensiana prioribus. Badius enim primus mutavit in *Romanam*. Sed male. Achillas venit in partem Pompeji Romani i. e. successit ejus loco, ejusque partes suscepit, atque ita quasi novas Pompejanas fecit partes: pro hoc versu in Voss. sec. & Buher. in textum inrepsit alius, qui prius explicationi inserviisse videtur.

Instaurat, primus Magno succedit Achillas.

420 ET NISI] Mscr. tria: *Et ni*, probe. BERSMANN. Mei omnes retinent *nisi*.

421 VINCENT] Voss. prim. Regius uterque, Wittian. & Edd. Veneta, Sulpit. Asc. Mic. Hort. aliaeque. *Vincunt*. quod restitui. Quasi dicat. Certo certius est, has partes victrices fore, nisi &c.

422 DISTRICTA] i. occupata, devincta; nimio luxu cibi, & potuum omnis custodia, quae circum Caesarem debuerat esse, & excubiae deperierant. SCHOL. *Destricta* occupata. Ita quidem uterque Interpres. Sed quid si legas *Districta*, pro distracta, & impedita. In qua significatione & Quintilianus eadem voce usus est. *Quibus componen-*

Insidias: poteratque cruor per regia fundi
Pocula Caesareus, mensaeque incumbere cervix.
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus,
Ne caedes confusa [a] manu, [b] permissaque fatis
Te, Ptolemaee, trahat. [c] tanta est fiducia [d] ferri.
Non rapuêre nefas: summi contemta facultas [e]
Est operis: [e] visum [f] famulis reparabile damnum,
[g] Illam mactandi [h] dimittere Caesaris horam.
Servatur poenas in aperta luce daturus.
[i] Donata est nox una duci, vixitque Pothini
Munere Phoebeos Caesar [k] dilatus in ortus.
Lucifer à Casia prospexit rupe, diemque
Misit in [l] Aegyptum, primo [m] quoque sole [n] calentem:
Cum procul [o] à muris acies non sparsa maniplis,

[a] Nec va-

VARIAE LECTIONES.

a *manus* R. pr. A. b *permistaque* P. 1. Edd. Mic. Hort. male. V. ad L. VII, 286. c *tuta* Ed. Maitt. d *belli* VV. LL. Steph. V. 1. A. O. pr. a m. sec. e *vis. est* V. 1. H. f *populis* P. 1. g *aptam* VV LL. Steph. P. 1. B. 2. V. 2 Buh. O. 2. Marp. H. A. Ed. Ven. Mic. Hort. *ullam* VV. LL. Steph. R. pr. W. V. tert. sext. a m. pr. V. pr. pro var. lect. *tanti* VV. LL. Steph. h *permittere* W. i *donatur* V. pr. k *deductus* P. 1. Edd. Rom. Parm. *delatus* R. 2. V. pr. Ed. Hort. *prolatus* P. 1. ex glossa natum. l F. *Aegypton*. m *jam* Edd. Rom. Parm. Br. med. n *calente* B. 1. H. M. o *e m.* V. tert.

nendis (inquiens) *paulo plus quam biennium*, *tot alioqui negotiis districtus*, *impendi* &c. MICYLL. *Districta*. plerique libri *destricta*. Msc. duo, *distincta*: reliqua duo *districta* hoc est, distracta, & impedita. Cicero; *sic habeto*, *numquam me à caussis & judiciis districtiorem fuisse*. BERSM. *Destricta* à Sulpitio est ortum: nam Omnibonus cum antiquis Edd. recte dedit *districta*. *Destricta* tamen est etiam in duobus Pulm. Codd. Voss. pr. sec. qu. Regio pr. Buh. Oxon. pr. & Witt. a m. pr. *constricta* Oxon. pr. a m. sec. *distincta* Amstel. & Hort. margo. Omnino scribendum est *districta*, occupata, variis rebus distracta. Phaedr. Fab. 25. L. IV.

Distringit quem multarum rerum varietas.

ubi eadem variatio. Cicero L. II. ad Famil. Ep. 15. *Districtus enim mihi videris esse*, *quod & bonus civis*, *& bonus amicus es*. Adde Cuperi Observ. Lib. IV. c. 5. Aliud esse *destrictus*, vidimus ad Lib. IV, 317. VII, 312. Dein *manu* capio pro turba hominum, non pro manu incerta per noctem, ut fit vulgo. nisi legas, quod est in Regio primo cum Amst. & quod malim, *manus permissaque fatis*.

426 CONFUSA] Msc. *infusa* (*confixa* Hulst.) male. BERSM.

428 SUMMI OPERIS] i. mortem Caesaris distulerunt. SCHOL.

428 CONTEMTA] Aldus impressit *contenta*, ut sit *facultas summi operis est contenta dimittere* &c. sed non placet. VERSELL. *Contenta* Msc. duo. h. e. inhibita. BERSM. *Contenta* exaratur in Voss. pr. Regio pr. Marp. meo, Edd. Ven. Parm. Brix. Mediol. &c. Sed male, & solemni librariorum aberratione. Spreta est occasio summae rei perficiendae Sc. Caedis Caesareanae.

435 CALENTEM] Apud nos Sol fervet in meridie. Apud Aegyptum etiam mane. SCHOL. De Casio monte vide ad Lib. VIII, 463. *Laturi arma* ut apud Virgilium L. II. Aen. 216.

Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt.

441 TOTA REGIA] Non totum palatium tuebatur, sed partem ejus; *Regia* aliquando absolute pro palatio, & aula ponitur. SCHOL.

445 CLAUSTRIS] Malebat *clathris* Inl. Heinsius ad Claudian. in sec. Cons. Stilich. VI. 272.

Retibus & clathris dilata morte tenendae,
Ducendaeque ferae.

Ego contra Mstos nihil temere mutem. Crebro enim

[a] Nec vaga conſpicitur, ſed [b] juſtos qualis [c] ad hoſtes
Recta fronte venit. [d] paſſuri comminus arma,
[e] Laturique ruunt. [f] at Caeſar moenibus urbis
[g] Diffiſus, foribus clauſae ſe protegit aulae,
[h] Degeneres paſſus latebras. nec tota vacabat
Regia [i] compreſſo: [k] minima conlegerat arma
Parte domus: tangunt animos iraeque, metuſque;
Et timet incurſus, indignaturque timere.
Sic fremit in parvis fera nobilis [l] abdita clauſtris,
Et frangit rabidos [m] praemorſo carcere dentes.
[n] Nec ſecus in Siculis fureret tua flamma cavernis,
[o] Obſtrueret ſummam ſi quis tibi, Mulciber, Aetnam.
Audax Theſſalici nuper qui rupe ſub Haemi,
Heſperiae cunctos proceres, aciemque Senatus,

Pompe-

VARIAE LECTIONES.

a *non* B. 1. b *junctos* B. 1. Hort. m. c *in h.* V. pr. a m. pr. R. 1. rectius. d *ſparſuri* V. tert. Hort. m. e *jacturique* B. 1. *facturique* R. pr. ſed. corr. V. L. VII, 502. f *ſed* VV. LL. Steph. g *diffuſis* B. 1. *diffuſus* R. pr. M. h *degeneros* W. i *compreſſus* R. pr. a m. pr. k *in m.* R. 1. l *addita* R. 1. m *praemorſa* Ed. Rom. n *non* vulgo. o *abſtrueret* V. ſec. *obrueret* Hort. m.

enim *clauſtra* de ferarum cathris dicuntur; ut patet ex exemplis, ibidem ab ipſo prolatis, & ad Silium Ital. L. I, 569.

Saucia dum caſtris clauſa eſt fera.

Livius L. XXXV, 18. *Ferarum modo, quae clauſtris, aut vinclis teneantur.* L. XXXVI, 7. *ferae beſtiae vinctae aut clauſae & refringere clauſtra cupient.* Plinius in Panegyr. c. 81. *Domitas, fractaſque clauſtris feras.*

446 RABIDOS] MS. unus Berſm. Voſſ. duo, Witt. Reg. rec. meus. Edd. Ven. Br. Med. cum MS. Buher. a m. pr. exhibent *rapidos.* Solemni errore. Vide ſupra ad L. VI, 66. Heinſ. ad Ovid. Art. Amat. III, 8 Horat. Art. Poët. 393. Virgil. Georg. II. 151. Stat. L. VII. Theb. 530. ubi vulgo *rapidi.* Infra vſ. 517.

- - *rabido non dente ferarum.*

Si quidem ſana eſt lectio, quod non credo. Dein *nec ſecus* repoſui pro *non ſecus*, jubentibus duobus Berſm. & novem meis MSS. integrioribus, ac Hort. marg.

447 TUA FLAMMA] Neque aliter tua flamma, o Vulcane Mulciber. ut Virgilius.

Hic Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros.

SCHOL.

448 MULCIBER] Exaratum eſt *Mulcifer* in tribus Pulm. uno Berſm. Voſſ. pr. ſec. & duobus aliis. de qua ſcribendi ratione egi ad Lib. I, 545. ſequenti verſu exhibui *nuper qui* auctoritate duorum Pulm. & Berſm. ac Voſſ. pr. ſec. Reg. pr. Witt. mei, & Edd. quarumdam, non *qui nuper.*

451 CAUSSA SPERARE VETANTE] Prior enim erat Caeſar, qui prior bella ſuſceperat, ex cujus cauſſae merito ſperare proſpera vetabatur. SCHOLIAST. In Voſſ. ſec. & tert. ac Witt. ſcribitur *cauſſas ſperare vetantem.* Hort. margo *cauſſam vetantem.* *Vetantem* ex uno Cod. producit Berſm. quod non intelligo; niſi fuerit.

Pompeiumque ducem, & cauſſam, ſperare vetantem,
Non timuit.

Ut ipſam cauſſam ſuam timere dicatur à Lucano, non inepte. Caeſari pejorem cauſſam adſcribit auctor, ut toto opere patet: Hinc Lucani verbis ait Pompejus L. VII, 349.

Cauſſa jubet melior ſuperos ſperare ſecundos.

Adde L. IV, 230.

452 FATUM INIQUUM] Victoriam civilium bellorum. SCHOL.

454 OBRUITUR TELIS] *Obſtruitur* Mſcr. probe. BERSM. *Obſtruitur* jam ante è ſuis MSS. legi ma-

Pompejumque ducem, caussa [a] sperare vetante,
Non timuit, fatumque sibi [b] promisit iniquum,
Expavit [c] servile nefas; intraque penates
Obruitur telis, quem non violasset Alanus,
[d] Non Scytha, non, fixo qui ludit in hospite, Maurus.
Hic, cui [e] Romani [f] spatium non subficit orbis,
Parvaque regna [g] putat, Tyriis cum Gadibus Indos,
Ceu puer inbellis, [h] ceu captis femina muris,
Quaerit tuta domus: spem vitae in [i] limine clauso
Ponit, & incerto lustrat vagus atria cursu:
Non sine rege tamen; quem ducit in [k] omnia secum,
Sumturus poenas, & grata piacula morti;

Missurus-

VARIAE LECTIONES.

a *superare* B. 1. b *permisit* B. 1. male. V. ad L. VI, 119. c *sed vile* M. *servare* R. pr. d *nec* V. 1. e *remanet* H. f *non solum s.* B. 1. g *putet* V. sec Buh. h *vel* P. 3. B. 3. V. 2. R. 1. O. 1. H. A. W. pro var. lect. Edd. pp. aliaeque. i *limite* V. 1. O. pr. k *omina* W. a m. sec.

malebat Modius Novant. LL. Ep. CIII. ut prae telorum nimia copia inclusus Caesar erumpere non potuerit. Et certe in Voss. sec. a manu prima fuit quoque *obstruitur*. & sic exhibet Editio Veneta. Dubito tamen, an Latine dici possit *obstruere hominem telis*. Vulgata lectio praebet eumdem sensum, quae frequens est. Frontin. L. II, 3, 15. *Qui infinita multitudine sagittarum exercitum ejus obruebant*.

455 LUDIT IN HOSPITE] Qui in corporibus hospitium probant acumen telorum, dum studiosius vulnera renovant, cum hospites interimunt. SCHOL.

462 GRATA PIACULA MORTI] i. e. suae morti expiationem Ptolemaei caede facturus. IDEM. M. cr. *mortis*. alter. *matri* mendose. BERSMANN. *Mortis* habent Amstel. & Oxon. MSS. cum Edd. Rom. Parm. Brix. Mediol. & Paris. sed male. Vide ad L. IX, 878.

464 BARBARA COLCHIS] Medeam dicit, quae ut etiam patrem evaderet; ut Cicero ait (pro lege Manilia c. 9.) *ex eodem loco* (*ponto* Cic.) *Medea* (*M. illa* Cic.) *quondam fugisse* (*prof.* Cic.) *dicitur, quam praedicant in fuga, fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, moerorque patris* (*patrius* Cic.) *celeritatem persequendi retardaret*. SCHOL. Eadem fere, qua noster, similitudine utitur Sidon. Apollin. Carm. V, 133.

- - - - - *sic torva Pelasgum*
Colchis in aplustri steterat, trepidante marito,
Absyrtum sparsura patri &c.

471 NEQUE FOEDERA] Rescripsi *nec foedera*: ut legi jubent Bersm. duo, & mei decem MSS. in quibus Voss. pr. sec. Reg. pr. Witt. &c., quomodo excusum est quoque in nonnullis Editionibus. Consule, quae dixi ad vs. 38.

471 SANCTA GENTIBUS] Legatorum enim nomen sanctum est omnibus gentibus. SCHOL.

472 ORATOR] Legati, quos rex miserat, duo fuerunt, Dioscorides, & Serapio (*Apio* MSS.) quorum alter occisus est, ut Livius meminit in libro CXII. IDEM.

473 AESTIMAT] Computat sc. haec bella Pothini, & Achillae inter tua maxima scelera. IDEM. *Voss. pr.* Mors legati, quae indigne facta est, sic ponderat, & metitur, ut haec inter tua debeat scelera computari. IDEM. *Voss. sec. Aestimat.* Considerat ea, quae annumeranda sunt inter scelera tua. SULPIT. i. e. Aestimari facit scelera, quae sunt ponenda in numero tuorum scelerum. Nam ex eo, quod Aegyptii interfecerunt etiam legatum à rege missum, aestimari potest, quidnam facturi fuissent in ipsum Caesarem. OMNIBON. Haec ille. Quod autem legatos ad se missos interfecerit Achillas, apud Caesarem Libro III. his verbis traditur: *Missi Dioscorides & Serapion, qui ambo legati Romae fuerant, magnamque apud patrem Ptolemaeum autoritatem habuerant, ad Achillam pervenerunt, quos ille, cum in conspectum venissent, prius quam audiret, aut cujus rei causa missi essent, cognosceret, corripi ac interfici jussit: quorum alter accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus, alter interfectus est.* MICYLL. Aestimari facit

Missurusque tuum, si non [a] sint [b] tela, [c] nec ignes,
In famulos, Ptolemaee, caput. sic barbara Colchis
Creditur, ultorem metuens regnique, fugaeque,
Ense [d] suo, fratrisque [e] simul cervice parata,
Exspectasse patrem. cogunt tamen ultima rerum
Spem pacis [f] tentare ducem: missusque satelles
Regius, ut [g] saevos absentis voce tyranni
Corriperet famulos, quo bellum auctore moverent.
Sed neque jus mundi valuit, nec foedera [h] sancta
Gentibus: orator [i] regis, pacisque [k] sequester,
Aestimat in [l] numero scelerum ponenda [m] tuorum,
Tot monstris Aegypte nocens. non Thessala tellus,

Va-

VARIAE LECTIONES.

a *sunt* M. A. b *arma* P. 1. c *neque* V. 1. A. Edd Mic. Hort. d *suum* B. 1. V. 1. H. *sua* a m. sec. Voss. sec. *tuo* O. 1. e *sui* Ed. Parm. non male, nisi *E. sua* malis sc. cervice. f *tentasse* B. 1. g *scaevos* V. 1. *servos* O. 1. h *sacra* H. i *pacis regisque* M. k *sequestrum* H. *sequestor* V. pr. l *minimo* H. m *suorum* H.

cit scelera Aegypti h. e. legatus regis scelerate interfectus exemplo est, quantum scelerum ausa sit Aegyptus, & quid Caesare factura fuisset. BERSMANN. Conjectura nostra est: *Res minima in numero.* Sensus mihi videtur: Legati caedes apud alias gentes maximum est scelus; sed inter Aegypti scelera minimum. GROT. *Ed. pr.* Nihil juvant MSS. Itaque persevero in veteri conjectura, *Res minima:* nisi malis, *res ima.* Legati autem hi regii vocabantur Dioscorides, & Serapio: ut ex Livio ad hunc locum notat vetus Scholiastes in MS. P. Sed & in commentario de bello Alexandrino eadem exstat historia. IDEM. *Ed. sec.* Aut aliquid deest, aut sequenda nostra conjectura, *Res minima*, aut, *Res ima.* Et sic quoque aliquid subaudiendum est, ut sensus sit, Legatus, occisus apud alias gentes maximum est scelus: sed inter Aegypti scelera minimum. Exstat historia in libro de bello Alexandrino, ubi & nomina legatorum ponuntur Dioscorides, & Serapio, quae & ex Livio hic posuit Scholiastes MS. IDEM. *Ed. tert.* Locus difficillimus, quo se vehementer torsit Doctiss. Barthius, varie cupiens exponere, vel etiam corruptum locum judicans tam in Adversar. Lib. XI. c. 10. quam ad Statium Lib. II. Theb 486. Nihil tamen profecit Barthius. Melius profecto rem gessit summus vir J. F. Gronovius, qui Lib. I. Observ. c. 6. haec egregie, & doctissime inlustrat, & cum veteribus interpretibus partim explicat, hoc modo. Violatus legatus dat aestimare, quaenam & quot oporteat esse scelera tua, quae numerum modo faciunt, quae ponderis sunt levioris, vel quae in tuorum scelerum serie, & ordine sunt numeranda. Exempla utriusque rei satis adtulit, quare, licet plura sint in promtu, non addam. Sic enim passim *agere* quis dicitur, qui curat, & facit, ut id agatur, & *numerus* adhibetur de multis rebus, vel personis minoris momenti, quod est notissimum. Ut verum tamen fatear, nimis mihi priora contorta, & longius quaesita hic videntur: Immo cum Lucanus, ut vulgo verba sonant, non dicat, quid illi legato acciderit, putem quoque locum esse mendosum. Ex Grotii tamen conjectura nihil de historia certior fit lector, & nimis à litterarum ductu recedit. Occisum fuisse legatum, historici tradunt. Sciendum itaque more librariorum solito in MSS. esse *extimat*, & in uno Bersm. ac Regio recentiore scribi *haec ponenda.* unde facillima nascitur emendatio.

- - orator regis pacisque sequester
Victima fit, numero scelerum adponenda tuorum.

vel *inponenda* si ita mavis. *Victima* sexcenties vocatur homo nefarie occisus, vel in ultionem alterius interemtus. Vide L. II, 174. infra VI. 524. Ovid. L. I. Art. Am. 334. Claudian. in Rufin. II, 277. Silius L. II, 251. Flor. II, 5. Justin. L. XIV, 413. XVIII, 6, 12. & saepissime. Orator ergo factus est victima, sive occisus est: quae res tamen recensenda est tantum inter numerum scelerum tuorum minorum, o Aegypte, gravioribus tot sceleribus nocens. In eandem mihi conjecturam incidit quoque Doctissimus Waddelus, quod laetabundus ex ipso, dum meam cum eo

Vaſtaque regna Jubae, non Pontus, & inpia ſigna
Pharnacis, & gelido circumfluus orbis Hibero
Tantum [a] auſus ſcelerum; [b] non Syrtis barbara, [c] quantum
Delitiae fecêre tuae. premit undique bellum,
[d] Inque domum jam tela cadunt, quaſſantque penates.
Non aries uno moturus limina pulſu,
Fracturuſque domum; [e] non ulla eſt machina belli:
[f] Nec flammis mandatur opus: ſed caeca juventus
[g] Conſilii, vaſtos ambit diviſa penates,

Et [a] nuſ-

Variae Lectiones.

a *auſi* R. pr. V. 1. b *nec* A. c *quanta* H. d *jamque d.* B. 1. *inde d.* Ed. Ven. e *nulla eſt ibi* V. ſec. f *non* B. 1. g *conſiliis* A. Ed. Hort.

communicarem, intellexi. Attamen ſimplicior videtur haec lectio, quam ut à librariis potuerit corrumpi; quare nihil certi definio, & pronuncio potius, non liquere.

474 Thessala tellus] Niſi poëta omnem barbariem intelligat, non procedunt *Sulpitii* expoſitiones. *Theſſalia tellus*, inquit, *quae Gigantes produxit.* Haec *Badius* reprehendit: nihil enim in bello Giganteo (inquit) in Caeſarem factum eſt. Itaque ipſe exponit, *Theſſalia tellus, in qua fere mundus conflixit cum Caeſare hoſtili animo.* Deinde *Sulpitius*, *Pontus*, id eſt, *Scythiae.* At *Badius*, *Pontus*, id eſt, *filius regis Ponti Pompejanas partes contra patrem ſecutus.* Et, pro, id eſt, *Pharnacis*, id eſt filii Mithridatis impia, videlicet in patrem. Poteſt tamen per *Pontum* etiam intelligi Thracia, unde Pompejo auxilia miſſa. Ut patet non ita longe ab initio Libri v.

Tunc Sadalen, fortemque Cotyn.

Ex Caeſare, qui libro tertio, ait, *Ad eundem numerum Cotus ex Thracia dederat.* Badii itaque expoſitiones non ſunt rejiciendae. Quae vero praeceſſerunt verba poëtae. *Sed neque jus mundi valuit.* Ad ea non recte *Badius.* *Quamvis legatos*, inquit, *miſerit Caeſar Photinum*, & *Achillam.* Haec verba ita ponit *Badius*, quaſi qui crediderit, Photinum fuiſſe in expeditione contra Caeſarem, cum Photinus intra oppidum cum rege Ptolemaeo ſuo obſes Caeſaris una cum Caeſare eſſet, qui ad Achillam literas miſerat, quibus deprehenſis Caeſar in eum animadvertit, ut ipſe Caeſar ad calcem tertii commentariorum libri commemorat. GLAREAN.

475 Pontus] Pharnacem per epexegeſin ſubjicit, qui bello Mithridatico, à patre ad Pompejum defecit: niſi per *Pontum*, ut oſtendit Glareanus, Thraciam intelligere quis velit, ex qua Pompejo quoque auxilio profecta fuerant. HORTENS.

483 Divisa] Pulm. MS. & Edd. Romana, Veneta, Brix. Med. Aſcenſ. Pariſ. Verlell. & Micylli, habent *diverſa*: elegantius. i. diſperſa *diffuſa*, ut eſt in meo Mſto. Virgil. L. I. Aen. 69.

- - - *ſubmerſaſque obrue puppes,*
Aut age diverſas.

IV, 163.

- - - - *diverſa per agros*
Tecta metu petiere.

& ſaepius. Vide Broukhuſ. ad Propert. III, 233.

Diverſaeque novem ſortitae rura puellae:

& Cortium ad Salluſt. B. Catil. c. 2. Eadem confuſio apud Livium L. x, 33. *Diverſi Conſules* MSS. duo Voſſ. *diviſi.* Contra L. XXI, 55. *In utramque partem diviſos.* MSS. omnes *diverſos.*

485 Murique vicem] Et ſic Caeſarem Fortuna defendit, tanquam ſi eſſet tutus in muris. SCHOL. Mſc. *ducem*, (& Hort. margo) mendoſe. Fortuna, inquit, Caeſari pro muro eſt. BERSM.

487 Propulit &c.] In illa parte, ubi regia aula dilata erat in flumen. Solebant autem cauſſa dignitatis ſuper ſtipites, ſive ſuper columnas, ſeu ſuper continuam terram manibus comportatam ſolaria componere deducta in fluvium. SCHOLIAST. *Voſſ. pr.* Regia erat producta in portum Alexandriae. V. Caeſ. B. Civ. III, III.

488 Luxuriosa domus] Vel propter comeſſationem nocturnam, ajunt interpretes, vel propter magnificentiam regiam. poſterior certe explicatio verior eſt, & aptior: Sed meliorem lectionem nobis ſuppeditant praeſtantiſſimi Codices Voſſian. prim. & Regius uterque, quae eſt *Ambitioſa do-*

Et [a] nusquam totis incursat viribus agmen.
Fata vetant, murique vicem Fortuna tuetur.
Nec non & ratibus tentatur regia, qua se
[b] Protulit in medios audaci margine fluctus
[c] Ambitiosa domus. sed adest defensor ubique
Caesar. & hos aditus gladiis, hos ignibus arcet:
Obsessusque [d] gerit (tanta est constantia [e] menti)
Expugnantis opus. piceo jubet [f] unguine tinctas
[g] Lampadas [h] inmitti [i] junctis in bella carinis.

Nec pi-

Variae Lectiones.

a *numquam* Ox. I. b *pertulit* V. pr. sed. corr. c *luxuriosa* vulgo. d *regit* R. pr. a m. pr. e vulgo *mentis*. f *inguine* V. I. R. I. *virgine* Ed. Rom. g *Lampados* Edd. qdd. male. h *inmittit* B. I. i *vinclis* V. I. *cunctis* A. R. I.

domus, cujus glossa est *luxuriosa*, splendida, & ambitiose exstructa. Sic *luxus ambitione furens* vs. 156. L. IV, 376.

Ambitiosa fames & lautae gloria mensae.

nisi quis *ambitiosa* exponere vellet, magnum spatium, sive ambitum complexa, ut apud Solinum *Ambitiosa oppida*. Ego priorem interpretationem unice veram existimo. Dein quid significet *arcere aditus*, fateor, me parum intelligere. nisi *aditus* capias pro incursibus hostium. sed *aditus* aliter sunt ipsa loca, per quae aditur, tam apud nostrum, quam alios. Arbitror, scribendum esse

- - *hos aditu gladiis, hos ignibus arcet.*

Arcet hostes quosdam ab aditu, ut *arcere bellis* Lib. I. *Arcere urbe, regni finibus* Justin. & similia crebro. juvat conjecturam meam Cod. Buh. in quo littera *s* deleta. In MS. meo est *arctat*, quasi diceret; obstruit aditus gladiis, & ignibus.

490 Tanta est constantia mentis] In variis lectionibus Steph. duobus Pulm. & Voss. pr. Regio utroque, ac Amstel. Cod. exaratur *fiducia*: quod huc primum inrepsisse videtur: quia librario in memoria haerebat locus L. IV, 538.

- - - *tanta est fiducia mortis.*

Hoc loco certe praeferendum *constantia*, qua Caesar persistebat in resistendo hostibus, nec prae metu excutiebatur suo proposito. At pro *mentis* rescripsi *menti* ex duobus Pulm. Voss. tertio, & Buher. passim hunc dativum solere corrumpi, saepius jam vidimus.

491 Expugnantis opus] Cum ipse obsessus esset, ita pugnabat, quasi obsessor. SCHOL.

491 Tinctas] *Tactas* Mscr. male. pice liquefacta illitas. BERSM. Ex duobus tamen Mstis, quibus etiam accedat meus codex, mavult *tactas* N. Heinsius ad Silium L. VII, 354. quod esset *conspersas*. II, 535.

Jam tetigit sanguis pollutos Caesaris enses.

IX, 925.

- - *tacta designat membra saliva.*

Adde N. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 740.

Tactaque fumanti sulfure balet ovis.

Broukhus. ad Propert. IV, 3, 60.

- - *seu voluit tangi parca lucerna mero.*

& Not. ad Tibull. I, 9, 52.

- - - *luto corpora tangit amor.*

Ovid. Metam. VI, 141.

- - - - *medicamine tactae*
Defluxere comae.

Martial. L. VI. Ep. 74.

Calvam trifilem semitactus unguento.

Sic *contingere* saepe à *tangere*. V. Cerdam ad Virg. Georg. III, 403. Ovid. Init. Metam. L. II.

- - - *medicamine natum*
Contigit

Forsan restituendum hoc Lucretio Lib. II, 500.

Purpura Thessalico concharum tincta colore.

Nam in multis MSS. ibi est *tecta*. Apud Martialem L. VI. Ep. 57.

Mentiris fictos unguento, Phoebe, capillos.

in optimo Cod. Thuaneo est *factos*. unde facile est scribere *tactos*. sed *fictos* illic retineri posset ex Statii Theb. V, 227.

Adspiciens floremque genae & quas finxerat auro
Ipsa comas.

V. Barth. & Cel. Burm. ad Valer. Flacc. L. VI, 107.

Nec piger ignis erat per [a] ſtuppea vincula, perque
Manantes cerà tabulas: & tempore eodem
Tranſtraque nautarum, [b] ſummique arſêre [c] ceruchi.
Jam [d] prope ſemiuſtae merguntur in [e] aequore claſſes,
[f] Jamque hoſtes, & tela natant. nec puppibus ignis
[g] Incubuit ſolis: ſed, [h] quae [i] vicina fuêre
[k] Tecta mari, [l] longis rapuere vaporibus [m] ignem;
[n] Et cladem fovêre Noti; percuſſaque flamma
Turbine, non alio motu per tecta cucurrit,
Quam ſolet [o] aethereo lampas decurrere ſulco,
Materiaque carens, atque ardens aëre [p] ſolo.

Illa

VARIAE LECTIONES.

a *ſtupea* MSS. & Edd. qdd. b *ſummisque* R. pr. *ſummaeque* B. 1. W. H. c *cheruchas* W. *cheruſci* Marp. Edd. qdd. *ceruci* A. Ed. Ven. male. V. ad L. VIII, 177. *ſummis m. u. ceruchis.* d *quoque* B. 1. & 2. in m. e *aequora* W. V. 2. B. 1. Ed. Pulm. non male. f *tunc* VV. LL. Steph. *inque* R. 1. g *incumbis* B. 1. h *qua* B. 2. i *in leva* H. k *cota* V. 1. l *crebris* W. V. tert. B. 1. ad m. m *ignes* B. 1. M. *auſtri* O. 1. n *ut* B. 1. V. 1. H. V. pr. a m. pr. o *aërio* B. 1. V. 3. R. 2. M. W. pro var. lect. p *toto* VV. LL. Steph. P. 1. V. 2.

710. In Catal. Pithaei p. 187.

Tunc oleo corpus fingo.

Sed ſatis de his. *Tinctas* autem hoc loco non mutem in *tactas* contra pleroſque, & optimos MSS. nam *tangi* leviorem notat adſperſionem, vel obductionem; Faces autem pingui unguine fuerunt inlitae, ſive tinctae. quo verbo *tinguere*, & *unguere* frequenter uti hac in re auctores, eſt certiſſimum.

492 JUNCTIS IN VELA CARINIS] Mſcr. duo *bella*: non male, ut indicentur naves, quae praeſidii cauſa Alexandriae eſſe conſueverant. BERSMANN. Recepit hanc lectionem Grotius, quam agnoſcunt etiam Voſſ. ſec. Witt. Oxon. duo, Regius unus, Marp. meus, & Voſſ. prim. pro var. lectione. Carinae ergo, ſeu naves ſunt, quae junctim, ſibique contiguae jacebant in portu *in bella* ſive ad bellorum uſum; & propugnationem portus. Claudian. L. II. in Rufin. 95.

- - *hi vigili muros ſtatione tueri,*
Hi junctis properant portus munire carinis.

Silius, L. V, 499.

- - *aeratam in bella bipennem.*

III, 674.

In pugnam fregere rates.

ex quo loco Silius ſumſit L. XIV, 548.

- - *frangendas in vulnera proras.*

noſter rurſus vſ. 506.

- - - - - *tempora cladis*
Perdidit in ſomnos.

i. e. ad ſomniandum. male alii *ſomnis*. Manil. L. I, 68.

Fecit & ignotis iter in commercia terris.

Sic enim legendum cum Gronovio. plura adjici poſſent; ſed prolixius de hoc uſu praepoſitionis *in* egimus ad I, 306. & L. II, 151.

In fratrum ceciderunt praemia fratres.

Vide modo, quae notat Cl. Burm. ad Val. Flacc. I, 17.

- - *in Tyrias Cynoſura carinas*
Certior.

Seriam tamen adtentionem quoque meretur altera lectio *junctis in vela c.* Quod ſignificaret, carinas ita fuiſſe junctas, & ſibi vicinas, ut altera alterius vela tangeret, & quaſi mutuis velis eſſent connexae naves. Nam male Aſcenſium *inmittit in vela* conſtruere puto, & *in bella* praefero.

504 ILLA LUES] In ipſo proelio regia claſſis forte ſubducta jubetur incendi. Ea flamma cum partem quoque urbis invaſiſſet, quadraginta millia librorum proximis forte aedibus condita exuſſit. SCHOL.

506 IN SOMNIS] Mſcr. duo *in ſomnos*: tert. *in ſomnis*. BERSM. *In ſomnos*. Ita recte MS. In ſomnos perdere eſt impendere ſomno, ita ut rebus melioribus pereat. GROT. Ita optime reſcripſit Gro-

Illa [a] lues paullum [b] clausa [c] revocavit ab aula
Urbis in [d] auxilium populos. nec tempora [e] cladis
Perdidit in somnos, sed caeca nocte carinis
Insiluit Caesar, [f] semper [g] feliciter usus
Praecipiti cursu bellorum, & tempore rapto.
[h] Tunc claustrum pelagi cepit Pharon. insula quondam
In medio stetit illa [i] mari, sub tempore [k] vatis
Proteos: [l] at nunc est [m] Pellaeis proxima muris.
Illa duci geminos [n] ad bellum praestitit usus:
Abstulit excursus, & fauces aequoris hosti:
[o] Caesar &, auxiliis ut vidit libera ponti

Ostia

VARIAE LECTIONES.

a *dies* R. 1. b sic P. 3. B. 2. mei 13. & Edd. qdd. al. *clausa p.* c *revocabit* R. pr. d *auxilio populum* B. 1. *exitium* R. 1. sed corr. e al. *clausus* V. sec. f *non jam* Hort. m. g *felicibus* P. 2. V. pr. h *nunc* B. 1. V. 2. Serv. ad Aen. XI, 262. *Hinc* P. 1. V. 1. rectius *cum* B. 1. i *maris* V. 1. W. k *vasti* Hort. m. l *ac* W. V. 2. m *Lageis* V. sec. male. V. L. VIII, 475. IX, 153. X, 55. &c *Pellaeis est* Serv. n vulgo *bellorum.* o vulgo *Caesaris a. aditus & l. p. o. permisit nec poenas inde.*

Grotius: quod confirmatur Steph. var. LL. duobus Pulm. & duodecim meis. Nec aliter ediderunt Veneti, Taberius, Ascensius, aliique. V. ad vs. 492.

506 CARINIS INSILUIT] *Carinae* Marpurg. Voss. sec. pro var. lect. *Carinas.* Adi notata ad L. III, 626.

Insiluit, solo nociturus pondere, puppim.

511 PROTEOS] Herodotus lib. II. Proteum regem Aegypti fuisse tradit, genere Memphitam. Homerus, & hunc secutus Virgilius, deum marinum, & vatem finxerunt. MICYLL. Hinc Claudian. Epithal. Honor. 50.

- - - - *Phariumque cubile*
Proteos, & septem despectat ostia Nili.

Adde Val. Flacc. II, 218. ubi vide Burm. & Phylarg. ad Georg. Virg. L. IV, 387.

512 ILLA DUCI GEMINOS BELLORUM PRAESTITIT USUS] Explicando hoc loco serviunt, quae sunt apud Strabonem de Pharo. GROT. *Ed. tert.* De Pharo adi quoque animadversa ab Is. Vossio ad Melam Lib. II, 7. *Pharos Alexandriae nunc ponte conjungitur.*

512 BELLORUM PRAESTITIT USUS] *Usus belli* est bellandi experientia, & militiae exercitium: ut apud nostrum L. IV, 364.

Atque usum belli, poenamque remittit.

ubi vide. Praeterea praecessit *bellorum:* quare sine haesitatione rescripsi; ut est in veterrimis membranis, Regio primo, & Vossiano primo *ad bellum* claro sensu.

513 ET CURSUS] *Excursus* C. P. V. O. Gulielm. Canter. Nov. Lect. Lib. III. c. 2.

- - *excursus & fauces aequoris hosti;*
Caesaris auxiliis aditus ac libera Ponti
Ostia permisit: nec poenas inde Pothini.

PULMANN. Plerique libri habent: *& cursus.* Mic. *incursus*, reliqua duo *excursus*, quod retinuimus, adprobatum etiam à Cantero. BERSM. *Excursus* est quoque in MSS. meis omnibus, praeter recentissimum Voss. & Edd. Sulpitio prioribus, à quo recusum est *& cursus. incursus* Edd. Veneta, Mic. & Hortensii.

514 CAESARIS AUXILIIS ADITUS ET LIBERA PONTI OSTIA PERMISIT NEC POENAS INDE P.] *Caesar & auxiliis ut vidit lib.* libri, & Codices. Nobis placuit Canteri lectio, quam in hoc, & sequenti versu illis omnibus anteposuimus, non male, ut nostra fert opinio. *Non fatum meriti poenasque Phot.* libri, & Codices plerique: sed unus tamen *non mortem mer.* alter nunc *fatum meriti.* BERSM. Ut è suis membranis contexit Canterus, & in textum receperunt Bersmannus, Grotius, ceterique, nisi quod pro *aditus ac* dederint *ad. &* exstat totidem verbis in Vossiano tertio, & Buherii, nisi quod ille habet tamen *Caesar &.* Wittianus pro var. lect. habet.

Caesar & a. aditus ac l. P.
Ostia permisit, nec meriti poenasque P.

Ego restitui veterem lectionem, non quod putem, plane esse integram, sed quod uno, & altero Codice,

Ostia, non [a] fatum meriti, poenasque Pothini
[b] Distulit ulterius: sed [c] non, qua debuit ira,
[d] Non cruce, non flammis [e] rapuit, non dente [f] ferarum:
Heu facinus, gladio [g] cervix male caesa pependit:
Magni morte perit. nec non [h] subrepta paratis
A famulo Ganymede dolis pervênit ad hostes
Caesaris [i] Arsinoë: quae castra carentia rege,
Ut proles Lagaea, tenet, famulumque [k] tyranni
Terribilem [l] justo [m] transegit Achillea ferro.
Altera, Magne, tuis jam victima mittitur umbris.
Nec satis hoc Fortuna [n] putat. procul absit, ut [o] ista

Vindictae

VARIAE LECTIONES.

a *factum* V. sec. b *substulit* M. c *qua non* MSS. & Edd. qdd perperam. d *nec nec* Hort. Ed. e *rabido* vulgo. f *leonis* P. 1. g sic MSS. vulgo *cerv. gl.* h *subrecta* V. 1. & pr. a m. sec. Edd. Ven. Br. Med. i MSS. plerique, & Ed. Ven. *Arsenoa.* sed Gr. Ἀρσινόη. k *tyrannis* R. pr. l *visu* O. pr. V. 1. a m. pr. m *persodit* O. pr. n *pu-tet* Edd. Rom. Parm. o *instar* R. pr. sed. corr. *ista.*

dice, eoque non vetustissimo haud audeam tantam admittere mutationem. Si vulgata lectio sana est, *gemini usus ad bellum* debent consistere, in auferendo hosti excursus, & fauces aequoris; capta enim insula Phari, Caesar liber erat ab hostium excursibus, neque ipsi tamen evadere, vel auxilia è mari accipere poterant. Caesari vero mare erat apertum (Vide Caesar. in f. B. Civilis). Atque ita hunc locum capiunt veteres Interpretes. Ut verum tamen fatear, mihi quoque per priorem versum unus tantum usus Caesari praestitus videtur designari, scilicet hostium inclusio, ut mare non haberent liberum. nam ab incursibus eorum non fuit tutus, ut patet ex vs. 534. & seqq. Per sequentem vero declarari alter usus, scilicet Caesaris securitas, & auxilii accipiendi opportunitas. Ut dixi tamen, MSS. habent *Caesar & auxiliis ut vidit.* Sed cum in Vossiano quinto sit *cum vidit.* In Canteri libris, Voss. tert. Wittiani var. lect. *aditus ac*, immo in meo *Caesar ut A. vidit ac.* putem, sic locum constitui posse.

Illa duci geminos ad bellum praestitit usus.
Abstulit excursus, & fauces aequoris hosti:
Caesar & auxiliis vidit hâc libera Ponti
Ostia: nec fatum meriti poenasque P. &c.

Hac insula vidit Caesar sibi ad auxilia comparanda libera esse ostia. Error natus videtur, quod non cogitabant *t* in caesura posse produci. at id nos jam saepius monuimus. Dein *h* in MSS. per Gallos praesertim exaratis, saepe omitti, sciunt illi, qui veteres membranas versarunt. Aliter, si durior alicui haec particula videatur, posset praeferre *vidit hinc.* *Nec* autem, quod dedi pro *non*, est hoc ex Wittiani Codicis varia lectione, & illis MSS. qui habent *nec poenas inde.* *Non fatum nec poenas inde* est in Amstel. Msto. *Auxiliis ostia libera* satis declarat, liberos fuisse *aditus*, ut non opus fuerit, eam vocem addi. Est autem vir doctus, qui mallet *portus ostia.* sic L. II, 705. *portus ora. portus atque aditus* jungit Silius L. XII, 65. Sed *ponti ostia* mutare non est necesse. Valer. Flacc. II, 575.

Nos ait, ad Scythici, Tirynthius, ostia ponti
Raptat iter.

supra II, 680.

Pompejus tellure nova compressa profundi
Ora videns.

515 MERITI POTHINI] Verba Caesaris ita habent: *Haec dum apud hostes geruntur, Photinus nutricius pueri, & procurator regni in parte Caesaris, cum ad Achillam nuncios mitteret, hortareturque, ne negocio desisteret, neve animo deficeret, indicatis deprehensisque internunciis, à Caesare est interfectus.* MICYLL. Paullo aliter haec refert Plutarch. in Caesare p. 731. Ed. par.

517 NON FLAMMIS RAPUIT, NON DENTE] Sunt, qui legere malint *rabido non dente ferarum*, sed sic desit verbum: nam ad *pependit* non possunt cetera applicari. VERSELL. Illud *rabido* Aldi inventum est, quem secuti sunt Colin. Gryph. Pulm. Bersm.

Vindictae sit [a] summa tuae. non ipse tyrannus
Sufficit in poenas, non omnis regia Lagi.
Dum [b] patrii [c] veniant in viscera Caesaris enses,
Magnus inultus [d] erit. sed non, auctore furoris
Sublato, [e] cecidit rabies: nam rursus in arma
Auspiciis Ganymedis eunt: [f] ac multa secundo
Proelia Marte gerunt. potuit discrimine summo
Caesaris una dies in famam, & secula mitti.
[g] Molis in [h] exiguae spatio stipantibus armis,
[i] Dum parat in vacuas Martem transferre carinas
Dux Latius, tota [k] subitus formidine belli
Cingitur:

VARIAE LECTIONES.

a *magno* V. tert. b *patriae* Hort. m. c *venient* R. 1. d *eris* A. e *cedit* O. pr. f *at* H. g *solus* P. 1. B. 1. h *exilio* B. 1. *exiguo* P. 2. W. Ed. Ven. Hort. m. *exiguum* R. pr. sed corr. i *tum pavet* H. k vulgo *subiti.*

Bersm. Grot. & seqq. Verum in nullo Pulm. Bersm. aut meo Codice adparet. quare Stephanus quoque cum reliquis Editoribus vetustis *rapuit* exhibuit. Recte autem animadvertit Versellanus, deforе verbum, si *rabido* legas. Verum tamen, quod eodem redit, in uno Pulm. & integerrimis membranis Voss. pr. ac Regio primo scribitur *avido non d. f.* Quod facit, ut fere inclinem in Illustrissimi Heinsii sententiam, à Gronovio licet inprobatam, & sic satis ab ipso rejectam; qui subodoratus erat versum illum *Heu facinus* esse insititium, & ab aliena manu. Et certe si Pothinus morte magni perit, non capite truncatus est. Hoc enim accidit Pompeio post mortem. Pompeius gladio in pectus adacto est occisus; immo etiam Pothinus: nam nemo memoriae reliquit, quod hic dicitur, caput ei amputatum fuisse. Consule Epistolas Heinsii, & Gronovii CCCLXXI, CCCLXXIII, CCCLXXV. & ita hunc locum digere.

Distulit ulterius: sed non, qua debuit ira,
Non cruce, non flammis, avido non dente ferarum,
Magni morte perit.

Sc. Pothinus, qui nominativus ex praecedentibus intellectus sexcenties subauditur, ut hic subintelligi debet, licet vulgatum retineas. Si quis *rabido* malit, per me licet. Est enim unum, idemque.

519 MAGNI MORTE] Quasi Pompejus. SCHOLIAST.

521 ARSINOË] Soror Ptolemaei fuit. Hanc Ganymedes quidam spado, puellae acceptissimus in castra Achillae perduxit, cujus jussu Achillas occisus est, & exercitui Ganymedes praepositus. Hanc postea Caesar victis Aegyptiis in triumpho duxit, ut meminit Livius in Libro IV. civilis belli. SCHOL. V. Dion. Cass. Lib. XLIII. pag. 223.

523 ACHILLEA] Achillam. fit enim à recto *Achilleus.* SULPIT. Vel etiam Ionicus casus est ab *Achilla*, in prima declinatione. Ut à *Xerxes Xerxea*, pro *Xerxen* dixit Herodotus Libro VII. ἀποδέξας δὲ βασιλῆα, Πέρσῃσι Δαρεῖος, Ξέρξεα ὁρμᾶτο στρατεύεσθαι. MICYLL.

532 DISCRIMINE SUMMO] i. propter summum Caesaris illa die periculum notabilis, & memoranda posteris potuit esse una Caesaris dies. Sed notandum, quod in praestantissimis Codicibus, ut Voss. prim. Regio primo, uno Pulm. & Bersm. fit *nullo*, in altero Pulm. & Bersm. *multo*. in Voss. tertio *magno*: & in Wittiano *in illo*. Forsan rectius; ut *in* Lucani stylo solito abundet, sicut vidimus supra *in ense mori*, *in dente minari*, & similia. Huc facit, quod pro *una* in Edd. Rom. Parm. Bad. Vers. Mic. Hort. fit *illa*. Paullo post si per Mitos liceret, malim *stipatus ab a.*

534 MOLIS IN EXIGUAE SPATIO STIPANTIBUS ARMIS] Molem dicit, quae ad insulam pertinebat. Vide lib. de bello Alexandrino. χῶμα vocat Plut. quae vera Latinae illius vocis significatio. GROT. *Ed. tert.*

536 SUBITI] Sic reposuit Grotius, ut est in variis Steph. lectionibus, & duobus Bersm. ac meis paucissimis. In ceteris MSS. & Edd. *subito*, nisi quod in Vossiano primo fit *subitus*, quod unice

Cingitur: hinc [a] densae praetexunt litora classes,
Hinc tergo [b] insultant pedites: via nulla [c] salutis:
Non fuga, non virtus, [d] vix spes quoque mortis honestae.
Non acie fusa, [e] nec magnae stragis [f] acervo
Vincendus [g] tunc Caesar erat, sed sanguine nullo.
Captus [h] forte loci pendet, dubiusne timeret,

[a] Opta-

VARIAE LECTIONES.

a *ense* V. sec. b *exsultant* M. Hort. m. c *saluti* W. a m. pr. non male. d *non* B. I. e *non* B. I. V. pr. *m. nec* Edd. Ven. Br. Med. f *acervis* B. 2. V. 2. W. R. pr. in V. sec. pro var. lect. *nec magna est stragis acervus.* g *jam* V. pr. *tum* R. pr. h *certe* Ed. Ven.

verum arbitror. ut *matutinus Aeneas*, & similia sexcenta. Supra *aderat maturus*, *nocturnus* &c.

537 PRAETEXUNT] Ex glossa natum est, quod pro var. lect. exhibetur in Witt. *praecingunt. protexunt* Bersm. unus. male. V. N. Heins. ad Ovid. Art. Amat. I, 255.

- - *praetextaque litora velis.*

Virgil. Georg. III, 15.

- - *praetexit arundine ripas.*

Aen. VI, 5.

- - - - - *litora curvae*
Praetexunt classes.

539 MORTIS HONESTAE] i. e. ut congrediendo moreretur. SCHOL.

543 RESPEXIT] Sensus hic est. Respexit Caesar ad Scaevam & ad campos, Epidamne, tuos. & haec cogitans gesta fortiter dimicavit. IDEM.

543 RESPEXERAT] Alias, *respexit in agmine denso.* Hoc est ô Epidamne, sive Dyrrhachium, animo reputabat, ac respiciebat virtutem Scaevae Centurionis sui, qui in portis castrorum, & munitionum omnibus Pompejanis unus restitit, qua virtute immortale nomen, & famam consecutus fuit. Suetonius rem ita refert paulo illustrius. *Alexandriae circa oppugnationem pontis, eruptione subita hostium compulsus, in scapham, pluribus eodem praecipitantibus cum desilisset in mare, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem, elata manu, ne libelli, quos tenebat, madefierent; paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.* At L. Florus, *depulsus in maria*, inquit, *mira foelicitate ad proximam classem enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento, seu fato seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis, saxisque peteretur. Tamen receptus à classicis suis, undique simul hostes adortus, de imbelli, ac perfida gente, justa generi manibus dedit.* Porro Appianus, *quo in loco*; inquit, *cum in mare desiliisset, & in profundo aliquamdiu enatasset, Alexandrini vestem ab eo ademptam, in tropaei modum erexere.* Quanta in hac re, quod ad paludamentum, scriptorum est varietas. HORTENS.

543 IN AGMINE DENSO] Msc. *sanguine denso.* Strage Pompejanorum densa. BERSM.

544 SCAEVAM] Caesar lib. III. *Scuto ad eum relato Scaevae centurionis*, inquit, *inventa sunt in eo foramina CCXXX. Quem Caesar, ut erat de se meritus, & de republica, donavit millibus ducentis aeris: atque ab octavis ordinibus ad Primipilum se traducere pronunciavit. Ejus enim opera castellum conservatum esse magna ex parte constabat, cohortemque postea duplici stipendio, frumentove, & speciariis, militaribusque donis amplissime donavit.* Suetonius illustrius, *Scaeva*, inquit, *excusso oculo, transfixus foemore, & humero. CXX. ictibus scuto perforato, custodiam portae commissi castelli retinuit. Hic CX. ictus sustulit.* L. Florus, *quo tempore*, inquit, *egregia virtus Scaevae centurionis emicuit, cujus in scuto C atque XX. tela sedere.* Valer. Max. autor est, eum *corruisse pugnantem super ingentem stragem, quam ipse fecerat, cujus corpus*, inquit, *capite, humero, femore saucio, oculo eruto, C, & XX. ictibus perfossum apparuit.* Sic variant autores in re praeclara. HORTENS. Omnes interpretes existimant Scaevam, ad Epidamnum corruisse mortuum ex Lucani sententia. adeoque *respexit* hic per *subiit ejus animum Scaevae imago* explicant. cum tamen ad L. VI, 250. vidimus, nequaquam illud ex verbis Lucani, neque Valerii Maximi clare patere; quare cum ceteri Historici vivum eum superstitem fuisse referant, forsan & hic *respexit* proprio sensu capi possit; ut forte oculis conversis Scaevam inter suorum, quos secum licet paucos habebat, & hostium densum agmen pugnantem viderit. Vulgo necesse habent *in agmine denso* referre ad Scaevam ad Dyrrachium in agmine Pompejanorum denso dimicantem. quod durius videtur. Examinent locum adtentius, quibus plus otii est.

545 EPIDAMNE] *Epidaure* Msc. & alt. *Epidaune*: utrumque vitiose, quod Dyrrachium intelligat. BERSM. *Epidaure*, & *Epidauns* perperam habent

variae

[a] Optaretne mori; [b] respexit in agmine denso
Scaevam, perpetuae meritum jam nomina famae
Ad campos, Epidamne, tuos; ubi solus apertis
Obsedit muris calcantem moenia Magnum.

VARIAE LECTIONES.


a Edd. qdd. male. *Optaretve.* b *respexerat a.* Edd. Sulp. Mic. Hort.

variae lectiones Steph., & nonnulli MSS. mei, ac Editiones priores. Sed vide ad L. II, 624.

546 OBSEDIT] Est, qui hic legat *arcebat*, quia solus homo *obsidere* dici non potest: vel *obsepsit*: quod foret melius. Haec enim *obsessus* & *obseptus* non raro in MSS. permutantur. Sed innovatione opus non est. *Obsedit* est retinuit, tardavit, prohibuit, ne ulterius progrederetur. L. V, 449. de iis, qui in mari prae tranquillitate retinentur.

- - *gravis & languore profundi*
Obsessis ventura fames.

Vide ad L. VI, 449.




SUPPLEMENTUM LUCANI.

Auctore THOMA MAJO, Anglo.

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Rex Ptolemaeus à Caesare dimissus bellum parat. Oraculum Serapidis. Ptolemaei mors.



Perdiderant freta saeva minas, & ab aequore tutus,
Tutus ab insidiis imbellibus, & sceleratâ
Aegypti rabie consedit littore Caesar,
Vindictam spirans, tantâque efferbuit ira,
Quantam non Pharii potuit restinguere regni
Exitium. justa est belli data causa gerendi:
Sed pudor, & magnam premit indignatio mentem
Bella dari tam justa, aut mollem audere Canobum
Caesareas iras, infestaque tela mereri,
Quae vix armipotens est ausa lacessere Roma;
Nec damno tantas iras leviore luisset,
Quam libertatis jactura, & funere Magni.
Quod tamen incolumis per tanta pericula Caesar
Evasit, Superis poteras ignoscere, Roma,
Si sola Aegyptus redivivae vulnera dextrae,
Et saevos posthac gladios sensura fuisset.
Inferias tibi, Magne, pias haec bella dedissent,
Et gratas Latio. Phariâ de clade triumphum
Victori placida donâsset fronte Senatus,
Templa coronasset votis, plausuque superbum
Spectasset laeto currum Romana juventus.
Haec patriae forsan victoria conciliasset

Caesaris

Caesaris arma suae, ni dira sequentia bella,
Ni Libycae clades, & tristis funera Mundae
Victrices alio faedassent crimine dextras.
At Nili scelerata cohors, quae sceptra dedisset
Reginae Arsinoë, subito mutata rebellat,
Foemineum Imperium, fastusque exosa superbos
Eunuchi Ganymedis, & implet castra tumultu.
Nec pavidum murmur; consensu audacia crevit,
Tantaque turba metu poenarum solvit ab omni.
Nec mora; Delecti ad tentoria Caesaris ibant,
Invita Arsinoë, pacem Regemque petentes,
Et delictorum veniam, dirumque Photinum
Ut scelerum authorem, & saevum execrantur Achillam,
Qui facinus merita jam tandem morte luissent.
Ausonius Ductor, quamvis jam fervidus ira,
Pacem optans, Phariaque timens regione teneri,
Dum procul Aemathiae coëant fragmenta ruinae,
Dum, quas dispersit clades Pharsalica, rursus
Jungantur vires, & castra hostilia crescant,
Castigat primo dictis; mox fronte serena
Dat veniam precibus; nec tanta Caesaris ira
Dignatur viles populos, impendere totos
Irarum fluctus cupiens civilibus armis.
Nil nisi Romani Imperii patriaeque ruinas
Aut scelera esse suis aut digna pericula fatis
Credit, & imbellem Ptolemaeum in regna remittit.
Quid tandem, miserande puer, tibi proderit ista
Libertas, quam morte lues, regnique ruina?
Tutior, ah! longe custodia Caesaris esset,
Quam data libertas; nec cum captivus agebas,
Esse nocens poteras. te saevi Caesaris ira
Liberat, ut fieres. Phariae nam noverat aulae
Perfidiam, moresque tuos, tua crimina sperans,
Ut mox justa cadas Cleopatrae victima regno;
Cujus adulterii pretium Nilotica sceptra
Donabit Caesar, dulcique impendet amori.
Nec Latium versuta Ducem spes ista fefellit.
Namque infelicem Ptolemaeum in regna remissum
(Sive Aegyptiacae fuit inconstantia gentis,

Seu

Seu Regis vitium) confestim oblivio cepit
Et dextrae fideique datae; nova bella parabat
Consiliis pravis, & spe delusus inani,
Inque suam accelerat properantia fata ruinam.
Et ne subsidiis accrescant castra marinis
Caesarea, instructam disponit in aequora classem,
Qua levis Aegypto disterminat unda Canobum.
Inceptum visa est primum Fortuna juvare.
Incidit in classem hanc sociis divisa carinis
Caesaris una ratis, quae fortem Euphranora vexit:
Hanc omni Phariae puppes statione solutae
Circumeunt. periit numeris oppressa triremis.
  Regius interea per Deltam exercitus ibat
Terrestris, multasque via muniverat arces.
Jam belli molem pulcherrima Delta tenebat,
Delta Aegyptiaci decus atque opulentia regni;
Per cujus virides sinuato gurgite campos
Huc illuc ludit Nilus, gyrisque recurrens
Nunc ambit, nunc inplicitis imtersecat undis
Pinguia culta suis, & nigra ditat arena.
Huic nomen terrae dat littera Delta triformi.
Oceano Boreale latus defenditur, in quem
Infundit sese septeno gurgite Nilus.
Quae restant latera inde duo, duo brachia Nili
Ultima constituunt. haec inter brachia, quinque
In mare gurgitibus per Deltam volvitur amnis.
  Magnus ab Aethiopum campis nigrantibus amnis
Volvitur, atque uno longe decurrit in alveo
Usque ad planitiem, qua surgit maxima Memphis,
Pyramidum aggeribus totum celebrata per orbem.
Indulsit nimium faciles telluris opimae
Fertilitas fruges populo, nimiumque pepercit
Agricolae manibus, tanti jactura laboris
Ut fieri possit; moles ut vulgus inanes,
Vanaque Pyramidum miracla stupesceret Orbis.
Tot potuere manus steriles invertere glebas,
Emendare solum, muris circumdare terras,
Et tanto imbellem munimine cingere gentem,
Ut non incursum populi timuisset Eoi,

Non

Non Persarum acies, pharetrataque robora Susae,
Nec Macedûm aeratae cessisset praeda Phalangi
Fertilis Aegyptus; sed inexpugnabilis armis,
Atque sui juris seclum mansisset in omne.
Volvitur à Memphi partito gurgite Nilus,
Extremoque Eurum versus ferit aequora cornu
Ad Pelusiacas arces; at gurgite mollis
Alluit Occiduo littus portumque Canobi.
Huic dedit antiquum Menelai Navita nomen,
Littore (si famae credas) tumulatus in isto,
Cum Pharii justus tenuit diademata regni
Proteus. eripuit Paridi castissimus ille
Tindarida, & nullo viciatam crimine servans
Post Trojam excisam ferro flammisque marito
Reddidit. haec tellus inter duo flumina Delta est,
Dives opum, dives pecorum, lactisque colonum
Frugibus exaturans, atque urbibus inclyta magnis.
Quid Butum, Butive lacum, quo gentibus olim
Niliacis responsa dabat Phoebeïa mater:
Quid saevam hospitibus memorem Busiridis urbem,
Funestasque aras? teve, Urbs pulcherrima, nomen
Cui Venus ipsa dedit? vel te delubra Minervae
Alta tenens Saïs, quam rex Psammiticus olim
Condidit? antiquae juxta stant moenia Mendes,
Qua Deus Arcadiae Pan pastoralis in urbe
Relligione patrum colitur. cum matribus illic
(Ut perhibent) capri coïere, & semine misto
Foedavere uteros. olim sic ille creatus,
Qui pueri nimio Cyparissi ardebat amore.
Ante tamen, quam rex Ptolemaeus ab urbe Canobo
Per Deltam transire parat, (nam nota Canobo
Templa Serapis habet) scrutari oracula divum,
Et belli casus cupit explorare futuros.
Hic Deus alta tenens molli delubra Canobo,
Quem serpentina Nilotica terra figura
Vicinique colunt, non voce oracula reddit,
Corniger ut Libycis colitur qui Syrtibus Ammon;
Non esuve, fameve, velut Memphiticus Apis,
Certa boni, fative mali praesagia pandit;

Nec Phoebo similis Cyrrhaeo, Virginis implet
Concussos artus miserae, quam poena recepti
Numinis, aut pretium mors immatura sequatur;
Erudit at placide humanam per somnia mentem,
Nocturnaque quiete docet; nulloque labore
Hic tantum parta est pretiosa scientia. nullo
Excutitur studio verum. mortalia corda
Tunc Deus iste docet, cum sunt minus apta doceri,
Cum nullum obsequium praestant, meritisque fatentur
Nil sese debere suis; tunc recta scientes,
Cum nil scire valent. non illo tempore sensus
Humanos forsan dignatur numen inire,
Cum propriis possunt per se discursibus uti,
Ne forte humana ratio divina coiret.
Jamque Sacerdotes Regem in penetralia templi
Duxerunt. Tyrio resplendens sanguine & auro
Stratus erat lectus, quo tu, Ptolemaee, recumbens
Fatidici infelix captas praesagia somni.
Sacratos intrant templi sola illa recessus
Somnia, quae Deus ipse creat; nam caetera cuncta,
Quae vel temperies varias, variosve sequuntur
Corporis humores, vel quae repetita diei
Aut studia, aut curae finxerunt somnia, templo
Exteriore volant multas imitantia formas.
Illic prae reliquis fuscam exhilarantia noctem
Formosa specie, roseisque volantia pennis
Sanguinea apparent, templique in margine ludunt.
His quoque de Veneris campo, placidoque vireto
Mille pharetrati fratres, gens mollis Amorum
Occurrunt noctu, & templo consortia jungunt.
Illic flammatis alis, vel fulguris instar,
Nocturnaeve facis, per summa cacumina templi
Somnia de flava nascentia bile, volatu
Irato strepitant, tanquam hostem quaerere semper
Audacem, & saevas assueta lacessere pugnas;
Excelsoque parant coelum superare volatu.
At contra timide tenebrosa per atria templi,
Quae nigra de bile fluunt, demissius ibant,
Nocturnaque ut aves strident feralibus alis,

Inter

Inter busta volant; & foedis sola sepulchris
Invitant Stygios moesta ad consortia Manes.
Illic per postes, albataque moenia templi
Ignavo incessu, tardae testudinis instar,
Somnia, quae pituita creat, trepidantia serpunt;
Ne si forte cadant, liquidis mergantur in undis;
Nam semper vana falluntur imagine lymphae.
Haec inter volitant imitantia mille figuris
Quicquid agunt homines passim; totidemque feruntur,
Quot patitur magnus diversa negotia Mundus,
Aut objecta tenet. cedunt haec somnia cuncta
Divinis, quae dat Numen, longeque remota
Non audent templi sacros intrare recessus.
Nocte fere media Ptolemaei pectora somnus
Vicerat optatus, cum jam divina Serapis
Somnia, mutandum Aegypti narrantia regnum,
Miserat. incessu tardo delubra petebat
Bos niger ingenti specie; geminisque micabat
Pelle insignitus stellis; quarum altera tergo,
Altera fronte fuit media. lugubre videtur
Mugire, atque oculis lacrumas effundere nigris,
Confectus macie, tanquam qui pabula nulla
Gustasset moerens. post majestate decora
Incedit, quamvis pullato foemina cultu
Turrigero laceros effundens vertice crines,
Atque catenatos tendens post terga lacertos.
Tum, velut inferni plorarent carcere Manes,
Erupit subito tumulis lacrumabile murmur
Ex imis, scindi regalia Mausolea
Vidit, & erupto Ptolemaeum exire sepulchro
Lagaeum primo, reliquos hunc ordine reges
Pone sequi, miserae crudelia fata gementes.
His vero attonitus visis Ptolemaeus (ab omni
Nam gelidus trepido manavit corpore sudor)
Excusso somno templum circumspicit omne,
Talia Divorum quaerens ostenta; sed illa
Quae vidit, clausis, oculis non vidit apertis.
Jamque sacerdotes veniunt, & somnia Regis
Audita horrentes, hinc lamentabile fatum,

Atque propinquantem regni dixere ruinam
Niliaci. tum Diis patriis lustrantur, & aras
Incendunt votis. sed Dii propiore ruina
Te, Ptolemaee, prement. casus, miserande, futuros
Dum patriae narrat, celat tua fata Serapis.
Interea valido Mithridates agmine nuper
Per Cilicum populos Syriaeque extrema coacto,
Ad Pelusiacam properans pervenerat arcem,
Quae viridem Aegyptum Syriae disterminat arvis.
Nam tota Aegyptus claustris munita duobus
Nititur; accessum prohibens arx ista pedestrem,
Ut Pharos aequoreum. tanti sunt moenia regni.
Sed non egregium omnino Pelusia tardant
Claustra Ducem. una dies arcemque expugnat & urbem.
Inde rapit celeri Mithridates agmine cursum,
Et se Caesareis properat conjungere castris.
Hoc metuens equitum praemiserat agmina turmis
Obvia Caesareis Ptolemaeus; dum sibi castra
Colle locat celso, late qui despicit omnem
Planitiem, Aegyptus qua terram effusa patentem
Explicat. Est proprio Mons undique robore tutus:
Difficilem declive solum, praeruptaque saxa
Una parte dabant ascensum: tuta palude
Pars alia est: rapido pars tertia cingitur amne.
Sola angusta aditus ad montem praebuit Isthmos.
Sed non castrorum tanto munimine tutum
Se satis esse ratus, procul illo arcere parabat
Caesaris occursum; pontes, aditusque remotos
Milite custodit praemisso, & dissita longe
Flumina necquicquam (infelix) defendere tentat.
Nam neque Romanis animis fiducia cessit
Contra hostes, contraque locos pugnare paratis:
Virtutem Phariae nec sustinuere catervae
Ausoniam. Cedunt ripis, & terga per agros
Praecipites dantes victoribus omnia linquunt.
Contectam vidit castris Ptolemaeus ab altis
Corporibus terram, rubefactaque caede suorum
Prata quibus steterant, proprii praesagia fati
Tristia concipiens animo; dum castra petentes,

Quos

Quos fuga servavit, pauci, non viribus augent
Auxiliove suos, implent sed cuncta timore.
Quorum victores fugientia terga secuti
Instabant; acrique ad Regia castra tumultu
Perveniunt; quae jam Caesar conamine toto,
Dum fortuna calet, dumque omnia plena timore,
Impiger aggreditur; nec adhuc victoria certa
Esse videbatur, Pharii dum castra tenebant.
Ite viri, dixit, belloque imponite finem.
Virtutis pretium, mercedem sanguinis, auro
Argentoque referta tenent tentoria Regis;
Niliacas gemmas, Erythraeo è littore conchas,
Totque simul Procerum congestas undique gazas,
Quae vobis debentur, ait, nunc sumere restat,
Et rapere à victis. Nec praedam quaerere tantam
Segnis erat miles; parvam primo occupat Isthmon.
(Sola aditum haec praebens disjungit ab amne paludem)
Illam praecipue pubes Aegyptia servat.
Illic concurrunt, oriturque miserrima caedes.
Hos formido ingens, & si vincantur in armis,
Desperata salus: praedae spes excitat illos.
Illic immensa rabie decernitur; amnis
Atque palus multo faedantur utrinque cruore,
Semianimesque artus, & saucia corpora volvunt;
Quae gemino pereunt fato. dumque hostibus hostes
Conseruere manus, alternaque brachia nexu
Robusto tenuere, cadunt in flumina juncti;
Nec furiosa illic linquunt certamina; pugna
Contendunt ambo collapsi flumine vana;
Nam victum Stygias sequitur cito victor ad umbras.
Dumque omnes illa castrorum parte feroces
Concurrere manus Phariae; celsum undique Caesar
Contemplans montem, praerupta parte videbat
(Qua miseris est collis inexpugnabilis esse
Niliacis visus) nullo custode teneri;
Confestimque leves illuc jubet ire catervas,
Quas Carfulenus duxit. nec dura videntur
Haec mandata Ducis; scandunt acclivia saxa,
Praecipitemque locum capiunt. mors opprimit inde

Niliacos, poterat minimo unde labore repelli.
Jam Carfulenus per collem ascenderat audax,
Cumque levi intrarat Ptolemaei castra cohorte.
Attoniti fugiunt custodes; castra tumultu
Implentur: subitis perculsi casibus omnes
Huc illuc miseri discurrunt; quidve relinquant,
Quidve petant capti non norunt. Caesariani
(Dum trepidant intus, dum conficit omnia terror)
Acriter instantes irrumpunt undique castris.
Implorat frustra veniam gens victa; furentes
Nec tenuit Caesar gladios; mactare nocentes
Imperat, invisoque orbem purgare cruore.
Pars turbae miserae Latiis nutrita sub armis,
Et de Romuleis legionibus ante fuisset.
Hos olim è Syria duxit Gabinius audax
Exulis auxilio regis, belloque peracto
Pila satellitio Phario Romana reliquit.
Tempore torpuerant vires, luxuque Canobi
Coeperunt fracti veteres dediscere ritus,
Atque Aegyptiacos paulatim assumere mores.
  Non procul à castris fugiens conspexit in undis
Rex miser haud magno pendentem à fune carinam;
Et cito conscendens, comites de littore jussit
Solvere, purpureos humeris dejecit amictus,
Ne nosci fugiens poterat. sed dura salutem
Fata negant; misero detracta insignia solum
Hoc, Ptolemaee, dabant, ut vilior umbra jaceres.
Namque hanc de castris Aegyptia turba carinam
Assequitur fugiens, properantque ascendere cuncti.
Caesarei urgebant gladii post terga; fugasset
Jam timor officium; pavidis reverentia nulla
Regis erat, nimio dum pondere victa carina
Deficit, & rapidis Ptolemaeus mergitur undis.
  Plebejo extinctus fato, gelidoque sepultus
Rex, Aegypte, tuus Nilo jacet, ultima tantae
Et miseranda domus soboles. non Mausoleis
Excelsis habitant Manes, non Regia templis
Condita, marmoreis aut montibus ossa quiescunt
Lagaeae de more domus, quae funera luxu,

Divitiis-

Divitiisque solet nimiis violare sepulchra.
Quam breve crudeles regnum, Ptolemaee, dederunt
Dii tibi! non aliter Pharium diadema gerebas,
Hostia quam tristem gestat moritura coronam.
Sed breviora tamen si Dii tibi regna dedissent,
Ad Styga venisses felicior umbra, priusquam
Sanguine Niliacas perfudit Magnus arenas,
Depulso qui sceptra tuo dedit ante parenti,
Te nunc occisi, rex ingratissime, Magni
Manibus inferias Caesar (quem demeruisse
Crimine sperasti) mittit; Generique peremti
Ne possit debere nefas, ulciscitur ipse,
Inque tua titulum pietatis caede requirit.
Pellaeam tendens victor jam Caesar ad urbem,
Ne Ducis adventum tanti, justasque timeret
Iras Victoris sibi conscia turba rebellis,
Praemittit veniam cunctis. trepidantia solvens
Corda metu; leges populo, proavitaque jura
Se concessurum affirmans, & debita stirpi
Lagaeae dudum Pharii diademata regni.

SUPPLEMENTUM LUCANI.

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Caesar amore Cleopatrae captus in Aegypto moratur, dum L. Scipio cum Rege Juba bellum in Africa renovant. Caesar Pharnacem vincit.

Splendida Pellaeam celebrant jam festa per urbem,
Et Ducis Ausonii laudes ad sidera tollunt
Servati cives (dum passim altaria fumant)

Vota.

Votaque Diis solvunt. nescis, gens impia, nescis,
Cui causae hanc debes veniam, patriaeque salutem.
Non hanc semideive Canes, aut barbara praestant
Numina, queis ritu persolvis vota profano;
Nec Ducis inflectunt animum fulgentia tecta,
Non veterum monumenta Ducum, non templa Deorum,
Nec Macedûm cineres Regis, quos Caesar adorat
Plus aris templisque tuis: sed inania sacra,
Infirmosque Deos facie Cleopatra potente
Protegit, & stupro redimit Memphitica sceptra.
Nec visum est aequum Coelestibus, ut meliori
Deberent causae tam turpia regna salutem.
Jamque sui Pharias regnans Cleopatra per urbes
Authorem fati regali splendida cultu
Excipit, & magno celebrat convivia luxu.
Atria fulgebant tali laqueata paratu,
Qualem magna solent, sed jam ruitura, studere
Regna, quibus veteres, quas longa potentia fecit,
Ostentantur opes, vitiis alimenta futuris.
Sed non divitiae, non auro fulva supellex,
Gemmative tori passim, pictive tapetes
Caesareos pascunt oculos, nec talia curat,
Dum prope sidereo cunctis splendoribus ore
Praeradiat, vultuque movet Cleopatra superbo.
Hanc videt, huic oculis & pectore totus inhaeret;
Quoque magis cernit, magis ardet; caetera visu
Splendida quae primo, sordent objecta secundo:
Faemineus decor augetur, crescitque revisus.
Purpureas stupet ille comas, & candida colla,
Queis gemmis lux major inest. abscondere formam
Divitiae eximiam, non exornare videntur;
Quamvis non desunt Erythraeo è littore gemmae,
Non spolia Eoi Gangis, non quicquid in undis
Volvitur Assyriis, aut dives mittit Hydaspes;
Non Arabum ex petris viridi splendore Smaragdus,
Nec lapis auratus, quem dat Mareotica tellus.
Sidereis Adamas radiis hebetatur ocelli,
Quoque minus lucet, formae magis auget honorem.
Sapphirum pulchro pendentem pectore vincunt

Caerula

Caerula venarum violaria; labra Rubinus
Non rosea aequaret, nisi primo victa fuisset,
Et pudor augeret, quem dat Natura ruborem.
Ausonius Ductor jamdudum saucius, ignem
Concipit inde novum, nimioque accenditur aestu;
Nec placidam celare studet, sed pascere flammam;
Quaenam (inquit) nostris obstare potentia votis,
Aut quae fama potest? quid sic durissima virtus
Oppugnata ageret? facies absolveret ista
Judice raptorem coelo, nam talia quondam
Stupra Deis summis celebres tribuere poëtae,
Aethere qui toties posuere Tonantis amicas,
Et forma eximias fecere Heroïdas astra.
Temporibus si visa illis Cleopatra fuisset,
Non coma Niliacae Berenices aurea coelo
Fulsisset, pulchrae nec Pleiades astra fuissent;
Non stupri pretium radiantia plaustra tulisset
Callisto, aut Bacchi conjux formosa coronam,
Donec partem aliquam Cleopatrae stella sereni
Nobilitare Poli certam dignata fuisset.
Jupiter exemplum mihi sit, quem saepe coëgit
Saevus Amor magno furtim descendere coelo:
Vel potius nostra absolvant delicta Tonantem,
Caesareumque Jovi veniam det nomen amoris.
Ne, Caesar, tua vota time; non pervigil ista
Hesperidum Serpens fulgentia poma tuetur,
Nec nimio forma est haec custodita pudore.
Sed puerilis Amor, vanique Cupidinis ignes,
Pectora qui stimulare solent innoxia vulgi,
Pastoresque rudes urunt, rurisque puellas,
Non tibi rem peragunt, Caesar; nec causa domare
Vulgaris potuit Reginae corda superbae;
Formosamve tuis Cleopatram amplexibus offert
Dulcis amor Veneris: sed regni insana Cupido,
Majestas, nimiisque optata potentia votis.
Hic amor affectus alios Ptolemaeidis omnes
Pectore sustulerat. penitus si nullus inesset
Venarum calor, aut artus depasceret ignis,
Lascivos tamen amplexus in Caesaris isset

Frigida, & Ambitio solvisset tanta pudorem.
Quae te causa fidem, Caesar, violare coëgit,
Visceraque in patriae sceleratos impulit enses,
Aemathios Latio perfundens sanguine campos,
Illa pudicitiam Reginae in pectore vicit,
Prostituitque tibi. nec quisquam Caesaris altos
Suspiciat posthac animos, cum spiritus idem
Foemineum impellit pectus. qua Caesar, eadem
Ambitione nocens facta est Cleopatra; fidelis
Nec manet hic civis, nec conjux illa pudica.
  Ne tamen illicito Caesar videatur amori,
Non patriae vicisse suae, (nam Aegyptia tellus
Victa licet, nondum Latia est provincia facta,
Sed sceptro subjecta manet) veritusque rebellem
Niliacum subito populum, si regna teneret
Foemina, dum stirpis Lagaeae mascula proles
Vivat adhuc, puerum Ptolemaeum lustra videntem
Vix bina, Arsinoës, quam duxerat ante, sororis
Conjugio avulsum Cleopatrae jungit, & illum
Immaturum annis Phario diademate cingit.
Hunc vocat Aegyptus Regem, Cleopatra maritum;
Defunctique locum fratris supplere videtur
Conjugio & regno. quid praeter nomina vana
Conjugii, regnique, puer miserande, tenebis?
Quid praeter titulos, thalamum dum Caesar adulter
Possidet, & regnum conjux Cleopatra gubernat?
Nec rivalis adhuc fieri puerilibus annis,
Caesareive potes thalami, regnive sororis.
Sed tenerâ poteris felix aetate videri,
Quâ non incesti cognosces gaudia lecti,
Obscoenoque carens fructu, noxâque carebis.
Conjugium innocuum magis hoc est, quo minus aptum;
Conjugis incesti sine crimine nomen habebis,
Et sine curarum retinebis pondere regnum.
  Humenti Nox atra polos involverat umbrâ,
Inque vicem Phoebi redeuntia sidera coeli
Ornârant varie faciem, cum captus amore
Illicito Ductor Latius, vinoque solutus,
Dulcibus indulget votis, tandemque cupito

Reginae

Reginae fruitur thalamo, pulcherrima lecti
Gaudia degustans. tantum suadere potestas,
Donaque, & illustris gestarum gloria rerum
Foemineae poterant menti. nec crimen inesse
Concubitu nimium tali, Cleopatra, putabunt,
Qui Ptolemaeorum thalamos, consuetaque jura
Incestae novere domus, fratremque sorori
Conjugio junctum, sacrae sub nomine tedae
Majus adulterio delictum. turpius isset
(Quis credit?) justi ad thalamos Cleopatra mariti;
Utque minus lecto peccaret, adultera facta est.
  Poena tamen sequitur; furtivi pignus amoris,
Caesario infelix, fatis generatus iniquis
Caesaris Augusti cadet olim victima ferro
Caesareos tristans cognata caede Penates.
  Tempora dum Phario Ductor dependit amori
Ausonius, Libycis iterum fragmenta ruinae
Thessalicae terris coëunt, quae magnus agebat
Scipio dux belli. cum quo (jam Caesaris hostis,
Quamvis ille truces toties sub Caesare Gallos
Stravisset) fortis stabat Labienus in armis.
Hic sanctus Cato, privatâ non concitus irâ,
Sed patria imperium, & communia signa secutus
Militat; injustis hic stat Petrejus in armis,
Oblitus fidei, terris quem Caesar Iberis
Donâsset vitâ; & Varus, cui cesserat omnis
Affrica, Romanis quae tum sub fascibus esset,
Quam ditione potens olim Carthago tenebat.
Delectas Libyae turmas, & Punica secum
Agmina ducebat Varus, fallacia corda,
Membra leves: rubris induti vestibus ibant,
Ut fusum in bello hac celarent arte cruorem.
Sub Varo populos sitientibus arida venis
Cyrene Barceque suos ad praelia mittunt,
Quaeque Afris Siculos permiscuit Aca colonos.
Tabraca bellantes Tyrio de sanguine turmas
Mittit, & antiquâ Phoenicum stirpe creatos
Dat populos Lybicis dilectus regibus Hippo;
Atque Utica, & tanto Thapsus post inclyta bello.

 Advenit

Advenit his Libyco regum Juba maximus orbe,
Qui jam Caesareâ laetum de clade triumphum
Duxerat; infelix cecidit cum Curio faude
Deceptus. domino imperium non latius ulli
Contigit. Occiduo de cardine terminat Atlas:
Parte alia Thera, & confinis Syrtibus Ammon.
Undique diversae gentes, populique remoti
Conveniunt ad signa Jubae. fulgentia signa
Medorum antiqua Mauri de stirpe tulerunt.
Atque inopes, qui cum mundo commercia solis
Naufragiis Nasamones habent. Garamantes iniquo
Sub caelo positi, steriles qui semper arenas,
Squallidaque arva tenent solis foecunda venenis.
Cumque his Marmaridae medicas egere catervas,
Serpentum morsus cantu curare parati.
Audaces Numidae, & fraenorum nescia turba
Massyli, levibus norûnt qui flectere virgis
Ora ferocis equi; gregibusque assueta ferarum
Gens Getula viros mittit, qui comminus iras
Indomitorum ausi sunt irritare leonum.
Autololesque vagi, pedibus qui vincere cursum
Venatoris equi celerem, cervique fugacis
Assueti; atque Mibae vicino Sole perusti,
Qui ferrum infamant, sceleratáque tela venenis;
Et, membra hirsuta capri qui pelle teguntur,
Cyniphii venere Macae; fortisque juventus,
Quam Vaga, quamque Uzzita dabat, quam regia Zama
Nutrivit, vexilla Jubae comitantur euntis.
Scipiadae, Latiisque Aquilis haec agmina jungit
Rex Juba; jamque actis intendunt viribus omnem
(Cum primum Zephyro putris se gleba resolvit)
In Latium belli casum transferre futuri.
Sed celer in cunctis, semperque inferre suëtus
Nunquam bella pati Caesar, mox irrita fecit
Haec decreta Ducum, bellumque huc attulit omne.
Heu nimium cito Marmaricis cernetis in oris,
Quem vos Hesperia statuistis quaerere terra.
Dulcibus interea illecebris, luxuque Canobi
Captus, & afflatus fallente Cupidine Caesar,

Lascivas

Lascivas ducit Veneris sub numine noctes,
Oblitus Libyae tantas coalescere vires,
Fortunamque suam, & surgentia regna morantes.
Talibus illecebris, & molli fractus amore
Formosae Oechalidos Reginae dicitur olim
Maximus Alcides. humeros non fulva leonis
Terga Cleonaei velant, nodosave fortem
Clava armat dextram; domitores mille laborum
Desidia incipiunt duri torpere lacerti.
Nec jam vindicibus pacati viribus orbis
Terrentur Reges: sed plus Junonis iniquae
Spes saevas facie formosa foemina juvit,
Quam poterant ferratae acies, aut omnia terrae,
Aëris, Oceanique, & Ditis monstra profundi.
  Sed longo Fortuna Ducem torpere veterno
Non patitur tantum, medio nec Caesaris acta
Deficere in cursu; sive accelerare ruinam
Romanam cupit inconstans, exosa potentem
Jam populum, & vires nimias quas fecerat ipsa:
Sive Deam puduit, leges venerandaque jura
Caesaris ignavae solum debere salutem
Desidiae, & potius statuisset perdere Marte,
Quam sic servare; ut bellum, quod struxerat olim,
Destrueret rursum Imperii fastigia tanti:
Nec plus res Latias facie Cleopatra nocente,
Quam gladii ultores, & Thessala castra juvarent.
  Non tamen à Phariis primo civilia bella
Deliciis traxere Ducem, tantumve soporem
Excussere tubae Latiae. rex debilis illum
Et cito casurus Pharnaces excitat, ut non
Ipse ruat solus: sed secum nobilioris
Fata trahat populi. sic cum Leo magnus apertis
Dormivit campis, passim formidine nulla
Illaesi carpsere greges sua pabula; parvus
Forte culex stimulis audacibus ora leonis
Cum pupugit, somno excusso fera nobilis ira
Infrendens magna, postquam protriverit hostem
Exiguum, nondum vindictam nactus, in omnem
Prosiluit campum, grassataque sanguine multo

Stravit equos, ſtravit tauros, armentaque tota
Exigui culicis temeraria facta luerunt.
Munere Pompeji Pharnaces impius olim
Cimmerium, & pretium ſceleris, diadema recepit.
Natus erat magno Ponti Mithridate. potentis
Qui populis Aſiae quondam, Grajiſque ſubactis
Aemula Romanis per terras arma gerebat.
Qui victus tandem, & Pompeji viribus omni
Exutus regno, nati impietate nefandi
Proditus eſt, ceciditque minor ſic gloria Magno.
Pharnacem nimia nunc ambitione tumentem,
Cum paribus dudum ſignis concurrere ſigna,
Romanaſque acies, & tantae robora gentis
In ſe civili novit converſa furore,
Quaerendi regnum pepulit ſpes vana paternum.
Quem fallax primo juvit Fortuna, futuris
Deceptura malis; Urbuſque ad moenia magnae,
Quam debellati Mithridatis ſtruxerat olim
Pompejus monumentum ingens, devicit iniquis
Te, Domiti infelix, fatis; ad nota tulerunt
Moenia barbarici Romana piacula Manes.
Lucida jam novies repararat cornua Phoebe,
Ex quo Niliacas devênit Caeſar in oras,
Reginaeque tument vitiati pondera ventris.
Quam verbis abiens ſolatur Caeſar amicis:
O fortunarum rectrix Cleopatra mearum,
Caeſaris & fatum, qui caetera fata gubernat,
Me nunc bella vocant. crudelis amantibus arma
Crudeliſque ſibi Pharnaces impia movit,
Exitioque ſuo noſtrum interrumpit amorem.
Tu cohibe lacrumas; devictus ſentiet hoſtis
Caeſaris armati gemitus, & clade ſuorum
Agnoſcet, quanta Cleopatrae amplexibus ira
Divellor. Sed non noſtris concurrere turmis
Debilis audebit Pharnaces. arma relinquet,
Quae temere ſumpſit, ſubito: nomenque fugabit
Caeſaris invalidas acies. avellor amore,
Non ad bella vocor; citius victoria cedet
Nunc, quam pugna mihi; facilis venit, ecce, triumphus.

Verum

Verum ut te caream, nec erit victoria laeta,
Nec laurus jucunda mihi; non ipsa triumpho
Quae comes est, tantum pensabit gloria damnum.
A te discedam tristis, pulcherrima rerum,
A te, quae fusca Aegypti lucentibus arva
Irradias oculis, & splendidiora Deorum
Tramite caelesti, cui lactea nomina Graeci
Antiqui tribuere, facis; sine qua mihi tellus
Nulla placet, triste exilium Roma ipsa videtur.
Sed nos hinc majora vocant certamina; nondum
Attigit optati Caesar fastigia regni.
Quantos debet adhuc nobis Fortuna triumphos!
Quantaque civilis, quod restat, proemia belli
Te, Cleopatra, manent! formam hanc venerabitur orbis
Sideream. Australi populi qui littore degunt,
Et nunquam Oceano fulgentia plaustra Boötae
Mersa vident: & quae septem subjecta Trioni
Gens jacet, in cujus nunquam regione Canopus
Cernitur, hoc tantum coelo contenta vagari,
Nomen adorabunt Cleopatrae: littore gentes
Occiduo, & quae surgentem videt India Solem.
Cum Nilo Tybris tibi serviet, & tua regna
Defendent Aquilae nostrae, Romanaque signa;
Dum Reges inter famulos Cleopatra superbos,
Et sceptris subjecta suis nova sceptra videbit.
Talia nam (si nota satis mihi Numina) spondet
Hoc bellum Regina tibi. nunc fata sequenda,
Et cito quo ducunt. uteri per cara tumentis
Pignora, civilis belli post fata revertar.
At blandis Cleopatra dolis instructa, venustas
Cui niveae frontis tanta est, ut luctus, & ipsae
Vel lacrumae deceant, lacrumis sic insit obortis:
Non tanti facio, Caesar, mea vota precesque,
Ut decreta Ducis tanti mutare valerent,
A quibus humani generis fortuna per orbem
Pendet; queis stellae, queis Numina cuncta vacabunt.
Audax relligio nimium, Pietasque superba
Censetur, quae magna optat mutare Deorum
Consilia. ah potius flammae, votisque resistam

Ipsa meis, dulcemque sibi Cleopatra negabit
Caesaris aspectum, quam tanta negotia, totque
Bellorum laurus tardabit nostra voluptas.
Sed tamen ignoscas, paulum si, Caesar, amori
Indulget Cleopatra suo, si vivere tecum
Exoptat, si castra sequi victricia. non pax
Tutior ulla mihi, quam classica Caesaris essent.
Quo propius bellum sub te Ductore secuta,
Hoc magis à belli fuero terrore remota.
Sed jam jussa sequar, Phariisque videbor in oris
Tutela secura tua, magnique putabo
Caesaris Occiduis Alcidae à Gadibus usque
Eöum Gangen victricem extendere dextram,
A Thule ad populos Austri. tam dissita Mundo
Littora nulla jacent, ut jam divortia longa
Inter nos faciant, si sit tam Caesar amando,
Quam vincendo celer. lacrumas tum sponte cadentes
Combibit ore avido Caesar, repetitaque jungit
Oscula. Niliacis tandem digressus ab oris,
Tendit in Armeniam Libycis velocior Austris
Pharnacem exquirens; altae hunc prope maenia Zelae
Invenit, & solo conspectu fundit inertem.
Tam cito devictus pugnae non ulla reliquit,
Sed tantum monumenta fugae; nec fama loquetur
Pharnacis de bello aliud, quam tempore Caesar
Quod venit, viditque hostes, & vicit eodem.
   Heu quantum famae Magni fuga detrahit illa
Pharnacis timidi, dum Caesariana juventus
Mollitiem cernit gentis? non digna triumpho,
Nec titulis tantis jam Pontica regna subacta
Armenosque putant victos. non destruit illo
In bello Caesar tantum diademata regis,
Sed Magni decus; exultans cum talia fatur:
O felix Pompei, cui nomina tanta subactae
Degeneres istae gentes, laurosque dederunt,
Quando ego pugnaces Gallos, fortesque Sicambros
Vincendo, nullum videor meruisse triumphum.
Fatum bella tibi si Transalpina dedisset,
Nostrarum forsan nosses discrimina laudum.

Non haec

Non haec omnino civilia bella fuissent.
Sed majora vocant illinc discrimina belli
Victrices Aquilas. Libycis consedit in arvis
Scipio Romanis cinctus legionibus, hostis
Securus nimium, gelidi cum jam Capricorni
Terga premens, horas contraxerat inde diurnas
Phoebus; & acris hyems cursum fraenarat aquarum,
Nudaque vestierat niveis nemora alta pruinis.
Sed praeceps Caesar, quem nunquam in bella ruentem
Tempestas, tristesve hyemes potuere morari,
Ter jam Romulea factus dictator in urbe
Vela dedit ventis, paulumque moratus in oris
Sicaniis, iterum Lilybaeo à littore solvit,
Et praetervehitur magnae Carthaginis arces
Semirutas, Clupeamque videns, male littora nota
Damnat, ubi infelix perituris Curio turmis
Appulit. infaustas oras, Uticamque relinquit,
(Quam Cato tum legum vindex justissimus armis
Praesidioque tenet, nomen qui sumet ab urbe,
Aeternamque urbi reddet per saecula famam)
Inde Adrumetum tendens, ubi Scipio belli
Ingentis Ductor Romanis stabat in armis.

SUPPLEMENTUM LUCANI.

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Levia aliquot Ducum praelia. Cn. Pompejus à Catone objurgatus in Hispaniam navigat. Pugna Thapsiaca, & Victoria Caesaris describitur.

Jamque propinquabat bellum, Libyaque nefandi
Concurrunt iterum gladii, quos Thessala tellus

Vidisset. pugna cur, Dii, voluistis in illa
Restare exiguum necquicquam sanguinis urbi?
Ut flueret torrente novo, fieretque secundum
Hic civile nefas? una num clade pudebat
(Quantumvis magna) Romanam excindere gentem?
Aut una tanti populi regione jacere
Non est passa graves tristis Fortuna ruinas?
Jam Roma in Libya est. Latii quae terra triumphos
Spectasset toties, jam tristia vulnera spectat.
Sed levibus tantum pugnis contenta parumper
Fortuna, extremi differt certamina Martis:
Tot subito gentes, perituraque millia leto
Condemnare pudet; nec adhuc feralia Thapsi
Arva Jubae casus magni, vel triste videbunt
Scipiadae exitium, donec coëuntia signa
Ductorum, atque aliquos belli Rhuspina tumultus
Vidit, & exhibuit tantae praeludia cladis.
Scipiadae à castris Rex (in sua regna reversus
Quae longe infestis populatur Sittius armis)
Discedit paullum; plenamque hostilibus armis
Advenit Libyen unâ legione, relicto
Robore militiae Lilybaeo in littore Caesar.
Nec de more suo dederat mandata relictis
Militibus quo conveniant, quae signa sequantur,
Quemve petant portum, permittens omnia fatis,
Fortunaeque suae fidens. Cur, Caesar inique,
Non pudet in minimis toties instare favori
Fortunae, & toties casus tentare per omnes?
Non tibi sat visum est, bello quod semper aperto
Res agit illa tuas, & tantos conficit hostes,
Cum plena pugnas acie, sine milite ni te
Protegat, & tua prospiciens temeraria coepta
Dirigat in melius, Ducis objectumque periclis
Privatis toties redimat caput? an tibi parvum est
Effugisse Phari insidias, parvaque carina
Nocturni tutum vicisse pericula ponti?
Cur Divae, imperium tibi quae promiserit orbis,
Casibus exiguis pretiosum absumis amorem?
Postquàm Adrumeti frustra corrumpere fidum

Confi-

Confidium, qui Scipiadae servaverat urbem
Praesidiis, Caesar tentaverat, ordine certo,
Instructaque redit legione, nec urbe potiri,
Sed tuto remeare cupit. Sed vix fuga tanto
Induperatori concessa est tuta; frequentes
Confidii erumpunt Equites, atque agmina turbant.
Summaque Ductoris laus est, & Caesare digna
Rhuspinam salvis potuisse redire catervis.
Sola urbes inter Libycas jam Caesarianae
Perfugium tenui restat Rhuspina cohorti.
Hinc iterum Ductor fatis egressus eisdem,
Dum cepit Leptim, & firmavit robore, pene
Amisit rursus reditum. Labienus in armis
Acer erat, validisque vias praecluserat omnes
Insidiis. Virtute opus est, & Caesare toto.
Fortunaque ejus summa jam tempus egebat.
Et vicere viri virtus, fortunaque. visae
Tempore sunt apto insidiae; victorque cruento
Perque viros, perque arma viam mucrone recludit;
Bisque fugam Caesar solam vincendo paravit.
  Dum prope signa Ducum vidit Rhuspina duorum,
Infestasque Aquilas, Uticae Pompejus agebat.
Hanc Cato praesidiis tenuit; cum sic Cato sanctus
Alloquitur juvenem, & dictis castigat amicis.
Surge animis, Pompei, magnum patris assere nomen,
Et generis fatum tanti. scrutare remotos
Terrarum tractus, per regnaque dissita quaere,
Quantus erat fama genitor, quantasque reliquit
Nominis haeredi solo vel nomine vires.
Pompeji nato gladios quae terra negabit?
Quae tibi non classes (armis pacata paternis)
Aequora praebebunt? hostis te viribus aequum
Tanta facit fama, & mundo venerabile nomen.
Si libet Occiduos orbis tentare recessus,
Hispanosque armare truces, tua signa sequetur
Cantaber, & Celtis sociatus nomen Iberus;
Et tota Herculeis pubes à Gadibus, altos
Ad Pyrenaeos, extremaque littora mundi.
Si nihil omnino patriae miseranda moveret

Afflictae facies, si nil moritura moveret
Libertas, possesque hilaris servire tyranno;
Te privata tamen facerent mala Caesaris hostem.
Si pater arma tuus pro libertate gerebat,
Nullus in Aemathiis plus, quam tu, perdidit arvis:
Sed sibi si genitor campo pugnavit in illo,
Multo sunt tua damna illic majora, tibique
Abstulit Imperium victoria Caesaris orbis.
Sed bona, quae moriens genitor tibi vera reliquit
Sunt vitae exemplum, & gestarum imitatio rerum.
Haec tibi perpetuo, quae non invisa potestas
Caesaris, aut fortuna potest auferre, manebunt.
Labentem Patriam teneris suscepit ab annis,
Nullus adhuc titulis, nulloque insignis honore:
Nec vires habuit, nisi quas virtute paravit.
Quantos ille Duces juvenili ardore subegit,
Cum Marii moestam lacerasset factio Romam,
Et miseram assiduis implesset caedibus urbem!
Quot tum pro patria felicia bella peregit!
Illius auspiciis audax est Carbo peremptus,
Et cecidit terris Sertorius exul Iberis.
Praeclarum Libyco (dignus tunc nomine Magni)
Duxit (adhuc Romanus Eques) de Rege triumphum.
Haec fecit, nondumque tuos excesserat annos.
Sed tu cur Libycis resides privatus in oris?
Unius auxilium dextrae praestare valebis
Hic tantum Patriae. procul hinc tu collige vires,
Et libertati Ductor succurre cadenti:
Vel dignam tantis Natalibus oppete mortem.
Nil contra juvenis; sed tanquam Roma Catonis
Ex ore admoneat, promantve Oracula vocem.
Obsequitur citius dicto, & dans carbasa ventis
Digreditur Libycis nunquam rediturus ab oris,
Ut cadat Europa magnus, Ductorque per agros
Tot ferat Hispanos Romanae vulnera gentis,
Quot prima Aemathiis victoria Caesaris arvis
Proxima vel faciet Libycis. nimis invida quanquam
Nobilis. ô Pompei, longae tibi fata negarunt
(Quae patri dederant) felicia tempora vitae:

Morte

Morte tamen patrem aequabis, magnaque ruina,
Nec fera fatalem vincet Pharsalia Mundam.
Sicaniis Caesar vires jam nactus ab oris
Protinus Uzzitae excelsum prope moenia montem
Occupat. huc ducunt collatis undique signis
Rex Juba Scipiadesque suas ad proelia turmas.
Conspectu Uzzitae bellum jam constitit omne.
Scipio detrectat pugnam; nec dulcia tantis
Uzzitae fato damnantur cladibus arva:
Quamvis ter Caesar certaminis acer amore
Instruit armatus acies, ter provocat hostes.
Sed nullam pugnae cum spem superesse videbat,
Destituit rursus montem, & laeto omine Thapsi
Nocte iter emensus, fatalia venit in arva.
Illic Vergilius valido castella tenebat
Milite, Scipiadae fidus, causaeque Senatus.
Scipiadae, Regisque Jubae vexilla sequuntur
Ad Thapsum, quamvis cladis praesaga futurae
Aethera non cessant dare signa minacia. lumen
Horridius tenebris praebebant fulgura. stellae
Insolitae visae; intonuit sine nubibus aër.
Et fragor armorum nocturnas terruit auras.
Aerata moestus manavit casside sudor;
Et dura attonitis ardebant pila maniplis.
Vix poterant infausta examine tecta revelli
Signa solo; noctu Libycorum audita leonum
Murmura saeva. solum Thapsi, montesque moveri,
Coeliferumque Atlanta putant. non laeta videtur
Ulla avis; infaustus bubo, nocturnaque castris
Strix queritur. nec cum Superi mortalibus ista
Prodigia ostendunt, clades vitare futuras,
Sed tantum trepidare docent. feralia Thapsi
Scipiadae peritura acies jam venit in arva,
Quae tot damnassent crudelia fata ruinis.
Aequore, quo Siculis Libye disjungitur oris,
Alluitur longo tractu peninsula Thapsus,
Qua spectat Borean: adversa parte palude
Cingitur: in medio est aditus terrestris ad urbem.
Hanc Isthmon quamvis non late extenditur, altum

Dividit in medio ſtagnum, binaſque relinquit
Anguſtas utrinque vias. haec Caeſar ad ora
Exteriora Iſthmi pervenerat agmine laeto,
Caſtraque munierat vallis foſſaque profunda,
Qua Thapſum ſpectant; ne forſan terga ſuorum
In pugna opprimerent hoſtes ex urbe ruentes.
Sed fauces pene anguſtas obſederat Iſthmi
Scipio; Caeſareis adverſaque caſtra locaſſet
Magnum opus intendens, ſi non cita pugna daretur,
Aggeribus ſtructis, ductaque ad littora foſſa,
Deceptos illis includere faucibus hoſtes.
Sed coeptum celare ſuum, vel ferre paratus
Incurſum belli, pulchro inſtruit ordine turmas.
Romanas medio legiones ipſe gubernat;
Tot varias dextro gentes ſua ſigna ſecutas
Rex Juba ducebat cornu; laevumque tenebat
In Libycis Varus, Gallis Labienus in armis,
Teutoniciſque ferox; alarum frontibus, altis
Aggeribus bello ſimiles ſtabant Elephantes.
His juncti Getuli Equites, Numidaeque ſteterunt.
Pone feras variae gentes levia arma gerebant,
Armati jaculis Mauri, pharetriſque veneno
Illita geſtabant ſcelerati ſpicula Mibae.
Caeſaris at poſtquam inſtructam procedere vidit
Scipiades aciem, clara ſic voce cohortes
Incitat: oh Romana manus, ſpes ſola Senatus,
Et patriae tutela, animis ſi robora poſſet
Addere Ductoris facundia, quanta diſerto
Argumenta darent miſerae tot vulnera Romae,
Viribus extinctae leges, venerandaque jura,
Ipſaque libertas armis oppreſſa nefandis?
Si patriae clades, ſi publica damna movere
Nil poterant mentes, cui non Pharſalia luctus
Exhibuit proprios, privataque funera? quis non
Aut fratres illic, aut natos moeret ademptos?
Jam nunc ultrices ſpectant tot pignora dextras,
Tot chari Manes. tanto hic nos juſtius arma
Induimus, quam Theſſalicis Pompejus in arvis,
Quanto Theſſalicis augentur crimina campis

Caeſaris,

Caesaris. accedent tam justae Numina causae.
Nec, quoniam Emathia cecidit sub Caesare Roma,
Vos transisse Deos, Romanaque jura perosos
Credite. Pompejo solitum Fortuna negavit
Non Urbi auxilium; toties lassata triumphis
Privati, verita est, ne, si cecidisset in arvis
Aemathiis Caesar, deceptus crederet Orbis
Non Romae, sed Pompejo donasse triumphum,
Privatique fuisse Deam. non amplius Urbem
Destituet Fortuna suam, fatisve nefandi
Caesaris Ausoniae sacras succumbere leges,
Imperiumque sinet. non sunt haec signa Deorum
Iratorum Urbi (si me non omina fallunt)
Ductorem vobis Libyco pugnantibus orbe
Quod dant Scipiadem. felicia nominis hujus
Fata hic, aut Afros non est memorare necesse
(Quos non ulla potest regio nescire) triumphos.
Talia fas nobis sperare est; non minor armat
Nos pietas: Latii nec nominis Hannibal hostis
Caesare deterior. patriae junxere salutem
Cum vestra Superi. manibus reddetur eisdem
Roma sibi & vobis. virtute accersite fatum.
Communi proprios cum libertate Penates,
Conjugia atque domos istis conquirite campis.
Militis erigitur virtus, animosa cohortes
Ira subit Latias, pugnaeque accendit amore.
Nec minus interea vario clamore fremebat
Dissona turba Jubae, & belli undique signa petebat.
Caesar, ut optatum Diis advenisse secundis
Pugnandi vidit tempus, sic voce cohortes
Incitat audaces: dextris victricibus iste
Ultimus en sudor, qui tot mercede labores
Pensabit digna, qui tot livore negatos
Hactenus, & magna meritos virtute triumphos
Afferet. ista dies quascunque aut Gallia laurus,
Aut Rheni gentes, aut victa Britannia debent
Virtuti dudum vestrae, nuperve subactae
Promittunt gentes, invitis hostibus, omnes
Invito livore dabit. longeque triumphum

Majorem de rege Juba victoribus addet.
Nec dubitare mihi fas est; fallentia nunquam
Signa, truces oculos video, vultusque minaces.
Victores novisse suos, fragmenta ruinae
Aemathiae discant. Dixisset plura; repente
Cum fera de dextro cecinerunt classica cornu;
Prosiliuntque acres (nec eas retinere Tribunus
Centuriove potest) ad praelia sponte catervae.
Non inhibet Caesar, sed laxat fraena furori.
Carcere sic pronus nimium ad certamina currus
Cum forte erumpit, lorisque auriga retentis
Frustra inhibere studet, tandem dat victus habenas.
  Utraque jam tanto concurrunt agmina motu,
Quanto (si longae flexum natura Malaeae
Donaret nautis) adversis bina coirent
Aequora gurgitibus. pulsat fragor aethera; montes
Undique vicini excipiunt, resonantque furentes
Pugnantum voces. Siculas it clamor ad oras.
Huncque repercutiunt Lilybeïa saxa, timentqne
Vel sonitum belli terra retinere quieta.
Non ita pinifero Boreas cum Thracius Ossae
Incubuit, resonant quassatae turbine silvae;
Murmure nec tanto Nilus, cum de Cataractis
Praecipitat duris illisas cautibus undas
Astra lavans, surdas habitantibus obstruit aures.
Scipiadae dulcis stimulat vindicta catervas:
Caesareas ingens premit indignatio turmas,
Quod nova defuncto succedant praelia Magno:
Inventusque alius Ductor civilibus armis.
Sanguine merguntur campi, vicinaque multo
Tincta cruore palus; & quod tot vulnera rubrum
Emittunt flumen, foecundam putria terrae
Alligat in glebam, & steriles connectit arenas.
Inter utramque aciem volitat feralis Enyo,
Lampada funestam quatiens. reseraverat antrum
Tartareus Rector pallens; utque arma nefanda
Spectarent, caperentque sui solatia fati,
Invisas illuc Libyes emiserat umbras.
Undique consedere arvis, nigraque corona

Infece.

Infecere diem, verſatilis umbra Jugurthae,
Hannibalis ſaevi Manes, captique Syphacis.
Qui nunc everſas ſecum Carthaginis arces
Ignovere Deis, poſtquam feralia campi
Proelia Thapſiaci, & Latios videre furores.
Sed tamen Auſoniae civilia vulnera dextrae
Afra luet tellus, & plus vaſtabitur, aetas
Proxima quam reparare poteſt. inarata jacebunt
Arva, ruentque ſuis vacuatae civibus urbes.
Quaeque viri coluere, ferae nunc rura tenebunt.
Qua Reges olim per gentes jura dederunt,
Tigris erit, Parduſque, & habebunt regna leones.
Innocuus vivet Serpens, & nulla, venenis
Dum deerunt homines, peſtis cenſebitur Orbi.
Caeſareis leviter percuſſi pectora telis
In ſua converſis Elephantes agmina fraenis
Praecipites rabie currunt. tum robore denſos
Indomito turbant cuneos, atque agmina Regis
Proſternunt confuſa Jubae. nil arte valebant
Rectores miſeri, nil vi; Fortuna regebat
Sola feras, contraque ſuos pro Caeſare miſit.
Illi hoſtes, illi ſocii, dum nemo gubernat,
Quos Fortuna facit. vicinum Elephantibus agmen
Getuli, Numidae equites crudeliter illic
Calcabantur humi. vaſta pars mole ferarum
Contrita eſt; foſſas pars praecipitatur in altas.
Tunc infelices tutela orbati Elephantum
Tot Libyae populi, & gentes levia arma gerentes
Caeduntur cumulis paſſim, juguliſque fatigant
Caeſareos ſolis; nec ſtantes amplius hoſti
Hic bellum, ſed praeda manent. haſtilibus igne
Duratis quid Bamurae jam nuda juventus?
Quid levibus contra Romanos comminus hoſtes
Autololes jaculis? nil illis ignea plantae
Vis prodeſt, curſuſque levi velocior aura.
Non bene Cyniphiis hirſuti tegmina capri
Pectora defendunt. vix contra Caeſaris enſes
Aes ferrumque valent. implentur ſanguine foſſae.
Moeſta madet tellus, & de tot gentibus unus

Purpureus caesis infecit pascua torrens.
Non Juba per mortes hominum, privataque fata,
Sed gentes pariter caesas, populosque jacentes
Metitur, quantis pereunt sibi regna ruinis.
Nec sua post tantam cladem munita putavit
Castra satis, miseram victis praestate salutem;
Sed cum Petrejo fugiens tentoria cunctis
Splendida divitiis hosti permisit avaro.
Quae cito Caesarei victorum terga sequentes
Diripiunt, opibusque Jubae, tantisque potiti
Bellorum exuviis, operum mercede, priusquam
Sanguinolenta fuit victoria plena, fruuntur.
Sed non tam celeri bellum pro Caesare cursu,
Qua Latiis stabat vallatus Scipio turmis,
Atque pares fulsere Aquilae, Fortuna peregit.
Hic incerta diu varii stetit alea belli;
Hic haesit fatum, & dubiis victoria pennis
Inter utrumque agmen visa est volitare; repellit
Viribus haec acies vires; alternaque dextras
Crimina civiles foedant; dum maxima regnant
Hic odia, hic caedes; animos in praelia tanquam
Causa mala augeret; tantoque ardentior ira,
Quo scelerata magis. dubitant ostendere fata,
Quid tandem Romae fortunave Caesaris esset.
Ex acie tandem Libycae fugere cohortes
Quae duce sub Varo steterant; dare terga coactus
Dux simul; & tu Gallorum, Labiene, tuorum
Corpora caesa videns, Thapsi funesta relinquis
Arva gemens; aliis demum civilibus armis,
Romanisque iterum servate furoribus, arvo
Pars Latiae cladis Mundano magna jacebis.
Nec fato occumbes (acerrime Caesaris hostis)
Dum potis est certare suo cum Caesare Roma.
Scipio ut adversas videt increbrescere vires,
Cedentesque suas, nec jam reparabile bellum,
Fluctuat ancipiti divisus pectora cura;
Ingerat an medios sese moriturus in hostes,
Ut populi caput Hesperii, Ductorque Senatus
Summo in honore cadat felix, Stygiasque per undas

Maxima

Maxima Romani descendat nominis umbra:
An speraret adhuc, atque ultra fidere fatis
Ausoniis, tantoque velit superesse dolori.
Decepit tandem fiducia vana futuri
Successus miserum, pulchrumque excussit amorem
Mortis: ut Aemathia, caput oblatura superbo
Victori, Magnum spes dira fefellerat olim.
Hos animo casus volventem concitus aufert
Scipiadem ex acie sonipes; cum territa passim
Agmina coeperunt toto discurrere campo;
Cedentesque Equites tutas petiere latebras
Montibus Uzzitae, peditum pars magna petebat
Castra Jubae, si forte brevem praestare salutem
Defessis alti poterant munimina valli.
Sed postquam se deceptos, & castra cruentis
Caesareis possessa vident, tum tela cohortes
Victae projiciunt, & inermia brachia tendunt.
Sed nihil (oh rabies civilis dira furoris)
Profuit heu miseris submissio. caede nefanda
Sternuntur, quamvis gladios inhibere suorum
Contendit Caesar frustra, & clamore furentes
Increpuit magno, cives nunc esse memento,
Non hostes, miles; partum virtute triumphum
Cur feritate nova maculas? haec sanguine sero
Quam paris, Invidia est plus quam Victoria nobis.
Saepius haec moestus clamat; pars nullaque belli
Civilis tum Caesar erat. sed perdere cives
Quae toties poterant, non jam servare valebant
Jussa Ducis. jugulant miseranda caede cohortes
Scipiadae, strictisque odium mucronibus explent
Invito Duce Caesarei; & qui jussa per annos
Tot Ducis implessent magni crudelia semper,
Nunc solum, cum justa dedit mandata, rebellant.
Jam vero ingentem pro Caesare fata ruinam
Sparsissent campis, & tecta cadavere tota
Planities funesta jacet; tandemque sequendo
Defessas Caesar revocans ad signa cohortes,
Prospera divitiis Regum certamina donat.

SUPPLEMENTUM LUCANI.

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Juba & Petrejus se mutuis vulneribus interficiunt. Scipionis & Catonis fata describuntur.

Non funesta tamen clades, quas fecerat, omnes
Terra capit Thapsi; tantaeve jacere ruinae
Angusto potuere loco. quot fata per oras
Thapsiacae spargent ingentia vulnera pugnae,
Ne non diversis famam regionibus olim
Funera tantorum faciant divisa virorum!
Rex Juba Petreio & paucis comitantibus urbem
Ad Zamam Imperii sedem, qua pignora cara,
Uxoresque suas, gazasque reliquerat omnes,
Advenit infelix. sed jam clausere rebelles
Zamenses Regi portas, victoque negarunt
Introitus, odium saevi crudele tyranni
Ausi fortuna tandem pereunte fateri.
Nil precibus, mistisve minis, vultuve moventur.
Perdita majestas victo; penditque prioris
Jam Juba saevitiae poenas. oh fera tyranni
Cognitio! dum regna manent, se nescit amatum
Invisumve suis. affectus sola latentes
Servorum pandit Fortuna adversa: sed illa,
Quae post regna venit, cui nulla potentia juncta est,
Cognitio torquet miseros; nec reddere grates,
Nec licet ulcisci. feros (& non nisi tantum
Ut doleant) oculos aperit Fortuna tyrannis.
Exclusi rapido fugiunt per devia cursu,
Et villam, paucis equitum stipantibus, intrant

Rex

Rex Juba Petrejusque simul. tum fessa quiete
Corpora componunt stratis, aegrosque per omnes
Devolvunt animos casus, solamina donec
Ultima lassatis ingens audacia praebet.
Continuo instaurant epulas, plenisque Lyaeo
Discumbunt mensis. postquam compressus edendi
Est amor; intrepido tandem sic inchoat ore,
Petreiumque toris Juba Rex affatur ab altis:
En! Romane, vides quo nos Fortuna redegit:
Sola relicta salus clementia Caesaris; at non
Nos duo tam fuimus temnendi Caesaris hostes,
Adversusve illum tam innoxia gessimus arma,
Ut veniam liceat salvo sperare pudore,
Oblatave frui. quae non dant arma salutem,
Dent libertatem nobis. me certa manebit
Libertas ferro; nec dignam credere vitam
Hanc possum votis, ut supplice Rege superbus
Intumeat Caesar; nec quem vidisset honore
In summo forsan (si vel Pompejus in arvis
Thessalicis olim, vel nostris Scipio terris
Vicisset) me jam captivum Roma videbit,
Regia praebentem ridenda Quiritibus ora
Ante triumphantes currus, ut victa Syphacis,
Atque catenati traxerunt colla Jugurthae.
Nec Juba ridendum, nec erit miserabile nomen
Caesareis. non corda mihi, non tela, manusve
Ad letum desunt: sed te, Petreje, supremae
Participem facio famae, mortisque decorae.
Causa reos eadem junxit, fortunaque victos;
Nunc eadem virtus morientes jungat utrosque.
Stringe ensem, & mecum pariter nunc utere dextra.
Quaeramus pulchram per mutua vulnera mortem,
Et libertatem citius quis donet amico,
Contendat feralis Amor. Petreïus ense
Sic breviter stricto: Libycorum maxime Regum,
Cujus honoratum per saecula nomen habebit
Ausonia, hanc laudem cui me debere fatebor,
(Nec pudet Hesperium Ductorem discere, tanto
Rege docente, mori) Latius gaudebit honore

Hoc Genius, ne te captivum Roma videret,
Quem libertates nostras legesque tuentem
Laudavit toties, sociique infamia Regis
Caesaris injustos posset decorare triumphos.
Roma Jubae, sicut Masinissae, nomen amabit;
Nec meliore nota signabit Caesaris acta,
Quam Catilinae olim, & diri consulta Cethegi.
Dixerat, & totis concurrunt viribus ambo,
Grataque dant referuntque per ictus vulnera crebros.
Crederet hoc quisquam, tanto conamine, tanta
Pugnatus virtute mori, non vincere? tandem
Petrejus cecidit. retine, Petreje, parumper
Festinantem animam, clamat Juba, dum comes umbrae
Umbra tuae hoc gladio ad Stygias demittitur undas.
Quis regni posthac confidet viribus? aut quem
Gloria decipiet sceptri, soliive superbi
Lubrica majestas? cunctis desertus ad umbras
Nudus eo, nuper Libyco Juba maximus orbe.
At vobis, populi infidi, & tibi, Zama rebellis.
Sit Latium precor usque jugum grave, perfidiamque
Hanc vestram domino domino pejore luatis.
Tunc iterum gladio pectus ferit; evolat acer
Spiritus, aeternaeque oculos clausere tenebrae.
Ecce alios luctus, aliudque per aequora funus
Nobile Thapsiacis Fortuna vehebat ab arvis.
Scipio Dux belli tanta de clade superstes
Non dedignatus parva tentare carina
Et sola Libycum pelagus, properabat ad oras
Hispanas, ubi Pompeji civilia cogunt
Rursus in arma viros; sed tempestate repulsus
In portum Hipponis vehitur. se Scipio sentit
Cum nave amissum; nec portum evadere vento
Opposito licuit. clara tum voce dolorem
Testatus clamat: pelagusque ipsaeque procellae,
Et conjurati pugnant pro Caesare venti.
Oh utinam Thapso cecidissem, strage virorum
Mistus; nec tanto placuisset vita superstes
Imperio, (Ductor summo Romanus honore
Ad Stygias venissem undas,) aut ante tulisset

Hanc

Hanc male ſervatam potius Pharſalia vitam,
Quam Thapſo infelix duxiſſem bella Senatus,
Ultaque Scipiadem vidiſſes Africa victum.
Vos clarae majorum animae, quos Africa ſenſit
Saepe triumphantes, ut cum Carthaginis altae
Excidio, captuſque Syphax, claraque fugatus
Hannibal ex acie teſtantur, fata Nepotis
Ne pudeat veſtri, miſerandaque bella videre.
Nam neque me Libye vicit: ſed viribus ipſa
Scipiadem, ſeſeque ſuis hic Roma ſubegit.
Cum patria à patria vincor, moriorque cadente
Libertate libens. miſere hunc Numina ventum
Adverſum, ut morerer, ne ſpe deluſus inani
Optarem forſan tanto ſupereſſe dolori.
Hiſpanas iterum Romana ad praelia gentes
Pompeji cogam juvenes, legeſque requirant,
Et libertates: mea tunc fortuna peracta eſt.
Et quanquam haec armata manus teſtabitur orbi
Me terra potuiſſe mori: placet aequore mergi,
Ignotumque illic funus per ſaecla manere.
Oh nunquam veniat fluitans ad littora truncus,
Ne Libyca condatur humo; victique futuris
Scipiadae oſtentent monumenta nepotibus Afri.
Tunc latus enſe fodit; nec eo contentus in aequor
Proſilit; emiſſi ſpargit pars tranſtra carinae
Sanguinis: aequoreos tingit pars altera fluctus;
Migrantique animae fatum non ſufficit unum.
Demerſum monſtris jacet, eheu, praeda marinis
Nobile Scipiadae corpus; nec colliget urna
Flebilis hos cineres; nec tanto nomine dignas
Exequias tibi Roma dabit; paſſiſve capillis
Scipiadem, extremum generis, lugebit ademptum

Agmina de campis paſſim fugientia cunctas
Impleſſent magnis Libyae terroribus oras.
Praeſidiis tum forte Uticam Cato nobilis urbem
Auſoniis tenuit; qui nota clade Senatus,
Scipiadaeque fuga, victorem arcere parabat,
Hortaturque ſuos alacer defendere muros.
Sed fruſtra; heu nimium trepidantia pectora ſenſit,

Et vi-

Et victum fama non visi Caesaris agmen.
Tum Cato militibus vultu immutatus eodem
Ignovit pavidis. ultro fugientibus ipse
Prospexit, classes portu contraxit ab omni
Vicino, remosque dedit properantibus aptos.
Cunctorumque, suam quamvis projecerat ipse,
Non dedignatur Ductor curare salutem.
Solatus cives Uticae, & trepidantia verbis
Pectora confirmans placidis, quam certa supersit
Spes illis veniae, victis clementia quanta
Caesaris, edocuit. talis cupit ipse videri
Civibus, ut qui non donatam à Caesare vitam
Sperneret. illum etiam, cui non durissima virtus
Affectus celare suos permiserat unquam,
Quem nullus simulare timor docuisset, aperto
Vel deflexisset rigidi de tramite veri,
Tandem mortis amor cogit simulare Catonem.
Orbarant homines jam luce silentia Noctis,
Inque vicem fessis donarant regna quietem;
Cum gratos cuncti, quos cura dolorque sinebant,
Carpebant somnos: sed non tranquilla Catonem
Exemit virtus curis mortalibus, alto
Ut jaceat somno oppressus: sed libera mentis
Erigat ut se vis, contempleturque futura
Saecula, & aeternos vitae immortalis honores.
Ante tamen contemplatrix quam dogmata verae
Scrutari possit Sophiae, moralibus apte
Praeceptis purganda anima est; prius ejiciendi
Affectus pravi, cunctaeque è pectore sordes,
Ira nocens, & luxuries, & foeda libido.
Hos igitur motus animi (purgantia sicut
Corporis humores pravos medicamina tollunt)
Moralis plene educat Medicina, priusquam
Divinum, summumque bonum scrutarier ausa
Sit contemplando, ne densis pressa tenebris
Mens erret caeca, & vitiis decepta fatiscat.
Sic longa virtute fuit mens sancta Catonis
Purgata; atque illi vitae immortalis honorem
Jam contemplanti divini fata Platonis

Phaedo.

Phaedonem tradunt. cùm laetus talia fatur.
Salve sancte liber Superis demisse Catoni;
Dirige tu cursum, vitaeque extrema meantis
Instrue; non alium moriturus quaero magistrum;
Nec restare alias voluerunt Numina curas.
Jamque mori certo liceat mihi discere, quid sit
Mors, quid vita fuit, quid erit; num nulla futura est;
An vivant animae post funera; praemia justis
Quae restent; quae sacrilegos vindicta manebit.
Dum contemplatur, mentis se libera tollit
Nec turbata acies, abstractaque corpore vires
Exercere suas contendit pura facultas.
Tunc volitans excelsa petit, nimiumque remotae
A terris, quo non oculi, non organa sensus
Corporei penetrare valent, fulgentia coeli
Corpora scrutatur; nec eis contenta, requirit
Splendoris fontem cuncti, lucisque beatum
Principium, aeternique Dei vestigia adorat.
Haec magis atque magis coelestia discere tentat
Contemplans anima: at caecis obducta tenebris,
Et depressa gravi connexu corporis, ipsa
Se non posse videre videt. solatia sola haec,
Quod meliore frui post mortem lumine sperat.
Immortalem animam spes haec probat: aut tibi frustra
Spem dedit omnipotens: frustra te jussit amare,
Quae nunquam poteris cognoscere, cur Sapientes.
Dum terris vivunt, spernunt terrena, nec aurum,
Regna, voluptates quaerunt, quae sola videntur
Splendida: sed quae non cernunt, coelestia tantum
Depereunt, si non coelestia gaudia tandem
Exciperent; sed non illuc ascendere possunt
Corpora, quae gravia, & terrenis mista creantur
Principiis, in quae tandem resoluta redibunt,
In terramque cadent. animae est coelestis origo,
Igneus atque vigor, substantia pura, suique
In toto similis, variis nec partibus illa
Composita est; ideo nullo dissolvitur aevo;
Sed sibi corporeo laxata à carcere vivit.
Felices posthac animae, quas corpora nullis

Foedarunt vitiis nullaque libidine morsas
Detinuere olim, quae, dum sub carne latebant,
Contemplatrices abstractae à carne volarant
Saepius ad coelos, coelis post fata, quibuscum
Foedera sanxerunt viventes sacra, locantur,
Aeternaque illic laetantes luce fruuntur:
At tenebrosae animae, nimium quae carnibus olim
Demersa jacuere suis, queis tetra libido
Atque voluptates, solum quas sensus alebat,
In terris notae, posthac de carne solutae
Aspectum coeli, cum quo commercia nullae
Viventes habuere, timent, nec luce fruuntur:
Sed tenebris dilecta nimis prope corpora semper
Ferales errant umbrae, moestaeque sepulchra
Bustaque foeda colunt. hinc noctu spectra videntur,
Quae terrent homines, animae sunt ista Malorum,
Quae, quoniam crassae sunt, corporeaeque, videntur.
Quam diversae (inquit) restant post funera sortes!
Credo equidem, divine Plato, te dogmata vera
Haec ipsum docuisse Deum. Deus ipse sequendam
(Aut Natura homines ratioque innata fefellit)
Proposuit virtutem, & praemia debita justis.
Haec, quoniam justos injusta potentia fraudat
Saepius in terris, & gens humana rebellat,
Solvere post mortem justissimus ipse tenetur.
Funera non metuit Sapiens suprema; nec illi,
Qui contemplando toties super astra levavit
Carnoso abstractam penitus de carcere mentem,
Corporis atque animae faciens divortia tanta,
Quanta homini licuit, mors formidanda venire
Aut ignota potest. nam Mors divortia tantum
Plena haec, quae sapiens toties optasse videtur
Et toties tentasse, facit, Superosque petenti
Libertatem animae claustris concedit apertis.
Si saepe impatiens vitam projecit Amator,
Atque manu pectus propria perfodit, ut umbra
Defunctam Stygias sponsam sequeretur ad umbras,
(Qua tamen haud illo conceditur orbe potiri)
Num Sapientum animae summi quae gaudia coeli

De-

Depereunt, verique boni capiuntur amore,
Quo nequeunt in carne frui, de carcere tandem
Corporeo solvi, claustrisque exire recusent,
Cum Deus ipse foras aperit, licitamque meanti
Dat Natura viam. at donec Deus ille creator,
Qui terrena animam primo statione locavit,
Evocat, haud illa statione excedere fas est.

Hic dubitans haesit paulum Cato. non datur ergo
Sponte mori victis (inquit:) nec obire Catoni
Dum dabit injustus Victor mandata, licebit?
Caesaris expectem gladios, atque in caput istud
Jus illi agnoscam Superi? Dominumque fatebor
Esse meum, quem Roma suum decreverat hostem,
Quemque ego damnaram. num justum injusta dederunt
Bella potestatem? non sic. oh Numina certe
Humanas placuit vobis confundere leges,
Et dare jus sceleri. sed si non sponte Catoni
Projicere hanc lucem fas est, at crimine vitam
Grandius est retinere nefas. quam grande putarem
Esse nefas nobis, turpem producere vitam
Caesaris imperiis, & regna injusta probare!
Quam Romae damnosa forent exempla Catonis!
Pompeji juvenes, qui nunc ad praelia gentes
Hispanas armant, patriaeque impendere vitas
Non dubitant, justae posthac non credere causae,
Sed pulchris fortasse volunt desistere coeptis,
Nec libertatem per tanta pericula, per tot
Aerumnas quaerent, cum nobis regna probentur,
Et non displiceat duro servire Catoni.
Ah potius fragilem hanc sit fas abrumpere vitam,
Quam te, Libertas, violem. sed Numina si te
Nunc tandem jussere mori. tua funera saltem
Prosequar, & Stygias liber comitabor ad umbras.
Non ultra dubitare licet. Tunc pectora dextra
Nuda ferit, moriensque cadit; morientis ad ictum
Undique concurrunt famuli; labentia tollunt
Membra viri, vulnus refovent; mortique quietem
Eripiunt tantum, dum, quam projecerat ipse
Tanto animo, heu frustra, contendunt reddere vitam.

Impatiens lucis propria Cato vulnera dextra
Dilacerat; mortemque docet non posse negari!
Caesar Thapsiaca Victor de clade reversus
Tendit Adrumetum, cum jam victoria passim
Securum praestabat iter. non arma, nec ullae
Insidiae clausere vias. ignoscit ubique
Supplicibus; cum nulla videt restare pericla,
Tutaque fortuna facta est clementia tanta.
Inde Uticam advenit Caesar, fatoque Catonis
Audito ingemuit; questusque, oh invide, dixit.
Cur odio moreris nostri? vitamque relinquis,
Ne non Caesareae bonitati injuria fiat?
Heu tibi crudelis nimium moriendo fuisti,
Ut moriendo mihi posses crudelior esse.
Durior interitu, quam vita armisque fuisti,
Hostis es; atque odium nostri, quod sanguine nostro
Non potuisti unquam, voluisti sanguine saltem
Nunc satiare tuo, teque ipsum impendere damno
Caesaris. evitas nostrum, crudelis, amorem,
Ut luctum facias. mihi quid clementia prodest,
Cui non Romani dubitant praeponere mortem?
Infelix Magnus sese committere fraudi
Barbaricae potius quam nostro elegit amori.
Sed tamen ille suas sperans reparare ruinas
Auxilium infido, non mortem, à Rege petivit,
Quam tamen invitus subiit. tu sponte peristi
Invidiam facture mihi. sed detrahet illam
Invidiam, & spes injustas clementia vincet.
Deflebo funus, natumque amplectar honore;
Nec me crudelem victo fore sentiet Orbis.
Dans veniam Caesar timidis Uticensibus, agmen
Defessum reficit, paulumque moratus in urbe
Munimenta videns, circumspicit undique latam
Planitiem prope silva stetit (regionibus illis
Rara nimis) non ampla tamen, quam lentus alebat
Bagrada, qui siccas illic connectit arenas.
Horrida silva fuit, conjunctis aëra ramis
Obscurum & tristes exclusis Solibus umbras
Complectens, nemus hoc ingressus Caesar opacum,

Antrum

Antrum immane videt nigro squalore repletum,
Et marcente situ, quem nox ibi longa creasset.
Infecit gravidas erumpens halitus auras.
Attonito terrore loci, tandemque roganti
Rem notam populis astans Libys incola narrat.
Haec, Caesar, multos jam non habitata per annos
Antra immensa olim monstrum exitiale tenebat
Pestis, & ira Deum, serpens cui saecula nulla
Produxere parem terris; non tanta palude
Lernaea tumuit reparatis anguibus Hydra;
Nec qui poma Draco custodiit aurea; nec, quem
Servantem vigili Phryxaeum lumine vellus
Somniferis tandem domuit Medea venenis.
Nec tu Phoebeis Python confixe sagittis
Tantus eras, populis species incognita primis.
Serpente in tanto potuisset Gorgonis omne
Absumi virus; Libycis nec majus arenis
Hoc monstro, semen si defluxisset in unum,
Pestiferae tabes generasset tota Medusae.
Tam longum sese (centum porrectus in ulnas
Quippe fuit) volvit Serpens per fluminis undas,
Ut quoties gyris distendit terga solutis
Adversa praedam potuit deprendere ripa.
Saepe illic Tigris spumantes oblita rictus,
Atque cruentati taurorum caede Leones,
Flumina dum libant, monstri conduntur in alvo.
Atque utinam his tantum praedis contenta fuisset
Ingluvies; periere homines, quicunque per aestum
Umbrosae fessi petierunt tegmina silvae,
Aut quicunque istos, adverso numine ducti,
Advenere viri gelidos haurire liquores.
Nam simul ac nigro Serpens caput extulit antro
Horrendus, totamque implerunt sibila sylvam,
Attonitos timor invasit; non ulla salutis
Spes manibus, non ulla fuga. deprendere praedam
Distendit subito toto se corpore Serpens:
Saepius in flumen, monstrum vitare nefandum,
Desiluere viri: sed non praestare salutem
Flumen eis potuit. nantes correpsit in undis,

Nec mergi licuit miseris, pejora manebant
Fata illos, monstri obscoena conduntur in alvo.
Sic impune diu Sylva grassatus in ista
Egressus tandem est, & se ad majora paravit.
Quid pecudum strages, quid singula fata virorum
Persequar? haud vacat hic privatas dicere clades.
In populos furit, & totis cum gentibus atrox
Bella gerens, ausus Romana lacessere castra est:
Cum primum turmas Libyes ad littora duxit
Regulus Ausonias, & in his consederat arvis,
(Quis mihi de tanto credet certamine) solus
Invasit totas acies. exercitus ille,
Qui sibi promisit Libyae, & Carthaginis altae
Imperium, quem tot gentes, mundique timebat
Tertia pars, uno vix se defendit ab Angue.
Dux capere arma jubet, nec solis ensibus illic,
Aut pilis, sed ballistis, quae moenia summa
Et turres quaterent, monstro nova bella parari.
Protinus insonuere tubae; tunc erigit alte
Se, dirumque caput Serpens attollit in auras
Undique despiciens campos, tantusque videtur
Quantus is est, geminas coelo qui dividit Arctos.
Tunc asper saevit; Stygias de gutture diro
Exhalans nebulas, & flammea lumina torquet.
Squamea cum volvit sublatus terga, putares
Excelsum ad pugnas castellum sponte moveri.
Distantum longe subito se immittit in ora.
Hos morsu, afflatu necat hos, hos tollit in altum,
Ut casu interimat miseros; totasque cohortes
Sternit humo, latas cauda dum verrit arenas.
Consternuntur equi passim, fraenisque rebelles
Invitos saevi dominos Serpentis ab ira
Dum fugiunt campo, portant. cessere manipli,
Tergaque vertissent (si fas est credere) cuncti,
Ni tandem valido contortum hastile lacerto,
Dum sese arrectu tollit, sub pectore diro
Haesisset. fluxit sanies de vulnere nigra.
Horrendum immugit tum primum vulnera passus
Longaevus Serpens, caudaque flagellat arenas

Iratus;

Iratus; cuncti clamorem ad sidera tollunt,
Speque alacres validis mittunt per inane lacertis
Undique pila. ferit pars magna innoxia tergum
Squammosum monstri, crepitantque sonantia tela,
Ut sonat aestivus salientis grandinis imber,
Tegmina tectorum feriens. hastilia quaedam
Fortunata magis maculoso vulnera ventri
Infligunt. solus levibus penetrabilis illi
Venter erat telis. nigro humectantur arenae
Sanguine Serpentis, foecundaeque ante venenis
Gorgonea de tabe, novo nunc semine tristes
Concipiunt iterum pestes, & monstra nefanda.
Nec minus iratus Serpens, tantique doloris
Impatiens saevit campis, & corpora leto
Prosternit. levibus necquicquam praelia pilis
Aut jaculis tantum tentasset miles in hostem;
Robore ni tandem demissa Phalarica magno
Immensi spinam fregisset pondere dorsi.
Tum fractus vires, & tanto languidus ictu
Decubuit. solito non sese attollere nisu
Jam potuit, patulo tantum minitatur hiatu,
Et nebulas laesis expirat faucibus atras
Sic quoque lethalis. tandem stridore per auras
Tormento volitat trabs acta, caputque nefandum
Discutit, & cerebro nigras dispergit arenas.
Horrendus tandem Serpens tot jugera magno
Ventre premens, ipsa metuendus morte jacebat.
Postquam oculos silvae miracula tanta vetustae
Caesaris implessent, Utica discessit ab Urbe,
Et victi per regna Jubae victricia ducens
Agmina, regalis famosa ad moenia Zamae
Pervenit. Ducis hic Petreji animosa Jubaeque
Funera cognoscens, animo tam tristia fata,
Fortunaeque vices summae miseratur amaras.
Tunc Urbe exceptus Zamenses laudat, & illis
Praeficit imperio Crispum. Maurusia tellus
Romula de tanto facta est provincia regno.
Inde Uticam remeans, ventis dans carbasa, Sardon

Appulit,

Appulit, atque illa paullum tellure moratus,
Tutus ad Ausoniae pervenit littora Caesar.

SUPPLEMENTUM LUCANI.

LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Triumphi Caesaris quatuor continuis diebus. Templum Veneri extructum. Pompeji Juvenes bellum in Hispania renovant.

Romuleas arces celeri victoria fama
Caesaris intrasset. Fictis certare parati
Obsequiis complent Phoebeia palatia Patres.
Aque quater denis (quamvis devicta sit ipsa
Illo Roma die) decernunt vota diebus.
Caeduntur Tauri, gratoque altaria thure
Cuncta calent. nec tot sunt templa ornata coronis,
Cum Latio audita est olim victoria felix
Scipiadae, & fusus Zamensibus Hannibal arvis.
Aut cum Teutonicis intravit moenia victor
Exuviis Marius. non plus felicibus armis,
Externisve unquam laetata es, Roma, tropaeis,
Quam nunc amissa pro libertate triumphas.
Tum justo, meruit quem Gallia victa triumpho,
Dilatoque diu, jungunt decreta Senatus
Tres alios, veteres ut possit Caesar honore
Obscurare Duces, pompasque excedere cunctas;
Utque triumphales utroque à cardine laurus
Ornarent pariter currus: Australibus illa
Splendida divitiis, Boreae generosior ista
Robore & exuviis: ut pictis mista Britannis

Agmina

Agmina Niliaca incedant, ut sole perustos
Mazaces albo comitentur corpore Suevi:
Ut Galli Armenis juncti, Maurisque Sicambri
Spectentur pariter populis: longeque remotae
Tot possint gentes, & quas commercia nunquam
Junxissent, Latiis junctae nunc ire catenis,
Communemque simul vinctae deflere ruinam.
Ut cunctos pariter fontes, captivaque Tibris
Flumina Caesareis videat depicta tabellis.
Inde catenati lugens Germania Rheni
Fata sui sedeat: Nilus septemfluus illic
Cornua fracta gemens: fraenato ut gurgite Gallis
Inde suis Rhodanus, Mauris hinc Bagrada ploret.
Nec majorem ullo sese Urbs Romana triumpho
Fortunamque suam potuisset cernere, si non
Ipsa triumphatae partis pars magna fuisset.
   Tot clarus titulis, tot bellorumque superbus
Exuviis, Tyrio Caesar spectabilis ostro
Moenia sublimi intravit Romana Triumpho,
Quadrijugis vectus niveis, quos pascua mittunt
Clitumni laeta, & sacrae victoribus undae.
Dicito Calliope, quos gentes quattuor illis,
Quos Ponto, Aegypto, Libye, Gallisque subactis
Ducebat Caesar, spectabat Roma triumphis.
Quam diversa fuit facies, quam corpore toto
Ornatus populis varius, quam dissona lingua,
Dum fluvios tabulis pictos, dum facta metallis
Oppida, bellorum series, diversaque pugnae
Tot genera ostendit; varie & fabricata ministri
Arma, Ducum exuvias, argenti pondera & auri,
Captaque magnorum portant diademata Regum.
Sed si non tantae dignaris singula pompae
Dicere Calliope, saltem miserabile magni
Vercingetorigis fatum reticere putato
Esse nefas, quem bellantem tot viderat annos
Gallia, collatis toties cum Caesare signis,
Et toties renovantem acies, proavita tueri
Jura, jugumque suis Romanum avertere Gallis.
Hic, quem dura Ducis nimium sententia morti

Damnasset, residens indignabunda pheretro
Dejicit ora: tegit frontem diffusa minacem
Caesaries; diis iratus, vitamque perosus
Captivam, domini gladios optare videtur.
Ecce alia in Phario facies miseranda triumpho
Corda movet vulgi. incessit Regina catenis
Arsinoë, passis per candida colla capillis,
Et teneras, modo quae gessere Aegyptia sceptra,
Auratis palmas manicis religata tenebat.
Quamvis Arsinoën non hic sententia mortis
Dura manet, parcit clementia Caesaris illi:
Aut donat Victor, Cleopatrae captus amore,
Germanae veniam, Phariamque remittit ad aulam:
Heu quantum, Cleopatra, tibi, si capta perisset
Hic soror, abstulerat crimen Fortuna futurum!
Nam miserae Arsinoë donatam à Caesare vitam
Crimine majori posthac soror impia tollet.
Maxima sed populi subiit miseratio mentes,
Cum videre Afro pueri captiva triumpho
Ora Jubae; cujus Libyco rex maximus Orbe
Nuper erat Genitor, qui tot modo regna, tot urbes,
Tot populos lata tenuit ditione remotos.
Quis Latius, miserande puer, tam obtusa gerebat
Pectora, quem tua non aetas innoxia movit?
Aut quis te tanto dejectum culmine regni
Immerita hostili praebentem colla catenae
Non moerens animo vidit? sed caeca futuri
Mens hominum. felix, quae tam miseranda videtur,
Sors tua, Magne puer; vinclis felicior istis
Es Juba, quam magni maneant si regna parentis,
Et stet firma tuis tellus Maurusia sceptris.
Illa dies quae te captivum fecerit, illa
Transtulit in melius (quis crederet?) illa futurae
(Tristis visa licet) posuit fundamina famae.
Moribus Ausoniis primis nutritus ab annis,
Barbarie exutusque, tuo felicia posthac
Tempora constituens orbi, moderamine justo
Commissas olim regni tractabis habenas.
(Nam te post casus tantos ad culmina Regni

Evehet

Evehet Augustus Caesar, solioque locabit.)
Praeterea exultus studiis, miranda relinques
Ingenii monumenta tui, calamique perennis
Docti fama tibi per saecula cuncta manebit.
Sed non Pharnacis captiva Quiritibus ora
Armeno potuit Caesar monstrare triumpho.
Ille fuga evasit. vehitur fugientis imago;
Et Veni, Vidi, Vici, tria verba superbo
Portantur curru totum narrantia bellum.
Romanos animos, plus quam spectacula viva,
Tristia fata Ducum tabulis depicta movebant.
Illic moesta videt civilia vulnera Roma,
Et proprias luget clades; illic sua quisque
Funera Romanus, cognataque damna recenset.
Inter Barbaricas strages, & funera Regum
Extera, magnates Libyae, caesosque per Alpes
Gallorum Proceres; proprio qua pingitur ense
Rex Juba transfixus convivia moesta cruentans,
Demersusque sui Nili Ptolemaeus in undis,
Monstrantur Latiae mortes, absumptaque bellis
Maxima Caesareis Romanae nomina gentis.
Hic cum Rege Juba Petrejus; Afranius illic:
Illic Torquatus moriens, hic Sulla jacebat.
Nec procul hinc oculis agnoscunt flentibus ora
Scipiadae, puppi jam desilientis ab alta.
Te quoque, Sancte Cato, fodientem viscera dextra,
Et properanti animae lacerantem vulnera cernunt.
Verum inter Procerum tot mortes una tacetur.
Nec tabulae moestis monstrare Quiritibus audent
Flebile Pompeji fatum, ne tanta triumphos
Tristaret clades. sed mors ea sola relicta.
Quae tum praecipue populo expectata fuisset,
Altius infixa est quaerentibus, & bene cuncti
Jam sine picturis Magni miserabile letum,
Et seriem tantae possunt memorare ruinae.
Quis numerare queat variae spectacula pompae?
Quot campis ludi? nova quot certamina Circo
Spectentur populis? quantoque madescit arena
Sanguine nobilium dat quas Hyrcana ferarum

Sylva, aut monstriferis nutrit Getulia campis?
Quin & nocturnae praefulgent undique pompae,
Delectantque, parat cum post spectacula Caesar
Nocte redire domum toto famulante Senatu.
Cum mediam cernunt Elephantes ire per urbem,
Et lucem gestare: forum via lactea visum est:
Tot simul accensis Elephantum terga micabant
Ignibus, atque ibant coelestibus aemula signis.
Nec tantas Victoris opes spectacula vana
Testantur solum: sed duratura per aevum
Exurgunt opera, & saeclis miranda futuris.
Nam templum Veneri, domus à qua Julia nata est,
Aut pius, aut tanta sublatus origine Caesar
Magnificum extruxit; spoliisque ornavit opimis.
Ut formosa Venus tanto videatur honore
Plus Jovis Uxorem, & Tritonida vincere, quam cum
Aurea poma illi nemorosae in vallibus Idae
Judicium Paridis Priamo fatale dedisset.
Plusque Dioneae veneratur numina mundus,
Quam vel Junonem vel Pallada: dignius orbi
Nomen Julaeae censetur stirpis origo,
Quam Superum Regina, aut vertice nata Tonantis.
Interiora auro radiabant limina Templi
Marmorei, aurataeque trabes, caelataque multa
Arte micant simulachra Deûm, & spirantia signa:
Hic Troja antiqua, & Veneris Phrygiique videntur
Anchisae thalami, decantatumque Poëtis
Frondescit nemus Idaeum, quod debuit olim
Vatibus, hic tantis debens pictoribus Ida.
Hic torus exurgit mollis, quem mater Amorum
Progeniem terris, tantosque datura nepotes
Cum juvene Anchisa quondam Venus aurea pressit,
Concubitumque hominis pulcherrima passa Dearum est.
Aeneas juxta soboles stat, corpore talis
Formoso, qualis semper florente juventa
Exultat Phoebus: fraenata aut Trigide qualis
Bacchus odoratis curru descendit ab Indis:
Troïus Aeneas, cui tantam Musa Maronis
Donavit felix famam per saecula, quantam

Maeonius

Maeonius Grajo vates praestabat Achilli.
Illic eximiae visa est pietatis imago,
Cum bonus Aeneas, Troja pereunte, parentem
Grandaevum attollens humeris, per tela, per ignes
Hostiles rapuit. non illi Laomedontis
Arsurae curantur opes, non fulva supellex,
Nec sparsae passim per tanta incendia gazae:
Sed Genitor, Phrygiique lares, & sacra Deorum.
Pone patrem sequitur fortem formosus Iülus,
Unde genus nomenque suum gens Julia duxit.
Condidit hic Albam longam, multosque per annos
Imperio rexit. longo dehinc ordine picti
Post primum Albani Reges monstrantur Iülum.
Donec Iüleam Tullus Rex diruit Albam,
Transtulit & Romae cives. hinc ordine rursus
Reges atque Duces Latii, Romanaque fata
Usque ad Caesarei monstrantur tempora regni,
Quo vetus Alba iterum Romam vicisse videtur.
  Robore sed quamvis munita potentia tanto
Caesaris, & populi plausu firmata videtur:
Nutat adhuc, & plus terris quatietur Iberis,
Quam vel Thessalicis, vel Thapsi tristibus arvis.
Maxima adhuc restant discrimina, maxima bella,
Quae juvenes facient Pompeji nomine tanto
Non indigna. truces vicinos Gadibus illi
Herculeis armant populos. Hispania sedes
Tertia bellorum, & Romani scena furoris.
  Currit ad occasus, extremaque littora Mundi
Jam civile nefas, qua sese Hispania pandit
Ultima. non ulli populo majora videntur
(Cum vastus fessos exacta luce jugales
Proluit Oceanus) rutilantis corpora Phoebi.
Atque ideo propiora suae putat incola terrae
Deceptus, tanquam sese illic aetheris alti
Convexum inclinet. sed majus ab aequore tanto
Surgentes reddunt nebulae, densique vapores
Objectum, radios oculi diffundere sueti.
Hinc non ulla vident surgente crepuscula Phoebo,
Nec fugiente. dies oritur cum Sole, caditque.

Tota jacet corii specie diffusa bovini
Terra Hispana, mari cincta undique, & insula poene
Facta, nisi gelida quod Pyrenaeus ab Arcto
Mons interpositus Gallis disterminat agris.
Facturum tantis montem divortia terris
Excelsum posuit Natura, & vertice coelum
Aequantem summo. nudum est, & gramine nullo
Vestitum; quod Gallorum praepinguibus arvis
Objicitur Boreale latus: contraque cacumen
Qua steriles terrae campos prospectat Iberae,
Frondosum silvas densas, & pascua laeta
Ostendit; tanquam Galli felicibus arvis
Divitias mons iste suas concesserat, utque
Vestiret sese, terras spoliarat Iberas.

Nubifero, famae si credas, nomina monti
Pyrene miseranda dedit. regnabat in illo
Monte Bebryx Genitor, parvaque excepit in aula
Hospitio Alcidem formosa armenta petentem
Geryonis. visa est Alcidae regia virgo
Pyrene, placuitque nimis, deceptaque tandem
Hospitis invicti placido succumbit amori.
Conjugium Alcides miserae, tedasque jugales,
Si modo Geryonis victor remearit ab arvis,
Promittit: sed fata negant crudelia tedas.
Nec prius Alcides vincit, quam funere tristi
Pyrene formosa jacet. timet illa Parentem
Iratum; nec jam vitiati pondera ventris
Ulterius celare valet. queribunda pererrat
Frondosas latebras, & vasti devia montis;
Solaque furtivum sylvis deplangit amorem.
Amphitryoniadem falsum, tardumve vocabat;
Donec plorantis frustra, magnique vocantis
Herculis auxilium leto crudelior ipso
Bellua formosae laceravit virginis artus.

Amphitryoniades tristem Bebrycis ad aulam
Jam victor rediens, amissa virgine demens,
Et formidandus luctu, per lustra ferarum,
Per juga, perque alti frondosa cacumina montis
Tendebat, sponsae quaerens vestigia charae,

Pyre-

Pyrenenque suam moesto clamore vocabat.
Pyrenen sylvae, Pyrenen antra ferarum,
Et curvae toto resonabant monte cavernae.
Ingemuit locus ipse; ferae tremuere, metuque
Montani latuere fures; nec quaerere praedam
Immanes audent ursi, torvive leones,
Dum nemore atque jugis graditur Tyrinthius altis.
Sed postquam laceros artus, atque ora puellae
Deformata suae cognovit, fata Deosque
Multum incusavit lacrumans. tunc oscula charis
Relliquiis repetita dedit; supremaque plangens
Funera, Pyrenen tumulavit montibus illis.
Diruet hanc (inquit) molem non longa vetustas.
Famaque tum tua major erit; tumulique ruina
Augebit tumulum. toto tunc monte jacebis,
Ut juga tuta tenet Bacchus Niseia sepultus.
Mons erit iste tuus. consensit fama. tenentque
Pyrenes isti nomen per saecula montes.
Pompeji juvenes instructo milite Gades
Linquentes, bellum omne locant, qua pinguia Baetis
Culta secans, sua felici dat nomina terrae.
Oppida cepissent primo regionibus illis
Ateguam, atque Ucubin, & nomen clade futura
Funestum Ausoniae Mundam, & te grata Camoenis
Corduba, doctorum cunis foecunda virorum.
Undique Pompejis vires Hispania mittit.
Hic praeter Latias Aquilas, Romanaque signa,
Quae Varus, duxitque acer Labienus, Iberi
Pugnaces coëunt. hic trux stat Cantaber, armis
Qui vitam impendit solis, gens nescia pacis
Aut siccae mortis, ferro praevertere sueta
Imbelles annos: decus esse abrumpere vitam,
Naturaeque putant segnem donare senectam.
Augurii sacri, divinarumque peritam
Flammarum pubem dives Gallecia mittit.
Callaici veniunt, qui, dempto Marte, laborem
Non ullum novere viri nam semina sulcis
Injicit, & duro glebas invertit aratro
Foemina, dum manibus peraguntur bella virorum.

A Minii

A Minii ripis patrii venit impiger Astur,
Auriferique Tagi fulgentia signa ferebat
Incola, deciduum consuetus cernere Solem.
Et Vasco insuetus galeis, & Concanus audax,
Qui se Massagetum dura de stirpe fatetur
Cornipedis consuetus equi potare cruorem.
Celtiberi, bello qui corpora caesa suorum
Igne cremant, creduntque nefas si forte jacentum
Exanimes fera vel volucris depascitur artus.
A ripis rapidi veniunt Sucronis, & omnes
Hispanae gentes, quaecunque aut funera Magni
Ulcisci, aut Latios cupiunt nutrire furores.

SUPPLEMENTUM LUCANI.

LIBER SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Pugna navalis cum tempestate describitur. funestum Mundae praelium. Cn. Pompejus Varus, & Labienus interfecti sunt.

Excipit Oceanus civilia bella, priusquam
Hispanas tangant terras, & tristia Pontus
Pompejanarum gestat praeludia cladum.
Qua Tartessiacas extremum littus ad oras
Extendit Libye, Pompeji nomine Varus
Aequora custodit: pro Caesare Didius illuc
Classibus advenit. vicinaque littora utrinque
Aequoris angusti belli videre furorem,
Et terris tumuere suis. vix pugna coorta est,
Cum variis subito tumuerunt aequora ventis.
Fluctibus insurgit totum mare; plusque pericli,
Quam gladii hostiles, tempestas atra minatur.

Et Tin-

Et Tingitanis primo ruit Aufter ab oris,
Corus ab Occiduo pelago, violentus Ibero
Littore furgebat Boreas, & flatibus undas
Reppulit adverfis. variis vexata procellis
Aequora confufos tollunt ad fidera fluctus.
Nil aliud dubio flatu voluiffe videtur
Quam turbare mare, & fceleratum abrumpere bellum
Aeolus, aut mediis undis utramque, priufquam
Sanguine civili madeant, immergere claffem.
Sed rabiem Oceani vicit, ventique furorem
Bellandi vefanus amor; tantifque ruebat
Militis impietas ad praelia dira procellis,
Quantis Mercator, quamvis avidiffimus, undas
Aequoreas tentare neget; nec vellera Parmae,
Indum ebur, aut rubro pretiofas aequore conchas
Auderet tali ratibus conquirere coelo.
Jamque propinquabant claffes, validifque lacertis
Sulcatas vertere undas, tonfifque fecabant
Excuffis: fluctu fpumabant caerula cano.
Innumerae pariter tolluntur ad aethera voces.
Nec jam remorum fonitus, clangorve tubarum
Audiri poterant: hominum clamore premuntur:
Sed remos, vocefque hominum, fonitumque tubarum
Bacchantes venti, tempeftatefque fonorae
Exuperant. nimbis pariter jaculifque diurna
Lux periit, denfis & inhorruit unda tenebris.
Tum roftra haud vifis fonuerunt obvia roftris.
Occurrunt aliae proprio conamine naves:
Hoftibus objiciunt alias agitata procellis
Aequora, & invitas forfan concurrere cogunt.
Navibus elidunt naves, hominumque furori
Additur ira maris. cunctos geminata pericla,
Diffimilefque metus urgent caligine tanta.
Dum pugnant alii, pelagi farcire ruinas
Contendunt alii, & propiorem avertere mortem.
Nec jam pugnantes pro Caefare Didius audax
Hortari poterat, nec in ordine vertere claffem:
Non Pompejanis Varus mandata valebat
Militibus dare: nec voces fragor aequoris ullas

Jam ſinit audiri; ventis, fatoque relinquunt
Omnia, & attonitas claſſes Fortuna regebat
Praelia committens. roſtro perfoſſa carina
Subſidet, & fatum neſcit cui debeat, hoſti,
An tempeſtati. nec ſola fragoribus auris
Terretur: ſed nox oculis obducitur atra.
Nec tamen eſt tenebroſa ſatis: ſed triſtius illis
Exoritur lumen tenebris, & fulgura ponto
Crebra micant, luciſque repoſcere regna videntur.
Quam Sol non potuit, depellunt fulgura noctem,
Illic dum tumidis forte oppugnatur in undis
Pompejana ratis, nec ſe defendere contra
Hoſtiles valet incurſus, & capta videtur,
Vendicat iratum pelagus ſibi: gurgite pinus
Mergitur, & rapuit victoribus unda triumphum.
Aſt alias jam poſſeſſas victore carinas
Obruit, & cito devictos ulciſcitur aequor.
Contra utramque diu claſſem Fortuna videtur
Pugnare, atque odiis vexare hoſtilibus ambas.
Finivit tandem dubii certamina Martis,
Oſtenditque, quibus coeli pelagique labores
Ipſa excivisſet tantos. victoria claſſi
Caeſareae jam plena fuit, quam Didius audax
Erubuit vento aut pelagi debere procellis.
Amiſſam Varus claſſem videt. obruta ponto
Pars jacuit: pars victores poſſeſſa vehebat.
Relliquias ſecum fugientibus inde carinis
Cartejae ad portum vexit, ratibuſque relictis
Emenſus tellure vias, hinc caſtra petebat
Pompeji juvenis. toto tunc milite fruſtra
Moenia Pompejus munitae obſederat Ullae.
Interea curſu celeri (quo bella ſolebat
Conficere) Hiſpanas properabat Caeſar ad oras.
Quem Roma egreſſum dena bis luce Saguntus
Excipit; Urbs fidei clarum per ſaecula nomen,
Et crimen quondam Superum. quod non niſi magno
Deleri excidio potuit Carthaginis altae.
Urbis ad Occiduum nitidis it Duria lymphis
Culta rigans vicina, atque in mare tendit Iberum.

Sed

Sed Ducis haud tanti cursum vel Duria tardat,
Vel rapidae Sucronis aquae, montesve corusci,
Queis faciunt dites argentea nomina venae.
Inde rapit cursum flavae per littora Baetis,
Et procul egressus totis te, Corduba dives,
Obsidione premit turmis, non spe potiundae,
(Praesidiis urbem validis nam Sextus habebat)
Sed trahat obsessae ut Pompejum à moenibus Ullae.
Quod juxta evenit. namque obsidione relicta
Pompejus totis sectatur viribus hostem
Jam pugnae cupidus; sed non certamen iniquo
Caesar inire loco statuit: verum agmine moto
Progressus, Salsi non magnas transilit undas,
Ateguamque capit subita feliciter arte.
Ategua amissa, veritus Pompejus, Iberas,
Fortuna quassante fidem, ne perderet urbes
Et reliquas, uni properat committere pugnae
Spes omnes, viresque suas, hostemque secutus
Ocyus, ad Mundae fatalia pervenit arva.
Castra locat tumulo modico, qui desuper omnem
Planitiem late despectat, Caesaris unde
Ante oculos positas potuit numerare cohortes.
Nulla hic auguria, aut tantae praenuntia cladis
Prodigia implêrant campos aut aëra; nullae
Vel per inane faces, vel dirae arsere cometae.
Non signis examen apum, liquefactave pila
Fulmine; non volucres, non exta minacia terrent.
Plus tamen hic moerent omnes, metuitque silentes
Turba Deos, tanquam clades immanior omni
Ostento his campis, & inenarrabile damnum
Immineat Mundae. tacito portenta timore,
Quae nulli fecere Deûm, sibi quisque creabat.
In Pompejanis per moesta silentia castris
Ancipites errant animi. nunc improba vota
Concipiunt, & spes diras, umbrasque videntur,
Horridaque ante oculos mortis simulachra futurae
Cernere: lymphata rursus formidine pallent.
Nec, quamvis sperare nimis fortuna vetabat
Caesaris, exoptant victas producere vitas.

Danda tamen venia eſt illis, cum Caeſaris audax
Bella timet miles, Latium qui ſaepe cruorem
Hauſerat; & patriae toties in viſcera fortes
Incipiunt trepidare manus. exercitus, Orbis
Ille triumphati domitor, victorque Senatus
Romani, qui tam praeceps in bella ruiſſet
Theſſala, Thapſiacisque auſus praevertere campis
Juſſa Ducis, jam juſſa timet, ſonitumque tubarum;
Nec ſibi deſuetum potis eſt celare timorem.
Sed minus ut vulgi pavidos mirere tumultus,
Triſtis ad haec Caeſar funeſtae praelia Mundae
Ipſe venit. conſueta deeſt fiducia. nec frons
Illa Duci eſt, ex qua toties felicia belli
Ante tubas hilaris tulerat praeſagia miles.
Lubrica fortaſſis moeſto tunc pectore dona
Fortunae expendens, quantiſque agitata procellis
Sint humanarum metuenda cacumina rerum,
Per tot Magnorum quas fecerat ipſe ruinas,
Formidare ſuam diſcit. felicia Magni
Tempora dinumerat; totque inviolata per annos
Proſperitas, ſimiliſque ſuae, Pharſalia donec
Tam longas evertit opes, in mente recurſat.
Et Magni caſum, poſtquam faſtigia Magni
Attigerat, jam viſa levis Fortuna minari.
Haec moeſte reputat Caeſar mentemque labantem
Corripit, iratus tacite; tandemque cohortes
Alloquitur vultu caecum celante timorem.
Bellorum comites, qui mille pericula, mille
Viciſtis pluſquam Herculea virtute labores,
En vobis toties truncata repullulat Hydra,
Ultimus hic labor eſt; infirma atque ultima colla
Exerit; hic virtus eadem. quae prima recidit,
Et robuſta magis, reſecet poſtrema, nec ultra
Creſcere civilis permittat ſemina belli,
Quae poſt tot clades imbellis Iberia nutrit.
Sanciet haec nobis pacem victoria, totus
Exarmatus erit poſt haec certamina Mundus.
Sed qui ſunt, qui bella parant? qui Caeſaris enſes,
Et totidem bellis victricia ſigna laceſſunt?

Deſti-

Destituet plebs ista Ducem non sponte secuta,
Sed casu. num Pompeji pugnabit amore,
Quem non novit adhuc? num vanam nominis umbram,
Plusquam Caesareas vires, quas nuper Ilerda
Vincentes vidit, populus formidat Iberus?
At vero si qua est Legio Romana sub armis
Pompeji; rudibus constat tyronibus, aut his,
Qui vobis victi fugientia terga dederunt,
Et veterem adducunt secum ad nova castra timorem.
Quae toties victus faciet jam praelia Varus?
Hispanisve geret Labienus transfuga plusquam
Aut prius Aemathiis, Libycis aut gesserit arvis?
Ite mei comites, belloque imponite finem.
Dixerat; at nullo excipiunt clamore cohortes
Verba Ducis; nec stridentes accendere possunt
Dejectos animos litui, conceptave cornu
Classica. nec quanquam ad pugnam de colle propinquo
Decurrunt Pompejani, procedere campo
Longius, aut rapido (ut mos est) occurrere cursu
(Tum primum trepidus) veteranus Caesaris audet.
Quod simul ut vidit, magna inflammatus ab ira,
Deseritisne Ducem, & faciet nece Caesaris (inquit)
Vos timor emeritos hodie? simul arripit hastam
Dictor, & adversos solus defertur in hostes.
Obstupuere illi, quibus haec miracula, miles
Caesareus timidus, temerarius ipse, videntur.
Vix oculis primo credunt; mox in caput audax
Undique pila volant; donec, vincente pudore,
Non virtute metum, cunctis exercitus armis
Ad Ducis auxilium procurrit. & impia tanta
Tunc rabie, quanto detrectavere timore,
Bella gerit. redimat Romano ut sanguine culpam,
Et dira faciat funesta piacula caede.
At primo pugnae gentes utrinque furore
Diffugiunt, solis peragendaque bella relinquunt
Ensibus Ausoniis; aliis nec egebat Enyo,
Pallida nec plures Alecto optabat. in omne
Sufficere nefas hae dextrae. hic constitit atrox
Pugna; pares urgent acies, animique, paresque

Irarum stimuli. magnis hortatibus ambo
Inter spemque metumque Duces discurrere primo
Coeperunt, frustraque suos impellere, donec
Lassati excedunt pugna: collemque propinquum
Ductor uterque capit. diri hinc discrimina belli,
Totque cruentatos enses, tot stragis acervos
Dum tristes spectant, vix formidare vacabat,
Vix sperare, Duces subiit miseratio sola,
Feralisque timor, ne non victoria moesto
Ulla, sed ambobus lugenda tragoedia campo
Restaret, Latiusque illic procumberet Orbis.
Ultima Caesarei restare pericula credunt:
Et Pompejani post haec sperare recusant
Praelia. pugnaces animos agit aemula virtus.
Utque magis stupeas, cunctis incognita bellis
In totis subito sunt orta silentia campis,
Dum media fervent rabie; nulloque virorum
Audito clamore, manus movere furentes.
Ad Pompejanas tandem Victoria partes
Se trahere est visa, & paulatim cedere retro
Caesarei coepere; fuga vix Centuriones
A turpi retinere queunt; cum fortia Caesar
Pectora denudans stricto sic ense profatur:
Non tibi jam Fortuna levis, quae condere summa
Exoptas potius, quam condita summa tueri,
Irascor; satis ampla mihi, quae nulla tacebunt
Saecula, fecisti, fateor. transferre favorem
Jam te, Diva, decet, mundo ne ignota potestas
Sit tua, meque Deum deceptus crederet orbis.
Dixerat; & certa fodisset pectora dextra.
Sed Fortuna (velut prope summa pericula mater
Stare sinit puerum interdum, ut majora timenti
Gratius auxilium veniat) submittit alumno,
Unde minus speratur, opem. nam castra Bogudes
Extra aciem positus, praedae perductus amore
Pompejana petit. contra hunc ad castra tuenda
Ex acie educit Labienus quinque cohortes.
Perdidit infelix Pompejum hic casus, & omne
Mutavit belli fatum. pro Caesare falsus

It ti.

It timor, & cunctis Labienus terga dedisse
Creditur; illa suos debellat opinio, spemque
Caesareis creat. errorem monstrare, metumve
Tantum inhibere studet frustra Pompejus; acerbo
Prodita diffugit casu miseranda juventus.
  Infelix Varus toties devictus ab armis
Caesareis, quem tot per clades fata tulissent,
Jam male servatam cupiens abrumpere vitam,
Irruit in medios enses, in vulnera laetus
Mille ruit moriens; post tot certamina cladi
Huic superesse pudet, cumuloque deesse virorum.
  At miser ut totis rediens Labienus in arvis
Pompejanorum vidit fugientia signa,
Erroremque simul fatalem audiverat, amens
Me miserum exclamat! tantae, fortuna, ruinae
Me facis authorem? per me crudelia fata
Ausoniam subigunt? hac hac fuge prodite miles,
Hoc aperi pectus, tristemque ulciscere cladem:
Aut poenas sument pro vobis Caesaris enses.
Tum vero, ut Leo Getulis in saltibus ardens,
Qui venatorum telis cingentibus, ultro
Assilit in ferrum, sese ingerit ipse periclis,
Et cupide letum gladio molitur ab omni.
Tandem vita fugit Stygias irata sub umbras.
  Jam stragis cumulos, & ineluctabile damnum
Viderat infelix tumulo Pompejus ab alto,
Et quamvis lucem damnat, sperare juventus
Integra persuadet; necquicquam à tristibus arvis
Aufugit, heu terra statim moriturus in ista.
Sed fratrem Hispanas abscondent fata per urbes,
Caesaris ut possit post mortem tristia rursus
Bella, & Romanos olim renovare furores.
  Impia jam caedes oritur, passimque per agros
Palantes caedunt insano ardore furentes
Caesarei, & tanto saturant crudelius iras
Victores, quanto plus tristia bella timebant
Ante tubas dudum. nec jam fugientibus ullam
Vicinae latebrae, vel Pompejana salutem
Castra dabant miseris, infirmave moenia Mundae.

Nam

Nam cito diripiunt victores castra; citaque
Vi Mundam expugnant; dum (quod vix ulla tacebunt
Saecula, vel credent forsan) pro cespite fossas
Corporibus complent, faciuntque cadavera muros.
Nec solum ante tubas, sed post haec praelia tristis
Caesar erat; quanti victoria constitit illa,
Et quam moesta siet civili gloria bello,
Sero animum subiit. miserae nunc vulnera Romae,
Nunc sua, Victorisque nefas crudele recenset,
Invidiamque simul; victricem poene coactus
Fortunam damnare suam; quae clade triumphum
Obruit, & tanto mersisset sanguine lauros.
Talia dum moesto volvebat pectore Caesar,
Pompeji caput abscissum Cenonius affert.
Ingemit, & tantae lachrymis agnoscit obortis
Fata domus; subiit magni Genitoris imago,
Atque Aegyptiaco miserandum in littore funus.
Quaerenti fatum juvenis Cenonius infit:
Cum modo Pompejus Mundae funesta per arva
Tot stragis cumulos, tot corpora caesa suorum
Infelix vidit, nec jam reparabile damnum,
Vectus equo celeri Cartejae ad littora fugit,
Ut portum nactus notum, dare carbasa ventis
Posset; at insidias veritus, nostrosque sequentes,
Littora deseruit rursus, sylvamque propinquam
Consilii incertus petiit. nos terga secuti
Instamus, sylvamque oculis scrutamur opacam;
Quaerentesque diu frustra, sub tegmine fagi
Umbrosae tandem defessum, & vulnere claudum
Pompejum aspicimus solum, (proh tristia sortis
Humanae specula, & pompae documenta caducae!)
Pompejum illum (inquam,) qui tecum, ô maxime Caesar,
Tot modo stipatus legionibus, & comitatus
Gentibus innumeris; tam longo tempore fatis
Pugnavit dubiis, jam cinctum milite nullo
Vidimus. ut tradat se, hortamur: at ille minaci
Intrepidus vultu, nunquam me Caesaris, inquit,
Captivum, victum quamvis, Fortuna videbit.
Abscissum videat caput, & cervice revulsa

Haere-

Haeredem agnoſcat Magni. nec dedecus illud,
Quod fatum Genitoris erat, mihi Roma putabit.
Non tam vile tamen caput hoc, certamine nullo
Ut vobis tradatur, erit. dum tela ſuperſunt,
Non gratis moriar. tum pugnam ingreſſus iniquam
In medioſque ruens, ſine ſpe, ſine viribus, omnes
Nos pariter ſola adjutus virtute laceſſit.
Nec vitam, quam tanto animo projecerat ipſe,
Servandi nobis conceditur ulla poteſtas.
Invaſit ferrum, ceciditque in vulnera laetus,
Et tandem invito mortem ſibi vendicat hoſte.
Tum Caeſar lachrymans, generoſum quaerite truncum,
Thuriferis collecta rogis componite membra
Cum capite, & dignam tantis date Manibus urnam.
Digreſſus Munda Caeſar ſecurus ab omni
Bellorum ſtrepitu victricia ſigna per urbes
Suſtulit Hiſpanas. jam Gades, Corduba dives,
Hiſpalis, atque omnes, quaſcunque interluit undis
Baetis Anaſve ſuis, victori tradere ſeſe
Non dubitant Urbes. populi, genteſque remotae
Sub juga jam veniunt. abjectis Cantaber armis,
Callaicuſque ferox, & Celta, atque impiger Aſtur
Expoſcunt veniam, pacemque à Caeſare quaerunt.
Nil terris olim venerabile nomen Iberis
Jam valuit Magni. cunctos Fortuna clientes
Tranſtulerat; ſolus jam poſſidet omnia Caeſar.
Nec mirum, obtineat terras ſi ſolus Iberas,
Qui ſine rivali Romanas obtinet arces.

SUPPLEMENTUM LUCANI.

LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Honores Caesari à Senatu decreti. bellum in Parthos parat. conjuratio in Caesarem. Prodigia. Caesar in Senatu occiditur.

Jam se post clades tantas, tot vulnera gentis
Ausoniae, & strages populorum, absumpserat ipsum
Civilis furor, & terris pax alma refulsit.
Defessis iterum rebus sperare quietem
Coeperunt populi, non tristia bella timebant,
Omnia dum tenuit Caesar, nec in orbe potestas
Altera, nec fuerit communis Roma duobus.
Hunc supra invidiam Fortuna evexerat; hujus
Regnum amat, ut tutum, populus. nam quem magis optent
Custodem pacis, quam qui fortissimus armis
Semper erat, nulloque unquam devictus ab hoste.
Plebs libertatem, sola contenta salute,
Romula projecit; nec post tot praelia pacem,
Quamvis cum Domino veniat pax ista, recusat.
Nec solum vulgus domino servire paratum
Caesaris imperium votis amplectitur: illud
Et Procerum pars magna cupit; tranquillaque Patres
Tempora lassati exoptant; quos (fulgura summos
Ut feriunt montes) feriunt discrimina saevi
Praecipue belli, & gaudens feralis Enyo
Sanguine nobilium semper. nec nomen inane
Jam libertatis (dudum ipsa eversa fuisset)
Sanguine jam retinere student. vix ipsa videtur
Libertas tanti. neque ficto Caesaris augent

Obse-

Obsequio titulos. sed vero pectore tantos,
Ne sibi Rege minor videatur Caesar, honores
Decernunt, quantos nequeat privatus habere.
Perpetuum Dictatorem, patriaeque parentem
Appellant Patres; denos ut Consul in annos
Designaretur, statuunt; altaque Curuli
Ipse ut supremus Romana Censor in urbe
Veste triumphali indutus, lauroque sederet
Perpetua ornatus. nec non de Principe Numen
Ut fieret Victor, donant altaria, Sacra,
Altaque templa, quibus pulcherrima juncta Dearum
Illius astabat statuae Clementia sacrae.
Caesareo faciunt Vestales nomine vota.
Et quo quaeque die victoria contigit illi
(Civilis quanquam) celebrantur festa per urbem.
Crederet hoc aliquis, cum sint feralia fastis
Et Trebia, & Cannae Romanis nomina; Mundae,
Thessaliae, Thapsique dies jam laeta vocentur
Tempora! Pompejique necem, sanctique Catonis,
Scipiadaeque albis designet Roma lapillis.
Nullus restat honor, quem non assumere possit
Jam sibi; victori tanta est concessa potestas.
Quid nunc imperio securam Caesaris urbem,
Et tandem optata, pro libertate, quiete
Laetantem, possit civilia rursus in arma,
Rursus in horrendas populos impellere clades?
Quid tantas Victoris opes, stabilitaque regna
Eruere? an non tam facile est suprema tueri
Quam dare Diis Superis? an non mortalibus ulla
Firma datur, nullisque malis violanda potestas?
Nullane livorem poterit transcendere virtus?
Nec tantum meriti spatium est, quod non capit ulla
Invidiae rabies? oh summis lubrica semper
Et minitans statio! non te tua plurima virtus
Securum Caesar praestat, non robur in armis,
Non bonitas, tantasque aequans Clementia vires.
Supplicibus frustra veniam, victisque salutem,
Exulibusque urbem permittis; Romula frustra
Imperia exornare studes, dum legibus Orbem

Emendas prudens, aut oppida diruta condis
Magnificus. tantis jamdudum extincta ruinis
Per te stat Carthago, novisque impleta colonis
Exurgit, nuribus non jam metuenda Latinis.
Tu quoque restauras, Latiisque habitanda Corinthi
Moenia das bimaris; nec famam authoribus ullam
Detrahis antiquis; sed adhuc retinere vetusta
Nomina permittis totum vulgata per orbem.
Non tamen haec fatum avertunt, nec regna tueri
Usurpata diu possunt. non mentibus ulla
Conciliare jugum generosis munera possunt;
Nec libertatem Clementia pensat ademptam.
Invidiae stimulos ergo ut lenire furentis,
Et capite insidias, quas maturare quietem
Non nescit, Caesar factis avertere possit,
Nec non externo maculas abstergere bello
Civiles; cum jam Crassi vindicta perisset
Debita jamdudum Latio; jussu ille Senatus
(Ne patrum imminui videatur sacra potestas)
Decretoque togae, mandari Parthica bella
Suppliciter petiit, felix ut more retento
Romulei antiquo populi, legionibus iret
Tessera. sicque alacri compellat voce Senatum:
Si mihi, conscripti Patres, quaesita potestas
Esset, ut immani saevaque tyrannide solus
Regnarem; ut quodcunque jubet furor impius, aut mens
Aegra metu, aut suadet luxus, vel prava libido,
Exequerer: tanto non tempore dissimulata
Consilia, & furiae latuissent pectoris hujus;
Jamdudum gladios sensisset Roma nefandos.
Sed non nos vitiis famulantia gessimus arma,
Nec factura urbi, sed detractura tyrannos.
Libertatis erit custos victoria nostra,
Et legum. nec si non haec perspecta fuissent
Numinibus, nostrae favissent numina causae.
Cur gravis aut metuenda, Patres, sit nostra potestas,
Quae vitam tot devictis dedit hostibus, & tot
Exulibus reditum? quis jussu Caesaris unquam,
Dum siluere tubae, jugulatus concidit hostis?

Scipio.

Scipiadae chartas post Thapsi bella cremavi
Non lectas, ne quos Victor deprendere possem,
Et punire hostes, potius quam caede tueri
Nobilium hanc vitam, nescire pericula nostra
Elegi. nec non invitus (Numina testor)
Civilem sumpsi gladium, dum praemia justa
Bellorum bello conquirere, proque triumphis,
Quos tot trans Alpes annos, Pontumque Britannum,
Et Rhenum merui vincendo, vincere cogor
Rursus; & invidiam his armis, quibus ante feroces
Edomui Britonas, Suevos, Gallosque, domare.
His iisdem forsan, vobis mandantibus, armis
(Si non in patriam paucorum injuria bellum
Vertisset) Latiis Babylon spoliata tropaeis
Jamdudum nostros lenisset clade dolores,
Ultimaque Ausonias tremuissent Bactra secures.
Haec jam bella mihi Numen peragenda reliquit.
Ad Parthos, Patres, si vos decernitis, ibo;
Et simul ac Tauri de cornibus aureus exit
Phoebus, ad Eöas victricia signa pharetras
Convertam. Ausonias Aquilas, amissaque signa
Aut referam aut moriar; dignis aut cladibus ultus
Tunc erit, aut caeso comitatus Caesare Crassus.
Assensere Patres: placuit tam nobile bellum,
Et tantus Ductor. cui Parthica bella Senatus
Nequicquam mandat. captis ingentibus obstant
Fata; nec Ausoniae decus hoc, nec Caesaris armis
Concedunt. iterum redeunt civilia bella,
Et populi abrumpit tristis Fortuna quietem.
Sola quies jam Caesar erat. cum Caesare rursus
Pax Romana perit. cujus mors dira pianda est
Cladibus innumeris, laceroque cruentior orbi
Quam tot viventis feralia bella fuissent.
Fata Ducis mortem accelerant; pars magna Senatus
Conjurat trepidi; nec qui de parte stetissent
Adversa solum, & noti jam Caesaris hostes
Spurius, & Naso, Rubrius, Servilius audax,
Donatusque semel venia Ligarius, atque
Caecilius: sed qui vulgo creduntur amici

Illius adjungunt sese; Trebonius inter
Hos fuit, & Casca, & Cimber; nec Cassius acer
Defuit insidiis, qui libertatis ademptae
(Quamvis Urbana Praetura à Caesare nuper
Donatus) vindex nunquam non esse volebat.
Jungitur his Decimus notissimus inter amicos
Caesaris, ingratus, cui transalpina fuisset
Gallia Caesareo nuper commissa favore.
Non illum conjuncta fides, non nomen ămici
Deterrere potest. nec adhuc sat firma videtur
Conjurata manus, quamvis pars tanta Senatus,
Totque simul Proceres sanxissent foedera dira:
Te quoque, flos juvenum Latiorum, & nobile nomen
Brute, petunt coepti socium, caedisque nefandae
Participem; ut tantae pietatem obtendere culpae,
Et dare jus sceleri posset venerabile Bruti
Nomen apud populos. hic libertatis ademptae
Et patriae vindex natalibus esse videtur
A Superis designatus, tua, maxime Brute,
Progenies, primus qui nomine Consulis annos
Signasti Latios, pulsis ex urbe tyrannis.
Urbis erat Praetor Brutus: cui Cassius arctis
Junctus amicitiis (ut eodem junctus honore)
Et tunc immensis cupiebat jungier ausis.
Hunc quoque, cum notas intravit Cassius aedes,
Invenit moestum, & tacite surgentia regna
Damnantem. Tales versat dum pectore curas,
Cassius aggreditur. non vanis, Brute, querelis
Tempus eget. sat jam votis, tacitoque dolori
Concessum est, sat consiliis: nunc vindice dextra
Utendum. ultorem sperat te Roma, tuamque
Libertas oppressa manum jam Brute requirit.
Hoc à te exspectat populus, taciteque precatur.
Haec sellis statuisque tuis inscripta legebas
Authore ignoto. non à te munera vana
Venatus ludosque petunt, aut talia: sola
Reddita libertas Bruto Praetore videtur
Dignum munus eis. forsan dum regna relinquat
Caesar, & imperium, quod per tot bella petebat,

Deponat

Deponat ſponte, expectas. non ſufficit illi
Dictatoris honor, quia libera novit honorem
Roma illum. quodcunque poteſt donare Senatus
Poſſe negare putat; nec jam ſuprema poteſtas
Victori ſatis eſt, niſi ſit quoque ſola poteſtas,
Vera ideo imperii quaerens inſignia, ſceptrum
Et diadema petit. probat hoc (quod vidimus omnes)
Sacra Tribunorum, dum detraxere coronam
Caeſareae nuper ſtatuae, violata poteſtas.
An coram populo (quamvis tum reſpuit) illi
Obtulit invito diadema Antonius audax?
An non ut populum tentaret, ut ambitioſis
Artibus hoc ſciret, quo vultu regna, priuſquam
Se Regem faceret, pateretur Romula pubes?
Mactetur Dominus: libertatemque (paratae
Servitio quamvis) reddat mors Caeſaris Urbi.
Et feſtinanda eſt; ſi paulum, Brute, moramur
Dum redeat laeto poſt Parthica bella triumpho,
Majore invidia caedes peragenda manebit.
Ingemuit Brutus, triſtique has pectore voces
Edidit: oh Caſſi, fruſtra, quod numina nobis
Impoſuere jugum, jam detrectamus acerbum.
An libertatem Superi, cauſamque Senatus
Tot damnaverunt bellis, tot cladibus, ut jam
Inſidiis poſſint, & proditione tueri?
Ah potius bello pereat, quo crevit, aperto
Libertas populi Latii, quam caede doloſa,
Fraudibus, & gladio occulto videatur egere.
Talibus inſidiis hoſtes, civeſque nefandos
Vincere Romani duxere ignobile priſci.
Incertae potius patriam permittere belli
Fortunae voluit, quam ſic te tollere, Pyrrhe,
Fabritius. nec non, quamvis Sertorius audax
Hoſtis erat patriae, turpis Perpenna vocatur
Proditor à cunctis. quis tanto ſanguine Sullam
Carnificem imbutum poſiturum regna putavit?
Quis tamen occultis tantum mactare tyrannum
Inſidiis conatus erat? quis Caeſaris audet
Praeferre Imperio crudelia tempora Sullae,

Ni fu-

Ni furias praeferre Deis audebit? ut illi
Degeneres nimium Proceres, pavidique vocantur,
Qui tantum subiere jugum: sic Caesaris ista
Virtuti & meritis ingrata vocabitur aetas;
Plusque senes illi damnabunt crimina nostra,
Tempora qui saevi meminere immania Sullae.
Sed me praecipue miserum qua cuncta notabit
Posteritas fama, quem tanto Caesar amore,
Totque sibi meritis semper devinxit? iniqua
Est mea sors; liber nequeo gratusque manere.
Oh utinam tunc, cum plebeja casside tectus
Caesaris intentus jugulo per tela ruebam,
Thessalica Brutus cecidisset strage, priusquam
Donasset vita victor; tunc liber ad umbras
Venissem Stygias; vel si pia Numina dextram
Hanc bene rexissent, uno feliciter ictu
(Ni sibi Pompejus regnum quoque victor in illo
Quaesisset campo) libertas parta fuisset.
Expecta, oh Cassi, quid tandem Numina nobis,
Quidve hostes facient Parthi? Cui talia contra
Cassius; exoptes Parthis si Brute triumphum
De Latio, patriae es factus, non Caesaris hostis:
Quod procul avertant Superi. rationibus erras
Brute tuis: ingrata vocas, quae justa vocabit
Posteritas: & dum vis non ingratus haberi,
Impius es. nec, quae patriae sunt debita, donis
Privati debere potes. corrupta vocatur
Haec non justa fides. quo plus te dona ligarunt
Illius, hoc magis es patriae justusque piusque.
Heu quantam, tibi si non esset Caesar amicus,
Detraheret famam facto Fortuna merenti!
Cum plus privatis affectibus indulgere,
Quam patriae servire tuae te crederet Orbis.
Si tamen exemplis opus est, illum aspice priscum
Brutorum generis, libertatisque parentem,
Romanos primus qui nomine Consulis annos
Signavit. proprios natos, dum regna fovebant,
Supplicio affectos spectavit fronte serena.
Exuit ille patrem Brutus, dum civis haberi

Vult

Vult pius. an tibi plus sunt munera Caesaris, illi
Quam Natura fuit? sed justior ultio nostra
Tempore jam facta est. pro libertate vetusta,
Tot confirmata magnae per saecula Romae,
Quid nunc egisset Brutus, qui talia fecit,
Cum nova libertas, & Reges nuper abacti?
Hac postquam juvenem flexisset Cassius arte,
Cum Decimo Proceres reliqui venere, dataque
Acceptaque fide sanxerunt foedera dira;
Et libertatem amissam, quam sanguine tanto
Tot bellis frustra quaesissent, quaeque Deorum
Decretis nunquam reditura reliquerat orbem,
Caesaris infanda decepti caede requirunt.
Jamque propinquabant Martis tibi, maxime Caesar,
Fatales Idus; nec tanta instantia possunt
Funera Dii celare; dies nec Vatibus illa
Auguribusque venire potest ignota; loquuntur
Hoc solitae volucres, hoc exta minacia fatum.
Has Idus frustra monuit Spurinna timendas,
Sol quoque moesta dedit tantae praesagia mortis;
Lugenti similem, madida nunc Iride cinctum,
Nunc caput obscura tectum ferrugine solem
Attoniti videre homines; pecudesque locutae.
Destituere amnes cursum; terraeque cavernas
Spiritus erumpens detexerat. Imbre tumescens
Eridanus subito vicinos merserat agros:
Et subito ad ripas rediens per prata reliquit
Innumeros angues, & prodigiosa nigrorum
Corpora serpentum: totidem prope Tibridis ora
Destituit pisces refluum mare littore sicco.
Caesaream propiora necem sed signa notabant.
Nam quos victor equos finito Marte sacrarat
Caesar, & emeritos bellis permiserat alto
Depasci nemore, & per dulcia rura vagari,
Ante necem Domini multis luxere diebus.
Non illis amnes. non illis pascua curae;
Sed lachrymis prata humectant. caedemque cruentam
Praecedente die, cum lauri regia ramum
Ore avis exiguum volitans gestaverat, illam

E ſylvis volucrum crudelis turba ſecuta eſt,
Et Pompejana captam laceravit in aula.
Horrida prodigiis aderat nox ultima vitae
Caeſareae; diris turbata Palatia monſtris
Excutiunt ſomnum cunctis, & flebile totis
Aedibus auditur murmur. patuere recluſae
Sponte fores; raucum dederant crepitantia Martis
Arma ſonum; moeſtiſque canes ululatibus implent
Atria; ferales effundit ſaepe querelas
Stryx nocturna ſuas, infauſtaque carmina Bubo.
Morpheus intravit media jam nocte cubile,
Quo Tyrio formoſa cubans Calphurnia lecto
Carpebat magno teneros cum conjuge ſomnos.
In faciem occiſi vertens ſe Caeſaris aſtat
Ante torum miſerae, lacerata veſte cruentus;
Vulnera mille patent, qualem te craſtina, Caeſar,
Lux populo oſtendet. diris exterrita viſis
Ingemit, & lachrymans Calphurnia brachia ſomno
Per lectum prenſura virum movet; invenit illum
Incolumem; ſed vix (nam jam turbata ſoporem
Excuſſit) putat incolumem; vix ſenſibus ipſa
Credidit, attonitae tam ſomnia fixa manebant.
Oſcula dat moeſtae Caeſar, cauſamque doloris
Quaerenti, viſum narrat Calphurnia triſte.
Quod dum narrat, adhuc trepidat, lachrymaſque recentes
Effundit; pectuſque ulnis amplexa virile
Sidereis, orat ne vana haec ſomnia credat,
Neve oſtenta Deûm contemnat; Martis ut Idus,
Quae male tunc aderant, & quid Spurinna moneret,
Quidque alii vates, reputet; nec jam ſua tantis
Praemonitus ſignis neſcire pericula vellet.
Utque manere domi placeat; lucemque ſequentem
Hanc unam, ſi non propriae donare ſaluti,
Conjugis at ſaltem vellet donare timori.
Hiſpanas iterum, dum tanta pericula reſtant,
Dimiſſas nuper monuit revocare cohortes,
Et ſtipatores fidos. non eſſe pavoris,
Sed pietatis opus Divorum oſtenta timere.
Cui Caeſar contra: plus me Calphurnia luctus,

Et lachrymae movere tuae, quam tristia Vatum
Responsa, infaustae volucres, aut ulla dierum
Vana superstitio poterant. ostenta timere
Si nunc inciperem, quae non mihi tempora posthac
Anxia transirent? quae lux jucunda maneret?
Aut quae libertas? frustra servire timori
(Dum nec luce frui, nec mortem arcere licebit)
Cogar, & huic capiti, quod Roma veretur, Aruspex
Jus dabit, & vanus semper dominabitur Augur.
Si mortem mihi Roma paret, dubiaene saluti
Proderit una dies? aut cur differre laborem,
Quam nequeo vitare, necem? semperne timere
Exoptem potius, quam certa occumbere morte?
Cur tamen insidias timeam? cur Roma salutem
Non potius nostram exoptet? partaque quiete
Caesaris imperio post tot civilia bella,
Post rabiem tantam lassatus gaudeat Orbis?
Pax mundi mea sola salus; nece Caesaris enses
Stringentur rursus, rursus lacerabitur Orbis,
Maestaque Romano tingetur sanguine tellus.
Sed si non homini satis esset cura diei,
Ni nocturna alias facerent insomnia curas,
Dic mihi, nam Morpheus nobis contraria misit
Somnia, queis potius credes? hac nocte volasse
Ad caelum, dextramque Jovis tetigisse, serena
Et majestate indutus sedisse videbar.
Quid nisi fausta, & magna mihi haec (si credere vellem
Talibus omnino) portendere somnia possunt?
  Jam jubar Aurorae pallentia vicerat astra.
Prosiluit stratis Caesar, moestaeque reliquit
Conjugis amplexus; magnaeque capacia turbae,
Et tantos pariter mox exceptura clientes
Magnifico splendent excelsa Palatia cultu.
Festini Proceres, magnique ad limina Patres
Luce salutatum prima venere, domumque
Admissi implerunt. animus non omnibus unus.
Caesareo quidam vere laetantur honore:
Pars alia Invidiae stimulis agitata nefandis,
Quem mactare parant, falso venerantur honore,

Et funesta animis, linguis dum fausta precantur.
Ante alios Decimus, cui fallere nomen amici
Praecipue dederat, Ductorem saepe morantem
Incitat: & spretis hortatur adire Senatum
Prodigiis. tandem patrum famulante caterva
Progreditur Caesar, quamvis ostendere caedem
Venturam Superi non cessavere minaces.
Progreditur tamen, atque (oh mira potentia fati)
Dum transit, chartam oblatam, quae nomina tanta
Conjuratorum, facinusque ex ordine totum
Detegit, ante sinu, quam sit perlecta, recondit,
Funestamque intrat fatis urgentibus aedem.
Caesaris intenti jugulo stant undique Patres
Et conjurati Proceres; altamque Curulem
Circundant. primo aspectu cecidere parumper
Audaces animi, & fortes tremuere lacerti.
Jam paene inceptum damnant. armare videtur
Ingens fama Ducem, majestas laurea frontis,
Terribilis decor, & gestarum gloria rerum.
Nunc fortuna viri nimium comperta, favorque
Perpetuus Superum terrent. nec quantus in armis
Caesar, ut audaci stipatus milite turmas
Fuderat hostiles toties, totiesque per omnes
Terrarum tractus victricia signa tulisset,
Mentibus occursat: sed quanta pericula solus
Vicit, fortuna tantum comitante Deisque,
Qualiter Aegypti insidias, Pontique procellas
Nocturnas, saevosque intra sua castra tumultus
Militis irati evasit. cur jam caput istud
Numina destituant? versant dum talia, rursus
Pectoribus vindicta redit, pellitque timorem
Libertatis amor nimius. Primusque Curulem
Tullius accedens tanquam pro fratre rogatum,
Purpureum ex humeris subito divellit amictum.
Mirantique Duci primum prope guttura vulnus
Dat Casca. haud impune quidem; nam brachia Casca
Transfigit Caesar, primumque ulciscitur ictum,
Prosiliens alio tardatur vulnere. donec
Circumstare videt strictis pugionibus omnes,

Sentit

Sentit se Caesar funesta indagine cingi.
Et qui ferratas acies, densasque catervas
Rupisset toties campo, tutamque per hostes
Fecerat ense viam, nulla virtute togatas
Insidias vitare potest. obvolvit amictu
Tum caput, & vultum, dum Martia pectora praebet
Tot manibus fodienda, tegit, reprimitque querelas,
Ne tantam possit gemitu corrumpere famam,
Interea tacito secum haec in pectore volvens:
Hoc saltem, Fortuna, placet, quod nulla superbo
Victori capitis nostri est concessa potestas,
Nec Domini jussu pereo. mactatus iniquis
Insidiis, quas Roma mihi subjecta paravit,
Occumbo Princeps Orbis, numerumque Deorum
Aucturus posthac. tandem per vulnera mille
Spiritus erumpit: saevis qui semper in armis
Inviolatus erat, violatae victima pacis
Hic cadit: atque togae, quas bello laeserat, aedes
Ipse suo moriens perfundit sanguine Caesar.

F I N I S.

EXCERPTA

Ex Notulis à FR. GUJETO margini Ed. GROT. adſcriptis.

Ad Vitam Lucani primam.

QUI] Delendum.

CLARIORE CUM STREP.] Legendum videtur, *clariore cum ſtrepitu*, *crepitu ventris emiſſo* &c. τὸ *crepitu* omiſſum eſt propter praecedens *ſtrepitu*.

NEQUAQUAM ANIMI] L. *n. parem a.*

CONFICI] An *compingi?*

Ad ſecundam.

TRES LIBROS] i. 3 primos Pharſaliae libros. Hoc enim ex inferioribus, *reliqui enim ſeptem Belli &c.* colligitur. Vide, quae notavimus ad vſ. 691. Lib. IX.

CATOSCOMON] An *Catagonion?* Luctatius, Statii interpres quaedam ex Lucani Catagonio citat ad Theb. Lib. IX. vſ. 424.

Ad Librum primum.

2 JUS] i. facultatem, poteſtatem, licentiam.

5 CERTATUM] Τὸ ἠγωνισμένον i. certamina totius orbis viribus facta in communem perniciem.

8 FERRI, G.] Diſtinguendum videtur.

Quis furor, o cives? quae tanta licentia ferri?

43 SERVILIA BELLA] Sexto Pompejo duce, qui ſervos praemio libertatis invitatos conſcripſit, & ab Octavio in freto Siculo victus eſt ab Aetna non procul. Ideo *ſub Aetna* dixit. Cave de Spartaci bello accipias, quod multo ante geſtum eſt, & quod ad civile bellum non pertinet.

51 JURISQUE TUI] Al. *jurique tuo.* τὸ *jurisque tui* non placet. Priſcianus τὸ *juriſque tui* tuetur. Vide locum, & refuta.

63 SED MIHI &c.] Quis hoc Lucanum ſcripſiſſe credat, qui Neronis odium incurrit quod in poëtica ei cedere nollet? *Secreta* i. ἄδυτον, ex inferioribus ſumptum vſ. 197.

Et rapti ſecreta Quirini.

93 NEC GENTIBUS] *Ne* pro *nec* hic legendum videtur. Verſu autem ſequenti τὸ *nec* retinendum, pro quo *ne* habent libb. quidam Vett.

102 CONFERRE FRETUM] i. commiſcere ſe, committere. An *freta?* an *fretis?* Vide Codd. Vett.

107 ACTUM EST] *Eſt* à quibuſdam libb. Vett. abeſt.

137 POPULI] Cujus populi? An populi victi, debellati? an Romani populi victoris?

160 NAMQUE &c.] Uſque ad *multis utile bellum.* Haec ex Petronii Arbitri ſpecimine belli civilis expreſſa videntur ab interpolatoribus, quae Petronius in opere ſuo non poſuiſſet, ſi à Lucano occupata fuiſſent. A Lucano enim omiſſa exhibere voluit. Vide Petroniana, & confer cum Lucanianis.

218 TERTIA CYNTHIA] i. tertius lunae dies, quo ſunt majores imbres.

229 IMPIGER, ET T.] *Impiger. it t.* habent Codd. Vett.

231 ARIMINUM, UT IGNES SOLIS &c.] Legendum fortaſſe.

Vicinumque minax invadit Ariminon, ut jam
Solem Lucifero fugiebant aſtra relicto.

Ex *jam* factum eſt *igni*, ex quo *ignem*, & *ignes* lectiones ſunt propagatae. *Ariminon* autem pro *Ariminum*, ut inferius Lib. II, 466. *Auximon* pro *Auximum.*

237 CLANGORQUE TUBARUM] Sub. *fuit*, *auditus eſt.* Sic infra Lib. II, 17. *ferale per urbem Juſtitium* ſub. *fuit.* ſeq. verſ. *non pia &c.* nothus videtur.

258 TIMUISSE] An *mutiſſe*, à mutio, mutivi mutii &c.?

261 QUIES. NOCTIS G.] V. Lect. *quies populis g.* placet.

262 DUBIAEQUE] Τὸ *dubiaeque* hic locum habere non poteſt. Legendum videtur *devotae.* Sic infra Lib. III.

Accipe devotas externa in proelia dextras.

Devotae menti ſtimulos addere, dictum, ut *currenti calcar addere.* *Dubiae* autem *in proelia menti* quî dici poteſt? cum ſupra dixerit.

Ingenteſque animi motus, bellumque futurum
Ceperat.

& infra vſ. 291.

Sic poſtquam fatus, & ipſi
In bellum prono tantum tamen addidit irae,
Accenditque ducem &c.

273 CONSPEXIT] Seqq. verſus quatuor hoc ordine legendi videntur, & ita corrigendi.

Conſpexit: dum voce tuae potuere juvari,
Caeſar, ait, partes: dum nobis roſtra tenere

Jus

Jus erat, & dubios in te transferre Quirites,
Traximus imperium, quamvis nolente Senatu.

placet. Vide Codd. Vett.

282 Par labor &c.] Nothus videtur. pro *petuntur* al. *tenentur*. Nota varietatem.

310 Agat] Fort. *agit*.

316 Reget currus] i. triumphabit. An quod ipsi currus i. equos regerent, aurigatum officio fungentes?

318 Jam rura &c.] Aut hic τὸ *rura* pro *frumenta* positum, aut legendum *frumenta* ad hunc modum videtur.

Quid frumenta querar totum subpressa per orbem,
Ac jussam servire famem?

Aut *rura subpressa* i. clausa tamquam horrea, ne quid inde exportaretur. Cic. Lib. IX. Ep. ad Att. tradit, legem consules conscripsisse, *qua Pompejo per quinquennium rei frumentariae potestas daretur.*

329 Altus] An *ater?* Virgil.

Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.

Item

- - - - lavit improba teter
Ora cruor.

i. ater. placet: ex *ater* primum factum est *alter*. Ex *alter* autem *altus*. Alioqui τὸ *altus* hic erit *multus*.

334 Jam te] An *tandem?* Quidam libri habent *tamen*, quod ex *tandem* factum videtur. V. Codd. Vett.

355 Sed diro] An scribendum *ac* pro *sed?* ἐπέχω. Vide Codd. Vett. & Interpp.

372 Tam posse mihi, quam velle] Al. *tam velle mihi, quam posse n.* V. Codd. Vett. i. si possum facere, mihi & velle necesse est. Sed lectio recepta placet. i. sub tuis auspiciis nihil non efficere possum.

374 Per signa] Nota, militem per signa jurare, quae in exercitu deorum instar erant.

380 Miscebit] i. consumet, in cineres rediget. Huc facit Virgilianum illud.

- - victorque Sinon incendia miscet.

i. incendiis urbis aedificia miscet i. consumit. Nota phrasin.

381 Castra] Al. *signa*. Τὸ *castra* est glossa τ͂ *signa*.

391 Aut rursus] *Et* legendum videtur. Vide Codd. Vett.

393 Ferre] Sub. *se*. *ferre se i.* favere sibi. an *vides fata ferre* i. velle, adprobare bellum? sic *fert animus mutatas dicere formas i.* vult dicere, & similia.

397 Castraque &c.] Ordo: *castra ardua, qua super rupem curvam Vogesi cohibebant Lingonas pugnaces pictis armis i.* è pictis armis. i. arma picta habentes. *Armis* i. clypeis. Hos versus sic legebat Sabellicus apud Glareanum in 4. Caesaris Comm. de bello Gall. pag. 109.

Castraque Vosegi curvam super ardua rupem
Pugnaces pictis cohibentia Lingonas armis.

A *Vosegus* syncope *Vosgus*, à quo vulgare *Vosge*, pro quo scribitur *Vaulge*.

407 Sua littora &c.] An sibi exposita? quid si *sua* pro *ejus* positum sit. An sic legendum.

- - - - solus tua littora turbat
Circius, & tuta prohibet statione, Monoecei

placet. *tuta prohibet st.* i. facit, ut, ille portus tutus non sit.

415 Flammiger] An *flammifer* V. C. V.

420 Qua] *Quem* pro *qua* leg. videtur i. Aturum. Pro *aequor*, *ancon*. Scalig. emend. ad Auson.

422 Gaudetque] Legendum omnino videtur *gaudet amoto Santonus hoste. Suessones* ita Caesaris Comm. in Vett. Codd.

426 Rostrati] An *constrati?*

432 Cinga] Scaldim intelligere videtur. An *Cinga* est Scaldis. nam certe Hispaniae fluvius non videtur, cum de Hispania hic non agatur. An scribendum *Scalda* seu *Sculda* potius, unde vulgare *Sceld?* ἐπέχω.

436 Pictones &c.] In quibusdam libris legitur *Pictonus inmunis subigit*. Nota varietatem lectionis. Hi quinque versus absunt à Vett. Codd. teste H. Grot. & aliis. Horum authorem esse Marbodum Rhedonensem Episcopum ex monacho *San.* Sergiensi tradunt ante annos quingentos.

439 Andus] Andus, Turonus, Santonus & similia Lucani esse non videntur.

440 Dissolvitur] e. superioribus sumptum.

Solvuntur flavi longa statione Ruteni.

442 Ligur] Al. *Liger*. V. C. V. sed hi tres versus suspecti videntur. Τὸ *Ligur* hic non habet locum. supra meminit.

440 Comatae] Exemplum τ͂ *Comatas* quaerendum i. Galliae Comatae.

446 Taranis] Ordo. *Et quibus placatur ara Taranis non mitior arâ Scythicae Dianae.* Sed & hic versus cum duobus praecedentibus suspectus est.

449 Securi] i. praesidiis Caesarianis liberati.

453 Aut S. nescire] *Et S. sancire* fort. leg. est. Nam quid est τ' *vobis nescire datum.* Ex *sancire* primum factum videtur *nascire*, ex quo *nescire*. *Sancire numina* dictum ut *sancire leges*, *foedera* &c. Virgil.

- - qui foedera fulmine sancit.

i. κυροῖ.

461 Capaces] i. patientes, & quae non terrentur i. potentes.

466 Petitis Romam] Al. *Romam petitis*, placet.

473 Mevania] Hic *Mevania* regionis est nomen, non oppidi, ut & apud Columellam Lib. III.

111. cap. 8. Vide locum.

481 Alpesque] *Alpem* quidam Codd. habent. placet. Vulgo *Alpes*. infra vi. 688.

- - - *nunc desuper Alpis*
Nubiferae colles.

487 Percussum] Al. *perculsum*. Sed τὸ *percussum* magis convenit cum τῷ *pavet*.

492 Praecipitem populum] Fort. leg. *praecipites populi*, &c. Vett. Codd. consulendi.

535 Latiale caput] An Jovis Latialis caput, cujus templum erat Albae? Quidam ipsum templum Jovis Latialis, quidam Jovis Capitolini templum exponunt. Alii Romam Italiae caput. Ἐπέχω.

566 Deos] Quos Deos? Quaerendum.

567 Sanguinei] Al. *sanguineum* i. cruentatum. al. *sanguinei* i. cruentati. Vide Codd. Vett. Naso.

- - *sanguineaque manu crepit. c. A.*

Huc facit Horat. versus Sat.

Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

&c. Vide locum.

590 Sterili] *Sterilem uterum* vocat, qui monstrum protulit i. animal imperfectum, & inutile. Sulpitius τὸ *sterili* ad mulae partum refert.

599 Haec addititia videntur. Τὸ *turba minor*, quod praecedit, reliquos minores sacerdotes comprehendit. Sed & sequens versus suspectus videtur; & fortasse Galli Sacerdotes, quod eorum sacra peregrina essent, & ipsi Romani non essent, huic pompae interesse non poterant. Huc adde, quod τὸ *qui* hic subprimi non potuit; *Et qui lotam parvo r.* &c.

609 Electa] Alias *erecta* legitur. An ad Homericum illud ἂν ἱερὸν &c. Vide Eustath. An *Electa cervice marem* i. eximium, praestanti corpore taurum, Ἠμέρειοι? *quatuor eximio praestantes corpore tauros.* Virg. sed τὸ *deposito* vs. 613. *erecta* oppositum; quare ἐπέχω.

623 Parvusque] Al. *pravus*. Vett. Codd. inspiciendi.

641 Moventibus] *Monentibus* leg. nam qui numeri *astra movere* possunt? de magia hic non agitur, sed de Astrologia judiciaria. Hor. *Nec Babylonios tentaris numeros.* supra vs. 588. *Et monitus volitantis in aëre pennae. Monentibus astra* i. monstrantibus astrorum motus, & ἀποτελέσματα, quae ex motuum subputatione colliguntur.

644 Movent] Et hic *monet* legend. videtur. Aut, inquit, sidera incerto motu discurrunt, aut, si fata monent per sidera, orbi &c. infra Lib. v. vs. 605. legitur.

- - *si fata minora moveres* &c.

Sed alio sensu.

657 Suis] Al. *tuis* V. C. V. τὸ *suis* non displicet.

663 Mars] Inepte repetitum. supra enim dixerat.

Tu, qui flagrante minacem &c.
Quid tantum, Gradive, paras?

665 Ensiferi] Sub. *cur*, sed hic versus nothus, & insititius videtur.

669 Et superos] Al. *O sup.* sed *heu* legend. videtur. V. Codd. Vett.

672 Tantum jam] i. adhuc tantum. τὸ *jam* pro *adhuc* & infra positum Lib. 11, 27.

Nec dum est ille dolor, sed jam metus.

681 Quod tela] Sic habent Vett. Codd. al. *quo*, & *quae*.

688 Desuper] Pro *super*. an legend. *Nunc & super A. &c.* V. C. V.

Ad Librum secundum.

13 Et habent m. casum] An legend. *& habet mortalia casus?* V. Codd. Vett.

18 Justitium] Sub. *fuit*. Sic supra Lib. 1. vs. 237. *Stridor lituum clangorque tubarum* sub. *fuit*. Vide locum. Item Lib. v. 505. *Parta quies miseris &c.* sub. *erat*. Quinctil. Lib. 1. cap. 3. p. 18. *Ducere vero classem multo pulcherrimum* sub. *erat*. Vide locum.

24 Famulorum] *Famularum* habent Vett. Codd. requirit famulas suas ad planctum.

26 Exanimes] Al. *Exanimos*. Vide Codd. Vett. τὸ *exanimes* minus placet propter sequens *minaces*.

52 Rheni caput] i. Rheni ostia, non fontes.

54 Hinc Dacus &c.] Hi duo versus suspecti videntur, nam cur *Iberis* occurrat ducum alter, qui in ditione Romanorum erant. τὸ *alter* autem, de quo intelligatur, ambiguum est.

59 Utrasque] *Utrosque* libb. Vett.

71 Avidi] *Udi* L.

72 Mox vincula] Haec insititia videntur usque ad *dabas scelerum* vs. 75.

76 Hosti est] Quidam Vett. non habent τὸ *est*.

80 Terribilesque] Et hic insititius videtur.

85 Cimbri] Inepta apostrophe ad Cimbros, qui nulli erant. An ad carnificem Cimbrum? Vide App. Plut. & alios. suspecti videntur.

102 Revocatum est] *Est* abest à vett. Codd.

103 Stat] i. est, an *stagnat*! à *sto* stagnum, ut à *rego* regnum.

110 Visum est] Τὸ *est* abest à MSS. V. C. Vett.

116 Degener o populus] Sic Horat.

- - - - *o ego laevus*
Qui purgor bilem sub v. t. h.

126 Violatae] An sic leg?

Te quoque neglectum violentae S. dextrae.

i. Marianae, à Mario non admissum ad osculum ma-

manus. τὸ *dextras* est dativus casus. Vide Codd. Vett.

186 Tam saevi] Leg. fort. *tam saevas &c.* ordo; *vix erit ulla fides, unum caput cepisse tot poenas criminis tam saevas.*

194 Recisos] Cic. *nationes partim recisas, partim repressas. Vitia a stirpe recisa* Claudian. frustra sunt, qui emendare volunt.

195 Unius] Al.

Unius & populum pereuntem tempore noctis.

Sed hic versus suspectus est. V. Codd. Vett. & Appianum de caede Praenestinorum.

203 Vix caede] *Hi c.* Grot. placet.

214 Nam s.] Al. *jam*: sed *at* legendum videtur. Grotius *dum* legit.

225 Agitant] Vett. libb. *agitat.* placet. i. metuimus majora.

230 Vocas] An *vocat?* V. Codd. Vett.

240 Virum] Τὸ *virum* hic pro *eum* seu *illum* positum est. i. Catonem. Sic *video hominem* passim apud Comicos.

254 Furor] i. inconsulte, sine fine. Virgil.

\- - - *furor arma ministrat.*

276 Ipse] Caesar scil. i. ab omnibus excusabitur Caesar, si Cato est in partibus.

279 Sollicitant] An *supplicitant?* a supplico, supplicui, supplicitus, supplicito &c. placet. *Supplicito* i supplex sum, supplico. *supplicitant* i. supplices sunt, supplicant Pompejo.

292 Complosas] Al. *compressas*, an *complexas* i. συμπεπλεγμένας?

294 Fretis] An *Getis?* sed versus spurius videtur.

296 Dacas] *Daas* leg. videtur, ut L. vii, 429. quam lectionem habent Msti.

299 Juvat] Usque ad *faces* vs. 301. spuria.

318 Post me] Ὑπερβολὴ Catonis modestia indigna.

335 Concussaque] Vett. libb. *contusaque.* supra.

\- - *o miserae contundite pectora palmis*

338 Sanguis inerat] Τὸ *guis* perductum in *sanguis.* Itidem Lib. vii, 635.

Mors hic gentis erat, sanguis ibi fluxit Achaeus.

356 Acclivis] *Acclinis* Vett.

359 Metuit] *Vitat* quidd. libb. habent, sed glossema videtur τοῦ *metuit.* τὸ *vetuit*, & *vetat* non placent. vs. 362. Vett. Codd. *aut.*

367 Lana] An *laena?* τὸ *funerea lana* non placet. V. Codd. Vett. An in veste muliebri, & τὸ *laena* contineatur quaerendum. *funerea laena* i. pulla veste. Hic versus suspectus est. sed ἐπέχω.

384 Magnique penates submovisse hiemem tecto] Del.

387 Venerisque] Legend. videtur *Veneris huic* &c. supra *dum sanguis inerat* vs. 338. τὸ *que* quidam Vett. lib. non agnoscunt.

406 Juncto sapis Isauro] Sic habent Vett. Codd. Grot.

417 Stagnaret] Τὸ *stagnaret* non placet. quid si *vectares?* non displicet. Vide Codd. Vett. i. e. si Nilus ex ultima Libya fluens fluvios infinitos non exciperet, huc & illuc discurrendo.

433 Antris] Al. *undis.* Vide Codd. Vett. τὸ *undis* non displicet.

436 Inpelleret] i. everteret, *renversase.* sic habent Vett. libb. non *repelleret.*

445 Populetur] Al. *populentur.* Quae lectio, si τὸ *populentur* passive accipiatur, ferri potest.

455 Hunc aequora] Hic *huncque* pro *hunc* legendum fortasse. Vide Codd. Vett.

460 Vertere] i. ἀνατρέπειν, evertere: simpl. pro Compos. Lucill.

Vertitur oenophoris fundus, sententia nobis.

Enn.

Quo vobis mentes rectae, quae stare solebant
Antehac dementi sese flexere ruina.

i. versae, seu eversae sunt.

467 Neglecto] *Fugere neglecto tergo* proverbiale videtur. i. abandonnant son dos a la mercy des ennemis. Vide Erasm. Chil.

469 Esculea] *Asculea* leg. è Vett. MSS. Asculo Piceni oppido.

473 Fortissima] *Firmissima* Vett. Codd. i. praesidium firmissimum.

480 Polluto] Sc. caede Claudii.

493 Prolatus] i. percitus. Gl. Philon. *Prolatus* ἐξενεχθείς. ἐκφέρομαι i. auferor, transversus agor. Aristot.

505 Moturas] i. quae rotis promovendae erant. Sulpitius exponit; *unde saxa e tormentis mitterentur.* sed male.

510 Nobilitas] Hic laudat Domitium poëta, ut Neroni principi, qui ab eo genus duxit, assentetur. Vide Sueton. init. vitae Neronis. Lamb. Hortensium, & Glareanum refuta, qui Sulpitium reprehendunt, quod poëtam hic Neroni assentari dixerit, quod ab isto Domitio genus duceret. Non hic tantum Neroni adulatur, sed & primi lib. initio.

Quod si non aliam venturo fata Neroni &c.

Item Lib. ix.

Invidia sacrae, Caesar, ne tangere famae &c.

Vide L. Hortens. Col. 234.

514 Retenta] i. denuo experire, à *tendo* i. πειρῶμαι conor (unde *contendo*) *tensus*, *tentus*, *tento* i. πειρῶμαι, *retento* i. denuo tento. Alii τὸ *retento* hic exponunt, *retineo*, *resumo.* Post τὸ *retenta* τελεία στιγμὴ ponenda videtur.

527 Admixto] Al. *immisso.* an *immissos* V. Codd. Vett.

553 Et Scythicis] Malim *Assyriis*. Vett. Codd. inspiciendi. Ex *Assyriis* primum factum videtur *Essyriis* seu *Escyriis*, ex quo demum & *Scythicis* depravatum est.

567 Non tam] Leg. videtur *num tam*.

577 Conderet] An *cogeret?* supra L. I, 537.

- - - - - cornuque coacto
Jam Phoebe toto fratrem cum redderet orbe.

Vett. Codd. consulendi.

594 Taurosque] Interpretes hic Tauri montis incolas exponunt, quod superioribus convenit; sed durum, & insolens videtur, ut Tauri montis incolae ipsi *Tauri* dicantur. Exempla quaerenda. Tauri populi in Sarmatia Europaea Tacito authore XII. Ann. colunt Achillis cursum, ut scribit Eustath. & Procop. IV. Aedif unde & *Taurica Chersonesus* dicta videtur. Aliis *Tauroscythas* nominantur. *Taurinia* eorum regio vocatur apud Stephanum in voce Ψευδοι. Et *Taurio* eorum urbs à Suida *Ortelius*. Quid si legatur *Tauronque subegi.* i. montem Taurum? Facile τὸ *Tauron* in *Tauros* depravari potuit. Tauri populi hic locum habere non videntur. Vide Codd. Vett.

613 Hanc] Al. *hinc*. Τὸ *arctum* hic mendosum videtur. an *arcum?* Vide Codd. Vett.

642 Plura moror] An *plus moror?* i. e. pluribus moror, sed phrasis insolens est. An leg. *plura loquor?* Vide Codd. Vett.

647 Macedumque] L. *Macetumque*. Μακέται.

666 Eryx] Placet *Athos* ut habet Sabell. & Lamb. Hort. Vide Cod. Vett. Τὸ *Athos* hinc ejectum fuisse videtur propter versum inferius proxime seq. *In medium deferret Athon &c.*

670 Tunc placuit] Al. *complacuit*. V. C. V.

674 Europamque Asiae] *Europen Asiae* f.

682 Bellum] i. navalem exercitum, classem pugnaturam. Male Sulpitius exposuit, *ut dissipes bellicas machinas.*

703 Permistis aequora sulcis] Quid? si legas. *Totque carinarum permiscent aequora sulci. permiscere* i. turbare, conturbare &c. Cic. *permiscere omnia; omnia permisceri mallent. permiscere Graeciam dictus est* &c. Silius.

- - coelum pelago permiscuit Eurus.

Virgil.

Interea magno misceri murmure coelum &c.

711 Classique paratas] Al. *paratae* i. ad invadendam classem paratae copiae *has* sub. excepere. Quidam de manibus ferreis, seu uncis accipiunt: sed non placet expositio.

718 Symplegas inanem] Qui *pontum inanem* si puppim obtrivit? *Symplegades* dicendum erat.

Ad Librum tertium.

11 Accenso] *Ascenso* leg. videtur. Vett. Codd. consulendi.

48 Non illum gloria p. laetificat Magni] E superioribus sumptum: Lib. II.

Heu pudor! exigua est fugiens victoria Magnus.

103 Vix odisse vacat] i. toti sunt in odiendo Caesare: nulli alii rei vacare possunt. Vix satis temporis habent ad Caesarem odio prosequendum. Interpretes non ceperunt. Vide Sulp. & Lambert.

127 Moverunt] Al. *voverunt*. al. *noverunt* Claudian.

Praelia moturus superis, quod solus egeret
Connubii.

Infra L. IV, 211.

- - - - moturas praelia voces.

150 Ocyus avertant] Al. *avertas*, *avertat*, *avertet*, & *avertant*. Varietas illa suspecta. Fortasse interpolator scripserat.

Ocius avertant dixi, mala femina belli.

156 Eruitur] Al. *Egeritur*. V. C. V. τὸ *egeritur* placet.

171 Dat vires] Sic Vett. Cod. habent.

182 Phoebea] Piraeeum Phoebo consecratum, portum Atheniensem exponunt. quaerendum.

183 Veram] Τὴν ἀρχαίαν, τὴν ἀρχίτυπον. Salamis, cum tribus navibus, quas misit, vult credi se veram esse illam Salaminam re navali olim nobilem. *Vera* κατ' ἐξοχὴν dicta est respectu alterius cognominis in Cypro, quae a Teucro profugo condita est. Horat. *Teucer Salamina patremque cum fugeret*. Seneca. *Numquid Ajacis Salamina veram?*

185 Vetus] Leg. f. *potens*. τὸ *vetus* hic non placet. Sed VV. Codd. consulendi.

190 Colchis] Vett. Codd. habent.

Colchus & Adriacas spumans Absyrtos in undas.

H. Grot. legit ex conject.

Colchus & A. spumans Absyrtis i. u.

Sed τὸ *spumans* i. sanguinolentus τῷ *Absyrtos* magis convenire videtur, ita ut sit homini insula cognomine. Infra.

- - - - cruor altus in undas
Spumat.

191 Et Penei] Delendum &. τοῦ Πηνειοῦ.

192 Proscindit vomer] Sic Vett. Codd.

193 Inde] *Unde* V. C. placet.

194 Littore] Al. *gurgite*. placet.

199 Deseritur] Ordo: deseritur Strymon & barbara Chone, ubi unum (an *imum?* Vide Geographos, & Codices veteres) caput Istri multifidi perdit aquas Sarmaticas, & alluit Peucen sparsam profundo i. mari Pontico. *Perdit aquas* i. cum mari confundit. An ex dulcibus, & potabilibus salsas facit?

219 CERTIOR HAUD ULLIS] ἐκ ἄλλοις παντὶ πιστοτέρη. Arat. Germanici Caesaris.

Certior est Cynosura tamen sulcantibus aequor.

&c. Alias *gratior.* Vide Codd. Vett.

233 HIC UBI &c. ET MAGNO &c.] Al. *& magno se passus ab aequore vinci est.* Varietas illa lectionis hos versus subdititios esse arguit.

244 NUNC CULTOR] i. olim Cappadoces, nunc Amani cultores. Al. *non cultor*; sed non placet.

246 COATRAE] Sic leg. al. *Coastrae.*

249 OLOSTRAS] Al. *Oretas.* utraque gens in India est. Plinius utramque agnoscit. Legitur & *Orestas.* V. C. V. varietas lectionum locum suspectum facit, ut & sequentes versus.

278 PONTUS ET] An *Ponti atque?* sed haec suppostitia.

302 SIGNATAQUE] An scripta foedera? Modius legit *sacrataque jura.* V. C. V. placet τὸ *signata* i. calamo notata.

305 PACIFICO] Al. *pacifero.* placet.

313 LACRIMAS] *Latebras* omnino legendum videtur.

336 CUM TANTA VOCENT] Al. Codd. *si tanta vocant.* placet.

340 PHOCIDOS] Hic errat cum Justino, seu Trogo, & aliis Lucanus. Vide Herod. & Horat. Φωκαία tamen, cujus cives Φωκαεῖς dicti, qui Massiliam condiderunt, à Phocide originem ducebant. Vide Pausaniam in Phocicis.

393 VIRUM] i. illum, sub. Caesarem. sic *homo* à Terentio, & aliis pro *ille* usurpatur. Infra vs. 500. *non hasta viris, non letifer arcus.* Alias *unum* pro *virum* hic legitur, sed depravate, & numero duriore.

410 PRAEBENTIBUS] Al. *ferientibus*: sed τὸ *praebentibus* placet. Ordo: *suus horror inest arboribus, praebentibus frondem auris non ullis.*

421 CIRCUMFLUXISSE] Al. *circumfusisse*, & *circumfulsisse.* An legend. *circumlusisse?* placet. Vide Codd. Vett.

424] AUT COELUM] Forte.

Hic coelum nox atra tenet. pavet &c.

i. aëra. supra de eodem luco.

Obscurum cingens connexis aëra ramis.

427 PRIORE] Non *priori*, quod non placet propter τὸ *operi.*

436 SUBVERTERE] Al. *submittere* i. καταβάλλειν. Naso *latus submisit in herbam.*

455 STELLATIS AXIBUS] An *stelatis cratibus* legendum? à στήλη, stela, stelatus. τὸ *stela* habet Plinius. Stelatis cratibus agger is erit, cujus latera sunt cratibus, & stelis munita, ne dissolvatur. Supra sic descripsit.

- - - - - *Tunc omnia late*
Procumbunt nemora, & spoliantur robore silvae:
Ut cum terra levis mediam virgultaque molem
Suspendant, structa laterum compage ligatam
Arctet humum, pressus ne cedas turribus agger.

Ex *cratibus* primum *arctibus* factum videtur; postea *actibus*, & demum *axibus. Stelae* hic, *styli* Vegetio in fabrica pontis. Vide Codd. Vett.

475 ARMISQUE INNEXA PRIORES] H. Grot. legit, *armisque innixa prioris arma ferunt.* Τὸ *prioris* est à Vet. Cod. Putean. τὸ *innixa* quaerendum. nam rectum videtur. Quid si ita legatur?

- - - *armisque innexa priorum*
Arma ferunt.

Vide Codd. Vett.

484 INCENSA] Legendum videtur *accisa. Virtus accisa* dictum, ut *res accisae.* Vide Thes. Latin. C.

488 TECTA FRONTE] Legendum fortasse *texta fronde.* Nam frons tegi non debuit. Frondibus autem muniebantur vineae, ut & pluteis; sed tecta pluteis, latera frondibus munitae, unde vineae nominatae.

490 FORTIOR] *Fortiter* leg. fors. Ordo. *Nunc aries suspenso ictu fortiter incussus* &c. τὸ *fortior* hic non placet.

492 IMPOSITIS] An *impulsis?*

UNUM SUBDUCERE] An *vivum* i. solum, fundamentum? *lapis vivus*, *vivum solum* i. quod numquam motum fuit, numquam à viva matre terra separatum. *Ad vivum resecare, ad vivum perfedit mucro.* Virgil.

- - *vivaque sua plantaria terra.*

Vide Servium ad hunc locum. *Vivum subducere impositis saxis* i. e. saxa fundamento suo i. vivo solo, cui imposita sunt, subducere.

497 SUMMA FUIT] Sic placeret magis.

Voti summa fuit, starent ut moenia, Grajis.

Vel sic.

Summa fuit voti, &c.

V. Codd. Vett.

506 INGENTIA] Al. *rigentia*, placet.

510 FORTUNAM TENTARE MARI] Al. *viris* i. illis, placet. V. Codd. Vett. supra notatum vs. 393. Advertendum hic, confundi à poëta historiam; nam primum describit omnem terrestrem pugnam, inde navalem, & saepe certatum est terra, bis mari. Primum quidem terra leviter, postea mari fuit superior Brutus. Hoc autem narrandi commoditate fecit poëta. Vide Appian. & Caesaris Comment. Sulpit. partim.

512 ARBOR] *Arbos* legendum videtur.

516 ARVA] An *arcta Stoechados* i. e. Stoechadum angustias, freta? ἰσθμοί. An *arva Stoechados* i. mare Massiliense. Virgil.

Arva nova Neptunia caede rubescunt.

τῷ *arcta* favere videtur, quod sequitur.

- - - - *movit ab omni*
Quisque suam statione ratem.

V. C. V.

528 Sublimes convellunt &c.] Sic leg. fortasse.

Crebraque sublimi convellunt aequora puppe.

Virgil.

Convulsum remis, rostrisque tridentibus aequor.

Nam, τὸ *convellere verbera*, quid est, rogo. V. C. V.

543 Atque in transtra cadunt] Supini scilicet, Ennius;

Pectora pulsate ante, & poste recumbite remis.

549 Ut quoties &c.] Hi quatuor versus abesse poterant, & suspecti sunt. Nota varietatem lectionum.

569 Miscenturque manus] Legendum videtur. *Miscet uterque manus. navali &c.* *Uterque* i. Romanus, & Massiliensis.

571 Multique] *Nullique* H. Grot. placet. cecidere in hostilibus navibus, aut in mari.

575 Conserta] *Conferta* leg. videtur cum Sabell.

592 Telonis] Al. *Gelonis*: sed utrumque bonum. τὸ *Telon* habet Virgilius.

596 Componere] Ordo: *nec lux crastina est notior ulli ad componendum carbasa ventis venturis.* vel *notior, ut componat* i. committat: sed hic versus suspectus est.

609 Quorum alter] Supra dixit, *quos eadem.* An *horum?*

611 Insuper] An *esuper* pro *desuper?* Nota phrasin *gravis ictus amputat.*

613 Tenens] *Tenax* f.

619 Expositus] Pro, telis expositus. male.

621 Telaque] Pro, tela hostium, quibus sui casuri erant. male.

622 Emerita] i. consummata. Lucanus alibi dixit *emeritae naves*, *milites emerito Marte*, *emeritum jus* &c. Sed *emerita morte* hic non placet.

625 Sanguine] Ex inferioribus illis sumptum *validos dum praebeat ictus sanguis.*

627 Strage] Sed unde illa strages? dicere debuit.

636 Affixit] Sub. navi. è superioribus, *affixusque rati*, sumptum.

638 Scinditur] Qui scinditur, qua parte corporis scinditur? *Avulsus*: à quo avulsus. Inepte utrumque.

642 Pars ultima] Quasi in duas partes corpus divisum sit, superiorem alteram, alteram inferiorem. Sed qui id fieri potuit? *Ultima pars* i. e. postrema. Virgil.

- - *postrema immani corpore pristis.*

i. a lateribus ad pedes.

643 Vitalibus] An *Spiritibus?* vel à partibus vitalibus separatos, hepate, corde, pulmone &c.

646 Tulerunt] i. exanimarunt, exstinxerunt, inepte. à versu 600 usque ad hunc videntur spuria.

654 Fixere] Haec mors verisimilis non est. Lucani tamen esse videntur.

660 Corpus] Ejus, de quo supra, *diversae rostris juvenem fixere* &c.? sed haec addititia à praec. versu usque ad *truncos* vs. 669.

663 Auxilium] Accipiendum, an ferendum? inepte.

666 Super] i. desuper. male.

674 In pugnam &c.] *Cadavera ferro* ὑπερβολὴ inepta.

682 Tecto] An *tacto?*

685 Sparsis] An *fractis*, confractis, ruptis?

690 Qua coepere mori] E Quinto Curtio sumptum videtur. Vide locum.

691 Dejecta] Leg. fortasse *disjecta* i. per mare sparsa, dispersa. Vide Codd. Vett.

712 Expulsi] Al. *excussis*. sed *excussi* legendum, nisi τὸ *expulsi* retinendum sit propter proxime praecedens *excussa glande.* Vide Codd. Vett.

735 Nox subit, atque] Al. *subiit*. An sic leg. ? *Non subiit; oculos v. o. t.* Vide Codd. Vett.

738 Vox fauces] Leg. videtur *fauces vox.*

747 Semianimis] Al. *semianimus*. placet propter τὸ *sanguis praecedens.*

749 Per viscera] An *guttura?* alias legitur *vulnera*, sed non placet. τὸ *viscera* rectum, & genuinum videtur: nec obstant superiora illa *jugulumque senilem Confodiam.*

751 Festinans] Ordo. *Argus festinans praecedere letum nati, non credidit animam uni morti.* Sed alias *festinansque* legitur, & *festinantem.* Ego legendum censeo.

- - - *letum praecedere nati*
Festinans, animam morti non credidit uni.

Rectius & numero suaviore. Certaminum autem hoc tertio libro contentorum pleraque ita confusa sunt, ut, qui Romani, & qui Massilienses sint, vix distingui possit. Utriusque partis fere Graeca sunt nomina. Actiones hyperbolicae pleraeque, &, verisimile excedentes; sed adulterina sunt non pauca, ut adnotatum est.

Ad Librum quartum.

23 Aufert tibi] Leg. f. *sibi* pro *ei*, *illi* &c. V. L. VII, 23, 811. Quintil. *suum* pro *ejus* Lib. IV. p. 190.

30 Praestant] Al. *perstant*, sed versus spurius videtur.

45 Munitumque] Hic, & seqq. duo versus addititii videntur.

61 Flammasque] *Flamenque* legendum videtur.

70 Sed nimeos rap. fuga] An legend. *sed nimium rapuere fugam. Rapere fugam* pro arripere. Vide Codd. Vett.

77 Nec servant fulmina fl. quamvis crebra micent] Delend. hic versus. H. Grotio teste abest a MSS. vide notas secundas.

80 Colorem] *Colorum* leg. videtur.

87 Ripis] An *rivis?* placet. vs. 139. vice versa τὸ *ripis* in *rivis* mutatum fuerat.

98 Jam tumuli] Usque ad vs. 120. *eripe terras.* actum agit interpolator.

106 Pars ima] Al. *una.* τὸ *ima* non placet.

Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus nox atra videt, manesque profundi.

108 Non quicquam] L. *nec quicquam.*

109 Ignes] Al. *aestus.* τὸ *aestus* hinc ejectum fuit propter viciniam sequentis vs. 113.

112 Impendas aera nimbis] Pro impendas aëri nimbos. &c. An *impraegnes* leg. pro *impendas?* ἐπέχω. Legitur alias *infundas*, sed non placet.

137 Utrimque] An *inultra* i. εἰς τὸ πέραν, ut *inante?* ἐπέχω. Antiqui geminabant praepositiones *insuper, inante, ad ex, in circum, ab ultra, ab ante, incoram, in palam, ab usque, ex usque, inusque.* Cicero, *in ante diem, ex ante diem Non. ad ex Cal. Martii.* Tacit. *Tiberio abusque.* Cicero pro Flacco. *Sed ab usque Tmolo petivit.* Ex *inultra* primum factum est *inutra*, ex quo *inutraque*; ex *inutraque* autem *in utrinque*, ex quo demum *utrinque.* V. Codd. Vett. *ultra* pro ultra hoc tempus ἐλλειπτικῶς. Lib. VII, 23.

Seu verso patrias ultra sibi cernere sedes.

138 Curvare] An *curare? curare nemus succisum* i. materiam caedere ponti faciendo.

158 Cavae] Legendum videtur *valle cava media* sub. existente.

165 Ne liceat &c.] *Excipiant recto fugientes.* Hi duo versus suspecti, & nothi videntur. Qui fugientes pectore ferrum excipiant? quid est τὸ *recto pectore?* an *adverso?*

176 In amplexus] Legendum videtur *in amplexusque.*

186 Det] Al. *dat*, quod placet. Vide Codd. Vett.

189 Nunc ades] Al. *hue* i. adsis nobis auxilio, fer opem. Loquitur ex persona alicujus temporum Caesarianorum aequalis. Sed ex persona sua hic poëta loqui debuisset. Nota errorem Lucani.

197 Duro] Τὸ *duro* non placet. sed Lib. V, 278.

Non duro liceat morientia cespite membra
Ponere.

198 Et permisto] An legendum, *super & mystas.* Τὸ *permisto* hic non placet. Vett. Codd. confer. Huc refer *& mystica vannus Hiacchi. Mystam Bacchum* dictum legisse videor, si bene memini. *Super* pro super mensas. Vide notata ab Heinsio de libatione ἀγαθοῦ Δαίμονος ad Horat. Item Servium ad illa.

Non ego te mensis & Dis accepta secundis &c.

209 Junctosque ampl.] Al. *junctos ampl.* placet τὸ ἀσύνδετον.

218 Nullo discrimine] Ex Virgiliano illo sumptum Aen. I.

Tros Tyriusve fuat, nullo discrimine habetor.

Sic enim emendamus pro lect. vulg. *agetur*, ex Aen. XI. versu illo.

Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo.

& ex isto Lucani loco. τὸ *agetur* enim ridiculum. Vide notata.

229 Hoc] i. e. per hoc, propter hoc. an *hac* legendum, i. hac ratione? VV. Codd. consulendi. post *aequa* interrogationis nota ponenda fortasse.

232 Funera] Al. *foedera.* V. Codd. Vett. τὸ *foedera* ejectum fuisse videtur propter sequentia ista.

- - *Cum forsan foedere nostro*
Jam tibi sit promissa salus.

243 Deorum invidia] An legendum?

- - *Et quae Fortuna, Deûmque*
Invidiae caeca bellorum in nocte tulisset.

Sic apud Martialem legendum omnino videtur.

Regelare nec te pestilentiae possit.

Vide notata ad Martialis locum. Posset & legi *Deorumque invidiae:* sed prius placet. Infra vs. 373. *O prodiga rerum Luxuries.* Lib. VIII, 137. pro eo, quod est in vulgatis, *materiam*, veteres Codices habent *materiem. Tulisset* i. sua fecisset, tulisset tamquam onus, & culpam.

251 Et scelerum turba] Suspectus hic versus. in MSS. testibus Pulm. & Bersmanno tertio deinceps loco sequitur. Vide MSS. Vett.

258 Crimine belli] An leg. *nomine?* Nam quid est τὸ *dux eris causae melioris hoc solo crimine*, quod tuum non est. Vel potius *cardine* hic rescribo i. tempore, occasione, flexu. Virgil. *nec tanto cardine rerum.* Vide locum sic infra Lib. VII, 380.

- - - - - - *ultima fata*
Deprecor, ac turpes extremi cardinis annos.

283 Miscendae Mortis] Al. *Miscendi Martis.* Sed minus placet.

303 Super multo] An *superfuso* i. abundanti, exundanti? *Superfusus Tiberis.*

317 Palmite] An *cortice crudo Arboris, aut tenera* &c.? placet.

328 Rescissoque &c.] Hi quatuor versus suspecti. Nota varietatem lectionum.

383 Pectore] Legend. videtur *corpore*; quae permutatio frequens est in libb. Vett. sic Lib. III, 619. vide locum.

399 Favor] Al *pavor*. sed τὸ *favor* sequentia illa confirmant.

- - - - - *sic praelia soli*
Felices nullo spectant civilia voto.

436 Curetum] *Curictum* scribendum à nominativo *Curictes*. Plinius *Curictas* vocat. Quidam VV. Codd. habent *Curitum*.

412 Spoliabat] *Spoliarat* leg. V. C. V.

454 Adducto] Sabell. *abducto* legit. Sed lectio recepta placet. V. Cod. Vett.

459 Rupes] Al. *raptus* i. τὰς ἁρπαγὰς placet.

469 Depressa] Al. *depressa* placet. Vide notata infra L. VI, 168.

475 Rexit] Hic τὸ *rexit* idem est, quod *erexit*, simplex pro composito à *rego* unde est *rectus* ὀρθός. Supra *premitur* pro *deprimitur*, *pressus* pro *expressus*, & similia. Vide Interpp. infra L. VII, 350. *regent* positum est pro *dirigent*. vs. 511. *rexere*, pro *direxere*. Hanc expositionem confirmat locus infra *sic cunctas sustulit ardor Nobilium mentes juvenum* &c. τὸ *sustulit* enim idem est τῷ *rexit*, seu *erexit*.

478 Nulli superest] Sic distinguendus videtur hic versus.

Vita brevis nulli. Superest, qui &c. habet. nec gl.

ἐλλείπει pro *superest ei, qui &c.* Vide Edd. Vett.

484 Accersas] *Accersis* leg. videtur. Vett. Codd. consulendi.

485 Fuga &c.] Τὸ *sed* hic subauditur *sed fuga nulla patet*. Sic Aen. II.

Et nos aliquod nomenque decusque
Gessimus, invidia post quam pellacis Ulissi &c.

Sic & infra vs. 710.

490 Conferta] Al. *conserta*, & *constrata*: sed τὸ *conferta* magis placet.

495 Diverso e littore] i. ex Illyrici, & insulae littoribus oppositis. supra de insula.

Ut primum adversae socios in littore terrae.

&

- - - - - *avideque petitis*
Insula deseritur ratibus.

Versus hic nonnihil suspectus fuit. Vide Codd. Vett ἐπέχω.

518 Est] Τὸ *est* abest à Vett. Codd.

528 Nox tum &c.] Hic versus addititius omnino videtur. Saltem interpolator scribere debuerat.

Et cum Thessalicas urget nox parva sagittas.

ut in praecedentem versum quadraret.

542 Ecquis] Al. *Et quis*, ἀρχαίως. Vide Codd. Vett.

545 Jam dudum] Τὸ *jam dudum* hic pro *jam jam* i. παραυτίκα positum. Sic Virgil. Aen. II.

- - - *Jamdudum sumite poenas.*

Ibi Servius

Jamdudum, modo, quam primum.

Vide Lamb. Hort.

554 Tantos] An *totos?*

572 Ducibus mirantibus, ulli Esse ducem tanti] An *ullis?* vide Codd. Vett. Haec duo hemistichia nonnihil suspecta sunt nobis, sed ἐπέχω.

595 Justa] Al. *vasta*, *vera*. infra *tam vastas vires* legitur.

620 Miranturque &c.] Sic omnino legendum, & distinguendum videtur.

Miratur habuisse parem; nec viribus uti.

Penthemimeris. Infra L. V, 190.

Effluit & gemitus.

625 Tunc obliqua percussa labare crura manu] Insititia videntur hemistichia haec duo. Vide Codd. Vett. & luctatorum σχήματα inspice.

627 Compressis] An *comprensis* leg.? Virgil. Aen. VI.

Terque viri comprensa manus effugit imago.

Vulgo legitur *compressa* minus eleganter. Itidem hic τὸ *comprensis* elegantius dictum videtur, quam *compressis*. *comprimere* enim, & *arctare* idem notant.

628 Pedibus] F. *genibus*.

629 Explicuit] i. humi stravit explicitis membris i. porrectis. Nota phrasin. Il le jetta tout estendu sur la place. Infra de serpente Pythone in Parnasso ab Apolline occiso.

Ultor ibi expulsae, premerent cum viscera partus,
Matris, adhuc rudibus Paean Pythona sagittis
Explicuit.

& Lib. VII, 148.

Spiculaque extenso Paean Pythone recoxit.

635 Defectam] An *dejectam?* Vett. Codd. consulendi. τὸ *dejectam* placet. i. timuit Hydram à se truncatam, postquam angues suos reparasset.

641 Intra] L. *contra*.

669 Excivit Libycae gentis] Al. *Libyae gentes*. Τελεία στιγμὴ post τὸ *excivit* ponenda videtur.

674 Plaga fervida] Quae est illa *plaga fervida?*

dis? Nonne meridies? sed jam dixit *à medio cardine?* Inepta sunt ista, ab inepto interpolatore supposita. *τὸ Ammon* cum sequentibus optime connectitur.

688 PRIVATAE] Legendum videtur *privata ira. dabat* i. gerebat. *dare stragem. dare Romam eo cladis.* i. adducere Lib. VII, 406. & similia. Vett. Cod. consulendi.

700 MUNIA] Al *moenia. nocturna moenia desolata* pro noctu desolata i. per noctem. Vide vs. 732.

705 VOLUNTAS] Al. *voluptas* i. dira cupido caedendi, occidendi. Hom. *αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.* V. C. V.

710 ODERE] *Τὸ sed* subaudiendum. V. supra vs. 485.

719 INCAUTUS AB HOSTE] Al. *incauto.* Legendum fortasse.

Hoc solum metuens incauto abs hoste timeri.

Vide Codd. Vett. Sic apud Martial. Amphit. Ep. XIX. legend. fortasse.

- - *cornuto abs ore petitus.*

pro vulgata lect. *cornuto ardore*; & Lib. II. Ep. 84.

Abs hoc occisus &c.

An legend. *incauto ex hoste?* Sic Propert. Lib. III. pag. 224.

Eductosque pares Silvestri ex ubere reges.

pro *eductos à Silvestri ubere.* An & Martialis locus in Amphit. sic corrigendus *cornuto ex ore?* *ἐπίχω.*

745 PROJECIT IN AGROS] Lib. VIII.

- - *projectaque regna sub Austro.*

Al. *dejecit in hostes. τὸ hostes* mutatum in *agros* fuerat propter *τὸ hostes*, quod quarto retro versu legitur. *dejecit* i. locis editis misit. Exempla quaerenda, & Vett. Codd. consulendi.

751 PULSU RIGIDOS VEXANTIA FRENOS ORA TERENS] Spuria.

754 ARMI] Al. *artus.* sed *τὸ armi* confirmant *fessa cervix, oraque, pectora & ilia.*

762 IMPETUS ILLI] *Illi* & *hostem* legendum omnino videtur. vulgo *illis*, & *hostes.*

774 EMINUS] Leg. videtur.

Comminus obliquis, & rectis comminus hastis Obruitur i. à fronte, & lateribus comminus hastis confoditur. Vide Codd. Vett.

778 AT SI QUIS &c. VIX INPUNE &c.] Hi duo versus suspecti sunt.

800 ARTE] Placet *arte.* vulgo *arce.*

814 TANTA] Sub quanta tu fuisti. Hoc elogio librum suum claudit Lucanus. Reliqua addititia videntur.

818 MENTEM] Cujus? *mentes* dicere debebat. Cum superioribus non bene connectuntur ista.

Ad Librum quintum.

24 CLAUSUSQUE] An *densusque?* V. C. V.

28 VEJOSQUE] *Τὸ que* abest a Vett. Codd. placet *ἀσύνδετον.*

64 EREPTUM EST] Τὸ *est* abest a Vett. Codd.

79 PREMERENT] Al. *premeret.* placet. Aut hic locus sic fortasse rescribendus.

Ultor ibi rudibus Paean Pythona sagittis
Explicuit, cum regna Themis, tripodasque teneret.
Usque sacrae vidit vastos telluris hiatus &c.

Sed hic liber, ut & seqq., ab authore relictus est imperfectus.

73 NUMINE MIXTO] Communi cultu Apollinem, & Bacchum colunt Delphi. Utrumque eundem esse, Euripides tradit, & Aristoteles in Theologumenis, & Varro, quod Granius Flaccus confirmat, authore Macrobio. Vide notata ad Lib. IV, 198.

Instituunt & permisto libamina Baccho.

91 CONTACTUSQUE] Sic Vett. Codd. al. *contactumque.*

105 CONCIPIUNT; NAM FIXA CANENS, MUTANDAQUE NULLI, MORTALES OPTARE VETAT. NON SECULA DONO &c.] Sic distinguendum, & legendum videtur; cetera ab interpolatoribus addita fuisse videntur.

164 QUOD NON &c.] Usque ad *tam magna latentem* nothi sunt versus.

196 CONVALLE] Ἐν τοῖς κοίλοις τῆς Εὐβοίας. Vide Ortel. in *Coela Euboeae.* & in Valer. Max. corrige erratum *cella* pro *coela.*

209 EXCLUSAQUE] Al. *Expulsaque.* Vide Vett. Codd. *τὸ excussa* placet. Respondet enim superioribus illis.

- - - *vastisque abducta cavernis*
Haesit.

220 MEDIAE TENEBRAE] Nox, an oculorum caligatio, an claudens oculos somnus? Mediae tenebrae dicuntur, quae inter lucem illam sacram, & vulgarem interveniunt, sive sit caligatio, sive somnus.

226 SUBSIDERE REGNUM] i. e. invadere, occupare exponitur. Vide Serv. in Aen. illud. *subsedit adulter* Lib. XI. An *subsidere regno* &c. vel *subsistere regno?* Vide Codd. Vett.

237 CAESAR REM] Al. *remeabat Caesar.* quae structura placet.

254 SCIT NON ESSE &c.] Hic versus suspectus.

262 QUAERIS &c.] Haec interrogative pronuncianda.

281, 282, 283 Hi versus insititii videntur.

287 ISTAS] An legendum?

- - - *Si nondum comperit ista*
Omnia posse manus.

Ista manus i. nostra, o Caesar. *Omnia posse* i. tyrannum, ducem partium occidere.

306 MATRESQUE SENATUS] i. matronas Senatorias. Inepta phrasis, & Lucano indigna. Matronas dicere debuit.

321 HIC FUGE] Hoc in loco fugere incipe. An leg.? *Hinc fuge.* V. C. V.

343 PAUCIS VIVIT] Quid vult dicere?

358 QUIRITES] Actum agit interpolator. supra enim dixit.

Vadite, meque meis ad bella relinquite fatis.

Ibidem *invenient haec arma manus.* Ex Plutarcho, & aliis sumpsit interpolator.

362 QUO SOLO STABUNT] Falsum. al. *stabant.*

363 ET DISCE FERIRE] Quid sibi vult? an legendum? *Discensque ferire, disce mori:* vel sic *nec disce ferire; disce mori.*

365 MAGNA] *Multa* leg. videtur. V. C. V.

376 TARAS] Fluvius urbi cognominis.

378 FRUGIFER] Garganus frugifer. An *pinifer?* quid si *fagifer?* non displicet. Garganus saltus est. Horat. *Querceta Gargani laborant usque* &c. fagus autem quercus est genus Gloss. Philox. Aesculus εἶδος δένδρου φηγὸς βαλανοφόρος.

393 DIRIMIT] An, dirimit plebem in classes, per classes suffragaturam scilicet? An, vocat, citat ad suffragia? Vide Comm.

404 DESERUIT RASTRIS] i. e. rastris privavit i. incultam reliquit. Nota phrasin.

409 VISUM EST] *Est* abest à Vett. Codd.

410 TENERI, DUM] Sc. *teneri. cum*, nova distinctione.

450 NOVA VOTA] Usque ad *spes o. abit* nothi videntur.

456 IMAQUE SENSIM &c.] Qui istud? *Summa* potius dicere debuisse videtur propter auram matutinam, quae maris superficiem crispare solet, non ima maris concutere. An scribendum *auraque sensim conc. pelagus.* Nota est illa aura matutina, quae sole oriente oriri solet. Infra vs. 717.

Cum primum redeunte die violentior auster
Puppibus incubuit, Phoebeo concitus ortu,
Praetereunt &c. ex *aura, ura, una, ima.*

Movitque ad motum pelagi moveri visus est mons.

460 PALAESTINAS] Palaeste locus circa Ceraunios montes. παλαιστή, unde παλαιστῖνος. *Palaestinus. Palaestinae deae*, furiae dictae. Ovid. Fast. IV. τὸ *Palaeste* apud Caesarem Lib. III. de Bello Civili in *Pharsalos* depravatum fuit, ut ex Vet. Cod. Paul. Marsus ad locum Nasonis supra citatum indicavit. Vide locum.

494 JAM VOCE] Usque ad *habet.* Haec suspecta sunt, & addititia videntur, sed ἐπέχω.

524 SUBLATO] Sic fort. leg. & distinguendum.

- - - - - *sic fatus, ab alto*
Aggere jam tepidae sublatam fune favillae
Scintillam.

530 AB ALTO AGGERE] i. ab imo aggeris cinerei, quo ignis tectus erat in foco. Male interpretes de cubili accipiunt. *Commotos* i. flabello motos, agitatos.

534 ULTRA CUNCTA CARINAE] An *ultracumque carina* &c. *ultracumque* & *undecumque*, *quandocumque*, *quomodocumque*, & similia. *ultracumque* i. ultra hoc tempus. *ultra umquam*, in posterum umquam. Vide Gloss. Vett. &c. de voce *cumque.* Item Horat. Comm. in hoc. *mihi cumque salve rite vocanti.* τὸ *ultra* de tempore inferius L. VII, 23.

Seu vetito patrias ultra tibi cernere sedes.

vs. 435.

- - - - - *nec respicit ultra*
Ausoniam.

541 NAM SOL &c.] Et hoc luxuriantis Lucani styli exemplum.

550 SUB NUBEM TRISTIS] Al. *nubes.* an? *sub tristia nubis ituro* i. sub velum triste nubis. i. obscurum. obscura enim, & nigra, tristia, & lugubria dicuntur. an fort. scribend.

- - - - - *sub nubis tegmen?*

an. *sub nubem & tristis i.?* V. Codd. Vett.

554 NATANTI] An *madenti* ex natatu? placet.

555 OCCUPET IMBREM] An imbri occurrat, imbri se paret, muniat se contra pluviam, ut scilicet plumis madefactis imber defluat, nec ad carnes penetrare possit? Notus est rusticorum mos saga linea ante pluviam madefaciendi, ut illis humore modico sparsis, & lubricatis facilius imber defluat.

560 FATUS] Sic leg. ex V. Cod. sub. *est.*

573 NEC RATIS HESPERIAS &c.] Insititius videtur.

588 NEC FLECTE] Leg. videtur *ne flecte.* Sic & Vett. MSS. habent.

597 INDE RUUNT] Luxuriat hic supra modum Lucani stylus. praecedentia quoque ὑπερβολικώτατα.

600 TOTAS] An *tortas* legend.? Vide Codd. Vett.

602 CONCIDAT] Al. *pareat.* Sed glossa videtur. *concidat* i. succumbat, retundatur. supra. *occurrit gelidus Boreas, pelagusque retundit.*

610 CREDIDERIM] Al. *credideris.* V. Codd. Vett. Virgil.

- - - *credas innare revulsas*
Cycladas &c.

619 MAGNO MARI] An Oceano, seu maris mediterranei latissimo alveo? placet postremum.

620

620 Monstriferos] i. prodigiosos, magnitudine sua monstrum seu prodigium ferentes i. malum aliquod portendentes. Legitur alias *mortiferos*, sed depravate.

625, 626. Spurii videntur.

643 Qua parte] Al. *quacumque*. Vide Codd. Vett. τὸ *qua parte* glossa videtur.

650 N. l. curvae Thessaliae s. pavent.] Thessalia hic locum non habet. Haec spuria videntur. Τὸ *pavent* non placet.

653 Summa] An *sola* legend.? *Summa* enim Ceraunia timere non possunt. *Summa* autem & *scopulosa* duo illa ἐπίθετα non placent simul posita.

674 Pertulit] Al. *protulit* i. prorsus tulit. περιττῶς. V. Codd. Vett. *proferre fines*, *pedem*, *gradum* &c.

680 Suorum] An *suo tum*? Vide Codd. Vett. τὸ *suorum* hic nullo modo placet.

684 Invitis] Al. *invisis*. an *infidis*?

686 Tantus] *Totus*, scribendum videtur.

696 Fatum] Al. *summam*. Hujus versus lectionum varietas notanda.

720 Nudas] An expositas Aquiloni? placet. sequens versus addititius videtur. Interpolator, τὸ *nudas* expositas intellexisse videtur, & ideo sequentem versum interposuit, ut rem explicaret. Non ergo errat hic Lucanus. Vide Caesar. Comment. & notas Grotii posteriores, & refuta.

736 Aversi] Vett. Codd. *adversi*. placet. Catull.

Qui sedens adversus identidem te spectat & audit.

739 Non nunc] Sub. pete amplexus meos, oscula mea &c. Similis ἔμφασις legitur Lib. x. vs. 370.

- - - *per te quod fecimus una*
Foedus ades.

i. e. oro te per foedus &c.

757 Magni] Al. *nostri*. τὸ *nostri* propter τὸ *nostras* ejectum fuisse videtur.

776 Adsuescis] i. assuefacis, μεταβατικῶς. An legendum *assuesco*? V. Codd. Vett.

781 Puppim] Ad navem Thesei alludit.

Ad Librum sextum.

10 Nunquam Latiae] Placet *Latiae nunquam*.

23 Profundo undique praecipiti] i. in quod undique praecipitatur è rupibus praeruptis. i. rupibus praeruptis undique cincta. Nota phrasin. An *recessu*? V. C. V.

24 Vomentibus] An *domantibus* legendum. i. frangentibus? An *morantibus*? V. C. V.

35 Direptaque] An *diruptaque*? i. e. rudera ex moenibus dirutis.

45 Flumina] Usque ad *intermanet agris*. Hic varietas lectionis falsitatis indicium est.

57 Aut Pelopis] *Et* reponendum videtur; quod ab interpolatore mutatum in *aut* propter sequentis versus initium. *Et ratibus* &c.

73 Tantum septi &c.] An tantum agri gyrum sibi munit Pompejus, quantum est iter Roma Ariciam, aut Hostiam recta linea. i. xiv. M. ambitum ex inmani illo spatio à Caesare incluso abscissum sibi munit Pompejus? An vero tantum agri exponendum est in diametron, non in circuitum, quod ter tantum esset? ἐπέχω.

79 Et fit saepe &c.] Suspectum.

83 Frondentem] Nota τὸ *frondentem* de herbis dici.

107 Aëre non pigro &c.] Ex istis superiora illa interpolator effinxit.

Traxit iners coelum fluidae contagia pestis &c.

Item

- - - *coeloque paratior unda*
Omne pati virus &c.

109 Nondum surgentibus altam in segetem culmis] Haec duo hemistichia suspecta.

126 Minuti] Ex variis lectionibus placet *Mimitii* pro *Mimitii* à nominat. *Mimitius*. Appian. Vid.

129 Tot] *Quot* legendum hic omnino videtur. V. Codd. Vett.

135 Lampadis] *Lampades* legendum videtur.

139 Mundi jura petebant] Al. *patebant*. i. mundi potestas, jus, imperium, quod hactenus vallo fuerat interclusum, jam patebat Pompejanis i. reipub.

145 Ante feras Rhodani g.] i. ante bellum Gallicum. Quid si *Rheni* pro *Rhodani* legatur? *Rhodanus* in provincia Romanorum erat multo ante bellum Gallicum: quare τὸ *Rheni* pro *Rhodani* placet. V. Codd. Vett.

146 Longo ordine] An cum longo ordine militum sequentium, ut Sulpit.? An propter longam militiam, propter multos ordines ductos?

152 O famuli turpes &c.] Hic versus in quibusdam MSS. desideratur, sed & sequentes duo ejusdem farinae esse, quis non videt?

168 Deprensa] Al. *depressa*. An *depressa numero* & *loco* i. numero & loco inferior? placet. Sic *palma depressa cum impetu resurgit in deprimentem*. Vide supra L. iv, 469.

- - - *quantum depressa valebat*,
Effecit virtus. al. *deprensa*.

169 Plus quam mortem] i. an etiam victoriam dare posset? Virgil.

Una salus victis nullam sperare salutem.

172 Ruinae; Roboraque et moles hostiseque] Nova distinctio.

181 Admovere] Al. *aequavere*. Sed glossa est.

184 Compressus] Al. *depressus.* an *deprensus?* Legitur & *comprensus.* V. Codd. Vett.

186 Jamque hebes &c.] Uterque versus Lucani videtur. Vide Grot. not.

193 Fragmenta] An *segmenta?* Τὸ *fragmenta* hic non placet.

195 In summis ossibus] An *assibus* i. scuto ex assibus coagmentato? Vide Caesaris Comment. ab *assis*, *assula*, *asser*, *asserculus* &c. Sed si nihil obstat vitalibus praeter hastas pectoris ossibus haerentes, cur supra dixit.

Fortis crebris sonat ictibus umbo?

Umbo enim est pectoris munimentum. Haec ridicula sunt, & versus illi tres. *Et galeae fragmenta* usque ad *ossibus hastas*, ab interpolatoribus addita videntur; qui, quod inferius legissent.

Perditis haesuros nunquam vitalibus ictus,

Scaevae vitalia invulnerabilia esse crediderunt propter hastas pectoris ossibus adhaerentes: quibus addiderunt, & quae mox sequuntur. *Jam pectora non tegis armis.* usque ad *monstris.* Vide infra notata ad vs. 211.

200 Limine portae] Alludit ad Bitiam Virgilianum Phalaricae ictu interfectum ad portam, quam cum Pandaro fratre servabet. Virgil. Aeneid. IX. versus finem.

202 Armis] i. scuto, sed actum agit: supra,

- - *nec quicquam nudis vitalibus obstat.* &c.

205 In pectore] Falsum. Scuto enim, non pectore ferebat. Vide Caesaris Comment.

211 Viscera &c.] Haec comparatio fecit, ut interpolator sibi persuaserit vitalia Scaevae telis impenetrabilia esse, & ineptos versus, quibus hoc exprimeret, Lucanicis inseruerit.

224 Vultum] i. oculum cum telo eruendo.

226 De sanguine] Al. *e sang.* Sed legendum videtur *majora viris*, *nec sanguine parvo* &c. i. conspectum vulnus in Caesare, idque cum sanguinis effusione non parva, majora gaudia illis non faceret &c. V. Codd. Vett.

230 Parcite, ait, cives] Al. *jam.* τὸ *ait* pro *jam* suppositum fuisse videtur ab imperito quopiam, quod subauditur. Sic infra vs. 605. *Thessalis & contra. si fata minora* &c. V. Codd. Vett.

237 Tenentem] Al. *prementem*, & *trementem.* Τὸ *tenentem* glossema videtur τȣ̃ *prementem.* Infra L. VII, 562.

Quae presso tremat ense manus.

& L. IX, 675.

Ipsa regit trepidum Pallas, dextraque premente.

246 Effatus] Al. *est fatus*, & *affatur:* sed legendum videtur omnino *effatur.*

248 Hic] Pulvis subintell. non Caesar, ut male Sulpitius accepisse videtur in haec verba; sed inferius recte.

250 Ruis] i. defectus viribus in terram cadis. male Sulpitius *moreris.*

256 Exornantque] An scribendum. *His ornantque Deos* i. templa, an simulacra? Sequentia duo hemistichia, *ac nudum* usque ad *suis* suspecta; sed ἐπέχω.

287 Circeae] Legendum videtur *Phryxeae.* Supra vs. 56.

Ingestoque solo Phryxeum elidere pontum.

Phryxeae procellae i. Hellespontiacae.

289 Arma] i. armatos. an scutatos? placet. Dein *super* pro desuper positum videtur.

339 Zephyros] Al. *Zephyron.* Legendum omnino videtur.

Excipit adversos Zephyron & Japyga P.

Heptemimeris. Sic infra Lib. VII.

Mors hic gentis erat; sanguis ibi fluxit Achaeus.

346 Pelago] Vet. lib. *pelagi.* Grot. an *pelago* i. ad pelagus? *It clamor coelo* &c.

351 Eminet, et prima] An sic legendum.

Eminuit, prima & Rhoeteia?

Librarii imperiti transpositionem particulae non probantes rescripserunt *Eminuit & prima:* ex quo factum est *Eminet*, & metri causa.

355 Ubi nobile] Τὸ *ubi* refer ad τὸ *Pharsalos* regnum Achillis, non ad τὸ *Larissa.* Itidem τὸ *veteres ubi fabula Thebas.* At τὸ *ubi quondam Pentheos exsul* ad τὸ *Thebas* referendum. τὸ *ubi* autem in his suppositum fuisse videtur pro *qua* i. qua parte. de qua significatione vide Lib. I, 409. *quaque jacet* & seqq. infra.

Qua juga devexus Pharsalica porrigit Haemus.

Naso Epist. Phyll.

Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad H.

Fortasse etiam sic rescribendum.

- - - - - - *Thebas*

Monstrat; Echionii qua quondam.

363 Et tuus] L. *at t.*

374 Phoenixque] *Penisque* Aldus. V. Codd. Vett. addititius videtur hic versus.

382 Boebicio] Al. *Boebaico.* a Βοίβη πόλει καὶ λίμνη, Βοιβαῖος, Βοιβαϊκὸς, ut ab ἀρχὴ, ἀρχαῖος, ἀρχαϊκὸς, Ἀχαῖος, ἀχαϊκὸς &c. Τὸ Βοιβαῖος a Βοίβη agnoscit Stephanus, posset & *Boebiaco* legi. a Βοιβία, Βοιβιὰς λίμνη, Βοιβιακός. sed τὸ *Boebiaco* non agnoscunt Pulmannus, & Bersmannus in variis lectionibus. τὸ *Boebaico* autem in Vett. MSS. exstat. V. Codd. Vett.

383 Lelegum] Plinius author est, Locros Epicnemidios olim *Leleges* appellatos fuisse, per quos amnis Cephisus defertur in mare Lib. IV. cap. 7. Idem Strabo affirmat, & hos Hesiodi versus adducit.

Ἤτοι καὶ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν &c.

384

384 Aeolidae] An *Aetoli?* placet. V. Codd. Vett.

385 Minyae gens] Hic legendum videtur.

Et Magnetes equis, Minyae & gens.

Τὸ & omissum propter transpositionem, ut supra vs. 351. eadem de causa trajectum est, & versus depravatus. Quid si legatur *equo, & Minyae?* V. Codd. Vett.

397 Thessalicus sonipes] Plerique tradunt hoc in Attica contigisse; idque Athenis ipsis: sed variant poëtae in fabulis narrandis; & variandi occasionem dedisse videtur equorum Thessalicorum bonitas apud omnes celebris. Sic supra à Lucano in Isidis, seu Jüs tabula variatum, vs. 362.

- - - - - *nec fortior undis*
Labitur avectae pater Isidis.

i. Inachus fluvius in Thessalia.

402 Itonus] Al. *Ithomos*, quod placet.

403 In formam] Pondera massae calidae in formam percussit i. τὰς ἀμόρφους μύδρους ἐμόρφωσε. de ferro accipiendum videtur.

404 Moneta] An *monetae?* ἐπίχω. V. Codd. Vett.

407 Numerare] Propter numos scilicet. A *numus* enim ductum est *numerus*, *numero* &c. Hoc *numus*, *numeris*, ut *vellus*, *velleris*. Ex *numeris* genitivo factum est *numerus*. Sic ab ὦμος, τὸ *homus*, *homeris*, *humerus*, *humerum*; ζυγὸς, ζύγος, τὸ *jugus*, *jugeris*, *jugerum*, & similia. *Modus*, *moderis*, *modero*, *moderor*, *modernus* i. modo existens, ὁ νῦν ὤν.

416 Est] Τὸ *est* abest à libris quibusdam. Vide Codd. Vett.

423 Qui stim.] *Hic* pro *qui* legendum videtur. pro *Deli* alias *Delii*; sed τὸ *Deli* placet. pro *ore* al. *aere Jovis*. Vide Servium ad illud Aeneid. *Dodonaeosque lebetes*. Vett. Codd. consulendi.

431 Detestanda] Al. *detestata*. Horat. *bellaque matribus detestata*.

432 Moverat] Virgilius.

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Infra. *Si fata minora moveres*. al. *noverat*. sed *moverat* i. carminibus sollicitaverat, tentaverat, expertus erat. Vide Codd. Vett. Sed hic *molitur* pro *moverat* & legendum videtur, & τὸ *que* post *tristes* restituendum videtur, quod interpolatorum audacia ejectum, seu potius in & mutatum fuerat. Scripsisse ergo videtur Lucanus,

Molitur, tristesque sacris feralibus aras
Adjuvat ipse locus.

Studiosus aliquis τὸ *molitur* i. *movet* interpretatus erat, & in margine adscripserat; quod interpretamentum cum in locum τοῦ *molitur* suppositum fuisset, versumque impediret, in *moveras* à sciolis mutatum est, & quod versum expleret, τὸ & hinc adjunctum est, τοῦ *que* sublato post τὸ *tristes*.

437 Transierat] *Transierit* legendum omnino videtur. *is* in *at* mutatum propter praecedens *moverat*.

438 Thessala &c. &c.] E. superioribus repetita. *ingenuit magos rupibus*. ridiculum.

505 Et patitur] *Haec* pro & hic rescribendum videtur: item *depressa*. post versum *donec* &, in quibusdam libris legitur.

Addidit exceptas lunae de nocte pruinas.

509 Inque novos ritus] Hic *usus* videtur legendum pro *ritus*. Quis enim vocabulum tam propinquo repetitum in Lucano, poëta ingeniosissimo, ferre possit. Sic infra vs. 578.

- - *carmenque novos fingebat in usus.*

515 Profanae] An *profana?* Vide Codd. Vett.

522 Auras] Hic *herbas* omnino legendum videtur. V. C. V.

530 Fatis deb. ann. mors inv. subit] Haec duo hemistichia suspecta.

533 Fumantes &c.] Hi quinque versus suspecti.

539 Ducitur] An *fugitur?* V. Codd. Vett.

557 Funereae mensae] Quae funereae mensae hoc admittunt scelus? Magicas dicere voluisse videtur. Sed isti duo versus *Nec refugit* &c. *Extaque fun.* &c. desunt in MS. Codice V. Putean.

598 Ruant] An pro irruant i. in me ruant, simpl. pro composito? alias, cadant i. accidant, contingant.

608 Presserunt] i. urgent, gravant, opprimunt. *presserunt mortem* i. hominem mortalem oppresserunt. An τὸ *premere* hic est vocabulum forense, quod τῷ *defendere* oppositum est. Naso de eloquentia.

Protegit haec sontes inmeritosque premit.

Vide Quinctil. & locos Authorum.

618 Rhodopea] *Rhodopaea* scribendum. A Ῥοδόπη, Ῥοδοπαῖος, Rhodopaeus. Nota phrasin, *tellus & campi nobis loquentur*. Vide Ciceron. Appar. in *loquor*.

620 Attollere] An legend. *extollere?* quid si legas *abstollere?* non displicet: ab *abstollo* sunt *abstulit* & *abstulisse*. V. Codd. Vett. τὸ *attollo* hic non placet.

629 Medullas] i. Viscera, τὰ ἔντερα supra L. 539. *tracta durescunt tabe medullae*. Infra vs. 668. L. VII, 843. & pluribus locis Plaut. Stich. Act. II. Sc. 3.

D I. *At ego perii cui medullam lassitudo perbibit.*
G E. *Quid ego, cui misero medullam ventris percepit fames.*

Medullam ventris i. e. intestina, τὰ ἔντερα. Virgilianum illud, seu potius interpolatorum additamen-

mentum *Est mollis flamina medullas*, huc referri potest. Vide notata ad Virgil. Intima quaeque sic vocantur. *Anseris medulla* Catullo. i. intima pluma, & tenuissima, mollissima. *Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo & anseris medulla* &c. *Arboris medulla*. Italis, *La midolla del pane*.

630 Stantes] i. integras, ferro non foedatas. Lib. vii. sub finem.

Et stantes tumulos & qui radice vetusta
Effudere suas &c.

Lib. vii. *Stantis adhuc fati* Cornelia i. fortunae integrae Cornelia. item L. viii. vs. 181.

- - - - - *nec munere Magni*
Stant semel Arsacidae.

i. incolumes sunt, servati sunt.

633 Tollere &c.] Ex superioribus illis repetitum.

Emathiis unum campis attollere corpus &c.

637 Gutture] i. cujus guttur ipsa unico trajecerat, sed heus tu Lucane; cum tam diligens integrorum vocis organorum scrutator supra fueris, cur miserum cadaver gutture trajecto unco trahis?

655 Operitur crine soluto] Al. *aperitur crine remoto:* sed haec lectio ab interpolatore est, qui supra scripsit.

Terribilis Stygio facies pallore gravatur
Impexis onerata comis.

660 Jam nova] Sub. huic cadaveri; an τὸ *huic* hic desideratur.

Jam nova, jam vera huic redd. &c.?

vel sic *Huic nova jam vera redd.* placet magis. Vide Codd. Vett.

668 Taboque medullas] Rescribo *tabumque medullis abluit.* Lucret. *sibi terra abluit umbras.*

672 Nodus hyaenae] An virus nodo contentum? placet. De Hyaena vide Plinium Lib. xxxvii. cap. 10. quid sit ille nodus, quaerendum. An spina illa unico nodo continuata?

696 Et Chaos &c.] Suspectum.

698 Meretur] An *meretur* hic positum est loco τȣ̃ *promeretur?* simpl. pro composito. placet. Vide notata supra ad L. iv, 475. *Rexit magnanima &c.*

700 Pars ultima] Al. *maxima.* sed non placet. Triplex est Hecate; Luna in coelo, Diana in Silvis, seu terra, Proserpina apud inferos, quae idcirco Τετραπρόσωπος ab Orpheo dicta est, & *Hecates ultima pars* à Lucano i. ima, infima. *nostrae* i. quam nos sagae colimus. Vide Nas. Metam.

706 Exaudite preces] Hic τελεία στιγμὴ ponenda videtur.

708 Pectora plena] An pectora plena hic sunt exta, cor, pulmo, jecur &c. pectore & ventre contenta? *pectora* autem *plena* i. cum omnibus extis, quod fortasse haruspicinae vocabulum est. Sed ἐπέχω. Sulpitius τὸ *pectora plena* exponit uteros praegnantium: mallem *corpora plena.* V. Codd. Vett.

740 Dapes] i. tenues, viles. Hecatem praeparcam, & sordidam veteres appellabant, quod apud inferos umbrae tenui, ac vili cibo victitare crederentur. Hecate autem Maenidas, & Triglidas, contemptos pisciculos apud nos, sibi sacros in deliciis habere, & iis vesci existimabatur. Quidam septem punici mali grana dicunt.

744 Ille] i. Demogorgon, Δημογόργων i. ὁ φοβερὸς καὶ γοργός. δίω, δῖος, δείω, δειμός. inde δῆος & δημὸς, idem quod δῖος, & δειμός. Hesych. δῆος, φόβος. vulgo βυθός. depravate. Lactant. in Lib. iv. Theb.

756 Repulsum est] Τὸ *est* abest à Vett. Codd. *rictu* i. apertione. nove.

771 Discedit] Al. *discedat.* an leg. *discedet?* V. Codd. Vett.

793 Abruptis] An *abreptis?* V. Codd. Vett.

800 Saxa] Sic distinguendum videtur.

- - - - - *abruptaque saxa;*
Asperat & durum vinclis adamanta. &c.

i. ex adamante vincla fabricatur aspera.

805 Nec gl.] An *ne?* V. Codd. Vett.

810 Nili] An *Nilus* legendum. V. C. V. Hi duo versus insititii videntur, & locum hic non habent: imo, quae sequuntur additiia videntur, & superioribus illis contraria, *properate mori.* Quae autem hic narrat interpolator, è superioribus intelligi possunt vs. 760. &c.

828 It comes] Ridiculum, cum supra hominum consortia vitet. vs. 510.

Ad Librum septimum.

1 Vocabat] Al. *vacaret.* an *vocaret?*

3 Retorsit] Pro citavit, incitavit, inepte.

14 Aetate] Al. *aestate.* Nota varietatem. suspectus est locus.

19 Eques] Infra Lib. viii, 810. *Et currus, quos egit eques*, de eodem Pompejo, quo ex loco hic effictus est.

23 Tibi] An *sibi* i. ei, illi, Pompejo scilicet? De *sibi* infra ad vs. 811. & Lib. iv, 23.

28 Unde pares] Suspectus videtur locus usque ad *planxere theatro.*

49 Magnoque &c.] Usque ad *rabies*, ex inferioribus illis sumptum.

- - - - *trepido confusa tumultu*
Castra fremunt.

51 Sua quisque] Et hoc hemistichium cum sequenti suspectum.

58 Cum vobis] Al. *vobis cum.* quae lectio vera. Sic autem dist.

Sic placet, o Superi, vobis cum V. C.

65 PERTULIT] Ad Pompejum scilicet. An legendum *protulit?* V. Codd. Vett.

70 TUI] An *tibi* i. tibi affusi?

78 VIDISSE] An *vicisse?* placet. τὸ *vixisse* habet Sulp. V. C. V.

93 POTUIT SINE C] Labor belli sub. sed fortasse legendum *potui* prima persona, placet.

109 DISCRIMEN] An periculum? Lib. II.

Nec in tantae discrimina mittere pugnae.

Τὸ *discrimen* hic judicium notare videtur, τὴν κρίσιν, à κρίνω, κίρνω cerno, discerno, discrimen i. διάκρισις. Cicero de finibus. *Officia omnia tolluntur delectu omni, & discrimine remoto.*

114 PUGNATUR] Al. *pugnetur*, quod est indignantis, placet.

120 HAC CLADE] Τὸ *hac* abest à Vett. quibusdam MSS.

130 EST] Abest à Vett. Codd. pro *fato* al. *leto*, quod placet. mutatum est propter τὸ *mortis*, quod praecedit.

137 NON VACAT ULLOS] i. locus est. sub. unicuique. Quid si *ulli* legendum? al. *illos*, quod ex *olli*, pro *ulli*. V. Codd. Vett. Quae sequuntur à *nec gladiis* usque ad *fulmina Cyclops*, Lucani esse non videntur, sed diversorum interpolatorum.

141 ERIGITUR] An *exigitur?* placet. legitur alias *exuitur*. *Exigitur* i. perficitur. *exactus pumice versus* Propert. *exacta falcis acies* Plin.

156 AVIDOS TYPHONAS] Al. *Siphonas*. sed *Typhonas* interpolatorem scripsisse putamus i. imbres vehementissimos. nam de Siphonibus, marinis meteoris hic non agitur. *Rabidos* fortasse legendum i. imbres vehementes. *Rabidos*, *ravidos*, *avidos* &c. *rabidus Sol*, *rabidi venti*.

185 CAPULOSQUE SOLUTIS] Fort. legend. *capulisque solutos perf. gladios*. sed hic *capuli* sunt vaginae. *perfudit* pro *fudit* positum.

161 EXAMINE] Hic τὸ *examen innumerum* peregrinos illos cives à Caesare intrusos portendebat, de quibus inferius vs. 403. dixit.

> - - - *stat tectis putris avitis*
> *In nullos ruitura domus, nulloque frequentem*
> *Cive suo Romam, sed mundi faece repletam*
> *Cladis eo dedimus, ne tanto tempore bellum*
> *Jam posset civile geri.*

& vs. 540.

> - - *vivant Galataeque, Syrique*
> *Cappadoces, Gallique: &c. nam post civilia bella,*
> *Hic populus Romanus erit.*

Idem prodigium Latino Trojanorum adventum portendit; sed Virgilius fortasse ex hoc illud effinxit. Vide Virgilii locum, & ibi Servium.

162 VIXQUE REVULSA &c.] Hic versus cum duobus seqq. abest à quibusdam MSS.

214 MILES] Pompejanus scilicet. Hinc patet haec rejectis intermediis cum versu 138.

Pro se ferre metus, urbi magnoque timetur.

Sed hos septem posteriores libros imperfectos esse, quis nescit?

223 LARGUS HABENIS] i. e. laxis habenis: an magnas habenas, seu laxas habens? an *laxus habenis* legendum? V. Codd. Vett.

235 ILLO FORTE DIE] Usque ad 249. *prosilit &c.* quae sequuntur, Lucani esse non videntur, sed quum hic quaedam deficerent, ab interpolatoribus suppleta. Quid si a Polla Argentaria, Lucani uxore?

260 HAEC ACIES &c.] *Acie victum f. nocentem*. legendum videtur. V. Codd. Vett.

263 MANUS BELLI] Sic distinguendum videtur.

Nulla manus, belli mutato judice, pura est.

An sic legendum.

Nulla manus bello, mutato judice, &c.?

Bello pro, in bello: *mutato judice* i. alio praeter victorem judice, arbitro.

266 NIHIL ESSE] *Ipse* fort. V. Codd. Vett. i. nullam conditionem, quaecumque illa sit, recuso.

281 ARMENIOSNE] Haec cum superioribus illis connectuntur *Romanumque obteret hostem.* unde liquet, versus intermedios quatuor insititios esse, & spurios.

284 ODERE OMNES; DOMINOSQUE] Distinctio nova.

289 NON FALLAR] *Num* fort. V. Codd. Vett.

297 SPE TREPIDO] i. festino, festinanti, σπεύδοντι. Virgilius de sociis Ulyssis.

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt.

Ibi Servium vide. Lucan. Lib. III.

> - - - *trepida fugiente carina.*

Falsi sunt, qui τὸ *trepido* verbum esse existimarunt.

301 QUONE] Usque ad *hoste* ab interpolatore duplicem interrogationem imitatus est interpolator ex Lib IX. vs. 99.

Et regem regnare jube.. Quantosne tumores &c.

325 TANQUAM SCELUS] Ignoti caedem tanquam scelus i. parricidium, caedem cognati, propinqui &c. imputet mihi i. tanquam beneficium magni pretii, magno pretio pendendum à me. Vide notas priores Grotii.

331 ORDINE NULLO] Qui *ordine nullo*, si, ut supra dixit,

> - - - *vix cuncta locuto*
> *Caesare, quemque suum munus trahit?*

Alii aliter, ut Appianus, quem vide, & ipse Caesar, cujus memoriae Lucanus, cujus haec ὑπερβολὴ est, infestus est.

360 GENTES ORIENTE COACTAE] Ordo. *Gentes*

tes Orientales innumerae, urbesque excivere in proelia, quantas nunquam. *Excivere* i. movere, civere. Compositum pro simplice. Vide exempla. *quantas* hic pro *quot* positum, ut alibi apud hunc ipsum autorem.

363 COELI] Al. *cycli. Coeli* scribendum. Sic L. VIII. legitur vs.172.

Signifero quaecumque fluunt labentia coelo.

382 EXTREMI CARDUUS] i. extremae aetatis flexus. Extremus vitae cardo est Senectus, in qua ultima aetas se vertit. Supra Lib. IV, 258. ut quidem legimus.

Hoc siquidem solo civilis cardine belli.

i. hoc tempore, hac occasione, hoc flexu belli.

394 ALBANOSQUE LARES] Scribendum videtur,

Albanique Lares, Laurentinique penates.

Rus vacuum, sub. erunt, ἀπὸ κοινοῦ.

- - - *Tunc omne Latinum*
Fabula nomen erit,

397 MONIMENTA RERUM] Al. *regum* placet lectio. sub. Albanorum. Horat.

Ire dejectum monimenta regis,
- - *templaque Vestae.*

415 EXPLERE] Ex superioribus illis expressa sunt.

Hae facient dextrae, quidquid non expleat aetas Ulla &c.

424 CURRERET] i. volveretur. Hunc versum imitatus videtur Petronius.

Qua mare, qua terrae, qua sidus currit utrumque.

433 ULTRA TIGRIM] *Tanain* legendum videtur ex seqq. *Germanum Scythicumque bonum.* τὸ *Tanain* versum magis inplet.

436 INCOGNITA NOSTRIS] τελεία στιγμὴ post τὸ *nostris* ponenda.

445 NULLA NUMINA] Lucanus ἄθεος, ut & uterque Seneca.

450 MINANTES] Al. *minaces* i. altas, proceras. Ita legisse videntur in suis notis Pulm. & Bersm. Vide eorum notas in edd. propriis. Item primam Grotii Editionem.

458 RADIISQUE] An radiato capite? placet.

462 QUO SUA PILA CADANT, AUT QUA SIBI F. M] Ὕστερον πρότερον, pro manum spectant, quasc. manu sibi fata minentur, i. feriri possent; vultus quaerunt, quo sua pila cadant.

464 FORENT] Legendum videtur *ferent* i. patientur i. facturi ea monstra i. parricidia, quae ipsi patientur. V. Codd. Vett.

468 PERCULSA] Al. *percussa.* placet.

476 CONCEPTAQUE] Al. *concentaque* sub. sunt, fuerunt. placet. Vide Codd. Vett.

477 TENDIT] Al. *condit.* rescribo *tundit* i. ferit.

482 PINDUS] Usque ad *relatas* locus communis.

498 QUAERIT ITER] Nova distinctio. post τὸ *iter* τελεία στιγμή.

498 CATENAS] *Catenas* vocat loricas ex annulis ferreis nexiles.

512 FACES] Notandum, in acie facibus usos veteres.

514 SOLUTO] Al. *soluti* i. in hostem emissi. a circo translatum videtur. Carcer enim, seu carceres solvi dicuntur. *carceres soluti* Pap. Stat. Item equi, seu currus Circenses revulsis carceribus solvuntur. Exempla quaerenda.

543 POPULUS ROMANUS] Εἰρωνικῶς dictum videtur, propter homines peregrinos à J. Caesare, & aliis deinceps imperatoribus in civitates admissos, & dignitatibus, etiam Senatoria, decoratos. *Galli braccas deposuerunt, latum clavum sumpserunt.* Suet. An ad Neronem referendum? Vide Suet.

562 PRESSO] Al. *prenso.* sed τὸ *presso* placet. L. VI, 238.

Nec vidit recto gladium m. prementem.

587 QUOD FERRUM] An legendum *quo* i. ad quod, cui rei faciendae? V. Codd. Vett.

598 COMMISTA] Sabellic. *non mista plebe.* Itidem Sulpit. Verulanus. sed vulg. lectio placet. Sequitur enim. *Mors tamen eminuit* &c. i. licet patricii cum plebejis confusi essent, tamen Domitii mors eminuit &c.

619 VULNUS] Al. *ferrum.* placet.

623 QUI PECTORA TELIS] Al. *quis pectore tela*, & *qui pectora telis.* Ex utraque lectione lego.

- - - - - *qui pectore tela.*

i. quibus pectus telis transmittatur. Nota phrasin. De patientibus enim hic, non de agentibus agitur.

628 ABCISUM] *Abscissum* al. an *abscisum* ab *abscido?*

632 ISTAS] Hic *illas* legendum videtur. V. Codd. Vett. infra eadem permutatio facta, quae frequens est in libris MSS.

669 PARCITE AIT] Al. *parcite jam.* Τὸ *ait* subauditur. Locus similis emendatus est supra L. VI, 230. Refer huc.

678 NON TERGO TELA PAV.] Haec, & quae sequuntur, usque ad *se nescit amari*, Lucani non esse, convincunt illa, quae libri seq. initio leguntur.

- - - - - *pavet ille fragorem*
Motorum ventis nemorum, comitumque suorum.
Qui post terga venit, trepidum laterique timentem
Exanimat.

680 SALVAQUE VERENDUS] Quid vult dicere? Omnino scribendum erat *sed salva.*

683 INFIDA] Qui *infida* in prosperis.

688 RESPEXISSE] Quasi vero hostem fugienti hoc liceret.

691

691 FLEBILIS] Quid his facias? viderint acutiores. cur Munda *nocens?*

720 INQUIT] *Inquis* dicere debuit, quanquam inepte.

723 AUFERT] Supra τὸ *aufert a bello sonipes* ejusdem farinae est.

730 JAM RATUS UT] An legendum. *Jam ratus heu viles* &c.? V. Codd Vett. infra vs. 784. & pro *heu* positum. *Heu quantum poenae* &c.

746 RAPIANTUR] Al. *rapiuntur opes. sic milite jusso.* non placet.

755 EXPULIT] Al. *exspuit.* V. Codd. Vett.

767 MANUS ABSENTE MOVENTUR] Malim *movetur*, ut τὸ *manus* sit singul. numeri. Ἐφθημιμερής. V. Codd. Vett.

784 ET QUANTUM] Al. *heu.* sic supra vs. 730. *jam ratus heu viles* &c.

798 NOCENTI &c.] i. foetorem ex Emathia in coelum infert i. pestilentia aërem inficit. malim, *coeloque nocentem.* V. C. Vett.

801 IN HOSTES] Al. *hostem.* quae lectio placet.

811 SIBI] Pro *illi* i. natura e. ordo. *corpora debent finem sui sibi* i. ei, illi. supra τὸ *sibi* hac notione usurpatum L. IV, 23. VII, 23.

825 NON SOLUM] Al. *nec.* sed hic forte aliquid deest. Vide Codd. Vett. ἐπέχω.

827 PHOLOËN] Thessaliae montem Lutatio in III. Thebaïdos, & Q. Calabro. aliis Arcadiae mons est. sed hic de Thessaliae monte, ut & aliis locis, ubi de Centauris agitur, accipiendum.

855 VERTAMUS] i. evertamus, diruamus. simpl. pro composito. An *vertamus* i. aratro vertamus, aremus? Virgil.

- - - - - *quo sidere terram*
Vertere Maecenas &c.

& posterius sequentia confirmare videntur *plus cinerum* &c.

860 NULLUS AE] Versus hi usque ad finem omnium supposititiorum ineptissimi.

872 PHILIPPOS] Hic interpolator Pharsaliam cum Philippis confundit i. pugnam ad Pharsalum cum pugna ad Philippos.

Ad Librum octavum.

3 NEGANTEM] Nota phrasin ἰδιωτικὴν pro *negantem cursum stimulis.*

20 ORBEM] Al. *urbes.* sed τὸ *orbem* placet.

52 NUNTIUS] Ordo. *Nunc adest tibi conjux victus, rumor scilicet, & nuntius cladis, paveris summa. Nuntius armorum i. rumorque f.* Ὕστερον πρότερον. Rumores enim nuntios praecedunt.

61 SPE DECEPTA] Ad se enim rediit, & non periit, ut optabat.

64 NON ULTRA GEMITUS I.] Non nisi tacite, & submisse gemendo. Vide notas Grotii priores.

108 THESSALIAE CONFUNDIT] i. quae in Thessalia sicca fuerunt. Legitur alias *confudit* i. turbavit; troubla la serenite de ses yeux. *confusus vultus* Nasoni. à coelo, seu aëre, qui nubibus, nebulis, & ejusmodi meteoris confunditur, & turbatur. an *confudit* hic est *perfudit?* Consulendum.

164 SUPER] i. trans, ultra. Sic Virgil.

- - *super Garamantas & Indos.*
Super soles.

i. in deserta Libyae, Aethiopum terram &c.

172 SIGNIFERO] Non Zodiaco, sed toto coelo viso praeter circulum Arcticum Graecorum supra Zodiacum. *signiferum coelum* vocavit L. VII. vs. 363. Refutandus Glareanus apud Lambert. Hortens. Τὸ *polo* hic est axe, cardine coelum ferente, qui semper vertitur cum ipso coelo, seu mavis, axis extremo, nam coelum ipsum exponere non placet.

184 SYRTIN] Quid vult dicere? quam Syrtin?

189 HESPERIAM &c.] Legendum omnino videtur.

Et Hesperium pelagus, coelumque relinquas.

V. Codd. Vett.

195 ASIAE] *Asia* nomen hic speciale videtur, unde generale ortum. V. Codd. Vett.

200 DEXTERIORE] An interiore? V. Lipsium & Bul. de Circo. an dexteriore, quae ad dextram est aurigae? placet posterius.

261 TANDEM MOESTA] An legendum?

- - *moestus tandem ora resolvit.*

V. Codd. Vett. Lectio vulgata non placet. Librariorum errore transpositio facta videtur in hunc modum; *tandem moestus ora res.*; ex qua vulgata lectio fluxit correctorum imperitia.

286 OBLIQUO MACULAT] Avos Jubae ex parte feminarum Punicarum affinitate contingit. Numidae enim, & Carthaginenses affinitates contrahebant inter se. Nota est historia de Syphacis, & Sophonisbae conjugio. Τὸ *obliquo sanguine* intelligendum omnino videtur ex parte feminarum Punicarum, quod & τὸ *maculat* confirmat. id est perfidia Punica maculat. Vide Comm. omnes.

292 ALTER] Antarcticus, sed falso.

293 ABRUPTUM EST NOSTRO MARE &c.] Tam de mari Caspio, quam de mari rubro, seu Oceano Indico accipiendum videtur. Utrumque enim Lucani temporibus à maribus nostris separatum esse existimabatur.

294 REGNANDI] An *pugnandi?* quod placet propter seqq. illa *Celsior in campis* &c.

297 A NULLA MORS EST INCERTA SAGITTA I.] Ob venenum illitum certa. Quis enim ita certus sagittator est vel inter ipsos Cretenses, ut simplici sagittae jactu hominem occidere semper possit; sed & Parthi qui certi sagittatores à Lucano dici potuerunt? quos infra dicit.

longe

- - - *longe tendere nervos,*
Et quo ferre velint, permittere vulnera ventis &c.

His adde, quod Lentulus hoc infra dixit *Illita tela dolis &c.* Sed Pompejus Parthos laudans ambigue dixit, quod Lentulus eosdem contemnens clarius enunciavit. Hinc & sequentium versuum (usque ad *sedibus ortus*) falsitas lectori vel minus sagaci patebit. His adde illud.

Nulla manus illis, fiducia tota veneni.

316 SED CUNCTA REVOLVENS] Legendum videtur *si cuncta revolves* &c. V. Codd. Vett.

320 QUANTUS APUD] Versus suspectus. V. Codd. Vett.

329 NOBILITATE DOLENDI] Quid est, rogo, *dolendi nobilitas?* Apage lectionis monstrum, quod ex seqq. natum videtur.

- - *dignasque tulit modo consule voces.*

Legendum omnino *mobilitate* i. facilitate, promptitudine. Facilis error est, & frequens in libris MSS.

336 TERRARUM TOTOS TRACTUS] i. omnes noti orbis regiones. An *notos* pro *totos* legendum? V. Codd. Vett.

354 QUID PARTHOS] *Ad* legendum videtur pro *quid* V. Codd. Vett.

356 SERVIRE SUO] Interrogandi nota post τὸ *suo* ponenda videtur.

355 AB EUPHRATE] Legendum omnino videtur *ad Euphraten* i. signa capta cum Crassis ad Euphraten.

366 LABITUR] i. delabitur; simpl. pro composito i. declinat à vertice poli ad aequatorem, clementia coeli emollit gentes hujus sc. partis.

385 VIRORUM EST] Abest a Vett. plerisque τὸ *est.*

409 FUISSE HANC SCIET ET CRASSI] Haec παρενθέσει includenda videntur.

451 VETERIS SPERAVERIS AULAE] Legendum videtur *veteri aula.* sub. *in.* V. Codd. Vett. Error ex confusa scriptura fluxit *veteris peraveris*; ex qua librarius imperitus fecit *veteris peraveris aula*; & sciolus corrector *veteris speraveris aulae.*

454 SPES ULTIMA] Al. *sors ultima*: quod non displicet. V. Codd. Vett.

457 ARAS] *Oras* fortasse legendum. sed ἐπέχω. V. Codd. Vett.

458 MEMOR] An *genus?* τὸ *memor* in sequentia minus quadrare videtur. Mendum primum ortum videtur ex corrupta scriptura *gemus* pro *genus*; ex qua *nemus* depravatum, & ex eo *memus*, & demum *memor.*

462 TRANSFUSO VERTITUR] Legendum videtur *transverso avertitur* vel etiam *vertitur*, quod est *avertitur.* Simplex pro composito, quod Lucano familiare est. infra vs. 828.

Vertat aquas Nilus, quo nascitur orbe retentus.

Τὸ *transverso* mutatum fuisse videtur in *transfuso* propter τὸ *vertitur* sequens. Quod ineptum glossema est.

463 CASIUM &c.] Al. *Casion. nocturno lumine* i. per noctis lumen i. per noctem, luna, vel stellis lucentibus. Virgil.

- - - *nec candida cursum*
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus

quae sequuntur, confirmant hoc

Comperit ut regem Casio se monte tenere &c.

Sed Vett. Codd. habent *gratum.* Vide Grotii notas posteriores. *gratum montem* i. chimaeram.

477 CUSTOS] i. incrementorum Nili observatrix. V. Belon.

479 LUSTRA SUAE PH.] i. periodos suae Lunae, i. numerum certum lunationum. *Suae* autem dixit eo, quod, ut scribit Plinius Lib. VIII. c. 46.

Insigne ei in dextro latere candicans macula
Lunae cornibus crescere incipientis.

Sed hi tres versus suspecti sunt.

480 CONSILII VOX &c.] Hic locus ex imperfectis à Lucano relictis unus esse videtur. Sequens autem versus *sacraque defunctis* &c. subdititius, & nothus.

481 PATRIS] An *regis* legendum? τὸ *patris* glossema τῦ *regis* videtur.

482 MELIOR SUADERE MALIS] An melior ad suadendum improbis? sub. aliquid contra jus, & fas. Verulanus exponit *in malis* i. in malam partem.

490 EVERTITQUE ARCES] Fort. *evertit arces.* ut sit ἀσύνδετον, & πυνθαμμερές. V. Codd. Vett.

498 NEU] Al. *nec.* an *ne* legendum? Sic Sulpitius legisse videtur. V. Codd. Vett.

521 FERIAM] Hic *feries* legendum videtur, ut τὸ *paratur*, non *paravi*, respondeat, mutatum est autem *nisferiam* propter τὸ *malueram*, quod sequitur.

523 AN SIT, V. N. CUM LICEAT] Transpositio. V. Codd. Vett. *Ordo. cum mihi sit necesse te violare, dubitatne, an liceat?* Huc refer transpositionem ex Terentio.

531 EMATHIAM] *Emathiae* fort.

541 MONSTRI] An *monstris?* placet *monstris gladiisque* ἓν διὰ δυοῖν i. sicariis. Infra vs. 584.

- - - *Externaque monstra*
Pellite i. sicarios, parricidas.

552 IMPURE] Cur haec de rege puero, quae Pothino conveniebant? Subdititia videntur.

601 VACASSET] Al. *vacaret.* an *bello vacaret* i. careret bello, i. otiosa esset? Sic *vacare curis* Lib. V. placet. seq. versus suspectus.

656 EXIGAT] Per latus, per viscera subaudiendum, sed male.

684 QUO N. BELLA JUBENTE] Egregiam vero laudem!

694 Macedon] Quasi vero Alexander ille Magnus Pompejo minor fuerit.

696 Seriemque] Sub. regum: sed male.

701 Tam] *Tum* legendum videtur. V. Codd. Vett.

702 Pertulit] *Perculit* fortasse.

703 Petit] An legendum *dedit* i. deturbavit, praecipitem dedit? Sic Lib. vii.

- - - - - - *Romam*
Cladis eo dedimus.

Sub. praecipitem i. praecipitavimus eo cladis.

704 Ne meliore] Scribendum forte *pejore* pro *meliore.* An *non meliore* i. pejore. λιτότης? Quid si *nec meliore* pro *non meliore.* V. Codd. Vett.

715 Cordus Quaestor] Al *Codrus*, Liberti nomen Κόδρος. Sed hic locus sanus non videtur: quare sic emendari visum *Codrus*, *Codrus ab Idalio C. littore Cypri* i. Cyprius, Κυπρίτης. *Anus Corintho* i. à Corintho.

741 Munere] Al. *funere.* placet τὸ *munere* V. Codd. Vett.

763 Averte] Al. *adverte.* placet. i. applica.

772 Busti; si] Sic legendum, & distinguendum videtur *J. p. f. littora saxo.*

Ut nota sit busti. Si quis &c.

Vett. Codd. consulendi. placet.

779 Promissa] Al. *praemissa. dies Aurorae praemissa* i. aurorae lux, crepusculum, praemissum. Τὸ *Aurorae* est genitivi casus, non dativi.

787 Nervis] Legendum omnino *nervisque & inustis* &c.

829 Hybernis] *Aestivis* legendum videtur; nisi fortasse hoc velit Lucanus, Aegyptum Nilo averso aestivis mensibus uri, hibernis vero imbribus egere, ut aliae regiones. placet.

846 Cum poscere finem] Exemplo Atheniensium, qui siccitate laborantes mortem Androgei piaverunt; Lucanorum, qui pestilentia vexati Palinuri manibus, Apolline jubente, placatis, liberati sunt; Phrygum, qui Attin ab eodem sepelire jussi sunt; Lacedaemoniorum, qui Orestis ossibus è Tegea oraculi praecepto Spartam translatis Peloponnesi imperio potiti sunt.

851 Nam quis] An *nunc* pro *nam* legendum? placet. V. Codd. Vett.

Ad Librum nonum.

9 Animam] *Animas* legendum fort. V. Codd. Vett.

36 Dorida &c.] Hic versus cum sequenti non est in quibusdam MSS. sed librariorum culpa. Genuini enim videntur.

38 Creta fugit] L. *subit* i. accedit. Virgil.

Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit; subeunt morbi, tristisque senectus. &c.

38 Cedentibus] An *stridentibus*? Sic infra vs. 1002.

- - - - *Asiamque potentem*
Praevehitur, pelagoque Rhodon spumante relinquit.

40 Phycuncta] Phycus Cyrenaïcae regionis promontorium, & castrum Straboni, & Ptolemaeo. Navale vocat Synaesius. *Ruinas* in quibusdam vett. legitur. V. C. V.

83 Pelusia] Al. *Pelusina.* Hic versus incertae sedis est. In quibusdam libris praeponitur vs. 78. in aliis vs. 79. in aliis vs. 81. Nothus videtur.

104 Vulnera] Al. *funera.* Vide Codd. Vett. ἐπίχει.

130 Impuro] An scelesto, detestando? Onom. *Impurus* ἐξαγιστός. alii incesto, impudico. infra.

Sanguine semiviri Magnum satiare tyranni.

placet posterius.

138 Transfixo] ὑπαλλαγὴ pro, quae sublimi pilo transfixa vidimus. An legendum *praefixo*, pro sublimi pilo praefixa? V. Codd. Vett.

150 Ite duces &c.] Ordo. *Ite mecum condere manes inh.* &c. Hi tres versus sic legendi & distinguendi videntur.

Ite duces mecum (numquam civilibus armis
Tanta fuit merces) inhumatos condere manes,
Sanguine semiviri Magnum satiate tyranni.

V. Codd. Vett.

151 Manes] i. corpus condere, & manes simul; nam condito corpore & manes conduntur i. errare desinunt. Virgil. Aen. vi. & ibi Serv.

159 Et tectum lino] Alludit ad Aegyptiorum habitum, qui lineis vestibus utuntur. Al. *Et tectum Nilo spargam* &c. quae lectio nequaquam contemnenda videtur. i. Osirim etiam Nilo tectum eruam, & spargam; sed de sepulcro Osiridis quaerendum. Quidam in fluviis sepulti sunt, ut Alaricus, Gothorum Rex. Sigon. de regibus Italiae. Sed versus suspectus videtur. τὸ & non placet.

170 Mortem &c.] Desunt quaedam.

183 Parans] *Parat* legendum videtur. τὸ *rat* in *parat* producitur πενθημιμερεῖ.

202 Carum et venerabile] Al. *clarum.* sed minus placet.

205 Libertatis obit] Sic fortasse legendum.

Olim vera fides, Sylla Marioque receptis,
Libertasque abiit.

Τὸ *abiit* τοῦ *receptis* ἀντίθετον.

219 Cum Tarchon in moto] L. *Tum Tarcondimotus.* Ταρκονδίμοτος Dioni. *Tarcondimotus* Floro. *Tarchodimotus* Vett. quibusdam Codd.

223 Vadis] Al. *tendis.* sed τὸ *vadis* hic placet; ut infra *vadite securi.*

226 Regentem] i. ducem. al. *Catonem.* Vide Codd. Vett. τὸ *regentem* hic non placet. τὸ *Catonem*

nem propter *τὸ Cato*; quod versu seq. legitur, *Nos Cato &c.* ejectum videtur, & ejus loco *regentem* suppositum. Sic apud Martialem *τὸ Maronem* pro *Catonem* suppositum.

228 PARTESQUE FAVORE FECIMUS] i. favore in partes non praemio tracti sumus. Nota phrasin *fecimus partes favore* i. copias, exercitum coegimus supra de Catone; *si faciet partes pro libertate.*

246 CLAUSA FIDES] An ops, auxilium interclusum est? *Hercules tuam fidem* sub. imploro i. opem, auxilium, protectionem tuam imploro. *In fidem suam aliquem accipere. Conferre se in fidem, & clientelam alicujus. Confugere ad alicujus fidem.* Cicero. vide locos appar.

253 ACTUM &c.] *Indiga servitii* i. quaerens dominum, servituriens. Sed hi duo versus in quibusdam Vett. libb. non reperiuntur, & insititii videntur.

268 ARMA] Ptolemaei. an vestra? arma vestra, quibus libertatem Pompeji caede acquisitam tueri potestis.

290 FLORIGERI] Al. *Floriferi.* Lucret.

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant.

Sparsi al. *sacri*, i. divini, optimi, Ἀμβρόσιοι, delicati.

294 JAMQUE ACTU] Perplexus ordo constructionis. Rectus erat.

Jamque actu belli, serieque agitare laborum
Constituit mentes, non doctas ferre quietem.

Sed numeris imparibus.

303 VEL PRIMAM] *Τὸ vel* hic alienum videtur; quare *τὸ cum* repono; quod interpolatores mutarunt in *vel* propter versus sequentis initium corruptum *cum dares* pro *conderet*, quod rescribo.

339 QUAMVIS] *Τὸ que* excidisse videtur ex *quamvisque &c.* sed hi versus nothi videntur, pleraque e superioribus repetita. Alias *impactis brevibus*, & *impactum brevius* & *impactum est brevius.* Nota varietatem lectionis, quae falsitatis indicium est.

344 STANT &c.] In illo aggere sub. Sed & hi duo versus suspecti. *sic partem* male cum seqq. cohaerent.

369 HAUD ULTRA] Sub. hoc tempus; *ultra hoc tempus. undas* i. litora Garamantum, quibus Syrtes praetenduntur.

379 CASTRA] Al. *signa* V. Codd. Vett. alibi.

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.

395 PONAM] Hic τελεία στιγμὴ placet.

400 TURMAS] Τελεία στιγμὴ post *τὸ turmas* ponenda videtur.

404 SIBI CONSTAT] i. nobis, ci costa assai. ex *sibi si* & τρoπῇ ci. τὸ ἑαυτῷ & ἑαυτοῖς de prima persona dictum itidem apud Demosthenem legere memini. Vide Sulp. Verulani exposit. qui exponit *comparavit sese multa difficultate.* An legendum *tibi?* V. Codd. Vett.

405 SOLA] Sic legendum, & distinguendum videtur.

Sola potest Libye turbâ praestare malorum,
Ut deceat fugisse viros?

τὸ turba pro *turbam* in Vett. Codd. reperitur.

409, 410 ET SACRUM &c.] Hi duo versus ὑποπτεύονται. Interpolator putavit aliquid deesse, & ideo *τὸ Libye* interserere voluit, ut cum seqq. aptius connecteretur.

415 FLEXU] An *flexa?* V. C. V. Legitur alias *flexo.*

424 NON AERE NEC AURO] An legendum.

- - - - *non aera, nec aurum*
Excoquitur?

i. non in aera, nec in aurum excoquitur. *τὸ in* ἀπὸ κοινοῦ sic repetitur; *in nullas opes vitiatur, non in aera, nec aurum excoquitur.* V. Codd. Vett.

430 EPULAS] De Gallinis Numidicis accipi potest.

436 CURA JOVIS TERRA EST] Legendum videtur.

- - - - - *nulla sub illa*
Cura Jovi terrae: Natura &c.

Jovi. i. τῷ Ὑετίῳ Διΐ.

449 ORTUM] Al. *illum.* placet: nec obstat *τὸ ille* praecedens.

459 VOLITANTQUE] *Τὸ que* delendum videtur. V. C. V.

468 SCOPULOSA] Legendum omnino videtur *scruposa.* Gl. Philoxeni: *scrupulosum*, στεγγυλῶδες. Ex *scruposa* primum *scrupulosa* factum, quod in *scopulosa* depravatum est. & *scruposum* στεγγυλῶδες apud Philoxenum scribendum videtur.

479 SPOLIAVERAT AUSTER] Lucanus ἄδηλος, ἀτριβής.

498 UTQUE CALOR SOLVIT] Scribendum videtur. *Utque calor fovit* &c. *τὸ fovit* τοῦ *torserat* ἀνθίστεται. Vide Ind. Lucret. Gifanii in *foveo.* quid autem est *solvere aëra*, nisi in imbrem, nubes aërias solvere, de quo hic non agitur? quare *τὸ fovit* placet. Infra Lib. x.

- - - *sed quae vicina fuere*
Tecta mari longis rapuere vaporibus ignem,
Et cladem fovere Noti.

502 CORRIPIENS, PATULUM GALEAE] Al. *fundit & galeae conversum infudit in orbem.* Quid si legas *corripiens galeae conversum infudit?* non displicet, vel sic, quod magis placet.

- - *corripiens galeae conversum fudit.*

V. Codd. Vett.

516 DONARIA] An loca, ubi dona servantur? Virgilio Georg. Donaria sunt templa. Vide Serv. *donaria* à *donis* dicta. i. oblationibus, victimis, sacri-

crificiis. Onomastico *donaria* sunt ἀναθήματα. Hic alias legitur *altaria*, quod & *donaria* glossa videtur.

531 DEPRENSUM] Falsum est. Vide Ptolem.

533 NON OBLIQUA] Et hoc falsum de signis singulis. Vide Joann. de S. Bosco.

538 AT TIBI &c.] i. Zona torrida, sed obscure dictum videtur.

542 PROCUL AXIS] An aequaliter distat? Inepte dictum, & Lucano indigne. Spuria videntur.

553 BELLIQUE DATOS CASUS] A tesserarum ludo metaphora.

568 SED LONGAM DIFFERAT AETAS] An sic legend. *An sit vita nihil, sed letum differat aetas*, vel *sed mortem?* i. an vita nihil aliud sit, quam dilatio mortis, & aetas, quae est duratio vitae, differat tantum mortem. Vita nihil est: aetas enim, quid est aliud, quam dilatio mortis. Stoicum acumen videtur. *Letum* seu mortem scripsisse videtur Lucanus: Ex *letum* librarii *laetam* fecere, vel *lentam*, ut cum *vita* concordaret, τὸ *laetam* autem, seu *lentam* in τὸ *longam* mutatum, quod τὸ *longam* τῷ *vita* aptius congruere videretur.

590 SOMNI P. EST. ULTIMUS HAUSTOR AQUAE] Et haec duo hemistichia suspecta. Ex inferioribus vs. 617. huc inculcata sunt.

Hausit & in tota Libyae fons unus arena &c.

603 STETERIS] An erecta fueris ex abjecta, & jacente, & jugo soluta? (τῷ *stare* τὸ κεῖσθαι opponitur) An vero τὸ *steteris* hic est positum pro *fueris* simpliciter juxta vulgarium Romanis morum consuetudinem, in quibus τὸ *stare* pro *esse* usurpatur. i. *si unquam fueris cervice soluta* i. si unquam soluta jugo fueris. Posterius non displicet. Exempla huc congerenda.

604 SIS OLIM] *Sic* hic pro *tunc* legendum videtur. al. *hunc* & *tunc* VV. Codd. habent *T. o. f. Deum es.*

632 FEMINEAE QUI &c.] Qui id fieri potest? Inepta sunt ista, & Lucano, docto & ingenioso poëta, indigna.

636 CUNCTIS IMPUNE] Quid vult dicere?

645 GENITOR &c.] Pro *genitorque numen secundum Phorcus Cetoque parens.* male.

668 VOLATU] Al. *meatu.* V. Codd. inspiciendi.

674 TENEBRAS] An *latebras?*

675 TREMENTE] Legendum videtur *premente.* qui enim tremat Pallas, quae belli dea est, & trepidi Persei ictum dirigit? *premente dextra harpen* i. ictum dirigente. sic supra.

Nec vidit recto gladium mucrone prementem.

& *quae presso tremat ense manus.*

677 LATA] An *lenta?* i. mollia, tenera; *lentissima bracchia.* Horat.

685 PROPIUSQUE] An propius terram secabat? An vero propius domum Argos i. linea rectiore secabat? placet posterius. *propius* ἐλλειπτικῶς, pro propius patriam, domum, Argos, vel propius à patria, domo, Argis.

691 PREMIT] Quae sequuntur usque ad versum *signa nec in Boream* inclusive, Lucani esse non videntur. Fortasse, à Polla aut aliquo alio addita fuerunt, ut locus imperfectus à Lucano relictus compleretur. Liquet e Lucani vita, tres priores libros Pharsaliae tantum ab eo perfectos, reliquos inchoatos relictos. Vita Luc. ex Comm. antiquissimo.

709 SQUAMIFEROS] Al. *squamigeros* V. Codd. Vett. *squamigerum pecus* habent Lucret. & Virgil.

722 ORAQUE] Icti, an sua? de icto accipiendum videtur ex Solino.

729 PESTIFEROS &c. *Aëra* &c.] Hi duo versus sunt spurii, & menti authoris repugnant. Infra *nec vobis opus est ad noxia fata veneno:* sed & hic versus abest à Vett. MSS. plerisque, & nothus videtur.

731 RUMPITIS INGENTES AMPLEXU] An scribendum *R. i. amplexu & verbere? Rumpitis* i. occiditis, necatis, frangitis. Vide notata ad Epigrammatis Martialis versum.

Equitem rumpere, quam leporem.

732 DATIS OMNIA LETO] Suspectum hemistichium; sed ἐπέχω.

762 ILLA] Τὸ *illa* est ablat. casus. Ordo, sed mors (alia) tristior illâ erat ante oculos.

766 QUA] Nota phrasin. *tantum qua, ut plus qua.*

777 ET LATERUM] Τὸ & delendum videtur. V. Codd. Vett.

785 DISCEDUNT] Legendum omnino videtur *desidunt* i. καθιζάνουσι. *desidit tumor* Cels. s'affaissent i. in cineres resolvuntur. Ex *desidunt* primum factum est *descidunt*, ex quo demum *discedunt*.

792 SUCCENDIT; TENDITQUE] Nova distinctio.

798 EXUNDAT] Al. *exultat:* an *exurgit?* placet. Vide Codd. Vett. τὸ *exundat* cum *undarum cumulus* non placet.

803 NON AUSI] Ne scil. fumo, & nidore veneni teterrimi castra inficerentur.

808 TOTIS SE EFFUNDERE SIGNIS] Al. *totis effundere s.* An leg. *totis se fundere signis* i. statuis in theatro positus? V. Codd. Vett.

809 PRESSURA] i. fluxus, ῥεῦμα. *pressura* κυρίως est τὸ τῶν σταφυλῶν ἔκπιεσμα, mustum. Plinius Lib. XVIII. cap. 31. *Pressura una culeos implere debet.* Colum. *Mustum tortivum est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur.*

815 LAEVE] Al. *Leve.* Vett. Codd. habent *Vele.* an *Bele?*

821 MATURA] i. mature, cito, propere necantia. Infra.

- - - - - Quis fata putaret
Scorpion, aut vires maturae mortis habere?

833 Exemplar] An *exemplum?* V. Codd. Vett. τὸ *exemplar* hic est *exemplum*.

838 Et tibi] *At* fortasse legend. V. Codd. Vett.

840 Suspecta est] Τὸ *est* abest a Vett. Codd. Ordo. *suspecta tellure, in qua jacebant*.

846 Nec quae] Locus imperfectus à Lucano relictus.

852 Ire libet] Hic vers. & seqq. duo nothi. *Injustus* sub. est. An legend. *adjustus*? V. Codd. VV.

877 Terga damus &c.] i. ultra ortum Noti jam pervenimus: Eodem enim modo sub alio flat Hemisphaerio, quo supra hoc nostrum. Vide L. x. vs. 50. *Flagrantis post terga Noti*.

881 Ipsa est] *Est* abest a Vett.

884 Fatis] i. omnibus Fortunae casibus adest. An *fessis* pro *fatis* i. ἀπηγορευκόσι, κεκμηκόσι? V. Codd. Vett. τὸ *fatis* placet. Legitur & *miseris* quod ineptum glossema esse videtur.

905 Sustinuere diem coeli &c.] Hic versus sic distinguendus videtur.

Sustinuere diem, coeli servantur in usus.

Quid est enim *servari in usus? Servari in usus coeli* i. e. in Jovis ministeria. Ideo *Jovis volucrem* dixit. Vide notata Lib. Adversar. v. pag. 90.

909 Salute] An *salute est?* V. Codd. Vett.

921 Longe nascentis] Hoc ex falsa opinione existimantium, cervos in Africa non nasci. Vide Serv. ad iv. Aen. & alios ad eumdem locum, & refuta ex relatione nova regionis ad fluvium Gambeam, ad cap. viride.

949 Dedit gaudia] Quis dedit gaudia, aut quid dedit? τὸ *videre leones?* suspecti videntur.

960 Euximumque] Suspectus versus.

963 Rhoetion] Al. Ῥοιτέιον, *Roeteum. Rhoetion* est a Ῥοίτειον, quod legere non memini.

986 Damnabitur] Al. *damnabimur* i. tu, & ego cum illa vivemus.

998 Restituam] Ante hunc versum in quibusdam hic exstat.

Constituam sparsas acies, replebo ruinas.

Sed nullius est pretii.

1000 Sic fatus &c.] Hic liber decimus incipiendus videtur. Interpolator malis versibus assutis aliud initium inferius facere voluit. Imitatus est Lucanus vi. Aeneidos initium.

Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris &c.

Hic autem nonus liber his votis Caesaris aptissime claudi notabis.

Iliacinerum, Phrygias colitis quicumque ruinas &c.

1004 Laxante] An vela continue tendente? Alias *lassante* legitur. V. Codd. Vett.

1016 Labores] Al. *laborem*. V. C. V. infra.
- - *inseruit nostro sua tela labori*.
i. civili bello.

1021 Percussum est] *Est* abest a Vett. MSS.

1048 Non mixti nec nata] *Num mixti*, & *num nata* fortasse legendum, placet.

1063 Simulati &c.] Al. *simulato*. Legendum videtur, *simulato fronte dolori*.

1078 Duorum est] Τὸ *est* abest à Vett. Codd.

1079 Vertissem] *Verti jam* scribendum videtur. τὸ *vertissem* hic non placet.

1084 Profecto] Gl. Phil. *Profecto* δηλονότι δηλαδὴ. Onom. *Profecto* παντάπασι, alii ὄντως, ἀληθῶς. An ex *profacto* factum est τὸ *profecto?* i. pro refacta, revera. Gl. Gr. ὄντως *sane, plane, profecto, certo*, quae postrema expositio in hunc locum quadrare videtur. de *profecto* vide notata ad Terentium.

Ad Librum decimum.

1 Ut primum] Vide initium Lib. x. supra vs. 1000.

7 Rapere a sanguine] Quis hanc phrasin ferat?

8 Ne populus] Quasi vero Pompeji manes Caesari parcere voluerint, & Aegyptum invisam populo Romano inviderint. Haec inepta sunt & Lucano indigna.

10 Sequutam] Sic Vetus Codex i. quae se partes ejus sequutam esse hoc scelere testata fuerat.

21 Vindice fato] His repugnant inferiora ista *fortuna pepercit manibus &c. Spargenda* ex inferioribus istis sumptum, *Nam sibi libertas &c. Ludibrio servatus erat. Adytis* qui adyta sacrata, si ut supra *effossum tumulis est antrum* i. in tumulorum usum? Interpolator τὸ *terras* in *terrarum* mutavit, ut versui serviret. sed fortasse *mundi* scripserat Lucanus in hunc modum *Felix praedo jacet mundi. Fortuna pepercit* &c. Ordo: *illic praedo felix mundi, proles vesana Philippi Pellaei, jacet*.

41 Occurrit] Τὸ *sed* hic subauditur; ut supra pluribus locis notatum, & infra vs. 105.

70 An scribendum, & distinguendum?

Quis tibi vesani veniam non donet amoris,
Antoni, durum cum Caesaris hauserit ignis
Pectus, vel media in rabie, medioque furore,
Et Pompejanis habitata manibus aula?
Sanguine Thessalicae cladis perfusus adulter
Admisit Venerem curis, & miscuit armis
Illicitosque toros, & non ex conjuge partus.
Pro pudor! &c.

Vide Codd. Vett. & Edd. omnes.

83 Simulatum comta] i. simulans dolorem; sed cum corporis ornatu. V. Codd. Vett.

99 Quantosne] Nota duplicem interrogationem. Τὸ *ne* παρέλκει. Vide notata ad Terentium p. 155. Ed. Faërn. Supra Lib. vii. vs. 301. *quone* pro *quo* Plaut. Bacch. *quamne* pro *quam* Act. ii. Sc. 3, 23.

105 PERORAT] i. persuadet. nove dictum. Scribe *perorans*.

106 INFANDAM] Al. *infaustam*. rectius. supra vs. 60.

> - - - *quantum impulit Argos,*
> *Iliacasque domos facie Spartana nocenti;*
> *Hesperios auxit tantum Cleopatra furores* &c.

Vide Codd. Vett. & confirma.

107 DONISQUE] i. e. Aegypti regno, quod Cleopatrae dedit, cum in provinciam redigere posset. *est* abest a Vett. Codd.

115 STABATQUE SIBI NON SEGNIS ACHATES] An legendum *Stabat cyclis insignis Achates*. Plinius de Achate. *Circulos nigros & albos in medio habet, junctos & variatos &c.* Vide locum Plinii. Τὸ *cyclus* legitur Lib. VII, 363. Vulgata lectio nullius est pretii. Quid? si *stagnat* pro *stabat* legatur; *stagnare* i. e. bractea inducere, περιπεταλοῦν, γανοῦν. Gloss. Philox. in *stagnat* Lex. Graecol. in γανοῖ. Τὸ *sed* ἰσχύει. ante τὸ *stagnat* τὸ *que* delendum videtur. Ex *cyclis* factum videtur *cidis*, & inde *cibis*; ex quo *sibi*. Ex *insignis* primum *insegnis*, ex quo *non segnis* Glossema, quod in textum irrepsit. Vetus liber Thuani super τοῦ *non segnis* habet *mirandus*; quod est glossema τοῦ *insignis*. Sic etiam hunc versum rescribere placuit.

> *Marmoribus: stabatque sub iis non segnis Ophites,*
> *Purpureusque lapis* &c.

Sub iis sub. marmoribus. *non segnis Ophites* i. e. columnae ex Ophite marmore stabant. *purpureusque Lapis* i. e. πορφυρίτης λίθος. Scriptum fuerat *sub is* pro *sub iis* ex qua lectione *sibis* factum, & *sibi*.

117 MAREOTICA] Legendum videtur *Meroëtica* i. e. ex Meroë. Infra vs. 303.

> *Ambitur nigris Meroë fecunda colonis*
> *Laeta comis Hebeni* &c.

An apud Horat. legendum *Meroëtico lymphata mentem* &c. pro *Mareötico*, ut vulgo legitur? Infra vs. 161. *Meroëticum* vinum nobile, & generosum, *Mareöticum* autem vulgare. Vide Salmas. ad Plinium. τὸ *Meroëticum* hic exoticum quid sonare debet. A Μερόης, Μερόντος, est Μεροντικὸς, Meroëticus. Nam a Μερόη, ης, est Μεροῖτης & Μεροϊτικός.

122 IASPIDE FULVA] i. Jaspidis testellis. Virgil.

> - - *hinc stellatus iaspide fulva*
> *Ensis erat.*

125 PLUMATA] An opere plumario, vel plumarium imitante? posterius placet.

126 PHARIIS TELIS] Sub. *in Phar. telis*. An *tela* sunt instrumenta textoria? Tibull.

> *Et adpulso tela sonant latere.*

An sic legendum?

> *Ut mos in Phariis* &c.

V. Codd. Vett.

127 TUM FAMULAE] Sub. *stat*: quod respondet τοῦ *Stat contra fortior aetas*. quid? si sic legatur *Stat famulae n.* &c. cui respondet *Stat contra* &c. placet posterius. ut hic τὸ *stat* in *tum* depravatum est, sic infra vs. 329. τὸ *jam*. Vide locum.

141 SIDONIO] Τὸ *Sidonio* hic est tenui. Qui enim, si pectine Serum compressum est, *Sidonium* esse possit? Sed hi tres versus suspecti.

143 EXTENSO] In latum extendit, non in longum. al. *expanso*. V. Codd. Vett.

161 MAREOTIDOS] Vide notata supra ad vs. 117.

167 EXTERNA TERRA] Al. *externas terras* placet. *aëra* i. spiritum, auram, odorem. Τὸ *externa terra*, quod in quibusdam libris legitur, non placet.

194 FAS MIHI PRODERE] Ad illud Virgilii allusit Aen. II.

> *Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura.*

Al. *edere*; sed locus Virgilii τὸ *prodere* confirmat.

199 Hi versus usque ad *Vana fides veterum*, faciles, & expediti sunt; sed Lucani esse non videntur, sed insititii, ac spurii, ut ex (infra vs. 262.) causa assignata apparebit.

214 QUAE CUM DOMINUS] *Haec* pro *quas* hic legendum videtur. V. Codd. Vett. Sed haec spuria videntur. Aquae Mercurius habetur dominus apud Cinenses. Phil. Hist. Cinens. pag. 89.

219 VANA FIDES] Falsus est Lucanus, ut ex recentioribus historiis constat. Hic autem incipit Achorei de Nilo disputatio.

229 HIBERNUS, CUM] Legendum videtur *tum*; & post *hibernus* τελεία στιγμὴ ponenda. V. Codd. Vett.

239 ZEPHYROS] Al. *ventos*. V. C. V. sed τὸ *ventos* glossa videtur. Alii Etesias volunt, qui flant ab Arcto. Suidas in Ἐτησίαι. Straboni *Etesiae* sunt subsolani, ἀπηλιῶται. Zephyros esse non ex sua, sed aliorum opinione Lucanus existimasse videtur. Quaerendum.

245 FLATUS] Ordo. *flatus feriunt aquas* &c. Sed melius legas cum libb. MSS.

> *Assiduo feriunt e. q. r. flatu.*

262 AST EGO] Achorei opinio de Nili incremento, ex qua versus 20, qui supra leguntur, nothos, & supposititios esse liquet, qui scilicet causam à causa ab Achoreo assignata diversam continent.

266 TOTO] Al. *mundo*. V. C. V. Glossa videtur τοῦ *toto*.

269 ET PHARIIS] Al. *Haec ph.* quod placet.

290 CURSUS IN OCCASUM] Hic versus sequentis glossema est. al. *occasus*. al. *ortum*.

305 AESTATEM &c.] Idem supra dixit Lucanus Lib. IX. vs. 529.

> - - *truncum vix protegit arbor.*

Sed ille locus ex hoc sumptus est.

306 LINEA] i. circulus aequinoctiali parallelus, longitudinis circulus. Sed iste versus suspectus videtur.

308 PRAEVEHERIS] i. praetervcheris. supra L. IX. vs. 1002.

- - - Asiamque potentem
Praevehitur, pelagoque Rhodon spumante relinquit.

317 ABRUPTA] Gl. Philox. *Abrupta*, ἀπόκρημνα, ἀπερρωγότα. *Abruptum* ἀπόκρημνον. *Abrupta viarum* pro *abruptae viae*. *Strata viarum* Virgil.

326 SIGNA] Quae sunt illa signa? Vide Herod. & Strab.

328 UT ALTA] Al. *in alta*.

It convalle tacens jam moribus unda r.

Grot. è Vett. MSS. placet. V.C.V.

349 MONET] *Jubet* hic Lucanus scripserat, sed interpolator mutavit propter τὸ *juberet*, quod in praecedenti versu suo insititio cum vs. 347. posuit.

370 PER TE &c.] Sub. *oro*. Oro te, ut adsis. Vide similem ἔλλειψιν Lib. v. vs. 739.

384 INGENTIS FATI] i. nati sumus ad ingentia scelera perpetranda. Sic Lib. VIII, 15. *Stantis Cornelia fati*, & eodem lib. inferius *Aeterni Martis Alanos*. al. *ingentes facti*. V. Codd. Vett.

409 JUGULUMQUE] Hic versus sic legendus videtur, & distinguendus;

Aere merent parvo jugulos in Caesaris ire;
Non sibi dant. pro fata &c.

merent ire. i. conducti sunt, ut eant. *Jugulus*, & *juguli*, seu *jugula* in plurali de uno dicuntur. Cic. *Socrates jugula concava non habebat*, *sibi dant*. i. suo odio, suae libidini indulgent. τὸ *fas* hic non placet. legendum videtur *pro fata!* Leporis est nonnihil in verbi repetitione *pro fata*, *ubi fatum* &c.

420 ARCENT] Ἐναλλαγὴ pro *arcuissent* & vicissent. Lambert. habet *vincunt* in praesenti, quod respondet τῷ *arcent*. Itidem Sulp. Verul.

418 SATELLES] Pothinus, belli Alexandrini auctor. supra vs. 405.

Ut duce sub famulo, jussuque Satellitis irent.

Sub duce famulo Achilla, & jussu Satellitis Pothini.

427 TRAHAT. T. E. P. FERRI, NON] Distinctio nova. V. C. V. adeo viribus suis confidebant, ut tanquam de successu certiores noluerint invasionem accelerare.

458 CEU CAPTIS] Al. *vel*. an *&*? V.C.V.

472 ORATOR REGIS PACISQUE SEQUESTER AESTIMAT] Locus imperfectus. duo erant Serapion, & Dioscorides. V. Caesar. non ipsa jura ponenda; sed eorum violatio, i. foedera violata. Haec duo hemistichia insititia, & spuria videntur.

474 THESSALA] An *Thracia* seu *Taurica*? V. C. V. Sulpit. τὸ *Thessala* ad Gigantes refert.

476 GELIDO &c.] An legendum.

- - & gelidi circumfluus orbis Iberi? i.

Iberia, Hispania, quae pene mari undique cincta est. τὸ *circumfluus orbis Ibero* nec placet, nec recte dici posse videtur. V. Codd. Vett.

485 MURIQUE VICEM] Τὸ *vicem* hic positum est pro *vice*, vel ἐλλειπτικῶς pro *invicem*. ut *in modum*, *in formam* &c. Nota.

490 CONSTANTIA MENTIS] Al. *fiducia menti*. V. Codd. Vett. τὸ *constantia* suspectum est. Raro enim Caesarem laudat Lucanus.

492 JUNCTIS IN BELLA] i. ad usum belli, ut junctae vice pontis essent ad regiam invadendam.

523 ACHILLEA] Ab Ἀχιλλεὺς est Ἀχίλλευς Aeolicum, unde Latinum *Achilles*, *Achillis*, *Achille* &c. Ab Ἀχίλλευς est Ἀχίλλας Macedonicum i. Aeolicum, seu Doricum vocabulum. Ideo Ἀχίλλεα accusativum Jonicum pro Aeolico, seu Dorico Ἀχίλλαν usurpavit Lucanus. Poterat scribere sine licentia.

Justo terribilem ferro transegit Achillan,

Sed versu minus expedito. V. Codd. Vett.

536 TOTA FORMIDINE] i. omni perciulo, Sulpit. Ver. An potius, totius hostilis exercitus impetu? placet.

542 CAPTUS &c.] Hi quinque versus additii videntur. Liber imperfectus est.

JACOBI PALMERII A GRENTEMESNIL, ΚΡΙΤΙΚΟΝ ΕΠΙΧΕΙΡΗΜΑ,

Sive

Pro LUCANO APOLOGIA.

Tum

Diluuntur ea, quae Josephus Scaliger contra Lucani famam scripsit in suis ad Manilium prolegomenis, nec non in sua ad Mamertum Patissonem epistola, cum locorum, quos arguit, explicatione.

Urbium Regina Lutetia me tenebat anno Salutis MDCXXIX, & ibi molestis litibus fatigatus animus doctorum virorum confabulatione aliquando reficiebatur, & fastidium, quod in foro Judiciali contraxeram, in Musarum sinu quoties licebat horis subcisivis deponebam. Festis igitur Pentecostes diebus, dum Justitium claudebat Palatii valvas, Lucani Poëtae lectione recreabar, & ab ejus lectione surgens commotior (dum nullum aliud opus in tota Poëtarum republ., cui Pharsalia *fasces submittere* debeat, inveniri posse confido) ad quemdam ex amicis virum eruditum visendum forte perrexi. Is autem erat ejusdem Poëtae lector assiduus, & qui eum laudare libenter solebat. Dum igitur, ut fit, sermones diversos de litteris conserimus, ut eram recens à Lucani lectione, non potui quin ejus mentionem facerem. Ille ansa arrepta per ejus diversas laudes alacriter spatiatus est. Ego vero illum me anteire non pati. Ille pone subsequi non sustinere. Pariter ergo & aequatis veluti fontibus properantes stadium illud ἐγκωμιαστικὸν à carceribus ad metas decucurrimus, & sacram, puto, fecimus coronam. Sed cum inter alia dixisset ille, se mirari illorum ἀβλεψίαν, qui Virgilium solum stupentes, non admittebant Lucanum in comparationem, cum sibi non inferior Marone videretur. Notavi verbum, ut audax & insolens, caeterum quod à Papinio Statio olim prolatum, qui eundem Lucanum cum Homero & Marone conferre non dubitavit, magnam Lucano conflavit invidiam. Ille nihil se morari invidiam aut invidos dicere: caeterum orare ne causa incognita suam damnarem sententiam; sed ut subla-

to

to praejudicio de ea denuo cognoscerem, nec ante dimisit, quam me in hoc studium incubiturum serio promitterem. Reversus ergo domum, protinus ad Virgilium me contuli, & tantos viros inter se comparare agressus sum. Sed dum ejus plures paginas revolvo, fateor, Maronem nihil de suo jure remittentem, tanta admiratione mentem perfudisse, ut ad suas partes toto mentis impetu omnino accederem, nec dubitarem amicum meum de transfugio à Lucani castris sollicitare velle. Quod ut optimo jure fieret, ne non satis auditus damnaretur Lucanus, rursus illi aquam concessi. Verum eo audito, ecce alius stupor mentem invadit, non enim contentus, consulatum & fasces cum Virgilio aequo jure partiri, ultro dictaturam affectabat. Quid multa? Cum fatendum sit, licet cum existimationis dispendio, per integram hebdomaden, qua ei studio vacavi, amborum illum, qui novissime in manibus fuerat, continuo sibi calculum nostrum vindicasse. Nec unquam potui tam constanter secundum alterum pronuntiare, quin statim alterius lectio sententiam praecipitatam convelleret. Id vero mirum, quod seculorum consensus, qui Lucanum ad secundum locum damnaverat, me non mediocriter monebat, ut illius parteis inclinatas meo suffragio sublevare tentarem. Nempe eo, quod miseria facile misericordiam accersit, & ne instare perculso mihi viderer, ubi de jure non liquebat, infirmiorem fovere & adjuvare melius putabam. Non tamen eo usque valuit vel Neronis odium, & versus ostentari prohibiti, vel mors in ipso aetatis flore domini gladiis properata, vel quaecunque alia Lucano favorem allicere possunt, ut aliquid derogatum Maroni voluerim. Integra illi sua jura per me sunto. Primam certe obtineat coronam, dum non ἀκονιτί, sed cum non inferiori athleta compositus, plurimo cum sudore eam reportare velit. Et ego quidem non fungar Hellanodicae munere, absit, ut id mihi arrogem; sed tanquam aliquis è cavea spectator, mirabor, & laudabo eorum palaestram. Neutrius vitia memorabo, quae aut nulla sunt, aut me fugiunt. Sed utriusque athletae laudes non invitus praedicabo. Virgilii equidem parcius, non enim eget praeconio meo, quem corona omnibus conspicuum fecit. Lucani fusius, ob hujus seculi in eum iniquiora ingenia. Ergo rependere Lucano beneficii gratiam omnino decrevi, & pro insigni animi voluptate, quam in Pharsaliae lectione me percepisse memini, tanti viri contra ejus obtrectatores famam propugnare pro virili parte conabor, dum fervet animus, nondum restinctis ejus incendiis, dum obversatur memoriae pulcherrimi operis recordatio, cumque magno Virgilio non adeo imparem congredi posse in animo est asserere. Nec parum famae accessisse Maroni, quod & secundum Lucanum fecerit antiquitas. Eum sane antecedat Virgilius cum dulcedine versuum & metri suavitate, tum fictionum apte disposita varietate, in qua plerique Poësin constituunt: sed praecipue apud Caesares gratia. At majestate & pompa quadam decente, sententiarum gravitate, & brevitate, sensus eximio pondere, argumenti nobilitate, libertate denique & παῤῥησίᾳ digna feliciore seculo, nullus certe illum superaverit. Virgilius fluvii instar magni per plana fluentis placide labitur, ripas suas leniter alluens, quas laeto gramine, & floribus undequaque vestit, affatim ornat, quacumque irrigat ver faciens perpetuum. In eo nihil tumidum inaequalitate, nihil levitate spumosum, uno tenore fluit, placidus & perspicuus adeo, ut gemmae in imo fundo latentes non lateant, ut egregia ornamenta, huc illuc pisciculorum instar in opere agminatim natantia, manifesto deprehendantur, ad unum numerentur: ut nemo sanus innatare tam limpidis

pidis

pidis aquis, tam amoeno alveo se credere reformidet. At Lucanus, tamquam Ister aut Euphrates aliquis, violentius per devexa fertur, & narrationis veritate, & styli brevitate, tamquam riparum angustia coarctatus, non sine strepitu, sed grato, ruit potius quam fluit, sed perenne & indesinenter: ingentes sensus reconditi moles secum volvens, & sententiarum aurearum ramentis ditescens, riparum accolas (lectores scilicet suos) si minus delectat, certe plus ditat. Nec est in eo perspicuitas optabilis, cum eo ipso limo (sensu scilicet obscuriore) quo turbantur ejus undae, pinguescant ingeniorum agri, luxurient segetes, dum illis, ut alter Nilus, alte superfunditur, & abundantis sensus alveum verborum excedens, mentes obruit quasi & inundat, omnibus modis dives, & utilis, & beneficus. In Marone bene curata cutis, & pulchritudinem exterius, & interius sanitatem esse vivido candore demonstrat. In hoc eminentes tori, & artuum bene stipata compago vires, & immensum robur arguunt. Illum amares: Hunc mirareris. Ille excelse, decenter, ornate ubique dicit: Hic acriter, magnifice, ardenter omnia profert, cum flumine quodam, & impetu canoro. Ille suadenti propior: Hic imperanti. Ille Phoebo canenti similis: Hic Jovi tonanti. In illo decens, & castigatus impetus, in hoc divinus, & amabilis furor. Illius Musa laetior, & obvius comitate grata mollius, & sedatius incedit: Hujus severior & pulchra majestate refulgens incitatius fertur. Vulgus prophanum arcet, solos doctiores admittit ad oscula. At illud mehercule utrique commune, quod ambo lectorem in admirationem rapiant, quod tunc potissimum placeant, cum retractantur, quod pariter τὸ κέντρον ἐγκαταλείπει τοῖς ἀκροωμένοις (quod de Pericle dicebat olim Eupolis) & in diversa scribendi ratione (dicam licet undique reclament) summa, nec impar in utroque gloria. Ut usurpare possit aliquis in eorum comparatione, quod alter eorum canit

Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo
Et cantare pares. —— —— ——

Si quis in agone poetico Caesarem contendat esse Virgilium, Pompejus erit meo judicio Lucanus, qui suarum partium fautores inveniet multos, & suum etiam doctorum habebit Senatum, & Catones, licet Diis adversantibus.

Et quoniam ad Caesarem, & Pompejum nos detulit oratio, profecto nihil magis obfuisse arbitror Lucano, quare non potuerit apud omnes de primis cum Marone contendere, quam Pompejanarum partium studium, sive illud ex animi undequaque liberi sententia prodiderit, sive ut ita Neronis inimicitias ulcisceretur. Hoc attentius considerari meretur: ideo adverte animum lector, & patere, me aliquantulum in eo immorari. Uterque sub Caesarum imperio vixit, Maro sub Augusto, qui pridem triumviratus saevitia ablegata, jam se moderati animi principem omnibus exhibebat. Lucanus sub Nerone, qui pudoris ficti persona deposita, omnibus vitiis auctoratus, Matris indulgentissimae caedem primum gradum ad summam saevitiam aspiranti sibi posuerat. Maro ex Mantuana plebe civis, nullis majorum imaginibus, solis ingenii viribus fidens, Romam petiit, & ibi propter eximias animi dotes statim celebris factus, per Maecenatem Caesari Augusto innotuit, & expansis omnibus ingenii viribus tamquam velis, aspirante Maecenatis favoris aura, ad ipsius Imperatoris amicitiae portum facile successit, & ejus laudes ubique in operibus suis decenter inspersit, amuletum adversus invidos, & aemulos potentissimum. Tandem Julii Caesaris vanissimum mendacium (quod in Juliae amitae laudatione pro rostris auda-

audacter certe, ne dicam, impudenter protulerat) Aeneïde sua tamquam exquisiti operis colophone imposito, decentissime fastigiavit. Itaque ab Augusto fama, & opibus auctus, in ejus aula omnium favore, & gratia subvectus, sine obtrectatoribus vixit, & egregiis operibus publicatis, Caesareae domus splendorem lumine excitans suo, & vicissim ex Imperatoris favore famam operibus suis facile concilians, feliciter & merito perennitati litavit. Lucanus M. Annaeo Mela equite, sed illustri, & qui consularibus viris potentia exaequabatur, natus, Romae ab incunabulis educatus, ob ingenii dotes in Neronis notitiam facile pervenit. Sed Quaesturam adeptus non potuit in principis gratia diu permanere. Nam nobilitatis conscientia generosum animum nimis extollebat, quam ut posset tam indigni domini voluntatibus obsecundare. Itaque statim invisus Neroni, Poëticam gloriam stolide affectanti (contra quem Poëma recitantem suum in quinquennali certamine laurea coronatus fuerat) indignis modis ab eo exagitatus fuit.

Famam versuum Lucani premebat Nero, vanus aemulatione Tacito teste Annal. xv. Prohibebat eos publicari, legi denique, & ostentari. Imo & interdixit illi Poëtica, & vetuit versus pangere, quod nos docet Dio Nicaeus, misso (credo) centurione, vel codicillis. Sicque Neroni inimicus factus in conjuratione Pisoniana cecidit, ab imperatore jussus mori annum agens XXVII. Haec si attente consideres, lector, nonne tibi mirum videbitur vel unicam pagellam ex Lucani scriptis ad nos usque pervenisse? Sed desines mirari, si operis pulchritudinem ad mentem revoces, simul & mors Neronis, qui non multum supervixit, judiciorum libertati portam patefecit; ideo tot tantaque de eo auctore antiquorum egregia testimonia ad nos usque invito Nerone duravere.

Sed nunc pressius agamus. Augustus Virgilii opera laudabat, ejus famam fovebat. Principis exemplum in aula lex est. Nero Lucanum oderat, ejus opera suggillabat, famam premebat, versus pangere vetabat, poëmata ostentari, legi, publicari prohibebat, auctorem denique occidit. Tyranni metus legis auctoritatem obtinet. Sic Maronis Musa, Augusto favente & sublevante, facile se erexit, & primum inter Poëtas epicos locum Aeneïde sua firmiter occupavit. Prodiit sequente seculo Pharsalia, quae Nerone invito, premente, & vetante, nihilominus emersit, & per confertos hostes, Neronis adulatores frustra sese opponentes, & eorum coryphaeo Petronio maligne augurante neglecto, ad summam gloriam evasit. Sed aulicorum favore destituta, licet viribus integris, & superante animo, primum locum incassum affectavit, & in secunda sede manere coacta est; non enim sub aequis judicibus res acta est. Ex his praemissis facile est colligere, quare Virgilius sit Lucano praelatus.

Secuta est enim facile posteritas majorum judicium, quibus sub Caesarum domo, eaque Lucano infesta, gentis Juleae vati primas denegare, aut tutum non fuisset, aut saltem ad Caesarum favorem minime idoneum, quandoquidem ob solam elegantiam, & nitorem carminum, vano Neroni, & stolide aemulo invisus erat. Tum ipse etiam aliquando nimis libere de Caesarum imperio suam exponit sententiam, ut patet ex quatuor versibus, qui sunt quarti Libri ultimi, & extremi

Jus licet in jugulos nostros sibi fecerit ense
Sylla potens, Mariusque ferox & Cinna cruentus,

Caesa-

Caeſareaeque domus ſeries, cui tanta poteſtas
Conceſſa eſt? emêre omnes, hic vendidit urbem.

Et Lib. VIII.

Tu quoque, cum ſacro dederis jam templa tyranno,
Nondum Pompeji cineres, ô Roma, petiiſti.

Qua certe libertate dicam, an audacia? Parum lenocinatus eſt hominum favori, & eo nomine plus verae gloriae adipiſci meruit. Quod vulgarem, & notham ex adulationis contubernio notam generoſe contempſit. Aetatis etiam praerogativa Lucanum oneravit praejudicio, & juvit procul dubio Virgilium, qui primo loco multum antea occupato, non potuit inde vel ab aequali deturbari. Tum Virgilio materia grata, & laeta, campus planus, & apricus, in quo potuit libere exultare, & per amoeniora loca, ut libuit, incedere. At Lucano labos in arcto, quippe intra veritatis hiſtoricae cancellos, campus ſalebroſus, & invidiae flatibus obnoxius, ubi incedendum erat

- - - - - - *Per ignes*
Suppoſitos cineri doloſo.

Ob recentem rerum memoriam, & nepotes ſuperſtites, & implicitos avorum famae, vel infamiae. Materia ſevera, nec ſemper carminis ſatis patiens, onus denique laboris immenſum, ſub quo omnes defecturos non dubitabat dicere Petronius. Has omnes nihilominus ſalebras facile ſuperavit genius felix, & Pharſaliam ſuam uſque ad miraculum excoluit, licet mora praecipitata ultimam manum ſeptem extremis libris inviderit, ſi vixiſſet, caſtigatiores procul dubio relicturus. At qua fronte, dicet hic aliquis, Lucanum audes tantis cumulare laudibus, quem Julius Caeſar Scaliger, vir procul dubio doctus, critico aculeo tranſverberavit, dum *latrare interdum, non canere ſibi videri* dixit. Quem doctior filius, & noſtri ſeculi lumen Joſephus Scaliger adeo contempſit, ut vix *ei medium locum, fortaſſe nec ſubſellia quidem in penetralibus poëtices relinquat*. Sic enim ille loquitur in ſua ad Mamertum Patiſſonem epiſtola. Certe ego Julii Caeſaris ſententiam nihil moror, cujus hypercriticon multum audaciae, parum judicii habere docti viri pridem notaverunt, & ſcriptis editis teſtati ſunt; cujus alios carpendi, & exagitandi ſtudium, & τὸ ἐριστικὸν magis Sophiſtam decere, quam Philoſophum, maximos in litteris viros olim notantes audivi, dum de ejus adverſus Cardanum ἀδιαμαχίᾳ judicium faciebant. At ſi quis alius, ego ſum unus ex iis, qui Joſephum Scaligerum amant, laudant, mirantur, qui eum Doctorum ſui ſeculi coryphaeum eſſe lubens ubique praedico: abſit tamen, ut tantum poſſit apud nos ejus (quantuſcunque tandem ille fuerit) praejudicium, ut non liceat obloqui, veritatem tueri, & unicuique, quod ſentiat, libere pronuntiare: praeſertim cum ille nos docuerit, in ſuis ad Manilium prolegomenis, quo, ut ita dicam, oeſtro percitus in eximium Poëtam debacchatus fuerit: nempe contentionis, & rixae calore, quae cum inſigni quodam Mathematico, & Poeta (quem non nominat) ei interceſſit, *qui Lucanum non ſolum ut ſummum Poëtam, ſed etiam ut praeſtantiſſimum aſtrologum, & geographum mirabatur.* Nec non cum alio Hiſpano *acerrimi judicii* (ut ait ipſe) *viro* (is autem erat Petrus Jacobus, ut ex Clavii Bambergenſis in Sacroboſcum commentario didici) quem felici, & commoda paucorum verſuum in proprium locum revocatione, ſententiam Lucani

 cani

cani explanasse, & sic ejus loci reprehensionem, quam in sua Manilii προεκδόσει publicaverat, facile elusisse dolebat. Erat enim ille heros alioqui numquam satis laudatus nimio plus ἰσχυρογνώμων, & qui minime omnium pati batur sibi vel jure contradici. Tum ingratiis Lucani laudes audiebat, eo quod judicium patris sui quodammodo sugillare videbantur. Hinc illae lacrymae, inde ejus in Lucanum odium, jurgio, & irae impetu longius provectum, quam tantum virum decuit. Verum, quandoquidem vacat, & licet, juvat etiam accuratius videre, jure an injuria tantum hominem, tot retro seculis fato functum, ad invidiam retraxerit: licet enim pateat ex ipsis Scaligeri scriptis, & illum Hispanum, & quendam etiam alium anonymum. Poetae famam scriptis vindicasse: Tamen cum eorum scripta forte numquam edita fuerint, saltem in manus nostras numquam devenerint, & in Scaligeri ad ea scripta responsionibus (quae in secunda sui Manilii editione extant) multa sint nova ἐγκλήματα, vel eorum fulcimenta, operam, credo, lusisse non dicar, nec actum agere, si tanti viri tantis assultibus umbonem etiam nostrum (sive parmulam dicas) opponere, & aliquid pro me dicere tentavero, quo sarta tecta Poetae existimatio sua maneat, & Scaligeri bilis incassum excanduerit. Quod ut certo quodam ordine fiat, sequar reprehensionum capita eodem ordine, quo ea proposuit in suis ad Manilium prolegomenis Vir Illustrissimus.

Primum igitur in Maniliana προεκδόσει illud Lucano, ut ipse loquitur, ἀτόπημα adscripserat, nempe habitantibus sub Tropico omnia signa recte oriri, & recte occidere. Sed ut vidit, facili quinque versuum transpositione evanuisse illud incommodum, in secunda editione, *manere nihilominus aliud ἀτόπημα*, dicit, nempe umbram inter Tropicos semper in austrum cadere, quod ut attribuere Lucano jure videatur, hos versus profert, qui extant Lib. III.

Ignotum nobis Arabes venistis in Orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.

Quasi, inquit, *ἀμφισκίοις necesse sit umbras semper ire sinistras, vel in austrum, quid opus erat mirari non sinistras umbras in nobis? quae ipsis etiam aliquando non sinistrae sunt. Lucanus dixerat loco sub Tropico esse ἄσκια, & statim ultra Tropicum umbras jaci, & quidem in austrum, doctus ille vir vult sub aequinoctiali umbras austrinas jaci, hoc est κακῷ κακὸν ἰάσασθαι.* Haec ille. In quibus fateor me ignorare, & mirari, quare non admittit umbras austrinas jaci sub aequinoctiali, cum necesse sit toto fere sex mensium spatio id accidere ibi habitantibus, quos ipse recte ἀμφισκίους nominavit. Non capio igitur, quid sibi vult, dum id asserere vocat κακῷ κακὸν ἰάσασθαι; hoc enim culpa Lucanum omnino liberat, qui dum canit,

At tibi, quaecunque es Lybico gens igne dirempta,
In noton umbra cadit, quae nobis exit in arcton.

intelligit manifesto gentes ultra Tropicum Capricorni ad austrum longius remotas. Nam si, quod vult Scaliger, intellexisset gentes statim ultra Tropicum Cancri habitantes, non dixisset, *gens quaecunque es.* Quae forma loquendi ignotas gentes, & earum nomina ignorabilia significat, quae enim statim ultra Tropicum, illi adeo notae erant, ut ipse inferius Meroën describat, & ejus Sylvas Lib. X. Indi, Arabes, Troglodytae, Aethiopes, Garamantes, Lybes, gentes erant statim ultra Tropicum habitantes, quas noverat, & pluribus locis nominat. At gentium ultra Tropicum australem habitantium nomina ut plurimum ignorabantur eo seculo. Ut igitur

tur eas indigitaret, dixit, *gens quaecunque es.* Per Lybicum autem ignem Zonam torridam procul dubio intelligit, quam Ptolemaeus, & alii Geographorum filii Lybiae interiori conterminam faciunt, & quam eo seculo omnes inhabitabilem credebant, ideoque usus est voce *dirempta*, multum inter eas terrae desertae, & inhabitabilis esse innuere volens. Quod autem ad Arabas. Optime Lucanus eos inducit mirantes umbras sibi non ire sinistras, & ita prorsus hoc loco transversum egit virum, magnum, ut hoc reprehenderet: qui si rationem temporis habuisset (ut erat in eo eruditionis genere consummatissimus) profecto Poëtam, unico verbo mire clima ejus gentis, & tempus Pharsalici belli indigitantem, non potuisset non laudare.

Pharsalica pugna commissa est, ipso Caesare, vel Oppio teste Lib. III. de bello Civili, circa solstitium aestivum, quo tempore fruges jam maturae erant (nam in Graeciae partibus fruges maturas fieri ea anni tempestate, testatur Thucydides Lib. III. p. 182.) jure igitur Arabes australes mirati sunt umbras sibi non ire sinistras ea anni tempestate, qui in sua patria eas eo tempore semper sinistras habebant. Et sic etiam intelligendus Solinus, qui cap 35. ait, *umbras, quae nobis dextrae sunt, illis esse sinistras.* Itaque doctissimus Hugo Grotius, Musarum Batavicum decus, quem honoris causa nomino, in locupletissimo, quem ad Lucanum suum concinnavit, indice, *non* per *numquam* interpretatus optime est; quasi dixerit Poëta *numquam ire sinistras.* Et sufficiet haec responsio ad plures apud Scaligerum locos, ubi hoc nomine Lucanum injuste exagitavit. Quem tamen injustius accusat, perpetuam meridiem sub Tropico assignasse, in Manilii sui προεκδόσει, licet Lucanus expresse dixerit de Tropico Lib. IX.

Sic quoque nil obstat Phoebo, cum cardine summo
Stat librata dies. — — —

quod nulla alia ratione evincere conatur in sua ad Patissonem Epistola, quam quod, ita credidisse veteres astrologos ante Eratosthenem & Hipparchum, asserit. Sed supervacanea videtur defensio hujus accusationis, à qua tacite discessit in secunda Manilii sui editione, ubi contentus est Lucano adtribuere; quod crediderit, *nullam umbram sub Tropico jaci omni meridiano tempore, quamquam parallelus sub cancro non omnis anni tempore, sed solo solstitii die fit ἄσκιος.* Quod scilicet in Lucano legebat Lib. II.

\- - - - *Umbras numquam vertente Syene.*

Et ait in Epistola ad Patissonem: *Ineptam defensionem instituere, qui volunt* nusquam *in Lucano legi.* At non ille solus (quicunque tandem fuerit, qui hac dissensione usus est) sic legi debere pertendit. Sed exemplaria, quibus utebatur Johannes de Sacrobosco anno salutis circiter MCCXXXII. sic habebant, & sic laudatur is versus in sua sphaera.

\- - - - - *Umbras nusquam flectente Syene.*


At utro modo legas, idem est, utrumque reddit epitheton perpetuum ἄσκιος, quod ille adtribuit Syenae. Idque ante nos Macrobius reprehenderat in Lucano. Haec ait ad Patissonem, & plura, quae vide, ubi Meroën cum Syene ita confundit, ut vix dici possit, quid sibi velit, credo, cum ultro illis tenebris sententiam suam obnubulasse, ne manifesta fieret suae causae eo in loco infirmitas. Nam ut respondeam ad illud, *utro modo legas, idem est.* Et ad illud; *nam neque Lucano hoc modo melius*

lius est, dico, utro modo legas, non idem esse, nec tamen pejus esse Lucano, & utrumque *nusquam* vel *numquam* sensum habere egregium, & commodum, licet diversum.

Primum enim, si legatur *nusquam* cum Johanne de Sacrobosco, quia ignorat Syenem, eo potissimum nomine, apud Romanos, & omnes Europaeos famigeratam, quod solstitio aestivo meridiano tempore *nusquam* umbras emitteret? Ideo certe ac jure ἄσκιος perpetuo epitheto dicta fuit, quoniam scilicet sola erat in toto Imperio Romano urbs celebris, quae id praestaret (erat enim ultima urbs Imperii Romani meridiem versus, quod etiam dixit Plinius Lib. XII. cap. 4.) quod mirum boream habitantibus videbatur. Nam ut ἄσκιος sit ejus proprium, & perpetuum epitheton, non est necesse, eam totius anni tempore in meridie ἄσκιον esse, non magis quam mane, & vesperi. Sed satis est, tale epitheton eam necessario distinguere ab omnibus aliis civitatibus notis, & frequentatis, quae Imperio Romano parebant. Imo satis est, eam primam occurrere, in qua id accidat, ut dicatur ἄσκιος respectu totius arctoi mundi. Itaque omnes fere antiqui, qui de eo mentionem fecerunt, id imprimis peculiare in ea notaverunt. Strabo Lib. II. Τὸν γὰρ τροπικὸν κατὰ Συήνης κεῖσθαι συμβαίνει, διότι ἐνταῦθα κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς ἄσκιός ἐστιν ὁ γνώμων μέσης ἡμέρας. Et rursus eodem Lib. ἐν δὲ Συήνῃ, καὶ Βερενίκῃ, τῇ ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, καὶ τῇ Τρωγλοδυτικῇ, κατὰ θερινὰς τροπὰς ὁ Ἥλιος κατὰ κορυφῆς γίγνεται. Et Lib. XVII. de eadem urbe. Ἐνταῦθα πρῶτον ὁ Ἥλιος κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γίγνεται, καὶ ποιεῖ τοὺς γνώμονας ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν. Plutarchus Libro de Oraculorum defectu. ἔτι τοὺς μὲν ἐν Συήνῃ γνώμονας ἀσκίους μηκέτι φαίνεσθαι περὶ τροπὰς θερινὰς (ἀνάγκη) pag. 411. Arrianus in Indicis. ἐπεὶ καὶ ἐν Συήνῃ τῇ Αἰγυπτίῃ, ἐπεὰν τροπὰς ἄγῃ θέρεος ὥρῃ ὁ ἥλιος, φρέαρ ἀποδεδειγμένον ἐστὶ, καὶ τοῦτον ἄσκιον ἐν μεσημβρίῃ φαίνεται. Pausanias in Arcadicis: χρόνον μὲν δὴ τὸν ἴσον, ἐπειδὴ τε ὁ ἥλιος τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ Καρκίνον, καὶ ἐν Συήνῃ τῇ πρὸς Αἰθιοπίᾳ, οὔτ' ἀπὸ δένδρων, οὔτ' ἀπὸ ζώων γίνεσθαι σκιάν ἐστι. Ammianus Marcellinus Lib. XXII. *Dein Syene, in qua solstitii tempore, quo sol aestivum austrinus cursum extendit, recta omnia ambientes radii excedere ipsis corporibus umbras non sinunt*, &c. Idem & invenias in recentioribus. Eustathius in Dionysium Periegeten Lib. I. Πόλις δὲ ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς ἡ Συήνη, ἀπὸ Συήνου τινὸς οὕτω κληθεῖσα, ἐν ᾗ φρέαρ εἶναι φασὶ τὰς θερινὰς τοῖς ἐκεῖ διασημαῖνον τοῦ ἡλίου τροπάς. Patet igitur ex his locis Syenae epitheton ἄσκιος jure adtribui, & ex eo non debuisse inferre Scaligerum, credidisse Lucanum sub Tropico vel perpetuam meridiem, vel in meridie toto anni tempore nullam umbram jaci. Sed & alia etiam ratione jure dicitur ἄσκιος, nempe, quod ea, & si quae est alia civitas, quae tropico subjaceat magis est ἄσκιος, id est pluribus diebus nullas umbras jacit, quam alia loca, quae magis vergunt ad meridiem, & sunt aequinoctiali proximiora, quod infra docebimus suo loco.

Nunc, ut plena sit, & omnibus absoluta numeris nostra defensio, videamus, an pejus erit Lucano, si *numquam* cum Macrobio legamus, quod districte nego. Nam ut ἄσκιος est proprium Syenes epitheton omnibus borealibus, ob causas superius explicatas; sic ἑτερόσκιος est illius proprium, & perpetuum epitheton, omnibus austrum habitantibus, quorum respectu bene dicitur, *numquam umbras flectere*, cum sint ἀμφίσκιοι, & umbrae apud illos, modo in austrum, modo in boream flectantur. Nec mirum, aut novum videri debet tale loquendi genus in Lucano Romano, & boream


boream habitante, quando Aeſchylum ita locutum eſſe (in Protheo credo) teſtatur Euſtathius ad Odyſſ. Δ. de Canobo civitate, quam vocavit ultimam terrae, ἐςὶ πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός; non enim eſt ultima terrae niſi reſpectu gentium, in Africa ad auſtrum habitantium: reſpectu vero Graeciae, ubi ſcribebat Aeſchylus, prima terrarum erat, non ultima. Sita enim erat ad littus maris mediterranei. Cum igitur prima occurrat Syene ab auſtro verſus Aegyptum tendentibus, in qua umbrae numquam ad auſtrum flectuntur; cur non eorum reſpectu jure dicatur ἀπερίσκιος, & numquam umbras flectens, non video. Quod ſi non vidit Macrobius, non ideo damnandus eſt optimus Poëta, & rerum naturae peritiſſimus; praeſertim cum nobis dederit exemplum ipſe Scaliger Macrobii auctoritatem detrectandi, quod pluribus locis fecit, & jure quidem in ſuo praeſtantiſſimo de emendatione temporum opere. Taceat igitur Macrobius de Lucano, quem dum inconſultius, nec ſatis caute aggreditur neotericus cenſor, aperuit ſuum latus, & dedit locum plagae. Nam dum aſſerit *ſolo ſolſtitii die Syenem* ἄσκιον ſup. pag. 25. fieri, certi ipſi male cum Poſidonio, & Eratoſthene convenit, quorum hic apud Cleomedem fatetur, quantum ſpatium ſui orbis ſolis diameter occupat, per ſimile ſpatium in orbe terreſtri gnomones umbras non jacere ſole verticem tenente. Ille vero aſſerit ſole vertici Syenes imminente, & ibi & ad 300 hinc inde ſtadia gnomones ἀσκίους fieri. Ex quo ſequitur, ſolis centrum medium imminere Syenae die ſolſtitiali, & ejus peripheriam extendi ultra & citra, ita ut pars auſtralis immineat locis ultra Syenem ad 300 ſtadia ſitis; pars vero borealior locis citra Syenem ad idem ſpatium ſitis. Cum igitur 300 ſtadia in terrae peripheria dimidium gradum excedant, ſequitur ex Schol 33. ſexti diametrum ſolis in ſua ſphaera pluſquam dimidium gradum occupare. Quod convenit cum Ariſtarchi Samii apud Archimedem, ipſius Archimedis, Albateni, Copernici denique ſententiis, quorum qui minus 30 minutarum, qui multum 34 fere ſpatium dant diametro ſolis. Quibus poſitis, ſequitur Syenem per plures ante, & poſt ſolſtitium dies ἄσκιον fieri, quod ſic demonſtrare conabimur.



Sit terrae peripheria *l. k. b. m.* cujus centrum *a.* ſitus Syenae *b.* gnomon in

co situ ad perpendiculum erectus *b. i.* circulus meridianus ex centro *a.* per verticem Syenae ductus *b. c. d. e. f. g.* vertex coeli, seu punctum verticale Syenae idemque solstitiale *d.* diameter solis occupans in meridiano spatium 32. minutarum secundum Copernici, & recentiorum mediam sententiam *c. f.* centrum Solis distans à puncto verticali, seu solstitiali minutis 15, adeo ut Solis peripheria excedat punctum verticale min. 1. quod est spatium *c. d.* ut cadat recta *a. d.* in ipsum Solis corpus. Dico, Sole in tali positione constituto, gnomonem *b. i.* nullam umbram jacere posse meridie: nam si demus posse, cadat umbra in contrariam à centro Solis partem in *k.* & sit umbra gnomonis spatium *b. k.* tunc radii solares umbram finientes emissi à parte corporis Solis *d. c.* cadere deberent per punctum *i.* in punctum *k.* & erunt rectae lineae *d. i. k. c. i. k.* & omnes aliae lineae radiorum à spatio corporis Solis inter *d* & *c.* ductae: nam omnium astronomorum consensu emissio radiorum fit per rectam lineam, quod & experientia probat. Sed cum per constructionem gnomon constituat partem rectae lineae à centro *a.* ad verticem *d.* ductae, est etiam recta linea *b. i. d.* & sic duae rectae lineae *k. i. d.* & *b. i. d.* habebunt unum, & idem segmentum commune *i. d.* quod est absurdum. Non est ergo recta *d. i. k.* nec radii solares umbram finientes per rectam lineam fluentes a spatio *d. c.* per summum gnomonem *i.* cadent in *k.* sed pars Solis excedens punctum verticale illuminabit spatium *b. k.* & ideo consumitur umbra gnomonis undequaque illuminati. Rursus, cum centrum Solis *e.* in tali positione distet à puncto solstitiali *d.* minutis 15 per hypotesin, tale vero declinationis spatium incidat in 21 gradum 50 minutas signi Geminorum ante solstitium, & in gradum 8. minutas 10 Cancri post solstitium (ut ex tabulis declinationum Solis Clavii Bambergensis, & aliorum constat) manifestum fiet per eandem demonstrationem, quod, dum centrum Solis ab illo Eclipticae puncto ad principium Cancri punctum solstitiale per 8 gradus 10 minutas progreditur, & per aequale spatium à solstitio recedit, nullam umbram jacit gnomon in Syenae climate, quod Eclipticae spatium (scilicet gradus 16. minutas 20) dies fere 17 absumit, dando unicuique diei minutas 59. sect. 8. juxta vulgarem astronomorum computationem. Per septemdecim igitur fere dies circa solstitium in Syenae climate nullas umbras jaciunt gnomones, & est Syene ἄσκιος, quod probandum erat. Ergo ipse Scaliger in suo de emendatione temporum egregio tractatu, ubi ratione agit, sine ira & mentis concitatione, de solstitio sic loquitur pag. 308. *Nam observatio solstitiorum operosissima, & aleae plenissima*, quod Sol per Tropicum plurimos dies immoretur, *quo fit, ut incrementa dierum circa illa puncta diutissime sint ἀνεπαίσθητα.* Nam si plurimos dies per Tropicum Sol immoretur, per plurimos etiam dies Syene est ἄσκιος, quae Tropico subjacet. Quod si quis pertendat, demonstrationem non bene procedere, eo quod radius Solis umbram definiens, non à centro Solis, sed ab alia sui corporis parte, per gnomonem ducitur: radios autem solares omnes à centro, tamquam à lucis fronte, per circumferentiam circumquaque emanare debere per rectas à centro ductas lineas, respondebo: quod si illud verum esset, umbrae corporum numquam absumerentur, sed progrediendo semper majores, & obscuriores fierent, quod experientia falsum arguit, & doctrina eclipsium, tantis experimentis confirmata, non patitur: quae asserit, umbram terrae in conum desinere, quod non fieret, nisi Sol non solum à centro, sed etiam à quavis peripheriae sui corporis parte radios transversos emitteret, quod melius per sequentem intelligetur figuram.

Sit



Sit enim corpus Solis, seu peripheria *b. c. d. e.* cujus centrum *a.* Corpus terrae, vel aliud quodcunque corpus *f.* Si radii Solis à centro emanant, vel à peripheria per lineas rectas tamquam à centro ductas, manifestum est, rectas *a. h. a. g.* tangentes peripheriam corporis *f.* in *h.* & *g.* quo magis progredientur, eo magis remotiores futuras, ideoque umbram semper augeri inter lineas *b. l.* & *g. k.* Quod cum falsum sit, & videamus quotidie umbras progressu minores fieri, & tandem absumi, necesse est, Solis superficiem radios emittere non solum, ut à centro directos, ut *e. h. b. m.* sed etiam transversos, ut *b. i.* & *e. h.* Quod dum fit, cum sit Sol major omni corpore terrestri, necessario umbrae absumuntur, ut videre est in rectis transversis *e. h. i. b. g. i* quae cum non sint parallelae, eo quod spatium *b. e.* majus est spatio *h. g.* concurrunt in *i.* & umbra *g. h. i.* fit turbinata, seu κωνοειδής. Manet igitur inconcussa nostra demonstratio, & ruit magni viri assertio, qui non felicius, nec meliori fide agit cum Lucano, dum fingit, eum credidisse Meroën in ipso solstitio ἄσκιον esse, eo quod de ea cecinerit Lib. x.

> — — *Quae quamvis arbore multa*
> *Frondeat, aestatem nulla sibi mitigat umbra.*
> *Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.*

Quod non est ita stricte, & mathematice accipiendum, ut nullam per totam aestatem umbram admittat, sed tam exiguam, ut non possit mitigare intentissimos ejus climatis calores. Nam cum Syene per septemdecim dies non habeat umbras meridianas, fatemur tamen, id tantum accidere per quatuor dies circiter Meroae, eosque non continuos, sed per duos duntaxat, Sole gradum Tauri quartumdecimum tenente, & totidem dum sextumdecimum Leonis occupat. Ideo est minus ἄσκιος. De solstitio vero ne verbum quidem Lucanus facit: nam summa aestas (ut credo) debet intelligi, cum Sol culminat, quod fit in climate διὰ Μερόης, Sole Taurum & Leone tenente, non in solstitio. Sed melius erit hoc loco Lucanum, & ejus cultores, authoritate magni viri in litteris, nec ipso censore forte minoris, defendere, Cl. Salmasium intelligo, virum ad miraculum doctum, & quem alterum Galliae portentum jure nuncupare possum. Is in suis ad Solinum absolutissimis & πολυμαθεστάτοις commentariis, sic ait pag. 422. Edit Paris. *Ita certe opinatur Vir magnus, hanc nimirum fuisse Lucani sententiam, tam Syenem, quam Meroën ἀσκίους esse toto Solis per Cancrum & Leonem transitu. Ignoscant mihi viri summi manes, hoc prorsus falsum est. Diversa quippe fuit veterum opinio de Syene, & Meroë, quantum*

ad ἀσκιότητα, ut ita loquar. Syene sub aestivo Tropico Cancri: in ea solstitii medio die nullam umbram jaci scribit Plinius Lib. II. *c.* 73. *Idem ibi tradit apud Meroën (quae à Syene* 500. *stadiorum abest) bis in anno umbras absumi, Sole duodevicesimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinente. Diversis igitur temporibus Syene, & Meroë ἄσκιοι: Illa tunc, cum certam partem Cancri Sol obtinet: Haec vero eo die, quo Sol certam Leonis partem ingreditur. Lucanus quoque diversum tempus ἀσκιότητος his duabus urbibus assignavit, de Syene loquens,*

— — *Cancroque suam torrente Syenem.*

Et Lib. VIII.

Nam quis ad exustam Cancro torrente Syenem.

At de Meroë ita canit,

— — — *Quae quamvis arbore multa*
Frondeat, aestatem nulla sibi mitigat umbra.
Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.

His verbis aperte indicat, Meroën ἄσκιον esse, cum Sol per Leonem transit. Haec vir doctissimus & plura. Sed ne transcribere ejus lucubrationes videamur, id solum adjiciemus, quod addit paulo post de duobus dodecatemoriis, in quibus pertendit Scaliger ad Patissonem Lucanum credidisse, & veteres omnes, solem stetisse. *Praeterea, cum umbras numquam flectentem Syenem de toto anno capere non possumus; cur de duobus mensibus potius, quam de uno accipiemus. Fallitur denique vir incomparabilis, qui meridiem perpetuum sub Tropicis assignasse veteres, eoque nullas usquam umbras ibi extitisse, affirmat. Lucem quidem ibi perpetuam, non ἰσοσκιβείαν collocaverunt.* Et paulo post. *Postremo, & si concedimus (quod verum est) putasse veteres per integrum signum solem stare, unde solstitium: non tamen dabimus stetisse semper ἐν τῷ μεσημβρινῷ κύκλῳ, & perpetuam fuisse meridiem; quod absurdissimum est, nec umquam creditum veteribus, nec Lucano.* Haec Vir omni laude major, alioqui Josephi Scaligeri cultor, & amicus. Sed ille cultus (ut probum virum decet) mansit citra veritatis studium, quae ideo transcripsimus, ne quis dicat, nos solos pro Lucani fama indignari. Sed ad reliqua. Pergit rursus Vir summus, & in Hispanum invehitur in suis prolegomenis, *& cur*, inquit, *patitur Hammonis oraculum esse sub* XXIV. *partium latitudine, non ut est sub* XXIIX. Certe si Ptolemaei numeri bene se habent, ipsum oraculum est sub XXIIX. gradu. Sed Ptolemaei numeros in plerisque locis corruptos esse, pridem notaverunt docti. Et quicunque cum cura Ptolemaeum tractavit, is verum esse deprehendet. Nec potest iis plena fides adhiberi, nisi aliunde accedat positionis locorum confirmatio. Et cum hodie omnino ignoretur, ubi olim situm fuerit Hammonis Oraculum, ex solis Ptolemaei numeris affirmat Scaliger, id situm fuisse sub vigesimo octavo gradu. At tam bene, imo melius ex Lucano corrigi potest, Ptolemaei numerus, quam ex Ptolemaeo Lucanus. Non enim tam facile mutari potuerunt Lucani versus, quam Ptolemaei litterae numerales. Sed demus certum esse, Hammonis templum fuisse sub vigesimo octavo gradu, Poëta totam late circumjacentem regionem potuit intelligere, quae eodem nomine Hammonis nuncupatur. Nam ut ait Pindari vetus Scholiastes ad haec verba Pythiorum ode IV. Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις (ubi Pindarus ipsam Cyrenem in Hammonis fundo ponit) πᾶσα ἡ χώρα ἀφιέρωται τῷ θεῷ. Et Stephanus Byzantinus in Ἀμμωνία. Et in Λιβύη ait, totam Libyam Ammoniam, vel Ammonida vocari

cari, & Alexandrum Polyhiſtorem laudat, ut etiam Syneſius Epiſt. 148. Hammonis ſales dicit vocari ſalinas quaſdam foſſiles, ad auſtrum jacentes ad ſummum quatuor gradus, qui ſunt 80 Leucae Gallicae, quod ſpatium reſpectu totius mundi non eſt adeo immenſum, ut non potuerit Poëta arripere inde occaſionem de ſolſtitio loquendi. Sed ad exactum aurificis ſtateram Poëtae verba quaeque ponderat rigidus cenſor, qui tamen in hac nota utcumque tolerari poteſt, in ſequenti vero nullo modo. *Quare*, inquit continuo, *diſſimulat à populari ſuo putari eſſe locum, ubi omnia ſigna oriantur recte, occidant recte. Certe illa non ſunt tolerabiliora reliqua abſurditate, qua ſigna ſub Tropico recte oriri dicit; an praes eſt Lucano, & omnem ejus culpam praeſtare paratus?* Quaſi vero, ſi in aliquo loco Lucanus peccaverit, non liceat in caeteris, ubi cum eo inique agit, ejus famam tueri. Locus Lucani, unde concludit, Lucanum credidiſſe eſſe locum, ubi omnia ſigna oriantur, & occidant recte, eſt Lib. IX.

Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat ſua tempora Librae.
Aut Aſtraea jubet lentos deſcendere Piſces,
Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens,
Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur urna.

Hoc loco, quando de aſtrologicis quaeſtio eſt, melius erit verbis inſignis ſatis aſtrologi Johannis de Sacroboſco reſpondere. Ille ſic in ſua ſphaera. *Eſt enim regula. Quilibet duo arcus Zodiaci aequales, & aequaliter diſtantes ab aliquo quatuor punctorum jam dictorum, aequales habent aſcenſiones; & ex hoc ſequitur, quod ſigna oppoſita aequales habent aſcenſiones; & hoc eſt, quod dixit Lucanus Lib.* IX. Citat deinde verſus ſupra dictos, deinde ſubjicit. *Hic dixit Lucanus, quod exiſtentibus ſub aequinoctiali ſigna oppoſita aequales habent aſcenſiones*, ad quae ſic commentatur Clavius Bambergenſis. *Non enim voluit Lucanus omnia ſigna in ſphaera recta, recte: & nullum oblique oriri, ut perperam interpretantur Sulpitius, & omnes Interpretes Lucani. Hoc enim falſum eſt; ſed ſolum voluit, nullum rectius oriri, vel obliquius ſuo oppoſito, quamvis quaedam ibi recte oriantur, quaedam oblique.* Ad haec ne verbum quidem addam, cum ſatis ſuperque pateat, ſententiam Poëtae cum ſummis aſtrologis concordare. Pergit deinde Ariſtarchus, *& excuſet* (ait) *ſi poteſt obſecro illud Lib.* X., *quod eodem tempore*

—— —— —— Mutator circulus anni
Aegocerum Cancrumque tenet. ——

ex duobus Tropicis unum facit, & ridiculi ſunt, qui excuſant, aut interpretatione adjuvant; non enim magis ſuis interpretamentis mihi illa probabunt, quam ubi dicit, Cancri ſidera miſta eſſe Leoni. Ego vero, magne Vir, non ero ridiculus, neque nunc excuſabo: ſuperfluum enim, neque interpretatione adjuvabo, quae per ſe ſatis ſtant ſine adminiculo, nec tibi (qui nunc in facie Omnipotentis meliora contemplaris) illa probare conabor. Sed bono & aequo Lectori (credo) ſatisfaciam. Simpliciter enim negabo (quod etiam antea fecit anonymus quidam, ut patet ex tua ad Patiſſonem epiſtola) per *circulum anni mutatorem* intellexiſſe Lucanum Tropicum, quod pertendis, & nominis etymo probare autumas. *Mutator*, ais ad Patiſſonem,

 non

non ad verbum est τροπικός. Certe τρέπειν aliquando pro *mutare* ſumitur, ſed metaphorice. Proprie vero, & primario *vertere* ſignificat, idque tam active, quam paſſive. Active enim *vertere aliquid*, ſeu *fugare*, ſignificat: paſſive vero τρέπεσθαι *vertere ſe*, id notius eſt, quam ut exemplis indigeat. Ideo circulus Tropicus, vel quod Solem τρέπει, pellit, & fugat ſtatim, ac ad illum accedit. Vel quod Sol τρέπεται, ſe convertit ad aliam partem, & eadem de cauſa ſolſtitia dicuntur Graecis τροπαὶ, & ab hoc etymo deducit Ariſtophanes in ἐκκλησιαζούσαις, hiſce verbis: ἐπειδὰν πρῶτον ἥλιος τράπῃ; ad quae verba Scholiaſtes: εἰς χειμερινὴν δηλονότι τροπήν; non enim Sol mutatur, ſed vertitur. Non igitur eſt *mutator anni*, ſed *converſor Solis*. Non enim mutat anni temperiem Tropicus, imo viget in uno calor, & perſtat, in altero frigus, & tunc remotiſſimus eſt annus ab omni mutatione,

Statque uno natura loco, ——

ut ait Manilius. Quis erit igitur *mutator ille circulus anni?* procul dubio Colurus ſolſtitiorum, qui jure mutator dicitur, quando uno ſui puncto aeſtatem adultam facit, altero profundam hyemem. Cum autem ille circulus, quem lacteo circulo coïncidere Macrobius ait, in Somnium Scipionis Lib. I. p. 47. per Cancri, & Capricorni principia tranſeat, jure dicitur ab Lucano,

Aegocerum Cancrumque tenet. ——

Sed ut planior fiat Poëtae ſenſus, ejus verſus à Scaligero notatos ponam,

—— *Immenſae Cyllenius arbiter undae eſt.*
Hunc ubi pars Coeli tenuit: qua miſta Leonis
Sidera ſunt Cancro, rapidos qua Sirius ignes
Exerit, & varii mutator circulus anni
Aegocerum Cancrumque tenet, cui ſubdita Nili
Ora latent: quae cum &c.

Hos verſus ſic pedeſtri oratione redde: Mercurius, inquit, praeſidet aquis; ideo, quando eſt in ea parte Coeli, ubi Cancri, & Leonis conſtellationes adeo vicinae ſunt, ut miſtae videantur, & quaedam ſtellae ſint ambigui juris, cui parti Coeli Sirius proximus eſt, & συνανατέλλει (Aratus verſu 590. &c.) ſcilicet prope Colurum, per Aegoceri, & Cancri principia tranſeuntem, cui Cancro Nili ora, ſeu fontes dicuntur ſubjacere, licet id lateat, & non penitus cognitum ſit. Tunc &c. Hic meo judicio eſt ſenſus Lucani planus, & nulla interpretatione adjuvandus, in quo carpendo eo eſt iniquior vir magnus, quod Poëta hoc loco non profert ſuam de Nili incrementis ſententiam; ſed Aegyptium quemdam inducit, omnia, quae de ea re bene male à pluribus diſſerebantur, enarrantem. *Sed Lucanus*, ait cenſor ad Patiſſonem, *ideo Cancrum Leoni miſcet, quod putavit, Solem per duo illa dodecatemoria ſtare.* Proh Deum fidem! Iſtuccine eſt bona fide agere? Aut potius opinionum monſtra Lucano affingere, nullo labore, nulla Herculea clava proterenda? Ubi nam hoc dixit Lucanus? Sed respondere ad ea, ſuperfluum foret, cum Salmaſium ſupra introduxerimus reſpondentem. Sequitur deinde ejus loci cenſura, qui extat Lib. III.

Tunc

Tunc furor extremos movit Romanus Orestas,
Carmanosque duces, quorum deflexus in austrum
Aether, non totam mergi tamen aspicit Arcton,
Lucet & exigua velox ibi nocte Bootes.

In quo loco plura reprehenderat in Maniliana πλημμελήματα. Sed in secunda editio- culpam deprecatus ob sui codicis mendum, contentus fuit illud solum carpere, od de Boote dixit Poëta his verbis: *Sed de Boote, quod subjicit, exiguam partem ctis lucere, frustra est; nam in illo tractu nihil habet privatim ab aliis tractibus ootes, sed ibi totus oritur vespertino, septimo Aprilis, totus occidit* XIII. *Junii. ucani Astrologiam ego non magis hic intelligo, quam quod Plin. &c.* Sed, ô bone, uid Aprilis, & Junius hoc loco faciunt? non enim de mensibus, sed de noctibus lo- uitur Poëta; quod si vis, illum Sphingem esse, ego certe ero Oedipus. Nullo e- im negotio solvam illius aenigmatis nodos, in quo fusius aliquanto differendum est, on ob rei obscuritatem, sed in gratiam tyronum, quos ἀναγεολογήτους ὄντας, tanti iri, & tanti in mathematicis nominis authoritas fortasse raperet, nisi planissime de- monstraretur, veram, & probam esse Lucani Astrologiam.

Tres dicuntur esse sphaerae situs, recta, obliqua, & plana, quae & jacens, & μυλοειδής dicitur. In sphaera recta omnia astra sunt ἰσοφανεῖς, nam per duodecim horas morantur, supra hemisphaerium, & totidem infra. In plana, una medietas Coeli est ἀειφανεής; altera prorsus ἀφανής. In obliqua vero, prout situs regionum magis, aut minus ad Polum accedit, habet circulum circa Polum τῶν ἀειφανεῶν majorem, vel minorem; ut & oppositum ei circulum τῶν ἀφανῶν circa Polum opposi- tum. Romae igitur, ubi scribebat Lucanus, ubi elevatur Polus arcticus gradus 42 pars Coeli ἀειφανεής diametrum habet graduum 48. nempe duplum elevatio- nis, secundum Coeli convexum. At in Carmania Australi, quae sita est in xx. elevationis gradu secundum Ptolemaeum, circulus semper apparentium diametrum habet tantum gradus 40. Necesse est igitur, stellas omnes, quae inter duos illos cir- culos intercipiuntur, esse Romanis quidem ἀειφανεῖς, Carmanis vero non item. Sed his oriuntur, & occidunt, & plus temporis, vel minus apparent, prout plus, vel minus ad circulum τῶν ἀειφανεῶν Carmaniae propinquae sunt. Cum igitur totum sidus, dictum Bootes, stellis XXII. constet, & una informi, quam Arcturum vo- cant, earum omnes stellae, quae distant à Polo arctico minus gradus 42. vel qui latitudinem borealem ab aequinoctiali habent majorem 48. gradibus, necessario e- runt in spatio Coeli Romae ἀειφανεῖ, quod & notavit Gellius Lib. 11. cap. 21. Eae autem sunt novem numero. Caeterae vero omnes, praeter tres, vel habent la- titudinem borealem 40 graduum, vel eam excedunt; adeo ut omnes Romanis, ut ita dicam, sint μακροφανεῖς. At Carmanis, in 20 gradus elevatione sitis, tota constellatio oritur, & occidit, nulla ejus pars est ἀειφανεής. Stella enim ejus side- ris borealissima distat a Polo gradus 22. & totum sidus est in iis partibus βραχυφα- νεστερόν, quam in Romano climate. Necesse est igitur, sive videatur illud sidus ve- speri, ut * * * sive mane, ut * * * minore temporis spatio videri in Carmania, & respectu Romani climatis, *exigua nocte lucere*, sive noctis parte, ut vult Scali- ger. Si vero quis velit, Arcturum debere intelligi, eo quod aliquando Bootes vo- cetur, & quod multum luceat (id enim vox *lucere* videtur innuere) idem erit? Necesse est enim ob easdem causas per majorem noctis partem lucere eam stellam

Romanis, per minorem Carmanis: & illis multo minus condi infra horizontem, his vero multo plus. Sumatur enim quodvis punctum, ſeu urbs, ſeu locus ſub Carmaniae meridiano, & in Romae parallelo, ſeu vice verſa (nam unum, & idem eſt) dico ſtellam Arcturum, & tardius oriri, & citius occidere Carmanis, quam habitantibus in Romae parallelo, & idcirco minore parte noctis lucere, hyeme quidem maxima differentia, aeſtate vero ſenſibili, quod ſic demonſtrare aggrediemur.

Sit circulus meridianus per verticem Carmaniae ductus *b. e. k. m.* cujus centrum *a.* quod & centrum mundi. Polus arcticus *f.* aequator *b. k.* horizon Carmaniae *e. m.* diſtans à Polo 20 gradus. Horizon loci adſumpti in eodem meridiano, & Romae parallelo *d. l.* circulus ἀειφανερῶν Carmaniae *e. g.* Circulus ἀειφανερῶν Romae *d. h.* Stella arcturus in meridiano diſtans à Polo gradus 58. *i.* punctum in meridiano infra horizontem diſtans à Polo etiam gradus 58. per quod neceſſe eſt, Arcturum tranſire, quando movetur circulariter circa Polum *c.* circulus, quem deſcribit, eadem ſtella *i. c.* interſectio ejus circuli cum horizonte Carmaniae *o.* interſectio ejus circuli cum horizonte loci adſumpti *n.* Dico primo, ſtellam, dum fertur à puncto *i.* quod eſt in meridiano ſupra horizontes utroſque, per occidentem ad punctum *c.* in meridiano infra horizontes, prius interſecare horizontem Carmaniae in *o.* quam horizontem loci adſumpti in *n.* hoc eſt, prius occidere in *o.* quam in *n.* Dico ſecundo, eandem ſtellam, dum à puncto *c.* infra horizontes revertitur ad *i.* ſupra horizontes, prius interſecare horizontem loci adſumpti in *n.* quam horizontem Carmaniae in *o.* hoc eſt, prius oriri in *n* quam in *o.* Cum enim arcus *i. o.* ſit major arcu *i. n.* quippe pars totius minore tempore perficietur à ſtella, & occidet prius in *o.* quam in *n.* quod eſt primum. Rurſus, ſi intelligatur ſtella per alteram partem Sphaerae reverti à puncto *c.* infra horizontes per orientem ad punctum *i.* ſupra horizontes, quando arcus *c. n.* eſt pars totius *c. o.* erit minor, & minore tempore ſtella eum percurret, hoc eſt, prius orietur in *n.* quam in *o.* quod eſt

image

not

available

gnum, non signum ad Solem, cum Leo sit domus Solis. Nam domus solet tenere dominum, vel hospitem, licet ea ad dominum, aut hospitem non accedat: nam Leonem *tenere Solem* idem est, ac si quis dicat, *Solem morari* in Leone. Sic Horatius Lib. I. Ode 7.

— — — — *Seu te fulgentia signis*
Castra tenent. — —

hoc est moraris in castris, aut te tenes castris, ut Caesar loquitur. Exemplum, quod profert ex Livio Scaliger ad Patissonem, nihil facit ad rem. Dixit Livius, *tenere portum navem*, quae ad portum iter dirigebat. *Tenere portum* hoc sensu est *tenere cursum ad portum*, *vel rumbum* (ut cum Petro Novio, & recentioribus nautis loquar) sic dicimus Gallice, *tenir le chemin*, *ou la route*. Hoc sensu verum est, quod ait Scaliger ibidem, *tenere*, *esse verbum motus*. Si tamen velit, nos tralatitie de Sole ita loqui, tunc Sol dicitur *tenere Leonem*, cum erit in Geminis, aut Cancro, quoniam per ea signa dirigit cursum ad Leonem, quae tamen locutio (ni fallor) jure cum sibilo exploderetur. Sed concedamus, credidisse Lucanum, signa ad Planetas moveri, & ab accusatorum subselliis in solium judicis transeat ipse Scaliger. Certe Lucanum se judice culpa liberabit. Non solum enim in sua ad Patissonem epist. talem opinionem tribuit Eudoxo, Metoni, Euctemoni, Arato, Avieno, Ciceroni. Sed *plus dicam*, ait, *non solum illi veteres hac opinione imbuti fuerunt*, *sed etiam quaedam tabes*, *& contagio ejus mali*, *ad Principem Astronomiae Hipparchum*, *atque ab eo ad Ptolemaeum*, *permanavit*. Cur igitur, o summe vir, eo nomine in Lucanum insurgis? cur in Poëta requiris majorem Astronomiae peritiam, quam id seculum patiebatur? Faciunt tua praeclara in Rempub. litterariam merita, ut à me hoc loco nihil durius audias, unum dicam, te plus justo censorio stylo indulsisse.

Sed pergamus ad reliqua, & alteram, ut ipse vocat, ἀκυρολογίαν expendamus. ait Lucanus Lib. VIII.

— — — *Inde Canopos*
Excipit, *australi Coelo contenta vagari.*

Canopus, inquit, *ἀστὴρ ἀπλανὴς vagator*, quidni? qui numquam quiescit. Certe ipse Polus si vagari dicitur, id demum esset ἀκυρολογία. At ea, quae indesinenter circa terram immenso ambitu volvuntur, non video, cur non possint vagari dici. Cicero certe, Lib. II. de Natura Deorum, vagum stabili opponit. *Est enim*, inquit, *Philosophi & Pontificis*, *de Diis immortalibus non habere errantem*, *& vagam*, *sed stabilem*, *certamque sententiam*. Sed & idem Lucanus Lib. I.

Igne vago lustrare juvat. — —

Ne putes, cum inconsulto sic locutum; non enim ignoravit, Solem ab Ecliptica recedere. Et sic Claudianus Lib de laudibus Stiliconis *vaga sidera*, nulla distinctione videtur dixisse. Sed hic non possum tacere: illud enim est nimii supercilii (ne quid durius dicam) hominem hujus seculi, quo Latina lingua in solis antiquorum libris vivit, putare, se docere posse, Latine loqui antiquos, & inter eos, non quemdam ex Oscia paganum, aut ex Circumpadanis Semi-Boïum, aut Naevio, aut Pacuvio coaevum; sed Quaestorium virum Romae in aula ab ipso Conopeo educatum, & in ipso Latinae linguae flore eloquentissimum habitum, ut ex pluribus antiquorum testimoniis constat; vel ipsius Quintiliani, qui eum certe oratoribus non ἀκυρο-

image
not
available

lum esse Nilum, *nullam Meroën* (nempe si sub Tropico Cancri Nilus originem habet) & id *puerile* vocat. Certe (ne immodestius aliquid dicamus) notanda est hic magni viri magna ἀπειροτεξία, qui non cogitavit, fluvium sub Cancro, vel etiam citra orientem, posse versus austrum fluere, & inde verso cursu, *immenso longitudinis spatio*, ait Plinius, ad boream remeare, & sic Meroën, & Syenem alluere. Ab alio forte, hoc loco, sua verba censori redderentur. Ego vero pudoris cancellos non egrediar; *at*, inquit, *etiam per Seras Nilum fluere dixit Lucanus* Lib. x.

Teque vident primi, quaerunt tamen hi quoque Seres.

Id equidem dicentem Aegyptium inducit suum fluvium μεγαλύνοντα, quo sermone nihil aliud voluit innuere, quam remotissimos, & ignoratos ejus fontes esse, & prima fluenta. Quod si putavit (ut ait Scaliger, nec ego multum repugno) Lucanus cum Virgilio, & aliis, Aethiopas, & Indos aut eosdem esse, aut gentes conterminas, nihil mirum, si Seras adjungit, gentem sine dubio Indis conterminam. Nam eo seculo ignorabantur earum gentium veri situs, & intercedentia maria, quae postea à Trajano navigata, Romanis tamen non adeo fuere notiora, quin Ptolemaeus ipse Africam circumfluam esse ignoraret, & ejus australem partem Seris per terram incognitam conjunctam esse crederet, & mare Indicum undequaque terra ambiri scripto traderet Lib. VII. cap. 5. Inde etiam est, quod post Trajanum Pausanias dixit, Seras esse Aethiopis consanguineos Eliac. Lib. II. pag. 205. Inde est, quod Virgilius de Nilo scribit,

Usque coloratis amnis devexus ab Indis.

Inde est, quod Procopius Lib. VI. περὶ κτίσματος. Νεῖλος μὲν ὁ ποταμὸς ἐξ Ἰνδῶν ἐπ' Αἰγυπτον φερόμενος. Inde est, quod Heliodorus Lib. x. Seras subditos Hydaspi Aethiopum Regi facit, nisi forte fuerint alii Seres in Africa, de quibus loquuntur Lucanus, & Heliodorus. Inde est, quod Aegyptius ille apud Lucanum Nilum per Seras fluere dixit, ut illum à remotissimis regionibus fluere innueret. Quod tamen non est tam absurdum, quam eorum sententia, qui Nilum ex Euphrate manare per occultos meatus volebant, quod testatur Pausanias in Corinthiacis. Quod si dixisset Lucanus, procul dubio censori suo vapulasset non defunctorie. Error ille porro non est Lucani, sed temporis, nisi dicamus, Lucanum, ut vatem, ariolari debuisse, vastum sinum maris Aethiopas & Seras intercedere. Nam & si jam à tempore Neronis Regio Africa circumnavigata fuisset à Phoenicibus, ut narrat Herodotus, tamen fides non est adhibita Herodoto, ut plurimum, & mansit ille error usque ad Ptolemaeum, ut diximus. Sed alius etiam error ejus reprehenditur, quod Bessos ad Moeotim collocaverit, dum canit Lib. v.

Orbita migrantis scindit Moeotidâ Bessi.

Pace tua, vir summe, non ideo illos ad Moeotim collocat. Is enim verbis solum innuit, Bessos gentem esse vagam, nec statas, & certas sedes habentem. Non inficior tamen, Bessos à Strabone, Plinio, & aliis, inter Thracum gentes ad Haemum habitantes, recenseri. Sed fuerunt & alii trans Istrum Bessi, quos Ovidius Lib. III. Tristium ait, concreto glacie Istro, Imperii Romani fines populari. Et hoc etiam seculo

ſeculo Beſſarabes quidam ultra Danubium à Caſtaldo in ſua Romaniae mappa ponuntur, ita credo, cum additamento Arabes, appellati, quod primi occurrant Arabum more nomadice viventes in ſuis plauſtris. Nam ulteriores Tartari circa Moeotim omnes longiſſime à ſuo Coelo (ſi tamen Coelum proprium habent) vagari nemo neſcit. Sed ad caetera.

Pompejus apud Lucanum Lib. VIII. poſt Pharſalicam cladem ſuadet ducibus reliquis ſuarum partium, ut velint una cum eo Parthos petere, & eorum auxilio inclinatas partes erigere. Parthici igitur Imperii amplitudinem in majus celebrat his verbis:

Dividit Euphrates ingenti gurgite mundum,
Et Polus Aſſyrias alter noctesque dieſque
Vertit. &c.

Haec hyperbolice dicta, non ad oratorium, aut poëticum dicendi genus, ſed ad διδακτικὸν & μαθηματικὸν canonem revocat criticus acer, quaſi Pompejus aſtrologica, aut geographica dogmata Senatoribus Romanis inſinuaret, non vero ad ſuam ſententiam omnibus oratoriis coloribus eos trahere conaretur. Sed quando id agitur diſtrictius, reſpondendum eſt. Dico igitur, poſſe in eo verſu commode intelligi *enallagen*. *Polus alter noctes vertit*, pro *Polus alteras noctes vertit*; eo ſenſu Parthorum ditio tam late ad orientem extenditur, ut ibi noctes, & dies ſint aliae à noſtris, id eſt, cum nobis eſt dies, ibi eſt nox. Dico etiam, ſine *enallage* poſſe eodem ſenſu *Polum* pro *coelo* ſumi ἀρχαιῶς. Sic enim Lucanus ipſe Lib. I. *gaudente Polo*, pro *coelo*. Sic Lib. V.

- - - - *Sed ſummis etiam quae fixa tenentur*
Aſtra Polis.

Sic Lib. VIII.

Numquam ſtante Polo. - - - - -

Quod ipſe Scaliger *Coelum* interpretatur in ſuis ad Manilium notis pag. 79. Sic denique Virgil. Lib. I. Aeneid.

- - - - - *Polus dum ſidera paſcet.*

Et Lib. II.

Involvent umbra magna terramque Polumque.

Ea enim eſt propria, & primaria *Poli* ſignificatio, ſi credimus Ariſtophanis Scholiaſti in avibus Act. I. Scen. III. πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ οὐχ' ὡς οἱ νεώτεροι σημεῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος. Ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν. Sic ille Euripidem in Perithoo laudans. Sic etiam Plato in Epinomide: ἐν ᾧ χρόνῳ διεξέρχεται τὸν αὐτοῦ πόλον. Sic Athenaeus Lib. II. τὸ τοῦ πόλου τοῦ παντὸς ἡμισφαίριον. *Polus alter* igitur, *aliud Coelum*, hoc eſt, *aliud clima*, *longinqua regio*. Sic *Coelum* pro *terra*, ſeu *vivorum regione* ſumpſit Virgilius Lib. VI. Aeneid. verſ. 896. teſte, & interprete Macrobio in Somnium Scipionis cap. 3.

Sed falſa ad Coelum mittunt inſomnia manes.

Sic proverbialiter Horatius,

Coelum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Bb bb bb 2 Ego

Ego certe, qua sum rusticitate, huc usque putaveram in evolvendis priscis authoribus, non oportere se praebere quaesitorem incommodi, imo omnibus modis se versare, ne aliquid absurdi emergat ex nostro intelligendi modo. Verum, ut video, ea non est magni viri sententia. Credo tamen, hoc loco responsiones nostras aequo lectori satisfecisse. Declinavimus ergo hanc procellam. Sed ecce alius ventus ingruit, quem tamen non mersurum Lucani ratem confido. Est enim Etesias minime vorticosus, eum à Lucano *Zephyrum* dictum arguit censor (non enim vox Etesias in Hexametrum poterat inseri) & *eum*, ait, *ne ventum pro vento posuisse putes ab occasu flare dixit* Lib. x.

> - - - - *Zephyros quoque vana vetustas*
> *His adscripsit aquis.*

Et paulo post,

> *Vel quod ab occiduo depellunt nubila Coelo*
> *Trans noton, & fluvio cogunt incumbere nimbos.*

Si trans orientem dixisset favonium intelligi debere, non pugnarem, qui Graecis proprie ζέφυρος, & ab occasu flat aequinoctiali. Sed cum dixerit ab occasu versus meridiem, medium ventum intelligit, non quem vocamus recentiores cum Servio ad Lib. 1. Aeneid. *Cardinalem.* Is autem est Argestes flans ab occasu aestivo, qui etiam Zephyrus dicebatur, teste Plinio Lib. 11. cap. 47. Et Strabone Lib. 1. qui Zephyrum ait à pluribus nominari ventum flantem ab occasu aestivo; Argestem vero ab hyberno. Ita variant nomina ventorum. Est autem unus ex Etesiis, teste Hesychio, quod & Diodorus Siculus firmat Lib. 1. Ἀλλὰ καὶ οἱ πνέοντες ἀπὸ τῆς θερινῆς δυσμῆς Ἀργέσαι κοινωνοῦσι, καὶ τῆς τῶν Ετησίων προσηγορίας. Idem asserit Apollonii Scholiastes ad Lib. 11. haec sunt ejus verba: Ἀργέσαν παρ' ἄσσον ἐπὶ πνείοντος ἔβησαν: sic enim commentatur Scholiastes: τοῦ Ζεφύρου οὕτω λεγομένου ἄρχεται δὲ πνεῖν ἀπὸ θερινῆς δυσμῆς. Et Author Libri de Mundo: Ὥσπερ οἱ Ἐτησίαι λεγόμενοι μίξιν ἔχοντες, τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων, καὶ Ζεφύρων. Per occiduum autem Coelum Europae partes intelligi, notius est, quam ut probationibus indigeat, à quibus Argestes nubila pellit in Ethiopiam, & Africam australem vere adulto, & desinente, quae in pluvias deinde resoluta Nilum postea redundare faciunt circa solstitium in Aegypti partibus, quod jam suo tempore notum asserit Suidas in Ἐτησίαι. Est enim Argestes in Aegypto nubium maximus coactor, quod notavit pridem Theophrastus Lib. de ventis. Ἀργέστῃ δὲ ἀνέμῳ πλεῖστα ἕπεται νεφέλη. Et paulo post. ὅ τε Ἀργέστης ταχὺ δασύνει τὸν οὐρανόν. Et rursus. Δασύνειν δὲ τὸν οὐρανὸν μάλιστα Βορέαν καὶ Ἀργέστην; τὸν δὲ νότον παραφέρειν, loquitur autem de Aegypto. At quando postea ait,

> *Vel quod aquas toties rumpentis littora Nili*
> *Assiduo feriunt coguntque resistere flatu.*

Tunc est alia de Nili incremento sententia, & boream, seu ἀπαρκτίαν, intelligit, qui est etiam Ἐτησίας, ideoque dixit, Zephyros, id est, ventos plurali numero. Sed ut pede collato cominus pugnemus, & evidentior fiat censoris iniquitas, demus, per Zephyros intelligi debere ventos ab occidente versus orientem flantes, & videamus, num Aegypti, & Nili rerum periti homines aliter locuti fuerint. Certe si quis in ea

in ea re fidem meretur, is est Aristides Rhetor, qui quater Aegyptum totam perlustravit, & in Aethiopiam usque peregrinatus est, & omnia, ut ait, scrutatus est, ut ipse loquitur, οὐδὲν παρελθὼν ἀνεξέταστον, & de causis incrementi Nili Libellum scripsit. Is enim de Etesiis sic loquitur. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' οἱ Ἐτησίαι κατὰ στόμα παντάπασιν ἐμφυσῶσι τοῦ Νείλου, ἀλλ' εἰς τὴν ὄχθην τὴν ἑῴαν, οἱ γοῦν πλείους αὐτῶν, εἰσὶ δή που Ζέφυροι οὗτοι δ' ἀπὸ ἑσπέρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἀποτείνουσιν. Οὔτ' ἂν διὰ τοὺς ἐτησίας ἀνακόπτεσθαι δυνατόν. Eat nunc, & Lucanum exagitet aliquis, quod Etesias Zephyros dixerit, vel potius Stesichori partes agat, & παλινῳδῶν caecitate sanetur. At quomodo fert juris ventorum tam rigidus assertor, Virgilium dixisse Lib. v. Aeneid. *Classem Aeneae*, dum Carthagine Italiam petit, *fluctus secare Aquilone*, qui ventus prorsus ἀντιπνόος; id certe non impune tulisset Lucanus, & Aquilonem pro quovis vento posuisse negasset. Nam paulo post, vento in occasum mutato, Palinurum inducit negantem, se posse cursum tenere, eo quod

Mutati transversa fremunt, & vespere ab atro
Consurgunt venti. - - - - - - -

Regiones suas ventis adtribuit, quod si à vespere flante vento transverso non poterat Italiam petere, multo minus aquilone contrario. Induxerat tamen antea Mercurium, suadentem Aeneae, ut vela faceret confestim, ei dicentem,

- - - *Nec zephyros audis spirare secundos.*

Ergo ventos secundos vocaverat, quibus postea flantibus, negat Palinurus, se posse tenere cursum. Debebat etiam censor eodem stylo transfigere hominem, qui in Odysseae quinto Libro inducit Minervam, omnes ventos cessare facientem, praeter boream, quo Ulysses ad Phaeacas appelleret. Ad quem locum laborat Eustathius, & fatetur, difficile esse intellectu, quomodo borea flante appellere potuit Ulysses ad Phaeacas, & jure: iis enim terra ad arcton, unde boreas flat, jacet proxima, imo fere contigua. Sic etiam Homerus ab Eratosthene exagitatus est, eo quod dixerit Iliad. x. Βορέης καὶ Ζέφυρος τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον. Verum a Strabone defenditur contra Eratosthenem Lib. I. Erit etiam in culpa Ovidius, qui Lib. VII. Metamorph. ait, Cephalum Athenis, vel Phalero Aeginam adnavigasse euro flante, eodem reflante non potuisse Aegina Athenas repetere,

Flabat adhuc eurus, redituraque vela tenebat.

At eurus flat ab oriente brumali, & est medius inter austrum, & subsolanum, teste Plinio Lib. II. cap. 47. & ideo solventibus Aegina, quae ad meridiem Athenarum jacet, & Athenas petentibus videtur magis commodus, & favorabilior, quam iis, qui Athenis Aeginam petunt; sed satis est ventorum, redeat tandem νηνεμία. Addit deinde magnus vir; *Certe non alia pauca Lucani errata in cosmographia ipsi mathematico objicere poteramus, nisi essent etiam alius generis alia, ut quae peccat in historia; ut cum Massilienses scribit de more aliorum Gallorum humanas hostias immolare.* Haec, puto, elicit censor ex Lib. III. ubi Lucanus de Massiliae obsidione, & luco exciso à Caesare in Machinarum obsidionalium usum, haec canit,

Hunc non ruricolae Panes, nemorumque potentes
Silvani, Nymphaeque tenent. Sed barbara ritu
Sacra Deum: structae sacris feralibus arae,
Omnis & humanis lustrata cruoribus arbos.

Sed debebat censor notare illud *barbara sacra*. Non enim conveniunt Graecis, quae barbara sunt; tum accuratius considerare illud, quod paulo infra addit idem Poëta,

> - - - - - - - - - - *Gemuere videntes*
> *Gallorum populi.*

Cur gemebant, nisi quod eorum ceremonias pollui, eorum sacraria everti, adspiciebant? Non ergo Massiliensibus eum lucum, ea sacra tribuit Lucanus, sed Gallis vicinis, quibus sacrificia ejusmodi tribuit Plinius Lib. VII. cap. 2. Quae tamen priscis Graecis non fuisse incognita Iphigenia contentissime clamat, & Macaria apud Euripidem in Heraclidis, ex vatum jussis pro Athenarum salute mactata; & Erechthei Regis Athenarum filia, ab ipso ex oraculo mactata, ut victoriam de Thracibus, & Eumolpo reportaret, quod testatur Lycurgus Rhetor in Oratione contra Leocratem pag. 143 & Apollodorus pag. 201. & Demaratus apud Stobaeum pag. 228. & ipse Euripides in Jone p. 629. Hyacinthi etiam quatuor filiae virgines id testantur, ad Geraesti Cyclopis tumulum ab ipsis Atheniensibus ex oraculi jussu mactatae ad pestem sedandam, quod nos docet Apollodorus Lib III. p. 205. Eas vero Erechtei filias fuisse asserit Demosthenes, & ab eo ad mactationem pro populo concessas fuisse. Idem officium urbi praestitisse, ait idem Demosthenes, Leocoras virgines, ex tribu Leontide, & sponte se obtulisse ad sacrificium pro urbis salute. Tanegraei etiam ex oraculo puerum, & virginem mactaverunt, testis Tzetzes ad Lycophronem pag. 3. Plutarchus etiam homo Graecus, ex Phaniae, & Lesbii Historici testimonio narrat, Themistoclem tres eximios, & nobilissimos adolescentes Persas, Baccho Homestae jussu Euphrantidae vatis, sacrificasse. Macedones etiam, gens Graeca à pluribus aestimata, adhuc Alexandri Magni temporibus iis victimis utebantur. Testis Arrianus Lib. 1. pag. 5. Sic & Spartani Orthiam Dianam sanguine humano placabant quotannis, Pausanias pag. 98. Adolescentes ad ejus aram plagis usque ad mortem caedebantur; sic enim Plutarchus in Lycurgo de suo tempore loquitur: τῷ δ᾽ οὐδὲ ἄπιστον τῶν νῦν ἐφήβων ἀπείρων ἐστί, ὧν πολλοὺς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας ἑωράκαμεν ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς. Inde Porphyrius apud Eusebium praeparat. Euangelic. Lib. IV. rei evidentis coactus fatetur, Rhodi, Chio, Tenedo, Lacedaemone tales mactari solere hostias, & Philarchum citat, asserentem, hunc fuisse Graecorum universum morem, ut, antequam irent in hostes, hostias humanas litarent Sed ut os obturetur censoribus Lucani, hoc loco, aio, eum morem habuisse Phocaeos ipsos, unde orti Massilienses. Clemens enim Alexandrinus in Protreptico pag. 27. post multa talium sacrorum exempla apud Graecos, sic ait: Φωκαεῖς δὲ (οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς παραιτήσομαι) τούτους Πυθοκλῆς ἐν γ περὶ ὁμονοίας τῇ Ταυροπόλῳ Ἀρτέμιδι ἀνθρώπων ὁλοκαυτεῖν ἱστορεῖ. Quod non meminerat magnus vir. Is tamen locus etiam ab Eusebio citatur praeparat. Euangelic. Lib. IV. pag. 94. Sed & aliquid simile fecisse ipsos Massilienses, innuit Servius ad Lib. III. Aeneid. Virgil. dum sic ait: *Massilienses quoties peste laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis, & purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis, & vestibus sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in eum reciderent mala totius civitatis, & sic projiciebatur.* Haec ultima vox non potest aliter intelligi, quam de praecipitio. Sed quid plura, cum

talia

talia sacrificia idemtidem exprobrata fuerint Graecis à scriptoribus Christianis, ut apud Justinum Martyrem videre est in responsionibus ad Orthodoxos pag. 275. ubi sic legitur: *οἱ δὲ παρ' Ἕλλησι θρησκευόμενοι θεοὶ ἀπὸ δαίμονες ὄντες πονηροί τε, καὶ μισάνθρωποι θυσίαις ἔχαιρον μειωτικαῖς τε, καὶ ἀφανιστικαῖς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων* &c. Quod si pertendat aliquis censoris fautor, cum morem non amplius obtinuisse tempore Julii Caesaris, & ideo bene, & jure reprehensum à censore Lucanum. (Nam hominum immolationes pridem Senatusconsulto vetitas fuisse Corn. Lentulo, & Lic. Crasso Coss. A. U. C. 657. testatur Plinius Lib. xxx. cap. 1.) Respondebo, id Senatusconsultum non potuisse obtinere, ut à talibus sacris abstineretur. Opus fuit enim Imperatoriis edictis, & tempore tantum Hadriani Imperatoris desiit talium sacrorum impius mos, testis Pallas apud Eusebium praeparat. Euangelic. Lib. IV. Postquam enim Eusebius ex Porphyrio, & aliis plura ejusmodi sacra apud Graecos recensuit, sic ait: *Καταλυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς παρὰ πᾶσι φησὶ Πάλλας, ὁ ἄριστα περὶ τῶν τοῦ Μίθρα συναγαγὼν μυστηρίων, ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος.* Et nota vocem *σχεδὸν*, quod innuit aliquibus in locis etiam ultra Hadriani tempora durasse ea impia sacra, quod patet etiam ex loco Plutarchi in Lycurgo, paulo supra citato. Nam Plutarchus usque ad Hadriani tempora vixisse elicitur ex Eusebio, & Cassiodoro, nec abludit Suidas. Videndus eo loco Eusebius, qui prolixe ea sacra enumerat, & Graecos eo nomine exagitat. At ne quid dissimulem, Plato in Mino negat, fas fuisse Graecis homines immolare. Nam Minoën sic introducit loquentem: *ἐπεὶ αὐτίκα ἡμῖν μὲν οὐ νόμος ἐστὶν ἀνθρώπους θύειν, ἀλλ' ἀνόσιον.* Sic equidem ille Philosophus à suis Graecis avertere hoc dedecus tentavit, & eluère hanc maculam. Sed quid unius viri testimonium contra tot, & tantos historicos, qui tamen cum Platone conciliari possunt. Non fuit enim lex Graecis, quae juberet, viros immolari, quod ait Plato, sed ex oraculo, vel vatum monitu viros immolare, nulla lex vetabat, ut probatum est, & sic non ex more quotidiano, & ordinario, nec ex lege viros sacrificabant, sed, ut dixi, extraordinario, vel ex oraculo, vel ex vatum monitis. Et ipse etiam Plato innuit, apud quosdam Graecos eum morem obtinuisse, ubi ait paulo post: *Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῇ Λυκαίᾳ οὗτοι, καὶ οἱ τοῦ Ἀθάμαντος ἔκγονοι οἵας θυσίας θύουσιν Ἕλληνες ὄντες.* At non solum Graecis id immanitatis tribuitur, sed & ipsis Romanis saepissime: Historia de Graeco, & Graeca, Gallo, & Galla in Foro Boario vivis defossis nota est ex Livio pag. 255. Sed & ipse Julius Caesar tali sacrorum abominatione usus est, si fides Dioni Lib. XLIII. ubi sic ait: *ἄλλοι δὲ δύο ἄνδρες ἐν τρόπῳ τινὶ ἱερουργίας ἐσφάγησαν. Καὶ τὸ μὲν αἴτιον οὐκ ἔχω εἰπεῖν· οὔτε γὰρ ἡ Σιβύλλα ἔχρησεν, οὔτ' ἄλλο τι τοιοῦτον ἐγένετο. Ἐν δ' οὖν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ πρός τε τῶν ποντιφίκων, καὶ πρὸς τοῦ ἱερέως τοῦ Ἄρεως ἐτύθησαν.* Sed & post Julium Caesarem, si Suetonio credimus, & Dioni: Ille enim sic de Augusto in ejus vita cap. 15. *Scribunt quidam trecentos ex dedititiis electos, utriusque ordinis, ad aram Divo Julio extructam, Idibus Martiis hostiarum more mactatos.* Hic vero sic Lib. XLVIII. pag. 244. *Ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ ὡσιωμένον ἀχθέντες ἱππεῖς τετρακόσιοι, ἄλλοι τέ καὶ ὁ Κανούτιος ὁ Τίτος ἐτύθησαν.* Et post Augustum scribit Porphyrius *περὶ ἀποχῆς.* *Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον.* Sed de his satis. Addit paulo post. *Haec vero, quae sequuntur ostendunt, hominem victricis gentis olim strenua facta ignorasse, quum Massilienses ita loquentes inducit,*

Nam-

- - - - - - - Numquam felicibus armis
Usa manus, patriae primis à sedibus exul.
Et post translatas exustae Phocidos arces,
Moenibus exiguis alieno in littore tuti.

Certe, inquit, *alienum littus non potest dici, cujus maximam partem armis occupaverant, & de eorum felicibus in bellis successibus, quos numquam Lucanus pugnasse inducit, quo tempore ex Phocaea migraverunt, testes sunt Polybius, Strabo, & ante omnes Florus, qui hanc vaniloquentiam satis confutare possit. Sed haec satis erant judicio gravissimi illius Mathematici eludendo, cujus mores nemo ferre potuit umquam, ne censuram, & judicium in opere Lucani.* Sic perorat gravis accusator, cujus ultima verba jurgium redolent, & iram, quae judicio officiunt. Sed ad rem.

Dixit Poëta ex persona legati, Massilienses numquam usos felicibus armis. Haec est oratoria μείωσις commilitium detrectantis, non historica narratio; sed tamen audiamus testes. Polybius Lib. III. eos egregiam operam navasse Cn. Scipioni in pugna ad Iberum cum duabus exploratoriis navibus, narrat. Florus, eos opem contra Salyos à Romanis petiisse, dicit, nec ulla alia eorum fortia facta recenset, praeter eam ipsam obsidionem, quam Lucanus & fusius narrat, & in ea Massiliensium fortia facta magnificentius celebrat. Sed ut censori hoc loco patrociner, puto, eum memoria lapsum, vel manu properante Florum pro Trogo scripsisse, qui apud Justinum Lib. XLIII. fusius gesta Massiliensium persequutus est, ubi tamen nil aliud praeter repulsos à moenibus Gallos, insidias eorum evitatas, & aliquot millia eorum, qui Massiliam capere satagebant, caesa, quasdam colonias conditas, invenias, quod Trogus Romanus in Massiliensium favorem, qui semper Romanam potentiam coluere, in majus celebrat. Sed si in rebus Graecorum Graeci magis sunt audiendi. Strabo Lib. IV. eatenus fortitudinem eorum laudat, ὥστε πεποιθότες τῇ θαλάττῃ μᾶλλον ἢ τῇ γῇ, τὸ πρὸς ναυτιλίας εὐφυὲς, εἵλοντο μᾶλλον, ὕστερον μέντοι ταῖς ἀνδραγαθίαις ἴσχυσαν προσλαβεῖν τινὰ τῶν πέριξ πεδίων. Sed quae sequuntur de Aquis Sextiis jugulant: ἐνταῦθα τὸ φρούριον κατῴκισε Ῥωμαίων, καὶ ἐκ τῆς παραλίας ἀνέστειλε τοὺς βαρβάρους, οὐ δυναμένων τῶν Μασσαλιωτῶν ἀνείργειν αὐτοὺς τελέως, οὐδ᾽ αὐτὸς τὸ πλέον ἴσχυσιν, ἀλλ᾽ ἢ τοσοῦτον μόνον ὅσον κατὰ μὲν τὰ εὐλίμενα ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀπελθεῖν τοὺς βαρβάρους ἐπὶ ιβ. σταδίους, κατὰ δὲ τοὺς τραχῶνας ἐπὶ ζ. En, à victrici gente orientem, & occidentem subactam, ignorantem historiae Lucanum, qui dicit, eos

Moenibus exiguis alieno in littore tutos,

quibus opus fuit Romano exercitu, ut barbari accolae à maris littore tantillum decederent. En causa, quare vaniloquus audiret Lucanus; en authorum testimonium, quo, velut telo trabali, Lucani latus peteretur; quibus, si amplioris inquisitionis causa, adjungatur Herodotus, absolveretur omnibus calculis Lucanus; non enim ab eo vel fidiculis aliud extorquebitur, quam Phocaeorum exilia, migrationes, & clades; eum videat Lector Lib. I. Sed Thucydides laudandus erat, ne quid dissimulem, qui Lib. I. ait, Phocenses, qui Massiliam condebant, Carthaginienses naumachia vicisse, sed tum maxime infelicibus armis usi sunt; ea quippe victoria, quam Cadmeam vocat Herodotus, iis adeo exitialis fuit, ut ex sexaginta navibus quadraginta amissis, reliquae viginti contusis rostris, factae fuerint inutiles, & ideo Cyrnum insulam, quam occupaverunt, relinquere coacti fuerunt, ut narrat Herodotus loco

loco citato. Caeterum cum dicit Scaliger, Massilienses armis occupasse Gallorum littus, pugnat egregie cum Plutarcho, qui eos non armis, sed sub mercaturae praetextu, Massiliam à Gallis ultro concedentibus accepisse, narrat in Solone statim ab initio. Haec porro sunt, quae in prolegomenis ad Manilium amaro felle imbuta in Lucanum jaculatus est vir in omnibus aliis rebus omni laude major. Sed quoniam in ipsis commentariis quaedam loca ejusdem Poëtae aut carpuntur, aut perperam interpretantur, ea uno tenore absolvamus.

In notis ad Sphaeram Manilii pag. 79. ad hunc Lucani locum Lib. VIII.

Signifero quaecumque fluunt labentia mundo,
Numquam stante Polo, miseros fallentia nautas,
Sidera non sequimur. Sed qui non mergitur undis
Axis inocciduus, gemina clarissimus arcto.
Ille regit puppes: Hic cum mihi semper in arcton
Surget, & instabit summis minor ursa Ceruchis,
Bosporum, & Scythiae curvantem littora Pontum
Spectamus; quicquid descendit ab arbore summa
Arctophylax propiorque mari Cynosura feretur,
In Syriae portus tendit ratis.

pertendit contra omnium codicum fidem legendum,

- - - - - - *Summis magna ursa Ceruchis.*


ut ratio constet; vult enim stellam tunc dici *instare summis Ceruchis*, quod à Graecis dicitur κατ' ἄκραν κεραίαν, quando est in intersectione horizontis & meridiani, quod *natare* dicitur, & haec quidem subtiliter & ingeniose pluribus disputat vir summus. Sed ignoscat mihi ejus veneranda memoria, si non possum à vulgata lectione recedere. Primum enim, ut stella *natans*, seu in intersectione horizontis & meridiani posita, appareat esse κατ' ἄκραν κεραίαν, oporteret nautam non esse in navis tabulato, sed, ut Socrates Aristophanis, ἐν κρεμάθρᾳ μετέωρον, ut oculum haberet in altero antennae cornu; aliter non appareret stella *natans* esse κατ' ἄκρον κέρας, sed multo interior. Rursus, *instare* de tali positu stellae non potest dici, nam, quod ad situm, *instant* ea, quae *superiora* sunt. sic Virgilius de navi Aeneid. Lib. X.

Instat aquae - - - - - - - - - -

Et, quod superiora premunt inferiora, metaphorice *instare* dicuntur, quae *premunt*, vel *urgent* aliquid, quod de stella in horizonte & Ceruchis dici non potest. Tum antiqui nautae, qui rebus vocabula indidere, remigio omnes utebantur, quod videre est apud Homerum, Virgilium, Herodotum, Thucydidem, & alios antiquos. Sed vela, quae antennas habent ad angulos rectos ad malum transversas, quae quadrata dicimus, remigio non tam commoda esse, notum est, & hodierna docet experientia. Navigia igitur ἐρετικὰ antiquorum Graecorum iis, ut puto, non utebantur, sed iis, quae vocamus Latina, & antennas habent majores, & ad malum ad angulum semirectum circiter inclinatas, quae ideo Latina vocantur, quod iis in Italia & mari mediterraneo, Latinis olim subjecto, omnia navigia ἐρετικὰ utantur. Nihilominus de eo non magnopere contendam, nam sive antenna sit recta, sive

Cc cc cc obli-

obliqua, *Cynosuram* commode dici pertendo *instare summis Ceruchis*, quando erit in 45 gradu elevationis, ut est in Ponto. Id sic demonstrare conabimur.



Sit malus navis *a. b.* ad perpendiculum erectus super tabulato *c. d.* antenna quadrati veli *e. f.* secans malum ad angulos rectos in *g.* cujus medietas *g. f.* est aliquanto minor inferiore mali parte *g. a.* adeo ut sit circiter aequalis, si dematur statura ad pedem mali stantis *a. n.* Antenna obliqua, seu veli Latini *b. i.* secans malum in *g.* & angulum *b. g. f.* bifariam vertex coeli *k.* intersectio horizontis *l.* ut sit quadrans totius coeli *l. k.* cujus centrum *g.* Cynosura posita in medio quadrantis ad 45. gradum elevationis *m.* Dico primo, antennam obliquam seu rectam *b. i.* productam versus *m.* cadere in *m.* & ideo bene dici eam stellam *instare summis Ceruchis*, quando nauta stans in tabulato, habens oculum in *b.* eam videt per punctum *i* ubi sunt summi Ceruchi. Dico secundo, si nauta sit ad pedem mali, cum visurum stellam *m.* per summos Ceruchos antennae rectae in puncto *f.* hoc est, rectam ab ejus oculo *n.* ductam per *f* casuram in *m.* & eo etiam sensu bene dici stellam *m. instare summis Ceruchis.* Cum enim angulus *m.* centro *k. g. f.* sit rectus, per coroll. prop. 27. Lib. III. (totus à terrae & maris globus respectu coeli, ubi stellae fixae centrum esse censetur, & ita esse asserit Macrobius Lib 1. in Somnium Scipionis pag. 66.) insistet quadranti: at recta *g. b.* ad perpendiculum erecta cadit in verticem *k.* alioqui non foret perpendicularis, & ideo recta *g. f.* cadit in *l.* quando *l.* & *k.* est quadrans: at recta *b. i.* secat bifariam angulum *b. g. f.* per hypotesin. Secabit igitur quadrantem *k. l.* bifariam in *m.* per 26 tertii, quod est primum. Rursus, cum angulus *f. g. n.* sit rectus, & rectae *g. f. g. n.* aequales per hypotesin, erunt anguli *g. f. n.* & *g. n f.* aequales per quintam primi, ideoque semirecti per 32. primi. Sed est etiam angulus *i. g. f.* semirectus per constructionem, ideoque aequalis. ergo cum sint alterni anguli *n. f. g.* & *f. g. i.* aequales erunt rectae *b. i.* & *n. f.* parallelae, & cadet recta *n. f.* producta prope punctum *m.* eodem spatio, quo distat à recta *b. i.* quod est, in ipsam stellam propter

pter ejus immensitatem, quod erat secundum. Sequitur altera nautae reprehensio, quod dixerat eodem loco, navigantibus ad Syriae portus, Arctophylacem descendere ab arbore summa, *quod*, inquit vir summus, *non fit, nisi extra mare mediterraneum, puta in Oceano australi.* Intelligit enim *descendere ab arbore summa*, cum *non amplius culminat*, sed, *nave versus austrum provecta, sidus illud declinat versus arcton*, ut commode intelligitur versus occasum. Nam ubicumque culminat Arctophylax, ut in australi Syria, ibi *descendit ab arbore summa*, dum *à vertice devebitur ad occasum*, quod, ut puto, intellexit nauta Lucani, cujus verba crassius exponenda sunt; servat enim decorem Lucanus, & nautam, non Hipparchum, aut Aratum inducit argutantem. Restat unicus locus, cujus mentionem fecit obiter Scaliger in suis ad Sphaeram barbaricam Manilii notis ad hunc versum

Vera Syracusis Salamis non merget Athenas.

Quidquid, ait, *sub involucro bujus versus latet, alludit ad illud Lucanus*

Tresque petunt credi veram Salamina carinae.

non tam bic, quam apud Lucanum Salamis vera. Hunc locum, nec ab Lucani doctissimo censore (fas mihi sit id audere proloqui, quando homo fuit) nec ab aliis interpretibus, huc usque, quod sciam, bene intellectum, liceat mihi explanare, & authoris sententiam egregiam, sed ob brevitatem non ita perspicuam, tueri. Vir illustris, & omni laude major Hugo Grotius, cujus faciem, & mores probos, & raram eruditionem novi, in suo ad Lucanum indice, *Salaminam* vult dici *veram* ad differentiam *Cypriae.* Optime, si de insula loquitur Poëta, quam tamen interpretationem sibi jam antea vendicavit Antonius Delrio in notis ad Troadas Senecae versu 843. Farnabius omnium Poëtarum interpres acutissimus, vult ideo dici *veram*, quod vere fuerit Atheniensium juris, non Megarensium, alia alii. Ignoscant mihi, toto coelo errant, non enim de insula loquitur, sed de pugna Salaminia. Sic enim Florus Lib. II. cap. 8. *Ne sibi placeant Athenae, in Antiocho vicimus Xerxem, in Aemilio Themistoclem aequavimus, Ephesiis Salamina pensavimus.* Sic etiam Plutarchus alicubi. Οὐκ ἐπειδὴ τὴν Σαλαμῖνα Νεοκλῆς τὴν Θεμιστοκλέους. Sensus est igitur. Athenae adeo à prisca nautica potentia ceciderunt, ut, quamvis delectus eas pene exhauserit nautis & militibus, ad solas tamen tres exiguas naves sufficerint, testes infirmas pristinae gloriae, & eorum omnium, quae olim ad Salaminam se gessisse asserunt, quae vera nihilominus, non fabulosa, credi contestantur. Hoc sibi vult, puto, Lucanus eo loco, quo oblique & ingeniose taxat Graecorum vaniloquentiam, qui sua facta in majus tradiderunt adeo, ut posterioribus seculis pro meris fabulis habeantur. Sic ad eam sententiam, sed apertius Juvenalis Satyr. x. vers. 174.

- - - - - *Creditur olim*
Velificatus Athos, & quidquid Graecia mendax
Audet in bistoria.

Plura in iisdem ad Manilium commentariis contra Lucanum dixit ὁ μακαρίτης; sed quae in prolegomenis fusius dixerat, & à nobis examinata sunt. Restat, ut adversus Cluverium etiam, virum in Geographicis doctissimum, sed qui, ut Josephum

Scaligerum aemularetur, Lucanum etiam ut ἀγεωγραφητὴν, & Virgilii ineptum imitatorem, exagitat, ejus Poëtae sententiam & famam defendamus. Lucanus Lib. VII. sic canit,

> *Euganeo, si vera fides memorantibus, augur*
> *Colle sedens, Aponus terris ubi fumifer exit,*
> *Atque Antenorei dispergitur unda Timavi.*

Ad quae sic Cluverius Italiae antiquae Lib. 1. cap. 20. pag. 192. *Jam vero quod Lucanus ait, augurem sedisse Euganeo colle, ubi Aponus terris exit, atque Timavi dispergitur unda. Id oppido quam imperita ineptaque imitatione Virgilii, homo Hispanus ex Baetica provincia, horum locorum minime gnarus, cecinit, fidosque magis ea in re, quam scitos, habuit imitatores Statium, & Sidonium Apollinarem: Hunc Gallum natione; Illum Neapolitanum: quippe collem sive colleis Lucanus recte quidem intellexit eos, qui hodie Apono fonti imminent inter Patavium, Ateste, & Vincentiam. At ab hinc centum millia passuum abest Timavus fons, in extremo Camorum littore inter Aquileam & Tergesten.* Et rursus eodem Libro pag. 194. *Lucani jam quoque iterum notetur imperitia, & Virgilianorum versuum inepta imitatio. Verba ejus supra citata fuere ista,*

> \- - - *Aponus ubi fumifer exit,*
> *Atque Antenoreï dispergitur unda Timavi.*

Quod ex pluribus numero fontibus in unum flumen confluit, non dispergitur, sed colligitur, quapropter de ostiis, quibus in mare effundatur flumen, intellexisse id Lucanum dubitari non potest. Unus est inter omnes Cluverius, qui Lucanum Virgilii imitatorem facit, nam aliud est imitari, aliud alicujus opinionem sequi, & diversus est utriusque character. Sed quando Virgilium excusat Cluverius, ubi de Timavo ait & Antenore,

> *Heic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit*
> *Teucrorum.*

Ex eo, quod totus ille tractus ab Athesi fluvio ad Histriam usque incoluerunt Euganei, cur non eadem defensione usus est etiam pro Lucano, qui Euganeos colles intellexit, non eos solum montes, qui Apono fonti imminent, ut vult male Cluverius, sed qui per totum illum maritimum tractum ab Athesi ad Histriam usque insurgunt. Ergo Euganeorum regionem indigitavit Lucanus per fontes in ea regione celeberrimos, Aponum & Timavum, non quod vicinos eos fontes putaverit, sed quod in eadem Euganeorum regione, licet dissiti, erumpebant. Nam Timavus etiam à Martiale Euganeus cognominatur Lib. XIII. Epig. 89.

> *Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi.*

Sed ipse Cluverius de fonte Timavi, loco & situ non convenisse inter antiquos authores, fatetur, his verbis: *Nam antiqui etiam authores inter se super eo minime concinere videntur.* Poterat igitur abstinere à Lucani insectatione, qui, si Virgilii opinionem secutus est in eorum descriptione, qui non procul à Mantua, Virgilii patria, siti erant, & de quibus facilius illi erat verum inquirere, non ideo meruit imperitus, & ineptus audire. Nam si ineptus est in eo Lucanus, imperitior, & ineptior

eptior Virgilius foret, & magis in culpa, qui, in regione patriae suae vicina describenda, adeo supine & negligenter versatus sit, ut ipse errans aliis causam errandi praebuerit, Patavium prope Timavi fontem ponens Sed imperitissimus & ineptissimus omnium Cluverius, qui vult Lucanum per Timavum intellexisse Padum. quod autem Lucanus ait,

Dispergitur unda Timavi,

optimo sensu id dixit, & pessime contra eum Cluverius argutatur. Nam quando Timavus cuniculo subterraneo lapsus, ut ipse Cluverius ait, in eos septem fontes erumpit, qui omnes Timavi fontium nomine vocantur; optime dicitur *dispergi* per ea foramina *unda Timavi*, licet postea in unum alveum coëant rivi, ex iis fontibus formati, nec necesse est intelligere de ostiis, quibus in mare effunditur, ut male opinatur Cluverius, qui sic Italiae antiquae Lib. 1. pag. 192. *Caeterum compluribus fontibus iterum emergere Timavum apud dictum vicum S. Johannes Chersici* indicat Martialis Lib VIII. Epig 28. his verbis:

An tua multifidum numeravit lana Timavum.

Si bene Martialis eum *multifidum* vocavit; certe bene etiam Lucanus *dispergitur* dixit. Nec ideo ἀκυρολογίας incusandus erit Lucanus. Certe si unicus fons Timavi censeretur origo, alii vero fontes non Timavi, sed aliquorum fluviolorum diversi nominis existimati fuissent, forte censura Cluverii non tam iniqua foret; sed cum omnes illi fontes censeantur Timavi fontes, vel potius Timavi sub terram mersi, & ibi resurgentis, canales, necesse est, Timavum per eorum canales *dispergi*, donec rursus coëant. Nam Plinius Lib. 11. cap. 3. inter fluvios, qui sub terram conduntur, & rursus erumpunt, Timavum numerat. Taceat igitur simia Scaligeri hoc loco infoelicissimus Cluverius, cujus immodestiam in antiquis authoribus vituperandis heic notare libet. Discat à Lucano Latine loqui, nec docere praesumat homo Germanus antiquos Romae cives. Quamvis enim Lucanus è Baetica ortum & genus duxerit, ab ipsis tamen incunabulis, & octavo fere mense, usque ad mortem Romae, Athenis, & in aula Imperatorum Romanorum habitavit, ut in ejus vita videre est. Ideo à Quintiliano cum Horatio & Virgilio sacrarium Poëtices constituere dictus est optimo jure, quod ignoravisse Cluverium patet, cum ita licenter de antiquo & venerando Poëta locutus sit. Sed satis superque sit ἀντιλογίας, per quam tamen fit ad veritatem via, & quae non est mihi invidiam allatura, si reputaverit lector, me famam cujusque non ire laesum, absit enim, sed antiqui & pridem demortui existimationem laesam defendere. Plutarchus vir inter antiquos ultra omne doctrinae fastigium evectus, & cujus authoritas, tot retro seculorum successione firmata, in dubium revocari sine piaculo non potest, Herodotum multo antiquiorem, integri libelli machina adoriri, & ejus famam evertere, conatus est. Aristotelis de Metaphysica tractatum, nihil utile habere pronuntiavit, Aristophanem multis probris oneravit, non deterruit tamen tanti authoris nomen viros hoc seculo probos & doctos, quin eorum authorum existimationem contra Plutarchum tuerentur. Et ego ipse audivi Isaäcum Casaubonum, alterum Galliae lumen, in privatis aedibus Lutetiae Herodotum praelegentem, quod ipse testatur in sua ad Hoëschelium epistola 47. multa contra Plutarchum fusius disserentem. Idem praestitit scri-

pto edito Joachimus Camerarius, vir de litteris optime meritus. Aristophanem etiam multi tutati sunt. Licuerit etiam mihi cum litteratorum gratia, mortui famam defendisse, nec ideo aliquid detractum velim honori summi viri, cujus laudes libenter praedicarem, nisi esset meo praeconio major, qui, si criticae iracundiae immoderatius indulsit, in eo tamen ferendus est, quod Lucani reprehensionem cum patris sui existimatione conjunctas esse videret, qui & ipse sinistrum de Lucano judicium publicaverat. Sic magnum illum virum excuso, & ad pietatem erga patris memoriam refero, sinistrum ejus de Lucano judicium. Quod dum fulcire tentat sententia veterum criticorum, & in sua ad Patissonem epist. Martialem in Apophoretis citat de Lucano sic scribentem,

Sunt quidam, qui me dicunt non esse Poëtam.

Frustra est, eos enim Martialis non criticos, sed stolidos censet in sequenti versu,

Sed, qui me vendit, bibliopola putat.

Ridiculam subsannans de summo Poëta sententiam, & eam arguens testimonio bibliopolae, multum lucri ex ejus codicum distractione facientis, ultimum versum *ὁ μακαρείτης* reticuit, qui tamen totam sententiam explicat, & eorum quorumdam insulsae opinioni totius Romae consensum opponit; qui consensus pridem in celeberrimo totius populi coetu, in ipsa Theatri luce, palam factus fuerat, & manifestus, quando contra omnes alios ejus seculi Poëtas, & ipsum Neronem Imperatorem, praemium Poëseos, lauream obtinuerat, cum Orpheum suum recitasset: quae victoria celeberrimum eum fecit. Sed odium Principis, & ejus aulae adulatorum contra eum excitavit, qui acerbitatis criticae aculeos in ejus scripta infixerunt, & praeiverunt invidiae posterioris seculi, quam Julius & Josephus Scaligeri rursus suscitarunt, pro nihilo ducentes totius theatri Romani Judicium. Fabius certe Quintilianus, ut quidam volunt, eum magis Oratoribus quam Poëtis annumerat ob historicam narrationem, sed tamen Oratoribus non *ἀκυρολόγοις*. In dialogo certe de causis corruptae Eloquentiae, si tamen est ejus Authoris, eum cum Horatio & Virgilio conjungit, dum sic censet: *exigitur enim ab Oratore poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus; sed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani sacrario prolatus.* At quanta veterum turba possemus pugnare, si res authoribus ageretur, qui egregia de summo Poëta testimonia posteritati sacraverunt. Sed ne videar ex aliorum scriptis paginam consuere, ea ponere supersedebo. Multa extant in luculenta editione Grotiana, quae videat lector, si curat Lucanum, ego tantum duo eximia, quae non habet ea editio, recensebo, unum Martialis, quod comparationem nostram cum Virgilio firmabit Lib. VII. Epig. 22. de natalitio Lucani,

Phoebe veni, sed quantus eras cum bella canenti
Ipse dares Latiae plectra secunda lyrae.

Non relegat eum *ad ima subsellia*, qui à Virgilio secundum facit. Erat tamen Poëta Martialis & minime fatuus, quem dum in Lucani negotio testem advocat Scaliger, suo se gladio jugulat. Alterum erit Historici antiquorum de Lucano judicium referentis, Dionem Nicaeum dico. Is apud Xiphilinum in Nerone sic, *ὁ δὲ δὴ Λουκανὸς ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὰν ἰσχυρῶς ἐπὶ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο*, hoc est,

Lu-

Lucanus vero versus pangere inhibitus est, eo quod multum laudabatur propter Poësim suam. En qualis ab antiquis, & sui seculi hominibus, habebatur. Hoc vero seculo, si quibus aegrotat palatum, valeant; plures certe viri doctissimi in eo laudando cum antiquis consentiunt. Longum esset singulorum sententias recensere, unus pro multis erit. Adrianus Turnaebus, cujus auditorium doctissimum frequentasse gloriatur Josephus Scaliger, qui in suis adversariis non uno loco cum ingeniosissimum, cum ditissimum, doctissimum, elegantissimum Poëtam vocat: *Nihil motus*, inquit, *hominum hujus aetatis judicio, male & maligne de tanto Poëta existimantium.* Julium Scaligerum, ut opinor, innuens, cujus tempore vixit, & ejus hypercriticum vidit; si vero ratione certetur, certe judicio Horatii, qui & de arte Poëtica scripsit, & ipse eam felicissime exercuit, & qui judicio plurimum valuit, Poëta judicabitur Lucanus. Is enim Sermonum Lib. 1. Satyr. 4. sic Poëtam describit,

Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.

Profecto nisi hae dotes in Lucano reperiantur, nec ille Poëta sit, nec ego homo. Virgilium omnes mirantur, & ego cum iis. Jure profecto, jure. Sed tamen, si adeo inique cum eo ageretur, nonne putamus, eum etiam reprehensiunculis locum aliquando dedisse? Ut cum Aeneam suum Didoni Tyriae coaevum facit, qui omnium Chronologorum consensu tribus circiter seculis eam praecessit. Nam diceret rigidus censor, Poëta, dum Historice aliquid narrat, debet, si non vera semper dicere, saltem verisimilia fingere. Illam enim *quidlibet audendi potestatem* temperat Horatius ad verisimilia Lib. de arte Poëtica,

Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes avibus, geminentur tigribus agni.

Virgilius ex sua persona locutus dixit Lib. 1. Georg. *Stellas praecipites coelo labi*, ad quod Servius ait, *sequitur vulgi opinionem, non enim omnia prudenter à Poëta dicenda sunt.* Id ergo impune tulit, & jure, ac si Lucanus ex persona nautae cujusdam, aut Aegyptii è vulgo hominis aliquid παχυτέρως dixit, vel de etesiis, vel de Nili incremento, vapulat non defunctorie censori suo. Si dixit Virgilius de navibus, quae urebantur,

- - - - *Teucrorum res eripe leto*,

id impune fert, licet letum improprie dicatur de rebus anima carentibus. At Lucanus, eo quod dixit de Canopo stella,

- - - *Australi coelo contenta vagari*,

magnos excitat clamores, & ἀκυρόλογος vocatur, à Lucanomastige Scaligero. Quid? nonne & jure reprehensus est ab Hygino Virgilius, teste Gellio Lib. x. cap. 16. eo quod non ex sua, sed ex Palinuri persona ait,

- - - *Portusque require Velinos.*

Cum Velia oppidum, à quo portus Velinos dixit, sexcentis post Aeneam annis demum conditum sit. Et frustra est Turnaebus Lib. XXII. cap. 1. dum excusare cona-

conatur ex notatione nominis. Nam Velinus est nomen proprium à Velia deductum, nullam aliam habens significationem, nec unquam invenitur pro palustri, ut vult Turnebus. ἕλος est palus & ἑλώδης palustris, & ἔλεια dicta fuit ἀπὸ τοῦ ἕλους; sed non ideo, quod Latini ἔλεια in Veliam mutaverint, non significationem, sed sonum secuti. Ideo Velia paludem, etiam & Velinus palustrem significabit, nemo qui sapiat sine exemplis credet. Plures etiam errores alios notavit idem Hyginus, quos videre potest quivis apud Gellium dicto loco. Geographico etiam errato Lib. III. Aenum cum Aeneis confundit, & Aeneiadas in Thracia ab Aenea conditos ait, qui non in Thracia, sed in Macedonia, quindecim à Thessalonica milliaribus, conditi sunt ab Aenea, teste Livio Lib. XL. At Aenenses ab Aeno urbe in Thracia, quorum nullus conditor Aeneas teste Herodoto, qui Aeolidem eam urbem vocat Lib VII. sect. 58. & Strabo eam primum dictam Poltiobriam ait Lib. VII. pag. 319. à Poltyo Thracum Rege, quod erratum secuti sunt Mela, & Ammianus Marcellinus Lib. XXII. Et id notavit etiam vir summus Claudius Salmasius in suis ad Solinum commentariis. Non enim à culpa eum liberare sufficit Cononis Mythographi authoritas, si forte eam secutus est, contra plures & meliores notae auctores, qui, ne quid dissimulem, apud Photium est in eadem culpa. Palicorum etiam aram in Sicilia posuit prope Simaethum Lib. IX. quae prope Ericen erat fluvium, errans ipse, & posteris erroris causa fuit, ut optime notavit Phil. Cluverius Sicil. Antiq. Lib II. Traxit & altera Virgilii culpa caeteros Poetas, & ipsum Lucanum, Virgilium authorem secutum, qui Georg. Lib I. dum Aemathiam dicit Thessaliam, quae Macedonia est, non Thessalia, vel errans vel καταχρηστικῶς, causa fuit Lucano & posterioribus Poëtis Emathiam pro Thessalia ponendi. Ejus tamen erroris forte primus auctor fuit Catullus in Argonautico, & ab eo culpam traxit forte Virgilius, Catullo quidem contemporaneus, sed junior. In rebus naturae etiam Virgilius aliquando hallucinatus est. Ut Lib. II. ubi hieracem, sive sacrum accipitrem facit eviscerare unguibus columbam in ipso aëre, & inde cruorem fluere, & plumas multas. Quod ipsi tirones accipitrariae, sive falconariae artis, sibilo exciperent Sciunt enim eas aves non in aëre volantes, sed humi aut in arbore positas, tum demum captarum avium & plumas vellere, & viscera diripere non unguibus, sed rostro. Ungues enim hactenus in eo ministerium suum praebent, ut praedam firmam & stabilem rostro praebeant. Gravissime etiam in equestrem disciplinam impegit, Lib. VI. Aeneid. vers. 881. dum Marcellum laudans ait:

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.


Est enim in equitante maximum vitium fodere armos calcaribus. Quod scutica ludi equestris magister severissime castigat.

Plura possem; sed absit, ut nodos in scirpis quaeram, ut aliquid detractum velim famae maximi Poëtarum, quem praecipue colo, miror, veneror. Haec & talia sunt humanitatis vestigia, quae non debent officere famae tanti viri, quae in silva tot pulcherrimarum dotium, tot meritarum laudium, facile obruuntur. Habent & pulcherrimae facies suos naevos, non ideo contemnendae. Aequius igitur cum Lucano agatur, de quo tot egregia antiquorum testimonia exstant, quae non dubi-

to

to neotericorum omnium convitiis praeponderantia pronuntiare. Voluit magnis inimicitiis clarefcere Julius Caefar Scaliger, paternas inimicitias amplexus eft melior filius. Quid tum? Non defuit Homero fuus Zoïlus, nec oportebat triumphanti Lucano deeffe fuum monitorem. Triumpha nihilominus divine Vates, invitis Neronibus & Scaligeris. Litafti immortalitati, & in Deos poëticae artis evafifti. Regna in alterutro Parnaffi jugorum. Hoc erat in tuis fatis, ut ex operum gloria nata amplitudo famae, tibi Caefarum odium conciliaret. Nec valuit folus Nero implere tua fata. Ecce & alius fuperiore feculo Caefar infurrexit. Incaffum tamen obftrepunt, tuae tubae clangor illorum murmura facile fuperat. Jace igitur contentus fama tua. Nam licet dixerit te Fabius quidam Oratorem potius, quam Poëtam: alter *ad ima fubfellia* te relegat, certe omnibus fanis, & ab ira & invidia liberis, femper eris laudatiffimus Poëta, aut aliquid Poëta majus, & qui Virgilio ita fis fecundus, ut illius talos premas, & noviffimis infiftas veftigiis.

FINIS.



JACOBO PALMERIO

GRENTMENILLAEO,

JACOBUS MOSANTUS BRIOSIUS.

S.

Ita est profecto, Vir Generosissime, Maronis cultor sum miratorque, ut nemo magis; & aureum Aeneidos Opus in aureo scrinio recondam libens, servemque inter pretiosissima κειμήλια. Dum tamen Virgilii Carmina nomenque extollo, Lucani Pharsaliam decusque deprimi nolim. Stet sua utrique laus: ille Poëtarum Princeps, hic proximus à Principe habeatur: demus Lucanum non tam leniter canere (Infantis tamen cunas & labra circunsedit examen apum) demus primâ non donandum laureâ; at latrare, at scuticâ dignum, proh nefas! cum Julio Scaligero nequaquam putemus. Parcant Inclyti viri manes, si dixerim, illum saevâ eximii hujusce vatis seu lanienâ seu hypercrisi, aeternam nomini suo labem aspersisse. Nil moror aliorum obtrectatorum vile & caninum vulgus, quibus Lucanus ore felicissimi & elegantissimi Interpretis Brebovii nostri etiam nunc respondeat, quod olim Martialis ore, respondit sui temporis Zoilis.

Sunt quidam, qui me dicunt non esse Poëtam;
At qui me vendit Bibliopola, putat.

Audiat gens lacerandis illustribus viris nata, celebrem, quisquis ille tandem sit, Authorem Dialogi de causis corruptae Eloquentiae. *Exigitur jam ab Oratore poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii & Virgilii, & Lucani sacrario prolatus.* Audiat suaviter canentem Statium Papinium.

Cedet Musa rudis ferocis Enni,
Et docti furor arduus Lucreti,
Et qui per freta duxit Argonautas;
Et qui corpora prima transfigurat;
Quin majus loquor, ipsa te Latinis
Aeneis venerabitur canentem.

Audiat denique Juniores inter, excellentem & politissimum Angelum Politianum: Virgilianus ille est, si quisquam alius, causâ seu factione, & versuum dulcedine incomparabili: sic tamen in Carmine, cui titulus, Nutricia.

Mox tonat ardenti Pharsalica praelia cantu
Aegyptique nefas, primo vix flore genarum
Conspicuus, torvo quem protinus ore secundum

Respe-

Respexit, captae vix ausus fidere palmae
Virgilius: sed iniqua bonis Rhamnusia tantis
Heu! decus hoc Orbi invidit. Licet ecce cruentum
Rugiat, & truncas siccet Nero sanguine venas
Fronte minax, diraeque instinctus verbere matris
Macte animo, non te, o Vates, Parnasside lauru
Nequicquam Deus & cithara dignatus honorâ est.

Et revera, si quis aequus Judex perpendere & conferre velit utriusque Poëtae loca; si quis legat & colligat, quod à nobis aliquando factum, Lucani Virgiliiquê descriptiones & comparationes, videbit Cordubam non semel Mantuae dubiam palmam facere. Nihil dicam de pompa, acumine & pondere sententiarum; res ipsa per se loquitur. Quam fortis & alte penetrans illa exclamatio.

Quis furor, o cives! quae tanta licentia ferri,
Gentibus invisis Latium praebere cruorem:
Cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis
Ausoniis, umbrâque erraret Crassus inultâ,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?
Heu! quantum potuit terrae pelagique parari,
Hoc, quem civiles fuderunt sanguine dextrae?

Quam magni, quam graves & philosophici hi sensus.

Invida fatorum series, summisque negatum
Stare diu, nimioque graves sub pondere lapsus,
Nec se Roma ferens; sic cum compage solutâ
Saecula tot Mundi suprema coëgerit hora,
Antiquum repetent iterum chaos omnia;

Et paulo post.

In se magna ruunt, laetis hunc Numina rebus
Crescendi posuere modum.

Quam divina & plena Coelestium apparet his verbis anima Pompeji in Coelum recepti.

Illic postquam se lumine vero
Implevit, stellasque vagas miratur & astra
Fixa polis: vidit, quantâ sub nocte jaceret
Nostra dies, risitque sui ludibria trunci.

Sic Lucanus re exprimit, quod verbis ita expressit Persius.

O curvae in terras animae, & coelestium inanes!

Quam incitata acris & vehemens, quam flexanima illa Catonis oratio?

- - - - - - Dum primus arenas
Ingrediar, primusque gradus in pulvere ponam,
Me calor aetherius feriat, mihi plena veneno
Occurrat serpens, fatoque pericula vestra
Praetentate meo: sitiat quicunque bibentem

Viderit; haud ullo fuerit discrimine notum
Dux an miles eam; serpens, sitis, ardor, arenae,
Dulcia virtuti; gaudet patientia duris:
Laetius est, quoties magno sibi constat Honestum.

Sed longum & inutile foret congerere omnes Lucani aureas sententias, quas te saepius recitantem & discutientem audivi, non sine admiratione vegetae in aetate declinanti memoriae, & acerrimi semper judicii tui. Duos tantum Virgilii & Lucani locos addam, qui Doctorum ingenia hactenus exercuerunt, & super quibus variant sententiae, dum alii Mantuanum, alii Cordubensem magnificentius de Catone & sensisse, & dixisse contendunt. Prior sic

Secretosque Pios, his dantem jura Catonem.

Simplicissime profecto, & clarissime; & gloriosum, fateor, aliquem tam aequi rectique servantem haberi, ut praesit juridicundo apud Inferos: at concessum etiam id Aeaco, Triptolemo, Rhadamanto, Minoi. Posterior sic.

- - - - - - - - *Quis justius induit arma*
Scire nefas, magno se judice quisque tuetur;
Victrix causa Diis placuit, sed victa Catoni.

Quanta hic effulget & rerum & verborum vis! Non licet, inquit, in arcana Deorum & Catonis penetrare, grande illud nefas: *victrix*, id est, Caesaris causa Diis, sed *victa*, id est, Pompeji Catoni placuit. Observanda haec particula *sed*, cujus mira emphasis; designat enim, Catonis judicium Deorum sententiae quodammodo praeponderare, sic ut Lucani sapiens, non simpliciter uno minor sit Jove, quod de suo sapiente Stoïci asserebant, sed omnibus Diis si non major, saltem aequalis: sic ut Catoni, quod placuit, justius forsan censeatur, & magis placere debeat, quam quod placuit superis. Caeterum obiter notare libet errorem Montani nostri & Lacerdae, accuratissimi alioquin Virgilii Commentatoris, & aliorum, dum in praedicto octavi Aeneidos versu, Catonem Uticensem intelligi putant. Non ea certe mens prudentis aulici, & Imperatori suo blandientis Poëtae: nempe Virgilius & Aeneidem, & Georgica, & Eclogas, omniaque sua opera elaboravit in gratiam & honorem Augusti; qui his adeo delectabatur, ut ea saepius recitari sibi voluerit. Quomodo igitur potuisset Virgilius in praecipuo suo Opere, ita extollere Catonis justitiam, ut eum Piis judicem constitueret; & quam aliena fuisset à suo placendi domui Caesareae studio, honorifica mentio infensissimi semper Caesaris hostis, & dequo dictum fuerat, *cuncta terrarum subacta praeter atrocem animum Catonis.* Tum quomodo idem sapientissimus Vates, qui varias in Inferis sedes mortuis assignat, suam infantibus, amantibus suam, & peculiarem iis, qui mortem sibi consciverunt.

Proxima deinde tenent moesti loca, qui sibi lethum
Insontes peperere manu, lucemque perosi
Projecere animas.

Ad quae verba Servius. *Ideo moesti, quia secundum Platonem graviter puniuntur eorum animae, qui mortem sibi inferunt.* Quomodo, inquam, Catonem αὐτοθάνατον

νατον in Elysio, hoc est, loco deliciarum, & quidem summo cum honore, hoc est, judicem constituisset. Proculdubio igitur de Catone Censorio in citato loco agit Virgilius. Cujus Catonis Censorii quae fuerit gloria & existimatio, testis vel unus Seneca, Epist. 77. „ M. Cato Censorius, quem tam Reipublicae profuit nasci, „ quam Scipionem. alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum mori- „ bus gessit, cantherio vehebatur, ab utroque latere dependentibus sarcinis. O „ quantum erat seculi decus! Imperatorem triumphalem, Censorium, & quod su- „ per omnia haec est, Catonem, uno caballo esse contentum. Et de hoc eodem Seneca Pater in Praefatione, lib. 1. Controverf. „ Erratis, optimi Juvenes, nisi „ illam vocem non M. Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculum? „ nempe voluntas divina, hominis ore enuntiata, & quem tandem Antistitem „ sanctiorem invenire sibi Divinitas potuit, quam Catonem, per quem humano „ generi praeciperet. Ille ergo vir quid ait, Orator est vir bonus, dicendi pe- „ ritus. Ite nunc & in istis vulsis & expolitis, & nusquam nisi in libidine „ viris, quaerite Oratorem. Hoc & sensit praedictus Grammaticus. *Censorium*, inquit, *significat non Uticensem, qui contra Caesarem bella suscepit: quomodo enim Piis jura redderet, qui in se impius fuit.* Sed haec *πάρεργα*. Ad propositum redeamus, & sub auspiciis summorum virorum militantes, retundamus Scaligeri tela, & illius aliorumque praecipuas objectiones diluamus.

Lucanus, inquiunt, *non est Poeta, nec enim fingit, nec fabulis satis aspergit Opus suum.* Ratio haec non est absolute vera; alioqui nec Hesiodus, nec Lucretius, nec ipse Virgilius in Georgicon prioribus libris Poëtae erant. Lucanus non est Poëta mythicus, id est, Deorum ministeriis, & Fabularum ambagibus non utitur, concedo: non est Poëta historicus, qualis & Silius Italicus, & alii, id est, non afflatur Phaebeo furore, nec habet os magna sonaturum, prorsus nego, & pernego. Neque vero mihi, sed Ger. Joh. Vossio Critico accuratissimo, eoque meliori, quo candidiori fides adhibeatur, sic autem ille. „ Non res gestae, in- „ quit Petronius, versibus comprehendendae sunt, quod longe melius Historici „ faciunt, sed per ambages, Deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum „ tormentum, praecipitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi ratioci- „ natio appareat, quam religiosae orationis sub testibus fides. Aliquis si hujus- „ modi debeat esse Spiritus poëticus, contendat, Lucanum Poëtam non esse, „ quem perstringere voluit Petronius: primum requirit, ut liber spiritus prae- „ cipitetur, sic ut Carmen videatur esse animi furentis opus; praeterea exigit, „ ut hoc fiat per ambages, Deorumque ministeria. Prius, ut alibi ostendimus, „ sufficit, ut ne conceptuum causâ aliquis Poëtarum numero excludatur, eôque „ nil causae est, cur Lucanus non dicatur Poëta: nam furentis sit negare, Poëma „ illud, nempe Pharsaliam, à furore poëtico non proficisci: magis tamen Poë- „ tae nomen meruisset, si & altera conditio accessisset. *At ex Horatio omnis granditas ac tumor, & exquisitus ornatus à propositione seu principio Carminis abesse debet. Jam vero quam affectate & tumide inchoat Lucanus.*

Bella per Emathios plusquam civilia campos
Jusque datum sceleri canimus; populumque potentem
In sua victrici conversum viscera dextrâ.

Haec, fateor, alia sunt quam, *Arma virumque cano*; nec simplicitatem Maronis redolent.

dolent. Sed trahat sua quemque voluptas, & sua quemque sequatur gloria. Hic ut elegantissime & verissime a te scriptum, placidi fluminis instar, lente fluit; ille torrentis in morem ruit cum fragore: hic per clivum molliter cedentem; ille per abrupta in Parnassum tendit Hic Μῆνιν ἄειδε θεὰ imitatur, & Homerum sequitur ducem; ille sibi ipsi praeit, & viam invenit, quâ se quoque possit tollere humo. Nec semper Horatio displicuit haec via, sic enim de Pindaro.

Pindarum quisquis studet aemulari, J-
ule, ceratis ope Daedaleâ
Nititur pennis; vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens, velut amnis imbres,
Quem super notas aluere ripas,
Fervet, immensusque ruit profundo
Pindarus ore.

Nec displicuit Statio Papinio, qui in Thebaïde.

Fraternas acies, alternaque regna profanis
Decertata odiis, sontesque evolvere Thebas
Pierius menti calor incidit.

Et in Achilleïde.

Magnanimum Aeaciden, formidatamque Tonanti
Progeniem canimus.

Nec displicuit Claudiano, qui de Raptu Proserpinae.

Inferni raptoris equos, afflataque curru
Sidera Taenario, caligantesque profundae
Junonis thalamos audaci promere cantu
Mens concussa jubet.

Viden', eruditissime vir, quam vasta, quam sonantia, quam tumida haec sint prae Lucani verbis.

Pessimo consilio, inquit Scaliger, *Poëma suum inscripsit Pharsaliam.* Imo vero optime sic inscripsit: cum secundum regulas omnia ad unam actionem referat; nam de pluribus quidem aliis bellis agit, ut de Brundusino, Massiliensi, Hispanico, Africano, sed quae ad Pharsalicum dirigit, tanquam ad unicum, saltem tanquam ad praecipuum scopum. Addamus & cum illustrissimo Grotio; optimo consilio huic Operi nomen inditum ab eo loco, in quo fortuna de summâ rerum inter Pompejum & Caesarem decrevit.

Justitium latuit, imo patuit, jus enim latet in justitio, quippe in bello. Dii boni! quid agebas, Scaliger, cum haec scriberes: ubi tua mens? cur tibi monstra debellanda fingis? Sic enim constanter in omnibus Exemplaribus leguntur, nec aliter legi possunt hi versus Lib. 11. in principio.

Ergo ubi concipiunt, quantis sit cladibus Urbi
Constatura fides superûm, ferale per urbem
Justitium: latuit plebeio tectus amictu
Omnis Honos, nullos comitata est Purpura fasces.

Et

Et quid dicemus de illa locutione, quae in nono est.

Quid prodest miseri basiliscus cuspide Mauri
Transactus?

Latinè aliter dicimus, quid prodest basiliscum cuspide transactum fuisse. Quo te, Juli Caesar, crudelis abripit Critica? & quid dices de illa Ovidii locutione, Epist. Penelopes ad Ulyssem.

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis
Ilios & murus quod fuit ante solum

Etiam dubitandum, an pure loquatur, qui *Veneris* (Romae non Veneris legi) *comam, caesariem appellat.* Ratio dubitandi proculdubio sumpta tibi, Vir celeberrime, ex his Servii verbis, Ad 1. Aen. *Caesaries* à caedendo dicta; ergo tantum virorum est. Sed ratio decidendi tibi sumenda erat ex Ovidio, Amor. L. III. El. 1. ubi de Tragoediâ, sub specie Divae apparenti.

Hactenus & movit pictis innixa cothurnis
Densum caesarie terque quaterque caput.

Et ab uno petenda erat magistro, quem solum colis. Apud eum visuntur.

Drimóque, Xanthóque, Ligeáque, Phyllodoceque,
Caesariem effusae nitidam per candida colla.

Et Claudian. 2. de Raptu.

Intereà volucri fertur Proserpina curru
Caesariem diffusa Noto.

Et de nup. Hon. & Mar.

Caesariem tunc forte Venus subnixa corusco
Fingebat solio.

Liquidam Palaestram nimis ambitose dixit. Id verbi non legi Lib. 1. sed 9.

Arcados authoris citharae liquidaeque Palaestrae.

Quod ita explicatur Lib. IV.

Perfudit membra liquore
Hospes, Olympiacae servato more Palaestrae.

Sic elegantissimus Poëta Claudianus in Panegyr. Mallii Theodori.

Calliope liquidas Alciden posce Palaestras.

Palaestra liquida est, quae fit à perunctis oleo liquido; hinc à Philostrato Palaestra fingitur sub forma puellae gerentis in sinu olivae ramum. Palaestra liquida Lucani, idem est quod Palaestra uncta Ovidii. Epist. Herus ad Leandrum.

Aut fora vos retinent, aut unctae dona Polaestrae,
Flectitis aut fraeno colla fugacis equi.

Est

Est adhuc versus in 1. non negligendae censurae.

Dum terra fretum terramque levabit
Aër.

Neutrum verum est, siquidem unicuique elementorum suus est attributus locus; neque si terra deficiat, ejus in locum descendet aër, ita ut cedat, sed ne detur vacuum. Praeterea si terra sustinet mare, eadem ratione mare sustinebit aërem, non autem ab aëre sustinebitur. Sed diu est, quod & huic objectioni respondit eruditissimus Gerardus Vossius in Tract. de Orig. & Prog. Idolol. L. 11. c. 54. & aërem non solum ambire, sed quodammodo vehere ac sustinere terram ostendit, ex Lucretio, Macrobio, praesertimque Plinio dicente, aëris vi suspensam cum quarto aquarum elemento librari medio spatio tellurem; & ita mutuo complexu diversitatis effici nexum; levia ponderibus inhiberi, quo minus evolent, contraque gravia ne ruant, suspendi levibus in sublime tendentibus. Quibus addi possit, Ovid. Metamorph. 1.

Et circumfuso pendebat in aëre tellus.

Et Tibullus ad Messalam.

Qualis in immenso desederit aëre tellus.

Et paulo post.

Nam circumfuso consistit in aëre tellus.

Una tantum legio Caesari erat, cum Ariminum captum est, at uni legioni una solum Aquila; quomodo igitur in plurali numero dici potuit: ut notae fulsère Aquilae Romanaque signa. Esto, se res ita habeat, non licet enim, nec libet de eo nunc amplius disquirere; certe vix ulla figura crebrior apud Poëtas, quam ea, quì numerus pro numero ponitur. Quis non dixit *vultus suos, pectora, corda sua?* Quamvis non sit nec tricorpor Geryon, nec Janus bifrons, nonne passim legimus & *Navis, & Reipublicae gubernacula.* Quod si Virgilio dicitur, *Pro purpureo poenas dare Scyllа capillo*; eadem apud Ovidium in Amoribus, & apud Propert. Eleg. 4. dicitur in patrios saevisse capillos.

Excurrit Lucanus, & furori suo saepe indulget. Quid ni faciat, quod tota Poëtica Familia facit: nonne aliquando Virgilius excurrit in Chorographica & Physica? nonne lascivit nunc in Noctis, nunc in sceptri Regis Latini, & praecipue in mirabili illa famae descriptione, quae divini Operis, Lib. IV. legitur. Poterat ibi simpliciter dicere *sparsos per totam Libyam de amoribus Didus & Aeneae rumores*; ecce autem ex unius Famae voculà, captà occasione, nobis famae natales, facta, mores, vultus, habitum, & totum denique corpus à capite ad calcem adumbrat & describit; idque viginti, ni fallor, versibus. Omitto sexcenta alia Poëtarum, quotquot sunt & fuerunt, similia diverticula; quae, tantum abest, ut damnari possint, ut potius utilia censeri debeant, tum Lectoribus, tum Authoribus, quo fessi ac languentes utrorumque animi interdum se colligant, & paulisper recreentur. *Denique Lucanus*, ajunt, *nimis perdite assentatur Neroni generis humani pesti teterrimae, & non Caesarum modo, sed hominum sceleratissimo.* Attendant, rogo, qui talia objiciunt, quam rara sit, & sub optimis etiam Principibus vix speranda temporis felicitas,

tas, ubi ſentire, quae velis, & quae ſentias, dicere liceat. Quotus quisque eſt (unum Thraſeam, aut Helvidium Roma excipiat) qui auſit ſcribere in tyrannum, qui poteſt proſcribere: tunc certe ut ejusdem Taciti tui & mei verbis utar, *ruere in Servitium Conſules, Patres, Eques.* Nimirum ſervum, imo & miſerum pecus Aulici; & quid non illis ſaepe ſuadet amor, haud dixerim opum & honorum, ſed uxorum, liberorum, & interdum propriae ſalutis; cujus expediendae cum honeſta ſit omnis ratio, ut docent ipſi Juſtitiae Antiſtites, haberet, quo ſe excuſaret Poëta, quamvis ſincerae eſſent laudes, quibus Neronem extulit: ſed in his ſeu blanditiis, ſeu adulationibus animadverſum a te & tecum à nobis latere ſpecioſas irriſiones. Quidni enim mors optetur, cui optatur apotheoſis; quidni ut obeſus, ſtrabo, incendiarius, aemulusque Phaëtontis notetur, is de quo ſcriptum,

Seu te flammigeros Phoebi conſcendere currus,
Unde tuam videas obliquo ſidere Romam.
Aetheris immenſi partem ſi preſſeris unam,
Sentiet axis onus.

Vidit etiam haec, & omnia κατὰ πόδα perſequutus eſt, ſingulaque ſingulorum verborum ſchemata, & ſcommata obſervavit Daniel Heinſius in celebri, nunquamque ſatis laudanda Aſini laude, ubi Scaligerianis licet partibus addictiſſimus, candide tamen, & honorifice de Lucano judicat, ut infra videbimus.

Haec ſunt, quibus defendi poſſe putem Poëtam illum in multis, quae Latini Sermonis munditiam, & metri decorique rationem ſpectant. Dico in multis, non in omnibus: nullus enim Author, exceptis ſacris, eſt ἀναμάρτητος. Geographica & Aſtrologica non attingo, & qui poſt te attingere auſit, is poſt Homerum ſcribat Iliadas; is poſt Apellem, Venerem pingat. Nos leves ſolum ictus, & vix ſummae cuti metuendos; tu lethales & ad imum penetraturos à ſummi viri capite avertis, tantumque tibi nunc ille debet, ut ſuffecto tuo, in locum Neronis, nomine, vetus Inſcriptio ſic jure renovari, & legi poſſit.

M. ANNAEO LUCANO

Cordubenſi Poëtae,

BENEFICIO PALMERI

Fama ſervata.

In quo ſubit mirari fortunae vices, & varium illuſtris hujus Hiſpani fatum. Princeps potentiſſimus quidem, Orbis quippe Dominus, ſed criminibus infamis, illi vitam olim abſtulit; quam hodie ei reddit ſplendida editione alter Princeps & potentiſſimus. & Regio Stemmate, Caeſareisque imaginibus clarus, ſed virtutibus Muſarumque amore clarior. Vir nobiliſſimus eruditiſſimusque Scaliger, ſed ſaevum in Re-

Republica Literaria tyrannidem exercens, Lucano suam gloriam olim eripuit; quam alter nobilissimus, idemque eruditissimus Vir Grentmenillacus, sed justi tenax, & suum cuique tribuens, illi restituit aequissimâ suâ nec minus eleganti Dissertatione. Faxit Deus, ut tibi, Vir eximie, per valetudinem eruere liceat, latentes in Museo tuo reliquas gazas, Graeciam dico, mirabile illud viginti annorum Opus, & Criticarum observationum in varios Authores volumen, & in Hesychium notas, & multa, quae tam polite, quam docte lusisti, tum Graecâ, tum Latinâ, & Italicâ, Gallicâque Linguâ. Faxit Deus, ut patriae tuae & Academico nostro coetui serveris ad Literarum decus, & ad exemplum sincerae probitatis, veraeque animi fortitudinis. Fatear enim oportet, quamvis reluctante tuâ modestiâ, quod & fatentur omnes, qui te noverunt; nemo unquam à te discessit nisi doctior, aut melior. Vale, Palmeri magne, & mihi multis colende nominibus.

Satisfacturus desiderio doctissimi Spanhemii, pauca, quae olim ad hunc Authorem notavi, exscribere proposueram, sed haec levia sunt, & forsan ab aliis jam observata: si tamen instet, & tu suadeas, qualiacunque sunt, mittam. Cum clarissimo huic Viro, clarissimoque Fabricio scribes, multum, quaeso, à te salutentur meo nomine; sciatque factus ille ad unguem Fabricius, Parnassum nostrum (quando ita loqui vult) eum serio desiderare & venerari. Non fugit proculdubio aciem curamque diligentissimi Spanhemii, quicquid ad Lucanum sparsit Salmasius in Plinianis suis Exercitationibus, nec explicatio Turnebi Adversar. Lib. XXI. cap. 18. nec restitutio loci, qui legitur Pharsaliae Lib. IX. Ubi pro *corniger Ammon*, reponi debere *certior Ammon*, recte meo quidem judicio censet & probat, doctissimi patris doctissimus filius Isaacus Vossius in suis ad Melam notis. Habes hic quorundam Juniorum, qui solutâ oratione scripserunt, de Lucano testimonia.

PETRUS CRINITUS

De Poëtis Latinis, Lib. III. c. 58.

Lucanus est ardens & concitatus, sententiisque clarissimis excellens: in concionibus admirandus atque excultus, adeo ut videatur satis exprimere singularem illam elegantiam & majestatem Virgilii.

ADRIANUS TURNEBUS

Adversf. L. XXI. c. 18.

Lucanus doctissimus & elegantissimus Poëta; nec enim moveor hominum ejus aetatis judicio, malè & maligne de tanto Poëtâ aestimantium, cum eis Antiquorum veriora, & sinceriora judicia opponere possim.

DA-

DANIEL HEINSIUS

In Oratione, cui titulus Laus Asini.

Erant quidem, qui oblivisci aegerrime libertatis possent, qui cum summo animi dolore & lacrymis sublatam quererentur. Neque deerant, qui magnas ei ac victuras voces commodarent; & quod magis admireris etiam Poetae. Inter quos Lucanus totum huic Divae opus, quod nunc superest, cum spiritu & sanguine impendit. Quae cum aliquando annotassem, ac cum pari spiritu, quo scripta sunt, ac animo ad libertatem nato percurrissem, quidam tristis aliquantum ac severus, & cum capite demisso, multa in Lucano accusare coepit, ac monere primum quaedam parum castigatè, & ex mente Authoris edita in eo emendanda esse: tum non optimum Latinitatis esse Authorem; ac postremo neminem tam perditè adulari, quod vel Operis initium testatur. Ad quae quamquam eo tempore aliis intentus, narro tibi, inquam, frater, fatum esse nostri temporis, an morbum; ut in maximis Authoribus vix quidquam praeter verba jam spectetur (quo, si lubet, emendationes istas refer; rerum nervi, & si quae majoris sunt momenti, ne tangantur quidem. De Latinitate aliquando & cum voles; quae fortasse à Virgiliana majestate aut Catullianâ, & illibatâ illâ Venere deflectit. De adulatione autem & initio sufflaminandus & monendus es in omnibus iis, quae primâ fronte encomium prae se ferunt, contineri meram & continuam ironiam.

GER. JOH. VOSSIUS

De Poët. Lat.

Notum est, quam praeclarè de eo scripserunt Auth. de caus. cor. Eloq. Item Statius, Fabius, Martialis, Sidonius. Sed omnes, qui ejus cum laude meminêre, longissimum esset referre.

EIDEM.

Habes, quoniam ita vis, & suadet Bochartus, nugas & quisquilias nostras. Sed audio recentissimè editum Lucanum cum variorum Notis; quas nunquam mihi visas licet sanctè jurare possim, plurimum tamen rogabis eruditissimum Spanhemium, ut attendat, an non actum agam; denique occasionem suspicandi cum alieno detrimento meas me augere facultates; quod & à Juris nostri regulis, & à candore nostro alienum. Vale, Vir maxime.

Irrepsit in Grotianâ Lucani editione communis error scribendi *trophaeum* pro *tropaeum*. Nec enim Graecè τρόφαιον, sed τρόπαιον, nec trophicos Cancri aut Capri-

pricorni, nec orationis trophos, ſed tropicos & tropos dicimus; nec trophaeos, ſed tropaeos ventos legas apud Plinium, L. 2. c. 43. Et apud Nonium Marcellum, c. 1. ſcriptum videas. *Tropaei ſignificationem propriam Varro Bimargo oſtendit. Ideo fuga hoſtium Graecè vocatur τροπὴ; hinc ſpolia capta fixa in ſtipitibus appellantur tropaea.* *Tropaeum* etiam conſtanter reperitur in veteribus monumentis ac libris.

Lib. I, 63.

Sed mihi jam Numen; nec ſi te pectore vates
Accipiam, Cirrhaea velim ſecreta moventem
Sollicitare Deum.

&

Mundique extrema tenentes
Sollicitas Reges.

Sollicitare aliquem, idem eſt, ac aliquem ſibi conciliare. Gallice *rechercher quelqu'un, le gagner, ſe l'attirer & rendre favorable, & attaché par prieres, promeſſes ou flatteries.* Quo ſenſu id verbum uſurpatur à Terentio in Andr. Act. 5. ſc. 4. Et Martialis ſollicitare furem, pro furem allicere, dixit, ni fallor, L. 12. E. 75.

Nullum ſollicitant haec Flacce toreumata furem.

Quo etiam ſenſu aut multum ſimili uſurpatur à Quintiliano, Praefat. L. 6. ubi filii ſui deflens mortem, & enumerans varia, quae illam ſibi acerbam reddere poterant, ait: *Illud vero inſidiantis, quo me validius cruciaret, fortunae fuit, ut ille mihi blandiſſimus me ſuis nutricibus, me aviae educanti, me omnibus, qui ſollicitare ſolent illas aetates, anteferret.* Nec enim audio viros magnos, quorum alii ſollicitare illas aetates interpretantur, *ſe joüer avec les enfans*; alii, *avoir ſoin des enfans & les ſervir*; & inde originem ducere putant plebejam illam Pariſienſium loquutionem; *il faut donner une garde à un malade, pour le ſolliciter, pour l'aſſiſter & le ſecourir.* Tantum enim abeſt, ut *ſollicitare* ſignificet aegrum curare, ut capi videatur pro aegrum reddere, apud Ciceronem, Tuſcul. L. III. in principio. Nec uſpiam profecto apud alios claſſicos Authores legas *ſollicitare* aliquem, idem ſignificare, ac curam alicujus gerere, aut ſollicitum eſſe de aliquo. Neque vero nutrices aviae famuli, tam ſui amantes reddunt pueros ſuppeditatione neceſſariorum ad victum, veſtitum, & valetudinem; ſed eos deliniunt, & maxime ſibi conciliant precibus, pollicitis, blanditiis, crepundiis, & fabellis anilibus, de quibus meminit idem author, Lib. 1. c. 9. Et expreſſus locus eſt Declamat. 4. Ubi ſollicitare & blandiri tanquam ſynonyma junguntur. *Si cuncta gaudia noſtra, & quaecunque vel ſollicitant aſpectu, vel blandiuntur uſu, excutias.*

Lib. I, 521.

Venia eſt tantorum danda pavorum. Vel hic ſolus locus probet pavorem in plurali uſurpari, quod non putabat vir doctus, ſed & Claudian. de Bel. Get. dixit.

Famaque nigrantes ſuccincta pavoribus alas.

Lib. III, 296.

Omnia. Forſan *omina* facili lapſu & crebro apud alios Authores. vſ. 299.

Nubiferam ſuperevolat Alpen.

Non uſurpavit ſolus Lucanus in ſingulari. Ovid. de Ar. Am. Lib. III.

Sed

Sed neque ramosa numerabis in Ilice frondes,
Nec quot apes Hyblae, nec quot in Alpe ferae.

Juvenal. Sat. 10.

Additur imperiis Hispania, Pyrenaeum
Transilit, opposuit Natura Alpemque nivemque.

Claud. de laud. Stilic. L. III.

Dixit, & extemplò frondosa fertur ab Alpe.

Et post eos Sidonius Apollinaris, ter aut quater tam in solutâ, quam in stricta oratione.

vers. 593.

Qua nullam pelago melius turbante carinae
Audivere manum.

Audacius id loquendi genus non videbitur nobis, si meminerimus Virgilium dixisse, *neque audit currus habenas.* Hic tribuuntur aures & obsequium non equis, sed currui; datur lingua & imperium non aurigae, non illius manui, sed habenis. Et Ovid. 5. Metamorph. Dixit Venus, *ille pharetram*

Solvit & arbitrio matris de mille sagittis
Unam seposuit; sed qua nec acutior ulla,
Nec minus incerta est, nec quae magis audiat arcum.

L. I, 447.

Vos quoque, qui fortes animas belloque peremptas
Laudibus in longum Vates dimittitis aevum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Festus. *Bardus stultus à tarditate ingenii appellatur. Caecilius nimis audacem, nimisque Bardum barbarum: trahitur autem à Graeco, quod illis βραδὺς, Bardus Gall. cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit à gente Bardorum.* Nempe si Beroso Viterbiensi credendum est, Bardus apud Celtas regnavit, qui inventione Carminum & Musices apud illos inclytus fuit. Hesychius Βάρδοι ἀοιδοὶ παρὰ γαλάταις; sic enim restituit hunc locum clarissimus Seldenus in Marmor. Arund. p. 81. cum antea nullo prorsus sensu legeretur Βάρδοι αἱ ὁδοὶ, unde gravi lapsu vir eruditus, Barducucullum interpretabatur, cucullum viatorium, quo peregre uterentur. Βάρδος enim, inquiebat apud Hesychium, viam significat. A Bardis facta vox Barditus, quam habet exemplar Farnesianum, & pro cantu, accipiunt multi apud Tacitum, Lib. de Mor. German. *Primum omnium virorum fortium ituri in praelia canunt: sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos; futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur: terrent enim trepidantve, prout sonuit acies; nec tam vocis ille quam virtutis concentus videtur: affectatur praecipue asperitas soni & fractum murmur objectis ad os scutis, quo plenior & gravior vox repercussu intumescat.* Bardi autem vocantur securi, vel quod mortem non timerent, nec timendam esse incinerent auribus populorum; quippe qui putabant ἀφθαρτον κόσμον καὶ τὰς ψυχάς. Nam Strabo tam de Bardis & vatibus,

bus, quam de Druidis ait, Lib. IV. Id quod Lucanus hoc loco tantum de Druidis, sed sub quibus alios etiam complectitur.

Vobis authoribus umbrae
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt, regit idem spiritus artus
Orbe alio, longae canitis si cognita vitae,
Mors media est. Certe populi quos despicit Arctos
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus, inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animaeque capaces
Mortis, & ignavum rediturae parcere vitae.

Vel securi dicuntur, id est, immunes à bellicis periculis & laboribus; nempe tubicinum instar, sola voce & cantu, non autem exemplo praeibant aliis ad pugnam. Certe de Druidis Caesar, L. VI. *A bello abesse consueverant, militiae vacationem, omniumque rerum habent immunitatem.* Quod & proculdubio intelligendum de Eubagibus & Bardis; nec enim inter armorum strepitus & lituum clangorem, ritè peraguntur sacra, vel audiuntur Poëtarum citharae: nec ferocienti Marti convenit cum relligione aut cum Musis, puellis delicatulis. Vel denique securi fudistis, id est, bello liberati post Caesaris in Italiam discessum. Quae explicatio juvatur ex iis, quae praecedunt,

Tu quoque laetatus converti praelia Trevir.

Et ex iis, quae sequuntur.

Et vos barbaricos ritus moremque sinistrum
Sacrorum Druidae positis repetistis ab armis.

Igitur translato è Gallia in Italiam bello, laetatur Trevir; repetunt omissa inter pugnas sacra sua & carmina Bardi & Druidae nunc securi.

Lib. I, 213.

Fonte cadit modico, parvisque impellitur undis
Puniceus Rubicon.

Multa adhunc locum; pauca, imo nihil ad rem vetus Interpres. Uno verbo, puniceus Rubicon dicitur ob glarearum colorem. Sidon. Epist. 5. L. I. *Unde progressis ad Rubiconem ventum, qui originem nominis de glarearum puniceo colore mutuatur, quique olim Gallis Cisalpinis Italisque limes erat.*

Lib. IV, 588.

Bagrada lentus agit.

Mire facit ad illustrationem hujus loci, quod notatum pridem à Viro incomparabili nomen *Bagadrae* seu *Bagradae* (utrumque enim legitur) deduci ex Hebraea voce *Braca*, significante stagnum: nempe quod & suâ naturâ hic fluvius adeò lentus, ut placidae paludis speciem referat, talisque sit, quale depingitur mare Pharsal. L. V.

Pigrius immotis haesêre paludibus undae,
Alta quies pelagi, moestoque ignava profundo
Stagna jacentis aquae.

Tum

Tum quod alveo ſuo excedens, circa oſtia in ſtagni morem longè latéque diffundatur. Unde Sil. Lib. III.

Turbidus arentes lento pede ſulcat arenas
Bagrada, non ullo Libycis in finibus amne
Victus limoſas extendere latius undas.

Et de hoc eodem flumine Buchananus.

Bagrada Marmoricae lentus ſulcator arenae.

Videſis praedictum Bochartum Geograph. Sacr. par. ult. L. I. c. 24.

Lib. V, 51.

Gelidique inculta Juventus
Taygeti.

De Taygete Nymphâ, ſeu Pleiade, & de monte Taygeto Spartae & Amyclis imminenti vulgata omnia. Vocatur *gelidus* ob crebras pruinas. ſic apud Propert L. III. E. 12. Ubi de Lacedaemoniis faeminis.

Et modo Taygeti crines aſperſa pruinâ
Sectatur patrios per juga longa canes.

Taygeti Juventus, id eſt, Spartani Juvenes. Mirum autem primâ fronte videatur incultam dici Spartam Lycurgi legibus tam recte inſtitutam, & incultos appellari juvenes, qui à teneris unguiculis ad laborem, palaeſtram, curſum, natationem, famem, frigus, aeſtum, & omnium deliciarum odium erudiebantur. Nempe cum praecipuus animorum cultus, & morum formatio à Diſciplinis ingenuisque Artibus petatur, unde Ovid.

Scilicet ingenuas mentem excoluiſſe per Artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Inculta Lacedaemon, quia horrida & aſpera belli ſtudiis; propter quod ferox, animoſa, armipotens paſſim vocatur, & omnem doctrinae cultum reſpuebat, atque hoc ipſum ambitioſè gloriabatur: ut de Spartanis dici poſſet, quod ait Ennius, *bellipotentes ſunt magè, quam ſapientipotentes.* Cum Athenienſes econtra tam cultui Muſarum & eruditioni vacarent, ut optimè de illis à Livio dictum ſit, bellum eos literis verbisque, non armis adverſus Philippum geſſiſſe. Horrida & inculta vita opponitur apud Tullium pro Roſcio, ſi bene memini, vitae delicatae. Hinc Sparta, ἀνίκητος, μεγαλαύχην, δορυσίφαντος dicitur. In Anthol. Lib. I. c. 38.

Εἶπε ποτ' Εὐρώτας ποτὶ τὰν Κύπριν, ἢ λάβε τεύχη
Ἤξιθι τᾶς Σπάρτας. ἁ πόλις ὁπλομανεῖ.

Et de victu & jure nigro v. Ciceronem 8. Tuſculan. p. 477. Quint. L. III. c. 7. *Minus Lacedaemone, quam Athenis Literae merebantur honoris, plus patientia & fortitudo.* V. & quae referuntur à Valerio tot fortia & egregia Spartanorum dicta. V. & Anthologiam Lib. IV. tit. I. In fortes, Ep. 8. & ibi Brodaeum, ubi multa de litigioſa Athenienſium, & bellicoſa Spartanorum indole referuntur. Et Lib. IV. c. 12. Epigrammat. in Venerem armatam. *Omnibus ſua decora ſunt. Athenae eloquen-*

quentia inclytae sunt: Thebae sacris: Sparta armis. Ideo hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futurae militiae patientiam; ideo Taygeti montis difficilia nisi Laconibus juga; ideo Hercule gloriamur Operibus coelum merito; ideo muri nostri arma sunt, inquit Seneca pater Suasor. 2. & Claudian. de 4. Conf. Hon. *Sic armipotens Lacedaemon.*

Despexit muros rigido munita Lycurgo. Et Ovid. Epist. 2. *Armiferam Thracen.*

Lib. VII, 50.

Mortis vicinae properantes admovet horas.

Admovere, est aliquid vicinum facere, proximè adjungere: hic autem est accelerare, quod Gallice dicimus, *haster le temps de sa mort.* Observata mihi similis loquendi forma, Pharsal. Lib. VII. Ubi de Bruto.

Ne rue per medios nimium temerarius hostes,
Nec tibi fatales admoveris ante Philippos
Thessalia periture tua.

Non absimili sensu Ovid. Metamorph. L. VII. Fab. 25.

Pars animam laqueo claudunt, mortisque timorem
Morte fugant, ultroque vocant venientia fata.

Et Seneca Quaest. Natur. Lib. V. in f. dixit contra maritima bella cogitantes, *Quid maria inquietamus, parum videlicet ad mortes nostras terra latè patet: itaque eamus in pelagus, & vocemus in nos fata cessantia.*

Lib. IX, 182.

Sic ubi depastis submittere gramina campis,
Et renovare parans hybernas Appulus herbas,
Igne fovet terras; simul & Garganus & arva
Vulturis, & calidi lucent buceta Matini.

Depastis campis. Hoc est, postquam depasta sunt à pecudibus prata; depasco enim & depascor, sicut pasco & pascor dicitur. *Pavit ovis pratum*, Ovid. 1. Fast. *submittere*, aliquando est, simpliciter educere, praestare, proferre, Lucret.

Tibi suaves Daedala tellus
Submittit flores.

Et Seneca in Oedipo.

Laetus Cytheron pabulo semper novo
Aestiva nostro prata submittit gregi.

Hic autem censuerim strictius accipi, & significare idem, ac renovare herbas, ut sequenti versu legitur, & sufficere seu substituere nova gramina in locum depastorum. Sic apud Columellam & apud JCtum ff. de usufr. submittere foetus, oves, capras, hoc est, alias substituere, cum per morbos, aut venditionem, grex est diminutus. *Hybernas herbas.* Nempe cum Apulia seu Calabria, (haec enim confunduntur,) regio sit calidissima, unde Horatio torrida, siticulosa ac aestuosa dicitur, aestate vix ulla pabula sufficiebat pecudibus, quae in Samnium & Lucaniam aestivatum duceban-

bantur, unde hyeme reducebantur in Calabriam. Varro de Re Ruſt. L. II. *Neque eadem loca aeſtiva & hyberna idonea omnibus ad paſtum; itaque greges ovium longe abiguntur ex Apuliâ in Samnium aeſtivatum.* Horat. Epod. I.

Pecuſve Calabris ante ſidus fervidum
Lucana mutet paſcua.

Ergo ſub adventum Autumni ſtercorabantur, vel incendebantur arva ſeu paſcua, ut hyeme ſequenti gramina producerent ad paſtum pecudum. *Appulus.* Supp. Agricola, *Garganus*, *Vultur Matinus*, montes ſunt Apuliae, de quibus omnibus ſimul, neſcio an crebra ſit mentio apud alios Authores; certe meminit Horatius, qui ipſe Calaber fuit. De Appulo Ruſtico Epod. 2. ubi de VI. R. laudibus.

Quod ſi pudica mulier in partem juvet
Domum atque dulces liberos,
Sabina qualis aut peruſta ſolibus
Pernicis uxor Appuli.

Et Carm. 3. Od. 9.

Non ſemper imbres nubibus hiſpidos
Manant in agros, aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur Orni.

De Vulture L. III. Od. 4.

Me fabuloſae Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliae,
Ludo fatigatumque ſomno
Fronde nova puerum palumbes
Texêre.

De Matino Carmin. L. 4. Od. 2.

Ego Apis Matinae more modoque.

Et Lib. I. Od. 28.

Pulveris exigui prope littus parva Matinum
Munera.

Et Epod. 16.

Quando Padus Matina laverit cacumina.

Calidi. Calidus dicitur Matinus, vel epitheto communi toti Calabriae, quia, ut ſupra dictum, calida eſt haec regio. Hor. I. 31.

Non aeſtuoſae grata Calabriae
Armenta.

Vel *calidus*, id eſt, *ardens*, ob accenſos ibi focos. Sic Lucanus ubi de Brachmanibus.

Quiſque ſuas ſtruxere pyras, vivique calentes
Conſcendêre rogos.

Et Ovid. Faſt. 2.

Uritur in calidis alba columba focis

Calentes Rogi, *Calidi Foci*, hoc eſt, *ardentes.* *Lucent.* Non ex vicinis tantum, ſed

Ff ff ff

sed etiam ignibus propriis, & multis, quae in toto lucent incendia monte, ut loquitur Silius L. IV. Idemque L. I.

Frondosi ignescunt scopuli, subitoque per alta
Collucet juga dissultans Vulcanius ardor.

Buxeta. *Buceta* legi vult Illustrissimus Grotius: sic & habent antiqua exemplaria, & Plantinianae editiones; & quod praecipuum, ita legit Acron ad haec verba Horatii. *Ego Apis Matinae more modoque.* *Quia*, inquit, *cygno Pindarum comparaverat, se api contulit pro parvitate, in Matino saltu Calabriae pascenti, de quo legitur, calidi lucent buceta Matini.* Sunt autem *buceta*, seu *bucita*, utrumque enim reperitur, pascua, ubi cientur boves, ut nos docent innominatus Glossographus, & Paul. Diacon. in Glossis, & Isidor. In Gloss. MSS. Quod verbum legere est apud Sidon. Apollin. Epist. L. II. E. 2. *Diliculo autem Philomelam inter frutices sibilantem, Prognen inter asseres minurientem; cui concentus licebit adjungas fistulae septiforis armentalem camaenam; quam saepe nocturnis carminum certaminibus, insomnes nostrorum montium Tityri exercent inter greges titinnibulatos per depasta buceta reboantes.* Quod verbum etiam reperiri in Antiquis Gellii Codicibus, ait Ascensius in suis ad Lib. II. cap. I. Notis; & quod Varroni restituendum probat Scaliger in suis Conlectaneis. Si autem huic lectioni & sententiae favet antiquorum Exemplarium, & antiqui Interpretis authoritas, non minus suffragatur & ratio. Nam de Buxetis Calabriae, Horatius ipse Calaber, ut jam dictum est, & alii Authores ne gry quidem. At de pecuariis, & de melle crebra mentio, imo tam magna, ut mel Tarentinum ipsi Hymettio opponatur Carm. 2. 6.

Dulce pellitis ovibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi praeter omnes
Angulus ridet, ubi non Hymetto
Mella decedunt.

Jam vero pecori & Apibus nullum buxo ingratius pabulum. Plin. L. XVI. c. 16. *Buxus Pyrenaeis & Cytoriis montibus plurima, & Berecyntio tractu; crassissima in Corsica, quae causa amaritudinis mellis: semen illius cunctis amantibus invisum.* Caeterum non me latet praeceptum Virgilianum campos incendendi, spectare praesertim terras, quae arantur. Sic enim Georg. I.

Saepe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis;
Sive inde occultas vires & pabula terrae
Pinguia concipiunt, sive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor.

Ad quae verba Servius, *incendere profuit agros.* *Non agros, sed ea, quae in agris sunt, id est, stipulas vel quisquilias, hoc est purgamenta terrarum, & alia inutilia cremare: nam ut videmus, si in agris, qui incendendi sunt, desint stipulae, aliunde illuc portantur nutrimenta incendii. In hoc autem sensu sequitur Heracliti opinionem, qui dicit, omnia ex igne procreari, quem nunc terris alimenta praebere commemorat.* Quin tamen hac etiam ratione foecundentur prata, ex ipsis verbis Lucani patet, & ex multis Columellae locis; praecipue autem Lib. II. c. 15. Ubi postquam de variis

riis stercorationis generibus egit, mox addit. *Prodest etiam cineris usus & favillae.* Tum cap. 18. pergit, & speciatim de pratis agens; *sunt etiam quaedam prata, quibus mederi solent agricolae injecto stercore, sed nihil tantum prodest, quam si cinerem saepius injicias.*

Et in diversis Galliae Provinciis passim accenduntur dumeta & vepres, ut gregibus pabula succrescant. De hac seu agrorum, seu pratorum combustione videsis Horat. Epist. Lib. II. Ep. ult. & Strabonem L. XIII p 628. ubi de Catacecaumene, Ephesiae regione, & Lib. VI. p. 269. ubi de Catanâ & Aetnâ. Nec diffiteor summa juga minus apta bobus & armentis, quam ovibus & capellis, quas Meliboeus viridi projectus in antro, dumosâ de rupe procul pendere videbat. Sed per Buceta Matini, sicut per Vulturis arva, non tam montium illorum cacumina, quam adjacentes clivi, & subjectae valles intelligi debent. „ His ita positis clara fit Lucani „ mens. Quemadmodum, inquit, cum unus aliquis è rusticis Appulis focos in agris „ suis pascuis accendit, ut scilicet superinjectis huc illucque cinere favillaque, illos „ foecundet; sequuti exemplum alii rustici & vicini montium accolae, certatim ignes „ in campis suis excitant. Sic postquam Pompejo Cornelia pyram struxit, & accendit rogum,

Accipit omnis
Exemplum pietas, & toto littore busta,
Surgunt Thessalicis reddentia manibus ignem.

Lib. VIII, 286.

Obliquo maculat qui sanguine regnum.

De Juba Rege Libyae loquitur. Et per obliquum sanguinem significari vult, nothum fuisse Jubam, vel concubinâ genitum. Sic Statius 5. Theb. *Obliquumque à patre genus.* Firmat hanc sententiam verbum *maculat*, quo Poeta utitur.

Lib. IX, 732.

Nec tutus spatio est elephas.

Spatium hic, id est, magnitudo, moles. Unde spatiosus Taurus apud Ovid. 2. de Remed. Amor. in pr.

Parva necat morsu spatiosum vipera taurum,
A Cane non magno saepe tenetur aper.

Et apud eundem de Ar. Am. L. II.

Omnibus Andromache visa est spatiosior aequo,
Unus, qui modicam diceret, Hector erat.

Et spatiosus truncus apud Sil. Ital Lib. XI. Ubi de quercu Jovis fulmine prostratâ.

Donec victa Deo latè procumbit, & omnem
Collabens operit spatioso stipite prolem.

Et spatii verbum ipsum pro magnitudine legitur apud eundem Ovid. Metamor. XI, ubi de Midâ.

Nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram,
Sed trahit in spatium, villisque albentibus implet.

Et Lib. II. ubi de Serpente à Cadmo occiso,

Dum spatium victor victi considerat hostis.

Et huc possint trahi haec Claudiani in nuptiis Honorii & Mariae, ubi nascentem & adultam rosam pingit.

Flore sub uno
Ceu geminae Paestana rosae per jugera regnant:
Haec largo matura die, saturaque vernis
Roribus, indulget spatio; latet altera nodo,
Nec teneris audet foliis admittere soles.

Juven. L. 1. Sat. 4.

Incidit Adriaci spatium admirabile Rhombi.

Id est, ingens & incredibilis piscis magnitudo.

Quod sit Hominis spatium a vestigio ad verticem. Plin. L. vii. c. 17.

Lib. x, 139.

Plena Maris Rubri spoliis, colloque comisque
Divitias Cleopatra gerit, cultuque laborat.

Cultu laborat; id est, ut volunt quidam, propter cultum laborat, id est, graviter. Sic Trebell. Pollio, ubi de Zenobiâ, quae à Cleopatrâ originem se ducere gloriabatur. *Ducta est per triumphum ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamentorum opere laboraret.* Sensu fere simili Horatius dixit arbores nive laborantes, Ovid. 9. L. 1.

Vides, ut altâ stet nive candidum
Soracte, nec jam sustineant onus
Sylvae laborantes.

Et Ovidius in Nuce.

Pomaque laesissent matrem, nisi subdita ramo
Longa laboranti furca tulisset opem.

vers. 257.

Aequoreosque sales longo mitescere tractu.

Ex hoc loco apparet, sales pluraliter etiam dici in sensu proprio, contra quam sensit Servius, qui haec habet ad hunc versum 1. Aen.

Vela dabant laeti & spumas salis aere ruebant.

Salem, quo utimur, singulari tantum numero dicimus: cum jocos significamus, pluralem tantum numerum ponimus. Falsum utrumque, quod facile esset ostendere ex variis Authorum locis. Sufficiat ad institutum nostrum Columella, qui *salibus* dixit in dandi casu, L. vii. c. 8. Et Jurisconsultus in L. xi. § 1. ff. de Public. & Vectigal. *Cotem ferro subigendo necessariam hostibus quoque venundari, ut ferrum & frumentum & sales non sine periculo capitis licet.* Sic & Graece ἅλας passim legimus. Ovid. Metamorph.

Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris.

Lib. ix, 515.

Non illic Libycae posuerunt ditia gentes
Templa, nec Eois splendent donaria gemmis;
Pauper adhuc Deus est, nullis violata per aevum
Divitiis delubra tenens; morumque priorum
Numen Romano templum defendit ab auro.

At

At de eodem hoc Ammone Q. Curtius Histor. L. III. *Umbilico tenus arieti similis est, habitus smaragdo & gemmis coagmentatus. Hunc, cum responsum petitur, navigio aurato gestant, multis argenteis pateris ab utroque navigii latere pendentibus.* Et Diod. Siculus eadem fere scribit, Lib XVII. *Quomodo autem pauper, qui smaragdos, gemmas, aurum & argentum habet?* Quomodo *Irus & est subito, qui modò Caesar erat.*

Haec certe ἀσύςατα videntur; & quisquis benè perpenderit Poëtae verba, fatebitur, nos hic non posse recurrere ad diversitatem temporum. Dicemusne igitur, ad Authorum conciliationem, pauperem Jovem quoad templum & donaria, divitem vero tantum quoad effigiem?

Lib. x, 114.

Ubi de Cleopatrae regiâ.

Nec summis crustata domus sectisque nitebat
Marmoribus, stabatque sibi non segnis Achates,
Purpureusque lapis, totâque effusus in aulâ
Calcabatur onyx; hebenus Mareotica vastos
Non operit postes: sed stat pro robore vili
Auxilium non forma domus, ebur atria restit.

Variae sunt super explicatione hujus loci sententiae. Nostra haec est. Nec summis (supple tantum) crustata domus sectisque marmoribus ornata, id est, non solo marmorato opere, aut simplicibus marmoris crustis fulgebat; at vero (subintelligendum enim illud) tota erat marmorea, & non è secto in laminas, sed è solido marmore: stabatque sibi non segnis achates purpureusque lapis. Hoc est, sicut marmor stabat sibi, seu mole suà, & solidum erat, non alteri incrustatum: sic & stabat sibi, seu per se solidus erat, & non alteri incrustatus achates: ita enim interpretantur hanc phrasim, *stare sibi*, eruditissimi Grotius & Farnabius. Nempe ex achate, ut ex porphyrite lapide integrae olim columnae, imo interdum & ex hyacintho fiebant. Claudian. de Nupt. Honorii & Mariae.

Lemnius haec etiam gemmis extruxit & auro
Admiscens artem pretio, gravibusque smaragdis,
Supposuit caesas hyacinthi rupe columnas:
Beryllo paries & jaspide lubrica surgunt
Limina, despectusque solo calcatur achates.

Non segnes autem dicuntur achates & porphyrites, quia, ut verbis ipsius Lucani utar, erant auxilium, non autem simpliciter inutile aedium ornamentum: id est, caesi erant hi lapides in columnas, & stabant ad sustentanda fastigia domus, trabes, & alia id genus. Non segnes igitur columnae opponuntur iis, quae nihil sustinent; de quibus Seneca Epist. 86. *Quantum statuarum, quantum columnarum nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, quantum aquarum per gradus cum fragore labentium; eo deliciarum pervenimus, ut nisi gemmas, calcare nolimus.* Alicubi legi, *nusquam segnis Atlas, Atlasque laborans*, locus nunc non occurrit. *Segnes* Stellae dicuntur Valerio Flacco Lib. I. quae nullius erant usus ad navigationem ante Tiphyn

Totaque effusus in aulâ, calcabatur onyx. Nimirum ut ex achate & porphyrite lapide columnae, ita ex onyche pavimenta. Martial. Lib. XII. Ep. 50.

Et tua centenis stat porticus alta columnis,
Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.

Statius autem inter marmora refert onychem. Epithal. Stel. & violantillae.

Hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
Saxa virent, hic flexus onyx.

Pro *flexus* restituit *fossus*, ex Senensis MSS. Joh. Ger. Voss. de Analog. L. I.

Lib. II, 456.

Crustumiumque rapax.

Fluvius est ex Apennino monte ortum trahens, Ariminumque praeterlabens, cujus meminit Plin. L. III. c. 15. *Rapax*, id est, rapidus. Sic apud Virg. Georg. III.

Fluviosque innare rapaces.

Et Lucretius Lib. I.

Denique per maria ac montes, fluviosque rapaces.

Et apud Senecam, *rapax torrens*. Et apud Ovid. v. Fastor. *Ladonque rapax*. Et Fast. II.

Quique citis Ladon in mare currit aquis.

Idem tamen Ovid. in Metamorph. ubi de Syringe Nymphâ.

Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem.

Quomodo placidus simul, & rapax Ladon? Quid si *rapidum* pro *placidum* legamus: certe epithetum conveniet naturae rei, & sic conveniet Ovidio cum seipso. Nec tamen inficior, varias τὸ *placidum* habere significationes, quae huic loco adaptari posse videntur. De Ladone Solinus, cap. 7. *Inter flumina Erymanthus, monte Erymantho demissus, & Ladon: ille Herculis pugnâ, hic Pane clara sunt.* Scilicet ob Syringem Nympham à Pane deamatam; quae ad hunc amnem in arundines mutata est, de quibus Pan fistulam fecit. Hunc locum viam conjecturae suae debere merito gloriatur doctissimus Salmasius; legebatur enim antea, *& Ladon ille Herculis pugnae hic clarescunt:* nullo aut prorsus absurdo sensu. Vel denique *rapax* Ladon, cum de montibus Arcadiae descendit; *placidus* postquam per plana fluens Alpheo miscetur.

IN-

INDEX
RERUM, LOCUTIONUM ET VERBORUM
IN
M. ANNAEUM LUCANUM.

de-

An-

B.

nefandi

C.

Dipsas

image
not
available

image
not
available

Ci-

image
not
available

image
not
available

signa

CON-

image
not
available

image
not
available

image
not
available

image
not
available

image
not
available

Datur

image
not
available

image
not
available

vidit

image
not
available

image
not
available

image
not
available

non

image
not
available

image
not
available

lia

G.

image
not
available

H.

furo-

I.

image
not
available

Ini

M.

599.

Muri

lisa

Olen-

PAR-

Pi-

Q.

R.

ftro

SER-

Si-

So-

STU-

T.

VIA

Vi-

U.

X.

Z.

F I N I S.

INDEX II.

Rerum & Verborum, quae in Notis occurrunt.

Ana-

B.

a Con-

G.

H.

I.

K.

L.

Laevus

M.

N.

Na-

O.

P.

Por-

Q.

R.

 Re-

S.

T.

V.

U.

X.

Z.

FINIS.

INDEX III.

Auctorum, qui in Notis vindicantur, corriguntur, & notantur.

I N D E X IV.

Auctorum à Scholiaſte citatorum.

ERRATA in Textu.

P. 48 *trimphos* Lege *triumphos*
277 *nexu.* O l. *nexu*, *o*
364 *rues.* l. *rues?*
450 *presisset.* l. *pressisset.*
475 *Sereno.* l. *sereno*,
490 *Deos*; l. *deos*,
495 *Erebri* l. *Erebi.*
527 *per orbem*, *S.* l. *p. orbem S.*
P. 599 *Lesbi. F.* l. *Lesbi F.*
614 *motos* l. *motus*
655 *stirpes.* l. *stirpis*
661 *belua* l. *bellua.*
663 *satis*, *nervis* l. *satis nerv.*
690 *vivente*, *fides*, *si* l. *vivente fides. Si*
731 *quas* l. *quos.*
796 *Achillam* l. *Achillan.*

In Variis Lectionibus.

P. 55 *Thetyodos* l. *Thetydos*
65 *W. at* l. *VV. al.*
68 *Romani* l. *Romam*
72 *Humatio.* l. *humatu*
99 *rogentia* l. *regentia*
234 *Ornatus* adde. *Edd. qdd.*
235 *puppes* l. *pupes.*
249 *reducunt* l. *recedunt.*
P. 252 *Phoceus* l. *Phoceeus.*
344 1552 l. 1,552.
370 *ensem* adde. *B.* 1.
381 *Gemisos* l. *Genusos*
472 *favent* l. *fovent.*
755 *e urbes d. dedentes* l. *e ded. d. urb.*
809 *rectius cum* l. *rectius. Cum*

In Praefatione & Notis.

Hulstii. Lege ubique *Hulsii.*



